Digitized by Google

IOANNIS PETRI LVDEWIG, ICti,

OPVSCVLA MISCELLA

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google



Singula cum proſint, qvantum conjuncta juvabunt.

Digitized by Google

IOANNIS PETRI LVDEWIG, ICti,

S. REGIAE MAIESTATIS CONSILIARII INTIMI ET IN REGIMINE DVCALI MAGDEBVRGICO, IVRIS AC HISTORIARVM PROFESSORIS

OPVSCVLA MISCELLA

TOMO I.

I. IVRIS PVBLICI, CVM VNIVERSALIS, TVM GERMANICI IMPERII.

II. FEVDALIS, CVM IMPERII, TVM PROVINCIARVM GERMANIAE.

III. PRIVATI CIVILIS, CVM GERMANICI, TVM ROMANI.

TOMO II.

IV. HISTORIAE, CVM CIVILIS TVM LITTERARIAE.

V. PHILOSOPHICA.

VI. IVRIS CANONICI ET ECCLESIASTICI IN S.R.I.

VII. DIFFERENTIARVM IVRIS ROMANI ET GERMANICI.

MVLTVM DESIDERATA,

OB SENTENTIARVM IN OMNI STVDIORVM GENERE NOVITATEM

ET PATRII IVRIS PRAECIPVE INSIGNIA MONVMENTA

AB AVCTORE PLVRIBVS ACCESSIONIBVS AVCTA

ET IVNCTIM EDITA

CVM INDICE RERVM VERBORVMQVE INSTRVCTISSIMO.

CVM PRIVILEGIO SACRAE REGIAE MAIESTATIS PORVSSIAE.

TOMVS I.



HALAE MAGDEBVRGICAE,

IMPENSIS NOVI BIBLIOPOLII clɔ Iɔccxx.

Digitized by Google

Digitized by Google

TOGATO HEROI,

REVERENDISSIMO, ILLVSTRISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO,

DOMINO
MARQVARDO
LVDOVICO

LIB. BARONI DE

PRINZEN,

HEREDITARIO DOMINO IN KARO,
SEDORF, NIELBOCK, WESLIN,
RADERSDORF, CETERA,

POTENTISSIMI REGIS PORVSSIAE
SVPREMO AVLAE MARESCHALLO,
RERVI BELLI AC PACIS SANCTIORI ADMINISTRO,
BRVSSICI ORDINIS NIGRAE AQVILAE EQVITI,
PRAEFECTO PALATINO,
SACRORVM TRIBVNALIVM PRAESIDI,
RI BENEFICIARIAE SVPREMO RECTORI,
PRAEFECTVRARVM IERICHO ET ALTENPLATHO GVBERNATORI,
REI ITTERARIAE REGALIVMQVE ACADEMIARVM
ET SCHOLARVM
TVTELARI,
MAGDEBVRGENSIS BASILICAE CANONICO,
RELIQVA,

DOMINO MEO AC PATRONO
INDVLGENTISSIMO

S. P. D.

IOAN. PETR. LVDEWIG.

 ILLV-



ILLVSTRISSIME DOMINE,
PATRONE INDVLGENTISSIME,

MAndata ago REGIS AVGVSTISSIMI dum academica haec opuſcula inſcribo nomini TVO, munerum ac meritorum gloria eminentisſimo. Iubemur enim doctores, officii rationes apud TE deponere, cui, poſt

Digitized by Google

poſt alia plura, quibus animum habes diſtentiſſimum, a SAPIENTISSIMO REGE ſuprema prouincia eſt delata reipublicae ingeniorum et commercii, quod in Poruſſiae regis terris ac ditionibus quaqua uerſus uiget floretque, litterarii. Et ſane, honorem litteris et uiris doctis haberi in hoc regno, illud ipſum inſigne argumentum eſt, quod TE duce et curatore eis uti fruique et gaudere liceat. TE, inquam, primario ſanctioris ſenatus adminiſtro. Ex cuius purpura, auctoritate, praeſtantia, indulgentiaque multum lucis et dignitatis ſpargi ſolet in demiſſas ceteroquin ac humiles muſas. Quod, niſi aeterni NVMINIS et REGIS prouidentiae tribueremus, quae, in maximis etiam procellis, artibus ac doctrinis ita ſolet conſulere, digni eſſemus, quos olim occuparent obruerentque tenebrae, deſpectus, occaſus, infima barbaries. Fuit olim Romani ſcriptoris de togato quodam heroe iudicium: adeo in illo omnia excellere et eminere, ut uideatur, naturam, quid poſſet, in hoc uiro experiri uoluiſſe. Cuius herois imago noſtrae aetati in TE omnino uidetur exhiberi et relucere. Eſt TIBI forma corporis egregia uereque, ut ille dixit, imperatore digna, quae decoram faciem, ſuauitatem oris gratiam oculorum prae ſe fert et uel e longinquo oſtentat conciliatque amorem et cultum. Neque facile a TE diſcedere ſolet, qui praeſentia et conſpectu TVO ſe non ſentiat ſacro quodam horrore perfuſum. Sermonis quoque TVI, etiam ſub lingua nati, diuina uis, copia, promptitudo, luculentia, ornatus, natiuus et arte uſuque politus. Idem lepos, gratia, uenuſtas, grauitas, ſiue ore loquaris ſiue etiam litteris idque ſiue TVO inſtituto ſiue REGIS TVI iuſſu et mandato. Non PORVSSICI tantum imperii homines TIBI

in his primas deferunt, ſed etiam extranei reges ac principes eorumque oratores ac internuntii idque cum domi, tum foris. Eſt enim haec etiam pars muneris PRIMICERII, quo gaudes, ut REGIS TVI hoſpites, quos ipſos etiam reges quandoque habuit eorumque legatos excipias ſermone TVO eodemque iterum dimittas. Qui non ſolum TVA in rebus agendis capiendisque conſiliis expeditiſſima ratione capiuntur aguntur que in admirationem: ſed etiam ſuſpiciunt TVAM in dicendo facultatem et diuinam eloquendi uim. Quae TIBI eadem eſt, ſiue uernacula utaris ſiue peregrina lingua alia. Latine loqueris et ſcribis. Alterum forte cum aliis TIBI commune eſt, primum TIBI proprium adeo, ut peregrinae gentes, Sarmatae praeſertim, in TE maximi fecerint ſermonis Romani decus et facilitatem. Certiſſimo argumento, TE litteras non primis tantum labiis olim attigiſſe, ſed prorſus imbibiſſe, quarum TIBI in uirili aetate, tam praeſens et prompta memoria. Cum alias, quae in hoc ſtudii genere in ſcholis olim difficulter didicimus, illa dediſci facile ſoleant in aulis et curiis principum, quae pectora nobiliora rerum longe diuerſarum curae tangunt ac implent. Sane et hoc ipſum in TVI admirationem omnes traducit: quod exquiſitiſſima elegantia et ornatu curiali non purpuratos alios aeques tantum, uerum antecedas et illuſtri exemplo probes, quod muſae fruſtra incuſentur, quaſi mores auſteros reddant, contrahant frontem et neſcio quid, imprimant animis horriduli et incompti. Neque enim iuuenis illis tantum ſtudiis incubuiſti, quae nomen ab humanitate gerunt: ſed etiam ſublimioribus ſcientiis et artibus, gentilitio honore TVO et ſparta, quam nunc exornas, non indignis. Scilicet propoſuiſti animo TVO, patriae

triae olim prodeſſe. In qua rerum belli et pacis adminiſtro non ratio ſufficit, iuris naturae doctrinis exculta, quo extranea regna, quae a principis nutu ac arbitratu pendent, uiuere ſolent; ſed praeterea ſcriptarum legum opus eſt diſciplinis, quas in conſiliis migrare uelle, nefas eſt et cum periculo ac damno coniunctum reipublicae. Saepe illuſtrium natalium adoleſcentibus in memoriam reuoco, ut cogitent ſerio, in Germania ſe uiuere, non in Gallia aut alio regno, ubi, ad conſiliandum atque ad cauendum et prouidendum, praeſtantia naturae ſatis eſt, ut multoties illud ſit uerum, non ita magna ſapientia regi illos orbes. Contra in Germanico imperio longe inſtructiori adparatu eſt opus ad felicem patriae principatuum adminiſtrationem. Siue enim domi cum ſubditis agat princeps ſiue cum extraneis contrahat ſiue ei cum imperio in comitiis ſiue cum ſacratiſſimo imperatore ſit res, non recta ratio pro duce ſufficit, uerum opus eſt iuris publici, beneficiarii, ſacri et ciuilis prudentiae lumine. Quod ultimum in rebus Germaniae noſtrae proram abſoluit ac puppim. Vt fallant fallanturque, qui illuſtris proſapiae iuuenibus auctores ſunt, ut philoſophia animum polire cogitent, uoluntaria autem iura et legum cultum relinquant ingeniis, ut aiunt, plebeiis, qua doctrina non eſſe poteſt alia ulla in academiis peſtilentior. Et, proh! memini querelarum, quas hodieque uiri quidam illuſtres mouent, qui annos ſuae iuuentutis ideo deplorant, quoniam, huius doctrinae ac opinionis ueneno infecti, iuriſprudentiae cultum habuerint in deſpicatu, irreparabili, quod nunc demum intelligunt, damno ſuo, cum iuriſprudentiae ignoratio illis obſit ad munera, in curiis principum feliciter et cum ſucceſſu obeunda. Aliter TVA iuuentus, DOMINE, quam in academiis

 THE-

THEMIDI quoque dicaſti, rectrici, quod intellexéras, Germaniae. Quem rerum curſum eo cum ſucceſſu confeciſti, ut nihil dubitares, in grauiſſima illuſtrium tutelarum cauſa, iurium publici, feudalis, ciuilis foecundiſſimo argumento, prodire cum aliis in ſolennem arenam. Debes igitur DEO, debes PRINCIPI, ſed etiam induſtriae TVAE debes, quod purpura TVA tot munerum publicorum coruſcet luminibus ac radiis. Vt enim aeterni numinis prouidentia uni multa olim deſtinauerat: ita etiam, natura et arte effectricibus, unus debuit formari ac praeparari, ut demum par eſſet pluribus et rerum omnis generis procurationi. Repoſuit profecto ſummum numen indoli ac induſtriae TVAE in ſingulis munera ſingularia, ne dici poſſet, TE uel in unico tempus bene locatum perdidiſſe aut fruſtra coluiſſe litteras et uirtutem. In pueritia et adoleſcentia humaniora didiciſti ſolicitius et, uere dico, ſupra modum. Sed etiam hoc, nunc intelligis, e re TVA eſſe, quum rei litterariae cura omnis fidei TVAE delata per prouincias uniuerſas REGIS PORUSSIAE, Rhetores audiuiſti, olim PRINCIPIS TVI apud exteros reges ac respublicas legatus et orator. Quam ſpartam ſaepius exornauiſti, ſed nunquam ſine rerum, per TE expeditarum, ſucceſſu prorſus ſingulari. Naturae et gentium iura decretaque TIBI reddidiſti familiaria: quibus nunc uteris in eminentiſſimo ſanctioris ſenatus faſtigio. Sed cum REGIS TVI plerique principatus nexu et foedere teneantur Caeſari et imperio, opus omnino fuerat, ut praeterea publica imperii iura tractares ex inſtituto, ne ad hunc lapidem, in conſiliis dandis et expediendis, ullo caſu offenderes. In re beneficiaria et clientelari uſu ac arte ita uerſatus es, rector & moderator earundem, ut in uotis omnino habeamus; prodire, TE auctore, nouum legum

gum aliquod ſyſtema, per quod iura haec, tot tricis et ambiguitatibus irretita, in uiam reducerentur. Et quam ſalutari inſtituto ſacra tribunalia omnia TIBI, praeſidi ſuo, patent, qui inter nimium et parum cauere didiciſti, ne ſacri coetus uel ſuperſtitione inficerentur uel, omni lege abiecta, uia aperiretur uel ad quoſuis fanaticos impetus uel ad indifferentiſmi, deiſmi, naturaliſmi ſimiliaque uerborum rerumque infelicia, rariora priſtinis, quam noſtris temporibus, portenta atque inferis dignas furias et artes, in diuinioribus nihil credendi. Nam aduerſus utriuſque generis peſtilentiſſimos abortus, hinc inde, TIBI non raro fuit dimicandum, Herculis illo clauo, pandectis ſacris, ad quas recte intelligendas et angues in herba ſuffocandos, multum ſtudii ac operae impendiſti. Porro cum principi, purioribus ſacris addicto, etiam haec praecipua ſint, ut ipſe in ſuis territoriis habeat iura papae et epiſcoporum, aut, quod idem fere, ea, quae ab utrisque eidem olim ablata, uindicet ſibi poſtliminio: maturo a TE conſilio factum eſſe, puto, in academia quoque decretis et decretalibus Romanae eccleſiae aurem ſedulam praebuiſſe. Cum illa Germanos ex receptione uſuque ita obligent, ut cum pace religionis tranſiuerint quoque in ciuilem euangelicorum principum poteſtatem. Quorum omnium ſupremum moderamen cum, principe largitore, TIBI contigerit, re ipſa perſpicis, quam etiam in hoc negotii genere TVI aliorumque, qui a TVO imperio hic pendent, interſit, illa iuuenem olim didiciſſe. Neque iuris priuati et Romani TE poenitere poteſt, quod non ſolum inter REGIS TVI ſubditos regnat et mirum quantum animos polit ac perficit, in publicis cauſis tractandis, aeſtimandis, expendendis et iudicandis, cum pleraque illius habenda inſtar uocis naturae: ſed etiam ſuprema imperii tribunalia

parum dubitent, ipſorum Germaniae principum res cauſaſque ad lancem et libram Iuſtinianeam reducere. Vt omnino laudabilis prouidentiae ſit, noſſe rerum adminiſtrum, ad hos ſcopulos non appellere, ſed euitare potius illos et ſuperare. Quemadmodum uero aliud eſt, ſcholae diſcere, aliud uitae, aulae, curiae, ſibi: ita alterum quoque ſors TIBI attulit, ut in eo proficeres amiciſſimoque uinculo inuicem utrumque coniungeres et contineres, atque demum par eſſes in utriusque uirtute et facultate. Confecto enim ſtudiorum ac ſcientiarum ſtadio, quod feliciter fueras emenſus, itineribus TE dediſti atque uaria diſſitaque Europae loca et prouincias ſalutaſti, ne TIBI aliquid, unde uirtus et cultus expectari poterat, deeſſet. Redux igitur, purpuratorum iudicio et commendatione, auguſto principi de TE facta, eo tempore, quo uix adoleſcentiae annos egreſſus es, ad ſpartam, in aula principali exornandam, es uocatus. Ita enim fieri ſolet cum adoleſcentibus illuſtris proſapiae, ut ante tyrocinia in principis comitatu ac latere ponant, quam ad grauiora munera promoveantur. Inde ergo TIBI occaſio, ut ipſi principi et regi TVO non innoteſceres ſolum, ſed etiam ageres quotidie in regali conſpectu. TVIS itaque meritis, illa excelſi animi TVI excellentia, ſolertia, perſpicacia, litteris, artibus, elegantia, aliisque in TE conſpicuis uirtutibus factum eſt, non aliquo coecae fortunae impetu aut commendatione fideque aliena, ſed ipſius ſapientiſſimi REGIS iudicio, ut tot tantisque muneribus palatinis et curialibus, ſacris et ciuilibus, publicis priuatiſque, domi ac foris unus praeeſſes ſimul, imo ſanctioris ſenatus, demum aulae teneres ſupremum faſtigium et principatum praetorianum. Nihil do auribus TVIS, Mecoenas indulgentiſſime

tiſſime, nihil ſummiſſioni, quam TIBI debeo, nullo enim tempore fiet, ut ſenſibus tribuam, quod negat ueritas, praeſertim coram TE, a quo tantopere alienum, aures patefacere adſentatori. In eo certe omnium mecum conſentiens indicium eſt, TE ita inſtruere et exornare multiplices ſcenas, ut omnibus natus eſſe videare, non arte aut uſu praeparatus. Quae enim in ſingulis admiramur ſigillatim, illa uniuerſa in TE uno conſpicimus et ſtupemus, qui cuncta in ſinu complexuque contines ac ſuſtentas, cunctis maior, TIBI par, id eſt, omni parte praeſtantiſſimus. Quid uero, in tantis honorum ac meritorum cumulis ac culminibus, TIBI in humiles muſas? Non deſpicis eas, ſed uindicas a deſpicatu aduerſus ignauos contemtores; foues illas; excitas; erigis ad meliorem ſubinde ſpem; promoues; tueris; et, quod maximum, TVA auctoritate et prouidentiſſima ratione bonarum artium officinis proſpicis, ne uim ſibi ipſis parent altercationibus, iurgiis, conuiciis inuicem ſparſis et emiſſis ſintque hominibus de meliori ſorte ludibrio ac deſpicatui litteriſque pernicies et peſtis. Potius, coniunctis animis ac ſtudiis eo contendendum, ut orbis litteratus reddatur poſteritati melior, nouarum ueritatum diues magis, non maledictorum. In quem furorem mala capita maiori impudentia erumperent, omni rubore exhauſto, niſi metuerent ſibi ab ultore huius ueſaniae grauiſſimo, TVISque ſaluberrimis uindiciis. Verum hoc illud eſt, quo TIBI, domine, omnes obſtricti ſumus artium et litterarum, in hoc bonarum mentium domicilio, doctores. Tangit autem pectus meum recordatio memoriaque beneficiorum prorſus ſingularis, quibus purpurae TVAE me

ſentio deuinctiſſimum. Non dicam de illa eximia indulgentia TVA, qua me aliquoties, REGALI iuſſu, Berolini agentem, colloquio conuictuque excepiſti neque ulla in re patrocinio TVO mihi defuiſti, ſed precibus meis nunc benigniſſimis verbis, nunc litteris, quibus in tanto TVORVM munerum faſtigio dignari ſoles uiros ſcientiarum ſtudioſos, multoties re ipſa reſpondiſti. Triennium eſt et quod excurrit, ubi animus et occaſio fuerat, uertere ſolum, ualedicere muſis et ſcholam cum principali curia commutare, a primario Germaniae principe ad honeſtisſimam ſpartam inuitatus. Quo fine ſupplicem a me libellum accepiſti, principi referendum. Maluiſti autem potentiſſimo REGI, cui petitionem meam aperueras, pro ſingulari TVO in muſulam meam fauore, auctor eſſe ſuaſorue, ut noua gratia regali adficerer, quam honeſtam conſequerer miſſionem. Qui ergo a communibus officiis, quae TVAE indulgentiae debemus, incepi: in illis, quae mihi propria, finio uoueoque, ut, qui uitam TVAM inter bona eccleſiae et reipublicae numeramus, eam, cum illuſtriſſima CONIVGE, ſexus ſui, uirtute et uenuſtate, corona, cum amabiliſſima florentiſſimaque SOBOLE omnique generoſiſſima familia TVA diu agas feliciter. Halae in FRIDERICIANA pridie iduum menſis AVGVSTI anni cIↄ Iↄcc XIX.

PRAEFATIO AD OPVSCVLA MISCELLA.

Opuſculorum diſparilium cauſae.

TAndem, aliorum magis, quam mea uoluntate, fit, ut OPVSCVLA haec academica, ab adoleſcente, iuuene, viro ſcripta; impari etiam induſtria, nunc ſub calamo nata, nunc inter uigilias et curas; diſſimilium deinde profectuum et ſcientiarum tyronis, magiſtri, doctoris, rerum iuriumque periti; praeterea ingenii diuerſi, nunc titubantis iterumque fidentis, et, pro ueritatis ſtudio, non nihil tentantis; demum finis contrarii, nunc ad ſenſus, nunc ad ueritatem, nunc in autoris, nunc in aliorum gratiam confecta; adeoque uaria inuicem tempore, ſucceſſu, uiribus, genio, rationibus, cauſis, in unum nunc uolumen coacta et conglutinata, in publicum edantur diuulgenturque. Quod in ipſo quidem operis ueſtibulo, maturo certe et neceſſario ad inſtitutum conſilio monere debui, ne lector omnia eodem iudicio digna eſſe cenſeat aut putet, ſuſtinere ſingula eandem cynoſuram.

1) aetates diuerſae.

Alios ſcribendi et iudicandi characteres primae aetatis eſſe, alios prouectioris, cum exempla probant tum ratio atque ſanguinis, nunc ebullientis, nunc temperati, aequabilis aut deferueſcentis diſpoſitio. Dubitant negantque, Rhetoricam ad Herennium Ciceroni tribuendam, quod ſcriptionis genus multum hic differat ab ea, quam alias offendimus in Tullianis. Sed, meo iudicio, quod prodidi alibi ſigillatim; dandum hoc eſt iuueni Tullio, quod in Herennianis turgeſcat aliquando ſitq; ſeſquipedalis, quamuis in maturiori aetate poſuerit cothurnos. Eandem ueniam expeto et expecto opuſculis etiam meis idque maiori forte iure, quoniam adoleſcentes et iuuenes lectione capimur poetarum, quorum floribus abutimur etiam in ſoluta oratione eo licentius, quo facilius fallimur in lingua ex auctoribus diſcenda, quam ex uſu uernaculae.

2) animus diuerſus ad ſcribendum.

Deinde cum profeſſori ſaepe eo ſcribendum ſit tempore, quo animum habet nunc languentem, nunc perturbatum, nunc diſtractum minimeque diſpoſitum: etiam illud cogitandum ſeuero academicorum opuſculorum iudici, quod nemo ſit omnium horarum. De Hugone Grotio, aſt quanto uiro! Bignonius: *Vbi Grotius bene ſcripſit, nemo eo melius; ubi male, nemo eo peius.* Meam muſulam exercuerunt curae quam plurimae eaeque diuerſiſſimae, ut, ſi quid ei acciderit humani, eo faciliores eſſe oporteat aequos rerum iudices ad ignoſcendum et condonandum.

3) animus diſtractus quandoque

Inde ab anno cIↄ Iↄcxcii. quo Fridericianam, tum nondum natam, acceſſi, nullus fere dies abiit, diuiniores ferias excipio, qui non occupatus eſſet ſex, ſeptem aut plurium horarum, diuerſiſſimi argumenti collegiis, quae dicimus, erudiendae iuuentutis cauſa, inſtitutis. Quod otium, in ſe graue, eo magis negotioſum fuerat, quod uno die toties ſcena eſſet uarianda. Vna forte hora agere oportuit philoſophum, altera hiſtoricum nunc ſacrum, iterumque ciuilem, tertia rhetorem, quarta, quinta et ceteris interpretem iuris eccleſiaſtici, feudalis, publici priuatique. Qua rerum et diſciplinarum uarietate dici non poteſt, quam obruatur animus, quam defatigetur, quam atteratur uiribus capiaturque laſſitudine et faſtidio. Etenim ſi ſcholae datis horis alias duas prandio et coenae deſtinaueris: quaeſo! quam parum eſt diei, quod remanet. Sed hoc ipſum eo minus conducit ad ſcribendum, quod non continuum uel tantillum hoc, uerum nonniſi per fruſta et minutatim muſis relictum, et, per modo dictas ſcholas, interciſum ſubinde frequenterque interpellatum. Adeo, ut animus uix defigi poſſit in re aliqua, quin ſcholaſticae horae eandem importune refigant infringantque multoties et deſtruant ea, quae meditando paulum praeparata.

4) curis alienis occupatus.

Acceſſere his omnibus cauſae forenſes et prudentum reſponſa in ordine iuriſconſultorum, quorum collegio anno cIↄ Iↄcc v. ſum adſcriptus. Quae tamen otia uti

mihi cum aliis collegis communia fuere: ſic praeterea muſulam meam occuparunt tenueruntque aliqua porro ſingularia. Inde enim ab anno cIↄIↄccI. quo curiae regali innotui primum, etiam ad negotia curialia ſum uocatus, iisque quandoque ita immerſus, ut, aliis quibusque rebus abiectis, his ſolis operam et oleum nauarem. Quod ipſum in cauſa non minus fuerat, quare alia opuſcula feſtinata ſint, in aliis filum ex improuiſo abruptum. Haec enim officia Deo et principi debemus, ut illis omnia poſthabeamus, antepo-

5) argumenta obtruſa. namus nihil. Praeterea vti candidatis academicae arenae optio dari ſolet argumenti, in quo uirium pericula facere uolunt: ita multoties fit, ut eligant, quod minus eſt ad doctoris palatum. Quorum tamen uoluntatem et, uere dicam, impetum quandoque mentis ſequi praeſtat, quam, illam improbando, laudabilibus cetera inſtitutis omnino deeſſe. Neque enim alio fine haec commemoro, quam hoc, ut nobiſcum ſentiat lector, felicius ſcribi prona, quam rogata inuitaque mi-

6) lucubrata partim ab adoleſcente. nerua. Demum neque poenitet, lucubratiunculas, etiam ab adoleſcente ſcriptas, his, quae maturioris aetatis, inſeruiſſe. Licet enim uiri quidam doluiſſe dicantur, immaturae aetatis partus: re tamen uera arbitror, cauſas idoneas hic non eſſe ad ruborem. Nam pudere crepundiarum, quibus pueri delectati ſumus, idem eſt, quam pudere ſuae pueritiae et infantiae aut naturae iraſci, quod ſiant litterati, non naſcantur. Praeſertim cum reculis illis aliquid inſit boni, quod locum queat

7) auctoris ſtudia diuerſi generis. ſuſtinere. Et ſane cum in aetate diuerſa tractauerim diuerſas litteras: etiam ideo opuſcula alia atque alia ſunt profectuum diuerſorum. Fuit tempus, quo in criticis et humanioribus litteris regnum quaeſiui: fuit, in quo tricis immerſus fui ſcholaſticae et eclecticae poſt philoſophiae: fuit, in quo doctrinae diuinioris egi alumnum: fuit, in quo orbis antiquus: fuit, in quo nouus mihi curae cordique: fuit demum, in quo poſthabui omnia iurisprudentiae ſtudio, publicae, priuatae, clientelaris, ſacrae et ciuilis, in qua nobiliorum pectorum in Germaniis arena ſiſtendum iter, certandum et contendendum pugnaciter, agenda aetas et conficienda. Quod omne cum ita ſit, opus eſt, ut horum uoluminum opuſcula decurramus ſigillatim uirgulamque oſtendamus, quam quoduis eorum mereatur.

Opuſculorum pretia ſingularia. §. 2. Principem locum in his argumento dedimus IVRIS PVBLICI cum uniuerſim, tum ſigillatim Germanici imperii. In quo *prima* diſſertatio ſe offert: DE IVRE REGES ADPELLANDI. *1) de iure, REGES ADPELLANDI. an. 1701.* Dicam de cauſa, dicam etiam de fatis huius libelli. Anno cIↄIↄcxcvII. cum Hagae comitum in Belgio eſſem, ſpe, ex pacificatione, Riſuici inſtituta, proficiendi: inter alia etiam de iure principis electoris, plures primi ordinis legatos mittendi, fuerat diſquiſitum et diſputatum. Cui noua controuerſia pariter acceſſerat, num principis electoris legato *πρεσβεία* eſſet ante Venetae, Belgii et aliarum rerumpublicarum legatos. Vtrumque magna animorum contentione uoluerant ſibique adrogauerant principes electores; nec minori rerum uerborumque adparatu obiecerant uaria huic conatui cum Caeſar, tum respublicae liberae in iisque ordines Belgii foederati. Sed ultimi, quod Brandeburgici archiprincipis potentia uariis caſibus Belgio innotuiſſet atque illius amicitia, uiciniae inprimis cauſa, per eſſet neceſſaria; in uotis poſuere, eximi illum ab hac lite, licet aliter hoc fieri nequiret, quam Poruſſiae ducatus in regnum uerſione. Verbum erat, quod tum, quaſi aliud agendo, audiueram, exciderat que illud rerum adminiſtro, parum de me ſolicito, in conuictu, cui aderam, hoſpes. Ego autem ex eo ſtatim cogitare incepi de hoc argumento, ut illud rationibus exemplisque inſtruerem, ſi quidem conſiliis, tum ex arena datis, euentus ſucceſſusque olim reſponderent. Non fefellit me ſpes, oleum, operaque. Nam tribus annis poſt cIↄIↄcc. in ore atque ſermone fuit omnium, fore, ut princeps elector Brandenburgicus ad regalem dignitatem adſpiraret eſſetque proximus huic ſpei, datae ſibi a plerisque Europae principibus, rebus publicis, regibus, ipſo etiam ſacratiſſimo imperatore. Vix ſurrexerat fama, quin tanti conſilii res eſſet confecta. Nam ſub noui ſeculi anni CIↃ IↃCC I. ingreſſum ſtatuitur dies XVIII. menſis Ianuarii, quo noui regni eſſet peragenda inauguratio Regiomonti. Dederam igitur hoc argumentum prelo, in academica arena

die

die feſto altero aut tertio forte defendendum ac propugnandum. Praeuenit autem hoc conſilium meum noui regni matura dedicatio, cum infra hoc tempus fieri non poſſet, ut quod ſcribere ceperam, finiretur. Theſibus igitur, membratim conceptis, conſulere malui inſtituto, quam uenire poſt feſtum. Exhibet illas uolumen altero loco, ne uerbulo quidem mutato, ut expendere quiuis poſſit, an illae iram et odium mereantur. Quid fit? Statuitur conflictui dies xx. menſis Ianuarii, anni CIϽ IϽCCI. ut etiam hac feria, quae ab initiatione regali tertia fuerat, in hac meditatione abiret. Inde uero maleuolentia et liuor quorundam, quorum magis intererat, ſupprimi opuſculum, quam in lucem produci. Adhuc curiae principali nomen meum fuerat ignotum aut certe non cognitum magis, quam alius cuiusque in Fridericiana doctoris. Verum urgent nunc muſulam meam inuidi obtrectatores, ut rem omnem, id eſt, theſes et opuſculum ipſum, quod interea maturaueram, regalium adminiſtrorum cenſurae et arbitratui deferrem, additis ſupplicibus litteris ad regem, in Poruſſia tum agentem. Erat haec prima mihi uia ad ſalutandos epiſtolis meis uiros purpuratos, quam homines infeſti mihi aperuerant, improuide ſatis, cum alea meis muſis proſpere ceciderit et aliter euenerint omnia, quam propoſuerat ſibi plurium maleuolentia. Reſcribitur patribus academicis: *opuſculum, ſuperare omnium ſpem, tempori reique illud eſſe concinnum, praeſenti inſtituto utiliſſimum, mereri illud, ut cum praemio dimittatur* et, quae reliqua elogia fuerant, maiora longe mea expectatione. Addidit reſcriptum fiduciam, nouo regi opuſculum dicandi et conſecrandi. Accepit illud multa cum indulgentia ſapientiſſimus rex et regali munere centum aureorum auctorem donauit, adſcripſitque eum numero eorum, qui illi a *conſiliis* cum inſigni ſalarii incremento. Quam fortunarum *trigam* dentibus theoninis, bonae cauſae inimicis, me, fateor, debere.

II. *de* AVSPICIO REGVM *anno* CIϽ IϽCC I.

III. *Neniae Pontificis R. Clementis XI. anno* CIϽ IϽCCI.

§. 3. Interea diademati, quod nouo regi congratulati ſunt uere omnes reges ac principes alicuius ordinis Europae uniuerſae, pontifex Romanus, CLEMENS XI. auſus eſt, obſtrepere, conatu certe impudentiſſimo. Scripſit ille dicam Poruſſiae regno auctorque fuit Galliae regi, ut unus eſſet, ſed hoſtis, qui ſuum calculum huic populorum concentui negaret. Sparſerat et ubique diſſeminauerat papa codicillos, ſacra bulla munitos offenderatque ita et euangelicos reges omnes et ipſos Romani coetus principes catholicos, qui omnes ſibi opprobrio fore, crediderunt, ſi haec pontificis inſolentia eſſet impunis effugeretque notam et cenſuram. Excitarunt hae curae induſtriam meam, ut nugas hasce et NENIAS CLEMENTINAS acri calamo transfigerem oſtenderemque, quam illae coniunctae eſſent cum maxima in reges omnes, praeſertim in auguſtiſſimum imperatorem iniuria. Et, ne ſurdo fabulam narrare, uiderer aut aliquis dubitare poſſet, opuſculum transuolare poſſe alpes, ducenta eius exempla aquilis commendata ſunt Poruſſicis, quae tunc in ipſis Italiae oris hybernarunt, ut milites Italis hoſpitibus ſuis ea commendarent ad legendum. Neque tamen ex pontificiis ſcriptoribus fuit, qui aliquid pro honore ſacrae ſedis ei-dem reponeret. Eodem anno CIϽ IϽCCI. ordo ſacrae militiae TEVTONICVS impetiit Poruſſicum regnum, iudicio, ſi ſuperis placet, recuperatorio inſtituto, quo ſibi ſuaeque militiae Poruſſiam utramque conatus eſt adſerere et uindicare. Scripto ea de cauſa edito euulgatoque in imperialibus comitiis, cui inſcriptio: *extortum grauamen aduerſus regalem Poruſſiae dignitatem.* Impudens ſcriptori os, quo nihil erubuit, aduerſus imperatoriam etiam maieſtatem improba uerba eructare. Quaſi ſui oblitus fuiſſet imperator, regem ſalutando Poruſſiae, quondam ſacro ordini addictae. Duro cuneo opus fuerat, ad ſcriptoris audaciam et improbitatem retundendam. Regali itaque iuſſu PORVSSICAE VINDICIAE ſcriptae *aduerſus ſacrae militiae Teutonici ordinis iniquum et maleficioſum grauamen.* Primi in eo docuimus, Poruſſiam nullo unquam tempore Germanico imperio paruiſſe: Polonis eam a ſacra militia Teutonici ordinis perfide ſubtractam. Iterumque aduerſus hunc a Polonis ſibi uindicatam iure poſtliminii. Vt adeo his debeant illam noui regis maiores, non Germanis eamque bona pace.

Vindiciae Poruſſicae aduerſus Teutonicum ſacrae militiae ordinem CIϽ IϽCCI.

pace, non ſanguine aut bello partam. Fieri aliter non potuit, quam refricari uulnera et immania ſcelera ordinis commemorari, per quae diuino humanoque iure Poruſſia excidiſſet. Habuit ſcriptum hoc calculos cum imperatoris, tum imperii, in ſolennibus comitiis inter Caeſaris ac principum legatos, mandato regis, diſtributum. Neque intra quatuor luſtra repertus fuit, qui in gratiam ordinis aliquid ei obmoueret. Sed ante aliquot menſes *Vratislauiae* quidam pſeudonymus agere tandem inſtituit malae cauſae tutelarem. Patronus certe inſulſus. Qui re ipſa herbam porrigit, ſed dolet aculeos et mordacia uerba. Quaſi uero ſpurcus et lutulentus ſcriptor *grauaminum* uenia dignior eſſet, quam iuſta temeritatis et inſcitiae reprehenſione. Mallem ego auctor eſſe cauſae huius aduocato, ut ſalutem in obliuione quaerat idque agant ſacrae militiae ſocii et equites, quo maiorum facinora et crimina immania deleant expunganque bene faciendo.

IV. *Formula* BRANDEBVRGICI DVCATVS an. CIↃ IↃCCVI.

§. 4. Succedit opuſculum, ordine *quartum*, de FORMVLA DVCATVS BRANDEBVRGICI. Caſu quodam, uere ſcribo, ad hoc argumentum acceſſi. Inter alia munera, quibus defungebar, etiam *principali tabulario* fui praefectus in ducatu Magdeburgico ann. CIↃ IↃCCV. Regnum tenere, mihi ſum uiſus, ex quo in conſpectum uenirent tot membranacea monumenta, diplomata Caeſarum omnium, inde ab Ottone M. praeſulatus munificentiſſimo conditore: bullae Romanorum pontificum plurimorum: chartae principum et antiſtitum ſacrorum: aliaque medii aeui inſignia inſtrumenta, non manu aliena deſcripta, ſed authentica et plenae fidei, munita omnis generis imaginibus ac ſigillis. Vt igitur inſatiabilis mihi cupiditas fuerat, legendi omnia, uolutandi, uerſandi, cognoſcendique: ſic fortuna comite incidi in Henrici VI. codicillum anno 1195. uerbis conceptum, quibus Brandeburgicum *marchionatum* transalbini DVCATVS nomine honeſtauit, *marchionem* uero adpellauit DVCEM. Exultaui de hoc theſauro tumque primum cogitare coepi de SINGVLARIS et primariae in imperio PROVINCIAE iuribus, Marchiae BRANDEBVRGICAE adſerendis. In qua ſententia, cum ita eſſem publica ac imperiali fide conſtitutus, dici non poteſt, quam alia multa argumenta ſe obtulerint ad idem probandum et declarandum. Quo ipſo etiam lumen adparuit induſtriae meae, quo dubia et tenebras iureconſultorum de Marchiae principatu electorali tollere potui ac diſſipare. Cum omnia nunc eſſent in propatulo taederetque, omiſiſſe ueteres, MARCHIAE nomen uertere in DVCALE, imperatore Henrico IV. uerbis hisce praeeunte. Sed, qui acciderit, dices, rem hanc, ad dignitatem marchiae omnino facientem, tam diu latuiſſe? Scilicet habuit haec prouincia ſcriptores tantum modo theologos et myſtas, horum incurios et ignaros. Deinde principalis tabularii uetuſtiſſima monumenta uel in Boioaria uel in Bohemia requirenda, quorſum haud dubie caſibus ſunt delata. Quam enim BRANDEBVRGICA marchia praecipui iuribus cumulatiſſima fuerit, illa etiam diplomata fidem faciunt, quae poſtea nactus ſum, quum opuſculum fuiſſe abſolutum. Quae tamen ſuo loco TOMO II. *reliquiarum medii aeui* inſeruimus. Huc autem faciunt, quae ſequuntur. Diploma XLI. quo anno 1252. Wilhelmus imperator defert Brandeburgico principi EXPECTATIVAM ſpemque ſuccedendi in SAXONIAE ducatum, repetitum poſt ann. 1340. a Ludouico IV. imperatore diplomate LXXIII. Diploma XLIV. quo Rudolfus I. imperator ann. 1279. Marchionem Brandeburgicum poteſtate inſtruit, reuocandi bona imperii per SAXONIAM et THVRINGIAM. Diploma XLV. quo ann. 1295. Adolfus imperator Brandeburgico Marchioni confert imperialem in Lubecam ciuitatem uicariatum et, quod diploma LXXIV. habet cenſum ſexies mille marcarum argenti an. 1340. Diplomata LIII. & LVIII. in quibus anno 1318. et 1324. Ludouicus IV. imperator Brandeburgico principi electori indulget ſuccedendi ſpem in principatum ANHALDINVM, imperio forte apertum. Diploma LVII. quo Ludouicus IV. imperator anno 1324. pro Marchiae Brandeburgicae acceſſorio ducatu declarat POMERANIAM et tractum STARGARDIENSEM. Diplomata LX. et LXI. in quibus idem imperator ann. 1324. filium ſuum inaugurat Marchiae Brandeburgicae regalibus et archicameratu Diplomata LXII. et LXIII. in quibus idem anno 1328.

Bran-

Brandeburgico principi electori indulget omnes regiones et prouincias, imperio Germanico in POLONIA ſubtractas. Diploma LXVI. quo idem imperator an. 1328. *Pomeraniae*, STETTINENSIVM, SLAVORVM et CASSVBIORVM duces iubet, ut, intuitu horum ducatuum, in clientela perſiſtant Brandeburgici Marchionis neque porro adfectent imperio parere, abſque intermedio hoc principe, cuius inde ab antiquis temporibus fuerint ſubuaſalli. Diploma LXVII. quo idem an. 1329. dicit LANDSBERGENSEM Marchionatum Brandeburgici eſſe acceſſorium. Diploma LXIX. quo idem an. 1335. arbitrum ſtatuit Brandeburgicum marchionem inter DANIAE regem et ducem HOLSATIAE atque diplomate LXX. LXXI. LXXII. inter regem POLONIAE et IMPERIVM, cetera. Quorum omnium copia cum mihi ſit facta, illud unice dolui, ad honorem Marchiae contuendum, iſta ante edita non fuiſſe, ut alii iureconſulti et hiſtorici de Marchia Brandeburgenſi uel indigne uel inique ſentirent, alii, animi pendendo, nihil uellent definire. *Ioan. Chriſtoph.* BECKMANNVS haec et alia plura pollicitus eſt in *hiſtoria*, quam fere abſolutam habuit, Marchiae BRANDEBVRGICAE. Sed cum ille in hoc conatu demum morte ſit praeuentus, uellem ſchedae huius uiri, philoſophi et theologi, curae darentur iureconſulti ad ſupplendum, arguendum, emendandum. Quam iuris uirgulam etiam eius liber meretur, de ORDINE ſacrae militiae IOANNITICO ſcriptus, in quo PRIORI HEIDERSHEIMENSI hoc dare uidetur, quaſi illius imperio ſacri milites Venedae gentis eſſent ſubiecti. Cum tamen monumenta Sonnenburgenſia clare doceant; PATROCINIVM Brandeburgici principis electoris limites ſuos in COMMENDAS, quod dicitur, Venedae linguae uniuerſas ſe extendiſſe per Marchiam, Miſniam, Luſatiam, Bohemiam, Sileſiam, Pomeraniam et Meklenburgicas ditiones adeoque nomen habuiſſe meruiſſeque non ſubiectae PRIORATVI BALLIVIAE, ſed iuſti ac integri PRIORATVS, Venedo populo ſingularis. Cuius doctrinae lumine dici non poteſt, quam multae eius ordinis in Germania tenebrae illuſtrentur.

§. 5. Palam eſt, inter Poruſſiae regis iura etiam nomen reperiri AVRIACI principatus. Duo igitur opuſcula ſcripſi ad illius notitiam pertinentia. Primum hiſtoricum: alterum iuris publici. Anno ſcilicet CIↃ IↃC XCIV. huius principatus fata nouiſſima ſub Guilielmo III. expoſui atque repetii ſimul origines eius et tempora uetuſtiora, quod opuſculum in *uolum. II. lib. I.* eſt *octauum*. Quoniam Angliae rege improli, proximus ſucceſſor erat Brandeburgicus archiprinceps, ut uitio uerti non poſſet profeſſori hiſtorico, iſthuc oculum uertere. Fuerunt tum ex Hugenottis Gallis, qui Gallorum in ultima rerum conuerſione narrarunt truculentiam et aduerſus homines euangelicos immanitatem. Dedi igitur, quae accepi litteris et ſermone aliorum et uetuſtiora cum recentiſſimis coniunxi. Triennium poſt Hagam conceſſi, ubi plures litterati, Arauſione exules, autores fuerunt, ad hoc argumentum repetendum ſcribendumque hiſtoriae Auriacae epitomen ex inſtituto. Quo fine etiam multi ſymbola ſua contulerunt, emendatis etiam geographicis tabulis, principum imaginibus et hiſtoriis, additis rebus ualde ſingularibus. Quo nomine honoris cauſa commemoro Zulichemium, Auriacum gubernatorem. Verum, praeter ſpem, abrupta finitaque pace Riſuicenſi, redeundum fuerat in Germaniam, rebus meis itinere maritimo Hamburgum delatis, in quibus neſcio, quo caſu, Auriaca miſcellanea mea perierunt. Cum uero hoc inprimis requireretur a Gallis: *eſſetne Arauſio in Galliae clientela?* In Germaniam redux illud argumentum produxi in arenam. Doleo tamen adhuc oleum et operam, quam in Belgio nauaueram, in Auriacis annalibus recenſendis.

V. ARAVSIO uindicata aduerſus Illos Gallos anno CIↃ IↃCC II.

tom. II. lib. I. opuſc. VIII. HISTORIA AVRIACA an. CIↃ IↃC XCIV.

§. 6. Opuſculum de IVRE ADLEGANDI ORDINVM S. R. I. plura habet ſingularia, quae adhuc fugere ſolebant iuris publici ſyſtemata. Cum enim RISVICENSI pacificationi intereſſem ſpectator, accidit, ut PRINCIPI ibi commendarer SCHWARZENBERGICO, ADAMO FRANCISCO CAROLO, unigenae. Socius et conſors futurus in rebus, litteris, actis, geſtisque, principi iuuentutis eo fine quotidie miſſis et communicatis,

VI. De iure ADLEGANDI ORDINVM S. R. I. anno CIↃ IↃCC III.

catis, ut, me duce, exinde proficeret in addiſcendis ac aeſtimandis cauſis conſiliisque publici iuris negotiorum. Quod, cum factum eſſet, id egi, ut principis gratiam mererer et, ſi fieri poſſet, in eius uenirem amorem. Cum ſucceſſiſſet conſilium, facile fuit, ad habendum aliorum, Auſtriacorum praeſertim, fauorem, quorum intereſſe uidebatur, in gratiam principis, omnia faciendi, quibus animum illius ſibi ac olim fortunis ſuis conciliarent. Primarium in hoc beneuolentiae genere locum, piis omnino manibus damus illuſtriſſimi comitis a SEILERN. Ipſe enim, ſtudio in principis magnum parentem, non ſolum frequenti acceſſu et colloquio me dignatus eſt: ſed etiam larga et liberali manu copiam mihi fecit actorum, libellorum, litterarum et commentariorum, in publici iuris argumentis, pacis cauſa ſcriptorum. In quibus plurima etiam, quae notae non uulgaris, multoties ipſis tum legatis occulta, mihique, nunc in colloquiis, nunc lectione aperta, nonniſi arcano et ſub fide ſilentii, a me promiſſi. Debeo eandem etiam gratiam nomini PRIELMEIERIANO, qui prudentiſſimus ſenex, rerum uſu et litteris nemini tum legatorum poſthabendus, tam eius generis monumenta ad legendum conceſſit, quam etiam alia plura publici iuris inſignia monumenta. Quod cum ita eſſet, cauſae ſat multae, quare anni CIↃ IↃ CC XCVII. ultimum ſemeſtre maximi habeam praeferamque illud reliquo uitae tempori longiſſimis paraſangis. Acceſſit ad haec Sueciae regis, arbitri pacis, adminiſtri utriusque bona gratia. Principio BONDEI comitis, poſtea etiam LILIENROTHII, qui mihi ſuaſor fuit ad PACIFICATIONEM hanc deſcribendam et commorandum HAGAE comitum per ſemeſtre hybernum. Per quod mihi cum conuictum et hoſpitium obtulit, tum uolumina ſua negotii pacificatorii inſtrumentorum. Sed non licuit meo ſolius inſtituto, ultra tempus indultum abeſſe Fridericiana. Ad hanc igitur redux mutaui conſilium, diſtuli hiſtoriam rerum, nouiſſime geſtarum. Verum ſingularis operae pretium fore, credidi, iura, cauſas, rationes, momentaque IMPERIALIS LEGATIONIS, Caeſareis tum legatis, exemplo, in omni memoria inaudito, ADIVNCTAE; quam uerbo ADLEGATIONIS et ADLEGATORVM ſignificaui, deſcribere, expendere, aeſtimare, aperire ac tueri. Qua certe occaſione anecdota plurima huic opuſculo interpoſui inſperſique locis, ubi non requiruntur et expectantur. Neque tamen ita effugere potui aliquorum indignationem, quorum ſcilicet intererat, tegi et obliuione ſepeliri, clam acta geſtaque, non prodi poſteris et in publicum emitti. Quorum tamen conatus illuſtriſſimus uir, S. R. I. comes a SEILERN ſua auctoritate tum in comitiis repreſſit litterisque ſuis, ad me ideo ſcriptis, teſtatus eſt, maioris ueritatem habendam, quam mortalium ſenſus et blanditias. Atque hoc illud eſt argumentum, quod propugnaui in iureconſultorum arena, pro doctoris laureola, non tam honoris ergo capesſita, quam facultatis cauſa ad iura docendum.

§. 7. Ad lucubratiunculam DE DISPARI NEXV CIVITATVM S. R. I. commouit me ac precibus ſuis fere compulit, ſub meo praeſidio iura reſpondens, candidatus, ciuis Argentoratenſis. Cum enim rex Galliae Argentinae fidem dediſſet, eorundem iurium ac priuilegiorum ſeruatricem, quibus ante gauiſa, cum ageret ſub alis et aquila imperiali: non abs re fore, creditum uiris quibusdam ſenatoribus et conſularibus, ſi patriae urbis iura tam illa, quae ei cum aliis pluribus S. R. I. ciuitatibus communia, quam reliqua, eidem prorſus ſingularia, in medium producerentur. Quo haberent ciues, ad quod toties prouocare poſſent, quoties adminiſtri regales aliquid innouarent uerterentque in deteriorem ſtatum. Vt uero minus conſultum eſſe uidebatur, ARGENTINAE mentionem facere in opuſculi ueſtibulo: ita inſcriptio eius uniuerſim fuerat concipienda, quo ueritas, odii plena, ſub nomine communi liberarum S. R. I. ciuitatum eo magis lateret ſecura. Id etiam fuerat curandum, ne qua parte rex Galliae offenderetur in opuſculo euitareturque ſuſpicio, priorum temporum iuriumque mentionem fieri, quoniam praeſentium taederet eſſentque incolae male animati in Gallos. Eius uero commatis bona uerba quis uitio uerterit Gallico ſubdito ac ciui, licet ſcribenti in Germania. Sed fuere quidam

VII.
De CIVITATVM diſpari nexu cum S. R. I. anno CIↃ IↃ CC X.

dam homines maleferiati, qui illud ipſum trahere uoluerunt in crimen nefandum. Quaſi ſcilicet Argentoratenſi, in Germanica academia agenti ideo eſſe liceret immemori reuerentiae, quam ſuo debet regi aut fieret peregrinator ſuae reipublicae hoſtis. Rancidum itaque uirus eſt, quod aduerſus haec ſparſit euomuitque anteceſſor Tubingenſis in diſſertatione noſtrae oppoſita. Non ita bilioſi ſumus, ut ferre neſciamus noſtris aduerſa ſentientes, praeſertim, ubi nuncium miſimus doctrinae uulgari, pro qua facilius eſt, facere uerba, quam noua et recondita edere et tueri: ſed cum ille barbaro calamo, quo utitur, in ſcurriles et, ueterano iureconſulto indignas ineptias, calumnias et nugas erumpat, ſibi tribuat, ſi in opuſculo, quod prelum expectat, male iterum audiat intelligatque, quam miſer ſit cauſae huius tutelaris, qui in argumento tam graui, totque difficultatibus ac tenebris obruto, ſatis eſſe, putat, crepare ſuum Knipſchildium et uulgares auctores alios et negare omnia, etiam illa, quae in tanto hiſtoriae lumine hodie ne quidem ignota ſunt tyronibus. Aperientur tum etiam anecdota calami mendiculi et mercenarii, ad doceudum illos, quorum intereſt, ut ſciant, quos angues foueant in ſinu.

VIII. *De OBLIGATIONE SVCCESSORIS in principatus et clientelas S. R. I. anno 1714.*

§. 8. DE OBLIGATIONE SVCCESSORIS IN PRINCIPATVS AC CLIENTELAS S. R. I. Argumentum huius opuſculi omnino eſt forenſe iuriſque publici ac priuati, quod ſaepe ac iterum reſpondi requiſitus. Scilicet noſtro aeuo admodum eſt familiare, tam principes, quam nobilioris ordinis ciues plus numorum impendere ac deglubere, quam uires et reditus principatuum et patrimoniorum patiuntur. Fit inde, ut raro aliquis eorundem moriatur, qui non ſit in multo aere alieno. Accidit ergo, ut quidam princeps ſuceſſor hoc uteretur dilemmate: aut abſoluendum ſe ab obligatione ſui deceſſoris aut, ſi quidem debita illius ſoluere teneretur, perdendum principatum, expilandos ſubditos, ſpe inani decipiendos rerum adminiſtros, quibus ſalaria promitti queant, non ſolui. Neque tot nominibus extinguendis ſufficere moderationem ſumtuum et impenſarum. Integri ſeculi parſimoniam, quam illa etiam ſordida ſit et principali adparatu indigna, non expleturam tot lacunas. Quid uero iuris conſiliique? Titubant, haeſitant, uariantque hic ſuprema etiam imperii tribunalia ſuntque multiplicia ſibique ipſis aduerſa. In hoc igitur labyrintho in arenam prodii atque ex iure Germanico et rationibus medii aeui clare docui: necquicquam obligari ſucceſſorem ex facto et aere alieno ſui anteceſſoris ſiue patris ſiue agnati. Hoc olim iure uixiſſe Germaniam, hoc, non alio, uſos eſſe principes et gentilitiam patriae nobilitatem, circulos hoſce leges praecipue Romanas turbauiſſe, ut priſtini iuris patrii omnino opus ſit inſtauratione, uniuerſae Germaniae ſalutari. Re ipſa intellexi poſt, non perditum oleum. Potius hoc iuris auxilio plures fuiſſe uſos eoque creditores redegiſſe, ad tranſigendum et remittendum. Alios uero prouidos magis noſtra feciſſe, ne crederent porro aes ſuum proceribus ac principibus ad libidinem et luxum eſſentque in fide habenda difficiles, niſi conſtaret de uerſione in rem utilitatemque et commoda reipublicae. Adeoque eſſet ultima in nexu ſimul cum debitore purpurato ac principali. Dolui, feſtinatione candidati ex academia, docti ac induſtrii iuuenis, ſynergae in hoc ſcripto, factum eſſe, ut abrumperetur filum neque ſigillatim oſtenderetur, quid hic etiam iuris in Germanico praeſulatu.

IX. *De FORO SVBFEVDORVM imperialium in cauſa Rittbergenſi an. 1715.*

§. 9. Dedimus opuſculum DE FORO SVBFEVDORVM S. R. I. IN CAVSA RITTBERGENSI deſiderio ac uoto candidati, Haſſi, qui in eo iurium facere uoluit periculum ac principis ſui ita demereri beneuolentiam. Tum enim grauiter in ſupremo S. R. I. tribunali diſceptatum: eſſetne forum, in litigioſa comitatus Rittbergenſis ſucceſſione, in Haſſiaca parium curia, an uero in iudicio Caeſareo Viennae. Primum nos adfirmare ac contueri, inſtituimus, ad palatum imperii comitialem. Vbi aliqua argumenta monumentaque cauſae Haſſiacae patroni ſuggeſſerunt: ſed pleraque, inſtituto ſingulari, e patrii iuris rationibus, diplomatibus, exemplisque repetiimus inferioris aetatis. Vt adeo cauſae huic cum ſigillatim prodeſſe queant, tum uniuerſim in omni eius generis argumento clientelari.

§. 10.

X. *Differentiae IVRIS FEVDALIS communis et PORVSSICI an. 1716.*

§. 10. Differentiae IVRIS FEVDALIS COMMVNIS et PORVSSICI an. CIↃ IↃCCXVI. Cum in eo eſſem, ut in diuerſam feudorum indolem inquirerem cum in Germanico imperio, tum in Europa propemodum uniuerſa: illud reperi, nullibi feuda generis et iuris totuplicis reperiri, quam in Poruſſia. Acceſſerunt huic cauſae tenebrae et caligo, vere cimmeria, quibus Poruſſiae clientelae earumque multiplex diuerſitas inuolutae. Adeo, ut ne quidem Poruſſici prouinciales ſcriptores uel interpretes auſi ſint, in illis aliquid definire. Vel enim ab hac tabula manum remouerunt uel eam uix indice digito attigerunt. Imo cum hac in re amicos per litteras ſalutarem, illi binis uerbis reſponderunt, nihil certius eſſe, quam quod omnia in Poruſſiae clientelis ſint incerta. Malle ſe diſcere, quam docere alios. Transmiſerunt tamen duo ſchediasmata, quorum autores cum et ipſi titubent pendeantque animi, neque rei dubia tollunt neque aperiunt dubiorum cauſas. Duce itaque et doctore fere deſtitutus, putaui e re fore, proprio etiam marte aliquid tentare. Praeſertim cum Poruſſiae rerum memoria ſupereſſet ſingularis ex ſcripto, iuſſu regali edito, aduerſus Teutonici ordinis iniquiſſima in eam poſtulata, quorum mentio facta ſuperius? Conſului igitur leges, ICtos, hiſtoricos, faciem et fata reipublicae, mores, populos, inſtituta; contuli haec cum moribus uiciniae, aliorum regnorum, ipſius Germaniae noſtrae atque ita fidentior factus ſum, ad hoc argumentum deſcribendum ac diſceptandum. Ita ergo confectum eſt opuſculum, ſpatio aliquot hebdomadum. Quod ſponte currenti calcar adderet iuris candidatus, aduena ex Poruſſia, eo fine, ut, me praeſide, uteretur in arena inaugurali. Veniam itaque lucubratiunculae huic expeto, ſi quid in illo deſiderandum porro et expungendum.

XI. *Differentiae iuris FEVDALIS communis atque LVSATICI 1714.*

§. 11. DIFFERENTIAE IVRIS FEVDALIS COMMVNIS ATQVE LVSATICI anno CIↃ IↃCCXIV. De hoc feudorum genere multoties iura contentioſa reſpondi nunc priuatim, nunc a Iureconſultorum ordine requiſitus. Cum enim uiri quidam eruditi intelligerent, me id agere, ut peregrini et patrii iuris haberem differentias, nauſeare ſtomachum illos, qui cogunt utraque in iuris harmoniam, hoc inſtitutum meum eo magis adprobarunt, quo maiores in Luſatia omni tempore querelae, reſponſis ſententiisque extraneorum iureconſultorum clientelaria patriae iura turbari magis, quam lumen accipere. Adeo, ut pridem dubitauerint ordines Luſatiae, controuerſas in hoc argumento cauſas iudicio extraneorum collegiorum ſubmittere. Addidit praeterea animum ad ſcribendum, quod aere meo, comite autem fortuna, nactus ſim tria rerum Luſaticarum uolumina MSta. Ne opus eſſet, uti ingenio ſolo hac in re et extranei iuris principiis et monumentis. Inprimis uero multum lucis attulerunt inſtituto meo GRAVAMINA ORDINVM MARCHIONATVS LVSATIÆ ADVERSVS BOHEMIÆ REGEM an. CIↃ IↃ LXXII. Quae cum pleraeque tangerent argumenta feudalia, quaſi rex nexum intenderet clientelarem magis adſtrictum, quam fieri poſſet, ſaluis ueterum placitis, moribus, inſtitutis, libertate: dici non poteſt, quam mihi hoc contentionis genus lumen accenderit praetuleritque in his tenebris et quam omnia reſponderint doctrinis meis in iurisprudentia clientelari ſecundum mores uetuſtioris Germaniae. Ita prodiit opuſculum in conflictuque inaugurali poſtea diſceptatum, licet in alia omnia illud iret, quam uulgo ſcriptum fuerat in ipſa Saxonia. Fuiſſe tamen nouam doctrinam aut potius ueteris doctrinae inſtaurationem ad aliquorum ordinum illius prouinciae palatum, etiam illud fidem facit, quod biennio poſt muſas noſtras iterum implorauerit, de eodem argumento in hanc ſcenam producendo, Luſatus, iuuenis egregius et doctus, qui ſigillatim in DOTE et LEGITIMA colligere uoluit eius iuris ſpicilegia. Attulit praeterea farraginem MISCELLANEORVM IVRIS LVSATICI, unde plurima deriuauimus in noſtri thematis campos. Iuris praeſertim pronunciata et praeiudicia. Quibus tribuere multum ſolent iudices, quorum animi ſolo nouitatis uerbo poſſint offendi: ut malint ſententias uſu receptas habere, quam ueras nouoque inſtituto erutas ex rei indole ac origine nexuque inter

XII. *Differentiae iuris feudalis communis et Luſatici in LEGITIMA et DOTE. 1716.*

parentes

Digitized by Google

parentes ac imperantes. Addidit utrumque opuſculum RERVM LVSATICARVM MISCELLANEIS ſuis Chriſtianus Godofredus HOFFMANNVS, a quo humaniſſimo iureconſulto alia plura ſibi merito promittit orbis litteratus.

De iure POSTARVM CLIENTELARI anno 1704.

§. 12. DE IVRE POSTARVM CLIENTELARI, uom Erb-Poſt-Lehen anno CIƆ IƆCC IV. iuſſu ſcripſimus conſilioque purpuratorum. Scilicet, quotquot iureconſulti adhuc argumenta reſponderant IVRIS POSTARVM aut CELERVM in republica, fere peccarunt inter nimium et parum. Nam ea in re uel nihil dederunt Caeſari uel ordinum Germaniae iura expunxerunt in ſuis prouinciis. Quo certe factum eſt, ut plerumque incurrerent uel in Caeſareorum uel in principum imperii nonnunquam in utrorumque grauiſſimam offenſam. Vltimum tunc fatum habuit, qui in hac cauſa reſpondere uoluit CAESAREO TVRRIANO. Vti enim ultimus parum conſiderate omnia celerum iura negauit principibus imperii in ſuis prouinciis: ita primus in Caeſaris iura inuectus eſt argumentis futilibus et nihil concludentibus, quorum puduit taeduitque principales adminiſtros, ut mallent nihil ſcriptum eſſe, quam ſcriptum ita peruerſe. Mediam igitur inter utramque uiam eſſe, docuimus, quae duceret ad iuſtitiam et ueritatem. Intelleximus poſt ex Paarianae cauſae aduerſus Taxium patrono, uiris rerum peritis noſtra non diſplicuiſſe Viennae. Principum uero S. R. I. adminiſtri adeo calculum addidere noſtris, ut hoc eodem remedio uterentur ad celerum curam ſuis adſerendam in territoriis et effugiendos Taxiorum laqueos, quibus ordines imperii in nouis ſtationibus inſtitutis ſolent irretire. Interiecit lucubrationem noſtram ſuis etiam obſeruationibus de REGALI POSTARVM IVRE Adamus CORTREIVS. Cuius filium, amicum noſtrum, fata ante biennium praeuenerunt in rerum conſiliorumque, prouinciae huic utilium, laudabili conatu. Praediximus, forte inter iocandum, ut in ſermonibus erat facundus et facetus, annum eius mortualem. Vtinam falſus, ſed eheu uerus diuinator, ex fallacibus ceteroquin manuum lineamentis. Fors, an ratio tulerit caſum, animo meo acerbiſſimum.

De iure RETRACTANDI TRANSACTIONEM, nouis inſtrumentis repertis anno 1704.

§. 13. De iure RETRACTANDI TRANSACTIONEM, NOVIS INSTRVMENTIS REPERTIS ann. CIƆ IƆCC IV. Scilicet re ipſa intelleximus, multoties inter principes imperii, ſaepius etiam inter priuatos, transactionum cauſas fuiſſe monumentorum, quae in tabulariis delituerant, ignorationem. Quoniam ante dimidii ſeculi ſpatium pauciſſimis principatibus archiuarii fuerunt, poſt etiam facilius cuſtodes tabularii reperti, quam lectores ac pallidi diplomatum et chartarum ſcrutatores. Ego certe poſtquam principali tabulario praefectus eſſem, id egi, ut plerorumque monumentorum, uetuſtiorum praeſertim, haberem notitiam. Quo litterarum ſtudio factum eſt, ut plura eruerem, quae fugerant anteceſſores quaeque profutura credidi iudiciis recuperatoriis eorum, quae olim dolo ac caſu fuerint amiſſa. Interea etiam illud intellexi, de plerisque fuiſſe transactum, eo quidem facilius et indulgentius, quoniam inſtrumenta non fuere ad manus, quae tamen rem ponere potuiſſent extra aleam et dubitationem. Vltimum igitur ubi accepi et cognoui, transactionem uel nullam habui uel talem, quae, ob cauſam nouiter repertorum monumentorum, poſſet reſcindi. Sed uidi, iureconſultos ſuper hac re ire in partes, diuerſos diuerſis uti rationibus, legibus, argutiis. Inprimis uero numeros eorundem longiores eſſe, qui, transactionis uim nullatenus deſtrui, ſentiunt, licet poſtea inſtrumenta reperiantur, quae aduerſae parti nihil relinquunt dubitationis. Aduerſus hos igitur mea direxi, ne transactio uinculum eſſet et patrocinium iniquitatis, non cerebrinae, ſed omni iure manifeſtae. Quoniam nulla lege ſtatutum poenas mereri et incurrere illos, qui, erratione et mendaci opinione perſuaſi, tranſigunt, ne recuperent iura, uitio et errore detectis. Torporem, incuriam et negligentiam iuris feriunt leges praeſcriptionis fulmine: non pacis ſtudia, quae mater transactionis. Ceterum noſtra doctrina deceptis ſuccurrit, non decipientibus aut intempeſtiuae et fallacis transactionis decipulo et improbis praeſtigiis.

De PSEVDOTVTORE NOTARII, an. 1712.

§. 14. De PSEVDO-TVTORE NOTARII anno CIↃ IↃCC XII. Pauca ſunt meo calamo ſcripta in hoc opuſculo. Pleraque danda induſtriae et manibus candidati, qui caſum, quem olim aduerſus eius generis tutores et curatores reſponderat, tueri porro uoluit in arena inaugurali.

TREBELLIANICA et LEGITIMA exules in fideicommiſſis familiae anno 1712.

§. 15. TREBELLIANICA ET LEGITIMA EXVLES IN FIDEICOMMISSIS FRVCTVARIIS an. CIↃ IↃCC XII. Momentoſa cauſa fuit, quae induxit animum meum ad huius opuſculi argumentum. Scilicet in A. fideicommiſſis, mortuo anno CIↃ IↃCC II. W. R. ordo et iura ſuccedendi delata in R. P. F. Sed recuſauit fiduciarius heres I. F. W. qui ſibi hereditatem adrogauerat, reſtituere fideicommiſſum et reddere illud fideicommiſſario, niſi Trebellianica et legitima, id eſt, ſemiſſe cuiuſque rei deducta retentaque. Ratione prouidentiae maiorum inconcinna, qui dynaſtias, quae requirebantur, neque aere alieno uoluerant adfici neque diuidi. Illud igitur probandum ſuſcepi: EXVLARE omnino TREBELLIANICAM ET LEGITIMAM E FIDEICOMMISSIS FRVCTVARIIS idque iure tam Romano, quam Germanico, maxime inter principes et illuſtres familias. Adeoque nullum locum eſſe deductioni et retentioni uel utriusque uel alterutrius partis. Idem argumentum breui poſt CIↃ IↃCC XIII. reſpondendum fuerat in gratiam comitum de DHONA, quibus obuenerat, iure fideicommiſſi familiae, WARTENBERGICA Sileſiae dynaſtia, cui reſpondit rerum felix et dignus iuſta cauſa euentus.

Differentiae iuris R. et G. in MVTVO anno 1705.

§. 16. DIFFERENTIAE IVRIS ROMANI ET GERMANICI IN MVTVO an. CIↃ IↃCCXV. Eſt in ſermone omnium paſſim in Germania conſilia agitari de NOVO IVRIS CODICE FACIENDO. Neque forte ſine re et cauſa. Adhuc enim Germanica iura tenebris obruta et uere obliterata Romanarum legum auctoritate. Reuiuiſcere nunc demum incipiunt patriae inſtituta atque cum hiſtoriae luminibus iterum reſurgunt emerguntque. Acceſſit etiam hoc, quod Romana nunc iura pariter a ſordibus Italorum repurgata et aperta ſint, ut penetrare iam propius liceat in legum occaſiones et cauſas. Quae utraque igitur deſidia et ignorantia priorum temporum inuicem commiſcuit magna ſcientiae huius rerumque forenſium perturbatione: illa inuicem ſeparare nunc licet et docere utriusque differentias. Feci periculum cum in argumentis aliis, tum in hoc, quod eſt de mutuo. Fuit enim mihi aliquis auctor, ut, ſpeciminis loco, leges nouas ſuggererem, in materia rerum creditarum. Quod facilius ac felicius fieri poſſe, exiſtimaui: ſi ante in Latii et patriae inſtitutorum inquirerem diſcrimina et cauſas, congererem aliarum rerumpublicarum ſymbola et mores. Ex quibus demum ſeligi poſſent ea, quae conducerent legiſlatori. Verum non abſolui opuſculum, ſed filum abrupi, cum feſtinaret candidatus meumque otium occuparent alia.

Differentiae iuris R. et G. in DIGNITATE FOEMINAE an. 1718.

§. 17. DIFFERENTIAE IVRIS ROMANI ET GERMANICI IN DIGNITATE FOEMINAE ET VXORIS an. CIↃ IↃCC XVIII. Cum iureconſulti argumentum: *quid iuris ſit ex impari matrimonio natis*, tantum non omnes reſpondeant ex LL. Romanis ideoque inaequalia matrimonia non adprobent ſolum, uerum etiam inde pronatis liberis eadem indulgeant nomina et iura ſuccedendi in clientelas et principatus S. R. I. in quibus caſtris militant Salmuth, Mylerus ab Ehrenbach, Feltmannus aliique huius thematis ex inſtituto ſcriptores: difficilis et ardua in re hac, ubi de prouinciis, principatibus et dynaſtiis eſt quaeſtio, omnino aduerſum facta et his oppoſita diſputatio. Non ego tamen fugi laborem magnum. Partim quoniam cauſa agebatur principis imperii, cui me ſenſeram obſtrictiſſimum, partim quod ſemel inchoato opere uetuſtioris Germaniae leges, inſtituta, rationes, mores, ipſi codicilli imperiales fauerent remque ponerent extra dubitationem. Quae omnia iureconſultis pudorem et ruborem adferunt, quod, legibus peregrinis occoecati, per craſſiſſimos errores lapſi ſint in grauiſſimo hoc publici ac priuati iuris argumento. Ceterum adiecimus opuſculo paradoxon: *a matribus etiam genus nobilitatis deriuari in liberos.* (*) Sed

(*) Exemplis et rationibus uſi ſumus in hoc genere coniecturae. Quibus nunc illa

Sed illud, ſiue uerum ſiue dubium, iras noſtras non meretur.

NORIBERGA INSIGNIVM S. R. I. TVTELARIS anno 1713.

§. 18. Hactenus ex miſcellorum opuſculorum parte prima, ſequitur nunc altera in eaque NORIBERGA IMPERIALIVM TVTELARIS ann. CIↃIↃCCXIII. Dederam hoc cum amori in candidatum, haec iura in conflictu inaugurali reſpondentem, tum huic lucidiſſimo Germaniae uniuerſae ocello, almae Noribergae. Quoniam inſignium S. R. I. tutelam ſibi, inſolenti ſatis auſu, uindicare inſtituerant Aquiſgranenſes in nouiſſima Caeſaris inauguratione an. CIↃIↃCCXII. Concitauit auxitque etiam illud indignationem meam, quod aduerterem, malae cauſae patronos fictitiis et ſuppoſitiis diplomatibus uti ad circumueniendum iudices, rerum eius generis ignaros. Inde campus nobis ampliſſimus, deſcribendi imperialia haec cimelia, defendendi et docendi eorundem aetatem Carolinam, tutelaria iura adſerendi Noribergenſium reipublicae, atque reponendi ad ea, quibus pars aduerſa per tria ſecula id egit, ut hunc clauum de manibus ac moenibus ciuitatis purioribus ſacris addictae, excuteret eriperetque. In quibus argutiis, ne quid uideretur a nobis praetermiſſum eſſe, aduerſae partis noſtro uolumini adiunximus patronum, *Iacobi* GRETSERI *ſyntagma* de inſignibus S. R. I. Cui addi poteſt *Chriſtiani* ERDMANNI RELATIO HISTORICO-PARAENETICA, DE SACROSANCTIS S. R. I. RELIQVIIS ET ORNAMENTIS, NORIBERGAE ADSERVATIS AD IMPERATOREM ET ORDINES S. R. I. anno CIↃIↃCXXIX. in 4to. Qui neque alia habet, quam primus, neque alium ſibi proponit finem, quam hunc: *Noribergam Euangelicam, ſacrarum reliquiarum*, quae tantummodo proſint R. catholicis, *cuſtodia eſſe indigniſſimam ideoque cuſtodiae iure, per ſacra puriora excidiſſe, atque comitiali decreto illo deſtituendam.* Non oleo, non operae et uigiliis pepercimus in hac lucubratione neque enim uideo adhuc, quid dici queat porro in hac cauſa. Eſt tamen uir generoſae proſapiae et ſenatoriae dignitatis, dominus ab EBNER, qui, uti litterarum ſtudia in academiis et longis itineribus coluit, ita hoc nunc agit, ut omnia harum reliquiarum et inſignium genera ſigillatim, accurate et exquiſite in aere deſcribat exprimatque picturis, quae rebus ipſis in magnitudine et lineis reſpondeant, ut ouum ouo. Gratulamur humaniſſimo uiro hunc laborem atque uouemus otium a curis reipublicae, quibus animum in rebus belli et pacis habet occupatiſſimum. Cuius etiam humanitati non parum debeo. Qui non ſolum in ciuitate anno CIↃIↃCCXV. exeunte, aduenam benigniſſimis uerbis publico nomine excepit, duxit comes per urbem, parauit ad memorabilia quaeque acceſſum, ſed etiam, inter multa officia alia, munuſculo, reipublicae largitrice, mactauit iter, in memoriam, ut dixerat, Noribergae tutelaris.

GERMANIA PRINCEPS ſub CVNRADO I. anno 1710.

§. 19. GERMANIA PRINCEPS SVB CVNRADO I. anno CIↃIↃCCX. opuſculum hoc, me doctore, non dictatore ſcripſit artium tum candidatus, nunc iuuenis ex Anglia, Gallia, Italiaque redux et hoc ſemeſtri in publico et beneficiario iure auditor, literis, doctrina, induſtriaque muſis meis commendatiſſimus. Ea enim animo meo firmiter inhaeret ſententia, originem potentatus S. R. I. principum requirendam eſſe a temporibus extinctae in Germania Carolingicae ſtirpis. Vti vero mea nemini obtrudo; ita etiam parum curo aliorum mala uerba, quibus hanc doctrinam, non hodie aut nudius natam, ſed olim, principis electoris archipalatini Caroli Ludouici iuſſu deſcriptam ac propugnatam a Puſendorfio et Rusdorfio, adminiſtris palatinis; imo ante et poſt a clariſſimis uiris et patriae lucidiſſimis ſideribus Lehmanno, Conringio, Paurmeiſtero, Cocceio, Hertio aliisque non infimi nominis

la addo, quae poſt reperi apud *Ioannem A. ab* OTALORA, ſenatore regio in libro de *Hiſpanica nobilitate part. 4. c. 8. p. 329.* his uerbis concepta: *Bene uerum eſt, quod ex priuilegiis quibusdam ſpecialibus a regibus noſtrae* Hiſpaniae *conceſſis, aliquando mariti gaudent immunitate et nobilitate ex perſonis uxoris. Vt eſt Salmanticae, en las que ſon de los binajes. Et in aliis priuilegiis tam a legibus regni expreſſis, quam ſpecialiter conceſſis et in corpore iuris non incluſis.*

minis iureconſultis probatam firmatamque, nunc aperte, iterum per latus ſolent impetere. Certe nihil hic auribus damus aut ſenſibus aliorum: ſed omnia ueritati; ex tot monumentis et rationibus cognitae omni aeuo in hiſtoria Germanici imperii. Saepius hoc thema tractare uolui ex inſtituto: ut omnia eſſent ante oculos primo ſtatim intuitu et lumina huius doctrinae redderentur illuſtriora, cum nunc in hiſtoria inferioris aeui hinc inde lateant fugiantque illos, iureconſultos praeſertim, qui parum in ea ſunt uerſati. Interim, uellem, legeretur opuſculum et res in eodem deſcriptae cum regimine conferrentur Carolidarum in Germania. Quo certe ipſo clare intelligetur formulae metamorphoſis et conuerſio. Carolingici in Germaniae regnum ſucceſſerunt heredes: poſtcarolingici ordinum decreto electi. Carolingorum tempore comitiorum participes fuerant nonniſi Franci et Saxones; poſtcarolingico ſeptem Germaniae populi omnes in illis offenduntur, claro indicio, ſummam rerum nunc eſſe penes omnes. Carolingico tempore uel nulli duces uel nonniſi pauciſſimi: poſtcarolingico nulla Germaniae prouincia remanſit, quae non coiret ſub imperium ſui ducis unius, cui quantum poteſtatis acceſſit, tantum deceſſit regi, qui olim duplicem ſuſtinuit perſonam regis et ducis ſimul. Carolingico tempore ducis uerbum nomen fuit officialis uel regalis uicarii: poſtcarolingico inuoluit potentatum et tantum non regis ſynonymum. Inde perduellionis, laeſae maieſtatis aut grauiſſimi criminis alius reus fuerat dux Carolingicus, qui, rege inſalutato, conuocauiſſet prouinciae ordines, ſubditos, ciues; qui ſcripſiſſet conduxiſſetque militem; qui bella indixiſſet aliis; qui prouocauiſſet hoſtem; qui foedera et pacem pepigiſſet; qui tranſegiſſet, de limitibus et finibus territorii; qui ſcripſiſſet ſuis leges; qui cudiſſet ſui nominis monetas; qui de ſucceſſione in principatum diſpoſuiſſet inter liberos; qui alia omnia egiſſet, quae ſolos decent imperantes. Sed tamen cuncta haec et alia plura poſtcarolingicos duces et quemlibet eorundem in ſuo principatu feciſſe, ex ſuo tantummodo, non Germaniae regis alicuius, nutu et arbitratu, id quidem per idoneos teſtes oſtendit comprobatque opuſculum. Sed dicis, crimina haec fuiſſe imminutae maieſtatis. Caue, ita ſentias et iudicio pecces in tot patriae heroum manes, quibus non iras debemus, ſed gratiam uindicatae Germaniae noſtrae a iugo Carolingico in libertatem. Quo iure utimur ac fruimur hodieque. Vbi iura manifeſta, regnatrice ſtirpe extincta ſummam rerum ad populum redire, ibi crimina fruſtra finguntur. Porro, ſi concentus uniuerſorum pro uoce habetur reipublicae et, quod ille dixit, pro naturae quodam decreto, etiam illud momentum eſt inſigne, eadem omnes ſenſiſſe prouincias ſuique iuris ſe factas eſſe, perhibuiſſe. Singulae ſibi ducem ſtatuerunt; quod ante regis fuerat, detulerunt ducibus; his paruerunt pace belloque, domi ac foris, etiam aduerſus ipſum uniuerſae Germaniae regem, quoties ille auderet, circulos nouae formulae in republica turbare. Hanc fidem uere homagialem BOII dederunt ſuo Arnulpho; SAXONES Ottoni; SVEVI Burckardo; THVRINGI Popponi; BOHEMI Vratislao; VENEDI ſuo duci pariter licet obſcuri nominis, quos, tantum abeſt, Germaniae tum paruiſſe, ut illi potius ſpiritus conciperent, omnem Germaniam redigendi in ſuam poteſtatem. His moribus ſingulae prouinciae uixerunt ſigillatim. Quoties autem comitia coacta imperii uniuerſi, quod ſingulis poſt annis factum; cum olim Carolingici reges ea inſtituerint per totius uitae ſpatium uix ſemel ac iterum: tum demum clare adparuit Carolingici et poſt Carolingici regiminis diſparilis formula. In illo regis arbitria pro lege fuerant: non in hoc, ubi ordines adſciti in imperii ſocietatem, ſine quorum conſenſu quicquid placuerat imperatori, placuerat fruſtra. Ipſe iam imperator, ſui iuris conſcius, formula uſus eſt noſtro et IMPERII CONSENSV, qui olim conſilii fuerat, non iuris neceſſarii, ut nunc; ipſa decreta comitialia non leges aut conſtitutiones CAESAREAE ſunt inſcriptae KAYSERLICHE, ſed imperiales REICHSSATZVNGEN, ut ordinum ſocietas etiam in uerbis curialibus

hono-

honoraretur; horum omnium rector archicancellarius non Caeſaris aut CAESAREVS porro audiit, ſed IMPERIALIS, REICHS-Cantzler; eadem etiam cauſa reliqui officiales palatini REICHS-AEMTER, et Rheni palatinus IMPERII dictus non factus a Caeſare, ſed natus ut conſtaret, illos fidem non Caeſari ſolum dediſſe, quod factum ſub Carolingis, ſed IMPERIO. Ad munera haec, uti ad ipſos ducatus, non elegit imperator homines, ſibi addictos, ſed naſcebantur harum rerum adminiſtri et omnia, inſtar regnorum ſingularium, facta ſunt hereditaria. Quod magis eſt, ipſi etiam duces, aemulo ſtudio regalis dignitatis, ſibi hereditarios adſciuerunt OFFICIALES AVLICOS QVATVOR, ne Francorum imperatoribus ac regibus uel in hoc adparatus genere in ſuis territoriis aliquid conceſſiſſe uiderentur. Taceo DVCVM S.R.I. ſchemata in ADPELLATIONIBVS curialibus et titulorum ſolennibus, in dictionibus DEI GRATIA; in SIGILLIS; in NVMMIS; in chartis et DIPLOMATIBVS; in iuribus CANCELLARIÆ; in inſtrumentis ac plenae fidei TABVLARIIS; in principalibus PALATIIS; in PVRPVRA et encauſto; in PROVINCIALIVM ORDINVM et ſubditorum cultu; in COMITIIS PROVINCIALIBVS; in HYPARCHOLOOIIS et conſtitutionibus officialium belli ac pacis et magiſtratibus generis cuiusque, quorum omnium participes fuerunt poſtcarolingici duces ſine opprobrio et ſcelere: in quae Carolingici duces incurriſſent, ſi quidem aliquis eorum unum aut alterum ex ſupra dictis, ne dum cuncta, ſibi adrogauiſſet. Sed huius loci non eſt, rem tanti momenti conficere. Putamus uero pauca haec eo prodeſſe, ut caueant ſibi, in cenſura, iurcconſulti praeſertim, a praecipitiis.

XXI. *Hiſtoria iuris VALETVDINARII MILITVM EMERITORVM anno 1706.*

§. 20. DE VALETVDINARIIS MILITVM EMERITORVM VON INVALIDEN HAEVSERN anno CIↃIↃCCVI. Dedimus hoc opuſculum laudabili et gloriae ac probitatis pleniſſimo inſtituto, quo munificentiſſimus PORVSSIÆ REX, inaudito adhuc in Germania exemplo, de aerario cogitauit, unde proſpiceret emeritorum militum indigentiae. Cenſuum ac redituum genera uaria inuenerant uarii cogitando: quibus remediis cogi poſſent nummi, qui reſponderent militum honeſtae miſſionis numeris ac multitudini. Acceſſerant conſilia noua, aedium extruendarum uel Halae in Mauritiburgo uel Lenini uel Corini uel alibi, in quibus emeritorum contubernia, rite ordinata et diſpoſita, conſtituerentur. Fuerunt itaque huius conſilii patroni nobis auctores, ut, poſt rationes et iura, exempla conquireremus omnis aeui ac regnorum, ubi locus unquam fuiſſet ualetudinariis emeritorum. Praeſtitimus utrumque. Nam conduximus ex antiquitate non ſolum omnis generis ualetudinaria; ſed etiam indice digito oſtendimus fontes, huic largitati aperiendos. Cum res hinc inde ueniret in deliberationem, tandem magis conſultum eſt uiſum, impenſis parcere in aedibus, hoc fine extruendis. Neque ſine ratione cauſaque. Principio enim eius inſtituti domus, magnitudinem requirit palatii regalis, qui ſumtus immenſos nummos abſumerent exhaurirentque, qui utilius deſtinantur emeritorum militum alimentis. Deinde magna aedificia etiam in conſernando et reparando ſumtuoſa eſſe ſolent quotannis, quibus impenſis ſi parcere licet, iterum illae prodeſſe poſſunt honeſta miſſione decoratis militibus ad uictum et cultum. Porro uti in ſe graue eſt, in beneficio accepto, adſcribi glebae et loco: ita intelligitur re ipſa, ſaepius militem patrios lares requirere, a ſuis inuitari ad beneficentiam, quandoque ei paternorum bonorum aliquid ſupereſſe, quibus omnibus deſtitueretur ille, quem agere oporteret praeſentem in ualetudinario. Quapropter ſapientiſſimi regis ſententia fuerat haec: praeſtare conſilia, ut, omiſſo palatio, militibus ualetudinariis adſignarentur numi ad alimenta, quibus illi uiuerent, ubicunque illis conduceret. Ceterum hoc de opuſculo poteſt affirmari, quod illi, ob argumenti inſolentiam et nouitatem, multum olei inſit et operis.

XXII. *LOTHARINGIA VINDICATA aduerſus Gallos anno 1697.*

§. 21. LOTHARINGIA VINDICATA ADVERSVS ADSERTIONES GALLORVM CASSANI ET PVTEANI annb CIↃIↃCXCVII. Cum iter meditarer ad Riſuicenſem pacificationem, opuſculum hoc prelo dedi, ut eſſet aliquid, quo forte legatis, patriae amantibus, innoteſcerem. Non fefellit me ſpes. Poſt enim, quam Caeſareus legatus,

comes STRATTEMANNVS, lucubratiunculam legiſſet, auctor fuit SCHWARZENBERGICO principi iuueni, ut me itineris ac uitae haberet ſocium ac otii pacificatorii conſortem. Etiam comes de SEILERN cenſura ſua adprobauit diſſertatiunculam fecitque, ut illa in Belgio recuderetur redderetur que BELGICE et GALLICE Hagae comitum. Duriſſimum fuerat enim, quod a Lotharingiae duce, herede, requiſiuerant Galli. Scilicet liberum per Lotharingica, quaqua uerſus iter fieret, militarem tranſitum, ne prouincia eis impedimento eſſet, quoties uel in Belgas uel in Hiſpanos uel in Germanos uellent irrumpere. Deinde moenibus ac milite nudata loca munita quaeque et ciuitates, in iisque ſedem principalem Nanceium cetera. Doluit ingemuitque has iniurias legatus Lotharingicus, ſenecta confectus, conſcius rerum omnium tragicarum et Caroli infelicis, patria extorris, fidiſſimus comes. Pollicitus ipſe fuerat alia plura, quibus opuſculum, in nouiſſimis praeſertim factis ac conuerſionibus, acceſſione non poenitenda adaugerem. Sed, pacificatione, maturius, quam ſpes fuerat, abrupta finitaque, fieri non potuit, ut, quod promiſſum fuerat, a ſene ualetudinario praeſtaretur. Memini tamen aliquorum, quae ab illo accepi ſermone. Scilicet pollicitum eſſe Galliae R. principi ſuo plurima, ſi quidem daret ſe in eius clientelam aut Lotharingiam cum prouincia Galliae alia eſſet commutaturus. In quibus praecipue fuerint: duplicati reditus; proedria poſt principes Burbonios; his extinctis ſuccedendi ſpes in Galliae regno, et quae fuerint reliqua. Quibus omnibus CANON, adminiſter, taedium attulerit apud principem, uno uerbo ita eum compellando: NVM GAVDERET, GALLIAE REGIS AGERE STIPENDIARIVM? Quod idem eſſet, quam uaſallum. Quo uerbo inſtar fulminis fuerit percuſſus, ut facti poeniteret et Pariſiis aufugeret. Deinde multum doluit ſenex legatus, Lotharingiam a Germanico imperio auulſam eſſe factamque ita inermem. Se conſultorem principi fuiſſe ſemel iterumque, ut de reditu cogitaret ad comitia frueretur que tegmine ac tutela S. R. I. Sed indignum uideri Lotharingiae duce, principum collegio eum adſcribi. In quo tamen iterum de praecedentia immanis foret diſceptatio. Fidentiſſimum ſe eſſe, fore, ut principum S. R. I. numeris iterum accedat Lotharingiae dux, ſi quidem eum cooptare uellent in collegio archiprincipum electorum. Quem locum omnino mereatur. Partim quod etiamnunc, inſtar Burgundiae quondam ducis, ſibi proedriam uindicet cum ante liberas quasque reſpublicas, tum ante principes electores. Addidit LOTHARINGICVS CATO: ſibi etiam hoc ex hiſtoria Lotharingiae non ignotum. Quod olim fuerit in numero PRINCIPVM ELECTORVM LOTHARINGVS, qui non ſolum in antiquiſſimis temporibus interfuerit COMITIIS, Caeſareae electionis cauſa inſtitutis, ſed etiam in primariorum ordinum collegio, quod hodie audiat electorale. Quid? quod eo ipſo egerit non minus S. R. I. ARCHIOFFICIALEM Lotharingus. Quod EX WITTEKINDO conſtet: qui clare ſcribat, LOTHARINGVM ARCHIOFFICIALEM S. R. I. egiſſe PRIMARIVM et OMNIA, ut uerba eius ſunt, PROCVRAVISSE. Quae cum ita ſint, Lotharingiae ducem non fieri demum electorem, ſed priſtinam eum ELECTVRAM recuperare. Eodem plane iure, quo locum ſuum in comitiis collegioque archiprincipum electorum repetierit rex Bohemiae. Nihil ergo obiici poſſe Lotharingiae duci, quam a Germania factam emancipationem et ſupremum, quod nactus ſit, imperium. Verum ideo auctus ſumſiſſe, illius dignitatem, tantum abeſſe, ut ideo poſthaberi nunc debeat principibus electoribus. Quibus olim, imperio clientelaris, ordine fuerit praelatus. Taceo alia. Sit tamen memor B. L. opuſculum iuuenile eſſe, ſcriptum ac editum, dum auctor eſſet in procinctu. Quo ſtatu etiam uenia eſt militibus, ſi quid parum agant meditate.

XXIII. *ACADEMIA PLATONIS collata cum Fridericiana anno 1692.*

§. 22. ACADEMIA, VILLA PLATONIS, CVM NOVA HALENSIVM FRIDERICIANA collata an. CIↃ IↃCXCII. Non riuulos hic ſecutus ſum, ſed fontes, ſcriptores Graecos, poetas, ſcholiaſtas, hiſtoricos, philoſophos, quos eo tempore legi, partim a SCHVRZFLEI-

FLEISCHIO, doctore meo, partim a DASSOVIO muſarum noſtrarum uſibus commodatos, ex ſupellectili STOLBERGIANA. Quos libros poſt ipſe nactus ſum, quam bibliothecam aere redemiſſem IOACHIMI KVHNII, Argentorato huc translatam. Scilicet cum Vitebergae agerem, in deliciis fuerant litterae humaniores, quibus omnia alia poſthabui in ſcholis Schurzfleiſchianis. Ex quo igitur anno CIↃIↃXCII. b m. STRYKII ſuaſu hortatuque petii Fridericianam, non adultam, ſed demum naſcentem, primi ſpeciminis loco, argumentum hoc elegi, quod pariter faceret ad origines academicas. In quo themate ſolicitius ſum uerſatus, quod uiderem, quicquid dictum ea de re a ſcriptoribus academicis adhuc, dictum eſſe parce. Cum tamen mereretur Platonis uillula haec, ut in umbratilia illius inquirerem, cui bonarum mentium domicilia et officinae inſtructiores quaeque hodie etiam debent referuntque acceptum ortum, nomen, figuram cauſamque. Cuius adeo iure meritoque repetenda foret ueteris memoriae paulo explicatior recordatio. Dedit opuſculo locum litteratiſſimus HEVMANNVS in bibliotheca Graeciae ſcriptorum argumenti ſingularis. Neque tamen inficiamur, rationem dicendi in eo adoleſcentiari. Ante aliquot annos ſimilis argumenti ſcriptor, quem ex Heinſiana redemit duobus aureis Frid. Bened. Carpzouius, in noſtras uenit manus. *Hieronymus* MARTANGA, *Panormitanus, e congregat. Cler. reg. theologus* DE ACADEMIA SYNTAGMATA VII. edit. *Panhormi anno 1637. in 4t.* Voluimus hoc opuſculum, alphabethi unius, noſtro addere, quod repertu rariſſimum noſtriſque uicinum. Sed non licuit nobis, dare leges alienis impenſis. Accedit, quod auctor illius uere ſit inter theologos myſticos, qui SS. triadem aliaque ſcholae diuinioris conferre uult cum ACADEMIA, LYCAEO, PORTICV, GYNAECEO, GYMNASIO, AREOPAGO, PRYTANEO aliiſque philoſophorum umbris ac locis, quae in ueteri Graecia, Italia, Siciliaque deſcribit. Taceo alia, quae eius lectioni adferunt taedium.

XXIV. *VITA AETERNA per rationem et hiſtoriam an. 1696.*

§. 23. VITA AETERNA EX RATIONE GENTIVMQVE CONCENTV DEMONSTRATA ann. CIↃIↃXCVI. Credimus argumentum fide, alimur eius ſpe, ſenſu eius tangimur, chriſti lumine perfuſo pectore, uotis animisque anhelamus eoque contendimus mortales omnes, frui demum ſedibus ac bonis uitae alterius. Praeſtat hoc animi pabulum rebus aliis omnibus eſtque condimentum in aduerſis, quo leuamur ſolatio, erigimur, depellimus moerorem, abſtergimus fletum, luctum, perferimus aerumnas et caſus rerum huius aeui intrepidi, de hoc perfugio et aſylo diuiniori, ceu porta, in procellis et naufragio, certi. Grande beneficium eſt, poſſe mori. Id eſt, euadere et eludere hominum malorum hoſtiumque pericula, auſus, cruciatus, diritatemque: ſed illud maximum rerum futurarum mactari dulciſſima praeſenſione. Qui ergo gentium uniuerſarum huius doctrinae concentum offendi hiſtoricus et philoſophus, intellexi non contemnendas eius rationes. In utroque uirium feci periculum et ex utraque ſparta prodii in arenam. Satis feci dubitationibus, quae meum quondam animum excruciarunt, futura cogitando. Scripſi igitur mihi. Vtinam aliis eadem ſuboriatur lux, noſtra legendo, euellatque piis mentibus ſcopulos incuriae, obſtinationis et diri furoris, extinguendi in ſe numinis ſenſus.

XXV. *De iure ANGLORVM IN GALLIAM an. 1693.*

§. 24. DE IVRE ANGLORVM IN GALLIAM ann. CIↃIↃXCIII. eo tempore ſcripſi, quo Guilielmus Britanniarum rex ſibi in animo propoſuerat, ante non diſcedere ab armis et pacem facere cum Gallis, quam recuperaſſet Caletum aut in ora oceani locum permunitum alium, unde Britanniae regno eſſet aditus aeternus in Galliam, ad praeſtandum auxilia ſubditis in religione et libertate oppreſſis. Duo igitur opuſcula ſcribere decreueram hoc eodem fine. *Primum* de Anglorum iure in GALLIAE REGNVM VNIVERSVM; quod excipere deinde debuit *alterum*, de Gallicis prouinciis, olim Angliae regi clientelaribus et tributariis. Scilicet praepotentibus ducatibus PICARDIAE; NORMANNIAE; ANDEGAVENSI; PICTAVIENSI; GVIENNA uniuerſoq; tractu ac territorio BVRDEGALENSI. Primo in publicam lucem edito, ad alterum inprimis me litteris humaniſ-

ſimis excitauit Samuel Pufendorſius. Partim, ut conſtet, non fruſtr. i *Britanniae monarchan*, adpellari *Galliae regem* hocque nomine gaudere in titulo; partim, ut PVTEANO; CASSANO; BLONDELLO; AVBERIO aliisque ſcriptoribus in praetenſionibus, Galliae regi adſerendis, impudentiſſimis alia iura recuperatoria meliorum cauſarum reponerentur. Fuerunt etiam in Angliae regno, qui, legato Brandeburgico auctore, argumentum hoc commendarunt ordinibus. Sed dum protrahitur tempus; ſcena etiam rerum mutatur et ſpes, Galliae regi, quae dixeram, eripiendi, prorſus decollat: parum e re fore, credidi, inchoata perfici et abſolui, praeſertim ſtudio iuuenili.

XXVI. *HISTORIA SINE PARENTE an. 1693.*

§. 25. HISTORIA SINE PARENTE an. CIↃ IↃCXCIII. Dum hiſtoriam docerem iuuenis non generalem tantum; ſed hodiernorum praeſertim ſingularium regnorum Europae uniuerſae: piguit taeduitque; in omnibus origines regnorum deſiderari non ſolum; ſed, ad explendas lacunas, ſubſtitui etiam fabellas et figmenta. Atque ita fugere hiſtoricos doctam illam ignorantiam, quam hominibus doctis tantopere commendauit Nicolaus Cuſanus, ille purpuratus. Inde enatum ſcriptumque eſt opuſculum hoc, deinde ſaepius iterumque, inſcio autore ſuo, recuſum.

XXVII. *VITA AVRELII PRVDENTII poetae 1692.*

§. 26. VITA AVRELII PRVDENTII CLEMENTIS V. C. an. CIↃ IↃC XCII. Meditatus fueram iuuenis, ueterum poetarum Chriſtianorum deſcribere uitas, ad quod inſtitutum impulerat tum animum meum hoſpes meus KIRCHMEIERVS, orator et profeſſor, Viterbergae. Initium feci a mellitiſſimo Prudentio. Sed eodem anno in b. m. STRYKII comitatu me contuli in Fridericianam. Vbi ratio ſtudiorum aliter fuerat ineunda, cum uictus eſſet requirendus ab inſtitutione academicae iuuentutis, natalium maxime illuſtrium. Apud quam parum ualuerunt ueterum poetarum commendationes.

XXVIII. *DE IDOLIS SLAVORVM 1691.*

§. 27. De IDOLIS SLAVORVM *diſſertationes tres Vitebergae inſtitutae an. 1691.* Qui tum argumentum hoc reſpondit, ille cauſam mihi dedit ad illius lucubrationem. Erat enim Venedae ſiue Slauicae linguae peritus, unde multa lumina eius populi hiſtoriae et ſtudio antiquitatum. Ad quam addiſcendam ipſe in me excitauit deſiderium: cum nullus uere in Vitenbergenſi principatu eique uicina Marchia locus eſſet, cui ipſe neſciret etymon et nominis deriuationem ac ſignificatum aperire. Quae res et alios et me ipſum, qui adoleſcentiae annos uix egreſſus fueram, inſigniter oblectauit. Acceſſit, quod Poloni, Hungari et Tranſſyluani, qui tum Vitebergae egerant, fidenter adfirmarent ſuoque firmarent exemplo, Venedae linguae gnaro facile eſſe ad intelligendum ſermonem uniuerſi propemodum orientis. Sed Halenſes muſae, quas breui poſt ſalutaui, relicta Leucorea, cauſae fuerant conuerſionis, mutationis, nouaeque ſtudiorum periodi.

XXIX. *ENCOMIVM HALAE SVEVORVM S. R. I. ciuitatis 1678.*

§. 28. ENCOMIVM HALAE SVEVORVM S. R. I. CIVITATIS PATRIAE an. CIↃ IↃCLXXVIII. Lucubratiuncula haec adoleſcentis eſt, qua patriae et gymnaſio dixi ultimum uale. Deſtinauerat me pater uitae militari, quam ille et olim coluerat, aliis fortunatior, et in ſenectute habuerat in eam delitiis. Sed reſtitere matris preces et lachrymae, uota item conſanguineorum, qui inter primarios iſtius reipublicae proceres et uiros conſulares. Ita ergo factum eſt, ut proficiſcerer in academiam ad bonarum litterarum mercatum. Noli, inuidere locum pagellis hiſce. Hiſtoriae ſunt, docet uero ſemper aliquid hiſtoria.

XXX. *COMMENTARIA rerum HALENSIVM S. R. I. ciuitatis an. 1699.*

§. 29.. COMMENTARIA POLITICA RERVM HALENSIVM S. R. I. REIPVBLICAE an. CIↃ IↃCXCIX. Qui adoleſcens hiſtoriam patriae oraui in epitome; eius iura repetii in maturiori aetate, decennio fere poſt. Eſt uero rerum Halenſium adparatu ſupellex mea longe nunc, quam olim, inſtructior. Poſtquam uolumen nactus ſum, ex chronicis Halenſibus congeſtum *Danielis* TREVTWEINII; *Ioann.* BERLERI; SCHLEZII; SENFFTII, S. R. I. nobilium; SCHENKENSTEINII; *Ieremiae* SVEVI; *Georgii* WIDEMANNI ſyndici Combergenſis, et praecipue *Iohannis* HEROLDI, patre oriundi Ioanne Heroldo. Qui filius erat eiusdem nominis Ioannis Horoldi a Raibach, uiri patritiae nobilitatis, an. CIↃ CCCC VII. demortui. Egerat noſter antiſtitem *Reinsbergenſem* et poſt ſacri collegii

diui Michaelis *decanum* an. CIↃ IↃ XLIX. atque octoginta annos natus deceſſit anno CIↃ IↃ LXII. die XIV. menſ. Nouembris. Poſtquam chronicon patriae, rebus memoratu digniſſimis refertum, abſoluiſſet. In codice meorum miſcellaneorum habentur *principio* hiſtoria Halae; *deinde* deſcriptio aedificiorum ac urbis; *poſt* geographia territorii reipublicae, dynaſtiarum, praefecturarum, oppidorum, arcium, pagorum, uillarum, cetera; *praeterea* catalogus illuſtrium et nobilium eius orae familiarum; *poſt* inſignium heraldicorum, locorumque imagines et picturae. Vt omnino e re eſſet, uel has ſchedas edi uel ex illis ſcribi opuſculum huius argumenti. Niſi quidem proceres reipublicae huius mallent: eandem latere, quam trahi in lucem. Fugiunt enim oculos irretortos.

XXXI. *De iure SVFFRAGII R. BOHEMIAE anno 1709.*

§. 30. DE IVRE SVFFRAGII R. BOHEMIAE, anno CIↃ IↃCCV. RECVPERATI IN COMITIIS anno CIↃ IↃCCIX. Stomachor doctrinas illorum, qui, nugis decepti ſpeculatoris Saxonici, Bohemiae regem numero excludere uolunt principum Germaniae, ſuffragatorio iure in imperialibus comitiis. Hoc inani tegumento, quod, cum ſit Venedae prouinciae dominus, agere nequeat in Germaniae ordinum ſocietate. Aliter decretum comitiale an. CIↃ IↃCCV. his fere conceptum uerbis: *Suffragii Bohemici in comitiis S. R. I. uetuſtiſſimam eſſe memoriam, omni aeuo celebrem. E re igitur imperii fore, ſi Bohemiae R. ad comitia rediret ſuffragator, a quibus paulo abſuiſſet.* Offendi aliquos, qui hanc imperii ſententiam ad ſenſus magis Auſtriacae domus ſcriptam eſſe, dixerunt aut cauillati ſunt, quam ad hiſtoriae genuinae ueritatem. Arripui igitur calamum aduerſus hos et clare docui; Bohemiae regem inde ab Henrici aucupis tempore imperii comitiis interfuiſſe; ſuſtinuiſſe in illis locum; egiſſe ſuffragatorem; ordinibus et ſtatibus imperii omni aeuo fuiſſe accenſitum. Diſcuſſis contra ſentientium gerris de Veneda gente. Non enim populi hi fuerunt peregrini, ſed in imperii ſocietatem cooptati; prouinciae quoque datum hoc fuerat, quae nullo non tempore Germanica; ipſis principibus ac regibus Germanico imperio clientelaribus. Prodeſt haec doctrina Auſtriacae domui quam plurimum, quae, Bohemici regni cauſa, nunc intereſt conuentibus omnibus archiprincipum electorum. A quibus duobus abhinc ſeculis eam oportuit abeſſe. Breuiter, ſiue nunc ordines imperii deliberent in conuentu electorali ſiue in principali, proram ubique ac puppim facit Auſtriaca domus. Memini me a rerum Germaniae perito adminiſtro audiuiſſe, non dubitaturam Auſtriacam gentem, ipſam etiam Hungariam addicere Germanico imperio, ſi quidem ita fieri poſſet, ut adpellaretur Hungaricus nouus elector. Quicquid ſit, conſilii magis, quam iuris rationes ſub Leopoldo Caeſare obſtiterunt, quo minus ipſe Bohemicum inter principes electores ſuffragium comitiale recuperaret. Sed gloria perfecti operis relicta eſſe uidebatur meritis ac manibus IOSEPHI, ad memoriae et gratiae immortalitatem.

XXXII. *De PHILOSOPHIS CAVTE LEGENDIS anno 1698.*

§. 31. DE PHILOSOPHIS CAVTE LEGENDIS anno CIↃ IↃCXCVIII. Cum anno CIↃ IↃC XCV. in hac Fridericiana uocarer ad docendam philoſophiam, illud intellexi, diuinorum dogmatum ſtudioſos plurimos ab ea diſcenda tantum non abhorrere. Partim, quod crederent, humanis artibus et auctoribus paganis opus non fore homini chriſtiano ad credendum et intelligendum ſacrarum pandectarum edicta; partim, quod nollent, temporis aliquid detrahere ſacrarum litterarum tractationi; uel tamen ante mallent theologorum ſcholas abſoluere, quam cogitare de philoſophicis; partim, quod eorum aliqui apertis uerbis dicerent, ſapientiae humanae noemata aliena longe ab illis eſſe, quae ſuggereret animis pagina ſacra et numen diuinum et, quod magis eſt, etiam magna acerbitate inueherent in philoſophos, quod dixerant, ſophiſtas, patres et patronos haereticorum adeoque atro calculo notarent, quicquid ſuggereret ratio et argutiae humanae. In theoreticam inprimis philoſophiam tela eius generis emiſerant, quam omnino uoluerant exulem e republica chriſtiana. Contra aliae academiae fuerant in omnia alia. Nefas et piaculi inſtar ibi fuerat, SARAM uenire ſalutatum

lutatum, antequam ſibi familiarem atque amicam reddidiſſet HAGAR ancillam eius, interpretem, internuntiam et conciliatricem. Primitiae igitur annorum et nummorum in academiis datae collegiis DIALECTICIS; LOGICIS; METAPHYSICIS; PNEVMATICIS; NOOLOGIAE; GNOSTOLOGIAE aliarumque eius generis nominibus ac artibus proficiendi ac diſcendi in ſpem futurae obliuionis. Omnium humeris impoſitum fuerat hoc iugum, ſiue pauperes eſſent ſiue diuites ſiue tardi ſiue felicioris ingenii ſiue decurrere ſtadia academica uellent ſiue ire lentius et meditato greſſu. Ita autem accidit ſaepe iterumque, ut, qui theologiae cultores audiuerant, ſaepe in patriam ex academiis reuerterentur, cum biennium dediſſent ARISTOTELI, THOMAE et SCOTO, parum uero temporis aut nihil MOSI et PROPHETIS. Vtrumque igitur abuſum et inter nimium ac parum admiſſa facinora notare et redarguere inſtitui diſſertatione hac *de philoſophis caute legendis*. Trium uero partium fuerat opuſculum, quarum prima tantum ad finem perducta fuit. Reliquae duae in ſchedis latent. Quas deinde non ſine conſilio ſuppreſſi. Quod his grauis offenſa, leuis gratia.

XXXIII. *ERVDITIO QVADRIPARTITA ann. 1711.*

§. 32. HISTORIA ERVDITIONIS QVADRIPARTITAE ann. CIↃ IↃCCXI. Hoc opuſculum ille ſcripſit, qui argumentum, me praeſide, in publica arena reſpondit. Auctor fui artium candidato, ut in ſcribendo eſſet intentior et amplior: ſed ipſe, impatiens morae, feſtinare maluit, quam alios plures auctores, huc facientes, legere. Spem fecit ſecundarum curarum, ſed in his eum fata praeuenerunt.

XXXIV. *De PRAESCIENTIA DEI an. 1695.*

§. 33. AN PRAESCIENTIA DEI REBVS ADFERAT NECESSITATEM anno CIↃ IↃC XCV. Retuli in hoc ſcripto omnia ad conſcientiam, cuius pondus omnino maximum ſenſi in hoc argumento. Vtinam maior hic animi humani uis ad penetrandum et intelligendum. Facilius certe in utraque parte, dubia excitare, quam tollere. Quicquid ſenſeris de PRAESCIENTIA DEI, neutrum fiet ſine ſcopulo et ſcrupulo. Quaeſo! creatura, qui ſtatuerit ſcientiae limites creatoris: ſed quae ratio coegerit in harmoniam, praeſcientia certo definitum eſſe et tamen contingere forte caſuque. Ego repoſui his, quae potui, animi quadam fiducia, tenebris neque dum omni parte diſpulſis. In epitome etiam conſpici poſſunt, quae ex ſolido inſtitutoque alii diſputarunt de hoc argumento in uoluminibus librorum maximis. *Gabriel* PENOTTVS in libertatis humanae propugnaculo; SVAREZIVS de ſcientia Dei et, qui in hos ſcripſit, *Guilielmus* TVISSE de ſcientia media. Illuſtris LEIBNITII theodicea noua utitur in his etiam methodo. Sed haeret aqua in praeſcientiae diuinae et libertatis humanae uinculo ſincero. Haerebitque usque dum ex uinculis euolauerimus et, regno opinionum relicto, peruenerimus in regnum lucis et ueritatis.

XXXV. *De LOGICA TVRCARVM 1699.*

§. 34. DE RATIONALI PHILOSOPHIA APVD ARABES ET TVRCAS anno CIↃ IↃC XCIX. Ex quo philoſophiae profeſſor nominatus ſum, id egi, ut POLYHISTOREM ederem LOGICVM, METAPHYSICVM, PNEVMATICVM et PHYSICVM, id eſt, omnium harum ſcientiarum hiſtoriam, ſectas et rationes diuerſas. Deſideraui enim illud maxime in *hiſtoriae philoſophicae ſcriptoribus*, quod non irent per *ſingulas* diſciplinas *ſigillatim*, ſed ſcriberent de omnibus tantummodo uniuerſim. Quapropter eclectico philoſopho admodum difficile, ad intelligendum cuiusque philoſophi in quaque diſciplina principiorum ordinem et nexum. Ego itaque mihi propoſueram, ſingularium diſciplinarum ſingularem inire rationem. In quaque nominare eius inuentores; poſt etiam illos, qui eam uerterint in melius, aut peius; qui protulerint illius limites; qui nouorum in ea dogmatum auctores; diuerſis principiis, quae rationes, momenta, commoda et damna litterariae reipublicae. Ita enim eclecticus philoſophus, in quauis arte, in uno habet conſpectu omnia eique tum facile ad ſecernendum ac ſeparandum deligendumque illa, quibus ſcenam ſuam reddere poteſt inſtructiorem. Illuſtris LEIBNITIVS omni ratione adprobauit inſtitutum ſym-

ſymbolaque ſua eſt pollicitus in ſingulis diſciplinis. Sed alii putarunt, ſingulorum indagationem et explicatus fore difficillimos et uix habituros exitum. Quos ut re ipſa refellerem, in Arabum illa dialectica ſpecimen edere uolui, ceu in argumento, quod cum ſterilitatis, tum obſcuritatis ergo, poſitum fere eſſet extra ſpem. Poteſt certe ex eo intelligi, quam ſedulus ego et cupidus fuerim, abſoluere ea, quae congeſſeram et conquiſiueram ſtudio ſingulari. Sed ad HISTORICI MVNERIS ſpartam uocato breui poſt, uertenda uela et alio remigandum.

XXXVI. *De MVLTIPLICI METAPHYSICA an. 1695.*

§. 35. De DIVERSITATE MVLTIPLICIVM METAPHYSICORVM an. CIↃIↃCXCV. Quod de polyhiſtore Logico proxime dixi, illud hic repetendum de POLYHISTORE METAPHYSICO, qui Logicum debuerat ſequi. Doctiſſimus BEIERVS, primus Fridericianae prorector, theologus ſcientiſſimus, ſectator Muſaei, theologi plurimum philoſophantis, auctor mihi adiutorque fuit in hoc genere inſtituti. Quo etiam fine e bibliotheca, philoſophis bene inſtructa, libros ſuppeditauit, ne, quos conſulerem, deeſſent. Voluit autem, ut ante lineas ducerem, quam animum darem pleniori ſyſtemati. Geſſi morem doctori, in his lucubratiunculis. Sed ex quo Halenſibus muſis ualedixerat, re ipſa ſenſi, pretium in noſtris umbris non fore huic adparatui. In quibus omnium aures perſonabat πολυθρύλλητον: *Philoſophandum paucis. Nam omnino haud placet.* Fuerat igitur meum quoque conſilium, ea in re parcere oleo, tempori inſeruire et operas dare rebus, quarum eſſent pretia. Atque ita cauſas habes primae et ſequentium laciniarum. Quae tantum faciunt ad repetendam ueteris memoriae et muneris recordationem.

XXXVII. *De MAGDEBVRGICO PATRIARCHATV an. 1707.*

§. 36. DE PRIMATV GERMANIAE MAGDEBVRGICI ARCHIEPISCOPATVS anno CIↃIↃCCVII. Cum tabulario principali eſſem praefectus, reperi de MAGDEBVRGICO PRIMATV ET PATRIARCHAE GERMANICI HONORE inſignia monumenta. Dolui igitur et demiratus ſum, fieri potuiſſe, ut haec omni propemodum memoria exciderent tam Germaniae noſtrae, quam extraneorum hiſtoricorum atque iuris ſacri, publici et ciuilis doctorum. Vt plures eorundem dubitare inciperent: ESSETNE GERMANIAE SVVS PRIMAS, uti omnibus aliis regnis orbis chriſtiani uniuerſi. Deſtinaueram principio illuſtri huic argumento librum ſingularem, cum diplomatum, chartarum et teſtimoniorum largiſſimo adparatu; in ſchedis meis conducto. Fuit autem, qui hanc cauſam reſpondendam ſuſcepit, iuuenis doctus, induſtrius et facundus, mihi conſultor, ut uela contraherem, ne exiret opuſculum limites acedemicae diſſertationis. Parui eo procliuius conſilio atque, omiſſis autorum nominibus ac teſtimoniis, rem hanc et eius iura deſcripſi; quoniam apud animum mihi propoſueram, olim notitiam dare Magdeburgici archipraeſulatus uniuerſi. Cui prodromi inſtar, praemittere uolui ſingularia argumenta, collecta congeſtaque in miſcellaneis huius principatus excerptis. I. de IVRE PRIMATVS; II. de BVRGGRAVIATVS *ſubſeudo archiepiſcopali*; III. de PRAECEDENTIA et RECTORATV Magdeburgici antiſtitis in principum collegio comitiali; IV. de ADVOCATIA Magdeburgica in BORCHORSTENSE coenobium uirginum nobilium, Monaſterienſi antiſtiti uicinum V. de Magdeburgico PALATINATV, Caeſarum priuilegiis firmato et alio palatinatu SOMERSENBVRGENSI; VI. de ſanctis et numero DIVORVM adſcriptis Magdeburgici praeſulatus; VII. de canonicis CARDINALIBVS Magdeburgici praeſulatus; VIII. de ARCHIPRINCIPATIBVS, PRINCIPATIBVS, COMITATIBVS, PRAESVLATIBVS ac dynaſtiis extra curtem, Magdeburgico antiſtiti clientelaribus, in Rheni uicinia, Weſtphalia, Belgio, Friſia, Thuringia, Bohemia, Luſatia, Sueuia, Franconiaque; IX. de CLAVSI TERRITORII IVRE Magdeburgici antiſtitis Thuringiam uerſus Saxoniam Vandaliamque; X. de MAGDEBVRGICO RECTORATV in pago inferioris Saxoniae, ſeculo XV. uetuſtiori; XI. de hereditariis et curialibus Magdeburgici antiſtitis OFFICIALIBVS, Germaniae praepotentibus principibus; XII. de LANDSASSIATV aut prouinciali nexu

COMITATVS MANSFELDENSIS; XIII. de nugis et gerris immediati cum S. R. I. nexus MAGDEBVRGI et HALÆ, XIV. de STAPVLA Magdeburgica, XV. de MAGDEBVRGICO dominio Albis fluuii usque ad oceanum, XVI. de Carolino PRIVILEGIO MAGDEBVRGICO aduerſus cuiuscunque generis PRAESCRIPTIONES, etiam IMMEMORIALES, XVII. de falſis originibus SCABINATVVM HALENSIS ET MAGDEBVRGICI, ab antiſtite, non Caeſare pendentium, XVIII. de PRAESIDE SAXONICI IVRIS, 1) prouincialis, 2) beneficiarii, 3) ciuici ſeu Weichbildici, archipraeſule Magdeburgico, XIX. de Magdeburgici tractus iure SALINARVM, Halae, Gibichenſteini, Salzfurthi, Staſfurthi, Schoenbeckiae, Suldorfii alibi, XX. de iure CATARACTARVM Magdeburgico in Salae fluuio, nauigationi aptato ante duo ſecula; XXI. de CARBONIBVS FOSSILIBVS, ante duo ſecula erutis in tractu, Halae uicino, XXII. de PRAECIPVI IVRE Magdeburgici ducis in RECVPERATORIO IVDICIO DOMANIORVM, XXIII. de BENEFICIARIO iure Magdeburgicae prouinciae, XXIV. de COMITIIS PROVINCIALIBVS, olim inſtitutis, XXV. de diſcriminibus FISCI et AERARII in Magdeburgicis, XXVI. de pretio PALLII, CRVCIS, CONFIRMATIONIS, ANNATARVM in Magdeburgico praeſulatu, XXVII. de SVFFRAGANEIS Magdeburgici antiſtitis EPISCOPATIBVS, 1) Merſeburgenſi, 2) Miſnenſi, 3) Zizenſi, 4) Brandenburgico, 5) Lebuſenſi, 6) Hauelburgenſi, 7) Caminenſi, 8) Poloniae, 9) Bohemiaeque antiſtitibus et aliis quibusdam, quorum memoria ſupereſt in tabulario, XXVIII. de conuerſione ARCHI-EPISCOPATVS IN DVCATVM et eo facientibus iuribus et quarta inprimis ſacrorum collegiorum, XXIX. de NVNDINARVM IVRE HALENSIVM, uetuſtiori longe, quam Lipſiae uel Numburgi priuilegia, Caeſaribus largitoribus, quorum plenae fidei ſuperſunt inſtrumenta, XXX. de SACRIS RELIQVIIS DIVORVM, Moguntiam translatis, ſpoliatione ALBERTI purpurati, cui theſauro non ſuperſtitio tantum pretium facit, ſed aurum, argentum, gemmae, regalis adparatus, XXXI. de ORIGINIBVS FRIDERICIANAE eiusq; ſingularibus priuilegiis, XXXII. de ORPHANOTROPHII ET PAEDAGOGII Glauchenſis non tam originibus, quam originum portentis, XXXIII. de Magdeburgici praeſulatus COENOBIIS, XXXIV. de COMMENDIS in Magdeburgico archiepiſcopatu ordinum TEMPLARII, TEVTONICI, IOANNITICI, XXXV. de SACRIS CONVENTICVLIS et fraternitatibus calanticis, roſeae crucis, generis alius, XXXVI. de Magdeburgicis PSEVDO-PROPHETIS, XXXVII. de iure RECVPERATORIO prouinciarum, quondam archipraeſulatui parentium Magdeburgico, XXXVIII. de controuerſiis REGVNDORVM LIMITVM ET FINIVM, XXXIX. de quatuor ab archiepiſcopatu quondam diuulſis dynaſtiis GVERFVRTHO, DAM, BVRG, IVTERBOCK, XL. de Magdeburgicis olim ſubfeudis GOMMERN, RANIS, ELBENAV, GOTTAV, XLI. de iuribus PRAEPOSITVRAE ET DECANATVS Magdeburgici, XLII. de IVRIBVS QVARTAE pauperum et adſignationis Weſtphalicae, XLIII. de MENSIBVS PAPALIBVS et ſacri collegii, XLIV. de PRECIBVS PRIMARIIS, XLV. de PRAEBENDIS COLLEGIATIS in archiepiſcopatu, XLVI. de tribunali quondam ſacro der OFFICIALEY, XLVII. de PROVINCIALI REGIMINE, XLVIII. de hodierno IVRE PROVINCIALI, XLIX. de rebus facientibus ad POLITIAM dem commiſſariat; L. de concilio principalium redituum CAMERAE, Magdeburgicae et Halenſis, LI. de Magdeburgica et Halenſi re quondam MONETARIA, LII. de Magdeburgici ducatus acceſſionibus MONTIS PETRINI ſiue ſereni, EGLENSIVM ET ROTHENBVRGENSIVM dynaſtiarum, LIII. de fatis TABVLARII MAGDEBVRGICI tam principalis, quam ſacri collegii, LIV. de cauſis MODERANDAE SVMMAE in matricula imperiali, LV. de προεδρίας controuerſia cum SALISBVRGENSI ET FVLDENSI, LVI. de tertia tributorum Bohemiae regni quondam Magdeburgico antiſtiti adſignata, LVII. de iure LEGATIONIS A LATERE, LVIII. de priuilegio MAGDEBVRGICAE CIVITATIS a teloniis per imperium

rium

rium uniuerſum, LIX. de SYNODIS Magdeburgicis, LX. de STATVIS ROLANDINIS Magdeburgi et Halae, LXI. de Magdeburgici antiſtitis INVESTITVRA, LXII. de ſubditorum HOMAGIO, LXIII. de iuribus eorumque rationibus MOELLENVOGTIAE Magdeburgi, LXIV. de tabulis a Caeſare donatae LIVONIAE uniuerſae Magdeburgicis, LXV. de Magdeburgico VICARIATV tempore interregni, LXVI. de iure VENANDI et canes uenaticos alendi in coenobiis, LXVII. de MAGDEBVRGICIS hiſtoricis et annalibus codicum mſctorum, maxime Pariſini, LXVIII. de nexu clientelari WERNIGRODANI comitatus, LXIX. de LVSATIA Magdeburgicis clientelari, LXX. de foedere HANSEATICO Magdeburgicarum urbium, LXXI. de mutatione SACRORVM in Magdeburgicis et hiſtoria reformationis, LXXII. Quae in Magdeburgico tractu habita et aeſtimata ſint NVMERO REGALIVM, LXXIII. de Magdeburgicis uetuſtioribus MONVMENTIS Venedis, Francicis, Germanicis, LXXIV. de rebus EXPORTANDIS ad extraneos, maxime re FRVMENTARIA Magdeburgi, LXXV. de rebus ALIVNDE neceſſariis, LXXVI. de ELECTIONE aut poſtulatione archiepiſcopi Caeſaris olim, mox ſacrorum COLLEGARVM, LXXVII. de COLONIIS in ducatum, Palatinis, Heluetiis, Gallis, LXXVIII. de illuſtrioribus ducatus GYMNASIIS et ſcholis, LXXIX. de IVRIS in ſago et toga CLARIS, LXXX. geographia VRBIVM, arcium, oppidorum, pagorum, LXXXI. de GENIO POPVLI et incolarum, LXXXII. de COELI CLIMATE et aeris ratione, LXXXIII. de HISTORIA NATVRALI ducatus, LXXXIV. de celerum cura et POSTIS, LXXXV. de re MILITARI, LXXXVI. de ARTIBVS, mercatura, COMMERCIIS, LXXXVII. de illuſtrioribus principum, comitum, nobiliumque FAMILIIS, Magdeburgico praeſulatui clientelaribus et quae ſunt generis eiusdem. Recitaui haec, ut in mentem uenere et manus. Vtinam otium eſſet, excutiendi et explicandi loculos hosce principalis tabularii meis, uigiliis et lectione omnis generis monumentorum magis inſtructos et amplificatos.

§. 37. De NOMINATORE HAERETICO AD PAROCHIAM an. CIↃ IↃCCXVI. Ad hoc argumentum impulit me iuris reſponſum, ordinis iureconſultorum nomine et auctoritate, expeditum. Scilicet in iura et mores iuit in Germania noſtra, ut Lutheranis eccleſiis Rcatholici et Lutherani Rcatolicis parochos praeſentent, ſcilicet, ſua opinione, orthodoxi heterodoxos heterodoxis. Vt uero mores hi nulli unquam aeuo auditi et cogniti fuerunt orbi chriſtiano: ita omnino fit, ut plurima eueniant ideo, quae pertinent ad dedecus, notam ignominiamque coetuum chriſtianorum et rerum iuriumque immaniſſimam perturbationem. Quid igitur in his caſibus et procellis iura uelint conſiliaque in S. R. I. illud quidem in hoc opuſculo oſtenſum et declaratum. XXXVIII. *De IVRE NOMINANDI HAERETICVM ad parochiam, ann. 1716.*

§. 38. De SORTE SVFFRAGATORIA ECCLESIAE IN ELIGENDIS ANTISTITIBVS an. CIↃ IↃCCXIV. Cauſam dedit huic opuſculo candidatus academicorum priuilegiorum, in cuius gratiam opuſculum produximus in publicam arenam. Scilicet contigerat ei caſus, quo coetus elector iuerat in partes, ut utrinque demum ſubmitterent ſortis iudicio, ſed patronus iure deuolutionis uti uoluit, quod ſortis iudicia improbata eſſent pontificialibus decretis. Id ergo nobis fuerat agendum, ſuffragatorias ſortes nihil improbi habere in coetibus chriſtianis. XXXIX. *De SORTE SVFFRAGATORIA an. 1714.*

§. 39. DE IVRE ANNATARVM, PRAESERTIM PRINCIPIS EVANGELICI IN S. R. I. anno CIↃ IↃCC VII. Illud ex *Germanicae nationis* CONCORDATIS conſtat, an. 1448. conueniſſe Caeſarem cum R. pontifice in has leges, ut ex praebendis Germaniae praeſulatuum, quorum annui reditus XXIV. aureos florenos excedant, ſoluatur Romanae ſedi tantum, quantum notatum ſit in apoſtolico albo ſeu TAXA curiali. Ex quo autem ſacra collegia Euangelicis ſymbolis ac ritibus acceſſerunt: ex eo hunc cenſum negarunt curiae Romanae. Vt igitur euangelici praeſules, epiſcopi huius oneris aliquid ſentirent, in Weſtphalica pace illud, eius loco, eſt ſurrogatum, ut illi in curia imperiali numerarent EXENIA clientelaria, dimidia parte maiora conſuetis alias. Praeſertim XL. *De IVRE ANNATARVM ann. 1707.*

Digitized by Google

quod ANNATAE quondam Caeſaris fuiſſent, quae ita ad eius curiam uidebantur quodammodo rediiſſe. Quod imperator in *imperialibus* ſibi ſumpſit, illud, eodem iure, dominus territorii requiſiuit a *prouincialibus praeſulatibus* et ſacris collegiis. De quibus credi poterat, ſoluturos eosdem procliuius et facilius principi ſuo annatas, quam peregrinae curiae Romanae. Praeſertim cum Angliae regni aliorumque principum euangelicorum exempla eſſent, annati cenſus ſibi ac fiſco uindicati. Quo in Germanico imperio praeiuerant duces Brunſuicenſes, annatarum in praeſulatibus ſui territorii participes. Poruſſiae itaque rex, quod neglexerat adhuc in eo genere, eius rei iuriumque rationes ſibi reuocauit in memoriam. Pollicitus autem eſt, ita collectos nummos adſignare militari emeritorum atque inualidorum aerario adeoque piis uſibus illos conſecrare. Ne tamen res aequiſſima argueretur alicuius nouitatis et inſolentiae, generoſiſſimus tum iuuenis *Samuel a* MARSCHALL, eques Poruſſus, qui potentiſſimo nunc regi eſt a ſecretioribus mandatis, animum adpulit, ſuaſu hortatuque aulae regalis adminiſtri, ad hoc argumentum in lucem dandum et reſpondendum in publico conflictu. Atque ſic excelſi animi cura induſtriaque opuſculum hoc eſt conſcriptum et adornatum. Neque, quod alii dixerunt, ſine ſucceſſu. Cum praeſulatuum aduocatis et patronis facile nunc eſſet, ad intelligendum rationes momentaque huius poſtulati. Morem certe geſſerunt omnes principali decreto transegeruntque de ſumma, quam penderent praeſtarentque. Qua ſacrae ſpartae candidatos hodieque oportet ſe liberare. Saepe conſultor fui auctori, uiro nunc illuſtri et excellentiſſimo, ut opuſculum nouis adaugeat acceſſionibus. Verum ex quo ille in perpetuo regis comitatu, imo latere ac conſpectu, agit uerſaturque: porro nulla ei ſpes alicuius otii litterarii, quod dare poſſet opuſculi nouis curis. Addidimus nos aliqua huic partui, bona cum pace ſui parentis.

XLI. DICA IVBILEORVM ann. 1717. §. 40. DICA IVBILEORVM APVD EVANGELICOS anno CIↃ IↃCCXVII. Non eo animo haec ſcripſi, quo legerunt turbida maleferiata capita. Quibus cum alii iam repoſuerint, quae debebant reponi, porro non eſt, quamobrem illis animum attendamus. Cum dies XXXI. menſis Octobris an. CIↃ IↃCC XVII. feriandus eſſet, in memoriam repurgatorum ſacrorum et Lutheri ſecularem, rectio penes me fuit Fridericianae. Ego itaque morem geſſi cum legi prouinciali, tum patrum conſcriptorum decretis, inſtituendo et ordinando, quod fieri conuenerat per triduum hoc ſeculare in templis et ſcholis. Programma ipſum, argumenti cauſa, quod ſacrum fuerat, meo prorectoris nomine ſcripſerat profeſſor theologus, more ſcilicet, quem ſequimur alias. Vti uero egomet anno CIↃ IↃCC. libellum edideram, de feriis ſecularibus IVDAEORVM; ROMANORVM; pontificum R. CATHOLICORVM, qui prodiit etiam curis ſecundis in uernacula: ita exiſtimaueram, non fore praeter rem, triplicibus iubileis addere quartum EVANGELICVM aut Lutheranum. Non uero tum otii aliquid fuerat, quod interdiu aliis rebus poſſem ſurripere ad hoc ſcribendum. Oleo itaque opus et duabus uigiliis conficiendum inſtitutum. Duo inprimis mihi propoſueram in hoc themate, quae inuicem non ſunt commiſcenda. Primum fuerat iurisprudentiae conſultatoriae, praeſtaret ne, omittere ferias ſeculares, quam celebrare: alterum religionis, qua colenda eſſet ceremonia ſecularis, a principe imperata. Scilicet, uti res ipſa docet, iubilea ſacra Romae anno CIↃ CCC. excogitata ad emungendum orbis chriſtiani ciues argento et nundinarias rerum diuinae gratiae pollicitationes, ſpecie inanium ualidas: ita uel ipſum nomen iubilei coetibus purioribus moeſtum ac triſte, odio dignius, quam imitatione. Exemplo quidem apoſtolorum et uetuſtioris eccleſiae, qui chriſtianorum ferias hebdomadarias migrare maluerunt et in alterum differre diem, quam dicier illas Sabbatha, uerba Iudaica ſuperſtitione infecto et uitiato. Quod magis eſt, ſacras aedes TEMPLA adpellari, decreto concilii prohibuerunt maluruntque, barbaris illas uocabulis nuncupari ECCLESIAS, BASILICAS, DOMINICAS DOMVS, atque ita offendere aures, quam animos, commemoratione nominis, abuſu deprauati. Eodem igitur

igitur conſilio euangelici coetus nauſeare poterant, non dico, debuerant, dies et annos iubileos. Hactenus pia deſideria. Sequitur nunc imperatarum feriarum ſecularium cautio et prouiſio. Ne infauſti nominis contagio illas contaminaret atque illae ſecum traherent uel pontificias ſortes uel alius generis dedecora et probra, fugienda in ritualibus euangelicis, ad prudentem ſimplicitatem reducendis ac reuocandis. Quod ubi fit, feriae ſeculares, ſi non ſuadendae et commendandae; ferendae tamen ita, nec improbandae et damnandae. Poſt centum annos num futurum ſit tertium ſeculare Lutheranum, illud quidem definiuerit, ſi per fata licet, uentura poſteritas. A qua meis tum conſiliis, ſi quidem haec tantam aetatem tulerint, rogo ueniam polliceorque mihi facilem aut ipſam placidi coeli indulgentiam.

XLII. *DIFFERENTIAE IVRIS ROMANI ET GERMANICI ad prooemium inſtitutionum anno 1712.*

§. 41. DIFFERENTIAE IVRIS ROMANI ET GERMANICI AD PROOEMIVM INSTITVTIONVM IVSTINIANAEARVM anno CIↃ IↃCC XII. Cum adhuc iureconſulti id agant, ut Romanas et Germanicas leges cogant in unam iuris harmoniam: ego in alia omnia iui, neque putaui fieri poſſe, ut perturbatae et parum ſibi conſtanti patriae iuriſprudentiae medela adferatur emergatque illa ex perturbationis et confuſionis labyrintho, quam utriusque reipublicae legibus a ſe inuicem ſeiunctis ac ſeparatis. Speciminis loco mihi propoſueram Romani iuris libros elementarios IVSTINIANEAS INSTITVTIONES. In quarum commentariis oſtendere uolui, quid aera diſtent lupinis, quid Latium ab Alemannorum inſtitutis. Non arbitror, conſiliis meis defuiſſe ſucceſſus. Quodſi enim fuiſſent otia, filum inceptum pertexendi et abſoluendi ea, quorum feceram initium, haud dubie patriae iuris elementa haberemus, magis integra et aliena a principiis peregrinis. Ex quare, dici non poteſt, quantum lucis et ueritatis redundare queat in cauſas patriae forenſes. Plura nolumus praefari, cum re ipſa quilibet experiri poſſit, quae diximus, noſtra legendo.

XLIII. *De uerbo MAIESTATIS et contentione ARMORVM et LITTERARVM anno 1713.*

§. 42. DE VERBO MAIESTATIS ET CONTENTIONE ARMORVM ET LITTERARVM anno CIↃ IↃCC XIII. Proximi opuſculi eſt continuatio atque eius, quod diximus in praecedenti. Scilicet quamuis iuris Romani in Germania receptio facta fuerit in gratiam cauſarum et hominum priuatorum: errore tamen et ignorantia cum interpretum iuris, tum curialium adſeſſorum factum eſt, ut publici etiam iuris argumenta uocarentur ad hanc ſaturam et lancem. Quos ſcrupulos ut euelleremus hominum, ita ſentientium animis, occaſionem nobis ſuppeditauit titulus, nomen, ſchemata imperatoris.

XLIV. *Differentiae iuris R. et G. in CAVSA TVTELARI opuſculis quatuor anno 1712. 1713.*

§. 43. DIFFERENTIAE IVRIS ROMANI ET GERMANICI IN TVTELIS 1) TESTAMENTARIA ET LEGITIMA anno CIↃ IↃCC XII. 2) MATERNIS anno CIↃ IↃCC XII. 3) ATTILIANA anno CIↃ IↃCC XIII. 4) FRVCTVARIA PRAECIPVE IN GERMANICO IVRE CLIENTELARI anno CIↃ IↃCC XII. Fidenter adfirmo, accendiſſe haec opuſcula lumen iuriſprudentiae patriae, in rebus, quae patriae iureconſultis adhuc ignoratae. Habes hic ſingularia plura in huius argumenti cauſis publici, beneficiarii priuatique iuris, quae ex ratione fideque legum ac monumentorum plene luculenterque expoſita ſunt et declarata, ut fieri aliter non poſſit, quam, uel corrigant et emendent ſententias ſuas iudices et ſuprema quoque Germaniae tribunalia uel tenebras ſectentur in meridie et luce, huic argumento conciliata. Mallem, aliquis rei faciat periculum et experimentum legendo, quam credendo haec praefanti. Si per Deum et principem nobis otia fuerint, PANDECTAS dabimus IVRIS GERMANICI, id eſt, a Romano in ſingulis digeſtorum titulis patrii iuris differentias, nulli tentatas, nedum ipſo opere praeſtitas adhuc.

XLV. *Differentiae iuris R. et G. in SVCCESSIONIBVS anno 1714.*

§. 44. DIFFERENTIAE IVRIS ROMANI ET GERMANICI IN SVCCESSIONIBVS CONIVGVM ET DISSORTIVM LIBERORVM an. CIↃ IↃCC. Obtulerat priuilegiorum iuris candidatus hoc thema ad diſputandum et reſpondendum: ſed eius elaboratio et opera nobis necquicquam fuerant ad palatum. Mutare tamen ſcriptum, non duximus e re fore. Adpendicis igitur loco noſtra adiunximus atque nouo oſtendimus ſpecimine, quam faceret, ad eius generis lites forenſes diſſipandas et componendas, ſi iuris utriusque ROMANI et PATRII con-

i 2 ſtite-

ſtiterint differentiae. Legens enim noſtra demum intelliget, quamobrem fieri non poſſit, iureconſultum ea in re ſibi conſtare, quem diſcrimina latent patriae poteſtatis, in Latio aeternae; in Germania autem exigui temporis, paulo maioris pubertate: bonorum utriuſque coniugis Latii ſeparatae et diſtinctae rationes; eorundem uero in Germania communio et quae reliqua ſunt generis eiuſdem. Repeto uota mea, modo concepta pro otio ad differentiarum Latii et Germaniae indagationem et medelam adferendam, utriusque iuris confuſione, perturbatae patriae iurisprudentiae.

XLVI. *INDICIS inſtructiſſimi adparatus.*

§. 45. Poſt opuſcula, recenſita ſigillatim, aliquid addendum de eorundem INDICE inſtructiſſimo. Suſcepit hanc operam *Lazarus* HEINEMANNVS, iurium candidatus et aduocatus quondam huius urbis tribunalium. Qui etiam ſchedas ex prelo relegit et correxit ad ſphalmata tollenda typographorum. In utroque praeſtitit, quod potuit, ſed omnium deſideria non expleuit. Habent illud Belgae, praecipui quodam iure, quod eorum libri prodeant, curatius emaculati, noſtris in Germania. Siue cauſas huius diſcriminis in maiori eorundem induſtria, uſu, peritiaque ponas ſiue in maioribus impenſis ac oleo correctorum et emendatorum, parum excuſat noſtrorum inertiam. Id ſcio, Elzeuirios quondam ultimum ex prelo exemplum cuiuſque ſchedae academico albo publice adfixiſſe, aureo, praemii loco, illi deſtinato, qui unicum indicauerit eius mendam uel lituram. Sed tanti litterarum errores non redimere ſolent Germani. Neque fieri hoc poteſt, cum nunc prelum urgeat typographus, nunc corrector feſtinet, iterum morae impatiens quandoque librarius. Debemus tamen hoc aeternae memoriae uiri perilluſtris L. B. de CANSTEIN, qui eodem menſe, quo haec ſcribo, demortuus eſt aluei profluuio, quod in uernacula noſtra ſacras nunc pandectas, uiliſſimo pretio emamus, omni litterarum erratione et macula liberatas. Ipſe enim tot litteras, aeri inciſas, coemit, quot abſoluuntur omnes libri codicis diuinioris. Hae igitur, ſemel diſpoſitae ad exprimendum, has formas retinent deinceps neque uinculo, quo ſemel cohaerent, porro diſſoluuntur. Cum quaelibet pagina typos retineat, ſibi proprios. Quo fit, ut ſingula tolli queant errata, porro autem errari nequeat, cum nulla litterula de loco, quem ſemel recte occupauit, dimoueatur. Pertinet ſane hoc ad merita Germanorum in orbem litteratum. Eſt enim eius generis inſtitutum omni aeuo ac orbi inauditum et extraneis haud dubie inſtar portenti. Alterum eſt, quod dicendum de horum opuſculorum INDICE iuſto, ut putant, cumulatiori. Non diffiteor, potuiſſe eundem magis contrahi. Sed, in tantis librorum numeris, quotusquisque hodie ſapere dubitat per indicem? claſſicis forte auctoribus exceptis, qui legi debent a capite ad calcem. His ille non poteſt eſſe non gratiſſimus. Deinde cum pleraque opuſcula notularum acceſſionibus inſtructa ſint, etiam hae loculos uoluerunt ſingulares. Porro litterarum figurae plurimum minutiſſimae, ut uere dici, queat, pro duobus uoluminibus exhiberi potuiſſe quatuor, ſi quidem exſcripta fuiſſent craſſioris figurae typis. Atque hoc ipſum in cauſa praecipua, quod index habeat ampliores numeros. Taceo, in centum libris aliis indices rerum et uerborum promitti, inanium ſpecie, in neutro praeſtari promiſſa. Vt adeo ueniam omnino mereatur noſtri indicis auctor, ſi in loculis aliquibus iuſto fuit largior, ſi multitudine laborare maluit, quam inopia, cauitque magis fallacem fidem, quam ſpe maiorem, exuberantem aliqua ex parte et paululum ſuperabundantem. SCRIPSI in FRIDERICIANA pridie kalendarum menſis SEPTEMBRIS an. CIↃ IↃCCXIX.

SERIES

SERIES OPVSCVLORVM
TOMVS I.
LIBER I.
IVRIS PVBLICI

OPVSCVLVM I.

De iure reges adpellandi.

Anno 1701. *Diſputatio quouſque typis exſcripta fuerat, publice habita d. XX. menſis Ianuarii* CIↃ IↃ CCI. *reſpondente IO. LVDOVIC. STOESSER, Nobili de LILIENFELD.*

Dedicatio ad Sereniſſimum Principem ac Dn. Fridericum, Regem Poruſſiae.
Conſpectus ſummorum capitum diſſertationis, pag. 1
Cap. I. de recooditis ſenſibos uerbi regalis, 3
Cap. II. de adpellationibus regiis ab imperatore Romano factis, 35
Cap. III. de illis, qoi ſua auctoritate, non aliena regium diadema ſuſceperunt, 77
Cap. IV. de Romani pontificis uſurpatione in adpellationibus regum, 95
Cap. V. intercalare. Remedia ad regalem dignitatem adulterine, 111
Cap. VI. plauſus melioris orbis pro felici regni Poruſſici auſpicio, e dogmatibus diſſertationis in epitome exhibitis, 117

OPVSCVLVM II.

Anno 1701. De auſpicio regum, ad ſolennia gentium iura reuocato, ad perpetuandam coeptae per hos dies feſtiuitatis memoriam theſibus ſuccinctis amplioris commentarii epitome, publicus conflictus

Inſtitutus in Fridericiana Ianuarii menſis die XX. anno CIↃ IↃ CCI. *EODEM reſpondente.* 121

OPVSCVLVM III.

Anno 1701. Neniae pontificis de iure reges adpellandi

Principali iuſſu profligatae.

Praefatio, 129
Cap. I. pontifices nihil lucratos eſſe, multamque iacturam feciſſe, qooties titulos dignitatemque principum diſputauerint, 133
Cap. II. regales honores dignitatesque a pontifice necperi nec impertiri poſſe, 149
Cap. III. rationes ſcriptorum pontificiorum, quibus ius reges adpellandi pontifici Romano uindicare ſatagunt, 165
Cap. IV. in ipſum diploma pontificis ſpeciatim inqoiritur, ut oſteodatur, omnes reges, catholicos inprimis, hoc ipſo a pootifice uehementer laeſos eſſe, 181
Adpendix L. B. de Limbach eidem diplomati Clementino oppoſitus libellus, 197

OPVSCVLVM IV.

Anno 1706. Formula Brandenburgici ducatus.

Diſſertatio habita d. XX. menſ. Mart. CIↃ IↃ CCVI. *reſpondente PHILIPPO COMITE DE ARCO.*

Dedicatio ad Sereniſſimum Principem ac Dn. Fridericum, Poruſſiae regem, 197
Cap. I. prooemium, 209
Cap. II. ducis & marchionis dioerſae dioerſo tempore definitiones in iure poblico S. R. I. 211
Cap. III. diuerſa marchioonm, diuerſo tempore, poteſtas & auctoritas, 219
Cap. IV. Brandenburgicum marchionatum formulam habere ducatus argumenta, 229
Cap. V. proedria marchionom Brandeoburgenſium ante duces & principes S. R. I. 239
Cap. VI. de marchionis Brandenburgici electoratu ſioe archiprincipato, 241
Cap. VII. de Brandenburgici marchionis archiofficio camerarii S. R. I. 247
Cap. VIII. de Braodenborgici marchionis officialibus curialibos, 253
Cap. IX. Brandeoburgici marchionis purpura, habitus, ſchemata, regalia, 257
Cap. X. Brandeoburgico marchionatui clientelares ſunt multi principatus, 261
Cap. XI. apiſcopatus Brandenburgici ſunt prouinciales ſeu landſaſſici, 269
Cap. XII. ſpicilegium praerogatiuárum marchionatus Brandenburgici, 271
Epiſtola gratulatoria ad Philippom comitem ab Arcu, 274

OPVSCVLVM V.

Araufio ſupremo imperio uindicata contra Caſſanum et Puteanum, adſertores Gallos. Anno 1702.

Diſputatio habita menſ. Mai. CIↃ IↃ CCII.

OPVSCVLVM VI.

De iure adlegandi ordinum S. R. I. *uon Reichs-Geſandſchafften.* Anno 1703.

Diſputatio inauguralis AVCTORIS d. VIII. Decembr. CIↃ IↃ CCIII.

Dedicatio ad Virum Illuſtriſſimum atque Excellentiſſimom Dominum Henricum ab Ilgen, 295
Prooemii loco adparatus ſcriptorum de iure legationum, 299
Cap. I. natura iuris adlegandi aiusque origo ac progreſſio, 305
Cap. II. ordinum iura circa adlegationes imperii, 425
Cap. III. argumenta, quae adlegationibos ordinum uideantur obeſſe, 419
Cap. IV. de iure circa ſolennia adlegationum S. R. I. 449

OPVSCVLVM VII.

De ciuitatum diſpari nexu cum S. R. imperio, *uon Reichs- und freyen Reichs-Staedten.* Anno 1710.

Diſputatio inauguralis habita d. XXX menſ. Octobr. ann. CIↃ IↃ CCX. *reſpondente IO. PHILIPP. HEVSS, Argentorat.*

Cap. I. de ratione inſtituti, 479
Cap. II. de caoſis ciuitatum S. R. I. 481
Cap. III. omnes quondam ciuitates imperii mediatas fuiſſe, 483
Cap. IV. cioitates etiam mediatas ſuffragii iura habuiſſe in comitiis, 485

Cap. V. de uera ciuitatum imperialium origine, 489
Cap. VI. apologia diſcrimiois inter ciuitates liberas et imperiales, Reichs- und freyco Reichs-Stacdten, 497
Cap. VII. fabulae Iℓtorum, imperiales ciuitates gaudere iure territoriali? 511
Cap. VIII. neniae Iℓtorum, de ciuitatibus mixtis, *non halben Reichs-Stædten*, 519
Cap. IX. fabolae Iℓtorum de cioitatibus hanſeaticis, *non Stadten in dem Hanſeband*, 523
Cap. X. de diſpari ciuitatum collegio et otriosque praecedentie? 529
diſſertationis potioris momenti *paradoxa*, 535
Epiſtola gratulatoria ed Dn. Caodidatum, 537

OPVSCVLVM VIII.

Anno 1714. De obligatione ſucceſſoris in principatus et clientelas S. R. I. ex facto deceſſoris.

Diſputatio habita d. III. menſ. Nouembr. ann. CIↃIↃCCXIV. *inauguralis HENRICI DE BARCKHAVS, Francofurtani ad Moen.*

Prooemium, 539
Cap. I. de obligatioue ſucceſſoris in principatum ex iure naturali, 541
Cap. II. de obligatione ſocceſſoris in principatum ex LL. imperialibus et iure pontificiali, 553
Cap. III. de obligetione ſucceſſoris ex facto deceſſoris ex iore feudali, 561
Cap. IV. de obligatione ſucceſſoris in principatum ex formula imperii, cuiqoe reipublicae propria, 563
Cap. V. de obligatione ſucceſſoris in Longobardicas clientelas, 585
Cap. VI. De obligatione ſucceſſoris in feuda prouincialia Germaniae, *den Landſaeſſigen Leben*, 595
Cap. VII. de obligatione ſucceſſoris in S. R. I. priocipatum, *einem teutſchen Reichs-Leben*, 615

TOMI I. LIBER II.

FEVDALIVM.

OPVSCVLVM I.

Anno 1715. De primo foro ſubſeudorum imperialium, *in Reichs-Affter-Lehen*, parium curiae in Haſſiae comitatu Rittbergenſi.

Diſſertatio inauguralis habita d. IV. menſ. Mai, CIↃIↃCCXV. *reſpondente PAVL. KOLBE, Haſſo-Caſſellano.*

Dedicatio ad Sereniſſimum Principem ac Dominum Carolum Haſſiae Landgrauium, 645
Cap. I. ſtatus caoſae, 647
Cap. II. de exemplis eorum, qoi adoptarunt ſubdominos feudis uel allodiis imperialibos, 651
Cap. III. de iure edoptandi ſubdominos in feudis uel allodiis imperialibos, 665
Cap. IV. argumenta edverſa ſubdominis adoptiuis imperialium territoriorum, 675
Cap. V. primum forum clieotelare adſertum ſubdominis, 681
Cap. VI. Haſſiaci fori hiſtoria in cauſe ſocceſſionis Rittbergenſis, 695
Cap. VII. pro iodicio pariom Haſſiae argumenta in cauſa Rittbergenſi, 703
Cap. VIII. parium Haſſiae iodicio aduerſa argumente eorumqne diſſolutio, 709

Adpendix Monumentorum

Litt. A. Proceſſus fori clientelaris pariom cotiae Oſnabrugenſis deſcriptus ex uetuſto mſcto anni MDLXI. die VI. menſ. oct. 715
Litt. B. Extract Rittbergiſchen Lehn-Vſſtrags-Brieffs de anno 1456. 721
Litt. C. Extract Kayſerlichen Lehn-Brieffs über die Landgraffſchafft Heſſen wegen Rittberg, 723
Litt. D. Litterae elientelares Haſſiacae de inoeſtitura Rittbergenſi anno MDLXXXV. cum reuerſalibos comitis uaſalli et confeſſione nexus beneficiarii, 723
Litt. E. Litterae clientelares Haſſiacae de comitatu Rittbergenſi MDCLXXXVI. cum foeminae comitis reoerſalibus, 727
Litt. F. Extract-Schreibens Graf Ottens von Rittberg an Herrn Landgraf Philipſen von Heſſen, wegen Beeintraechtigung des Herrn Biſchoffs zu Paderborn an der Graffſchafft Graentzen Exaudi 1524. 731
Litt. G. Genealogia comitum de Rittberg, Haſſiae uaſallorum, 731
Litt. H. Extract-Schreibens der Graefin Anna von Rittberg, Wittib, gebohrner Frau von Eſens, an Herrn Landgraf Philipp zu Heſſen, de dato Dienſtags nach St. Gallen 1536. *in ſtreitigen Sachen zwiſchen ihrem Stieff-Sohn und Graff Otten und ihr, ſamt ihrem Sohn, Graff Iohann,* 733
Litt. I. Extract Kayſerlicher denen Fürſten von Heſſen ertheilter Lehn-Brieffe de annis 1628. *und aller folgenden,* 733
Litt. K. Copia Kayſerlicher Reſolution', wegen des Reichs-Lehen auffgetragener Graffſchafft Rittberg ann. 1563. 733
Litt. L. Extract aus dem erſten Rittbergiſchen Lehen-Revers de anno 1456. 735
Litt. M. Extract aus dem Rittbergiſchen letzten Lehen-Revers de anno 1692. 735
Litt. N. Extract alten Rittbergiſchen Vergleichs de dato Thom. apoſt. anno domini 1541. 735
Litt. O. Copey Vrtheils, ſo uber Graf Otten von Rittberg am Heſſiſchen Mann-Gericht ergangen 1546. 735
Litt. P. Atteſtatum, *daß in Rittbergiſchen Lehn-Streitigkeiten zwiſchen dem* domino feudi *und vaſallen* coram paribos curiae *gehandelt worden* 1704. 735
Litt. Q. Epiſtola Conradi comitis a Caſtell, qua curiae pares nominat ſuo erbitratu, aduerſa parte eb electione eorundem excluſa an. 1575. 737
Litt. R. Parium curiae uocatio an. 1575. 737
Litt. S. Herman. Hammelmanni et Andr. Hoppeorodii hiſtoria comitum Rittbergenſium, 739

OPVSCVLVM II.

Differentiae iuris feudalis communis atque Poruſſici. Anno 1716.

Diſputatio habita d. XXIX. Mai CIↃIↃCCXVI. *inauguralis IO. CHRISTOPH. VOLLBRECHT, Goslar.*

Prooemium, 741
Diff. I. qui Poruſſiae feuda iore ſcripto regantur? 743
Diff. II. feuda Poruſſiae quotuplicia? 745
Diff. III. qui Poruſſica feuda credi debeant impropria? 749
Diff. IV. unde Poruſſici iuris petenda interpretatio? 749
Diff. V. qui Poruſſiee leges non iuris ſint ſtricti? 751

Diff. VI

Diff. VI. num Poruſſiae iura ſupplent Longobardica inſtituta? 752
Diff. VII. Poruſſiae uaſallo quod ſtipendium? 753
Diff. VIII. qui in Poruſſiae feudis ſucceſſio collateralium? 754
Diff. IX. qui in Poruſſiae feudis liberi continuant poſſeſſionem? 755
Diff. X. qui Poruſſiae feuda non ſunt uſusfructus? 756
Diff. XI. qui Poruſſiae uaſallis debeantur feudi incrementa? 757
Diff. XII. qui allodia Poruſſico iure offerre liceat in clientelam? 758
Diff. XIII. qui Poruſſiae feuda conſtituantur in nummis? 759
Diff. XIV. utri expectiuario cedat feodum? 759
Diff. XV. cum repraeſentatio inter liberos fratris? 760
Diff. XVI. qui fratres Germani non praeferantur conſanguineis? 761
Diff. XVII. qui filiae in feudis ſuccedant? 762
Diff. XVIII. qui e feudis excludantur matrimonio legitimati? 763
Diff. XIX. qui ſucceſſio feodi negetur muto, ſurdo, caeco, claudo, 765
Diff. XX. qui nefas ſit, hereditatem repudiari a feudi ſucceſſore filio? 765
Diff. XXI. quae debita aere ſint feudalia? 767
Diff. XXII. qui teſtamenta fiant in re feudali? 769
Diff. XXIII. quae fructuum feudalium computatio? 770
Diff. XXIV. qui pecunia uenditi feudi ſit feudalis? 771
Diff. XXV. cui cedant feodi meliorationes? 771
Diff. XXVI. qui feudum alienare ſit nefas? 772
Diff. XXVII. qui nefas alienare dominium directum? 773
Diff. XXVIII. qui feudum queat oppignorari? 775
Diff. XXIX. qui nefas ſit feuda diuidere? 777
Diff. XXX. qui foeminis innuptis praerogatiua in feudis ante elocatas? 778
Diff. XXXI. quae damna foeminae clientelari ex ſecundis nuptiis? 779
Diff. XXXII. qui ſorores cum liberis ſororis concurrent in feodo? 780
Diff. XXXIII. qui ſorores praeferentur fratribus conſanguineis? 781
Diff. XXXIV. qui in obligatione feudi uxoris opus conſenſu? 782
Diff. XXXV. impenſae funebres num feudi onera, an allodii? 783
Diff. XXXVI. qui in feodis ſuccedant fratres ſeparati? 784
Diff. XXXVII. qui portio feudi debeatur filiabus? 785
Diff. XXXVIII. qui mulierum e feudo lenocinia? 786
Diff. XXXIX. qui uiduae ex feudo debeantur beneficia? 787

Adpendix Monumentorum.

Litt. A. Reſponſum iuris de feudorum Poruſſicorum differentiis ſecundum indolem 1) communem, 2) Poruſſicam, 3) Magdeburgicam ſeaua unius, 4) utriuſque. 789
Litt. B. Anonymi reſponſa de feudis Poruſſiae, ubi
Cap. I. de ſucceſſionibus, 791
Cap. II. noui priuilegii Magdeburgici anno 1540. ab Alberto, duce Poruſſiae, conceſſi ſumma, 793
Cap. III. differentiae bonorum feudalium et Magdeburgicorum in Poruſſia, 795
Cap. IV. de dotis augmento, 797
Cap. V. der Herrn Hoff- und Gerichts-Räthe Bedencken über die clauſul erblich und ewiglich anno 1549. 798
Litt. C. Vortrag des Hohemeiſters und Ordens, mit der Landſchafft wegen der Magdeburgiſchen Lehn-Güter, zu beeden Kindern, anno 1487. 799
Litt. D. Das neue Gnaden-Priuilegium, über die Magdeburgiſchen und Lehn-Güter des Hertzogthums Preuſſen, von Marggraff Albrechten dem Eltern, und erſten Hertzogen in Preuſſen, gegeben im Jahr 1540. *den letzten October.* 801
Epiſtola gratulatoria ad Dominum Candidatum, 812

OPVSCVLVM III. Anno 1714.

Differentiae iuris feudalis communis atque Luſatici.

Diſputatio inauguralis habita d. XXII. menſ. CIↃ IↃCCXIV. *Auguſt. reſpondente DANIEL RIECH aduocato prouinc. ordinar. iurat.*

Prooemium, 813
Diff. I. num Luſatiae feoda oblata? 817
Diff. II. num feuda Luſatiae regantur iure non ſcripto? 821
Diff. III. Luſatiae ſtatuta num explicanda ex iure communi? 823
Diff. IV. qui locus Longobardico iuri in feudis Luſatiae? 825
Diff. V. num Luſatiae feuda praeſumantur propria? 826
Diff. VI. num fundus in Luſatia praeſumatur allodialis? 827
Diff. VII. qui poenas originem debeant Luſatiae feoda? 828
Diff. VIII. qui Luſatiae feuda non ſint nobilia? 829
Diff. IX. num feuda Luſatiae maſcula acquirere liceat foeminis? 831
Diff. X. num feudis Luſatiae iuriſdictio ſit adnexa eaque ſuperior? 833
Diff. XI. quae inter Luſatiae uaſallos tutela nominatiua? 835
Diff. XII. fundamentum legitimae tutelae num ſucceſſio? 837
Diff. XIII. excuſationi a tutela num locus ſit ob numerum liberorum? 838
Diff. XIV. num feudi loco pecunia? 839
Diff. XV. num ultra ſeptimum gradum ſucceſſio? 840
Diff. XVI. num alienatio iuris ſit in feudis Luſatica? 841
Diff. XVII. quae feudorum iura in teſtamentis? 843
Diff. XVIII. num feudi inauguratio fieri poſſit per procuratorem? 845
Diff. XIX. quid Luſatiae inſtitutum der Vorritt, 846
Diff. XX. qui feuda Luſatiae ſint alienabilia? 847
Diff. XXI. tempus iuris προτιμήσεως quantum? 849
Diff. XXII. num retractui locus in alienatione neceſſaria? 850
Diff. XXIII. num domino ius ſit προτιμήσεως in feudo? 851
Diff. XXIV. qui Luſatiae deſint domania? 852
Diff. XXV. cuius ſumtibus in militiam uaſalli? 853
Diff. XXVI. domini directi alienatio num conſenſu facienda uaſallorum? 854
Diff. XXVII. quis iudex in Luſatia clientelaris? 856
Diff. XXVIII. quid ſi lis ſit inter dominum et uaſallum? 861
Diff. XXIX. quae adpellationi forma in iudiciis Luſatiae? 863
Diff. XXX. quodnam Luſatiae iudicium Heroicum die Ehrentaffel? 865

Adpendix Monumentorum.

Litt. A. Confirmatio pactorum de admittendis feudorum

Digitized by Google

dorum Luſatiae emtoribus nonniſi nobilibus die 24. Mai. anno 1667. 867
Litt. B. Litterae Ferdinandi regis, quibus an. 1558. feuda poenae poſtliminio uertit in allodia? 877
Litt. C. Ehrenbolds Befoerderung bey der Ritter-tufel, 878
Litt. D. Hiſtoria fori in Luſatia ſupremi, a quo ultima tandem ad ipſum principem pronocatio fide codicis mſcti, 879

Anno 1716.

OPVSCVLVM IV.

Differentiae iuris communis et Luſatici in legitima atque dote, *uom Lehns-Pflicht Theil.*

Diſputatio habita d. XIX. Septembr. inauguralis IO. GOTHOFR. STEVDNER, Budiſſa Luſati, aduoc. iurat. ord.

Prooemium, 883
Diff. I. qui filiabus ex feudo dos et legitima? 885
Diff. II. quid in dote filiatum ex feudo LL. Saxoniae? 885
Diff. III. qnid de legitima filiarum ex feudis? 889
Diff. IV. qni legitima ex Luſatiae feudo mercatur fauorem? 891
Diff. V. qui legitima debeatur ex Luſatiae feudo filiae dotatae? 893
Diff. VI. qui legitima ex pretio an feudi ipſius parte filiae debeatur? 895
Diff. VII. qni ſororis etiam legitima ex Luſatiae feudis triens? 897
Diff. VIII. num legitima ex feudo iura accipiat allodii? 899
Diff. IX. an legitimae quantum explorari debeat ſub haſta? 900
Diff. X. qui dos ex feudo ſoluenda filiae in caelibaru? 901
Diff. XI. quod legitimae genus ex ſeudo ſorori? 909
Diff. XII. qui legitima non tam legis, quam facti? 910
Diff. XIII. nnm legitima poſſit augeri? 911
Diff. XIV. qui legitima relinqni poſſit ex certo euentu? 913
Diff. XV. qni legitima granari nequeat? 915
Diff. XVI. qni legitima poſſit minui, 917
Epiſtola gratulatoria ad Dominum Candidatum, 918

OPVSCVLVM V.

Anno 1704.

De iure poſtarum clientelari, *uom General-Erb-Poſt-Lehen.*

Diſſertatio habita reſpondente IACOBO CHRISTIAN. SCHOENBECK Potsdamienſ. March. d. XIX. Ian.

Cap. I. de Germaniae muneribus hereditatiis nniuerſim er ſigillatim de poſtis, 919
Cap. II. de primo poſtarum genere, quod eſt penes imperatorem in S. R. I. 923
Cap. III. de altero poſtarum genere, qnod eſt principum Germaniae, 927
Cap. IV. de tertio poſtarum genere, quod olim Romanorum, 931
Cap. V. de ſuprema celerum praefectura, *dem General Poſt-Amt* in Hiſpaoia, Gallia, Anglia, Dania, Suecia, Turcia et alibi, 935
Cap. VI. de poſtis proninciarum Germaniae, 939
Cap. VII. de rei curſoriae feudis, 951
Cap VIII. de antoribns in re curſoria conſulendis, 957

TOMI I. LIBER III.

IVRIS CIVILIS PRIVATI.

Anno 1704.

OPVSCVLVM I.

Paradoxon pro iure retractandi transactionem, nouis inſtrumentis repertis, ad L. 35 ff. de re iud. et LL. 19. et 29 C. de tranſact.

Diſputatio habita d. XIII. Decembr. reſpondente BENIAMIN. BENEDICT. HOELDER, Wurtenbergenſ.

Prooemium, 963
Cap. I. transactionis, noeis retractandi et inſtrumentorum definitio, 965
Cap. II. argumenta pro inre retractandi traoſactionem, nouis inſtrumentis repertis, in cauſa priuata aeqne ac pnblica, 973
Cap. III. argumenta aduerſus ins retractandi transactionem, nonis inſtrumentis repertis, eorumque diſenſio ac diſſolntio, 999
Adpendix, 1017

Anno 1712.

OPVSCVLVM. II.

De pſeudo tutore et curatorore notarii.

Diſputatio habita d. XIV. Decembr. inaugural. ADOLPH. HENRIC. MYLII, Lipſienſ.

Ingreſſus, 1019
§. *I.* notatil definitio, 1020
§. *II.* tutoris, 1020
§. *III.* curatoris, 1020
§. *IV.* propoſitio: tutorem falſo creari a notario, 1020
§. *V.* etiamſi teſtamantarius uel legitimus ſit, 1021
§. *VI.* utrum notarius jure creator tutoris datiui? 1021
§. *VII.* nnm illi I. hoc ius ex legibns? 1022
§. *VIII.* II. an ex legum rationibus? 1023
§. *IX.* III. ex conſtitutione Germanici imperii, 1024
§. *X.* IV, ſigillatim Saxeniae inſtitutis, 1024
§. *XI.* V. ratio conſultisſima, qua tutorem dare ſit iurisdictionis? 1025
§. *XII.* quae ceſſant in notariis, 1025
§. *XIII.* VI. ex indole artis notariorum tutoris dationi contraria, 1026
§. *XIV.* VII. ex iure ob multas canſas ſuperfluo, 1027
§. *XV.* VIII. rationibns minus conſultis, 1027
§. *XVI.* confotatio eorum, qnae nobis hic uidentur aduerſa, 1027
§. *XVII.* opp. I. quod notarii adpellentur iudices, 1028
§. *XVIII.* reſpond. quod hoc fiat in minns proprio ſignificatu, 1029
§. *XIX.* opp. II. quod actus exerceant his ſimiles anr maiores, 1029
§. *XX.* reſpond. imo disſimiles eſſe, quod docetur ſigillatim a) io teſtamento coram notario, b) in ſyndico notarii, c) in teſtibus notarii, d) in adpellationibus coram notario, 1030
§. *XXI.* ſummatim ab actibus noluntariae iuriſdictioois n. e. c. ad contenſioſam, 1031
§. *XXII.* opp. III. in tutoris conſtitutione raro ea requiri, quae iuriſdictionis, 1031
§. *XXIII.* reſpond. hoc notariorum tutoribus non obſtet ſolum, 1032

§. *XXIV.*

§. *XXIV.* opp. IV. quia tutoribus opus eſt in cauſis extra iudicium, 1032
§. *XXV.* id quod multum habet coloris, 1033
§. *XXVI.* atque roboris, 1033
§. *XXVII.* imo et patrocinium Wittebergenſium, 1034
§. *XXVIII.* reſp. curias curiis opponi et ſententiis iudicata, 1036
§. *XXIX.* exponitur l. 2. ff. de iuriſd. de commiſſario necquicquam notario, 1036
§. *XXX.* legis opus eſt curata limitatione, 1037
§. *XXXI.* ab abſurdo ſi lex haec faueat notario, 1037
§. *XXXII.* utilitatis et damni collatio in pſeudo tutore notarii, 1038
§. *XXXIII.* ex aduerſo iudicandum, ſi princeps det notario hanc facultatem, 1040

OPVSCVLVM III.

Anno 1712. Trebellianica et legitima exules in fidei-commiſſis fructuariis.

Diſput. inauguralis habita d. XII. Septembr. CIↃIↃCCXII. *reſpondente IO. GOTTLIB. GVMPRECHT, Dreſdenſi - Miſn. aduocat. immatriculat. Lipſ.*

Cap. I. de argumenti grauiſſimis momentis, 1041
Cap. II. ſententiae de hoc argumento multiplices et erraticae, 1045
Cap. III. ſtatus cauſae noſtro iudicio probatus? 1051
Cap. IV. aduerſus detractionem in fructuariis fideicommiſſis argumenta.
Segmentum I. ex iure Romano, 1055
Segmentum II. detractionibus quartarum aduerſa iura Germanica, 1075
Cap. V. argumentorum aduerſae partis diſſolutio, 1083

OPVSCVLVM IV.

Anno 1715. Differentiae iuris Romani et Germanici in mutuo.

Diſputatio habita d. XI. Mai. CIↃIↃCCXV. *inauguralis PAVLI ZEH, Moeno-Francofurt.*

Diff. I. quae crediti atque debiti nomina utriusque linguae, 1089
Diff. II. qui deſideretur titulus ſingularis in mutuo, 1095
Diff. III. qua in re mutuum uerſetur? 1097
Diff. IV. mutuo qui contrahere nequiuerint reipublicae officiales? 1103
Diff. V. mutuum qui contrahatur nomine pupilli? 1107
Diff. VI. qui mutuo dare aut accipere poſſint pupillus et minor? 1109
Diff. VII. num mutuo accipere queat filiusfamilias? 1113
Diff. VIII. num dari mutuo queat ciui academico? 1123
Diff. IX. num Macedoniano ſenatuſconſulto adiuuetur S. R. I. princeps? 1125
Diff. X. num Macedoniano ſenatuſconſulto locus ſit in peculiis? 1127
Diff. XI. num Macedoniano locus poſt iudicatum? 1129
Diff. XII. num filiusfamilias partem ſoluendo obligetur ad totum? 1131
Diff. XIII. num mutuo accipere poſſit foemina? 1132
Diff. XIV. num mutui contractu obligetur ciuitas? 1137
Diff. XV. qui mutui contractu obligentur ſacra collegia? 1143

OPVSCVLVM V.

Anno 1718. Differentiae iuris Romani et Germanici in dignitate uxoris, *uom Kunckel - Adel.*

Diſputatio habita d. IX. menſis Iulii anni CIↃIↃCCXVIII. *inauguralis IO. CHRISTIAN. ECKARDT, Vitebergenſ. curiae Saxon. aduocat.*

Prooemium, 1147
Diff. I. num foeminis dignitatum codicilli imperiales? Adel-Brieffe, Graffen- und Fürſten-Brieffe? 1149
Diff. II. num uxorem plebeiam nobilitet nobilis maritus? 1157
Diff. III. num foeminam nobilem denobilitet maritus plebeius? 1183

TOMI II
LIBER I.
HISTORICA.

OPVSCVLVM I.

d. VII. Mart. 1713. De Noriberga inſignium imperialium tutelari.

Diſputatio inauguralis WOLFGANG. HIERONYMI HEROLD, Norib.

Summa capitum, 1
Cap. I. occaſio ratioque inſtituti, 5
Cap. II. hiſtoria tranſlationis inſignium imperialium Noribergam anno 1424. 11
Cap. III. de cauſis translatae cuſtodiae ſigillatim, 17
Cap. IV. contentio uariorum de iure tutelari inſignium S. R. I. 23
Cap. V. aſſertoris Aquenſis argumenta, 45
Cap. VI. iuris tutelaris Noribergenſium apologia, 65
Cap. VII. matricula inſignium et reliquiarum imperialium Noribergae, 85

SYLLABVS MONVMENTORVM TESTIVMQVE ADPENDIX.

Litt. A. diploma Ludouici marchionis Brandenburgici, quo inſignia imperialia enumerat ſigillatim eademque, a parente Caeſare relicta, exhibet Carolo IV. an. 1350. 133
Litt. B. Bulla Innocentii VI. qua in gratiam imperialium reliquiarum, quas habet ratas, inſtituit feſtum diem armorum Chriſti in Germania an. 1354. 135
Litt. C. Littera Sigiſmundi Caeſaris, quibus reliquias regni Bohemiae (non imperiales) reuocat, olim alienatas A. 1422. 137
Litt. D. Annua ſupplicatio, facta Noribergae, in gratiam imperialium reliquiarum, deſcripta hiſtorice ann. 1458. 139
Litt. E. Bulla Martini V. ann. 1425. qua ius tutelare Noribergenſibus aeternum confertur, eaque a duobus aliis pontificibus poſt denuo confirmatur, 145

Digitized by Google

Litt. F. Enarratio inſignium imperialium interprete Wagenſeilio, 151
Litt. G. Anonymi enumeratio imperialium reliquiarum, 155
Litt. H. Enarrationis reliquiarum imperialium alia epitome, 157
Litt. I. Inſignium imperialium geometrica dimenſio, 159
Litt. K. Principum electorum litterae Noribergam, imperialium inſignium rogetrices d. 20. menſis dec. 1689. 159
Litt. L. Caeſaris Leopoldi litterae ad Noribergenſem ſenatum argumenti eiusdem die 23. menſ. dec. 1689. 160
Litt. M. Aquisgranenſium uindiciae aduerſus Noribergenſes, horumque pro tutelari imperialium inſignium iure aeterno, facta repoſitio an. 1712. 161
Litt. N. Familiarum Stromerianae et Pfinzinglanae uetuſta nobilites, 165
Litt. O. Iecobi Gretſeri, ſoc. Ieſu theologi ſyntagma de inſignibus imperii, Ingolſtadii 1618.
Cap. I. quaenam ſint ſecri Romani imperii ſecra cimelie et lipſana, 167
Cap. II. quis aſſeruauerit, uel etiamnum aſſeruet haec cimelia, 172
Cap. III. quid nomine armorum Chriſti ſignificetur, 175
Cap. IV. Feſtum armorum Chriſti, lanceae praeſertim, et clauorum, ab Innocentio VI. pontifice inſtitutum, non ſine indulgentiis, rogatu Caroli IV. imperetoris, 178
Cap. V. confirmatur quoque feſtum lanceae cum nouis indulgentiis, 180
Cap. VI. concurſus populi Norimbergem ad annuam oſtenſionem reliquiarum et inſignium imperialium, 180
Cap. VII. officium diuinum in feſto armorum Chriſti decantari ſolitum, 181
Cap. VIII. quaenam lancea aſſeruetur, uel aſſeruata fuerit inter imperii ſacra lipſana, 185
Cap. IX. de lancee dominica ex diuina reuelatione Antiochiae reperta, 190
Cap. X. quomodo et quando ſecra lancea poſt coeleſte iudicium reperta ſit, et de feſto lanceae inuentae, 193
Cap. XI. controuerſia de lancea Antiochiae reperta, 194
Cap. XII. lanceae repertae miri effectus, 196
Cap. XIII. lanceae Conſtantinianae deſcriptio, et uictoriae eius interuentu reportatae, 198
Cap. XIV. mira per lanceam S. Mauritii patrata, ubi etiam nonnulla de ſacra regni Hungarici corona adducuntur, 199
Litt. P. Aquisgranenſis ciuitatis ſolenne inſtrumentum, quo in ius uocat Noribergenſis cuſtodiam inſignium imperialium ſibique ac ſuae urbi illam conatur adrogare en. 1711. 203

OPVSCVLVM II.

Anno 1710. Germania Puinceps poſtcarolingica ſub Conrado I. orientalium Francorum rege.

Diſputatio pro priuilegiis magiſtri philoſophiae menſ. Septembr. CIↃIↃCCX. *habita a IO. DAN. GRVBER, Ipsheinmenſ. Franc.*

Cap. I. de Conrado, antequam Francorum regnum capeſſerer, 207
Cap. II. De Conrado rege, 215
Cap. III. de prouinciis Germaniae ſiglllatim, 225
Cap. IV. de iure ſuperioritatis in Germaniae prouinciis renato, 229
Cap. V. de iure ſecrorum in Germania, 237
Cap. VI. de diplomatis et ſcriptoribus Conradi I, 241

OPVSCVLVM III.

Hiſtoria iuris ualetudinarii militum emeritorum (*der inualiden Hauſer.*) Anno 1706.

Diſputatio habita d. XIII. Nou. CIↃIↃCCVI. *reſpondente CAROL. LVDOV. KRVG. DE NIDDA, equ. Poruſſ.*

Cap. I. deſideria oeconomiae, cuius ſuprema capita in imperio Porusſiae R. Friderici I. 243
Cap. II. adpellationes ualetudinarii apud Graecos, Romanos, Germenos, 249
Cap. III. de militibus emeritis, 253
Cap. IV. de ualetudinariis Perſarum eorumque militia mercenaria ſiue ſtipendiaria, 255
Cap. V. de ualetudinariis Graecorum, 259
Cap. VI. de ualetudinariis Romenorum, 263
Cap. VII. de uelctudineriis imperii orientalis, 271
Cap. VIII. de ueletudinariis Gallorum, 279
Cap. IX. de ualetudinariis Anglorum, 295
Cap. X. de ualetudinariis Hiſpanorum, 299
Cap. XI. de ualetudinariis Belgarum, 301
Cap. XII. de ualetudinariis Germanorum, 301
Cap. XIII. de ualetudinariis inſtituendis conſilia regis Porusſiae ann. 1705. 305
Cap. XIV. cauſae ualetudinarii intuitu militum, 309
Cap. XV. cauſae inſtituendi ualetudinarii, 311
Cap. XVI. unde reditus petendi ed ualetudinaria, qui commendati epiſcopo, pauperum curatori? 315
Cap. XVII. de quarta pauperum edſignande ualetudinariis, 319
Cap. XVIII. reditus tutelae fructuariae adſignandi ualetudinario, 327
Cap. XIX. eleemoſynae num imperari queant in gratiam ualetudinarii? 331
Cap. XX. ſpicilegium aliorum redituum ad ualetudinaria, 333
Cap. XXI. de priuilegiis ualetudinariorum, 335
Cap. XXII. de legibus contubernelibus in ualetudinario, 335

OPVSCVLVM IV.

Lotharingia uindicata aduerſus regem Galliae detinentem inique ducatum, ad annum usque 1697. pacemque Riſuicenſem: Anno 1697.

Libellus in gratiam ſcriptus principum patria ſua exulum.

Cap. I. de priſcis Gallorum in Lotharingiam iuribus, noſtra eetate ab auctoribus quibusdam fruſtra refricatis, 337
Cap. II. de recentisſimis Gallorum in Lotharingiam poſtulationibus, 351

OPVSCVLVM V.

Academia, uilla Platonis, cum noua Hallenſium collata. Anno 1693.

Diſſertatio d. XXVIII. Ian. CIↃIↃCXCIII. *habita, reſpondente THEOPH. MICH. MICVLCI, Muchelenſ. Sax.*

Cap. I. de academiae diuerſis etymologiis, 361
Cap. II. de Academo nominis auctore, 363
Cap. III. de nouo Academiae domino, Platone, 365
Cap. IV. ſitus Academiae, 369
Cap. V. Ceramicus num Academia? 371
Cap. VI. de Academiae ſalubri loco, 373
Cap. VII. Academiae aedificia, 381
Cap. VIII. de Academiee excidio, 385
Contentio Academiae cum Fridericiana, 387

OPV-

OPVSCVLVM VI.

Vita aeterna ex ratione gentiumque conſenſu demonſtrata
Pars I.

Anno 1695. *Diſputatio habita* CIↃIↃCXCV. *reſpondente IO. HENNIG, Saxon.*

§. I. Philoſophiam ad Deum reducere, 391
§. II. Ei thema uindicatur, 392
§. III Definitiones mortis, uitae, aeternitatis, 393
§. IV. Meus a materia rebus immateriatis uindicatur 1) operationom ſublimitate, 394. ſpontaneo motu 395. commenta eorum, qui mentem hominis corpoream feeerunt, 396
§. V. Per ſpiritualitatem anima eximitur morte 1) rerum materiatarum, 2) compoſitarum, 397
§. VI. Annon tertio mortis genere in nihilum intereat anima? 398
§. VII. Vitam aeternam fore, homioum ſcelera probant, 399. an idem et uirtus? 400
§. VIII. Probat. II. ex conſcientiae ui, 402
§. IX. Prob. III, quia non fruſtra homo conditur, 404
§. X. Prob. IV. ex hominis innato uitae alterius deſiderio, 404

OPVSCVLVM VII.

Vita aeterna ex gentium concentu.
Pars II.

Anno 1695. *Diſputatio habita* CIↃIↃCXCV. *reſpondente WILHELM. MELCH. BECKER, Halenſ.*

§. *I.* Vis argumentI ex gentium conſenſu, 405
§. *II.* In contrariam ſententiam tres obiectiones cum totidem reſponſionibus, 406
§. *III.* Crediderunt olim uitam aeternam I) Germani, II) Galli, III) Hiſpani, 408
IV. Thraciae incolae, 409
§. *IV.* V) Sueci, 409. VI) Dani, 410. VII) Irlandi, 411
§. *V.* VIII) Hiberni, IX) Britanni, 411
§. *VI.* X) Perſae, XI) Indi, XII) Albani, 412
§. *VII.* XIII) Aegyptii, 413
§. *VIII.* XIV) Poloni, XV) Moſcouitae, XVI) Poruſſi, XVII) Samogethae, 414. XVIII) Tartari, 415
§. *IX.* XIX) Sinenſes, XX) Iaponii, 415
§. *X.* XXI) Arabes, XXII) Mahumedani, 416
§. *XI.* XXIII) Nigritae, 416. XXIV) Habeſſinii et Aethiopes, XXV) Iudaei, 417
§. *XII.* XXVI) Braſilienſes, XXVII) Peruani, 417. XXVIII) Mexicani, XXIX) Virginienſes, XXX) Inſulae Canariae, XXXI) Guineenſes, 418
§. *XIII.* XXXII) Romani, 418
§. *XIV.* XXXIII) Graeci, 420. ſectae philoſophorum, 1) Ionica, 2) Italica, 3) Eleatica. 421, 4) Socratica, 5) Academici, 422. 6) Stoici, 7) Peripatetici, 423

OPVSCVLVM VIII.

Hiſtoria principatus Arauſionenſis et fata eius nouiſſima ſub Guilielmo III. Magno Britanniarum Rege.

Anno 1694. *Diſſertatio habita d. X. Aug.* CIↃIↃCXCIV. *reſpondente IO. IAC. FOERSTER, Halenſ. Sax.*

Cap. I. Occaſio ſcripti. Auriaci ſcriptores. Principatus origo. Principum familiae, Cornetana, Bauſeiana, Cabillonia, Naſſauica, 424
Cap. II. Wilhelmi III. natales. Arauſionis ſub eo fata. Prima Galli ereptio 1660. Reſtitutio eiuſdem prima 1665. Secunda ereptio Galli 1673. Eiuſdem reſtitutio ſecunda 1679. Vltima tandem ablatio 1682. et miſera principatus facies, 432

OPVSCVLVM IX.

De iure Anglorum in Galliam.

Diſputatio habita d. II. Dec. CIↃIↃCXCIII. *reſpondente IO. FRID. OERTLINGIO, Brunna Mecklenb.* Anno 1693.

Prouemium, 455
Cap. I. de ſanguinis iure Anglorum in Galliam, 456
Cap. II. de legis Salicae explicatione, 457
Cap. III. Galliae foemineae conſuetudines, 465
Cap. IV. uox populi pro Gallia foeminea, 469
Cap. V. iure belli firmata Gallia foeminea, 471
Cap. VI. Gallia foeminea iure pactitio, 471
Cap. VII. Gallia foeminea per ſacram inaugurationem, 473

OPVSCVLVM X.

Hiſtoria ſine parente. De cauſis fabularum circa gentium origines.

Diſputatio habita d. XXI. Iul. CIↃIↃCXCIII. *reſpondente LAVRENT. ZERNOTTE, Belgard. Pomeran.* Anno 1693.

Prooemium, 475
Cap. I. de ignorantia Adami et primi aeui, 476
Cap. II. fabularum origo, 481
Cap. III. Moſes ſcriptor uetuſtiſſimus, 485
Cap. IV. figmenta orbis tripartiti inter filios Noachi, 487
Cap. V. populorum ambitio in fingendis originibus, 487
Cap. VI. deſiderium doctae ignorantiae in originibus, 489
Cap. VII. originum anguſtiae et indignitas fabulis obductae, 489
Cap. VIII. peſtis hiſtoriae poeſis, 489
Cap. IX. diuinationes delirae, 492
Cap. X. cultus fabuloſae uetuſtatis, 492
Cap. XI. barbaries hiſtoriae inimica, 493

OPVSCVLVM XI.

Vita Aurelii Prudentii Clementis V. C.

Diſputatio habita d. XXIX. Mart. CIↃIↃCXCII *reſpondente CHRISTIANO WVEST, Nordlinga-Sueu.* Anno 1692.

Propoſitio ac diuiſio opuſculi, 493
§. *I.* Prudentii patria an Caeſar Auguſta, an Calagurris? 495. an omnino dubia? 496
§. *II.* parentes eius, aetas, 496
§. *III.* nomina, 497
§. *IV.* gentilas, 498
§. *V.* iuueutus, munera, 498. ſenectus? aduerſarius, Symmachus, 500. an uir conſularis? 501 militia, 502
§. *VI.* abdicat ſe a muneribus aet. 57. 502
§. *VII.* religio, 503
§. *VIII.* metri et dictionis ratio, obtrectatores, 504
§. *IX.* elogia, 506
§. *X.* opuſcula recenſentur genuina, incerti quoque auctoris, 507
§. *XI.* codices MSC. 508
§. *XII.* editiones et commentarii impreſſi, 508
§. *XIII.* MCSti, 510

OPVSCVLVM XII.

De idolis Slauorum.

Diſputationes tres habitae menſ. Mai. et ſeq. ann. CIↃIↃCXCI *reſpondente MICH. FRENZEL, Budiſſa-Luſat.* Anno 1691.

§. I. an Slaui omnem deorum cultum reſpuerint? 509

§. II. an numinis exiſtentiam homo prorſus animo exterminare queat? 512
§. III. Slauorum migrationes, an recte Vandali dicantur? 513
§. IV. Slaui Deorum cultores, Boh, quale idolum? 514
§. V. uocis Boh uſus, 515
§. VI. an Slaui principem Deum agnouerint? 516
§. VII. Slaui plures Deos uenerati ſunt, 516
§. VIII. Suanteuitus Slauorum ſummus Deus, 517
§. IX. Suanteuiti origo 518
§. X. fabuloſa, 519
§. XI. Suanteuiti uocis falſae deriuationes, 520
§. XII. Suanteuiti uera origo, 521
§. XIII. de Suanteuito argumentum 1. quod commune Slauorum oraculum, 522
§. XIV. 2) a modo colendi, 523
§. XV. 3) a fano, figura, ſacris et feſtis diebus, 524
§. XVI. Suanteuiti cultus duratio, 525
§. XVII. Radegaſtus, Slauorum idolum, 526
§. XVIII. Radegaſti uera origo a Roſwoc, 528
§. XIX. Radegaſti ſedes, figura, 529
§. XX interitus, 530
§. XXI. Slauorum mali ac boni dii, Iuterbocus ſeu Belbocus, bonus deus, 531
§. XXII. Cernebocus, malus deus, 532
§. XXIII. Trigla Stetinenſium ac Brandenburgenſium idolum, 532
§. XXIV. Flinſius Luſatorum praecipuus deaſter, 533
§. XXV. Zutciberus Slauorum idolum, 534
§. XXVI. Henilus Slauorum deus domeſticus, 535
§. XXVII. Ciza, Sorabörum dea, 536
§. XXVIII. Marzana, mortis idolum, 536
§. XXIX. Siwa, Raceburgenſium dea, 537
§. XXX. Deae Luiticiorum, 538
§. XXXI. Prono, Proue, Wagriorum deaſter, figura, ſacerdos, deſtructio, 539

OPVSCVLVM. XIII.

Halarum nobilis ac liberae S.R.I. ciuitatis Encomium

In gymnaſio patrio ſcriptum et publice in doctorum panegyri recitatum anno 1688. Anno 1688.

Dedicatio, 541
Cauſa opuſculi iuuenilis patriae obligatio, 545

OPVSCVLVM XIV.

Commentaria politica rerum Halenſium S.R.I. liberae urbis.

Diſputatio habita d. XXI. April. CIↃ IↃC XCIX. *reſpondente IO. FRIDER. HEZEL, Halenſ. Sueu.* Anno 1699.

Cap. I. de nomine Halae paradoxa, 553
Cap. II. de origine urbis ac ſalinarum, 557
Cap. III. de praerogatiuis, priuilegiis ac praeſtantia ciuitatis Halenſis, 561

OPVSCVLVM XV.

De iure ſuffragii R. Bohemiae, nouiſſime inſtaurati in comitiis S.R.I. Anno 1709.

Idib. Maii. CIↃ IↃCC IX.

Cap. I. argumenti huius enarratio, 581
Cap. II. ſuffragii quondam iura Bohemiae regem in comitiis S.R.I. habuiſſe, idonea argumenta, 592
Cap. III. de iure recuperandi priſtinum in S.R.I. comitiis ſuffragium, cum diſſolutione contrariorum, 613

TOMI II. LIBER II.

PHILOSOPHICORVM.

OPVSCVLVM I.

De philoſophis caute legendis.

Anno 1698. *Diſputatio habita d. XXVIII. Nouembr.* CIↃ IↃC XCVIII. *reſpondente CHRISTOPHORO NAVE, Alslebia-Magdeb.*

Procemii loco, quod inter nimium ac parum mortales raro medium teneant, 621
Cap. I. de ueris cautionibus homini chriſtiano circa philoſophos legendos adhibendis, 625

OPVSCVLVM II.

Hiſtoria quadripartitae eruditonis, in epitome exhibita.

Anno 1711. *Diſputatio habita d. XIV. Iul.* CIↃ IↃCC XI. *pro ſummis in philoſophia honoribus conſequendis a REINH. ERNEST. MEYER, Rauensberg. Gueſtphal.*

Prooemium, 659
Tractatio ipſa V. §§. abſoluitur, 661

OPVSCVLVM III.

An praeſcientia Dei rebus inferat neceſſitatem?

Anno 1695. *Diſputatio habita die XXIX. Nouembr.* CIↃ IↃC XCV. *reſpondente M. IO. ANDR. LISCOVIO, Wurzenſ. Miſnic.*

§. I. Materiae dignitas ac difficultas, 681
§. II. Deum futura contingentia praeſcire negant Cicero, 682. ex Rabbinis nonnulli, Ariſtoteles, Boethius, Socinus et eius aſſeclae; dubitant Arminiani, 683. coniecturalem ſtatuunt quidam ex Dominicanis, an ex lumine naturae haec pateant? 684
§. III. Deum futura contingentia praeſcire, ex lumine naturali probatur, 684. ex ſacris dictis exemplisque, 685
§. IV. obiectionum contra praeſcientiam diuinam ſolutio, 685
§. V. diſtinctio inter ſcientias diuinas, naturalis, libera, media, 689
§. VI. rei difficultas, 691
§. VII. praeſcientia Dei non neceſſitat, probatur I) ex natura ſcientiae, (α) quae re ſcita ratione poſterior eſt, (β) menſuratur re ſcita, 692. (γ) opus intellectus, non potentiae aut uoluntatis, 693
§. VIII. prob. II) ex natura hominis, qua a) iudicio pollet, b) libertatem ex inductione probat, 693
§. IX. prob. III) ex rei ipſius inconuenientiis, a) fruſtra praemia et poenae, b) fruſtra ſpes et preces, c) Deus autor mali, 694. d) nullum contingens plane daretur, 695
§. X. ad dubia ex praeſcientia contra rerum indifferentiam oppoſita reſponſio. Obiectio I) a certitudine praeſcientiae Dei, 695. quae a) neceſſitare uidetur, 696. b) ſtare cum contingentia nequit. Obiect. II) ab abſurdo, quia a) uoluntas ſic eſſet independens, 697. b) cum temporali mutaretur ſcientia Dei aeterna, 698
§. XI. An homo tantum a coactione liber? 698

OPVSCVLVM IV.

De rationali philoſophia apud Arabes et Turcas.

Diſputatio philoſophica, habita d. XX. Dec. CIↃ IↃC XCIX. *inauguralis HENRIC. BAL-* Anno 1699.

BALTHASAR. AHLEMANN, Staſſurd.

OPVSCVLVM V.

Anno. 1695. De diuerſitate metaphyſicorum, 727

OPVSCVLVM VI.

Anno 1695. De definitione ac diuiſione metaphyſicae. 731

OPVSCVLVM VII.

Anno 1695. De Ente. 739

OPVSCVLVM VIII.

Anno 1700. Theſes quaedam ex uniuerſa philoſophia ſelectae. 749

Diſputatio habita d. XV. Sept. cIↄIↄcc. *reſpondente IOH. CHRIST. HELVING, Pruſſ.*

OPVSCVLVM IX.

Theſes miſcellae. 757

Diſputatio habita d. XXIII. Dec. cIↄIↄcxcix. *reſpondente IO. CHRISTOPH. ROEPER, Halberſtad.* Anno 1699.

OPVSCVLVM X.

Paradoxon paucis philoſophandum. 761 Anno 1695.

Programma propoſitum anno cIↄIↄcxcv.

TOMI II. LIBER III.

IVRIS ECCLESIASTICI.

OPVSCVLVM I.

Anno 1700. De primatu Germaniae Magdeburgici archiepiſcopatus.

Diſputatio habita d. XXIII. Nou. cIↄIↄccvii. *reſpondente IO. ERNEST. HVBENER, Berolin.*

Dedicatio, 769
Epiſtola gratulatoria, 771
Cap. I. de iure primatus uniuerſim, 773
Cap. II. de iure primatus Germaniae ſigillatim, 781
Cap. III. de iure conuerſi primatus ab eccleſiaſtico in ſtatum ciuilem, 803

OPVSCVLVM II.

Anno 1716. De nominatore haeretico ad parochiam, *vom Vorſchlagungs-Recht.*

Cap. I. ratio inſtituti, 811
Cap. II. uerborum expoſitio nominatoris, haeretici, parochiae, 813
Cap. III. de ratione iuris nominandi a patronatu diſtincta, 819
Cap. IV. de obligatione catholici patroni ex commendatione euangelici, 839

OPVSCVLVM III.

Anno 1714. De ſorte ſuffragatoria eccleſiae, *vom Prieſter-Looß.*

Cap. I. thematis propoſitio, 855
Cap. II. de ſortis definitione et diuiſione, 857
Cap. III. aduerſus ſortem ſuffragatoriam argumenta eorumque diſſolutio, 859
Cap. IV. pro ſorte ſuffragatoria argumenta, 869

OPVSCVLVM IV.

De iure annatarum, praeſertim principis euangelici. Anno 1707.

Diſputatio habita d. XII. Mai. cIↄIↄccvii. *reſpondente SAMVELE a MARSCHALL, equite Poruſſo.*

Dedicatio, 885
Cap. I. de origine iuris annatarum cauſiſque, 887
Cap. II. de iuſtitia annatarum uniuerſim, 937
Cap. III. de iuſtitia annatarum ſigillatim, principum ſcil. euangelicorum, 951

OPVSCVLVM V.

Dica iubilaeorum, quam bonis mentibus, ciuibus praeſertim Fridericianae, ad cauendas in ſecundo iubilaeo euangelico die XXXI. menſis Octobr. 1717. ceremonias et ritus ſuo inſtituto et calamo commendauit AVCTOR. 978 Anno 1717.

TOMI II. LIBER IV.

DIFFERENTIARVM IVRIS ROMANI ET GERMANICI.

OPVSCVLVM I.

Anno 1712. IN TITVLO IMPERIALI.

Diſputatio habita d. XXIX. April. cIↄIↄccxii. *reſpondente IO. BERNH. REMBOWSKI, Poſnanienſ. Polon.*

Ratio inſtituti, 985
Ad inſtitutionum Iuſtiniani Prooemium.
Diff. I. aduerſus leges philoſophantes, 993
Diff. II. de iuriſprudentia ſyſtematica, 997
Diff. III. inuocatio numinis abeſſe poteſt patrio iure ab inſtrumentis, uix Romano, 1003
Diff. IV. quo tempore hominibus impoſita nomina? 1007
Diff. V. ex quibus cauſis nomina mutentur? 1009
Diff. VI. num praeſtet nomina peregrina habere, an domi nata? 1011
Diff. VII. praeſtetne multa habere nomina, an ſimplex et unum? 1013
Diff. VIII. de nomine candidati imperii, 1014
Diff. IX. praeſtetne cognomina ab deuictis hoſtibus petere, an uero a territoriis? 1015
Diff. X. qui principes deſuetacti ſint a triumphis? 1019
Diff. XI. tituli: magni, pii, felicis inſolentes in curiis, 1021
Diff. XII. ſemper auguſti adpellatio eſt eadem, ſed diuerſus ſignificatus, 1023
Diff. XIII. a principis maieſtate abſit ſuperſtitio? 1024
Diff. XIV. quando diadema geſtient reges? 1027
Diff. XV. praeſtatne, uirum iura diſcere, quam iuuenem, 1028
Diff. XVI. Germani iura in curiis didicerunt, in ſcholis Romani, 1035
Diff. XVII. num praeſtent iudices uiri, quam adoleſcentes? 1043
Diff. XVIII. aduerſus mineruam, cum inuitam, cum infelicem leges academicae, 1047

OPVSCVLVM II.

Differentiae iuris Romani et Germanici in uerbo maieſtatis et contentione armorum et litterarum. Anno 1712.

Diſputatio habita XVII. Sept. cIↄIↄccxii. *reſpondente GODOFR. LENGNICH, Gedanenſ.*

Digitized by Google

Diff. I. Maieſtatis uerbo qui adpellandi? 1051
Diff. II. qui maieſtatis crimen committatur in alios poſt imperatorem, 1059
Diff. III. armorum et litteratum de proedria contentio, 1061

OPVSCVLVM III.

Anno 1712. Differentiae iuris Romani et Germanici in tutelis, teſtamentaria et legitima.

Diff. I. de diuerſis tutorum nominibus, 1071
Diff. II. inter tutelam et curatelam num diſcrimina? 1075
Diff. III. tutelaria uerba in Germanico iure magis concinna, quam in Romano, 1081
Diff. IV. de nouo genere tutelae pactitiae, 1083
Diff. V. tutorem liberis num det mater? 1085
Diff. VI. num patrem aut tutorem habenti dari queat tutor? 1091
Diff. VII. de tutore imparis ſortis cum pupillo, 1093
Diff. VIII. num Iudaeus eſſe poſſit tutor? 1097
Diff. IX. tutela num eximat a ſeruitute? 1099
Diff. X. num tutor dari poſſit certae rei? 1100
Diff. XI. num teſtamentarius tutor praeferendus legitimo? 1101
Diff. XII. num conſultum ſit proximos cognatos habere tutores? 1103
Epiſtola gratulatoria, 1113

OPVSCVLVM IV.

Anno 1712. Differentiae iuris Romani et Germanici in tutelis maternis.

Diff. I. Romae materna tutela odioſa, non in Germania, 1115
Diff. II. maternae tutelae rationes num amor uel ſucceſſio? 1125
Diff. III. an matrem tutricem eierare oporteat nuptias ſecundas? 1126
Diff. IV. num matri in tutela auus praeferendus paternus? 1129
Diff. V. num tutrix etiam ſit proauia? 1131
Diff. VI. qui renunciatione opus ſit SCti Velleiani? 1132
Diff. VII. num tutrix mater eſſe queat minorennis? 1135
Diff. VIII. matri tutrici num proſit minorennitas contracta? 1139
Diff. IX. de tutrice epiſcopi pupilli, 1145
Diff. X. num mulier ſit curator? 1146
Diff. XI. num in patris arbitrio, a tutela matrem excludere? 1147
Diff. XII. num pactis mater excludi poſſit tutela? 1150
Diff. XIII. mater ad tutelam num cogi poſſit inuita? 1152
Diff. XIV. num a matre tutrice deſideretur inuentarium? 1153
Diff. XV. num exheres ſit mater, ſi petere neglexerit tutorem? 1157
Diff. XVI. num matris tutela ſit fructuaria? 1158

OPVSCVLVM V.

Anno 1713. Differentiae iuris Romani et Germanici in tutela Attiliana.

Diff. I. qui tutelae datiuae olim iuris non fuerint Romani? 1161
Diff. II. Germanis qui omnibus tutela datiua? 1165
Diff. III. qui confirmatio tutelae ſit apud Germanos inquiſitio? 1167
Diff. IV. quis dare poſſit tutorem? 1175
Diff. V. num tutorem dare queat notarius aut comes palatinus? 1181
Diff. VI. num in datione tutoris diſcrimen pro modo facultatum pupilli? 1185
Diff. VII. num tutoria datio ſit penes epiſcopum? 1187
Diff. VIII. qui teneantur petere tutores? 1188
Diff. IX. num petere oporteat tutores, ſi pupillo teſtamentarii aut legitimi? 1191
Diff. X. num excidant hereditate, qui neglexerint petere tutores? 1192
Diff. XI. num etiam minori peti queat curator? 1197
Diff. XII. intra quod tempus peti debet tutor? 1199
Epiſtola gratulatoria, 1201

OPVSCVLVM VI.

Differentiae iuris Romani et Germanici in fructuum attributione tutelae uſufructuariae. Anno 1712.

Diſputatio inaugural. IO. ADAM BRESCII Lucca-Luſat. habita d. XXXI. Decembr. CIↃIↃCCXII.

Diff. I. num tutori concedendus ſit uſusfructus bonorum pupilli? 1103
Diff. II. tutelis patronorum et domini feudi diuerſa fundamenta, 1217
Diff. III. legitimus et teſtamentarius poſtponuntur domino tutori, 1218
Diff. IV. alimenta qui pupillo negentur, ſi ei opes alias? 1219
Diff. V. ubi educari debeat pupillus? 1220
Diff. VI. de fine tutelis diuerſo, 1211
Diff. VII. num ius tutelare competat patronae? 1222
Diff. VIII. num patronorum tutela in poſteris libertorum? 1113

De fructuum attributione ſigillatim,

Diff. I. fructus pendentes induſtriales cui cedant? 1124
Diff. II. diuiſio fructuum num regula ſit, an exceptio? 1245
Diff. III. quid iuris in fructibus naturalibus? 1249
Diff. IV. quid iuris in ciuilibus? 1252
Diff. V. de tempore diuiſionis a quo? 1253
Diff. VI. utriuſque iuris quae ratio magis aperta? 1255
Diff. VII. iuris publici et priuati hic diſcrimina, 1257
Epiſtola gratulatoria, 1259

OPVSCVLVM VII.

Differentiae iuris Romani et Germanici in ſucceſſione coniugum et diſſortium liberorum. Anno 1714.

Dedicatio, 1161
Cap. I. de ſucceſſionis definitione atque diuiſione, 1265
Cap. II. de liberorum definitione ac diuiſione, 1267
Cap. III. de ſucceſſione liberorum uniuerſim, 1268
Cap. IV. de ſucceſſione fratrum unilateralium ſigillatim, 1269
Cap. V. de excluſione liberorum a ſucceſſione, 1277
Cap. VI. de adſcendentium ſucceſſione cum fratribus unilateralibus, 1283
Cap. VII. de ſucceſſione collateralium ex diuerſis matrimoniis, 1284

Acceſſiones ex Differentiis iuris Romani et Germanici in coniugum ſucceſſionibus.

§. I. Cauſae adpendicis, 1289
§. II. diſſertationi fundamentum e communione bonorum inter coniuges in Weſtphalia, 1289
§. III. quare ordinem ſequamur inſtitutionum? 1290
Diff. I. quae diſcrimina inter ſuos et emancipatos? 1291
Diff. II. qui primus ordo ſuccedendi ſit coniugum? 1293
Peroratio, 1307

IOANN.



IOANN. PETR. LVDEWIG, ICti

OPVSCVLORVM SELECTORVM

TOMVS I.

LIB. I.

IVRIS PVBLICI

OPVSCVLVM I.

DE IVRE

REGES ADPELLANDI,

menſe Ianuario anni cIↄIↄccI.

tempore, auſpicii noui regni Poruſſiae.

SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

DNO. FRIDERICO

PORVSSIAE REGI, MARCHIONI BRANDENBVRGICO, S.R.I. ARCHI-CAMERARIO ET ELECTORI, DVCI MAGDEBVRGI, CLIVIAE, IVLIACI, MONTIVM, STETINI, POMERANIAE, ET IN SILESIA CROSNAE, BVRGGRAFIO NORIMBERGENSI, PRINCIPI HALBERSTADII; MINDAE, CAMINI, COMITI HOHENZOLLERAE, MARCAE ET RAVENSBERGAE, DYNASTAE RAVENSTEINI, LAVENBVRGI ET BVTOVIAE, ET CETERA.

REGI AC DOMINO LONGE CLEMENTISSIMO SACRVM.

IN eo nunc mentes defigunt ſubditi TVI, REX INDVLGENTISSIME! *ut Maieſtatem* TVAM, *regali diademate fulgentem, aliquo cultus genere, pro uirium ratione facultatumque, proſequantur. Contendunt inuicem animis ſtudiisque omnes, reditum* TVVM, *quem ab auguſta inauguratione* (*) *primum in hanc urbem ſumis, digno reuerentiae officio excipiendi. Scribit de Auguſto imperatore Tranquillus* (a): *Reuertentem ex prouincia non ſolum fauſtis ominibus; ſed et modulatis carminibus proſequebantur. Quoties prouin-*

A

(*) Die XIIX. menſ. Ian. cIↄIↄccI. (a) SVETON. in vita Aug. c. 57.

uinciam in meliorem ſtatum uertis, uota pro itu et reditu ſuſcepta. Ecquid noſtri nunc muneris erit? REX AVGVSTE! qui ad TVOS ab arduo TVISque curis perfecto opere redis: quo primam prouinciarum in meliorem ſublimioremque ſtatum uertiſti. Regnum effeciſti Poruſſiam tuam: aut, ſi annalibus fides eſt, regale diadema, quo uicta olim gens exciderat, eidem liberali manu recuperaſti. Etenim exultant hoc beneficio Poruſſi, populus TVVS; uident profitenturque, adeo nihil duritiae admixtum imperio tuo: cuius nomen etiam leniori regis uoce mitigares. Cecinit olim natalem TVVM uates ueriſſimus:

Quid patriae pater quaeris, quo natus in anno?
En tibi DeLICIVM (b) nomen et omen habes.

Temporum noſtrorum felicitati id datum eſſe uidetur: ut, quod ille praeſagire uoluit, nos, qui TE Rege uiuimus, larga uaticinationis expletione experiamur. Neque uero apud TVOS ſolum in laude optimi es principis: pleraeque Europae gentes nos felices praedicant, qui in optimo mitiſſimoque imperio TVO bene agamus. Qua cauſa et TVORVM et commune quoddam humani generis delicium mereris ſalutari. Non enim Poruſſi tantum, aut ceteri ſolum ſubditi tui: ſed melior Europa omnis felici auſpicio acceptum diadema tuum congratulantur. Summum in Poruſſia TVA, ueteri regno (c), imperium praepotens Numen tuae uirtuti commiſit: uerum itaque, quod pictura expreſſimus, Capls a Deo Corona M (d). Et quamuis diuino et ſolenni gentium iure, quod manifeſto docuimus, ad regium diadema capeſſendum, non aliena tibi opus fuerit (e), quod tua etiam auctoritate ſuſcepiſti: pro inſigni tamen auguſtae inaugurationis tuae ornamento habendum, quod primarius orbis princeps, monarcha auguſtiſſimus imperator, inter primos eſſe uoluerit, qui TE Regem in orbis conſpectu ſalutaret. In fundamento igitur firmiſſimo conſtituta corona TVA: quam Deus impertit; uouet populus; honorat Caeſar. Et uero, quod ſuo loco ſcripſimus; illa ſuprema in Poruſſos TVOS poteſtas; illa ueteris Poruſſici regni memoria; illud exercituum TVORVM robur; illa regionum TVARVM ingens multitudo; rerum illa per TE geſtarum gloria; ille denique regalis ubique adparatus TVVS, quibus aliis regibus TE aequas, alios multis rationibus ſuperas, id efficiunt: ut omnes cultioris orbis reges adplaudant diademati tuo, digniſſimumque habeant, ut, ſolio regali conſcenſo, in numerum ſuum te reciperent. Rex inauguratus es eo loco: ubi olim initiatus fueras chriſtianus. Chronicon inde ConCorDIaM (f) ſigna boni chriſtiani, et boni regis. Vt, quo ſpiritu infans tum in aqua afflatus es: eum rex tibi nunc promitteres in unguento. Sed ſi omnia capienda ſunt; in Regio monte es natus; ut, quod aliquis cecinit, rex fieres in uirili aetate. Imo ut digniora noui regni primordia dares: utroque parente naſci debebas, qui ſummo imperio eſſet inſtructus. Erat enim mater TVA Auriaco ſanguine oriunda: patri autem, glorioſiſſimae memoriae principi, ſummam in Poruſſia poteſtatem iam tum oblatam fuiſſe, publica annalium fide conſtat. Age ergo noue, inter chriſtianos Poruſſiae principes, REX AVGVSTE, FRIDERICE! Viue uirtute TVA pietateque; et noui ſeculi ingreſſum regali auſpicio TVO felici ſidere diſtingue. Suſcipe uota noſtra, quae pro TVA incolumitate; pro regni TVI primordio; pro omni denique fortuna TVA ſoluimus. Sed ſuſcipe etiam regium hoc donum, indulgentiſſime Rex, quod coram regali ſolio TVO omni animi deuotione deponimus. Cuius haec ſumma eſt, et diuina et gentium iura tibi honorem regalem dignitatemque adſerere. Scripſimus ea inter publicos populi tui in Fridericiana plauſus, atque in cathedram produximus regia haec aliorum principum auſpicia: ut nouae cauſae eſſent, illuſtrium natalium ciuibus, auguſtam inaugurationem TVAM fauſtis acclamationibus proſequendi. Qui enim hunc ſpiritum tibi deuouemus, REX AVGVSTE! quidni et omnem ſtudiorum rationem tibi liceat conſecrare? Gentium codices in hoc opere aperuimus, ad firmandum adſerta: hi enim nolnendi erant in re, ſummos principes, omni humano iure ſolutos, concernente. Tenuia inde omnium regnorum, quae maxima nunc ſunt, initia fuiſſe, clarum eſt: ſed tui regni ea in primo exordio quoque complementa ſunt, e ceteris Germaniae prouinciis, quae imperio tuo uiuunt addictae: ut cum uetuſtiſſimo quouis digniſſimoque conferri poſſit. Faxit ergo praepotens Deus, quem precibus noſtris humillime poſtulamus; ut regium hoc diadema, quod inter communes orbis plauſus ſuſcepiſti, TIBI, auguſte noui regni inſtaurator, fauſtum per omne tempus et genti tuae aeterno glorioſum ac ſalutare exiſtat. Quo fortuna, quae Brandenburgicae domui per uniuerſum praeteriti ſeculi curſum fauit, cum noui ingreſſu noua etiam capiat incrementa.

CON-

(b) ſignat uox haec annum 1657. nouo regi noſtro natalem. (c) Legi huc poſſunt Lithuaniae, Poloniae Poruſſiaeque annales. (d) An. MDCCI. (e) Quod *cap. III. diſſertationis* e communi gentium concentu reddidimus manifeſtum. (f) Annum nempe MDCCI. auguſtae inaugurationis in Poruſſia.

CONSPECTVS SVMMORVM CAPITVM DISSERTATIONIS.

CAP. I.

DE

RECONDITIS SENSIBVS VERBI REGALIS.

V*Bi uariieius* ſignificatus (*a*) *fucoſus* (*b*) *vulgaris* (*c*) *tralatitius* (*d*) *honorificus ſtilo oratorio et curiali. Quaeſt. I.* quare minora regna in priſca aetate plura fuerint, *quam temporibus noſtris? Quaeſt. II. quo* praetextu dignitas regalis paruis dominatibus ſubtracta? *Quaeſt. III. An* maieſtas *aut dignitas regii tituli a* territorii amplitudine *pendeat? Negatur* (1) teſtimoniis, *quibus memorabilis* ZIEGLERI *locus addi poteſt* Lib. 1. c. 3. §. 12. p. 74. de iurib. maieſt. (2) exemplis *illorum, quibus regalis maieſtas fuit; cum vix aliquot milliarium dominatum haberent; ut* (*a*) *imperium* Trapezuntinum, (*b*) *regna* Algarbiae, (*c*) Nauarrae, (*d*) Euboniae, (*e*) Vectis, (*f*) Hiberniae. *Quaeſtio IV. An* Yuetotium, ager Rothomagenſis, regem unquam habuerit? *Crediderunt hoc ICti et conſiliarii regis Galliae, Ren.* Choppinus, Caſſanus, Cheſneus *aliique, quos citauimus: nos vero rem, ut fabuloſam, reiecimus. Sed cum eam Galli pro uera habeant: eis et* Blondello *maxime, cui quaedam Hiſpaniae minora regna uiſa ſunt, quam ut titulum regalem ferrent, con argumentum ad hominem poterat opponi, quorſum noſtetiam reſpeximus. Quaeſt. V. Quare aliqui, ſumma poteſtate inſtructi principes* regalem titulum declinarint? (*a*) *propter ingenium* populorum, *exemplis Auguſti, Caroli V. in* Belgii *regno;* (*b*) *nimietatem* ſumptuum, *exemplis Auriacorum,* ducum *minoris Britanniae, Dombenſium, Bullionenſium, Neocomenſium principum;* (*c*) *temporum rationes, exemplis Saeciae, Bohemiaeque regum;* (*d*) *barbarum regiae culturae neglectum, exemplo Lithuanorum;* (*e*) *ethnicam religionem. Quaeſt. VI. An* regalis dignitas *ad* decreta *pontificiorum adſtringenda? Negatur et fons erroris oſtenditur. Quaeſt. VII. An* regiae dignitati obſit alteri *ſubeſſe? diſtincte reſpondimus. Quaeſt. VIII. quare alii* reges regum *dicti? exempla dedimus et cauſſas. Quid ad dignitatem regalem ſolennis faciat* declaratio?

CAP. II.

DE

ADPELLATIONIBVS REGIIS AB IMPERATORE ROM. FACTIS.

R*Oma quare* patria regum *dicta? Regum a republica Romanorum et Caeſaribus adpellatorum exempla, Germaniae, Cappadociae, Aegypti, Macedoniae, Galatiae, Iudaeae, Ponti, Thraciae, Armeniae, Quadorum, Parthorum, Laziorum, Saracenorum, Numidarum principum. Poſſeſſio huius praerogatiuae Romano imperio adſerta. Exemplis id firmatum Sacri Romani Imperii, Burgundiae ueteris, Poloniae, Bohemiae, Hungariae, Daniae, Vandaliae, Cypri, Armeniae, Burgundiae recentioris, Auſtriae. Quaeſtio I. an a Romano imperio adpellati reges eidem hac cauſa ſubiiciantur? Negatiua probabilior, ob ſeptem rationes. Quaeſtio II.* Quare aliquibus regalis titulus ab imperio Romano negatus? *exemplis Burgundiae, Mediceorum, Sabaudiae Mediolani.*

CAP. III.

DE

ILLIS, QVI SVA AVCTORITATE NON ALIENA REGIVM DIADEMA SVSCEPERVNT.

A*Dſertum:* licet cuique ſumma poteſtate inſtructo principi regalem titulum pro arbitrio, ſua non aliena auctoritate, accipere. *Probatur* (*a*) *S. R. I. confeſſione* (*b*) *illuſtribus gentiumque concentu probatis exemplis, Longobardorum, Hunnorum, Aragoniae, Portugalliae, Algarbiae, Caſtiliae, Nauarrae, Hiberniae, Moſcouiae.*

CAP. IV.

DE

ROMANI PONTIFICIS VSVRPATIONE IN ADPELLATIONIBVS REGVM.

P*Ontifex uult largitor eſſe omnium dignitatum* (*a*) imperatoriae, (*b*) agnominum *pii, magni, fortis,* (*c*) cognomentorum *catholici, chriſtianiſſimi etc. ibid.* (*d*) *imprimis autem dignitatis* regalis. *Negatur I. pontifici R. ius reges efficiendi, e natura* pontificatus, *argumento a minori, ab ortu et amplitudine pontificatus et ex iure canonico. II.* Contraria *argumenta* ſoluuntur. (*a*) *an pontifex ſit* fons *dignitatum?* (*b*) *an* omnia *poſſit* (*c*) *an* dominium orbis *habeat* (*d*) *an ab* unctione *pendeat dignitas regalis? quod imprimis negatum* (1) *quia liberrimi reges uncti,* (2) *unctio non neceſſaria,* (3) *miniſtri officium, non domini.* (*e*) *an ab imperatore Romano ad alios reges pontifici argumentum?* (*f*) *an ex iure* primatus *hoc ius fluat? Quid de exemplis ſentiendum? Bohemiae, Armeniae, Luſitaniae, Aragoniae, Norwegiae, Moſcouiae, Hiberniae, Siciliae. Operis ac diſſertationis concluſio.*

CAP. V.

PLAVSVS MELIORIS ORBIS PRO FELICI REGNI PORVSSICI AVSPICIO, E DOGMATIBVS DISSERTATIONIS IN EPITOME EXHIBITVS.

CAP. I.

De
Reconditis ſenſibus uerbi regalis.

REGIAE uocis uarii ſignificatus.
1. fucoſus.

MAgnum et ſanctum *regale* nomen; quamuis non una eademque eius uerbi reperiatur ſignificatio. Parum honoris dignitatisque uox habuit, cum inepta Romanorum ambitio in mores induxiſſet, ut quemuis fere hominem ignotum, modo corporis aliquo cultu ueſtituque ſpecioſus uideretur, *dominum* ſalutarent *regemque*. Quae fucoſa titulorum ratio noſtram quoque gentem, ab animi candore ſemper laudatam, infeciſſe uidetur; ut, malae conſuetudinis corruptela, caſas ac tuguria *domini* ac *patroni* uocibus percrepare audiamus. Romanorum certe ea in re leuitatem ipſi Romani teſtantur. Notum epigramma MARTIALIS (a) ad *Priſcum*;

Cum te non noſſem, dominum REGEMQVE uocabam:

Et IVVENALIS (b) illud:

Hoſpitis affectu REGEM dominumque ſalutat.

Ad cuius inſtituti rationem SENECA (c) ſcribit: *quomodo obuios, ſi nomen non ſuccurrit, DOMINOS uocamus.* Patet inde, quod ſtrictim noto, criticorum quorundam nulla ratione fulta ſuperſtitio, dum puro ſermoni uim afferri opinantur, ſi latine *dominus* diceretur, qui in uernacula iure meritoque talis audit. Quoniam, qui uocabulo *domini* nunc in gente noſtra uſus eſt, eundem et olim in latio fuiſſe, ex hactenus dictis conſtat. Quamuis uero indignum fere eſſet, *regis* uocem in uulgarem hunc uſum detorqueri; nihil tamen exinde dedecoris *regiam dignitatem* ſcimus ſumſiſſe.

2. uulgaris

Cui neque illud nocuit, quod, communi ſermonis conſuetudine, *reges uerborum*, *familiarum*, *nauium*, *ludorum*, *ſcholarum*, *ſacrorum*, *pueritiae*, aliorumque generum, Romani habuerint. Vulgaria namque officiorum uocabula a maximis honorum titulis facile erat internoſcere: ut adeo neminem reges in purpura et throno, cum regibus in pallio et cathedra confudiſſe reperiamus. Eſt et alia adhuc regii nominis ſpecies, quam moralem dicere poſſes.

3. tralatitius.

Hominem enim ſapientem, quod animi gubernacula bene tractaret, *regem* nuncuparunt Romani. HORATIVS (d) ad eam mentem ſcripſit;

REX eris, aiunt, ſi recte facies.

Et idem cecinit alibi (e):

Sapiens uno minor eſt Ioue; diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique REGVM.

Paria habet AVSONIVS (f):

Qui *recte* facit, qui non dominatur, erit *rex*.

B Ipſe etiam TVLLIVS (g), ne oratores praeteream, de ſapiente ſcribit: *rectius appellabitur* rex, *quam Tarquinius, qui nec ſe, nec ſuos* regere *poterat*. Sed neque is *regii* uerbi ſenſus hic conſiderationem meretur. Vt adeo, quotquot *regis* ſignificatus hactenus deſcripſimus, illi partim ad *fucoſos*, partim ad *uulgares*, partim etiam *tralatitios* eiusdem uocabuli uſus pertinere uideantur, ab honorifico, quem C nos reſpicimus, omnino diſtinguendi.

4. Honorificus.
(a) ſtilo oratorio.

§. II. Verum enim uero neque in hoc *regiae* ſemper dignitatis rationem habuerunt Romani; quod illos *regali* nomine dignos exiſtimarent, quibus purpuram noſtra aetas uix deferret. Qua in re licet, hodiernis gentium moribus, dupliciter errare uideantur: in uno tamen priſcae antiquitatis conſuetudo ab omni eos culpa eximit; ſicut in altero certum eſt, D quod recens deuictas gentes his titulorum ſimulachris ſcienter luſerint, acerbum ſeruitutis iugum hac uerbi lenitudine quodammodo mitigatur. Veniam certe merebantur, me iudice, Romani, quando omnes, quotquot aliis imperarent, *regis* titulo dignos habuerunt; nullo reſpectu, quot, aut qui ſub tali dominatu eſſent. Non hic poetis aliquid aut oratoribus do; quos conſtat, patres familias et quoscun- E que demum in libera republica ciues *reges* appellaſſe. Ex quo ſcriptorum genere illud eſt:

Degener in tuguri REX lare quisque ſui.

Et cum TVLLIVS (g) ait: *REGNVM eſt, dicere in quem uelis.* Quo ſignificatus genere ipſum *Ciceronem*, qua patronum cauſarum, *RRGEM* ab aliquo dictum eſſe, exiſtimauerim: quamuis aliam F explicationem ea in re afferat CORRADVS (h). Sic regna paſtorum et paſtoritios reges paſſim habemus apud poetas, quorum loca ſedulo congeſſit *Lud. de la* CER-

DA

(a) MARTIAL. *lib. I. epigram. XCI.* confer, ſi uis; *lib. II. epigr. XVIII. et lib. IV. epigr. XL. et LXXXIV.* (b) IVVENALIS *Satyr. XIV. u* 13. (c) *Epiſt. III.* (d) *Lib. I. epiſt.* 1. (e) *Lib. II. Sermon. p.* 199. (f) *Eidyll.* 16. (g) *Orat. pro Syll. XXV. p.* 531. (h) *Comment. ad Brut p.* 112.

DA (i). Imo illud obſeruo, quod praediola ſua regna dixerint Romani, quod liberius in iis agerent, quam in ciuitate, ubi maximorum munerum maximae eſſent ſeruitutes. Neque latinis tantum haec dicendi conſuetudo; ſed Graecis idem quoque mos fuit. Ipſe HOMERVS (l), ſcriptor eorum antiquiſſimus, ait:

Aedibus in noſtris ego REGEM geſſero ſane.

Verſum hunc ſic reddente Eraſmo in Chiliadibus (m). Sed haec priuata tantum ſcribentium pigmenta ſunt; quibus cum nihil commune habet ſtylus, quem hic reſpicimus, curialis. Id enim uolumus nunc, priſcas gentes, publico ſolennique curiarum uſu, *REGES* dixiſſe, quibus regale illud decus, uirium ſcilicet potentiaeque rationes, quas moribus hodiernis fere requiri uidemus, nequaquam reſponderunt. Qui enim hodie fieri poſſe credemus? ut *regum*, quales nunc habemus, *ſeptuaginta*, in uno exercitu militent: ſed hunc eorum in bello Troiano numerum fuiſſe, *DICTYS* (n) et *DARES* (o) tradunt, iſtius expeditionis ſcriptores. Neque ad fucoſam *regalis* uerbi uſum haec referre poſſumus: cum ipſe codex diuinior non maiorum certe uirium principes *regis* titulo dignetur. Solus Abrahamus, uir priuatus, neque belli dux, ſed pater familias, cum trecentis tantum et octodecim ſeruulis, *quinque reges*, non domi inuaſit, ſed dum in acie eſſent, uicit ſpoliauitque, idque ſine diuino quodam extra ordinem facto portento, quod *Moſes*, qui hiſtoriae auctor eſt (p), celebraret. Ioſua triginta unum *REGES* ſe expuliſſe ſcribit (q): quos pariter, quoniam ab oppidis tantum, ubi rexerint, deſcribuntur, minutuli territorii finibus oportet fuiſſe incluſos. Qui omnes ſi hodie uiuerent, ne principum quidem iura inter gentes tuerentur. Vt alia nunc loca taceam (r); ubi non maioris momenti regum in ſacris mentio fit. Et ut ſigillatim aliqui ex hiſtoria conſtent: *VLYSSES REX* Ithacae dicitur; ſed hanc maris Ionii inſulam, in aſperrimis ſcopulis tanquam nidulum affixam, deſcribit CICERO (s). Neque *Pylium*, ubi *Neſtor regem* egerat, ampliores terminos crediderim habuiſſe (t). Non igitur mirum, quod STRABO (u) prodit; ſingulas Phoeniſſarum urbes ſingulos aluiſſe reges. Neque forte exiſtimandum eſt, antiqua haec auctorum placita eſſe, quae aliter atque aliter accipi mereantur. Proximiora enim tempora ſunt; quae anguſtam auguſtorum fortunam pariter loquuntur. Cantii in Anglia unus hodie comitatus eſt: ſed hunc eundem in quatuor olim regna ſciſſum fuiſſe, CAESAR (x) docet. Quid? quod nullum hodie in Europa regnum fere ſit; quod olim plures reges, et genere et regione dominatuque ſeiunctos, dici nequeat habuiſſe. Vt adeo quodque regnum, quo antiquius, eo breuius etiam et arctius fuiſſe uideatur. Qua in re ne ingenio nimium fidiſſe exiſtimer: aliquot aſſertionem hanc exemplis firmabo. Graeciae unicum poſtea regnum tot olim principatus habuiſſe, nomine, iuribus, uiribusque ita ſegregatos, ut ne in bello quidem communem exercitum fecerint, THVCYDIDES (y) et STRABO (z) auctores ſunt. Similem fere faciem olim Germaniae fuiſſe CAESARIS (aa) fide docemur. *In pace*, ait, *nullus communis REX: ſed principes regionum et pagorum inter ſuos ius dicunt.* Idem de ueteri Anglia auctores produnt. Diod. SICVLVS (bb): *Reges principesque ibi ſunt plures*, pacem inuicem ſeruantes. Cui STRABO ſuffragatur (cc): *complures ibi* ſunt dominationes. Inde conqueſtas fuiſſe Britanniae prouincias legimus (dd), quod cum olim ſingulae ſingulos reges habuerint; nunc omni inſulae duo tantum imponantur. Eadem facilitate, aliis etiam populis in principio *REGES* plures fuiſſe, qui hodie ſub dominatu unius ſint, darem probatum; niſi res ſatis expedita eſſet, ut plurium exemplorum argumentis non opus eſſe uideatur. Scite igitur priſcum rerumpublicarum ſtatum PLINIVS (ee) exprimit, quando *ſingulis praefecturis et ſtrategiis ſuos quondam reges fuiſſe*, fide exemplorum, quae habet, arbitratur. Et tantum abeſt, ut, priſcum hunc gentium morem omnes eodem tempore populos depoſuiſſe, dicamus; ut potius multo poſt eosdem *uerbi regalis* uſus in hiſtoria reperiamus. Teſtatiſſima eſt Angliae Heptarchia, qua, Britannis ſubactis, ſummam rei ad ſe traxerunt Saxones: tertia tantum ueteris Britanniae parte in ſeptem minora regna iterum diuulſa. Scripſimus eade re alibi (ff): ſed omnium operam in iſta Heptarchia enarranda LANGHORNIVS (gg) ſuperauit; quorſum uolentes remittimus. *Andaluſiae,*

(b) Curiali.

Vbi 1. REGES. *minuſculi territorii.*

(a) in priſca aetate

(b) intermedus temporibus.

(i) *Comment. ad eclog. Virg. u. 11. p. 18.* (l) *Odyſſ. I. u. 396.* (m) ERASM. *Chil. 1. Cent. 7. Pr. XLVIII. p. 195.* (n) *Lib. I. p. 29.* (o) *Libro de excidio Troiae p. 165.* (p) GENES. *XIV*, 15. (q) IOSVAE *XII, a uerſ. 7. ad 24.* (r) Inprimis IVDIC. I. v. 7. ubi Adonibeſek gloriatur, quod LXX. reges pollice ubique abſciſſos in uinculis tenuerit. (s) *Lib. I. de orat. p. 181.* (t) Vtrum etiam Pylium e tribus intellexeris? (u) *Lib. XVII. p. 558.* (x) *Lib. V. p. 103.* Olaus MAGNVS *lib. V. Septentr. hiſt. p. 176.* narrat: *unum Olonem LXX. reges trucidaſſe.* Et Ioan. MARIANA *lib. VIII. c. 10. 449.* oſtendit: ſingulas quondam ciuitates ſingulos aluiſſe in Hiſpania reges. Quod dum ſcribo, in mentem uenit illud, quod HOVTYNVS *lib. I. republ. Batauae. 42. 43.* docere uult: Romanos uſu uulgari *ducis* et *regis* uerba habuiſſe pro ſynonymis. (y) *Lib. I. hiſt. p. 3.* (aa) *Lib. VI. p. 136.* (bb) *Lib. VI. c. 8.* (cc) *Lib. IV. Geograph. p. 123.* (dd) apud TACITVM in *agricolae. XV.* (ee) *Lib. VI. hiſt. natur. c. 9.* (ff) In *Puſendorfio illuſtrato c. IV. p. 508.* (gg) In *chronico regum Angliae* usque ad finem Heptarchiae *edit. Londin. 1679.*

Google

CAP. I.

De
Reconditis ſenſibus uerbi regalis.

REGIAE uocis uarii ſignificatus.
1. fucoſus.

MAgnum et ſanctum *regale* nomen; quamuis non una eademque eius uerbi reperiatur ſignificatio. Parum honoris dignitatisque uox habuit, cum inepta Romanorum ambitio in mores induxiſſet, ut quemuis fere hominem ignotum, modo corporis aliquo cultu ueſtituque ſpecioſus uideretur, *dominum* ſalutarent *regemque*. Quae fucoſa titulorum ratio noſtram quoque gentem, ab animi candore ſemper laudatam, infeciſſe uidetur; ut, malae conſuetudinis corruptela, caſas ac tuguria *domini* ac *patroni* uocibus percrepare audiamus. Romanorum certe ea in re leuitatem ipſi Romani teſtantur. Notum epigramma MARTIALIS (a) ad *Priſcum*;

Cum te non noſſem, dominum REGEMQVE uocabam:

Et IVVENALIS (b) illud:

Hoſpitis affectu REGEM dominumque ſalutat.

Ad cuius inſtituti rationem SENECA (c) ſcribit: *quomodo obuios, ſi nomen non ſuccurrit, DOMINOS uocamus.* Patet inde, quod ſtrictim noto, criticorum quorundam nulla ratione fulta ſuperſtitio, dum puro ſermoni uim afferri opinantur, ſi latine *dominus* diceretur, qui in uernacula iure meritoque talis audit. Quoniam, qui uocabulo *domini* nunc in gente noſtra uſus eſt, eundem et olim in latio fuiſſe, ex hactenus dictis conſtat. Quamuis uero indignum fere eſſet, *regis* uocem in uulgarem hunc uſum detorqueri; nihil tamen exinde dedecoris *regiam dignitatem* ſcimus ſumſiſſe. Cui neque illud nocuit, quod, communi ſermonis conſuetudine, *reges uerborum*, *familiarum*, *nauium*, *ludorum*, *ſcholarum*, *ſacrorum*, *pueritiae*, aliorumque generum, Romani habuerint. Vulgaria namque officiorum uocabula a maximis honorum titulis facile erat internoſcere: ut adeo neminem reges in purpura et throno, cum regibus in pallio et cathedra confudiſſe reperiamus. Eſt et alia adhuc regii nominis ſpecies, quam moralem dicere poſſes. Hominem enim ſapientem, quod animi gubernacula bene tractaret, *regem* nuncuparunt Romani.

2. uulgaris (beside "tem ſcimus ſumſiſſe")
3. tralatitius. (beside "moralem dicere poſſes")

A HORATIVS (d) ad eam mentem ſcripſit:

REX eris, aiunt, ſi recte facies.

Et idem cecinit alibi (e):

Sapiens uno minor eſt Ioue; diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique REGVM.

Paria habet AVSONIVS (f):

Qui *recte* ſacit, qui non dominatur, erit *rex.*

B Ipſe etiam TVLLIVS (g), ne oratores praeteream, de ſapiente ſcribit: *rectius appellabitur* rex, *quam Tarquinius, qui nec ſe, nec ſuos* regere *poterat*. Sed neque is *regii* uerbi ſenſus hic conſiderationem meretur. Vt adeo, quotquot *regis* ſignificatus hactenus deſcripſimus, illi partim ad *fucoſos*, partim ad *uulgares*, partim etiam *tralatitios* eiusdem uocabuli uſus pertinere uideantur, ab honorifico, quem

C nos reſpicimus, omnino diſtinguendi.

§. II. Verum enim uero neque in hoc *regiae* ſemper dignitatis rationem habuerunt Romani; quod illos *regali* nomine dignos exiſtimarent, quibus purpuram noſtra aetas uix deferret. Qua in re licet, hodiernis gentium moribus, dupliciter errare uideantur: in uno tamen priſcae antiquitatis conſuetudo ab omni eos culpa eximit; ſicut in altero certum eſt,

4. Honorificus.
(a) ſtilo oratorio.

D quod recens deuictas gentes his titulorum ſimulachris ſcienter luſerint, acerbum ſeruitutis iugum hac uerbi lenitudine quodammodo mitigatur. Veniam certe merebantur, me iudice, Romani, quando omnes, quotquot aliis imperarent, *regis* titulo dignos habuerunt; nullo reſpectu, quot, aut qui ſub tali dominatu eſſent. Non hic poetis aliquid aut oratoribus do; quos conſtat, patres familias et quoscun-

E que demum in libera republica ciues *reges* appellaſſe. Ex quo ſcriptorum genere illud eſt:

Degener in tuguri REX lare quisque ſui.

Et cum TVLLIVS (g) ait: *REGNVM eſt, dicere in quem uelis.* Quo ſignificatus genere ipſum *Ciceronem*, qua patronum cauſarum, *RRGEM* ab aliquo dictum eſſe, exiſtimauerim: quamuis aliam

F explicationem ea in re afferat CORRADVS (h). Sic regna paſtorum et paſtoritios reges paſſim habemus apud poetas, quorum loca ſedulo congeſſit *Lud. de la* CERDA

(a) MARTIAL. *lib. I. epigram. XCI.* confer, ſi uis, *lib. II. epigr. XVIII. et lib. IV. epigr. XL. et LXXXIV.* (b) IVVENALIS *Satyr XIV u* 13. (c) *Epiſt III.* (d) *Lib. I. epiſt.* 1. (e) *Lib II. Sermon. p.* 199. (f) *Eid. I.* 16. (g) *Orat. pro Syll. XXV. p.* 531. (h) *Comment. ad Brut. p.* 112.

DA (i). Imo illud obſeruo, quod prae-dioła ſua regna dixerint Romani, quod liberius in iis agerent, quam in ciuitate, ubi maximorum munerum maximae eſſent ſeruitutes. Neque latinis tantum haec dicendi conſuetudo; ſed Graecis idem quoque mos fuit. Ipſe HOMERVS (l), ſcriptor eorum antiquiſſimus, ait:

Aedibus in noſtris ego REGEM geſſero ſane.

Verſum hunc ſic reddente Eraſmo in Chiliadibus (m). Sed haec priuata tantum ſcribentium pigmenta ſunt; quibus cum nihil commune habet ſtylus, quem hic reſpicimus, curialis. Id enim uolumus nunc, priſcas gentes, publico ſolennique curiarum uſu, *REGES* dixiſſe, quibus regale illud decus, uirium ſcilicet potentiaeque rationes, quas moribus hodiernis fere requiri uidemus, nequaquam reſponderunt. Qui enim hodie fieri poſſe credemus? ut *regum*, quales nunc habemus, *ſeptuaginta*, in uno exercitu militent: ſed hunc eorum in bello Troiano numerum fuiſſe, *DICTYS* (n) et *DARES* (o) tradunt, iſtius expeditionis ſcriptores. Neque ad fucoſam *regalis* uerbi uſum haec referre poſſumus: cum ipſe codex diuinior non maiorum certe uirium principes *regis* titulo dignetur. Solus Abrahamus, uir priuatus, neque belli dux, ſed pater familias, cum trecentis tantum et octodecim ſeruulis, *quinque reges*, non domi inuaſit, ſed dum in acie eſſent, uicit ſpoliauitque, idque ſine diuino quodam extra ordinem facto portento, quod *Moſes*, qui hiſtoriae auctor eſt (p), celebraret. Ioſua triginta unum *REGES* ſe expuliſſe ſcribit (q): quos pariter, quoniam ab oppidis tantum, ubi rexerint, deſcribuntur, minutuli territorii finibus oportet fuiſſe incluſos. Qui omnes ſi hodie uiuerent, ne principum quidem iura inter gentes tuerentur. Vt alia nunc loca taceam (r), ubi non maioris momenti regum in ſacris mentio fit. Et ut ſigillatim aliqui ex hiſtoria conſtent: *VLYSSES REX* Ithacae dicitur; ſed hanc maris Ionii inſulam, in aſperrimis ſcopulis tanquam nidulum affixam, deſcribit CICERO (s). Neque *Pylium*, ubi *Neſtor regem* egerat, ampliores terminos crediderim habuiſſe (t). Non igitur mirum, quod STRABO (u) prodit; ſingulas Phoeniſſarum urbes ſingulos aluiſſe reges. Neque forte exiſtimandum eſt, antiqua haec auctorum placita eſſe, quae aliter atque aliter accipi mereantur. Proximiora enim tempora ſunt; quae anguſtam auguſtorum fortunam pariter loquuntur. Cantii in Anglia unus hodie comitatus eſt: ſed hunc eundem in quatuor olim regna ſciſſum fuiſſe, CAESAR (x) docet. Quid? quod nullum hodie in Europa regnum fere ſit; quod olim plures reges, et genere et regione dominatuque ſeiunctos, dici nequeat habuiſſe. Vt adeo quodque regnum, quo antiquius, eo breuius etiam et arctius fuiſſe uideatur. Qua in re ne ingenio nimium fidiſſe exiſtimer: aliquot aſſertionem hanc exemplis firmabo. Graeciae unicum poſtea regnum tot olim principatus habuiſſe, nomine, iuribus, uiribusque ita ſegregatos, ut ne in bello quidem communem exercitum fecerint, THVCYDIDES (y) et STRABO (z) auctores ſunt. Similem fere faciem olim Germaniae fuiſſe CAESARIS (aa) fide docemur. *In pace*, ait, *nullus communis REX: ſed principes regionum et pagorum inter ſuos ius dicunt.* Idem de ueteri Anglia auctores produnt. Diod. SICVLVS (bb): *Reges principesque ibi ſunt plures*, pacem inuicem ſeruantes. Cui STRABO ſuffragatur (cc): *complures ibi* ſunt dominationes. Inde conqueſtas fuiſſe Britanniae prouincias legimus (dd), quod cum olim ſingulae ſingulos reges habuerint; nunc omni inſulae duo tantum imponantur. Eadem facilitate, aliis etiam populis in principio *REGES* plures fuiſſe, qui hodie ſub dominatu unius ſint, darem probatum; niſi res ſatis expedita eſſet, ut plurium exemplorum argumentis non opus eſſe uideatur. Scite igitur priſcum rerumpublicarum ſtatum PLINIVS (ee) exprimit, quando *ſingulis praefecturis et ſtrategiis ſuos quondam reges fuiſſe*, fide exemplorum, quae habet, arbitratur. Et tantum abeſt, ut, priſcum hunc gentium morem omnes eodem tempore populos depoſuiſſe, dicamus; ut potius multo poſt eosdem *uerbi regalis* uſus in hiſtoria reperiamus. Teſtatiſſima eſt Angliae Heptarchia, qua, Britannis ſubactis, ſummam rei ad ſe traxerunt Saxones: tertia tantum ueteris Britanniae parte in ſeptem minora regna iterum diuulſa. Scripſimus ea de re alibi (ff): ſed omnium operam in iſta Heptarchia enarranda LANGHORNIVS (gg) ſuperauit; quorſum uolentes remittimus. *Andaluſiae*,

(k) Curiali.

Vbi i. REGES minutuli territorii.

(o) in priſca aetate.

(h) intermedius temporibus.

(i) *Comment. ad catalog. Virg. u. 11. p. 18.* (l) *Odyſſ. I. u. 396.* (m) ERASM. *Chil. 1. Cent. 7. Pr. XLVIII. p. 195.* (n) *Lib. I. p. 29.* (o) *Libro de excidio Troiae p. 165.* (p) GENES. *XIV, 15.* (q) IOSVAE *XII, a uerſ. 7. ad 24.* (r) Inprimis IVDIC. I. v. 7. ubi Adonibeſek gloriatur, quod LXX. reges pollice ubique abſciſſos in uinculis tenuerit. (s) *Lib. I. de orat. p. 181.* (t) Vtrum etiam Pylium e tribus intellexeris? (u) *Lib. XVII. p. 558.* (x) *Lib. V. p. 103.* Olaus MAGNVS *lib. V. Septentr. hiſt.* p. 176. narrat: *unum Olpnem LXX. reges trucidaſſe.* Et Ioan. MARIANA *lib. VIII. c. 10.* 449. oſtendit: ſingulas quondam ciuitates ſingulos aluiſſe in Hiſpania reges. Quod dum ſcribo, in mentem uenit illud, quod HOVTYNVS *lib. I. republ. Batauae.* 42. 43. docere uult: Romanos uſu uulgari *ducis* et *regis* uerba habuiſſe pro ſynonymis. (z) *Lib. I. hiſt. p. 3.* (aa) *Lib. VI. p. 176.* (bb) *Lib. VI. c. 8.* (cc) *Lib. IV. Geograph. p. 123.* (dd) apud TACITVM in *agricolae. XV.* (ee) *Lib. VI. hiſt. natur. c. 9.* (ff) In *Puffendorfio illuſtrato c. IV. p. 508.* (gg) In *chronico regum Angliae* usque ad finem Heptarchiae *edit. Londin.* 1679.

ſiae uero, *Murciae*, *Granatae*, aliorumque ex Mauritanis in Iberia dominatus, ad *regna* referre non auſim. Ex inſtituto quippe in eo argumento uerſatus ſum (hh): ubi illud reperi, quod monachorum, aut quicunque tandem res iſtorum temporum annotarunt, imperitia potius ſit factum; ut *regio* ipſi titulo appellarentur. Quos ſane honores neque ſibi inuicem, neque aliae ipſis gentes unquam tribuerunt; quod munera eorum gubernatoris dignitates non excederent. Aut ergo aliter ſentientium aperti errores ſunt, aut *regii* tituli, eiusmodi praeſectis urbium finiumque dati, ad oratorium potius ſtilum, quem ſupra deſcriptum hic abeſſe uelim, referendi.

Cauſae minutorum regnorum priſca aetate.

§. III. Cum ergo ex hactenus dictis ſatis clarum ſit, olim *REGEM* ſalutatum, qui ſummam in alios habuit poteſtatem; non attento, ſiue pauci ſiue plures ſub eius eſſent dominatu: ſic pretium nunc operae uidetur, cauſas intueri, *regiae* maieſtatis terminis incluſae anguſtioribus ac gentium conſuetudines nunc pati aduertimus. Nam principio rerum non tam ſplendida atque honorifica munera, quam officia admodum oneroſa habebant *reges*. Neque ad pompam et ſplendorem dati reipublicae, ut eam per alios adminiſtrarent; ſed cauſas ſubditorum ipſi auditent iudicarentque. Vt ergo unus homo ſat laboris habuerit, uel unius neque maximae prouinciae cauſas omnes reſpicere: ita fines regni proſerre, tum idem uidebatur, ac ampliores curas quaerere, aut plus oneris in ſe uelle deuolui. Inde IVSTINVS (ii) de priſcis regibus ait: *fines imperii tueri magis, quam proferre mos erat*. Deinde ex eadem cauſa non e re uidebatur, ut plures populi unum ſibi tantum regem ſumerent; cum publicotum negotiorum moles in ſingulis pagis ſingulos adminiſtratores uellet. *Commodius ergo intra ſuam cuique patriam regna finiebantur* (ll). Praeterea cum neque cultus neque ſumtuoſae illae aularum elegantiae eſſent, nullo fere impendio *REGIBVS* fuerat opus; ut uel in his aliquid dignitatis ponerent, uel de reditibus augendis, per nouarum prouinciarum acceſſiones, eſſent ſoliciti. Nam ne ueſtimenti quidem aliquo genere priſcos reges a ſubditis ſe diſtinxiſſe: quin potius paupertati ac continentiae uixiſſe aſſuetos (mm); nonnullis etiam edendi et bibendi regulas a ſubditis praeſcriptas (nn), idoneorum exemplorum fide ſcimus. Poſt cauſae etiam, quibus principes ſummam rerum ad ſe traxerunt, auguſtiores regnorum fines uix admiſiſſe uidentur. Factus enim fuerit aliquis in ſocietate REX, uel, quod patronum aut ducem egiſſet coloniae; ſed hae raro magnae erant, rarius uero in uno omnes loco confidebant; uel, quod in bello hoſtes uiciſſet; aſt non eorundem et in pace conſociatio, qui in bello congregantur: uel, quod prudentia alios anteiret; ſed nonniſi ſapientes, qui pauci ſunt, ſapienter iudicant de ſapiente: uel, quod inſigni alicuius artis ſpecimine bene mereretur de republica, ut Vulcanus per inuentionem ignis regium apud Aegyptios diadema eſt conſecutus; ſed quoticuiusque demum iudicia ſunt maleuolentia uacua? Vt adeo rarius circa eundem regem omnis coetus conſenſerit, ſaepius autem in alias atque alias partes eum credibile ſit tali caſu iuiſſe. Tandem etiam illi, qui maximas regionum ditiones habuerunt, *MONARCHAE* dicti, atque a *regibus* quodammodo diſtincti ſunt; qui paruis rerum dominiis erant praeſecti. Hos uero iterum diſcernere, uocabulum tum non occurrebat. Quare rerum Hibernicarum ſcriptor, *Roderic.* O FLAHERTV (oo) ciuibus ſuis commodam paruorum principum appellationem adhuc dum putat deeſſe. Scribit enim; *non iniuria talem dici imperialium titulorum ritu DVCEM et ſermone patrio, talibus non aſſueto titulis, regem prouincialem.*

Quare paruis dominatibus tituli REGII negari coepti?

§. IV. Viſis ergo paruorum regnorum initiis cauſisque, dignum non minus conſideratione illud eſt: qui uenerit poſt, quod minores hi dominatus non ſolum inſolentiores ſint facti, ſed etiam regale nomen a modicae regionis principibus non, ut olim, adhibitum fuerit. Vbi in principio illud tenendum, quod poſtquam late longeque regnandi cupido animos regentium ſemel inuaſit occupauitque, de proferendis ampliandisque finibus laboratum, *bella*, ut AVGVSTINI (pp) uerbis utar, *finitimis illata, ac populi uicino non moleſti, ſola regni cupiditate contriti*. Infirmiores a potentioribus aut euerſi aut ſubacti, ſicque e plurium regnorum laciniis maximi dominatus conſuti et conſtituti ſunt, quos *grandia latrocinia nominare*, non dubitat uir reuerendus AVGVSTINVS. Antiquiſſimae certe monarchiae inſtaurator, *NINVS*, uaſtum illud et ſua quodammodo magnitudine immane prorſus regnum, e disiunctis paruorum dominiorum regionibus collegit copulauitque, ut, miſſis ſingulis ſub iugum unius, regem ſe faceret uniuerſorum, claris uerbis id ſcribente DIODORO (qq). Quod creſcendi inſtitutum cum poſtea plures tenerent: factum tandem eſt, ut, minoribus regibus plerisque et tantum non omnibus euerſis, regna regnis

cor-

(hh) Plerisque ſcilicet Hiſpaniae ſcriptoribus in Pufendorfio adhibitis. (ii) *Lib. I. c. 1. p. 4.* Quo cum iungatur Caeſaris locus, ubi de Germanis ait; quod bella ex libidine pugnandi ducant, non ut regiones facerent ampliores. (ll) Verba IVSTINI ſunt Lib. I. c. 1. (mm) De regibus Orcadicarum inſularum SOLINVS *in Polybiſt.* ſcripſit: paupertate aſſuetos: ad iuſtitiam colendam. (nn) Ex antiquis Aegyptiorum fragmentis DIOD. SICVLVS haec docet *lib. 1. c. 70 p. 56.* (oo) *Part. I. Ogygiae inſul. p. 31.* (pp) *Lib. IV. de ciuit. Dei c. IV. p. 612.* (qq) DIODORVS SICVLVS *Lib. II. c. 5.*

coagmentata, prout uel ſitus, uel mores uel lingua uel alia gentium inſtituta patiebantur, grandes illos orbis dominatus efficerent. Sic HISPANIA, quot quaeſo olim populos habuit regesque? ſed ſigillatim uictos omnes tandem in poteſtatem ſumſit *AVGVSTVS.* Et cum iterum poſt Maurorum incurſus in plures dominatus una Hiſpania abiiſſet; felici tandem auſpicio connubioque *FERDINANDVS* catholicus disiectos rurſus coniunxit, ut *CAROLVS V.* ſub unius regni forma uniuerſae Iberiae imperaret. Sic BRITANNIAM ſepties per Saxonum dominationes diuiſam, una parte ad alteram iterum adiuncta, felici tandem compage omnem ſui iuris fecit *EGBERTVS.* Sic Burgundico atque Gothico regnis in GALLIA oppreſſis, *CHLODOVAEVS* monarcha factus uniuerſorum. Ipſa patria noſtra Saxonum, Boiorum, Thuringorum, Sueuorum, Venedorumque diuerſas habuit dominationes: quae amicabili nunc nexu omnes cohaerent. Et quae exempla ſunt generis eiusdem. Factum ergo hac maximorum regnorum multitudine, ut parui, qui ſupererant reges, floccifierent potentioribus, indeque addubitarent alii, communi titulo utrosque ſalutare. Cautiores ea in re nomen quidem *regale* illis etiam dabant: ſed uires regias, hoc eſt tituli genuinam rationem, quaſi uero, ut cum ſcholis loquar, qualitas ſubſtantiam rei inuerteret, tacite eis negabant. Qua forte mente ipſe POLYBIVS (rr) de rege quodam ait; quod non ſolum nomen, ſed uires regias habuerit. Tandem etiam lautitia mortalium regios apparatus, pompae pleniſſimos, induxit, (**) quos gentium mox applauſus uſusque, ceu rem cum quadam ratione factam, comprobarunt. Statae ergo ſolennesque ceremoniae erant, ſiue ſecum in aula ageret *REX*; ſiue exteris domi aut foris paciſceretur. Queis maximis impendiis cum reditus paruorum principatuum iterum non reſponderent; eorum intermiſſione factum eſt, ut paruorum dominiorum principes *REGALI* titulo indigni haberentur. A quo per cauſas hactenus enumeratas cum ſemel eſſent deſuefacti, tenuiora deinceps *ducum, principum, dominorum* nomina moderata tulerunt.

An regii tituli dignitas a territorii latitudine pendeat?

§. V. Quicquid uero de his gentium moribus alii iudicent: non tamen idoneae mihi cauſae uidentur, quare regali dignitate modicae regionis dominos aut excluſerint aut excludi unquam poſſe ſint arbitrati. Certe in opibus atque amplitudine ditionis regiae dignitatis rationes pone-

Negat.

A re, idem eſſet, ac nobilem ex amplis fortunis diuitiisque aeſtimare. Sanum EVMENIS iudicium fuit, quod militibus obiecit, in opimis forte ſpoliis lauream quaeſituris. *Quaſi uero*, dicit, *in pecuniis atque opibus, non armis uictoria* conſiſtat (ss). Qui cadem regii uere animi conſtantia etiam illis reſpondit, qui, quod regias uires amiſiſſet, honore etiam cedere iuſſerant Antigono regi ualidiori. *Nullum*, inquit, *me ipſo po-*

(1) teſtimoniis.

B *tentiorem eſſe arbitror, quoad huius gladii fuero dominus.* Recte ergo ſentiunt auctores, qui eadem hodienum iudicia habent. *Regem aeſtimant ex poteſtate unius. Neque, quam multis imperet, ſed quam libere, hic refert*, ſententia eſt ARNISAEI (tt). Quam mihi Ioh. BODINO, ſcriptori Gallo, debere uidetur, qui inquit: *iura maieſtatis non locorum ſpatiis aut regionum amplitudine definienda* (uu). Neque priuatis

C tantum auctorum placitis haec dicimus: ſed exemplorum etiam nobis argumenta ſunt, ad idem affirmandum. Sic *IMPERIVM TRAPEZVNTINVM*, cuius initium NICETVS GREGORAS; finem LAONICVS *Chalcondylas* deſcripſerunt, in hiſtoria reperimus, quamuis titulo regionum amplitudo non reſpondere uideatur. Sic regium titulum *ALGARBIAE* negare, neminem ſcio: hoc uero teſta-

(2) Exemplis.

(a) TRAPEZVNT. Imperii.

(b) Regnorum ALGARBIA

D tiſſimum habeo, principio paucarum urbium comitatum fuiſſe; dotis loco ab Hiſpanis Portugalliae regi liberaliter conceſſum. Beneficario autem nexu, quo Legionenſibus, eius nomine, tenebantur, ſoluto; reges Algarbiae ſe factos crediderunt, comitis propterea uoce cum titulo regali commutata. Ita fere SANCTIVS (xx) rem deſcribit: *Alfonſus*, decimus eiusdem nominis R. Legionenſis, *quandam*

E *filiam baſtardam uxorem dedit Alfonſo, regi Portugalliae, cui dotis gratia caſtra et patriam de Algarbe, quam paulo ante a Mauris euicerat, liberaliter aſſignauit. Ex quo tempore reges Portugalliae Algarbiae ſeſe reges intitularunt.* Quod uero tempus clarius ſignat NONIVS (yy) dum inquit: *Alfonſus III. Algarbiae regnum a ſocero Alfonſo conceſſum iure clientelae, liberum a iugo Saracenorum reddidit. Poſtea cum clien-*

F *telam, in gratiam nepotis Dionyſii, ſocer remiſiſſet, pro Algarbii ſymbolo clypeum purpureum addidit aureis caſtellis reſperſum.* Differt ab his in eo VASCONCELLVS (zz); quod non tam regionem, quam iura in eam a ſocero acceperit Alfonſus, quod noſtra parum refert. Plenius etiam rem eandem deſcipſit *Emanuel* de FARIA (aaa) auctor recentior. Id uero, quod uolumus hic, exinde clarum eſt; Algarbiam neque priſco

(rr) *Lib. IV. p.* 405. (**) Memorabilem locum modeſtiae priſcorum regum, cum magnificentia hodiernae cura mutatae, habet BOECLERVS *diſſ. de auſpic. reg. c. III. p. m.* 239. (ss) PLVTARCHI ſide in *eius uita p.* 139. (tt) *Cap.* 1. *de iurib. maieſt. p.* 10. et PACIANI de *probationibus p.* 29. (uu) *Lib. de republ. cap.* 9. (xx) RODERICVS SANCT. *p. IV. hiſt. Hiſp. c.* 3. (yy) *Duardus* NONIVS *in Genealog. RR. Portug. p. m.* 1359. (zz) *In hiſtoria Luſitan. p. m.* 33. (aaa) *Epitome de las hiſtorias Portugueſas Part. III. c.* 6. *p. m.* 204.

ſco titulo, qui comitialis fuit, neque regionis amplitudine, quae mediocri in Germania ducatui uix reſpondet, regium honorem debere: ſed, eo quod ſummi iuris rectorem nacta, regali nomine dignam cenſeri.

(c) *NAVARRAE.*

SVPRARBIAE regnum, quod poſtea Nauarrae dictum (plura enim exempla afferri e re uidetur) Garcias Ximenes condidit. Sed ipſe, qui excellentis fortitudinis modo dux fuit, *Ainſa*, urbe Mauris uix erepta ſuique iuris reddita, paſſus eſt, ut ſolenni ritu *REX* diceretur, quamuis eius ditio ultra urbis fere pomoeria ſe non extenderet. FAVINVM (bbb), qui ex inſtituto huius regni hiſtoriam ſcripſit, prae aliis hic placet audire. *Pour recognoiſtre*, inquit, *la vaillance & bonne conduicte du Prince Garcia, leur chef & conducteur, ſes Gentils hommes l'eſleverent ſur un eſcu a la mode de François, le promenerent a l'entour de leur ville d'AINSA, & le proclamerent pour leur ROY & prince ſouverain.* Et paulo poſt: *Garcia prit le titre de Roy de SOBRARBE, nom qu'il donna au territoire de ceſte ville conquiſe & aux environs d'icelle, a cauſe de la croix qu'il avoit veüe ſur un arbre. Par un mot abregé ce Royaume eſt appellé dans les anciens hiſtoriens d'Eſpagne REGNUM SUPRARBIS, comme voulants dire*, regnum crucis ſuper arbore. *Chacun en donnera telle interpretation qu'il voudra. Tant y a que le nom de Navarre ne fut mis en uſage qu'aſſes long temps apres.* Neque eſt, ut quis dicat, Garciam, ex regio forte Gothorum ſanguine oriundum, natalium maiori, quam regionis intuitu *REGEM* ſalutatum. Contrarium enim Liuius Hiſpanorum Iohannes MARIANA (ccc) ita euincit: *Garſias, Semenus rex, omnium ſuffragiis delectus, nullo quidem gradu contingens Gothorum regum familiam, quod nomen ipſum declarat, Hiſpanum magis, quam Gothicum ſonans.* Qui idem etiam noſtrum *REGEM* dicit, quod ſummam in ſuos poteſtatem haberet, quamuis *eius ditionem minutam initio, finibus anguſtam atque uiribus infirmam deſcribat.* Quae eadem legi etiam apud MARNIEVM SICVLVM (ddd) poſſunt, copioſum eius hiſtoriae ſcriptorem. Ne uero aliquis Hiſpaniam, ambitionis a ſcriptoribus incuſatam, ſuperbos hoſce titulos ſolam affectaſſe opinetur; aliorum etiam regnorum exempla in medium producemus, ubi regia dignitas non ex regionum amplitudine; ſed ſumma tantum in ſubditos poteſtate pariter fuit aeſtimata.

(d) *MANOPIAE.*

EVBONIAE inſula, quae aliis Manopia, ſiue Man audit, per terminorum finiumque rationes, cum mediocri in Germaniae principatu non uidetur conferenda: ſed dominum eius corona regioque titulo dignum fuiſſe habitum (*), poſt alios plures auctor eſt WALSINGHAMVS (eee). Verba eius ſunt: *Scroope emit de domino Gulielm. de monte acuto Sarum inſulam Euboniae cum corona. Nempe dominus huius inſulae rex uocatur, cui etiam fas eſt, corona aurea coronari.* Et uero quid ſibi uult auctor, quod inſulae emptionem a corona hic diſtinguat? Hac eum cauſa id feciſſe exiſtimauerim: quoniam inſulae pretium tam exiguum fuerit; ut gemmae ac aurum coronae non infimam eius partem effecerint, meruerintque propterea peculiarem in contractu ſignificationem. Non maior certe Vectianae (*Wicht*) inſulae rex fuit; hoc tamen nomine, quod ſummum eius dominium haberet, a gentibus cohoneſtatus.

(e) *VECTIS.*

Probat id per bullaria, incorruptae fidei monumenta alia, SELDENVS (fff), quem hic licet prae aliis conſulere. Qui idem dum ſolam Hiberniam quinque ſaepius reges probat aluiſſe: noſtram ſententiam nouis exemplis firmat regum, quibus ditionis tenuitas de regali dignitate parum aut nihil detraxit.

(f) *HIBERNIAE*

Quamuis, eo quod Hiberniae pentarchas ſub clientela Anglorum ſemper fuiſſe, ſcribat idem auctor; iram gentis Hibernicae in ſe prouocaſſe uideatur. Agit enim cauſam nationis ſuae Rodericus O FLAHERTY (ggg), contra obtrectatorem, quem ita dicit, Seldenum. Vbi regiae dignitatis rationes omnes Hiberniae uendicantur. Qui tamen inter utrumque ſcriptorem diſſenſus non noui ſunt: cum Britannis atque Hibernis circa patriae hiſtoriam regumque ſucceſſus ortusque nunquam conueniat, plures in eiusdem certaminis arenam producente MACKENCEIO (hhh). Ceterum cum exemplo Hiſpanorum regum diſcamus, quod et ipſi, Carolingici nempe imperii intuitu, latiſſime patentis, *PARVI REGES* dicti ſint, quod manu exaratorum codicum fide docet FRESNEVS (iii): non eſt, quod Seldeno tanta cum uehementia exprobret FLAHERTVS (lll); quod is Hiberniae etiam dominos, paruos reges, per uirium ſcilicet redituumque rationes cum Britanniae monarchis collatos, ſcribere audeat. Dummodo regia eis dignitas ſalua ſit, a prouentuum menſuris, quod hactenus demonſtratum, non aeſtimanda.

YVETOTI R. fabula.

§. VI. Cum ergo tot exemplorum argumentis teſtimoniorumque rationibus euictum ſit, *regalem dignitatem*, a ſummo rerum dominio pendere, hoc eſt, regem dici, qui ultimum in ſubditos ius habet, qui praeter Deum, cuius uices gerit,

(bbb) *Liu. II p. m. 55. en ſon Hiſtoire de Navarre.* (ccc) *Hiſtoria Hiſpan. Lib* VIII. *c. 1. p. m.* 428. (ddd) LVCIVS MAR. *Sic. Lib. VIII. hiſt. Hiſp. p. m.* 612. (*) Vt fruſtra ſit Ant. BRVODINVS *lib V. c.* 24. quod *Regiis* uocula deceperit auctores, quae uſu promiſcuo et *regibus* debeatur et *principibus.* (eee) THOM. de WALSINGHAM *Ypodigmatib. Neuſtr. p. m.* 546 *n.* 56. (fff) *Part. I. de tit honor. c.* III. *p. m.* 47 (ggg) *Part. I. Ogyg. Inſul p. m.* 35. (hhh) GEO. MACKENZIE *cap. XIV. defenſionis antiquit. regalis Scotor. p.* 197. *ſeq.* (iii) *In Gloſſ. Latinitatis p.* 603. (lll) *Ogyg. Part.* 1. *p.* 34.

rit, ſubiectus eſt nemini: non, quod alii
fecerunt, idem et nobis conſultum ui-
detur, genuinis, quae hactenus memora-
uimus, ſubleſtae fidei nunc monumenta
attexere. Saepe enim optimam cauſam
mali teſtes inficiunt; et res bona nonniſi
per bonae notae argumenta bene defen-
ditur. Qua ratione ſtomachum mouent o-
mnes illi, qui, quod regia dignitas intra
anguſtos etiam unius prouinciae termi-
nos contineri poſſit, exemplo cuiusdam
WALTHERI IVETOTI, quem agri *RO-
THOMAGENSIS REGEM* habent,
feliciter tueri ſibi uidentur. Placet hi-
ſtoriolam ex *Roberto* GAGVINO (mmm),
qui primus ac unicus illius auctor eſt, e
uetuſto codice huc tranſcribere. Ita ue-
ro ſe habet: *ſed priusquam*, inquit, *a Clo-
tario diſcedo, illud non praetermittendum
reor; quod cum maxime cognitu dignum eſt,
mirari licet, a nullo Franco ſcriptore literis
fuiſſe commendatum. Fuit inter familia-
risſimos Clotharii aulicos GALTHERVS
YVETOTVS Caletus, agri Rothoma-
genſis apprime nobilis, et qui regii cubiculi
primarius cultor eſſet. Hinc pro ſua inte-
gritate de Clotario cum melius meliusque in
dies promereretur, reliqui aulici inuident,
deprauantes quodlibet a GALTERO ge-
ſtum. Nec deſiſtunt, donec irritatum illi
Clotarium peſſimis ſuſurris efficiunt. Quam-
obrem iurat rex, ſe hominem necaturum.
Percepta Clotarii indignatione, GALTE-
RVS pugnator illuſtris cedere regi irato con-
ſtituit. Igitur relicta Francia in militiam
aduerſus religionis catholicae inimicos per-
git. Vbi decem annos multis proſpere ge-
ſtis rebus, ratus, Clotarium ſimul cum tem-
pore mitiorem effecturum, Romam impri-
mis ad Agapetum pontificem ſe contulit. A
quo ad Clotarium, literis impetratis, ad
eum Sueſſione agentem ſe protinus confert,
ueneris die, quae paraſceue dicitur; cogi-
tans, religioſam chriſtianis diem ad pieta-
tem ſibi profuturam. Verum, literis pon-
tificis exceptis, cum GALTERVM Clo-
tarius agnouit; uetere ira tanquam recen-
ti liuore percitus, rapto a proximo ſibi equi-
te gladio, hominem ſtatim interimit. Tam
indignem inſignis atque innocentis hominis
necem, religioſo loco ac die, ad Chriſti pas-
ſionem recolendam celebri, pontifex inae-
quanimiter ferens: confeſtim CLOTA-
RIVM reprehendit, monetque iniquisſimi
facinoris rationem habere, ſe alioquin ex-
communicationis ſententiam ſubiturum.
Agapeti monita ueneretur rex, capto cum
prudentibus conſilio, GALTERI heredes
et qui YVETOTVM deinceps poſſiderent,
AB OMNI FRANCORVM REGVM
DITIONE ATQVE FIDE LIBE-
A RAVIT, liberosque prorſus fore, ſuo ſyn-
grapho et regiis ſcriptis confirmat. Ex quo
factum eſt, VT EIVS PAGI ET TER-
RAE POSSESSOR REGEM SE
YVETOTI hactenus ſine controuerſia no-
minauerit. Id autem ANNO CHRISTI
IↃXXXVII. geſtum eſſe, indubia fide in-
uenio. Nam dominantibus longo poſt tem-
pore in NORMANNIA Anglis, orta-
que inter Iohannem Hollandum Anglum et
B YVETOTI dominum quaeſtione, quaſi
prouentuum eius terrae pars fiſco regis An-
glorum quotannis obnoxia eſſet, Calleti pro-
praetor ANNO SALVTIS CIↃCCCCXXVIII.
de ratione litis iudiciario ordine ſe inſtruens,
id, ſicut annotatum a me eſt, comperiſſe iu-
dicauit.* Atque hic iſte famoſiſſimus Ga-
guini locus eſt, qui centum alios in hanc
opinionem induxit, ut crederent *RE-
GNVM YVETOTIANVM.* Nam
C taceo nunc communes Franciae hiſtori-
cos, qui eandem rem ex eodem auctore
bona fide omnes exſcripſerunt; illos tan-
tum adducturus, qui figmentoſae narra-
tioni alia plura non minori prolapſione
ſuperſtruxere. Augere uoluit inde nu-
merum regum in orbe CASSANAEVS
(nnn). Et Renatus CHOPPINVS (ooo)
inter exempla retulit ditionis a ſummo al-
terius dominio exemptae. *Si forte*, inquit,
D *immaniori principis ſaeuitia magnatum fun-
dus omni ſoluatur onere nexuue clientelari.
Qualis ille ab AGAPETO Romano
pontifice regibus exemptus YVETOTII
principatus, Waltero Yuetotio a rege Clo-
thario primo foede obtruncato. Vnde et
haec ditio in regni titulum prouecta annum
circiter 536.* Dubitanter uero rem eandem
narrat MEZERAY (ppp), qui *inſtaura-
tionem* huius regni ad annum refert
E IↃXXXIV. et PETR. BERTHAVLTVS
(qqq) ſine ulla affirmatione recenſet.
Quod ſi vero ab aliquibus obiiciatur,
YVETOTIVM comitatus ſiue princi-
patus nunc titulo acquieſcere; regium
uero ſibi nunquam arrogaſſe: id reſpon-
dent uindices huius hiſtoriae; regiam di-
gnitatem modeſtiae ergo uitandaeque in-
uidiae cauſa cum principali dignitate com-
mutaſſe. *Andreas du* CHESNEVS (rrr),
F qui YVETOTII ſitum deſcripſit ea mente
iudicat. *Non loing de la ville de Rouen eſt
la terre et principauté d' YVETOT, que
le Roy Clotaire, auant qu'il fut Roy ſeul,
erigea iadis en royaume par ceſte occaſion.*
Et hanc, poſtquam ex Gaguino recitauit,
tandem claudit ſermonem. *Ainſi ceſte pe-
tite terre a long temps continué en titre, &*,
quod notandum, *prerogatiue de Royau-
me. Mais finalement ce tire de Royaume
a eſté mandé en principauté, dont la maiſon*

(mmm) *Lib. II. de orig. Francor. p. m. 5. edit. Pariſ. A. 1497. f.* (nnn) *In catalog. gloriae mundi Part. V. concl. XXXI. p. m. 142.* (ooo) *Lib. II. de doman. Franc. Tit. 9. §. 2. p. m. 257.* (ppp) *En ſon hiſtoire de France Tom. 1. p. 54.* (qqq) *Lib. I. Flori Franc. cap. XXVI p. m. 72.* (rrr) *Antiquitez des villes de la France Liv. VII. chap. III. p. 309.*

du Bellay a iouy iusque *à ce temps.* Paria habent *Jean* de SERRES (sss) et Bernard de GIRARD (ttt) Franc. de BELLEFOREST (*) et plures alii. A quibus neque *Iacobus* CASSANVS (uuu) multum differt, quando de Yuetotii regno ſcribit: *fut apres changé en comté.* Conſtat enim ex iis, quae ALTESERRA (xxx) habet, comitis ac principis titulos moribus Gallorum pro iisdem habitos fuiſſe. Sed neque tanta haec ſunt, quae hactenus fide plurium ſcriptorum adduximus; quin alii rem omnem pro fabuloſa habeant. Prodiit An. 1615. Pariſiis libellus apud *Edmundum Martinum uia Iacobea, ad inſigne cornu cerui,* omnia enim haec, cum rarus auctor ſit, ſignare placet, hoc titulo inſcriptus: *DE FALSA REGNI YVETOTI NARRATIONE, ex maioribus commentariis fragmentum*; ubi plures rationes afferuntur, quae rem omnem fabuloſam eſſe euincant; ut MORNACIVS (yyy), quem fide *LIMNEI* (zzz) hic laudo, *longaeuam fabulam* appellare, nihil dubitauerit. Nobis itaque, lectis collatisque inter ſe ſcriptoribus, ſi non pleriſque, potioribus tamen, noſtrum quoque hoc iudicium facere liceat. Vbi primo rem ab eius nomine ac titulo uelim diſtingui. Sit enim; quod regnum non fuerit Yuetotium, hoc tamen negari nequit, ſummi iuris factum fuiſſe principatum. Omnino ergo in poſſeſſores Yuetotii peccant, qui ſummam eis poteſtatem negare audent, eo quod regius titulus in dubium uocetur. Quam artem, argumenta rerum inter ſe confundendi, ad regis ſui iura extendenda, ſtrenue et hic et alias tractant ſcriptores Galli CASSANVS et PYTHOEVS. Atque hoc forte iuſtitiae tegumento factum eſt, quod *Ren.* CHOPPINVS (aaaa) ſcribit: *Nihilominus curia Rothomagenſis addixit iam pridem Franco regi in Yuetotium regulum ius cuſtodiae nobilis, tanquam domino ſuperiori.* Deinde etiam rei ueritatem ab eius argumentis duco ſeparandam. Non enim propterea regni numero Yuetotium eximendum; quod nullum archipiſcopum, comitatus nullos, ducatusque habuerit (bbbb); quem errorem, maieſtatem a territorii finibus metiri, ſaepius redarguimus. Aut regale nomen in dubium uocandum; quod dum nulla contra Saracenos eſſe certamina potuerint: bellorum quippe ducem contra infideles Walterum egiſſe ſcribitur, nulla ſigillatim Saracenorum facta mentione. Maioris uero momenti, contra hiſtoriae huius circumſtantias, illa ſunt. Quod papae nulla

A tum aut non tanta certe autoritas in reges Francorum: quod Agapeti mors hoc factum uideatur praecurrere: quod praeter *GAGVINVM et GILLESIVM* nemo eius mentionem faciat, qui tamen ſcriptores nongentis annis poſt uixerint. Et quae ſunt generis eiusdem, partim a du PLEIX (cccc) partim a FAVCHETO (dddd) expenſa. Mihi praecipue ſententia approbatur, quam fratres SAMMARTHANI B (eeee) in cauſa Yuetotiana habuerunt. Ita autem illi: *Robert Guaguin et autres Hiſtoriens modernes, qui l' ont ſuiuy, attribuent à Clotaire l' erection en titre de Royaume de la ſeigneurie d' Yvetot en Normandie, pour avoir ce Prince transporté de colere, tué, comme ils diſent, dans une Egliſe Gautier, ſeigneur de cette terre. Mais les plus iudicieux ont refuté cela; par la conſideration du temps, des perſonnes, des* C *lieux & de la choſe. Auſſi n' eſt-il appuyé ſur le temoignage d' aucun autre bon autheur ancien; et Guaguin luy meſme en affoiblit la creance, reconnoiſſant eſtre le premier, qui l' a mis par ecrit. Il eſt donc plus vrayſemblable, que quelque immunité ou franchiſe attribuée à cette ſeigneurie par l' un de nos Roys, peut avoir donné lieu à cet erreur commun. De fait, les ſeigneurs du Bellay, qui ont eu par la ſucceſſion de* D *leur's anceſtres cette ſeigneurie d' Yvetot, ſe ſont contentez de s' en qualifier ſeulement princes.* Ne uero fruſtra me occupatum quis credat, in Yuetotio longius forte, quam par erat, enarrando: ueniam me impetraturum exiſtimo, ſi cauſas attulero materiae, plurium teſtimoniorum documentis cumulatae. Eſt enim illud ſatis meo inſtituto; ipſos ſcriptores, quos nominaui, Gallos, *GAGVINVM* et *GIL*- E *LESIVM* et quotquot Yuetotii rationem habere uidimus, unanimiter in ſententiam abire, a nobis hucusque propugnatam: *regalem dignitatem, gradum honoris in orbe ampliſſimum exiguo etiam territorio conſpici poſſe, neque a poteſtate, ſed potentia aeſtimandam.* Quod, ſi aliter non, contra Gallos tamen, ceu domeſticum ac gentilitium argumentum prodeſſe poteſt: ne faſtuoſi eorum animi, quos fere habent, F paruorum dominiorum reges quodam peruerſae aemulationis uitio, ut aliqui promti ſunt ad calumnias, uel e latere petant uel liuore manifeſto eisdem malitioſe obtrectent.

§. VII. Quamuis autem ex iis quae hactenus docuimus, ſatis, puto, luculentum ſit; regium diadema non ſpatii amplitudine; ſed ambitu ſummae poteſtatis aeſtimandum

Cauſae declinati uerbi REGALIS.

(sss) *En ſon inuentaire de l' hiſtoire de France P. I p. 64.* (ttt) *Liu. I. de l' Eſtat des affaires de France p. 32.* (*) *Liu. I. de l' hiſt. tom. I. p. 37.* (uuu) *En Recherche des droits du Roy de France p. m. 256.* (xxx) *Lib. II cap. 6. de comit. prouinc.* (yyy) *Obſeru. ad XXIV. libros ff. ad L. 16. de LL.* (zzz) *In notitia Franc. Lib. I. cap. IV p. 104 ſeq. et tomo V. iur. publ. ad lib. II c. 9. 244.* (aaaa) *Lib. II. de doman. Franc tit. 9. p. 257.* (bbbb) Ita ſentientes habebis apud CASSANVM *Liu. I. chap. VIII. p. 256.* (cccc) *En ſon hiſtoire de France tom. I p. m. 91.* (dddd) *des Antiquitez Galloiſes Liu. I. chap. VIII. p. m. 168.* (eeee) SCEVOLE *et* LOVIS *de* SAINTE MARTHE *Hiſtoire genealogique de France tom. I. Liu. III. p. m. 116.*

Digitized by Google

mandum: contra ſtatuentium tamen dubia reſtant, etiam nunc reſoluenda. Eſt inter plura illud non infimum: quod hodienum in orbe ubique ſint, qui dominatus habeant, neque propterea regios accipiant honores, principis aut ducis appellatione ſatis contenti. Quod ipſum cum attentius quodammodo mecum cogitarem, hoc inueni, quod quatuor fere cauſarum oriatur ex aliqua; quarum tamen nulla de firmamento adſerti noſtri quicquam poteſt detrahere. Liberae enim imperantium uoluntates ſunt, ſummam, quam habent poteſtatem, uel hoc uel alio nomine pro cuiusque arbitratu inſignire. Quorum facta tantum abeſt, ut legem facere aliis poſſint, aut receptae inter gentes conſuetudini contrarias dare rationes: ut potius cauſae occaſionesque euoluendae, quibus a debito ſibi regio titulo, quin eum acciperent, fuerint auocati. Quod ut ordine fiat, principio [ingenium] regendae nationis temporumque rationes pono; quae rerum dominis ſaepius ſuadent, ſuam in populos poteſtatem formularum quibusdam inuolucris atque integumentis inuoluere, uelisque obtendere animos illorum, qui imperii impatientes ſunt (**).

[1] *Propter ingenium populorum temporumque rationes.*

Exemplis [a] Auguſti.

Hac arte animos Romanorum OCTAVIVS praecipue tenuit occupauitque, quod uel triuialem ſtatus Romani ſcientiam habenti nequit eſſe ignotum. Ipſe enim quamuis eandem ubique, imo maiorem longe, quam Romulus aut Tarquinius in populum Romanum ſenatumque poteſtatem haberet: quod tamen ingrata regum regiique ſtatus Romae memoria eſſet, titulos imperii in ipſo imperio ſuſtulit inhibuitque. Hac cauſa *ROMVLVM* ſe dici uetuit, iudicio DIONIS (ffff): *nam etſi Caeſar ualde cupiebat Romulus appellari; tamen ſenſit, ob eam rem ſuſpicionem eſſe, ab ſe regnum affectari. Non igitur amplius nomen uſurpauit.* Neque *DOMINI* uocem in omnium rerum dominio unquam admiſit, SVETONIO (gggg) teſte: *Domini appellationem ut maledictum et opprobrium ſemper exhorruit*, et paulo poſt, *dominum ſe poſt hac appellari ne a liberis quidem aut nepotibus ſuis*, ſenſu ſcilicet ſupra (hhhh) deſcripto, *uel ſerio uel ioco paſſus eſt.* Eidem *DICTATVRAM magna ui offerente* populo, genu nixus, deiecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus A eſt (iiii), fide auctoris modo laudati; quamuis pro ratione in republica ſtabat eius plus quam dictatoria uoluntas (llll). Sed, quod nobis praecipue reſpiciendum, regis nomen neque ipſe neque alii poſt eum imperatores, qui *reges regum* dici merebantur, unquam acceperunt, ne inuidiae pleniſſimam exactorum *regum* memoriam in ciuium animos reuocarent. Fruſtra igitur eſſet, qui per externa haec tegumenta in- B teriorem reipublicae formam aeſtimare uoluerit; quin cum DIONE (mmmm) potius dicendum: *regium nomen non habuit Auguſtus, ſed poteſtatem regiam ſub imperatoris, patris patriae, auguſti aliisque ad modeſtiam efficlis uocibus continuit: ſummatim, dempta nominis acerbitate, regiam obtinuit poteſtatem.* Aut, quae TACITI (nnnn) uerba ſunt: *Sub nomine principis cuncta in imperium recepit. Non regno, neque di-* C *ctatura; ſed principis nomine rempublicam conſtituendo.* Atque eandem hanc priſcae aetatis ſapientiam prudentes rerumpublicarum moderatores ſemper tenuerunt (*). *Caroli* maximi, quinti eius nominis imperatoris, nunc memoria occurrit. Huic enim in animo ſaepius fuit, omnes Belgii prouincias in unius regni formam redigere. H. GROTII uerba ſunt (oooo): *Carolus imperator de uertendo ſtatu, com-* D *ponendisque in regnum ciuitatibus ſerio conſultauit.* Sed qua prudentiae ratione omiſerit hanc curam, *Fam.* STRADA (pppp) exprimit. Scilicet has texiſſe deſtinationes et publicae utilitati remiſiſſe; cum cognitam haberet diſſimilitudinem morum inſtitutorumque, quae in ſingulis prouinciis ualebant. Atque tanti haec momenti eidem uidebantur; ut eius propoſitum, firmandae alioquin Hi- E ſpanicae monarchiae utiliſſimum, ſi aeque promptum effectu ac citra periculum turbarum fuiſſet, omnino impedirent. Ita duobus in locis SCHVRZFLEISCHIVS (qqqq). Cui illud nos iungimus, metuiſſe Carolum, ne iura libertatis, cuius amantiſſimos nouerat Belgas ſuos, iugi uero omnis impatientes, uiolari ſuſpicarentur, legumque patriarum ſepta eo tranſiliri; ſi principis leniſſimum uerbum, cum gra- F uiori regis titulo commutatum, amitterent. Quo iudicii acumine neque mihi erraſſe uidentur Belgae, cauſis, ſi opus fuerit, exponendis inter diſſerendum.

[b] Carol. V in Belgii regno.

(**) Non poſſum, quin ea occaſione, ſummum uirum BOECLERVM commendem, cuius eruditiſſima diſſertatio, de NOTITIA REIPVBLICAE hanc materiam exhauſit. (ffff) *In uita Auguſti p. m.* 60. (gggg) *In Auguſto cap. XX. p.* 201. (hhhh) *diſſert. huius §.* 1. (iiii) SVETONIVS *in Aug. c. XXI. p.* 206. (llll) Hanc autem uim habent Auguſti uocabula, inquit DIO *l. c.* ut ex iis poſſit ſcribere milites; colligere pecuniam; inferre bella; pacem facere; ſenatores morte multare; ferre leges; neque lege ſubiici et quae ſunt generis eiusdem, ut ad abſoluti regni rationem nihil uideamus defuiſſe. (mmmm) DIO NICAEVS *in Auguſto p. m.* 69. qui locus ualde memorabilis, cum ſimulachra titulorum ex arcanis reipublicae rationibus prudenter ibi euoluantur. (nnnn) *Lib.* 1. *annal. cap.* 1. *et* 6. (*) Eandem coniecturas prodidit THEMISTIVS in *orat. X. ad Valentem p.* 417. dum inquit: *Athanaricus Gothorum regis adpellationem repudiat, uſurpat* iudicis. *Tanquam illa quidem* potentiae, *haec uero* ſapientiae *propria.* Adde *Amm.* MARCELLINVM *lib.* 27. (oooo) *In annal. Belg. lib.* 1. *p. m.* 9. idem memorat EIZINGERVS *in prooemium Leon. Belg.* (pppp) *Dec.* 1. *in Bell. Belg. p.* 19. *ſeq.* (qqqq) *In notis ad epiſtol. Belg. ad Philipp. II. lit. f. & in animaduerſ. ad Alb. III. hiſtoriam ſched.* 9.

Ipſorum Belgii ordinum uerba hic recitabimus, quibus haec Hiſpanorum conſilia imperii proceribus in comitiis Spirae habitis. An. 1570. ſupplici; quem exhibuerant libello expoſuerunt. Sic autem ſe habent: *Hiſpani tum ab imperatore Carolo, tum ab eius filio Philippo maximo ſtudio diu contenderunt, ut uniuerſa ea prouincia in unum redacta corpus uniqueleg um ac iudiciorum formae ſubiecta, IN REGNI NOMEN AC TITVLVM erigeretur; et, antiquata magiſtratuum ac legum poteſtate, non aliter, quam bello parta Siciliae ac Neapolis regna, nouis legibus pro arbitrio adminiſtraretur. Sed acerrime reclamarunt ciuitatum ordines et ipſe etiam forſaſſe imperator* et cetera, quae ſequuntur. Quae quoque rationes tantum in animis ſequentium Hiſpaniae regum potuerunt: ut neminem haec conſilia unquam poſtea legamus reſumſiſſe. Quamuis uel ALBERTI potentiam, Belgii intuitu, quod cum uxore Eliſabetha, filia Philippi II. Hiſpaniarum regis, in dotem acceperat, tantam fuiſſe HEVTERVS (rrrr) exiſtimet: *ut dignum habuerit*, qui ſe *REGEM appellaſſet.* Primo itaque genere cauſarum explicato: ad alterum nunc progreſſio facienda: aliquos illorum principum producturi, qui, quamuis ſupremi eſſent ſuae regionis domini, digni propterea titulo atque honore regali: ab eo tamen, uel declinandae inuidiae cauſa; (*) uel ſumptuum parcendorum ergo ſe continere maluerint. Principes ARAVSIONENSES hic mihi primum omnium in exemplum ſumo. His enim ſummum in ſua regione ius poteſtatemque et fuiſſe ſemper et eſſe adhucdum, firmiſſima ſex pluriumque argumentorum concluſione euincerem contra CASSANVM (ssss) atque PYTHOEVM (tttt), falſos regiorum iurium adſertores: niſi materia haec peculiari ſparta, publico clementiſſimi *NVTRITORIS* mei nomine potius occupanda, digna magis uideretur. Id praeterire non debemus, eſſe a nobis, dum in Batauis uerſaremur ibique uiri, inter belgii ordines uere primarii. bibliotheca pateſceret, rariſſimorum Galliae hiſtoricorum, quorum uix nomina crediderim in Germaniam ueniſſe, talia inde ad hoc forum congeſta: ut cum ſcientiſſimo quouis poſtulatorum iurium regis chriſtianiſſimi in principis Auriaci partes diſputare non dubitem. In qua mihi arena eo minus a Gallis metuo: quo magis ſingula fere tela mea e pharetra eorum producta

[1] *Inuidiae impendiique cauſa:*

Exemplis a] Auriaci principis,

A ſcio, ut hoſtes hoſtilibus armis oppugnarem. Siue enim inſtitutionem cogites Auriaci principatus; certum eſt mihi, eius conditori ſummam principio fuiſſe poteſtatem; ſiue regalium titulorumque rationes ſpectes; et pleno iure patet, principes ea omni tempore exercuiſſe: ſiue deinde teſtium cateruas uelis; in promptu non minus ſunt, qui in caſtris Auriacae libertatis candide pugnant: ſiue uſum po-
B ſtea ſummi dominii quaeras; aſt huius tenaciſſimos ſemper Auriacos fuiſſe, in memoria magis erit partis aduerſae: ſiue pactorum etiam tabulas inſpicias; quae certe nunciae huius iuris erunt ſerae etiam poſteritati, et quae ſunt generis eiusdem, quae Auriacos ſeruitute, principes uero turpi uſurpationis nota eximunt, ab obtrectatoribus Gallis manifeſta animi temeritate obiectata. Corroborata a nobis ſin-
C gula haec ſunt potiſſimorum Galliae inprimis ſcriptorum confeſſione, *GILLESII* ſcilicet, *CLAVDII, CHESNEI, CVSETI, GVESNEI, CLAPERII, CATELII, RVBISII, DE MARCA, VENETI, BELLEVREI, NOSTRADAMI, VIGNERII, FAVCHETI, FAVINI, PARADINI, P. IVLIANI, DELBONEI*, pluriumque aliorum: generales enim Gallicorum annalium con-
D ditores hic ſcienter omittimus. Quod cum ita ſit, nullam ſane cauſam uideo, quare Auriaci, *REGIAM* omni tempore in ſubditos poteſtatem exercentes, a *REGALI* nomine abſtinuerint; quam, ne inuidiam ſibi aliorum contraherent, uicinae coronae inprimis, cui indecorum erat, ſummae poteſtatis principem, optimo licet iure munitum, tantum non intra fines imperii ſui ferre. Agnouerunt
E autem uiri aliquot eruditi, regium titulum Auriacis principibus deberi. Inde Belgii oratoribus nihil inſoliti, *regem Auriacum* efferre; et *coronam Auriacam* dixit *Zulichemius* in portento, alibi a nobis deſcripto (uuuu); quid? quod numiſmata uiderim, in Arauſionenſium inaugurationibus excuſa, ubi caput inaugurandorum principum regia eſt corona redimitum. Sed etiam ſumtuum parcendorum ergo
F hunc forte honorem recuſarunt *AVRIACI.* Supra de horum nimietate eſt actum (xxxx). BOECLERI, ſummi uiri, nunc locus occurrit (yyyy), ubi ait: *poſtea*, de ſimplici priſcorum regum ſtatu dixerat, *cum magnitudine imperii*, nam a ſummis imperiis regii moris exempla in cetera produntur, *adoleſcit cura magnificentiae et oſtentandae maieſtatis, quae ab aulae cultoribus*

[rrrr] *In dedicatoria libri de ueterum ac ſui ſeculi Belgio p. 5.* (*) Inprimis exemplum huc pertinet *Caroli Conſtantini* Burgundiae domini, qui ideo reſpuit contempſitque *regiam titulum* ſeque *ducem* Viennae adpellari noluit, quoniam regni fines tutor eius minuerat, ut praeter Viennam parum ei ſupereſſet. Teſtis ſit P. HEVTERVS *lib. I. rer. Burg. p. 5.* [ssss] *Lib. II. cap. ult. en Recherche des droits du Roy de France* [tttt] in ſimili ſcripto *lib. V. c. 19.* [uuuu] *In diſſertat. de princip. Auriac. cap III. §. 4.* [xxxx] In *paragr. III.* [yyyy] *De auſpic. reg. C. III.*

toribus et per horum exempla, ab aliis ſubinde intenditur: donec latius ſparſa, cum cetero paratu principatus, titulorum congeries, ne a prudentibus quidem amplius repudiatur. Equidem de Auriacis ita cenſeo, quod, ſi *Cabilonenſia* omnia et *Bauſciania*, quae principatui Arauſionenſi ölim per connubia aliquot innexa fuerant, poſſiderent adhucdum, parum certe abeſſet, quin regios ſumtus ferrent. Latiſſime enim hae quondam regiones per Burgundiam Prouinciamque ſe extenderunt: quae poſtea Auriacis, uario praetextus genere, partim ſunt erepta. Vt adeo inter anguſtos ſeptem circiter miliarium fines ditió horum principum ſubſiſtat; neque uiginti aureorum millia, quantum annui eius reditus eſſe creduntur, regium dabunt apparatum. Superſunt praeter hos aliorum quoque principum exempla, qui ex iisdem cauſis regium titulum declinarunt. *BRITANNIA* in his, Galliae prouincia, quamuis de regno olim Galliae non eſſet, rem hanc egregie illuſtrat. Confecerunt ex inſtituto eius hiſtoriae annales ARGENTERIVS (zzzz), et BOVCHARDVS (a*); unde argumenti fides plenius haurienda. Habuit enim *BRITANNIA*, quamuis *minor* audiret, ſuos aeque ac *maior* illa, quam Angliam nunc dicimus, *REGES*. Qui factum ergo poſtea ſit, ut regium diadema gerere, quandoque intermiſerint, alio autem tempore tulerint rurſus, bene intueri, noſtra omnino refert. Scilicet uiribus, per funeſta Chilperici, Dagoberti, regum Francorum bella aliquantum attritis, tremefactus quodammodo fuit Armoricorum *REGVM* titulus; unde etiam nonniſi per interualla quaedam, prout nempe Gallorum fortuna eos uel in metu alicuius impetus ponebat, uel ab eodem liberabat, *REGALI* nomine uſos fuiſſe, reperimus. Cuius certe honoris neque *Carolingorum* temporibus, qui illis iugum aliquoties iniecerant, fuerunt obliti prorſus: cum exempla *REGII* nominis, poſtea etiam ab illis adhibiti, in hiſtoria ſuperſint. Tandem uero ad ſummas anguſtias a uicinis Gallis redacti; non tanti honorem habuerunt *regalem*, ut, eius uſu, praepotentem hoſtem ad iram prouocarent. (†) Regalia tamen maiora quaeque exercuerunt, iura ſcilicet erigendi epiſcopatus (b*); cudendi monetas (c*); ſe *DEI GRATIA*

b) Ducatu Britanniae minoris,

A ſcribendi, ceteraque, ut adeo nihil eis praeter nomen *regium* uideatur defuiſſe. Manſit quoque Britanniae rectoribus ſtabilis ac certa horum iurium poſſeſſio, quos An. Chr. 1464. contra uiolentiam Gallorum ea legimus defendiſſe. BELCARII uerba huc tranſcribemus, quae (d*) hanc hiſtoriam referunt: *miſit*, de Galliae rege auctor dixerat, *ad Britannum; quae legatio praecipua quatuor capita continebat. Primum* B *ne Britanniae regulus*, hoc eum nomine Gallicus ſcriptor digniorem habet, quam ut uocabulo tantum ducis appellaret, *in publicis diplomatis ea uerba praefigeret, quae hactenus uſurpauerat. FRANCISCVS DEI GRATIA BRITANNIAE DVX; quod hiſce uerbis ſe regis beneficiarium tacite inficiari uideretur; tum ne is aureae monetae, inpoſterum cudendae ius ſibi uindicaret; tertio regem conſtituiſſe, ut dein-* C *ceps in tota Britannia tributum cogeretur; poſtremo poſtulare, ut ſacerdotia omnia Britanniae non amplius Britannum; ſed ipſum adeo regem agnoſcerent.* Quod impudens et intolerabile poſtulatum *Britanniae duci* uiſum eſt. Cui is neque morem geſſit; ne hoc regiae dignitatis, quam olim manifeſto iure habuerat, monimento perdito, omnis etiam priſtinae in Britannia *coronae* memoria deleretur. Imo quam- D uis poſtea ſub *Ludouico XII. rege* matrimonii iure Britannia omnis Galliae acceſſiſſet: aegre tamen tulere proceres Britanniae, eandem Gallico regno prorſus innecti; ſed, ad *priſci diadematis* recordationem honoremque, id uoluerunt, ut regius filius, princeps iuuentutis, *Britannici reguli* titulo appellaretur (e*). Summos nunc aliarum etiam regionum dominatus huc referre poſſem, qui *regium* titulum declinarunt, E niſi et ſufficerent haec, et alio uocaret ratio inſtituti. Binis tamen uerbis tangere liceat, quorum memoria haec ſcribenti occurrit. De agro *DOMBENSI*, qui per Lugdunenſem olim prouinciam uicinasque regiones patuit, quod ſupremam eius poſſeſſores poteſtatem habuerint, agit CHOPPINVS (f*) ad fidem actuum publicorum. Qui idem, alio quamuis loco (g*), plures Galliae principatus enumerat, quo- F rum aliquos huc poſſumus referre. Super *BVLLIONENSI* ducatu inter Leodienſes antiſtites et regulos Sedanenſes per duo fere ſecula agitatae lites ſunt; quae ex ACTIBVS *pacis Nouiomagenſis* (h*) diſci poſſunt,

(c) *Principum Dombenſium.*

(d) *Ducatus Bullionenſ.*

(zzzz) *L' hiſtoire de Bretagne, des Roys, Comtes et Princes d' icelle: l' eſtabliſſement du Royaume, mutation de ce titre en Duché etc. par noble homme, Meſſire* Bertrand d' ARGENTRE, *ſieur de Gaſne etc. A. 1618. f. Pariſ.* (a*) *Les Chroniques annales des pays de Bretagne par* ALAIN BOVCHARD *A.* 1531. *Pariſ. f.* (†) Aliam cauſam habet *Ren.* CHOPPINVS *lib. III. de doman. cap. 1. p.* 149. Nam an. 878. *Britanniae* minoris dominos ideo *regale* nomen depoſuiſſe; quod uſu gentium didicerint, *ſoueraineitatis* id eſt ſupremi dominici iura aeque ſeruari et exerceri poſſe ſub nomine *ducis*, illud quidem eſt, quod ille perhibet. (b*) ALTESERRA *de comit. prouinc. lib. I. c.* 14. (c*) BODINVS *lib. I. de rep.* 10. (d*) *lib. I. commentar. rerum Gallic. p. 9. §.* 14. (e*) Docente id ipſum, in alio quamuis loco, *Franc.* BELCARIO *lib. XX. rer. Gallic. §. 44. p.* 638. (f*) *Lib. II. de Dom. Franc. p.* 257. (g*) *Lib. III. tit. 6. p.* 386. (h*) *Tom. III. p.* 305. 400. 501. *et* 534. In Riſuicenſi etiam pactione de iure Leodienſ. in Bullion. ducatum, liber peculiaris pacificatoribus oblatus eſt.

poſſunt, a nobis autem alibi (i*) ex inſtituto euoluentur: utrique tamen controuertentium parti fere in eo conuenit, ut ſummi iuris habeat principatum. In quem licet imperii iura neque mihi ignota ſint, deſidiam tamen ciuium noſtrorum mereri exiſtimant, ut eodem prorſus mulctentur. Aeternum enim Germanicae nationis probrum eſt, quod, cum matricula *Bullieni forte ducatus* admoneret, eius tanta apud omnes inſcitia fuerit, ut eundem in Polonia quaeſiuerint, teſte ignauiae huius GOLDASTO (l*). Habeo, inquit, *nonnullas fiſcalium caeſareorum relationes, deputatis moderatoribus exhibitas, in quibus negant, ſe ſcire, ubi ſitus ſit ille ducatus von der Maaß, niſi ſit Maſouia in Polonia*, riſum teneatis! *quorum coniectura adeo placuit domino Geizkoſtero, ut regem Poloniae, eius ducatus nomine, pro ſubſidio Turcico compellauerit. Sed poſtea a me admonitus et edoctus*, Bullioneum ſcilicet ducatum intelligi, *errorem ſuum prudenter agnouit.* Sedanenſes reguli, quos ducatum poſſidere diximus, praeter eum Sedanumque, alia quoque eodem iuris faſtigio poſſident *Iamets, Raucort, Florenges, Floranuille, Meſſancourt, Loguue, et le Sauley*, loca a CHOPPINO (m*) ſignata. *NEOCOMENSIS* in Heluetiae confiniis ſitus comitatus ſeptendecim habere praefecturas dicitur, quas recenſet WAGNERVS (n*) *1. Neufchaſtel 2. Vallis Angina (Vallengin.) 3. Thielle 4. Landeron. 5. la Coſte 6. Bouldry. 7. Cartaillod 8. Bauaix 9. Callombier. 10. St. Aubin. 11. Rodiefort. 12. Vaulx Marcus et Trauers 13. Moſtier. 14. les Verrieres 15. la Breuine. 16. la Sagne 17. la Chaudefond.* Facile ergo illis aſſentior, qui duobus maximis orbe comitatibus (o*) hunc tertium, praeter conſuetudinem, adiiciunt: cum illis utique conferendum. Imo praeferendum quodammodo, cum ſummi iuris factum ab imperiique ac Burgundiae nexu ſolutum habeant SIMLERVS (p*), STVMPFIVS (q*) GVILLIMANNVS (r*) ſcriptores Heluetici. Quae uero mihi circa locum GOLDASTI (s*) mens ſit: alibi (t*) exponam. Diſſerendo autem, ſi opus ſit, tuebor; me non fruſtra Neocomenſem prouinciam in hunc cenſum retuliſſe (u*). Tantum certe abeſt, ut alius principis an. CIↃ IↃ CXCIX. ſibi reſpiciendam ſententiam crediderint Neocomenſes; cum de iure in comitatum inter Condium foeminamq; principem Nemurenſem controuerſiae agitarentur, ut potius de fori alieni inſolentia fuerint uehementer conqueſti. Et ne de principatibus tantum dicam, non ignotum eſt, ipſos etiam reges regio quandoque nomine ex iiſdem cauſis abſtinuiſſe: quorum tamen conſilia tantum abeſt, ut ſucceſſoribus leges dederint, ut certum potius ſit, in arbitratu cuiusuis idem poſitum fuiſſe. Sic *Bergerum*, Sueciae olim monarcham, ducis nomine contentum, regium recuſaſſe, KRANTIVS (x*) auctor eſt. Cuius de eodem facto iudicium apprime huc facit; quando inquit: *nihil intereſt, uocabulo REX, an DVX, quis cenſeatur, dum eodem iure et imperio omnium rerum poteſtatem teneat.* Sic Stenonem ea lege ſucceſſorem in eodem Sueciae regno deſignatum fuiſſe, ut *REGIS nomen, ceu ea tempeſtate inuidioſum, omitteret, uim tamen imperii uſurparet*, LOCCENIVS (x**) ſcribit. De *REGII* nominis titulo ſaepius in *Bohemia* interrupto, ſucceſſoribus ad antiquam ducis appellationem ſemper redeuntibus, operoſe diſquirit GOLDASTVS (x***). Mihi inter ceteris BOREGKII (x****) ſententia probatur, ſumtuum parcendorum ergo, uiribus forte regni aut camerae rationibus exhauſtis, regalem dignitatem omiſſam, diuerſis temporum caſibus, iudicantis. Sed exempla haec illorum ſufficiant, qui amouendae inuidiae ergo, aut quod eodem fere recidit, regium diadema propterea euitarunt; ne poſtulatum contra ſe iurium potentiores uicinos hoc ipſo admonerent, concitarentque: nunc uero ad illos faciendum iter, quorum auſteri atque horriduli mores non uidentur permiſiſſe, ut regiae dignitatis culturam ſequerentur. E pluribus in conſpectu ponemus initium monarchiae Lithuanorum. Ea enim gens cum neque legibus, neque magiſtratibus, neque ullo alio neceſſitudinis uinculo cohaereret; ſed animis, ſedibus ſtudiisque, ut ſylua, paſcua, fons placuit, gregatim diſiuncta, licenter ageret: auſus eſt tandem *VEIDEWVTAS*, aetate grandis, familia copioſus, tribu Alanus, de republica ſub commune caput redigenda ad multitudinem loqui: *niſi*, inquit, *apibus ipſis ſtultiores eſſetis; res, de qua agendum nunc eſt, pridem concordiam apud uos habuiſſet. Nam quibus res familiaris inter manus eſt, probe ſcitis, tanto apum examini unicum REGEM praeeſſe; penes quem ſint imperia: reliquis obſequendo intentis. Renunciate erga et uos unum principem, cuius imperio libertas ueſtra permittatur.* Ille,

[e] *Neocomenſis Princ.*

[f] *Suec. Reg.*

[g] *Bohem. reg.*

[1] *Propter barbarum regiae culturae neglectum.*

Exemplo Lithuanor.

(i*) In commentar. quem ſub manibus habemus ad formulam pacificatoriam Riſuicenſem: ex inſtituto deinde in ſyſtemate praetenſionum, quod meditamur. (l*) *De regno Bohem. lib. IV. c. 8. p. m.* 475. Addatur de eodem ſummi iuris ducatu CHOPPINVS, *l. c. lib.* III. *tit. 9. p.* 438. (m*) *Lib. I. de doman. Franc. tit. 2. p.* 115. (n*) *In Mercurio Heluet. p. m.* 26. (o*) Flandriae Tirolique haec nomina eſſe, nemini forte ignotum. (p*) *Lib. I. de rep. Helu. p.* 235. (q*) *Lib. IV. chron. Helu. p.* 301. (r*) *In Heluet. p.* 30. (s*) *Lib. IV c. 8 p. 475. de regn. Bohem* (t*) *In paragr. XXXIX. artic. pac. Riſuicenſ.* (u*) *Legatur huc etiam* ZEILERVS *P. I. Itin. c.* 11. GRASSERVS *Tom. I lib. I. p. m.* 59. LAZIVS *lib. XI. de migrat. gent. p.* 623. (x*) *Lib. V. Suec. c.* 23. (x**) *Lib. hiſtor. Suec. p. m.* 157. (x***) *Lib. III. de regno Bohem. c.* 10. *p.* 337. (x****) *In chronic. Bohem. Part. I. p.* 171.

Digitized by Google

Ille, nota regaliorum uſum, *de controuerſiis decernat, iniurias caedesque arceat, fas ac iuſtum tueatur, ſecuritati publicae prouideat. Quod, ut recte atque ex officio exequi poſſit, uitae mortisque ius ei in omnes cum plena poteſtate eſto.* Quid ad haec circumſtans orantem populus? Ita hiſtoria fert: *comitii totius, in ea, quae ſuaſerat Veidewutas, conſentientis, uox unica erat: NVM VEIDEWVTAS IPSE VELLET ESSE BOIOTERAS, nimirum apum rex?* Sed quorſum nunc ille propendit? Loquitur KOIALOVICZIVS (x*), quem et hactenus audiuimus ea in re: *neque ille Veidewutas noui regni onus detrectare poterat.* Qui demum conſilii euentus? etiam hoc dicit; *Veidewuta integris comitiis, ſummo conſenſu, primus Pruſſorum atque Alanorum, qui poſtea Lithuani dicti ſunt, princeps eſt renunciatus.*

A. C. 390.

Sine igitur gentem cogites, quae imperio unius erat ſubiecta; ſiue denique obſequentium aeſtimes multitudinem, qui ne uniusquidem gentis complexu tenebatur: nihil certe offendemus, ad iuſtam *REGNI* formam Lithuanis tum defuiſſe. Qui ergo accidiſſe dicemus? quod a regio nihilominus uerbo abſtinuerint. Non enim alio, quam *DVCIS* titulo, ſuum principem appellarunt. Imo, quod magis eſt, cum ulterius deinceps Lithuaniae fines proferrent, ut de honorificentiori rectoris ſui nomine cogitarent, id ad ſummi decoris faſtigium eis pertinere uidebatur; *MAGNI DVCIS* uocaculis eundem poſthac inſignire (x*) excitata quamuis inſolentia tituli acri inuidia gentium uicinarum.

A. C. 1249.

Quid? quod cum paulo poſt *MENDOGVS*, M. Lithuaniae dux, foedus cum Liuoniae magiſtro ea conditione pepigiſſet; *ut chriſtianorum ſacris ſe addiceret: pontifex autem Romanus regios titulos ipſi tribueret:* factum quidem eſt, ut *MAGNVS DVX* chriſtiana ſacra palam ſuſciperet; *miſſique Romam legati cum regiis titulis ac diademate, a liberali Innocentii IV. pontificis manu datis, redirent, ipſe deinceps ab archiepiſcopo Rigenſi in campis Nouogrodenſibus ſolennibus ceremoniis in nouum regem inauguraretur.* Verum enimuero cum haec ſacra iterum eierarent poſt, tantum abeſt ut regium honorem retinuerint Lithuani, ut potius *MAGNI DVCIS* nomine reuocato, hoc idem deinde, quamuis denuo chriſtiani facti, nunquam amplius cum alio ullo legantur commutaſſe. Quid ergo demum in cauſa ponendum regii tituli ab hac gente ultro neglecti? Inertiam illius ignauiamque ego hic poſtulo. Cum enim diadematis, purpurae, ſceptri, olei, conſecrationis ac reliquorum apparatuum, inſueti imperitique eſſent; regios etiam titulos, quos eius generis ceremoniis abſolui putarant, credibile eſt propterea omiſiſſe. Qua argumenti ratione FREDROI (z*) ſententia laudanda, qui enumeratas modo regiae dignitatis partes ad gentium humanitatem non dubitat referre.

Reſtaret ultima nunc ratio nominis regalis dominatibus olim negati; quam uero alio (a**) loco commodius pleniorique apparatu tractabimus; duobus tamen uerbis etiam hic attingenda. Scilicet temporum ſuperſtitio occupauerat animos multorum; ut dominatus, ethnicae religioni addictos, *REGIS REGNIQVE* titulis indignos eſſe, perhiberent. Diſcutiemus errorem loco modo citato; id tamen, ne memoria excidat, hic praeterire non poſſumus: ſuperiori ſeculo adhuc Poloniae proceres conſilia habuiſſe; principibus, quia chriſtianorum ſacris non eſſent addicti, regios honores negandi. *Sane Poloni*, inquit ſcriptor ANONYMVS (b**), *hoc in primis argumento, quia et barbari Tartarorum principes ita uocarentur Zari, titulum, quem dare Moſcho nolebant, A. 1551. diſſuadere ſunt annisi. Aiebantque, ſe contra dignitatem chriſtiani nominis facturos, ſi communes illi cum barbaris honores detulerint.* Quo errore quamuis maximam ethnicarum regionum moderatoribus iniuriam fecerint chriſtiani, cuius iniquitatis diuinus ille gentium doctor Paulus eos arguerit, qui regentium maieſtatem non a religionis conditione aeſtimauit: quibusdam tamen ethnicis haec impoſuit, ut regii honoris cum chriſtiana religione arctiſſimam coniunctionem eſſe ipſi crederent, qua eierata, iſte etiam admitteretur. Rem hanc ſupra allatum M. Litthuaniae ducis exemplum manifeſtam reddit; qui ritibus chriſtianae religionis ut ſe regem factum crediderat: ſic maiori paulo ſuperſtitione, cum ea regiam quoque dignitatem ſibi uiſus eſt iterum perdidiſſe.

(4) *Propter ethnicas religionis uſus.*

§. VIII. Ad pontificum decreta aut falſos potius eorum interpretes nunc dirigenda oratio: cum horum auctoritate in quouis regno, unus rex; undecim ciuitates; undecim duces; atque totidem epiſcopi et unus archiepiſcopus requiri uideatur. Verba *PELAGII* II. in hunc ſenſum torquent, quae haec ſunt (c**): *ſciuote, certam prouinciam eſſe, quae habet decem aut undecim ciuitates, et unum regem, et totidem minores poteſtates*, quas duces interpretantur, *et unum metropolitanum aliosque ſuffraganeos decem aut undecim epiſcopos iudices.* Vetus gloſſa ad hunc canonem ita habet; *docet*

An regale uerbum ad dictorum decreta aſtringendum?

(x*) *Albert* WIIVK KOIALOWICZ *Part. I. hiſt. Lithuan. lib. I. p. m.* 15. 17. (y*) *Kuialowicz lib. IV.* 83. 84. (z*) ANDREAS MAXIM. FREDRO Podoliae palatinus *in fragment. politic. p. m.* 151. (a**) infra ſcilicet, de iure pontificis circa appellandos reges ex inſtituto dicturi. (b**) ANONYMVS *de rebus Moſcouiticis* nuperrime editus Patau. 160. *lib.* 2. *cap.* 2. *p.* 89. (c**) C. *ſciatote.* 6. *q.* 3.

Digitized by Google

cet hic Pelagius, quaenam dicatur certa provincia. Neque aliter famoſiſſimus ille iuris monarcha, cardinalis HOSTIENSIS (d**) canonem accipit, qui forte primus fuit, qui regna, hiſce poſtulatis non inſtructa, minus proprie regna ſalutari, auſus eſt aſſeuerare. Cuius auctoritatem, quae magna ſemper fuit, alios deinde in eundem errorem induxiſſe, mirum non eſt. Agit enim citato loco de Bohemiae rege; huncque regium titulum in ſenſu minus proprio uſurpare, ita oſtendere uult; dum inquit: *Olim dux, hodie regis Bohemiae, et tamen non habet, niſi unum epiſcopum Pragenſem. Vnde poteſt dici rex ſine regno: quia caret prouincia competenti, ut patet VI. q. 3: ſcitote. Abundat tamen in reditibus et militibus ſtrenuis, plusquam aliqui reges alii, qui pluribus ciuitatibus dominantur. Ergo corporis uires contemnere noli.* Ipſa uerba cardinalis ad eundem locum abbas repetit PANORMITANVS (e**): quae ex eodem iterum tranſcribunt LANCELLOTVS (f**) et Iohannes baptiſta CASTELLIONEVS (g**): ut mirer, ſcribere ſummum uirum GOLDASTVM (h**), Hoſtienſi aliam de regno Bohemiae mentem fuiſſe, certo iudicio, eum loca Hoſtienſis nunquam euoluiſſe. Qui idem tamen, his doctorum poſtulatis ad noſtram quoque mentem obuiam it, dum ita ſcribit; *recte hi interpretes redarguuntur: quum non in ditionum, prouinciarum et regnorum multitudine; non terrarum ambitu, uera maieſtas contineatur, neque inde praecedentiae praerogatiua neceſſario deducatur; nec ſpatiis etiam externae magnitudinis regnum ſit metiendum; nec denique a potentiae conſideratione dignitatis praerogatiua dependeat.* Quod idem de regia dignitate iudicium alibi (i**) quoque habet: auctoritate inſignium politicorum GOTHOFREDI (l**) KIRCHNERI (m**) ARVMAEI (n**) aliorumque, quos ſupra (o**) laudauimus, corroboratum. Verum enim uero redarguendi eundem pontificiorum errorem aliae aeque faciliores uiae ſunt. Primum enim canonis allegati contextus docet; nihil hic pontificem praecepiſſe de regni forma: ſed retuliſſe tantum eccleſiaſtici fori rationes, quae in prouincia, in tot ditiones prolata, debeant obſeruari. Scholae dicerent, non diſpoſitiue: ſed relatiue canonem intelligendum. Deinde nulla unquam inter gentes quoque chriſtianas canonis huius fuit

A obſeruatio. Quod Nauarrae, Portugalliae, Algarbiae, et decem alia regna, quibus ſupra poſita requiſita non fuerunt, poſſunt docere. Quid? quod ipſum pontificem Lithuaniae duci regiam miſiſſe coronam uiderimus; quamuis ne unico Lithuaniam epiſcopatu inſtructam nollet. Et ſi tale etiam praeceptum eſſet pontificis; quis quae logentium iura a papali canone unquam crediderit pependiſſe? E-
B iuſdem potius opinio haec pretii, ac illa uidetur *Petri* PITHAEI (p**), quem iuſtum ducatum undecim aut duodecim comitatibus inſtructum uoluiſſe, legimus: cum tamen ex omni fere aetate contrarium probet ALTESERRA (q**). Quod ipſum etiam in regnorum menſura *Guido de* BAYSO (r**) ſtatuit: *quaedam prouinciae,* ait, *plures epiſcopatus, quaedam pauciores habent.* Quae eadem quoque uerba BEL-
C LEMERAE (s**) ſunt, cuius ſententia, regnum ſcilicet hoc epiſcopatuum numero non includendum, omnino hic ſtandum eſſe arbitramur. Vt adeo CABOTIVS (t**) LANSIVS (u**) CASSANVS (x**) CHIFLETIVS (y**) et qui alii ſunt, idem hodie fruſtra attendere uideantur. Neque illorum nos hic mouet auctoritas, qui codice ſacro, ad eandem ſententiam adſtruendam, inepte abutuntur. Ait *Iohan.*
D *de* TVRRE CREMATA (z**): *ſtatutum fuit ſatis conuenienter, ut quodque regnum haberet X. uel undecim epiſcopos et unum metropolitanum: ad repraeſentandum numerum XII. apoſtolorum. Vt ſciant ipſi ſe conſtitutos iudices loco apoſtolorum; quibus ſaluator ait: uos ſedebitis ſuper ſedes XII. iudicantes XII. tribus Iſrael.* Ceterum mihi explicatio haec inuentum ambitioſi cleri uidetur: qui regibus perſuadere uoluit,
E naturam regni eſſe, tot faſtuoſos ſacerdotes alere. Neq; maioris pretii argumentum illorum eſt, qui Salomonis (a†) regum ſapientiſſimi uerba in hunc ſenſum detorquent. Quodque impium nobis ſilentio potius dignum uidetur.

§. IX. Satis igitur prolixe, quod hanc materiam nemo ex dignitate euoluiſſe uideatur, demonſtratum eſt hactenus; regem appellari poſſe, qui ſummam in ſubditos
F ſuos habeat poteſtatem: altera nunc quaeſtio ſoluenda reſtat; quid de illis regibus ſentiendum, qui alios reges ſuperiores aliqua ratione obſeruant. Repperimus enim in hiſtoria principes, qui *reges regum* in publicis reſcriptis ſe dixerunt, quod alios ipſi

An regiae dignitati deſit, alii ſubeſſe?

Reges regum dicti.

(d**) In *commentario ad cap. conſtitutis* 2. (non ut Goldaſtus et alii ex eo citant conſtitutus) *X. de teſt: et atteſt. p. m.* 328. *edit. Argen.* 1512. (e**) *Volum. II. oper. p.* 86. *edit. Lugd.* 1578. (f**) *In templo omn. iud. lib. I. c. 2. n.* 17. (g**) *in c. ſcitote c.* 6. *Q.* 3. (h**) *lib.* III. *de regno Bohem. c.* 13. *p.* 36. (i**) *Libro I. de maioratu c.* 17. *n.* 5. Exemplar nos huius libri poſſidemus, notis Mſc. ab Engelbrechto, auctoris aduerſario, uaſtigatum. (l**) *Annotat. ſur l' hiſtoire de Charles VI. p.* 590. (m**) *de republ. diſput.* III. *theſ.* 5. (n**) *Iur. publ. diſc. I. n.* 20. (o**) *cap. I. §. V.* (p**) *Lib. I. aduerſ. ſubſ. c.* 8. *p.* 34. (q**) *Lib. II. de comit. prouinc. c.* 9. (r**) *In c. ſcitote c. VI. Q.* III. *p.* 178. *edit. Lugd. A.* 1534. *f.* (s**) AEGID. BELLEM. *in comment. cap. conſtitutis* 2. *X. de teſtib. et atteſtat.* (t**) *diſp. iur. lib. I. c.* 12. (u**) *de leg. reg. concluſ.* 52. (x**) *En ſon recherch. lib. II. c.* 12. *p.* 120. (y**) *In Vindic. Hiſp. cap. XIV. p.* 130. cuius ſententia ſapere quaternionem uidetur, errorem in iure pridem exploſum. (z**) *Ad c. ſcitote c. VI. q.* 3. *Part. I. p.* 141. *edit. Lugd.* 1555. *f.* (a†) *Prouerb. c. XIV. uerſ.* 28.

CAP. I.

a) Parthorum ſea

ipſi reges ſub dominio ſuo haberent. De A *Parthorum* imperio traditum eſt, rectores eius *REGIS REGVM* titulos affectaſſe. Teſtes rei ſunt DIO (b†), SVETONIVS (c†), PLVTARCHVS (d†) aliique. Imo Perſarum regibus fere ſolenne fuit, his ipſis nominibus uti. Exempla habemus in MARCELLINO (e†), Iulio CAPITOLINO (f†) et alibi, illis inprimis, qui Cyri R. mentionem faciunt, quem conſtat *REGIS REGVM* titulos etiam in tumulo ſeruaſſe, auctoribus STRA- B BONE (g†), PLVTARCHO (h†) aliisque. Vt taceam *Aſſyrios*, *Aegyptiacos*, atque plures, quos legimus, pro temporum ac fortunae ratione, *regis regum* nomina quandoque adhibuiſſe. Ita ſingulare eſt, quod continuator MATTHAEI *Pariſienſis* (i†) ſcribit: *dominus rex Francorum, qui terreſtrium REX REGVM eſt, tum propter eius coeleſtem inunctionem, cum propter ſui poteſtatem & militiae eminentiam.* Eundem titulum C Hiſpanis etiam dant Reges Aethiopiae (††): ob uictoriamque contra Galliae regem reportatam, Angliae R. tribuit HVNTINDONIENSIS (l†), dum ait:

b) Perſarum Reges,

c) Aſſyriae,

d) Aegypti;

e) Galliae,

f) Hiſpaniae,

g) Angliae.

Henricus REGVM REX & decus abſtulit altos
Francigenis animos.

Ex quibus omnibus tamen illi nobis hic attendi tantum merentur, qui eo reſpectu, quod & alios ſub ſe reges habuerint, *RE-* D *GES REGVM* ſunt ſalutati. Qua ratione titulum hunc potiori forte iure nemo dici poſſet adhibuiſſe: quam Reipublicae olim Romanae moderatores, in cuius ampliſſimi corporis compage plures reges, ut membra fuiſſe, in hiſtoria reperimus. Exemplorum argumenta *Aegypti, Iudaeae, Cappadociae, Armeniae, Graeciae, Mauritaniae, Numidiae,* & plures in magna *Britannia* reges dabunt: qui omnes regia diade- E mata geſſerunt; quamuis Romano imperio ſubeſſent. Et licet horum regnorum alia Romani deleuerint, alia uero ſe auulſerint ab iisdem atque in libertatem uindicauerint, ut nulli fere Romano imperio addicti reges ſupereſſent: tamen Germanici etiam ſanguinis Imperatores ad dignitatem imperii ſui non minus pertinere crediderunt, alios quosdam reges nexu, quo poſſent, cum imperio ſuo coniungere. Inde eſt, F ut hoc cenſu *Bohemiam, Hungariam, Poloniam, Daniamque* habeant, publicorum Germaniae iurium adſertores: qui uideut, parum ſolidi habere ueterum ICtorum placita, qui *Britanniae, Galliae*, atque *Hiſpaniae* regna, quod olim Romanae ditionis

Caeſares Rom. nomen hoc meruiſſe.

A fuerint, noſtris imperatoribus hodienum iudicarunt eſſe ſubiecta. Fuit etiam opinio quorundam, imperatoris hoc primarium requiſitum eſſe, *aliis regibus imperare:* quo eos excidiſſe, ne aliquis obiiceret; tanta ſolicitudine hanc materiam eos exiſtimauerim tractauiſſe. Sed cum exinde Hiſpaniae, plurium regnorum regem, imperatoris titulo non minus dignum haberent alii (m†); illud reſponderunt; non re- B gnis, ſed regibus imperare faſtigii demum imperialis eſſe. Quamuis uero exinde luculenter ſatis pateat, *regali* nomine inter gentes dignos habitos fuiſſe, qui imperio aliorum fuerint ſubiecti: cauſarum tamen, quare alii *regis regum* titulos uſurparint, magna eſt diuerſitas; quas inuicem diſtinguere, ratio poſtulat inſtituti.

§. IX.

§. X. Sunt enim primo, qui *REGES RE-GVM* dici uoluerunt, quod ſibi *digniores* C aliis regibus uiderentur. Quorſum refero illud, quod *CONTINVATOR* Matthaei, ſupra nobis citatus, de Galliae rege habet; *quod dominus rex Francorum, terreſtrium REX REGVM ſit.* Omnium enim in Chriſtiano orbe regum digniſſima excellentiſſimaque nomina regem Franciae mereri, *Ioh.* FERALDVS (n†) adſtruere conatur. Eiusdem etiam pretii argumenta *Marcus Anton.* DOMINICVS et BLONDELLVS D habent, quibus *Ioh.* BODINVS (o†) uidetur praeluſiſſe. Sed aliquid de noſtro indicio hic addere, opus non eſt, cum VASQVII, VALDESII, CHIFLETII aliorumque ſcripta hanc arenam occupauerint. Alii deinde *regis regum* nomina adſumpſerunt, ut in memoriam reuocarent priſtinam regni ſui magnitudinem. Eiusdem cauſae exemplo Cleopatra ſuperbo *reginae regum* nomine decorata, & matris reginae filius, E Caeſarius, a Caeſare genitus, *rex regum* eſt renunciatus, teſte DIONE (p†), quamuis terminorum Aegyptiaci regni non eadem, ac olim fuiſſet amplitudo. Antiquos enim Aegypti rectores *reges regum* adpellatos fuiſſe, ob amplitudinem imperii, DIODORVS (q†) et PLINIVS (r†) auctores ſunt. Neque deſunt, qui ob potentiae robur ac uirium rationes *regis regum* honores ſibi uindicarunt. Qua cauſa uenit, ut his alii deinde F eiusdem aut maioris potentiae principes *regis regum* nomina tribuere recuſarint (s†): aut qui alias apud minores principes ſe *reges regum* ſcribunt; a ſuperbo hoc nomine, ſi ipſis cum potentioribus res eſt, modeſtiae ergo, abſtineant. Id quod uir illuſtris, LVDOLFVS (t†), de Aethiopiae re-

Cauſae titulorum REGVM quae?

a) dignitas,

b) magnitudo regni,

c) potentiae robur,

C gibus

(b†) *In uit. Aug. et Veſpaſ.* (c†) *In uita Calig. c. 5.* (d†) *In uita Pompeii*, quem dicit, Parth. regi, REGIS REGVM titulos dare noluiſſe. (e†) *Lib. XVII p. 360.* (f†) *p. m. 367.* (g†) *Lib. 15. Geogr. p 481.* (h†) *In uit. Alex. p. 703.* (i†) *p. m. 781.* (††) LVDOLFVS *Comment. ad hiſt. Aethiop. lib. II. n. 12.* (l†) *Lib. VII. hiſt. Angl. p. 603.* (m†) *Annales* WAVERLEIENSES *ad an. 1154.* conf. *Puſendorf. illuſtratus c. II. p. 279.* et VALDESIVS *c. XVIII. §. 31. dign. Hiſp.* (n†) *In tractatu de priuileg. R. Francor. §. 6. p. m. 4.* (o†) *Lib. I. cap. 9. de rep. p. 230.* (p†) *In uita Auguſti. p. m. 51.* (q†) *Lib. III. biblioth. c. 1.* (r†) *Lib. XXX. hiſt. nat. c. 1.* (s†) Pompeii exemplum ſupra adduximus, Sed non alia etiam cauſa Lucullum Mithridati regis regum nomina dare, omiſiſſe, quod MEMNON apud PHOTIVM *c. XLVIII. p. 74.* aduertit, ego crediderim, quam quod potentiae illius noluerit quidquam concedere. (t†) *Hiſt. Aethiop. num. 105.*

Digitized by Google

CAP. I.

gibus aſſerit; quod ipſi, quando ad Hiſpaniae reges ſcribant, aut *regis regum* ſolennibus alias in regno ſuo uocabulis abſtineant; aut eadem etiam tribuant regibus Hiſpaniae. Vt adeo hoc ſenſu *magni regis* et *regis regum* titulos, eiusdem pretii fuiſſe, credere [illegible]at cum SELDENO (u†), Saepius etiam in fortitudinis uictoriaeque praemium quoddam *regis regum* adpellationes legimus abiiſſe. Agamemnonem non alio ſenſu *regem regum* aut adpellatum eſſe, aut adpellari potuiſſe, uideo, quam quod inſigni fortitudinis laude regios exercitus in certamen prouocaſſet. Vtriusque rei teſtes CICERO (x†) et SENECA (y†) ſunt, ut poetam taceam, ſimili *regis regum* elogio Agamemnona cohoneſtantem. Eandem mentem recentiorem etiam [illegible]atem habuiſſe; modo oſtenſum, qui Angliae principem, poſt obtentam contra Galliae regem uictoriam, dignum habuit, *regem regum*, id eſt, uictorem regum ſalutare. Tandem etiam uiſum eſt regibus quibusdam, ſui in plura regna iuris memoriam *regis regum* titulis renouare. Edgari Anglorum regis diploma in hoc numero habeo, quod recitat FLAHERTIVS (z†) his uerbis: *Ego Edgarus Anglorum Baſileus omniumque regum inſularum oceani, quae Britanniam circumiacent, cunctarumque nationum, quae infra eam includuntur, rex & imperator.* Certe cum Edgarus ſingulas oceani inſulas, dici nequeat poſſediſſe; nihil ſupereſt, quam ut iurium ſolennem quandam ſignificationem haec uerba uelle, aſſeramus. Verum enimuero quamuis *regis regum* titulos tot principibus ob diuerſiſſimas cauſas tributos eſſe, ex hactenus dictis clarum ſit: nulli tamen ueriori ſenſu nomina haec dari potuerunt; atque illis, qui uel alia regna ſubiecta, uel reges alios ſibi addictos habuerunt. Regnorum plurium compagem fuiſſe quatuor iſtas in orbe celebratas monarchias in hiſtoria expeditum eſt. Vt adeo ſinguli earum moderatores *regis regum* adpellatione propterea digni uideantur. Et uero pleriſque etiam haec nomina in uſu fuerunt, quod ex omni ſolidioris literaturae penu monſtrat illuſtr. auctor, ſummus SPANHEMIVS (a). Inde Alexandrum, ſingulari quadam modeſtiae prudentiaeque laude, hoc ſolenni aliis titulo ſcribunt abſtinuiſſe (b). Cum autem Romani Imperatores eundem non & ipſi inter elogia ſua retulerint; id propterea factum eſſe exiſtimauero; quoniam regis uox ipſis principio inſolentior; mox uilior, cum barbari paſſim reges audirent, ut CASAVBONVS (c) aduertit, eſt uiſa, quam ut maieſtatem Romanam eadem inſignirent. Ho-

d) uictoria contra R.

e) poſtulatum in alia regna ius,

f) aliorum ſubiectio et obſeruatio.

a) regnorum,

b) regum.

A neſtius ergo ob plures ſibi ſubiectos reges, imo regum reges (nam & hoc nomine legimus Caeſarem quendam praefectum dixiſſe, cuius munus ad aliquot regna ſe extenderat) uiſum Romanis eſt: imperatorem *principum principem*, ut MARTIALIS (d) habet, ſalutare. An uero *MAXIMILIANI I.* huc elogium pertineat: *qui regibus ſe imperare*, profeſſus eſſe dicitur; iudicio aliorum relinquo. Ceterum id

B moneo, ſtilum oratorium cum alias, tum & hic loci a publico curiali omnino eſſe diſtinguendum.

§. XI.

Reges addicti aliis

§. XI. Atque haec demum ultima illa *regis regum* ſignificatio eſt, quae propius noſtrum tangit inſtitutum. Id enim quaeritur hic; *an reges aliis iterum regibus addicti, regali hoc nomine digni ſint?* Tales enim omni tempore fuiſſe, *regis regum* tituli optime docent; quae uocabula cer-

C tum eſt, ſubiectos alios reges produxiſſe. Quemadmodum uero alteri multifariam aliquis eſſe poteſt addictus: ita ſolui quaeſtio non poterit; niſi hi modi inuicem probe diſcernantur. Inueniuntur reges, qui annua *tributa* aliis regibus pendunt, quae A. 1459. Cyprium regem Alexandriae Sultano promiſiſſe, narrat *Aeneas SYLVIVS* (e). Imo triſtis memoria patriae noſtrae Hunnis olim tributariae, quem quaeſo

D non tangit? Alius ad auxiliares *copias*, quoties alter uoluerit, mittendas fidem ſuam adſtringit, exemplo regni Tranſyluaniae, quod in conſuetudinibus Hungariae cum Turcis ita legimus pepigiſſe. Alius porro perpetuam cum altero rege amicitiam pollicetur: nullo caſu tollendam. Hoc foedere uicinas quasque gentes rempublicam Romanam tenuiſſe, tradunt. Partim ut in pace uiuerent: par-

E tim ut refragarii belli cauſas darent Romanis ad terminos imperii proferendos. Plures denique reges Romanam rempublicam comiter obſeruare, hoc eſt, illam ſe digniorem ampliorem que credere, atque in perpetuo quodam honoris officio erga eandem uerſari, ſancte promiſiſſe, nemini poteſt eſſe ignotum. Imo nihil inuſitatum eſt, quod reges ſe alterius regis uaſallos fecerint, regnumque in feudum

F acceperint ab aliis. Quod non ſolum de Scotiae regno, contra eius gentis ſcriptores alibi demonſtrauimus: ſed etiam expeditum in Neapolitano, Siciliae, quamuis teſtatiſſimae ſuper hac lites ſint, Sardiniae, Arragoniae, Luſitaniae, Britanniae, Hungariae regnisque aliis, quae Pontifici Romano, uel temporum uel principum ſuperſtitione nexu beneficiario addicta ſunt. His plura alia addit *Antonius* MARCELLVS (f) qui ex inſtituto librum ſcripſit, de no-

a) tributo

b) copiis

c) amicitia

d) obſeruantia

e) nexu beneficiario.

(u†) *Part. I. de tit. hon. cap. 3. §. 2. p. 50.* (x†) *Lib. IX. epiſtol. fam ep. 14.* (y†) *Epiſtol. LX.* (z†) *In hiſt. Hibern. p. 62.* (a) *Differt.* VII. *de uſu numiſm. V. p. 430.* (b) PLVTARCHVS *in Demetr. p. 607.* (c) *in not. ad Spartianum p. 49.* (d) *Lib. VI. epigramma. 3.* (e) *In deſcript. Aſiae min. c. 97.* (f) *de iure ſeculari Rom. pontific. edit. Lat. 1627. Francof.*

CAP. I.

f) ſubiectione.

nobilioribus Pontificis Romani uaſallis. Sed titulum tandem regalem illi principes non minus ſeruarunt, qui aliis omnino fuerunt ſubiecti. Ita enim Angliae; ita Galliae; ita Aſiae denique pluribus regionibus reges dederunt Romani: qui non ſolum a Caeſaribus iudicari, puniri, et abdicari poterant: ſed ab ipſis Romanorum pependerant praefectis. Cuius rei illuſtre exemplum Herodes in Iudaica republica dabit: a quo certum eſt, cauſas ad Pilatum, praeſidem Romanum, auocatas fuiſſe.

Soluitur quaeſtio, utrum ex his regia diademati obſit?

Quod ſi ergo, regio nunc nomine quis demum ex hiſce dignus, quis indignus ſit, ſcribere debeam: quinque priora genera, cum ſummam in ſubditos poteſtatem, hoc eſt, maieſtatis iura, in quibus regalem honorem omnino uerſari, hactenus probauimus, minime laedant, regio mihi diademati officere non uidentur. Quamuis enim in quinta inprimis claſſe durum adpareat, uaſallum purpura induere: ſententiae tamen *Vlrici* HVBERI (g) hic ſtandum, omnino arbitror. Ita autem ille ratiocinatur: *qui bello uictus cogitur tributum ſoluere, etſi perpetuum, is ea re non amittit ſummam in ſuos poteſtatem. Eadem ratione adbuc fortius dicendum, ne quidem* FEVDALIA *imperia, etſi habeant, quem dominum appellent, minime tamen ius ſummae poteſtatis hoc ipſo deſinere; modo, qui ſubditi ſunt, ius prouocandi ad dominum non habeant.* Id quod placito GROTII (h) non minus eſt innexum: *rationem imperandi atque parendi intra fines cuiusque ciuitatis liberae contineri.* Vbi uero imperandi acta ab alio ſuſpendi, impediri, ac tolli poſſunt, quod in ſexto genere contingere ſcripſimus; ibi cum ſumma poteſtate maieſtas amittitur, primarium regiae dignitatis ornamentum. Inde eſt, quod candidus ſcriptor, TACITVS (i) hac ratione Romanis ſubiectos reges *inſtrumenta ſeruitutis*, triſti ac duriſſima uoce, et alibi *reges inſeruientes* (l) ſuo etiam tempore adpellare non dubitet. Neque eſt, quod Philoſophi (m) autoritatem nobis hic opponant: parum enim decoris habere, aliqua regna ab eo deſcripta, neque cum cultiorum gentium iure conſtare, prudentiorum iudicio pridem aduerſum eſt. Quamuis regis et regni quadam facta diſtinctione, ſententiae eius medela afferri poſſe uideatur. Qui uero regum alios *maieſtate*; alios *dignitate tantum, Königlicher Würde*, inſtructos putant, de quo prolixe GOLDASTVS (n) illi occaſionem dant, regium titulum principibus, qui aliis ſubiecti ſunt, uel hac ratione tribuendi; ut dignitate tantum regia, *Königlicher Würde*, non uero maieſtate eos gaudere, aſſeratur. Sed ueteri appellationi noua ita ſignificatio datur: cum conſtet, omnes fere ſuperiori ſeculo reges ſine diſcrimine ab imperatore et Pontifice *dignitates regias, Königliche Würde*, audiuiſſe: maieſtatis regiae titulo ſolis imperatoribus ſeruato. Quotusquisque uero regium hodie titulum gerit, is hoc ipſo maieſtatem ſimul regiam ſibi uidetur eſſe conſecutus. Ita ut et Bohemiae regi, cui maieſtas regia olim, ob allegatam modo cauſam, a multis negata, hoc ſeculo eam omnes tribuere uideamus. De cetero ſummam illorum, quae hactenus diſſeruimus, hoc axiomate includo: *regali uerbo quemque principem eo digniorem eſſe, quo maiori in ſubditos gaudeat poteſtate; parum conſiderato, ſiue uni ſiue pluribus populis imperet.* Vnde definimus regem: *perſonam, quae ſumma in ſubditos, uſu ſolenni, tenet poteſtatem.* Singula deſcriptionis membra, ex iis, quae hactenus ſcripſimus, ſatis patent: duo tamen uerba reſtant, etiam nunc attingenda.

Regii titu… lennis … ratio, … ſum faci…

XIV. Scilicet *uſum ſummi imperii ſolennem* in quouis rege, non e natura rei, ſed hodiernis cultiorum populorum moribus, iure nobis uidemur poſtulaſſe. Cum enim ſuperius (o) a nobis allata ſint illorum principum exempla, qui, quamuis ſummum in republica imperium poſſideant, exerceantque; regium tamen titulum ſuis de cauſis ſponte declinent; neceſſaria omnino uidetur regiae dignitatis ſignificatio in publico gentium conſpectu ab illo facienda, qui honorem hunc primum capeſſiuit. Vt ſcilicet cognitum fiat aliis in orbe principibus: quo is dignitatis gradu deinceps uti malit. Secernendae enim hic ſunt cauſae *iuridicae* a *politicis*, hoc eſt, id quod *iuſtum* eſt, ab eo, quod *conducit*. Et patebit, omnem quidem ſumma poteſtate inſtructum principem in actu *primo*, hoc eſt, gentium *iure*, regem eſſe: an uero idem ſimul in *ſecundo* actu, *iuris* ſcilicet *exercitio*, eſſe uelit, illius arbitratui relinquitur, qui nouit, quid ſibi ac ſtatui ſuo conducat. De priori ergo genere in gentium iure omnino docebit Philoſophus: cum poſterius contra arcanis principum conſiliis unice dandum eſſe, uideatur. Etſi minima maximis conferre liceat; moribus omnium gentium introductum uidemus: ut, quamuis nobiliſſimarum aliquis uirtutum excellentia gaudeat; non tamen propterea is iura etiam conſequatur nobilitatis, niſi a principe ſolennis accedat declaratio. Quemadmodum ergo inter nobilitatem naturalem et ciuilem inde nata diſtinctio: ſic eadem de cauſa inter regem ſua natura talem; et gentibus ſolenniter declaratum agnitumque aliquod diſcrimen eſſe, di-

(g) *In iure publico uniuerſ. lib. I. c. 17. §. 33.* (h) *Lib. I. c. 3. §. 21.* (i) *In uita Agricolae. c. XIV.* (l) *Lib. II. hiſt. c. 81.* (m) *Lib. III. polit. c. 10.* ubi HEINSII paraphraſis ſe commendat. (n) *Lib. III. de regn. Boh. c. 13.* (o) *Cap. I. diſſert. §. 7.*

Digitized by Google

ctum a nobis doctumque. Neque morem hunc ullas unquam gentes migraſſe inuenio: quas, contrario potius exemplo, ſi qua accidit, ut reipublicae ſummus antiſtes *comitis*, aut *ducis* titulos cum *regali* nomine commutatos uellet, ſolennem omni tempore declarationem praemiſiſſe, fide optimorum auctorum, conſtat. *LVSITANIAE, ALGARBIAE, ARRAGONIAE, NAVARRAE, HIBERNIAE, POLONIAE, HVNGARIAE, BOHEMIAE*, et alia ſorte exempla allegare poſſumus: quorum omnium rectores *regium* dignitatem capeſſiuerunt, cum antea intra *ducis* aut *comitis* nomina tituli eorum uerſarentur. Haec autem ſolennis declaratio, cum eo tantum faciat, ut de uoluntate conſtet ſummi imperantis, quo *regali* uerbo et ipſe uti, et quod ab aliis accipere uelit: prona conſecutio eſt, eidem in regia dignitate non plus tribuendum, quam in effectu cauſae ſine qua non adſcribunt Philoſophi. Inde ſcriptores Romani Caeſareas regiae dignitatis declara- A tiones, adpoſita uoce, *adpellationes regum* dixerunt; a quibus *creationes* regias multum nouerant differre. Illud enim *nomen*, hoc uero *rem* ipſam notat: illud datur *regi* iam *facto*; hoc *facit* e *cive* regem: illud *hominum* opus; hoc *Dei*. Exemplum ex ſuperioribus (p) adduco, ad hoc diſcrimen illuſtrandum. Libera Lithuaniae reſpublica regem Veidewoutam *creabat*, eligendo: Pontifex declarabat adpellando. Illos poteſtatem in republica B ſummam: hunc nudum acceptae poteſtatis ſummae nomen dediſſe uolumus. Sed cum ſummae poteſtatis largitiones aliunde conſtent: qui demum alterum, nomen ſummae poteſtatis principibus concedendi officium habeant, e gentium conſuetudinibus paulo curatius nunc eruemus. Hanc uero regii tituli ſolennem ſignificationem cum ab *Imperatore nunc Romanorum*; iterum a *ſummo Pontifice*; ſaepius ab *ipſa republica* factam eſſe, atque gentibus aliis probatam, annales nos doceant; operae pretium uidetur, ſingulorum iura ſeorſim intueri.

CAP. II.

De *Adpellationibus regiis ab Imperatore Romano factis.*

Roma patria regum.

§. I.

MAgnificum urbis imperiique Romani elogium fuit, quod Pyrrhi Epirotarum regis legatus, Cyneas ad principem ſuum retulit. *Ab illo enim cum quaereret Pyrrhus, qualem Romam comperiſſet?* inde modo redux factus, dixiſſe fertur (a): *REGVM SE PATRIAM VIDISSE*. Non neſcio, quae criticorum huius dicterii explicatio alias (b) ſit: noſtro autem inſtituto, ob ingentem exterorum regum eo congregatam multitudinem, hoc nomine omnino digna fuiſſe uidetur. Illa enim aeternae urbis maieſtas; ille gentium Romanarum cultus; exercituum illud robur; illa imperii magnitudo, maximus denique ille domi ac foris adparatus (c), quasque gentes alias in ſtuporem egit: ut aliae, Tullii (d) ore loquor, *ita ſubiectae ſint, ut uix extent; aliae domitae, ut quieſcant; aliae ita pacatae, ut uictoria noſtra laetentur*. Et uero incrementis Romanorum, quos ſupra inuidiam poſitos uidebant, illos omnino laetatos fuiſſe legimus, qui ad urbem, cuius auguſtam uidendi faciem quodam deſiderio laborabant, magno numero confluxerunt; ut C *regum patriam* ex ea feciſſe uiderentur. Quamuis autem male ſibi ac regnis ſuis conſuluerint reges, in hanc Romanis ſupra alios quaeſitam auctoritatem praecipiti quadam amentia, ut uere ſcribo, conſentire: exinde tamen intelligere licet, quibus artibus demum illud effectum ſit; ut Romani *regia diademata* diſtribuendi ius facultatemque ſibi potuerint arrogaſſe. Scribit de Anitii triumpho EVTRO- D PIVS (e): *Gentius cum fratre et filius ante currum ductus eſt. Ad hoc ſpectaculum MVLTARVM GENTIVM REGES Romam uenerunt. Inter alios etiam venis Attalus atque Eumenes Aſiae reges, atque Pruſias Bithyniae. Magno honore accepti ſunt; & permittente ſenatu, dona, quae attulerant, in capitolio poſuerunt.* Et quod magis eſt, *Pruſſias* rex *filium ſuum ſenatui commendauit.* Neque uero haec E illis temporibus facta ſunt, ubi ad ſummum culmen Romani imperii magnitudo adſcenderat; ſed intra primos adhuc ſtabat terminos incrementorum. Auguſti enim aeuo memorabiliorem longe locum SVETONIVS (f) habet: *Reges*, ſcribit, *amici atque*

(p) *Differt. c. I. §. 7.* (a) Verba EVTROPII ſunt *lib. II. hiſt. Rom. p. m.* 22. (b) illorum ſcilicet, qui locum hunc ex FLORI *lib. I. c.* 18 *p. m.* 52. IVSTINI *lib.* XVIII. *c.* 2. *p. m.* 278. Liuio etiam et Plutarcho, quod SALMASIVS facit, uolunt explicare. (c) Iuſti LIPSII admirandorum ſiue de magnitudine Romana libri copiam adparatumque dabunt rerum, quae huc facere uidentur. (d) *lib. II. c. 3. p. 18. l. c.* (e) *Lib. IV. ad A. V. C.* 586. *p. m.* 48. (f) *In uita Aug. cap. LX. p. m.* 191.

Digitized by Google

CAP. II. *atque ſocii & ſinguli in ſuo quisque regno Caeſareas urbes condiderunt, & cuncti ſimul aedem Iouis Olympici Athenis antiquitus inchoatam perficere, communi ſumptu deſtinauerunt*, Romam aduentitii reges, *genioque Auguſti dedicare.* Ac, quod magis eſt, *ſaepius regnis relictis non Romae modo; ſed prouincias peragranti quotidiana officia togati* AC SINE REGIO INSIGNI, *more clientum praeſtiterunt.* Imo, quod indignabundus refero, EVTROPIVS (g) amentiae regiae triſtiorem hiſtoriam narrat, dum inquit: *multi autem reges ex regnis ſuis uenerunt, ut Auguſto obſequerentur: & habitu Romano togati ſcilicet, ad uehiculum NB. vel equum ipſius cucurrerunt.* O plusquam immanem principum horum ſtuporem! Itane regia diademata, quae ſummae poſt Deum poteſtatis ornamenta ſunt, uiliſſimo ſeruorum opere conſpurcanda? Errauit natura; quae uos in ſolium euexit, cum uolupe uobis ſit, mancipia fieri in piſtrino. Non uero bardi ad unum omnes fuerunt, ut has Romanorum inſidias, aliorum auctoritatem minuere, augere ſuam, non intellexerint. Germanos noſtros haec gloria manet. Caeſare enim Ariouiſto, eorum duci ingratum animum exprobrante, quod Romanus eum ſenatus regem ingenti, ut Iulius credebat, beneficio, adpellauerit, regio ferè is animo fertur reſpondiſſe: *amicitiam populi Romani, ſi ornamento eſſe velit, detrimento ſibi eſſe non oportere* (h). Sed hunc animum Ariouiſtus habuit: cum alii contra Romanorum potentia territi contremiſcerent; alii, patriae ſalutem prodendo, quaererent ſuam; plures uero in opinione uerſarentur, regia diademata imperii Romani maieſtate fulgentiora reddi, atque adprobatione eius reipublicae alia regna non tam firmari, quam maiori lumine clareſcere. Atque ita demum factum eſſe, exiſtimo, ut tanta animi cupiditate ex omnibus fere orbis angulis prodierint reges, Romamque contenderint, ut regii ipſis tituli, more Romano, ſolennique ritu renouarentur. Atque hoc, diſtribuendi regibus diademata, ius ſic in mores iuit Romanorum, ut DIONYSIVS (i) ſcribat: *quemadmodum nunc Romani ſceptra & diademata regibus dono mittunt his ipſorum poteſtatem confirmantes: quae tamen illi habent, licet ab illis ea non acceperint.*

Reges titulos a Romanis acceperunt

a] Duces Germaniae.

§. II. Ad horum uero nunc exempla deueniendum, qui regia diademata a Romana republica acceperunt. Occurrit in illis principio Ariouiſtus, ducis Germanorum nomine ac honore inſignis; cui Senatus Romanus, ne rogatus quidem, regalem titulum ipſius hoſtis ſuo teſtimonio, ultro fertur obtuliſſe. Verba haec ſunt: *Caeſar Senatus in Ariouiſtum beneficia commemorauit, quod* REX ADPELLATVS *eſſet* (*). Quam parum autem hoc beneficii genus habuerit Ariouiſtus, uir prudens et cordatus, ſupra oſtenſum ſatis eſſe, arbitramur. De Cappadociae regni herede APPIANVS (k) et VALER. *Max.* (l) ſcribunt; quod regium diadema accepe-rit a Pompeio. *Filium enim*, alter inquit, *et regem appellauit, et diadema ſumere iuſſit, et in curuli ſella conſidere coegit.* Aegypti regnum, quamuis antiquiſſimum eſſet, ipſo Romano imperio hac cauſa praecellentius: per Caeſarem tamen regia in eo dignitas ita renouata, ut modo nata eſſe uideretur. *A.* HIRTIVS (m) ita nos docet: *Caeſar Aegypto atque Alexandria potitus,* REGES *conſtituit.* Quos a Romanis *neque uetuſtatis auctoritas abducere potuit, paucis quippe diebus Reges conſtituti.* Florente adhuc republica, petiit a Senatu Perſeus Macedoniae tyrannus, *REX* dici. Cuius uoti ſui non minus participem factum narrat LIVIVS (n): *Perſeus a conſulibus regnum accepit; a ſenatu rex eſt adpellatus.* Ad Caeſarem reuertimur, qui Deiotarum, paulo ante in bello Pompeiano hoſtem, mox eo confecto, amicum habuit. *Quae*, inquit CICERO (o), *a te in eam partem accepta ſunt, C Caeſar, ut eum ampliſſimo regis honore et nomine effeceris.* Idem pro eadem gente pates honoris titulos habuit. Scribit de ſe ipſe CAESAR (p): *apud Senones Cauarinum REGEM conſtituit.* Et alio loco (q) *Comium quem ipſe Attrebatibus ſuperatis regem ibidem conſtituerat.* Iudaeae regnum ſemel a Romanis ſubactum regiam deinceps adpellationem Romanae reipublicae maieſtati ſemper tulit. Scribit IOSEPHVS (r) *Herodes properauit Rhodum, ut Caeſari occurreret, quo poſtquam adpulit, poſuit diadema,* Quo tamen facto in regali dignitate ab Auguſto iterum confirmatus eſt. Inde Archelaum poſt intra ethnarchae tantum dignitatem ſubſiſtere iuſſerant Romani: regia declaratione ipſi negata, eodem teſte (s). Imo laeſae maieſtatis reus habitus, qui diadema in Iudaica tepublica tulit, a Romanis non acceptum; quod idem auctor habet. Ponto Polemonem regem datum adpellatumque ab Auguſto fuiſſe, DIO (t) auctor eſt. Sed etiam *nummus argenteus quantiuis pretii, qui in priori area Auguſtum, in altera eundem regem Ponticum* exhibet, ſupereſt, quem regiae Gazae nouiſſime inſertum indicat illu-

b] Cappadociae reg.
c] Aeg.
d] Macedoniae
e] Gala.
f] Gal.
g] Iud.
h] Pon.

(g) *Lib. VII. p. 84.* Addatur ALEXANDER *Neapolit. lib. I. Gen. Dier. c. 27.* (h) CAESAR *de bell. Gall. lib. I. c. 24.* (i) DIONYS. HALICARNASS. *lib. III. p. m. 293.* (*) Teſtis eſt DIO CASSIVS *lib. 38. p. 81.* Qua de re fuſius agit LAZIVS *lib. VIII. de migrat. gentium.* (k) In *Mithridat. p. 244.* (l) *Lib. V. cap. 8 p. m. 194.* (m) *de bello Alexandrino cap. 33. p. m. 330.* (n) *Dec. V. lib. V. fol. m. 401.* (o) *In oratione pro Deiotaro p. m. 400.* (p) *De bell. Gall. lib. V. c. 54.* (q) *Lib. IV. de B. G. c. 21.* (r) *Lib. XV. antiq. Iudaic. c. 11.* (s) *Lib. XVII. c. 13.* (t) *Lib. LIII. p. m. 402.* Conferatur de alia Romanor. in eodem regno regia declaratione TACITVS *lib. II. annal. cap. 31. p. 110.*

CAP. II. §. II.

illuſtris ſcriptor, maximus SPANHEMIVS (u). Thraciae *regni auctorem* Auguſtum dicit TACITVS (x). De Armeniae uero rege per Tiberium inſtituto, haec VELLEIVS (y) narrat: *Quis dubitare poteſt, quin ex Armenia recepta et ex rege ei praepoſito, cuius capiti inſigne regium ſua manu impoſuerat, ordinatisque rebus orientis, ouans triumphare debuerit.* Multos alios a Romanis in Armenia declaratos reges hic omitto. Obuii ſunt nummi, in quorum una parte *ANTONINI PII* imago: in altera figura togata ſtans diadema regi ſtanti imponit, cum ſcriptura: *REX ARMENIIS DATVS.* Reperies eius generis apud VAILLANTIVM (z). Alius extat; *ubi imperator L. VERVS habitu militari in ſuggeſtu ſellae curuli inſidens inter duas figuras adſtantes, ſiniſtra parazonium tenet, dextra uero extenſa caput hominis ante tribunal humi ſtantis tangit, quaſi aliquid largiretur.* Cum inſcriptione: *REX. ARME. DAT.* Rex *Armeniis datus*, quem habet OISELIVS (a*). Quados, ſiue Auſtriae quondam, ſiue Bohemiae Sileſiaeque populos regem ſuum ab Imperatoribus R. declaratum uoluiſſe, plura fidem faciunt. Rariſſimum Per-Illuſtris uir, SPANHEMIVS (b*) nummum exhibet Antonini Pii, in quo cernuntur duae figurae, una nuda regis Quadorum barbari; altera legati Caeſaris Antonini dextram barbaro porrigentem, cum inſcriptione: *REX QVADIS DATVS.* Alium eiusdem hiſtoriae nummum VAILLANTIVS (c*) deſcribit: *figura*, inquit, *togata ſtans dextram porrigit regi barbaro, prolixa barba, et longo pallio ornato*, his uerbis: *REX QVADIS DATVS.* Inde Iulius CAPITOLINVS (d*) explicari poteſt; qui de eadem gente ita habet: *Quadi autem amiſſo rege ſuo, non prius ſe confirmaturos eum, qui erat creatus, dicebant, quam id noſtris placuiſſet Imperatoribus.* Et TACITVS (e*) multo ante ſcripſit, habere Quados ſuum regem; ſed uim et potentiam eſſe in auctoritate Romana. Sed id forte ad maieſtatem Romani imperii uidebatur deeſſe, ut regem regum non minus diademate redimirent. Audiamus ſaepius laudatum, ſummum uirum, SPANHEMIVM (e**), qui ita de eadem re ſentit ſcribitque: *Sub Traiano, ut propagati latius, quam ſub deceſſoribus, imperii fines, ſic ampliata quodammodo iuris illius, reges ſcilicet declarandi, et maieſtatis praerogatiua. Non iam Romae, ſed Cteſiphonte, in ipſa Parthorum regia, rex, nomine Pſamatiſſoris, iisdem Parthis a Romano principe conſtitutus.*

s] *Thraciae.*

t] *Armeniae.*

u] *Quadi.*

o] *Parthi.*

A Hiſtoriam DIO (f*) ita narrat: *Traianus metuens, ne Parthi quoque aliquid molirentur, Regem eis dare conſtituit. Itaque, ut Cteſiphontem uenit; conuocatis in magnam planitiem Romanis omnibus, Parthisque, qui tum aderant, excelſum tribunal conſcendit. Ibi apud eos de rebus a ſe geſtis gloriatur, deinde Parthis regem Parthamaſpatem deſignat, eique diadema imponit.* Meminit etiam eiusdem ARRIANVS (g*):
B *Parthis Traianus Rom. Imp. per eum fractis, foedere icto, regem conſtituit.* In memoriam rei maximae nummus excuſus eſt, quem ſignat OISELIVS (i*) his uerbis: *Imperator Traianus laureatus et habitu militari, cui a tergo adſtat ſatelles, pro tribunali in ſella curuli ſedens, ſiniſtra ſceptrum tenens, dextram uero protendens, ad caput hominis ante tribunal in terra ſtantis, qui dextram eleuatam tenet: ante eum mulier feſtiue*
C *ueſtita, capite turrito, in dextrum genu prolapſa, dextram ſupplicantis extendit; quae Parthiam repraeſentat. Homo uero adſtans dextra eleuata, et ipſe rex Parthamaſpates, quem Parthis Traianus dedit, et qui hoc fidelitatis iusiurandum praeſtare uidetur.* Occurrunt porro *Lazii* populi, quibus Romani ſuos reges pariter dederunt. Malaſſa nomine Lazis regem ab Hadriano adpellatum fuiſſe, ſcribit ARRIANVS (l*).
D Tzatzem uero, quod plus eſt, Laziorum regem Conſtantinopolin profectum fuiſſe, ut regni inſignia a rege Romano ſumeret, teſtis eſt AGATHIAS (m*). De Iuſtiniano narrat PROCOPIVS (n*): *Iuſtinianus imperator Aretham Saracenis praefecit, qui in Arabia Saracenis imperabat; regia eum dignitate exornans. Quantum in Numidiae regno ad regiam dignitatem contulerint; non uno loco pateſcit.* De *Manſa-*
E *niſſa* ſcribit LIVIVS (o*): *poſtero die ut a praeſenti motu auerteret animum eius in tribunal aſcendit P. Scipio et concionem aduocari iusſit. Ibi Manſaniſſam primum regem adpellatum, eximiisque ornatum laudibus,* et quae ſequuntur. Et uero hanc regii honoris ſolennem declarationem ita accipio, ne fruſtra adpellati regis nepotem hoc modo ad Romanum ſenatum loquutum ex SALLVSTIO (p*) conſtet. P. C. in-
F quiebat Atherbal, *Micipſa pater meus moriens mihi praecepit, ut regni Numidiae tantummodo procurationem exiſtimarem meam: ceterum ius & imperium penes uos eſſe.* Atque idem in eadem oratione, dum omnem regalem ſibi honorem a Iugurtha ereptum conqueritur, ait: *ueſtra mihi beneficia erepta ſunt, P. C. uos in mea iniuria deſpecti eſtis.* Quae certiſſima indicia ſunt,

o] *Lazii.*

p] *Saraceni.*

q] *Numidia.*

[u] *Differt. IX. de praeſt. numism. p. 129.* [x] *Lib. II. c. 35. p. 112.* [y] *Lib. II. hiſt. Rom. c. XXII. uerſ. 2. 3.* [z] *In Antonin. p. 77.* [a*] *Comment. ad num. ſel. tab. XIX. num. 9. p. 91.* [b*] *Differt. IX. p. 832. l. c.* [c*] *In uita M. Ant. Philoſ. p. m. 41.* [d*] *in uita eius c. 47.* [e*] *Annal. XI. c. 63. de morib. Germ. c. 41.* Addatur CLVVERIVS *in German. antiq. lib. III. c. 31. p. 120.* [e**] *Differt. IX. p. 830.* [f*] *Lib. LXVIII p. m. 506.* [g] *Apud* PHOTIVM *excerpt. LVIII. p. m. 51.* [i*] *Lib. cit. tab. XX p. m. 96.* [l*] *In peripl. pont. Eux.* apud *illuſtr.* SPANH. *l. c.* [m*] *Lib. III. p. m. 405.* Addat. DIACONVS *lib. XV. p. 311.* [n*] *Lib. I. de bell. Perſic. p. 252.* [o*] *Lib. XXX. cap. 15.* [p*] *In bello Iugurthino p. m. 256.*

ſunt, regiam dignitatem omnem, quo ſuo A a Scipione Africano conceſſam, hunc eius heredem ceu Romanae gentis beneficium agnoſcere praedicateque. Sed ſufficiant haec regum a Romanis adpellatorum exempla, tanto a nobis numero propterea conquiſita, ut ad probandum nunc facile ſit: *Reipublicae Romanae hanc maieſtatis praerogatiuam inter quasque orbis gentes exercuiſſe; ut regios titulos aliis conferret.*

Exempla regalium codicillorum ab imperatoribus CONSTANTINOPOLITANIS *repetitorum.*

§. III. Eandem quoque auctoritatem, *imperialis dignitatis* ergo, ſibi adrogarunt CAESARES in oriente. Plurima enim in hiſtoria Graeciae inferioris aetatis exempla occurrunt *ducum* illorum, qui *regalem* honorem petierunt ac conſequuti ſunt ab imperatoribus Conſtantinopolitanis.

a) Galliae in Chlodouaeo anno 500.

Prodeat in hac ſcena primum elata et ſuperciliosa GALLIA. Huic certe *Chlodoueus*, nouo inſtituto, intulit *regalem dignitatem.* Scribit uero de hoc principe GREGORIVS Turonenſis (*): quod ab *Anaſtaſio*, orientis *Imperatore*, acceperit diadema. Gallis haec hiſtoria ſordet, in iisque praecipue *Didaco* ALTESERRAE (**), qui negant eam dicuntque *non regale* hoc diadema fuiſſe, ſed *conſulare* et *patritium*, quo honorare uoluerit Chlodoueum imperator. Idque ideo, quia Galliae principe indignum ſit, pen- D dere a Caeſaris imperio, quae illo fuerit aeuo ſui iuris. Verum enim uero fruſtra horrent ueritatem hanc iureconſulti Galli. Principio enim Caeſaris eſt, ad regalem dignitatem extollere principes, imperio eius necquicquam addictos. Vt adeo codicillus regalis non officiat ſupremo Galliae regis dominatui. Deinde uideant Galli, num regis ſui purpurae bene conſulant, ſi regali diademati ſubſti- E tuunt conſulare habentque in pretio, ſuum principem a Caeſare orientis adpellatum eſſe *conſulis* uerbo et patritii. Poſt aliis etiam ſcriptoribus teſtatum (*) *Chlodoueum*, quo tempere ab Anaſtaſio Caeſare acceperit diadema et codicillos, ad- A pellatum fuiſſe *Auguſtum*, ut adeo facile conſtet, quod non alii, quam huic *regales honores* debere uideatur. Imo ipſe Alteſerra ſibi hic aduerſus, dum ſcribit, Clodoueum coronam, a Caeſare orientis donatam, miſiſſe Romam pontifici, et D. Petro dicauiſſe, ne regium nomen uideretur accepiſſe ab imperatore. Vnde re ipſa intelligit, Anaſtaſium ſibi hunc finem in miſſione diadematis propoſuiſſe. Tan- B tum uero abeſt; Clodoueo diſplicuiſſe Caeſaris adpellationem: ut potius alia longe cauſa ſit diadematis D. Petro Romae dicati. Nam ita memoriam accepti a Caeſare honoris regalis uoluit Romae inter diuos facere aeternam. Niſi uerum eſt, quod pontificii interpretes ſcribunt: *Clodoueum, transmiſſione Conſtantinopolitanae coronae, Galliae regnum D. Petro & eius ſucceſſoribus pontificibus ſupremis feciſſe* C *clientelare & beneficiarium.* Pudeat igitur ingratiſſimos Gallos, Romanis Caeſaribus iura diſputare, *reges adpellandi*, qui ipſi regalem dignitatem debent imperatori.

b) Dalmat. an. 1070.

§. IV. De Hungariae uicinis principibus res manifeſtior, quod a Caeſare orientis *nomen* atque honorem *regalem* acceperunt. De principe *Dalmatiae* Creſimiro ſcribit THOMAS *archidiaconus* (†): D *quod dictus ſit Conſtantinopolitani imperatoris eparchus ſiue patritius ab eoque ſuſceperit regiae dignitatis inſignia.* Docere hoc poſſet Alteſerram, quam male honori Galliae conſulat, quando defendit, Clodoueum ab Anaſtaſio orientis imperatore dictum eſſe *conſulem* et *patritium*, non *regem.* Nam patritii et eparchi nomen illi eſt datum, qui non meruit regale. Vt adeo de Gallia non ſine dedecore dici poſ- E ſit, ſe patritio Romano paruiſſe.

c) Croatiae an. 9..

CROATIAE dominos olim *ducis* nomine, poſt *regis* adpellatos eſſe, idque auctoritate iuſſuque Caeſarum orientis, pariter apud rerum orientalium ſcriptores reperimus (††).

d) Slauoniae aliorumque uiciaia.

Eaedem coniecturae de SLAVONIAE; BVLGARIAE; BOSNIAE; SERVIAE;

(*) Verba GREGORII habentur *lib. II. c. 39.* ſuntque haec: *Igitur ab Anaſtaſio* (orientis *Imperatore* codicillos *de conſulatu accepit et in baſilica b. Martini* tunica *blatea indutus eſt et* chlamide *imponens uertici* diadema. *Tunc adſcenſo equo aurum et argentum in itinere illo, manu propria ſpargens, erogauit. Et ab eo die tanquam conſul et* auguſtus *eſt uocitatus.* Vnde facile eſt ad iudicandum, quod diadema non *conſulare* fuerit, ſed *regale* auguſteum. (**) Dabimus uerba eius in *notis ad Gregorium cap. 39. p. 82.* Quae ſunt haec: *Conſulatus et patritiatus per imperiales codicillos illuſtribus uiris conferebantur.* L. ult. C. de conſul. (Largior, ſed quis negauit etiam *regales* dignitates collocatas a Caeſare rerum dominis?) *Ornamenta conſularia erant trabea ſiue palmata, quae ueſtis purpurea, ſcipio, calcei aurati* CASSIODOR. lib. 6. c. 1. (Quid uero de diademate, cuius mentio hic ſingularis?) *Corona etiam patritiis data* (uix diadema). *Non reſpuit Clodoueus inſigne honoris, non obſequii.* (Neque hoc nos uolumus, licet orientis imperatores ſe *Francicos* ſcripſerint, ſcimus enim idem hoc eſſe, quam uictores, non dominos Francorum). *Ne uero uideretur, regium nomen accipere ab imperatore, coronam hanc Romam transmiſit et dicauit B. Petro.* (Quare uero hoc, ſi corona fuit conſularis aut patritia?) *Et quod ait Sigebertus, eam regnum adpellari ſolere, ſic accipiendum, eam ita adpellari a Romanis* (ſacro pontifice), *non a Francis. Re uera enim rex Francorum neminem agnoſcit ſuperiorem.* Quod neque nos dicimus, neque ullum uinculum conſecutionis ab regis adpellatione ad adpellati ſubiectionem. (*) Poſſent uerba laudari plurium, idem narrantia. In quibus ſunt, FREDEGARIVS *in ſupplem. c. 12.* ADO *in chron. ad h. a.* HANNO *lib. 1. chron.* SIGEBERTVS *ad an. 510.* Taceo recentiores, quorum ſententias uerbatim recitauit FLAZIVS *de translat. imp. Rom. c. 2.* ſub finem. (†) Hiſtoriae Salonitanae cap. 13. p. 320. (††) Qua de re in *Germania principe* actum *lib. 1. c. 2.* in his quidem regnorum nominibus.

CAP. II. VIAE; RASCIAE (†††) principibus. Quorum *regalem* dignitatem promouit pontifex, quod ille eam polliceretur, ſi in largitione ejus difficilis eſſet curia imperialis ConſTantinopoli (††††). Vt operae pretium non ſit, de ſingulis agere ſigillatim.

Poſſeſſio R. imperio adſerta iuris reges declarandi

§. V. Vt uero gentium iura in *poſſeſſionis* praeſcriptionisque actibus tria inprimis requirunt; agentis *uoluntatem*: patientis *ſcientiam*; temporis denique, quantum ſatis eſt, *interuallum*: ſic in hoc, reges adpellandi, Romano imperio adſerendo iure, ſingula haec facile erit euoluiſſe. De *uoluntate* Romanorum citati hactenus ſcriptores teſtantur. Inde enim eſt, quod

Nititur. I. Voluntate quae conſtat

has exterorum regum a Romanis factas inaugurationes, his fere loquendi modis deſignent: *Reges per Romani imperii maieſtatem adpellatos, declaratos, conſtitutos, effectos, datos, adſignatos, firmatosque eſſe.* Quae formulae uti ex hactenus dictis intelliguntur: ita

a) e modo loquendi,

hinc certa nobis indicia ſunt, Romanum imperium, non coronarium aliquod aurum obtuliſſe, quod infima etiã respublica

b) fide nummorum,

facere poterat; ſed inaugurationibus hiſce regalem dignitatem uere collatam uoluiſſe. Qua enim fronte nummos de regibus per Romanos ita excudi potuiſſe dicemus? ut Imperatores Romanos in ſolio, inueſtiendos uero reges flexis genibus deuolutos, aut infra ſolium ſtantes exhiberent: ſi res haec intra donationem caelati Romae auri ſubſtitiſſet. Pertinet huc prae aliis omnibus nummus *Traiani*. Cernitur in eo Traianus Imperator laureatus, & habitu militari, in tribunali, ſellae curuli inſidens, cum duobus ſatellitibus poſt eum. Ante tribunal hoc tres homines ſtantes; quorum primo corona radiata in capite, reliquis duobus tiarae; tres reges referre uidentur, quibus regalis dignitas a Traiano collata; uti inſcriptio docet, quae ſic habet; *REGNA ADSIGNATA* (q*).

c) armata huius iuris defenſione.

Et quod multo magis eſt, de Traiani mente, circa hoc Imperatorum R. reges alios declarandi ius, ita conſtat; ut cruento bello id contra alios ſibi Caeſarem hunc legamus vindicaſſe. Auctor eſt *DIO Nicaeus* (r*): *poſt haec*, inquit, *bellum intulit Armeniis Parthisque propterea* (attendi meretur cauſa) *quod, ut ipſe dicebat, rex Armeniorum non ab ſe; ſed a rege Perſarum diadema accepiſſet.* Et ſane, ſi cauſam hanc peſſimus alius Imperator ad bellum prætexuiſſet, mirum adeo non uideretur; aſt cum Traianus id fecerit, qui, quod hic non minus aduertendum, in eodem hoc bello *OPTIMI* nomen accepit: ius hoc *regios titulos concedendi*, Imperatoribus Romanis proprium, et manifeſtum ſatis & pleraturumque gentium concentu tum probatum fuiſſe, mihi firmiter perſuadeo.

§. V.

d) dicterio Caeſaris.

Et antea TIBERII (s*) Imperatoris uox fuit: *regem te facio, ut et tu et alii diſcant, me et regna auferre et donare poſſe.* Quae iterum Imperii Romani in regia adpellatione uoluntatem nobis clare ſignificant.

II. Scientia aliarum gentium.

Atque haec demum omnia cum in aperta luce acta praeliis etiam cladibusque haec iura ſignata ſint: neminem, opinor, dubitare poſſe, cultioribus quibusque gentibus de hac Romanorum uoluntate conſtitiſſe. Neque in aſſerendo ita confidens eſſem, niſi et illud iam probaſſem; non in uno tantum aut altero orbis angulo hac reges faciendi poteſtate uſos fuiſſe Romanos: ſed in omnibus fere coeli plagis exempla extare, principum ad ſolium regale per imperii Romani maieſtatem euectorum. Et quamuis TVLLIVS alicubi (t*) ſcribat: *reges adpellatos a populo, qui id nunquam a ſenatu petiiſſent*: tamen & haec querela docet, Ciceronem non alii, quam Imperio R. regias declarationes conuenire, crediſſe. Qui idem alibi (u*) teſtatur, magno principum concurſu, qui undique Romam uenerint ad reportandum diadema, contigiſſe, ut ſanctum hoc uerbum regale factum eſſe uenale uideretur. Et ſupra Laziorum Regis exemplo patuit; ducentorum milliarium iter principes ſuſcepiſſe, ut in reges a Romanis declararentur. Alius uero nunc apud LIVIVM (x*) occurrit: *Siphacis*, inquit, *filius pro magno beneficio a ſenatu petiit, ut rex adpellaretur.* Qua etiam principum ſuper regio nomine contentione factum eſſe, exiſtimo, ut TVLLIVS (y*) teſtetur: *nullam fere latiorem regionem fuiſſe, in qua non regnum aliquod ſtatuerint Romani.* Inde nihil mirum, quod de Mauris ſcribat PROCOPIVS (x*) *priſco more apud eos receptum, VT NEMO*, quod nota, *etiam Romanorum hoſtis, REGEM SE DECLARET, NISI REGIA INSIGNIA AB IMPERATORE HABVISSET.* Neque mihi in omni hiſtoria uel unus occurrit princeps, a Romano imperio in regem declaratus: cui gentium aliqua ſtatus controuerſiam unquam mouiſſet. Id potius ubique patet; reges ab imperio R. adpellatos, ſibi ceteris quodammodo digniores uiſos fuiſſe. Inde eſt, quod SALLVSTIVS (aa) narrat: *petenti cuidam regio heredi ſellam, Metellum negaſſe; quod is honor eorum modo foret, quos populus R. reges appellauiſſet.*

III. Patientiae diuturnitate.

Ad temporis tandem longiſſimum ſpatium deuenimus; quo in quieta huius iuris poſſeſſione

(†††) Plura ex inſtituto de his et uicinis regibus *Ioann.* LVCIVS in hiſtoria Dalmatiae et Carolus du FRESNE in familiis *Byzantinis*, *Dalmaticis*, *Slauonicis*, *Turcicis*, quas deſcripſit in hiſtoria Byzantina. (††††) Exemplis hoc docuimus cum in *Germaniae principe* tum in *neculs* pontificis Romani *de iure reges adpellandi.* (q*) Habetur apud I. OISELIVM omnium luculentisſime *tab. XX. num. 12. p. 92.* (r*) *In uita Traiani p. 222.* (s*) Habet hoc DIO *Nicaeus in uita Tiberii p. 112.* (t*) *In Orat. pro Sext. p. m. 29.* (u*) *Orat. pro dom. ſua p. 302.* (x*) *Lib. XXXI. c. 15.* (y*) *in oratione pro P. Sext. p. 30.* (z*) *in Bell. Vandal. lib. II. c. 25. p. m. 339.* (aa) *in bello Iugurth. p. m. 98.*

CAP. II. §. VI.

ſeſſione imperium Romanum ſcimus fuiſſe. Patet e ſuperioribus, literatiſſimi uiri, *I. Caeſaris BVLENGERI* (bb) ſententiam ueriſſimam eſſe; *quod reges adpellandi ius a ſenatu ad Imperatores ſit. tranſlatum:* Quo ipſo facile ad numerandum eſt, mille et quod excedit annis hanc facultatem Romanos exercuiſſe: ut adeo omnes praeſcriptionis terminos dudum ſuperauerint, ſiue ciuili ſiue naturae ſiue gentium iuribus definiantur.

Quae ratio ſit, iura haec imperatoribus R. conſentire?

§. VI. Sed neque tituli huius iuris Imperatoribus R. defuiſſe uidentur: quibus eodem hoc reges declarandi officio prae aliis fungerentur. Seiungenda autem hic ſunt uera a falſis, adulterinae cauſae a genuinis diſtinguendae; ne hanc imperii praerogatiuam, uel male defendendo perdamus, uel prudentiorum ludibrio exponamus, peregrina ac fallacia admiſcendo.

Adulterinae doctorum.

Inter corrupti ergo iudicii ſententias principio refero: *qua Imperatori ius aliquod in uniuerſum orbem aſſerunt, unde haec facultas pendeat, regias dignitates diſtribuendi.* Hoc enim ſi haberet Imperator, id uel diuinis uel humanis iuribus eſſet innixum: quae loca cum alii ante me excuſſerint (cc); ſicco, quod dicitur pede, cenſeo tranſeunda. Erroris potius; quod alios non feciſſe uideo, fontes aperiendi, unde putidi riuuli ortum ſumpſerint. Scilicet, quod non diſſimulandum, grandiloquos aliquot ſcriptores Romanorum offendimus, qui nimio uerborum luxu imperii Romani maieſtatem extulerunt. Eius generis ſunt: *ROMANI RERVM DOMINI: ROMA MVNDI CAPVT: LVMEN GENTIVM: DEA GENTIVM: LEGVM PARENS: OMNIS IMPERII LARES: OMNIS ORBIS VICTRIX: CVNCTARVM IN TOTO ORBE GENTIVM PATRIA: ANCHORA FLVCTVANTIS MVNDI*, & centum elogia alia, quibus hiſtorici, oratores, poetae reipublicae patriae amore fuerunt correpti. Hac ergo ſcriptorum luxuria multo poſt factum eſſe, exiſtimo, ut medii aevi homines, ciuilis prudentiae adminiculis non inſtructi, cum inter *curiales* et *oratorias* formulas diſtinguere neſcirent, haec priuatorum elogia, pro communi quadam gentium uoce acceperint. Inde regia aliorum dignitate depreſſa, Romani imperii maieſtatem, ultra, quam par eſt, reperimus extuliſſe. Deinde cum reipublicae Ramanae latiſſimos fines pleraque Europae regna ſub complexu olim ſuo continuiſſe legerent iidem ſemibarbari ſcriptores; ueteris cum Romano imperio nexus memoriam non ita exuere potuerunt, ut non priſtinum

A cum hodierno ſtatu commiſcuerint. Hoc errore peccarunt, qui *Hiſpaniae, Galliae, Angliae* ceteraque regna, Romano imperio olim innexa; quodam recuperatorio judicio hodienum uindicari poſſe, ſibi contra uim pactorum, ſanctitatem Germanici imperii, ſunt perſuaſi. Poſt etiam hiſtoria ac ciuili prudentia, unde rerum harum judicia formari debebant, ignoratis: ingenio ſuo tantum tribuerunt,
B quantum ſatis fuit, ut in huius generis errores præcipitarentur. Quis enim non riſu et indignatione excipiat placitum decretiſtarum; qui, interprete CORSETO (dd*), exiſtimant, omnes in orbe reges inſtar praefectorum praetorio ſubiici hodienum imperatori Romano. Praeterea iuris publici Romani; cum Germanico ubique confuſione facta, anchoram amiſerunt, ut merito ſcopulis
C eos collidi oportuerit, naufragiumque pati ueritatis. Quam enim Rhodia illa lege ad imperium uniuerſi orbis adſtruendum fuerint abuſi illiterati interpretes; uir literatiſſimus oſtendit I. GOTHOFREDVS (ee). Tandem et illud quorundam mentes occaecaſſe, reperi; quod dicerent aliqui, uelle naturam Chriſtianae religionis, ut ſub aliquo capite omnis orbis Chriſtianus cohaereret. Quemadmodum igi-
D tur in ſacris unum Pontificem omnes colant reges Chriſtiani: ſic in ciuilibus quoque ſimilem cultum Romano imperatori ab iisdem quodammodo praeſtandum; eo inprimis, ut gentes Chriſtianae omnes hunc ſupremum eccleſiae Chriſtianae tutorem agnoſcerent. Et ſane miror, craſſiſſimae ignorantiae dogmata cordatos uiros in [illegible] aliorum principum, non citius excitaſſe, ut meliori luce haſce
E tenebras diſpellerent. Accidit enim inde, ut ceterorum regum diademata indigne admodum haberentur; hac cauſa maxime, quod his omnibus maieſtatis uox negaretur, ſtylo curiali ſcilicet, extra hunc enim cuius uſus uox fuerit, et Politica docet, et memorabili loco illuſtrar MABILLONIVS (ff). Neque enim aliter fieri poterat; poſtquam ſemel orbem opinio occupaſſet, reges omnes imperatori R.
F ſubiectos eſſe. Caeſarum ergo atque Pontificum uidebatur *maieſtatis* tantum titulis uti: ceteris autem regibus, utrique priorum *ſubordinatis*, ut loquebantur, *dignitatis* uocabulum, *Königliche Würde*, ſufficere. Inde noſtra obſeruatio ſupra fuit (gg); hoc iugo *ſubordinationis Romanae*, ut phraſi illius temporis utar, a regibus per hiſtoriae ac ciuilis doctrinae culturam ſub ingreſſum ſuperioris ſeculi excuſſo, eosdem etiam titulos *maieſtatis* ita recupe-

(bb) *De imperatore Rom. lib. III. c. 28. p. m. 131.* conferatur de eadem materia *Barn.* BRISSONIVS *lib. II. formul. p. m. 233. 59.* (cc) CONRINGIVS *et* BOECLERVS, duumuiri in ſolidiori iuris publ. German. doctrina. (dd) *Quaeſt. XXIII. de poteſtate regia p. m. 95.* (ee) *Diſſertat. ad hanc legem ſcripta*, quae inter opuſcula eius altero loco extat. (ff) *Lib. II. de re diplomat. cap. 6.* (gg) *Cap. I. §. 16.*

CAP. II. §. VI. VII.

raſſe, ut hodie nemini regum in dubium A
uocari uideamus (hh). Quamquam id et-
iam certum ſit; ueteris Romanae reipu-
blicae hanc olim non minus praerogati-
uam fuiſſe, ut *maieſtatis* titulum ſibi tan-
tum, ceu uocem Romae natam, arrogaue-
rit; ceteris regibus plerisque aut eidem
aliquo nexu addictis, aut praeſtantiam
uocis neſcientibus, aut etiam barbarie,
quae in ceremoniis ſtupet, prorſus occae-
catis. Verum enim uero huius generis B
nugamentis ſacratiſſimi Imperatoris no-
ſtri circa regias adpellationes facultatem
innixam nolumus; ne optimam cauſam
rationibus male cohaerentibus apud cul-
tiores gentes perdere magis, quam adſtrue-
re uideamur. Nobis certe ea mens eſt;
Romano imperio in haec regiae ſignifica-
tionis iura propterea conſenſiſſe; quo-
niam cum quadam ratione fieri intellexe-
rint, ut quem ſummi in orbe faſtigii prin- C
ceps regem haberet ſignificaretque, eidem
pares honores neque alii temere denega-
rent. Quod ſi enim ille, qui omnibus ho-
noratior eſt, dignitatem alterius ſuſpicit;
humanitatis leges cuiuis, magis inferiori
parum, quodammodo imperare uiden-
tur, ſimili erga talem officio defungendi.
Quid? quod ipſa ſignificatio regiae digni-
tatis omnium commodiſsime ab illo fieri
uideatur: qui aliquo faſtigii gradu ceteros D
orbis uniuerſi principes aliquo modo an-
tecelleret. *Solet enim*, inquit GROTIVS
(ii), *quae ſunt corporis alicuius*, gentium u-
niuerſim, *per primam perſonam*, *corporis
nomine*, *expediri*. Princeps ſuae aetatis
ICtus, *Henricus* COCCEIVS (kk) eodem
modo ad quaeſtionem, *cuius ſit reges face-
re?* reſpondet: *ſuperior poteſtas cui impe-
rium univerſalius competit, qualis et Impe-
rator, qui poteſt inferius territorium erigere E
in regnum, uel ex principe regem facere.*
E quo etiam principio uir eruditus, *Iohan-
nes* SCHVLTZIVS (ll) ſcribit: *eruntque
ita Pontifices Romani* (quos tamen hoc nu-
mero inferius eximemus) *et Imperatores
cauſae inſtrumentales, utpote aptiſſimae ad
publicationem regii tituli.* Equidem ne-
que mihi ignotum eſt, quam aliter a Riſui-
cenſi pactione de *imperiali dignitate re-
giae praeferenda* Galli philoſophentur. F
Ordinis praerogatiuam, non *dignitatis* im-
peratori concedendam, cui praeter *pas*, ut
loquebantur, prae aliis regibus praecipui
nihil ſit. Sed uindicauit imperii dignita-
tem BOECLERVS (mm), eo tempore, cum
priuatos tantum Galliae ſcriptores inuidia
amorque ad ſiniſtra haec iudicia egiſſet in

Verae cauſae.

tranſuerſum: maiori autem patrocinio
nunc opus eſſet, ubi eandem philoſo-
phiam in aulas per ſummos rerum ad-
miniſtros uocatam, non leui patriae di-
gnitatis detrimento atque opprobrio,
exerceri uidemus.

§. VII. Et uero huius *maieſtatis praero-
gatiuam*, ut ſummus SPANHEMIVS (nn)
hoc *reges adpellandi ius* uocat, noſtri Ger-
manici quoque principes ſancte ſerua-
runt, ad quos conſtat omnem imperii Ro-
mani dignitatem ſiue belli ſiue pactitio ſi-
ue alio quodam titulo, felici auſpicio, de-
uolutam fuiſſe (oo). Scribit *Martinus
de* CARAZIIS (pp) de principibus noſtris:
reges debent, (mallem poſſunt,) *coronam ac-
cipere de manu imperatoris Alemanni.*
Cui conſultiſſimi doctoris decreto nihil
equidem in his gentium moribus tribue-
rem: niſi et legitime in noſtros Romanum
imperium translatum et eandem reges de-
clarandi facultatem exercitam ab iisdem
et renouatam quodammodo mihi ex hi-
ſtoria, et doctrina ciuili abunde conſtaret:
ut ſuperiorum argumentorum uiribus et-
iam hic locum eſſe, omnino exiſtimem.
Exempla tantum eorum hactenus dictis
attexturus; qui, a Germanicis imperato-
ribus regium accepiſſe diadema, in annali-
bus populorum leguntur. Occurrit inter
hos primum *Boſo* conditor regni Arela-
tenſis. Hic enim quin *ducis* titulo acquie-
ſceret, et uxoris, quae filia erat mortui Im-
peratoris Ludouici II. et ſororis, quam
Carolus Caluus rex et modo imperator
factus, in matrimonio habebat, uoluntati-
bus eſt effectum; quibus et ipſe facile ſub-
ſcripſit. REGINO (qq) rem ita narrat: Ca-
rolus Boſoni uxoris ſuae fratri, *filiam
Ludouici imperatoris Hermengardem in
matrimonium iungit. Dedit inſuper eidem
Boſoni prouinciam et corona in uertice ca-
pitis impoſita, eum regem adpellari iuſſit; ut
more priſcorum imperatorum regibus uide-
retur dominari.* Et ſane omnem regiae
tum dignitatis honorem Boſoni ab impe-
ratore collatum eſſe, ut hic Regino ſcribit,
illa etiam fidem faciunt: quod *Vilelmus* PA-
RADINVS (rr), cui omnia ſcrinia patuerunt,
ad annales Burgundiae ſcribendum, affir-
met, Carolum uxoris ſuae precibus tan-
dem locum dediſſe, ut eius fratrem ad re-
gale ſolium eueheret. Quid? quod Gal-
liae ſcriptores hodienum nullo firmiori
argumento Imperatoris dignitatem in Ca-
rolo Caluo, rege ſuo, tueri ſe exiſtiment,
quam, ut reges creandi facultatem in Bo-
ſone eum exercuiſſe affirment, imperato-
riae

An haec maieſtatis praerogatiua ad noſtros imperatores deuoluta?

Exempla eorum, qui a Germ. imperat. diadema acceperunt.

a) Reges Burgundiae.

(hh) Legatur huc uir in uario literarum genere excellens I. C. BECMANNVS *ſyntagm. dignit. illuſtr. diſſert. I. c. 3. §. 3. p. 52.* (ii) *Lib. II. de I. B. et P. cap. 9. theſ. XI. §. 4.* (kk) *Sect. II. diſput. de iuſtitia regni Portugall. Q. I. p. 37.* (ll) *Diſſert. I. de Polonia unquam tributaria* §. XIIX. *p.* 20. (mm) *Diſſertatione* eius cauſa *de ſacro Romano imperio* conſcripta; *quae uarie ac multoties* extat. (nn) *Diſſert. IX. de uſu numiſm. p. m.* 830. (oo) Legantur haec contra hoſtes imperii noſtri CONRINGIVS *diſſ. de imperio Romano-Germ.* BOECLERVS *in uita Carol. M.* et qui nuper Grotii errorem excuſſit *G. Van der* MVELEN *de ortu et interitu imp. Rom.* (pp) *Libro de princip. Q. CXXX. §.* 106. (qq) *Ad annum* 877. (rr) *Annales de Bourgogne, Lib. I. ad ann.* 878.

CAP. II. riae maieſtatis certiſſima praerogatiua. Quod uero idem Paradinus de procerum Burgundiae conuentu ſcribit: hoc ita explicandum, ne feciſſe regem; ſed facto per Carolum regi iurisiurandi formula fidem adſtrinxiſſe, exiſtimentur. Qua cum re BERTINIANI (ss) quoque annales ſtare poſſunt, qui *ducalis tantum coronae* faciunt mentionem: haec enim poſtea cum regio diademate potuit commutari. Vt adeo nondum cauſas habeam, coniecturae ſummi ceteroquin uiri BOECLERI (tt) mei ſubſcribere.

b) Poloniae. Maiores de Poloniae regno controuerſiae ſunt, utrum et hoc regale diadema noſtris imperatoribus acceptum ferat. Audiamus primum ſcriptores Polonicos, auguſtam regiae inaugurationis hiſtoriam narrantes, unde iudicium deinceps ſumendum formandumque. *Matthias de* MECHOVIA (uu) in exemplo Cracouienſi, quod poſſidemus, picturam exhibet, ubi imperator Otto III. corona imperiali redimitus in ſolio ſedet, dextraque regium diadema in genua proiecto Boleslao imponit, adſtante ſacro antiſtite et utriusque reipublicae proceribus aliis. Addit idem actus hiſtoriam his uerbis: *Anno Chriſti 999. Boleslaus Chrabri unicus filius Miecesłai, qui modo ad ſacra Chriſtianorum tranſierat, ſuffectus eſt in monarcham et dominum Polonorum. Moxque ſollicitando curabat recuperare et reducere in Poloniam corpus S. Adalberti*, antiſtitis Gneſnenſis, *nouiter in Pruſſia*, ab ethnicis gentibus, quas ad Chriſtum reducere uoluerat, *occiſi, tranſtulitque in Gneznam. Ottone autem III. Rom. imperatore uotum emittente*, ſiue ſceleris expiandi cauſa, ſiue gratiarum ergo, quod graui morbo ſolutus eſſet, *limina S. Adalberti*, conſanguinei quippe ſui (xx), *uiſitare.* Occurrit *ei in metis Boleslaus princeps Poloniae cum caterua ſuorum militum et maxima pompa.* Hanc poſtquam cum muneribus imperatori a principe Poloniae oblatis deſcripſiſſet, pergit: *percontatus eſt, quo genere remunerandi, tantus princeps dignus nomine regio eſſet praemiandus, et an corona inſigniendus; de ceteroque rex uocandus, auctoritate imperiali ueniret. Cunctis autem propoſitum imperatoris extollentibus, conſulebatur coronandum. Itaque ſequenti die accepto Boleslao, proceſſit cum eo imperator in eccleſiam, conuocatisque Gaudentio Gneznenſi, ceterisque Pontificibus, iuſſit eum in regem Poloniae inungi et deductum ſupra ſedem maieſtatis, corona ſua, tempora Boleslai ornauit et coronauit. Illo ergo triduo delicatiſſime Caeſarem cum ſuis refecit Boleslaus: altera die haſtarum ludi exercebantur; plauſus ducebantur; muſicalibus regia diu noctuque concrepabat. Anno ergo 1001. coronatione Boleslai peracta receſſit Otto. Reduxit eum rex Boleslaus gratificando ei de corona usque ad confinia regni ſui, rediitque in Gneznam, Ottone ad Maydeburg diuertente.* Paria ferein eadem hiſtoria deſcribenda habent CROMERVS (yy), SARNICIVS (zz), *Herburt. de* FVLSTEIN (a*), *Alexander* GVAGNINVS (b*), *Salomon* NEVGEBAVER (c*), *Iod. Lud.* DECIVS (d*), *Ioachimus* PASTORIVS (e*) aliique rerum Polonicarum auctores; quorum uerba huc transſcribere operae pretium non eſt. Verum enim uero ſunt tamen aliqui ex recentioribus, quos poenitere uidetur honoris, noſtro imperatori toties adſerti. Inde rem omnem in dubium uocare, et tantum non prorſus euertere conantur: quorum nos rationes omni tamen animi moderatione breuiter expendemus. Primum aiunt, de itinere Ottonis III. dubitandum: partim quod tanta ſacrarum peregrinationum eo tempore non fuerit ſuperſtitio; partim ipſius Adalberti martyris non ea in Germania tum celebritas. Horum uero utrique ſatisfaciet, quod martyr Ottonis III. conſanguineus fuerit; quapropter eidem et innotuit facile, et ad iter ſuſcipiendum imperatorem potuit mouere. Deinde Dithmari ſeduli iſtorum temporum ſcriptoris ſilentium ualde ſuſpectum habent. Aſt uero hoſtilem in Polonos animum eiusdem uiri oſtendit LVBIENSKIVS (f*), ut adeo rem hanc quaſi ad reipublicae Polonicae gloriam pertineret, inuidiae liuore ſciens potuerit ſuppreſſiſſe. Poſtea exempla afferunt principum Poloniae, quos ante Ottonis tempora legant reges nominatos fuiſſe. Sed ſtylus *oratorius a curiali* hic diſtinguendus; et res ſalua erit. Praeterea Polonicae genti non tantum eſſe adparatum, auri inprimis et argenti copiam, potuiſſe, qualis in regali iſta inauguratione deſcribatur, exiſtimant. Nihil uero inde ſequetur; quam in pompa narranda ſcriptores aliquantum exceſſiſſe. Denique non aliter, quam more occidentalium regionum ab Ottone Imperatore Boleslaum regem ſalutatum atque hoc ipſo debiti tituli tantum admonitum; dignitatis uero regalis nihil ei per eundem collatum fuiſſe, alii quidam ſentiunt. Sed ſi unum concedunt, quid demum cauſae eſt? ut alterum negent, ab iisdem auctoribus affirmatum. Vnde ſuſpicari liceat, nihil aliud, quam ambitionem Polonos a recepta et tot ſcriptoribus teſtata opinione auocaſſe. In hoc autem numero *Franciſcum* MARTINIVM (g*) pono, *qui fabulam eſſe*, ſcribit, *Boleslaum*

(ss) *Ad ann.* 876. (tt) *In uita Caroli II. p. m.* 166. (uu) *Lib. II. chron. Polon. cap.* 4. §. 26. *edit. Cracou.* 1521. (xx) *Auctore Staliſc.* LVBIENSKIO *in uitis epiſcop. Plocenſ. p. m.* 311. (yy) *Lib. III. hiſt. Polon. p.* 52. (zz) *Lib. VI. hiſt. Polon. p.* 226. (a*) *Lib. II. chron. Pol. c.* 4. (b*) *Hiſtor. Pol. T.* 1. *p.* 52. (c*) *Lib. III. hiſt. Polon. p.* 53. (d*) *Lib. I. de uetuſtat. Polon. p.* 23. (e*) *In Floro Pol. lib. II. c.* 1. *p.* 27. (f*) *In uitis epiſcoporum Plocenſ. p.* 313. (g*) *In erudito partium tamen aliquantum ſtudioſo libello de ſcopo reipubl. Pol. c. III. p.* 47.

CAP. II. §. VII.

laum coronam ab imperatore accepiſſe. Ceterum id ſingulare eſt, quod *Adrianus* REGENVOLSCIVS (h*) hunc in modum narrat: *Hiſtoria Calui montis aſtruit, Pontificem Rom. Benedictum VIII. (alii VII) poſt obitum Mieceslai, primi Chriſtiani Polonorum principis, in ſuo ſenatu decreuiſſe, ut dux Poloniae Boleslaus Chrabri in regem coronaretur, etiam coronam ex puriſſimo auro paratam ad hoc habuiſſe, ut ſi forte Boleslaus uellet, eam ei mitteret. Sed, ubi audiuit, Boleslaum maluiſſe ab Imp. Ottone III. quam a Papa coronari, Stephano duci Hungariae eandem iuſſit.* Quod ſi ergo in iure hoc ceſſit Imperatori Pontifex, cadit illud, quod apud *Stanislaum* LVBIENSKIVM (i*) his uerbis extat: *Otto imperator a Boleslao monarcha comiter exceptus, coronam regiam non tam ſua auctoritate, quam Sylueſtri II. Papae, cuius ſecum diaconum, cardinalem, legatum de latere in comitatu habebat, capiti Boleslai imponit, regemque eſſe iubet.* Maiorem fidem regis tum creati epitaphium, uetuſtis literis et incomptis uerſibus notatum, quod idem exhibet, mereri uidetur:

OB FAMAM BONAM TIBI CONTVLIT OTO CORONAM. PROPTER LVCTAMEN SIT TIBI SALVS. AMEN.

Ex hac autem regalis uerbi Poloniae principi facta ab imperatore conceſſione, Romano atque Germanico imperio fruſtra aſſeritur reſpublica Poloniae. Quod et nos uniuerſim infra docebimus, & pro Polonica libertate in eruditiſſimo opere *Iohannes* SCHVLZIVS (k*) eſt proſequutus. *Baronii* nodos, quibus Pontifici R: partem huius honoris uindicat; partem Henric. II. hiſtoriae irretit, ſoluit *CONRINGIVS*; et res ipſa alterius eſt inſtituti. Nobis DITHMARI (l*) memorabilis locus uidetur, conſideratione hic digniſſimus. *Otto*, inquit, *imperator antiquam Romanorum conſuetudinem, ſuis cupiens renouare temporibus, multa faciebat, quae diuerſi diuerſe accipiebant.* Quidni enim eo et hanc regiam ipſius declarationem referamus? ad ueteris Rom. reipublicae maieſtatem ſuo tempore in Boleslao renouandam. Ad Bohemiam nunc mouendum eſt iter, quam omne regium decus a noſtris imperatoribus accepiſſe, abunde conſtat. Amplior eſſem in hoc Slauicae gentis diademate illuſtrando, niſi hanc materiam uir rerum Germanicarum ſcientiſſimus *Melchior* GOLDASTVS ita occupaſſet (m*), ut nihil fere in ea ſupereſſe uideatur. Ne tamen

o) Bohemiae.

hoc regnum praetermiſiſſe exiſtimemur: rebus potioris momenti et hic locum dabimus. Illud autem principio conſtare debet: Bohemiae rectores non alio quam *ducis* titulo uſos fuiſſe. Redarguit ergo iure Goldaſtus (n*) Germanicum auctorem BROTVFFIVM (o*), quem ſcripſiſſe ait: Carolum Magnum ex antiquo *regno* Bohemiae *ducatum* feciſſe. Sed is memoriae lapſus eſt, Caroliqne magni loco Carolus cognomento Craſſus reſtituendus. Ita enim chronicon habet: *Allhie ſoll man wiſſen, daß Carolus Craſſus Römiſcher Kayſer Caroli Magni trinepos die Königreiche zu Francken, Böhmen und zu Wenden auch zu Hertzogthum des Röm. Reichs gemacht und den Königlichen Nahmen genommen.* Tiberium forte imitatus, quem ſupra loquentem audiuimus, Caeſaris eſſe, *et regna dare et adimere.* Atque ita regius honor poſteris Bohemiae regibus non tam datus, quam renouatus iterumque reſtitutus fuiſſet. Sed cum antiquis ſcriptoribus ducum Bohemiae memoria, non regum celebretur: imperitiae noui ſcriptoris error eſt tribuendus. Ad ea ergo nunc tempora progrediendum, ubi *ducis* nomen cum titulo *regali* Bohemiae principes commutarunt. Henricum I. aucupem *Boleslaus* BALBINVS (p*), qui ad fidem archiuorum hiſtoriam Bohemiae condidit, in medium principio hic uocat. *Mox*, inquit, *Henricus Wenceslaum Bohemiae ducem ad conuentum imperii principum* Erfurdum *An. 935. inuitatum* regem *appellauit, poſtea Merſburgum ſecum deduxit.* Hoc ſi uerum eſſet, nouum forte argumentum naſceretur, Henricum aucupem Caeſarum numero inſerere; quod iure reges adpellandi uſus fuerit, Caeſarea prærogatiua. Siue autem reſpuerit *regale nomen*, quod *Pontanus a* BRAITENBERG (q*) ſcribit; ſiue ab Ottone M. eius filio demum regale diadema acceperit S. Wenceslaus, quod DVBRAVIVS (r*) ſub perſona Caeſaris narrat: *dona Caeſare digna a nobis accipe. Regium imprimis decus, quo te ex dignitate tua merito decoramus:* id Bohemorum genti ſatis eſſe uidetur, ſi regiam eorum dignitatem, Poloniae Hungariaeque regnis, antiquiorem probauerint. Quo ipſo etiam Bohemi haec regna ordine praecedere uolunt. Et memini, grauiter olim eos tuliſſe: quod Auſtriaci *Hungariae Bohemiaeque* reges ſe dicant, hancque illi exiſtiment poſthabendam. Pluribus autem ſcriptoribus teſtatum eſt; *ab Henrico IV. imperatore* in comitiis Moguntinis 1086. *primum in Bohemia regem effectum*

An. 935.

An. 1086.

(h*) *Hiſt. eccl Samon. prouinc. lib. I c. 2. p. 11.* (i*) *In uitis epiſcop. Plocenſium p. 311.* (k*) Tractatu hiſtorico-politico *de Polonia nunquam tributaria*, edito Gedan. 1694. Quam ergo libri ſpem *Franciſcus* MARTINIVS fecerat, eam omnino expleuit SCHVLZIVS. (l*) *Libr. IV. Chron. p. 85.* (m*) Librum enim DE REGNO BOHEMIAE ita aeſtimo, ut, quid poſſet et ualeret, GOLDASTVM oſtendere in eo uoluiſſe, exiſtimem. AVGVSTINVM forte imitaturus, cuius *de ciuitate Dei* libri eiusdem pretii indicio digni eſſe uidentur. (n*) *Lib.* III. *c. 20. p. 229.* (o*) *Lib. I. chron. Merſeburg. cap. 12. p. 23.* (p*) *Lib.* VIII. *miſcell. Bohem. cap. 14. p. 58.* (q*) *Lib. II. Bohem. piae p. 14.* (r*) *Lib. V. hiſt. Bohem. p. 30.*

§. VII. CAP. II.

effectum fuiſſe. Omnium loca deſcribere nihil attinet: ſuffecerit enim e potioribus aliquot contextui inſeruiſſe. COSMAS(s*) Pragenſis, qui cum duce ſuo comitiis ipſis interſuit, ita ſcriptum reliquit: *Anno Dom. Inc. MLXXXVI. iubente et peragente Romanorum imperatore tertio*(quarto uulgus) *Henrico Auguſto celebrata eſt Synodus magna in urbe Moguntia. Vbi archiepiſcopi IV. et XII. praeſules, quorum nomina poſt docebimus, ſimul cum abbatibus monaſteriorum et ceteris fidelibus reſidentes plurima decreta ſuper ſtatus Eccleſiae ſcriptis roborauerunt. In quo conuentu idem Caeſar omnibus ſui regni optimatibus, ducibus, marchionibus, ſatrapis, epiſcopis aſſentientibus et collaudantibus ducem Bohemorum Wratislaum tam Boemiae quam Poloniae praefecit et imponens capiti eius manu ſua regalem circulum, iuſſit Archiepiſcopum Treuerenſem nomine Egilbertum, ut eum in ſede ſua metropoli Praga in regem ungat et diadema capiti eius imponat.* Aeneas SYLVIVS(t*) etiam *reginam Bohemiae Zuatanam tum coronatam fuiſſe, memorat.* Fauſtas in actu inaugurationis adclamationes *Paul.* LANGIVS (u*) habet: *acclamante*, inquit, *populo, Vratislao regi ſalus; honor; uictoria.* Atque in perpetuam regiae huius inaugurationis memoriam, coronam inſignis

An. 935. magnitudinis ex auro et argento affabre confectam et gemmis clariſſimis lucentem ſuper tumulo huius Vratislai filium eius ſuſpendiſſe, ſcribit BALBINVS(x*). Tempus inaugurationis et tantum non diem ſignat *Procopius* LVPACIVS (aa). Cauſas etiam beneficii huius ab imperatore collati habent alii. *Magnificum Henrico IV. uiſum, regibus imperare* ſuſpicatur KRANZIVS(bb). Sed nulla ambitio tum egerat Henricum, hoſtibus undique circumſeptum. Meliora ergo iudicia illa ſunt; imperatorem ob auxilia praeſtita Vratislao diadema obtuliſſe. *Thomas de* CZECHOROD (cc) *Epiſcopus Samandrienſis* non nouam Vratislao coronam oblatam eſſe uult: ſed ueterem Morauicam, quarum regionum dominus fuerit factus, cum iisdem ſimul translatam in eum fuiſſe. Morauiae regno inde in Marchionatum uerſo. Vt adeo Bohemiae regnum uetuſtate alia plura poſt ſe relinquat. Verum enim uero quanquam regia Vradislai in-

An. 1086. auguratio et ueteris Morauici regni inſtauratione et auctoritate imperatoris Romani fuerit munita; per integrum tamen ſeculum regales titulos principes Bohemiae ex eo tempore intermiſiſſe ſcimus. Id autem ſiue regiorum ſumptuum ergo; ſiue reipublicae uoluntate, priſtinum titulum praeoptantis; ſiue eo, quod ſeruitutem ſub honoris ſpecie ab imperatoribus ſibi imponi crederent; ſiue quod titulus non regno, ſed regis perſonae eſſet collatus; ſiue alia cauſa quacunque alia, de quibus abunde GOLDASTVS (dd) habet, factum ſit: extra dubitationem tamen illud eſt, quod regium diadema poſt centum annos a Friderico I. imperatore iterum acceperint. Hiſtoriam ita narrat RADEVICVS An. 1158.
(ee): *In eadem curia* (Ratisbonenſi) *dux Boemorum Labezlaus, uir ingenio ualidus, uiribus praepollens, conſilio, manu, audaciaque magnus, cuius antehac induſtriae; obſequii multa praeceſſerant experimenta, adeo ut ob merita ſua omnibus charus eſſet; ab imperatore ac imperii primis ex duce Rex creatur. An. 1158. ſuſcepto itaque priuilegio de uſu diadematis, aliisque regni inſignibus laetus reuertitur, et ad Italicam expeditionem Rex pariter cum imperatore faſtu regali profecturus accingitur.* Praeterea alios plures, qui idem deſcribunt. Quamuis uero de hac inauguratione *Aeneas* SYLVIVS(ff) memoret: *inueni in hiſtoria Bohemorum Vratislaum a Friderico I. imperatore ſibi ac poſteris regiam dignitatem obtinuiſſe*: in eodem tamen *Ioh.* AVENTINVM(gg) contradicentem habet, qui inquit; *Vladislaum a Friderico regem ſalutatum hac lege, ne ea dignitas ad poſteros tranſiret: ſed et honori ſucceſſor exheres foret.* Et ſane conuenit cum Auentino rei ipſius euentus. Neque enim perſeuerauit regius in Bohemia titulus, *ducis* uoce a principibus iterum adſumpta. Poſt centum uero annos, regale nomen Philip- An. 129
pus Caeſar Bohemicae genti ita contulit; ut continuo deinceps perpetuoque uſu regale hoc diadema omnes Bohemiae principes geſſiſſe ſciamus. Videbimus DVBRAVIVM (hh), plenius forte quam ceteri hiſtoriam hanc deſcribentem: *uenerat, poſt rem bene geſtam, Premislaus Moguntiam, in qua conuentum principum Philippus habuit. Vbi priusquam de bello inſtaurando deliberari aut quicquam tractari coeptum eſſet, Premislaum de omnium, qui aderant ſententia, regem Bohemiae creat, impoſita ei, ſua manu, corona regia. Exin tandem interregnum in Bohemia finitum, regibus deinceps continuo ſuccedentibus. Poſtquam uſu didicerant ad dignitatem atque exiſtimationem tuendam plus conferre inter ipſos reges, quam inter principes cenſeri.* Incertus auctor apud VRSTISIVM (ii) ita habet: *ad eandem curiam Philippus rex Ottocarum ducem Bohemiae regem fecit, datis ſibi et uxori ſuae coronis.* Sed uero cum Caeſaris dignitatem Philippo illos diſputare uideret, qui

 ab

(s*) *Lib. II. chronicae ad an. 1086. p. 41.* (t*) *Hiſtor. Boh. c. 22.* (u*) *in chron. Ziticenſ. ad h. a. p. 607.* (x*) *Bohem. R. miſcell. lib. VII. ſect. 1. c. 23.* (aa) *in Ephemerid. Bohem. ad diem. V. Iunii.* (bb) *Lib. III. Vandal. c. 11. lib. VI. cap. 6.* (cc) *Lib. I. Martis Morauici c. 4. p. 46.* (dd) *Lib.* III. *c. 10. §. 12. p. 337.* (ee) *Lib. I. de geſt. Frid. I. c. 13. p. 484.* (ff) *Hiſt. Bob. c. 24.* (gg) *Lib. VI. annal. Boior. p. 697.* (hh) *Lib. XV. hiſt. Bohem. p. 119.* (ii) *Part. II. rer. Germ. p. 86.*

Digitized by Google

CAP. II.

ab Ottonis IV. partibus ſtabant: etiam ab hoc poſtea regium diadema ſiue collatum ſiue renouatum uoluiſſe, ex literis Innocentii III. Papae diſcimus, quae aqud RAYNALDVM (ll), atque in BVLLARIO, (mm) nuper edito, habentur. Sunt uero hae: *Licet ante tuae promotionis tempora multi fuerint in Bohemia regio diademate inſigniti, nunquam tamen potuerunt a praedeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus obtinere, ut reges eorum in ſuis literis nominarent. Nos quoque tum praedeceſſorum noſtrorum ueſtigiis inhaerentes, tum conſiderantes ſolicite, quod a nobili uiro Philippo duce Sueuiae te feceras coronari, qui cum coronatus legitime non fuiſſet, nec te, nec alium poterat legitime coronare, regem hactenus non duximus nominandum. Verum cum ad commonitionem Apoſtolicae ſedis, et noſtram, relicto duce Sueuiae, ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum illuſtrem regem Ottonem, in Romanorum imperatorem electum te conuerteris, uſus conſilio ſaniori et ipſe habeo te pro rege, tam intuitu precum eius, quam tuae deuotionis obtentu. Regem te de cetero reputare uolumus et uocare. Tu igitur taliter gratiam tibi factam agnoſcas, et ſic ingratitudinis uitium ſtudeas euitare, ut tua deuotio mereatur, quod et gratia tibi detur ex gratia et data gratis perpetuo conſeruetur, prouiſurus attentius, ut quantocyus poteris, ab eodem rege Ottone te facias ſolenniter coronari. Datum Later. Kal. Maii anno ſeptimo.* Sed uero inter haec utriusque imperatoris Philippi et Ottonis diuerſa ſtudia cauſas ſibi habere idem Othocarus eſt uiſus, regii diadematis confirmationem a Friderico II. Caeſare obtinere. Extat Caeſareum diploma apud BALBINVM (nn), unde nos magis neceſſaria excerpemus: *FRIDERICVS R. Imp. &c. cum decor et poteſtas imperii noſtrum praeceſſerit ſtatum, ut non ſolum ceterorum principum dignitates; uerum ſceptra regalia,* quod omnibus gentibus notandum, *a noſtra conferantur maieſtate, glorioſum putamus ac magnificum, quod in tanto noſtrae largitatis beneficio et aliis creſcit regiae dignitatis augmentum, nec ob hoc eminentia noſtra aliquod patitur detrimentum. Inde eſt, quod nos attendentes praeclara deuotionis obſequia, ſicut dilectus patruus noſter piae memoriae Rex Philippus, omnium principum habito conſilio per ſuum priuilegium inſtituit; ita Ottocarum ipſum regem inſtituimus et confirmamus et tam ſanctam et dignam inſtitutionem approbamus, regnumque Bohemiae liberaliter in perpetuum concedimus.* Haec ergo genuina regalis hiſtoriae in Bohemiae regno fundamenta ſunt: peruerſas aliorum rationes correxit Goldaſtus, quem noſtris hiſce commentis partim augere, partim illuſtrare, nonnunquam et emendare inſtituti noſtri partem eſſe duximus.

§. VII.

d) Hungariae.

An Hungariae regnum; quod expendere nunc animus eſt, in horum numero ſit, quae regale diadema imperatoribus noſtris debeant, dubitari poſſet. Attila ſane Hungariae *regis* nomen etiam ab hoſtibus accepit; quem uero titulum ob dominii latitudinem, nemine auctore, adſumſerat. Oſtendit hoc inter alios *Franc. Foris* OTROKOCSII (oo) liber, dignus, ut hic commendetur. Quamuis uero eius monarchae ſucceſſores cauſas inuenerint, quod ſcilicet in plures partes eorum dominia ſciſſa eſſent, regio titulo abſtinendi: credibile tamen eſt, priſcae dignitatis memoriam Hungaris animum dediſſe, ut longiſſimo poſt interuallo, principes ſuos ad regale faſtigium euexerint ſua, non aliena auctoritate. De *Stephano* Hungariae poſtea rege *Petrus* RANZANVS (pp), Hungariae regis quondam legatus, ita narrat:

An. 1001.

Haud multo interiecto deinde tempore, cum Hungariae optimatibus placuiſſet, ut, qui titulo DVCIS tot praeeſſet populis, totque uiris, generis claritudine auctoritateque magna inſignibus, uteretur magis honorata adpellatione; REGIAM ELEGERVNT DIGNITATEM. Ceterum ad eum euehendum neminem, niſi Stephanum, quippe cum iure ſucceſſor fuiſſet paternarum opum, atque ita duxiſſet ante actam uitam, ut ſolus natus ad regnum uiſus fuerit. Prudentum omnium igitur miro conſenſu et applauſu eligitur ADPELLATVRQVE ipſe REX, ac regia CORONA, regum more, donatur. Inde et *Ioh. de* THWROCZ (qq) ait: *Stephanum hunc regiae celſitudinis coronam diuinitus adeptum fuiſſe.* Non alii ergo, quam reipublicae Hungarorum regalem dignitatem Stephanum debuiſſe, clarum eſt. Quod enim poſtea eidem regi Pontifex diadema miſerit, id propterea factum conſtat: quoniam Poloniae rex, modo ab Ottone III. imperatore coronatus, regium inſigne a Pontifice accipere recuſauerat. Nam Papa, ne coronam fruſtra fabricatus eſſe uideretur: eandem Stephano noſtro legitur obtuliſſe. Atque adeo intra auri caelati pretium ſubſtitit omne, quod a Papa tum donatum eſt: quod cum regali honore, quem Stephanus, ut domeſtici auctores tradunt, ab Hungariae ordinibus ante iam acceperat, ratione admodum peruerſa, a ſcriptoribus confunditur. Ad hunc enim modum fabuloſae narrationes de *CORONA S. STEPHANI* expendendae ac emendandae ſunt. *Epiſcopus* CHARTVITIVS (rr) rem ita deſcribit: *Stephanus Aſtricam*

[ll] *Tom. XIII. hiſt. eccleſ. p. 1086.* [mm] *Tom I. ſub Innoc.* III. *p. 1109.* [nn] *Lib. I. decad. I. miſcell. Boh. uolum. I. p. 7.* [oo] *de origin. Hungar. tom. I. cap. IV. p. 102.* [pp] *Indice* VIII. *rer. Hungar. p. 225.* [qq] *Part. II. chron. Hung. cap. XXIX. p. 39.* Vbi in ueteri edit. 1482. imago duorum angelorum conſpicitur, diadema coelo deferentium. [rr] *In uita S. Stephani per* L. SVRIVM *emendato p. m. 270.*

§. VII. CAP. II.

cum praeſulem ad S. Apoſtolorum limina miſit, a Petri ſucceſſore petiturus; ut ipſum ducem regio diademate cohoneſtaret. Per idem tempus Mieſeca, Polonorum dux, Chriſtianam amplexus fidem, legatos ſuos Romam miſerat, ut regium ipſi titulum impetrarent. Aſſenſerat quidem pontifex et iam coronam egregio opere confici curauerat, quam ei mitteret. Sed quia nouit dominus, qui ſint eius, qui etiam duobus ab apoſtolis praepoſitis, Matthiam ſocio ſuo praetulit: illa corona Stephanum ornari uoluit. Nocte enim eius diei, quo ſtatuerat Pontifex coronam Polonorum principi dare perferendam, apparuit ei Angelus domini, atque ad eum: noueris cras hora diei prima ignotae gentis nuntios ad te uenturos, ſuo duci coronam abs te expetituros. Eam ergo coronam, quam parari iuſſiſti, illis incunctanter tribue, ad ipſorum ducem eam abſportaturis, nec dubites, illi eam cum regni gloria pro uitae eius meritis deberi. Itaque craſtina luce, qua praedictum erat, praeſul Aſtricus ad Pontificem uenit demandatumque ſibi officium prudenter exequens, ſanctique ducis res geſtas ordine referens, a ſede Apoſtolica regni coronam petiit. Iis auditis mire exhilaratus Pontifex, precibus illis libenter annuit, crucemque ante regem ſeu apoſtolatus inſigne geſtandum adiunxit: ego, inquiens, ſum apoſtolus; at ille merito Chriſti apoſtolus dici poteſt, cuius opera tantum populum ſibi Chriſtus acquiſiuit. Atque ea cauſa, quemadmodum diuina gratia ipſum docebit, eccleſias Dei una cum populis ei ordinandas relinquimus. Omnibus impetratis, quae poſtularat antiſtes, Aſtricus laetus ad ſuos reuertitur, illud ſecum ferens, cuius cauſa iter illud emenſus erat. Allatis uero Apoſtolicae benedictionis literis cum corona et cruce, praeſules cum clero, comites cum populo in laudes Dei prorumpunt et Deo dilectus Stephanus princeps ungitur in regem et diademate regio feliciter coronatur. Non poenitet, ſingula haec deſcripſiſſe, ut pateat, quem colorem figmento induere ſciant auctores pontificii. Omne enim, quod ſcribunt, ultra limites ſupra poſitos non admittendum ducimus. Ita ſcilicet ut auri caelati liberalis donatio Pontifici: Hungariae autem ordinibus regalis collatio dignitatis, ad fidem Hungaricorum ſcriptorum, tribuatur. Fuit enim Hungaris olim, quae poſtea mens, ubi, praeterito regni candidato, quod a Pontifice eſſet commendatus, alium elegerunt: *ne regni liberi libertatem in ſuſceptione per eccleſiam dati regis amitterent*; uerba THRWOCZII (ss) ſunt, ſcriptoris ſupra citati. Facilius ergo *Ioh.* BODINO (tt) credendum, qui inquit: *ponderoſa extat interceſſio principum Hungariae aduerſus pontificis R. legatum anno 1308. qui cum diceret Stephanum I. Hungariae regem a pontifice R. coronam regiam accepiſſe, acerrime reſtiterunt, neque id R. pontifici ius eſſe, denuntiarunt: nec tamen ſe prohibere, quo minus rex Hungariae, ſi uellet, a pontifice R. coronam conſequeretur.* Quae cum ita ſe habeant, fruſtra uideor, inter regias ab imperatore Romano factas adpellationes Hungariae regni exemplum retuliſſe. Sed uero ſingulare eſt, quod AVENTINVS (†*) ſcribit; ipſum Stephanum Hungariae rectorem nomen regale ab imperatore Romano Henrico Sancto accepiſſe. Deſcribemus ſententiam eius, a nullo, quantum ſcimus, ſcriptore alio, proditam. Ita autem inquit: *Filio Geizonis, qui obierat A. 996. Giſala ſoror Henrici II. deſpondetur, hac lege atque ordine, ut ille, exploſa falſorum deorum ſuperſtitione, Chriſti unius et ueri DEI cultum cum popularibus reciperet. Accepit conditionem princeps Vgrus: ſtatim aqua luſtrica tingitur, Stephanus, id eſt, coronatus, appellatus, et A CAESARE REX NVNCVPATVR.* Et ſane non abſimile uero eſt, Stephanum diploma regale ab Henrico accepiſſe. Cum, quod ab Ottone III. Poloniae facta regalis ſignificatio in gentium ac imperatoris, illam imitaturi, memoria recentiſſima eſſet: tum, quod maxima Stephani regis cum Henrico imperatore amicitia ac familiaris conſuetudo aliis etiam ſcriptoribus, *Ottoni* FRISINGENSI (**) maxime, ſit celebrata. Hungaris tamen ſuis, ne libertati eorum aliquid detractum putarent, Caeſareum diploma forte non oſtendit Stephanus. Vt adeo mirum non ſit, domeſticos regni eius ſcriptores id non prodidiſſe. BERNEGGERO (††) hic Auentini locus non innotuit: ut tamen idem ſentiret, uerba PHILIPPI recitauit (†††); qui mihi ſua hiſce annalibus debere uidetur. Atque adeo habuit Srephanus, quod tribus diuerſis acceptum ferret. Reipublicae *poteſtatem regalem*: *R. Imperatori regiam dignitatem*: ſummo autem Pontifici Romano aurei diadematis *pretium* mihi uidetur debuiſſe. Sed uero regiae ſignificationis praerogatiuam Imperatores noſtri pluribus exemplis in Hungaria deinceps quoque demonſtrarunt. Petro regi, Hungaria exuli, diadema recuperauit Auguſtalis auctoritas, de quo ita traditum reliquit *Anton.* BONFINIVS (uu), pleniſſimus rerum Hungaricarum ſcriptor: *armis Henrici III. imperatoris fracti Hungari Petrum repetunt, quem Albae ſcelere exactum indoluere. Proinde ueniam exorant et Caeſaris edicta ſeruaturos pollicentur. Benigno hilarique uultu hos Caeſar admiſit omniaque poſtulata ultro praeſtiturum ſe recepit. Poſt haec una cum legatis et exercitu Albam peruentum eſt, ubi in aede Diuae*

…Hungariae.

An. 1001.

(ss) *Part. II. chron. Hung. c. 84. p. 81.* (tt) *Lib. I. de rep. cap. 9.* (†*) *Lib. V. annal. Boior. p. 311.* (**) *Lib. VI cap. 27.* (††) *In notitia Hung. theſ. CCCLXIX. p. 173.* (†††) *Lib. II. Chron. p. 393.* (uu) *Decad. II. rerum Hung. lib. II. p. 192.*

CAP. II. §. VII.

uae Genetricis Petrum regno eiectum bis rite reſtituit. Diadema, ſceptrum ceteraque inſignia reddidit et regem Hungaris, Hungaroſque regi reconciliauit. Supplet uero hunc locum quodammodo *Petrus de* REVVA (xx), *Comes Turocenſis*, dum inquit: *Henricus III. imperator ducem in aedem diuae uirginis et in throno regio collocatum, ornatumque inſignibus regis Stephani, tum frequenti nobilium et optimatum corona cinctum, Hungaris oratione ad eam rem comparata, commendauit.* Addit *Comes de* NADASD (yy): *bis ergo coronatus Petrus Rex.* Vna uice antequam regno expelleretur; nunc altera, in idem reſtitutus. Quae dictis a me nouum robur addunt: ſcilicet Caeſareae maieſtatis opus ultimam inaugurationem cenſeri poſſe. Et uero arctiorem regiae dignitatis cum Romano imperio nexum caſus Salomonis Hungariae Regis oſtendit, de quo THVVROCZIVS (zz) ſcriptum reliquit: *Rex conquerebatur Caeſari* (Henrico IV.) *de amiſſione regni. Dicens: quod de regno ſuo uiolenter eſſet expulſus; et non tantum ſibi, ſed magis imperio Caeſaris haec iniuria eſſet illata. Et dicebat: tua quippe HVNGARIA, tuum REGNVM, in quo me CONSTITVISTI.* Exſcribit hunc locum BONFINIVS (a*), qui Salomonem *AVGVSTALI* Imperatoris R. *AVCTORITATE* ad regiae dignitatis ſolium euectum fuiſſe, affirmat. Certamina, quae inde ſequuta ſunt, circa ius in Hungariae regnum inter Caeſarem ac Pontificem R. explicauit CONRINGIVS (b*). Nobis illud ſufficit: *aurum* coronarium *Pontifici*: *dignitatis* uero regiae conceſſionem imperii *Romani maieſtati* in hactenus dictis, quantum licuit, adſertam fuiſſe. Sequitur nunc

e) Daniae. Daniae regnum, quod pariter aliquem diadematis honorem ſe Romano imperio debere, nequit diſſimulare. Equidem *Saxoni* GRAMMATICO facile largimur, *regalem ſeptemtrionalium regionum coronam antiquitate cetera quaeuis Europae regna longo poſt ſe interuallo relinquere; imo Daniam ipſam reges feciſſe, antequam Romulidarum dominia in Italiis ortum ſumpſerint*: cum tamen e ſuperioribus (c*) conſtet, ueterrima etiam regna ſibi duxiſſe glorioſum, priſcam gentis ſuae coronam per Romani imperii maieſtatem renouari quodammodo fulgentioremque reddi; eo minus mirari liceat, Daniam quoque hanc aliorum conſuetudinem fuiſſe imitatam. Et uero apud Danos in legem fere abiiſſe, ut coronam ab Imperatoribus noſtris peterent, unius ARNOLDI (d*) Lubecenſis locus clarum facit; ubi de *Friderici* Imperatoris ſuper Canutum Daniae regem mota querela his uerbis extat: *Haec autem*, bellum Slauicum deſcripſerat, *non ſine indignatione Imperatori facta ſunt, qui ſe dicebat dupliciter a Canuto rege iniuriatum, et QVOD AB EO CORONARI NOLVERIT, et quod Slauos imperio ſubditos ſuo dominio per tributum et hominium ſubdiderit.* Inde mihi non leuis coniectura eſt, quod *Otto* magnus, Imperator Haraldum Daniae rectorem, et uictum a ſe et ad Chriſtiana ſacra adductum, imperioque Romano nexu beneficiario addictum diademate ornauerit; poſt quem ceteri etiam Imperatores idem ius, Daniae regno regales titulos conferendi, continuarint, quoties per temporum rationes licuit, excuſſiſſe enim plures iugum et reuerentiam imperii Romani, non minus notum eſt. Quem morem, cum temere migraſſet Canutus, has querendi cauſas Friderico Imperatori dediſſe uidetur. Sane de Ottone M. ADAMVS *Bremenſis* (e*) narrat: *tandem conditionibus*, bella Danorum cum Rom. imperio deſcripſerat, *ad pacem inclinatis. Haraldus Ottoni ſubiicitur, REGNVMQVE AB EO SVSCIPIENS, Chriſtianitatem in Dania recipere ſpopondit.* An. 946. Quamuis autem Imperatores noſtri hoc ſui iuris exercitio, dignitatem Daniae rectoribus largiendi, quandoque uel ſocordia ſua, uel ethnicis moribus, ad quos identidem reges Daniae fuerant relapſi, uel nimia eorum potentia impediti fuerint: animum tamen noſtros nunquam depoſuiſſe, conſtat, ea, quae per uim amiſiſſe uidebantur, omni iure recuperandi. Quid? quod, cum Cunradus II. ob principem Danicam filio ſuo locatam, remiſiſſe legatur imperii iura regibus Daniae (f*): eo ipſo clarum fit, Imperatorem, quae remiſerat, habuiſſe. Quieſcebat deinde aliquantum imperii Romani in Daniae regnum poteſtas. Et quamuis Lotharius Imperator ſupplicem ſibi reddiderit Dan. R. Magnum (g*): *hunc enim ſe in Imperatoris poteſtatem tradidiſſe, iuramentum feciſſe, ſe ſucceſſoreſque ſuos, NONNISI IMPERATORIS et ſucceſſorum eius PERMISSV REGNVM ADEPTVRVM*, memorabili loco ſcripſit TRITHEMIVS (h*): non tamen luculentiora circa regiam in Dania dignitatem iura, quae imperium Romanum habuit, extant, quam in uita *Friderici* I. Imperatoris. Ita enim ipſe Imperator (i*) de ſe ſcriptum reliquit: *poſt primam unctionem Aquisgrani, et acceptam coronam Theodorici regni generalem curiam Merſeburg in pentecoſte celebrauimus; ubi REX DANORVM PETRVS* (ſeu Sueno

(xx) *Centuria I. rer. Hung. p.* 4. (yy) *In augmentis libri modo laudati.* (zz) *Part.* III. *c.* 54. (a*) *Decad. II. rer. Hung. lib.* III. *p.* 310. (b*) *Lib.* I. *de finib. imp. c.* 17. (c*) *c.* II. *differt.* §. 2. (d*) *Lib.* III. *chron. Slauor. c.* 7. *p.* 313. (e*) *Lib.* II. *hiſtor. eccleſ. c.* 2. (f*) Legatur ADAM. *Brem. lib.* II. *c.* 41. (g*) Ipſo SAXONE teſte *lib.* IX. *hiſt. Dan. p.* 409. (h*) *in chron. ad h. a.* (i*) *in epitome uitae ſuae*, quae extat apud VRSTISIVM *p.* 403.

§. VII.

CAP. II.

Sueno) *ad curiam noſtram uocatus, uenit, et hominio et fidelitate nobis facta, CORONAM REGNI DE MANV NOSTRA SVSCEPIT.* Sed ipſe OTTO *Friſingenſis* (l*), ad quem haec ſcripſerat Imperator, prolixius rem ita narrat: *Erat illo tempore in regno Danorum inter duos conſanguineos, Petrum ſcilicet, qui et Sueno, et Guuotonem de regno grauis controuerſia. Quos rex ad ſe uenire praecipiens, curiam magnam in ciuitate Merſeburg habuit. Sic deciſum fuiſſe dicitur: GVVOTO REGIVM NOMEN ADIRET. Petrus, uero accepto ab eiusmet manu regno, fidelitate et hominio ei obligaretur. ITA CORONA REGNI PER MANVM PRINCIPIS, FRIDERICVM IMPERATOREM INTELLIGIT, SIBI IMPOSITA, in die S. Pentecoſtes ipſe coronatus, gladium regis ſub corona incedentis portauit.* Equidem *Iohan. Iſaac.* PONTANVS (m*) et Iohan. MEVRSIVS (n*), quod negare non poſſunt, hoc ita tractant, ut circumſtantiarum alias diſſimulent, alias molliant, ipſum uero imperatorem fraudis accuſent, qua Suenonem circumuenerit: ſed manifeſto id faciunt partium ſtudio, cum nihil inſoliti Suenonem pepigiſſe ex hactenus dictis conſtet, et maior ſacratiſſimi imperatoris ſit auctoritas et aequalium ſcriptorum nobis fides, quam ut inde dimoueri arbitrio recentiorum queamus. Et uero ipſe Waldemarus deceſſoris ſui, Suenonis, ueſtigia preſſit, *titulo regio* non minus ab Imperatore e Germania in Daniam expetito. Teſtatur hoc RADEVICVS (o*): *Eodem loco*, ait, *nuntii regis Daniae nuper electi*, imperatoris *adeunt praeſentiam, poſtulantes, quatenus inueſtituram de regno ſuo mittere dignaretur. Exaudiuit eos imperator praebito et accepto ab eis ſacramento iuriſiurandi. Poſt reditum ſuum regem Daniae ad curiam* Imperatoris *uenturum, et REGNI* administrationem *DE MANV PRINCIPIS ſuſcepturum.* Exprimit hoc ligata oratione GVNTHERVS *in Ligurino* (p*)

An. 946.

Iamque precatores aderant a rege Danorum,
Principis arbitrio ſceptrorum iura petentes.
Annuit hoc pacto Rex, ut poſt bella reuerſum
Ante quater denos properaret regulus illum
Cantus adire dies REGNVM SVMPTVRVS AB IPSO.

Expleuiſſe autem promiſſum Daniae regem, breuiter narrat ALBERTVS *Stadenſis* (q*): *ibi Waldemarus duo regna Daniae et Sueciae*, ſed de hoc non eſt quaeſtio, *ab Imperatore ſuſcepit.* Neque forte adeo contradicentes habuiſſemus recentiores annalium Danicorum conditores, ne regalis diadematis quandam innouationem a noſtris Imperatoribus factam eſſe, confiterentur: niſi hoc titulo Daniam imperio hodienum ſubiectam poſtulauerint aliqui ſcriptores. Quod ut euitarent Dani, tanta animi contentione illud etiam proſternere atque ex hominum memoria delere laborarunt. Attingit uero eandem quoque gentem Slauici regni diadema, quod Imperatoribus noſtris ortum non minus, honoremque debet. Dignum ſane notatu illud eſt, quod Daniae rex, tracto ad ſe Slauorum dominio, titulum *regalem* non ſua, ſed noſtrorum Imperatorum auctoritate crediderit inducendum; hoc ipſo clare profeſſus, nulli poteſtatem *reges adpellandi*, quam Romano Imperatori conuenire. Ipſe SAXO (r*), inimicus cetera Germaniae noſtrae ſcriptor, teſtis eſt; *Canutum a Lothario Imperatore in regem proclamari uoluiſſe.* HELMOLDI (s*) uerba haec ſunt: *et poſuit Imperator coronam in caput Canuti, ut eſſet rex Obotruorum.* Quae eadem repetit ALBERTVS (t*). Plenius hiſtoriam PONTANVS (u*) deſcribit: *inſtante identidem Henrico et apud Caeſarem Lotharium, cui ſciebat Canutum haud eſſe ingratum, rem diligentius agente, haud difficulter uotis ipſius aſſenſum, Canutusque Obotritorum* (alii Vandalorum) *REX DECLARATVS eſt.* Inde CRANTIVS (x) adiicit, *ueriſimile eſſe, Canutum, qui ab Imperatore Obotritorum, ut alias uocamus, Vandalorum, regis titulo ac dignitate eſt decoratus, eundem ad poſteros inuiolatum transmiſiſſe. Atque inde hodieque familiare eſſe Danorum regibus omnibus, ut ſe Danorum Vandalorumque REGES inſcribant.* Intelligere ergo inde licet, quam aliter ad minuendam imperii Romani gloriam ſentire uelit MEVRSIVS (y*). *Canutus*, inquit, *modo Vandalorum dux creatus, mox ad Caeſarem profectus, a quo donatus Vandaliae regno et corona, quamlibet obnitens maxime* (alii ſolicitans uehementer) *decoratus. Etenim Caeſar, qui Canutum regia ſtirpe natum, ſciret, ac duobus tunc ducatibus, qui a limite Sleſuicenſi longe in ortum ſe porrigunt, praepotentem; inſuper uirtute clarum animique et geſtarum a ſe rerum magnitudine excellentem; commoda occaſione exercendi in ſeptemtrione imperii, quod nec quicquam ante ſe tentaſſent alii, conſequutum ſeſe ratus, ultro neque expectantem* (ſuperius citati, rogaſſe Canutum ſcribunt ab Imperatore titulum) *et renuentem, VANDALORVM, quatenus ad ſe pertinebant*, haec iterum ex ingenio Meurſius. *REGEM CREAT.* Cy- (g) pri inſulae domini, ut pedem a Venedia mouea-

§. VI

f) Vand. ſeu regi Venedori

g) Cypri inſulae.

Lud. opuſc. tom. I. E

(l*) *Lib. II. de geſt. Frid. I. c. 5. p. 448.* (m*) *Lib. V. rer. Dan. ad an. Ch. 1152.* (n*) *Lib. V. hiſtor. Dan. p. 89.* (o) *Lib. I. de geſt. Frid. I. c. 24.* (p*) *Lib. VII. p. 607.* collato cum *lib. I. p. 293.* (q*) *Ad ann. 1163. p. 289. edit. nouiſſ. 1685. f.* (r*) *Lib. X. hiſtor. Dan. p. 607.* (s*) *Chron. Slauor. lib. I. c. 49. p. 119.* (t*) *Chron. ad an. 1133. p. 159.* (u*) *Lib. V. rer. Dan. p. 307.* (x*) *Lib. VI. c. 27.* (y*) *Lib. VI. hiſt. Dan. p. 71.*

Digitized by Google

CAP. II. §. VII.

mouemus, *REGIAE ADPELLATIONIS* priuilegium a noſtris etiam imperatoribus petierunt ac conſequuti ſunt. Equidem *Anton Maria* GRATIANVS (z*) de Emerico Cypri poſſeſſore ſcribit: *miſſa Romam inſigni legatione impetrauit, ut REX ADPELLARETVR.* Sed peſſime ſibi conſuluiſſet Emericus, dignitatem a Pontifice petendo, quam ab imperii Romani maieſtate iam acceperat. Conſtat id ex ARNOLDO (aa), abbate Lubecenſi, qui Henrico VI. imperatori gloriam hanc ita tribuit: *Profecti erant deputati ab imperatore, qui praelia domini utiliter exercerent. Circa feſtum igitur B. Aegydii de Meſſana ciuitate profecti ad portam Accon integro nauium numero appulerunt. Cancellarius tamen cum comite Adolfo aliisque amicis apud Cyprum adlitauit, REGEM eiusdem INSVLAE CORONATVRVS, diademate a domino imperatore transmiſſo. Sane idem Rex inſulae* (Emericum ſeu Almericum fuiſſe, patet ex *Mariu.* SANVTO (bb) maxime) *ſub ditione Conſtantinopolitani Imperatoris prius ſubſiſtens, AD MAIOREM GLORIAE SVAE DIGNITATEM a glorioſiſſimo ROMANORVM AVGVSTO CORONARI deſideratiſſime expetiit. Illuc itaque glorioſe ueniens, glorioſius ſuſcipitur, lautiſſime detinetur, expletisque inſtantis negotii rebus exquiſitiſſime, ditatus muneribus, omnibusque ſuis, prout cuiusque exigebat magnificentia, repedatus nauibus, Accon proſpere uelificabat.* Nulla ergo opus fuiſſe alia Pontificis declaratione uidetur, cum ſacratiſſimi Imperatoris conceſſionem regii honoris tanta amplitudine in inſula peractam ſciamus. Eodem etiam ſiue Cypri regum, ſiue ſcriptoris errore factum eſt, quod *Aeneas* SYLVIVS (cc) tradit: *Iacobum nothum An. 1459. Memphyticum regem dominum inſulae ſuperiorem appellaſſe; ut auſpice eo inſulae rex ſalutaretur.* Sed omnino uidetur *agnitio* tituli regalis cum eius *conceſſione* hic commiſceri. Illud ergo cuiuis alii tribuatur; dummodo hoc in ſaluo ſit; ad imperii Romani eminentiam maieſtatemque extollendam. Eadem nobis diſtinctio in Armeniae regno prodeſt, ad regale decus in iſta regione ſoli non minus Imperatori Romano uindicandum.

(b) *Armeniae.*

Non neſcio in ſocietatem huius gloriae hic iterum uenire Pontifices Roman. (**) ſed et hic praeter *conſenſum* in titulo regio Papae nihil tribuo: qui a iuſta diadematis *conceſſione*, quam ſoli Imperatori nunc uendico, omnino eſt ſeiungendus. Locus ARNOLDI (dd) Lubecenſis ex illis, quae paulo ante diximus, explicari poteſt. Habet autem ſe ita: *Adueniente Martio*

A *aſcenſis nauibus, fauente Zephyro, omnes fere principes cum melioribus populis ad ſua redierunt,* e bello ſacro ſcilicet, quod modo deſcripſerat. *Remanſit tamen Dominus Moguntinus et Dominus Verdenſis. Moguntinus tamen tunc aberat, in Armenia conſtitutus, pro CORONANDO REGE ISTIVS TERRAE, ad quod tamen negotium Cancellarius deputatus fuerat, qui, ut dictum eſt, in Cypro ſimilia perpetrauerat.*
B *Sed cum eſſet apud Baruth, uiſum eſt principibus, ut, remanente Cancellario, Moguntinus uicem eius suppleret et ipſum regem, DIADEMATE IMPOSITO, ad titulum Romani imperii coronaret. Ipſe enim Armeniae rex omnimodis hoc affectans; audita fama uirtutis populi Dei. Et quia glorioſe multa loca obtinuiſſent, miſſis nuntiis honoratis, cum muneribus non paucis ipſos principes deuote ſalutauit, et quanto deſiderio*
C *ipſorum aduentum expectauerit, per ſcripta ſimul et uerba ampliſſima inſinuauit: paratiſſimum ſe dicens Romano ſubdi imperio, SI CORONAM DIV DESIDERATAM AB IPSIVS MERERETVR SVSCIPERE NVNTIO. Glorietur Eccleſia Romana, quae non ſolum in ſpiritualibus; ſed etiam, fauente Chriſto dilatatur in temporalibus, ut etiam reges transmarini hoc titulo affectent inſigniri. Vi-*
D *derint tamen illi, qui hac dignitate neglecta, plus diminutionem quam Romani orbis attendunt dilatationem. Moguntinus igitur, ut diximus, GLORIOSE EXPLETO NEGOTIO, ipſum regem Armeniae et principem Antiochiae ad pacis concordiam reformauit, quorum diſſenſione non modicum Eccleſia Dei in partibus illis diu turbata fuerat.* Fuit autem, qui hic nominatus epiſcopus Moguntinus, Cunradus Comes
E de Wittelsbach. Quod docet *Petrus* MERSAEVS (ee), qui inquit: *profectus erat Conradus C. de Wittelsbach, Epiſcopus Moguntinus, cum aliis interim principibus ac epiſcopis ad terram ſanctam. In eo itinere LEONEM ARMENIAE REGEM CORONAVIT EX MANDATO HENRICI VI. quemadmodum Conradus Herbipolenſis Epiſcopus AMALRICVM REGEM CYPRI.* Eadem *Ca-*
F *ſpar* BRVSCHIVS (ff) habet: *hierzwiſchen zohe er auch mit etlichen Biſchoffen und Fürſten zu dem heiligen Grab und auf den Weg krönet er aus geheiß Henrichen des* VI. *Kayſers, Löwen den König in Armenien: wie dann auch Conrad der Biſchof von Würtzburg Amalerichen den König aus Cypern krönet.* Fruſtra ergo ſunt, qui inter Moguntini antiſtitis praerogatiuas ius ponunt coronandi reges ab Imperatore effectos: cum eandem ſpartam aliis etiam demandatam fuiſſe uideamus. Ceterum

(z*) *Lib. I. de bell. Cypr. p. 7.* (aa) *Lib. V. chron. Slau. c. 1. p. 493.* (bb) *Part. II. L. III c. 8 uol. de bell. Sacr.* (cc) *In deſcript. Aſiae min. c. 97.* (**) In BVLLARIO *Romano* diploma habetur, alibi producendum. (dd) *L. V. c. 5.* (ee) *In annal. Mog. Epiſcop. XXXII. p. 202.* (ff) *cap. I. de epiſcop. Germ. ad an. 1200 p. 7. editionis Germ.*

CAP. II. terum quae BARONIVS (gg) circa hunc Arnoldi locum mutata uult, illa ad codicum Mſſ. fidem iterum refellit *Henr.* BANGERTVS (hh); ut adeo adhucdum concesſi Armeniis regii tituli gloria noſtris Imperatoribus illibata conſtet. Veteri Burgundiae regium diadema ſuperius adſertum (ii): ſed aliam faciem regiones acceperunt, cum, ad imperium Germaninicum deuolutae, ducibus regendae committerentur. His cum per bella, matrimonia, teſtamenta, emptiones, alius generis titulos aliae plures regiones poſtea accreuiſſent: *ducalem* ipſi honorem *prouinciarum multitudine* quodammodo uiſi ſunt exceſſiſſe. Inde ipſis Romani Imperii *Septemuiris*, dignitatis ordine *praeferri* uoluerunt; *quod magnitudine regionum potentiaque eosdem anteirent.* Neque ſuo ſemper conatu fruſtratos eſſe reperimus: quin CHIFLETIO (ll) ſe exempla offerant, ubi regibus proximum locum, prae cunctis orbis principibus aliis, occupaſſe legantur. Mouit hoc Imperatores noſtros, ut regium Burgundiae ducibus diadema offerrent; arctiorique nexu per nouum beneficium cum imperio Romano-Germanico praepotentem domum coniungerent. De *Philippo bono*, Burgundiae duce memorat PARADINVS (mm), quod legatis Galliae regis, cum eius aulae nihil illi deeſſe dicerent, quam regale diadema, ita reſponderit: *ie vueil bien, que chacun ſçache, que, ſi i' euſſe voulu, ie fuſſe Roy.* Et ſane adſignauerat Fridericus III. huic duci regalem honorem, quem ipſe modeſte declinabat. Patet hoc ex gratulatoria epiſtola (nn), quam pontifex *PIVS II.* dedit ad Philippum, ubi ita ſcribit: *Ex ipſis Imperatoris literis laeto animo accepimus, eum decreuiſſe, noſtra praeſertim contemplatione, concedere tibi REGALEM INVESTITVRAM. Super quo in tui fauorem ſaepius ad Celſitudinem ſuam ſcripſiſſe meminimus: et non ſolum hoc facere deliberaſſe, ſed etiam affinitatem tecum contrahere ratione filii ſui et filiae, ſui nati; ac tibi VICARIATVM IMPERII IN TERRIS GALLICANIS VLTRA RHENVM concedere ſtatuiſſe. Quod profecto nobis eſt gratiſſimum: quodque Serenitati ſuae & tuae generoſitati proſperum et felix etiam optamus, ad pacem et perpetuam confoederationem utriusque ueſtrum ac ſedis Apoſtolicae et Chriſtianae religionis conſeruationem et augmentum. Datum Romae apud S. Petrum anno incarnationis M.CCCCLXII. III. Kalendar. Febr. Pontificatus noſtri anno quinto.* Quem uero honorem reſpuit Philippus, eius cupidiſſimum ſe exhibuit filius eius *CAROLVS*,

i) *Burgundiae duces A.1474.*

Lud. opuſc. tom. I.

A cognomento audacis. Egerat enim hic in congreſſu Treuirenſi, eius forte cauſa inſtituto (oo), cum *FRIDERICO* eodem Imperatore, ut eum in *REGEM IS SOLENNITER DECLARARET.* Euentum rei PONTIHEVTERI (pp), quam meis uerbis malo recitare; cum, quod ipſe plenior ſit, tum quod cultiori ſermone, ac ceteri, utatur. Ita autem ſe habent: *Imperator Fridericus, Pugnacem cum exer-*
B *citu imperii fines attigiſſe audiens, multis Germanorum cinctis proceribus, in Treueros eſt profectus, ubi circa nonas Octobris Pugnax Imperatorem inuiſit, ac poſteaquam ſaepius ſecreto inter ſe communicaſſent, conuiuiis, donis ludicrisque belli ſpectaculis, quae Chronicon Hollandiae ad nauſeam usque deſcribit, magnifice certaſſent, Imperator filio ſuo Maximiliano, octodecim tum annorum adoleſcenti, filiam eius Mariam uxorem*
C *petit. Pollicetur deſponſurum ſe Maximiliano filiam; SI IMPERATOR, veteri reſtituta dignitate, BVRGVNDIAE SE REGEM NOMINASSET, cum opes ac ditiones regio nomini ac dignitati congruentes poſſideret: quae non parum augerentur, ſi Imperator, accepto auro, actionem, quae ſibi imperii nomine in quatuor Belgarum Epiſcopales ditiones competebat, eieraſſet. Dum haec fiunt, parabantur*
D *Treueris, quae ad NOVVM REGEM CORONA REDIMENDVM erant neceſſaria, AVREA nimirum CORONA; SCEPTRVM regium, militare SIGNVM; VESTIS regia: reliquaque ornamenta, erectusque uiſebatur in templo D. uirginis Imperatoris THRONVS, ac paucis infra hunc gradibus REGIVS, uterque ſerica ueſte auro rigente tectus; ab utroque uero latere principum ſedes magnifice*
E *etiam ornatae conſpiciebantur. Antiſtes Metenſis; qui nouum regem oleo ſacro inungeret, erat lectus.* Quo minus autem ſucceſſu caruerit hic adparatus, idem porro docet: ſed Ludouicus Francorum R. dignitatem *Pugnacis inuidens, clam Imperatori perſcribit, Burgundi animum non eo tendere, ut Burgundiae terminis foret contentus, ſed ad IMPERII eum aſpirare faſtigium. Proinde animo diſpiceret, ne e cli-*
F *ente patronum faceret. Imperator natura ſuſpicioſus, eo magis Franci uerbis fidem adhibet, quod non ita pridem Pugnax IMPERII VICARIATVM ambiiſſet, ac ditiſſimae ſupellectilis oſtentatione, quibuscum ſua ſupellex ne comparari quidem poterat, quodammodo ſibi pauperiem, ſuſtinendo imperii nomine indignam, exprobraſſet, ac proinde filio Maximiliano imperii ſucceſſionem praeripere uelle uideretur. Ortae igitur leui e ſuſpicione aemulatio ac in-*

E 2 uidia

(gg) *Annal. eccl. ad ann.* 1197. *n.* 11. (hh) *In notis ad lib. V. c. 5. chron. Slauor.* (ii) *hoc §. 7. p.* 48. (ll) *In uindic. Hiſp. cap. XIV. p.* 134. (mm) *Annales de Bourgogne Liu.* III. *p.* 883. (nn) *Epiſtol.* AENEAE SYLV. *CCCXCV. p.* 608. (oo) *Arnoldus de* LALAING iſtius congreſſus hiſtoriam ſcripſit, admodum eleganter a *Rodolpho* AGRICOLA latine redditam. Extat autem in *Tomo II. Freheri p.* 155. (pp) *Rer. Burgund. lib. V. c.* 8.

Digitized by Google

CAP. II. §. VII.

uitiia, regiae literae ad maturitatem non peruenere reiectaque in aliud tempus inauguratione, ſed animo plane abiecta, non ſalutato Pugnace, qui poſt biduum corona ſe regia rediniuum iri ſperarat, coloniam proficiſcitur, Quare ludibrio ſe habitum conſpiciens, pudore confuſus iraque percitus, tam inmenſum animo contra Imperatorem odium concepit; ut ſi diuturnior uita contigiſſet, nunquam Maximilianus Mariam in uxorem duxiſſet. Rem eandem deſcribunt auctor MAGNI CHRONICI Belgici (*); *Gerardus de* ROO (qq); *Guillaume de* PARADIN (rr); *Ioh. Iacob.* FVGGERVS (ss); *Franc.* HARAEVS (tt) atque plures alii, quos nominare parum attinet. Sed fruſtra hoc modo attuliſſe uidemur, hoc Burgundici ducatus exemplum, cum euentu caruerit auguſta ducis inauguratio. Aſt uero neque ſic laboris nos poenitet. Illuſtre enim Galliae regis exemplum eſt, uniuerſis gentibus neceſſitatis quandam legem impoſitam, eum pro rege habere, quem imperii Romani maieſtas regali diademate dignum cenſuerit. Quorſum enim iſtae Gallorum ſolicitudiues feciſſent? Friderici animum mutandi, niſi ab arbitratu Imperatoris omnem regalis tituli dum rationem pependiſſe, exiſtimaſſent. Sed neque tum omnium exemplorum huc pertinentium, finis eſt. Auſtriae enim archiduces ſuperſunt, quibus diadema regale ab Imperatoribus pariter collatum eſſe, reperimus. *Petrus de* VINEIS (uu), GOLDASTVS (xx), VREDIVS (yy), FVGGERVS (zz), CVSPINIANVS (a*), MVTIVS (*), et alii forte plures diploma Friderici II. Imperatoris, quo Auſtriam ad regale ſolium euexit, recitant, unde nos etiam huc transſcribemus. *Ita autem ſe habet; FRIDERICVS II. Rom. Imp. FRIDERICO II. duci Auſtriae ſuo dilecto principi gratiam et omne bonum. De fulgore THRONI Caeſarei, uelut ex SOLE RADII, ſic ceterae prodeunt DIGNITATES, ut primae lucis integritas minorati luminis non ſentiat detrimenta: tantoque magis imperiale ſcriptum extollitur, quanto tribunal ipſius digniores in circuitu circumſpicit conſimiles regiones. Hac igitur conſideratione commoniti, qui coeleſti prouidentia Romani imperii moderamur habenas, ſolii noſtri decus tam ueterum dignitatum ornatibus confouemus, quam nouis honoribus ampliamus. Tuis igitur, deuotiſſime princeps noſter, ſupplicationibus fauorabiliter inclinati, nec minus ad exaltationem honoris ſacri Romani imperii noſtri reſpectum habentes de infra ſcriptorum principum conſilio uidelicet Ratisbonenſis Epiſcopi &c. DVCATVS AVSTRIAE et STIRIAE cum pertinentiis et terminis ſuis, quot hactenus habuit, AD NOMEN ET HONOREM REGIVM transferentes, te hactenus ducatuum praedictorum ducem de POTESTATIS NOSTRAE PLENITVDINE ET MAGNIFICENTIA SPECIALI PROMOVEMVS IN REGEM, per libertates et iura praedictum regnum praeſentis epigrammatis auctoritate donantes, quae regiam deceant dignitatem: ut tamen ex honore, quem tibi libenter addimus, nihil honoris et iuris noſtri diadematis aut imperii ſubtrahatur. Enim uero ſicut hactenus tanquam Dux, Princeps, et fidelis noſter extiteras: ſic in poſterum regio decoratus honore tu et ſucceſſores tui, multum principes fideles et deuoti nobis et ſucceſſoribus noſtris in imperio aſſiſtatis: nihilque propterea iuri et honori imperii in praedictis regno et terris tuis omnino depereat, uel decreſcat. Nominatim expreſſo, ut ſemper maior natu ſeu ſenior ex generatione tua ex te et ſucceſſoribus tuis ultimis deſcendentes, in regno ſuccedunt: nulluſque ex iis coronam aut conſecrationem in praedicto regno tuo de manu cuiusque accipiat: ſed a nobis et ſucceſſoribus noſtris tantum in curia noſtra vel ab his, qui ſpecialiter a nobis mandatum ſuper hoc habeant, coronationis aut conſecrationis munus detur pro tempore &c. Ad cuius rei memoriam et robur perpetuo ualiturum praeſens priuilegium fieri, et bulla aurea, typario noſtræ maieſtatis impreſſa, iuſſimus communiri.* Non neſcio, ſubdubitare alios de reſcripti huius ueritate, quod nos ſuo loco relinquimus: id certum eſt, Auſtriacam domum *regali hoc diademate* nunquam aperte uſam fuiſſe. Animum tamen Maximiliani prodidit *CVSPINIANVS l.c.* Quem ſaepius conſilia agitaſſe ſcribit, ut Auſtriacas prouincias in unum regni corpus, quod *ORIENTALE* ipſe uocitauerit, redigeret. Vnde nummorum maximi moduli, quos uulgo *thaleros* dicimus, intelligendae et explicandae ſunt inſcriptiones: MAXIMILIANVS ROMANOR. IMPERATOR. SEMP. AVG. in altera parte: PLVRIVMQVE EVROPAE PROVINCIARVM REX ET PRINCEPS POTEN. Non enim, qua Imperator fuit, ut aliqui male exiſtimant, ſe *plurium prouinciarum REGEM* ſcripſit Maximilianus. Hoc enim alius eiusdem pretii nummus refellit, cui uocabulum *regis* bis inſcriptum legitur, ſemel in titulo *Auguſti*: iterum in *Burgundiae* et *Auſtriae* nominibus. Longius uero illi aberrant, qui titulos regnorum, quae filius eius Philippus modo cum Hiſpaniae herede, uxore ſua, acquiſiuerat, ſibi Maximilianum exiſtimant arrogaſſe. Nihil

I) *Auſtriae Archiducatus An.* 1245.

(*) *Tom.* 3. PISTORII *ſcriptorum ad annum* 1474. *p.* 402. *ſqq.* (qq) *Hiſtor. Auſtr. libr.* VIII. *p.* 301. (rr) *Annales de Bourgogne Liu.* 3. *p.* 959. (ss) *Lib. V. ſpec. Auſtr. cap.* 21. *p.* 779. (tt) *Tom. II. annal. Brabant. Princip. XXXIX. p.* 439. (uu) *Lib. VI. epiſt.* 26. (xx) *Tom. I. conſt. imp. p.* 305. (yy) *In ſigillis Flandriae uolum. II. p.* 111. (zz) *Lib. II. ſpec. Auſtr. cap* 3. *p.* 84. (a*) *In Auſtria ſua ad an.* 1245. *p.* 623. (*) *Chron. Germ. lib.* 20. *p.* 182.

CAP. II.

Nihil enim iuris patri in ea fuiſſe, qui non intellexerit Caeſar? Noſtra igitur coniectura, *Burgundiae Auſtriaeque* intuitu, ſe *regem* dixiſſe Imperatorem, uero longe uidetur ſimilior: cum alteri regale diadema oblatum, alteri conceſſum fuiſſe, ipſi ex iure auito conſtaret. Huius explicationis *curioſus* AVCTOR (b*) forte admoneri debet: qui in recenſendo hoc nummo ſe non uidetur expedire. Et uero neque Carolus V. poſtea hanc *Auſtriaci diadematis* memoriam exuit. Confirmatis quippe praedeceſſorum ſuorum priuilegiis Auſtriacae olim domui indultis, haec etiam inſerta uoluit: *der Ertz-Hertzog zu Oeſtreich hat die Würdigkeit vom Reich, daß er der Käyſerlichen Kron* Diadem, *und das Kreutz der Käyſerlichen* Diadem *auf ſeinem Ertzherzog-Hütlein öffentlich tragen mag.* Quo ipſo, ſi aliquid aſſequor, ad ueteris regii diplomatis memoriam Imperator mihi quodammodo uidetur reſpexiſſe. Extat uero integrum Caeſaris reſcriptum apud diuerſos CVSPINIANVM(c*), *Hieron.* REGISERVM (d*), *Caſpar.* LVNDORPIVM (e*), *Ioh. A.* PISTORIVM (f*) aliosque. Atque haec de Auſtriaco diademate ſcripſiſſe, ſatis erit; de ſingulis maximae domus huius priuilegiis plenius atque ex inſtituto alibi dicturus (g*); ubi etiam illorum liuor coarguetur, qui cum *Ioh.* BODINO (h*) exiſtimant; duodecimo anno poſt Auſtriacos dignitate et adpellatione regia ab imperio iterum ſpoliatos fuiſſe. Ceterum hic finis ſit exemplorum, quae imperatoribus etiam noſtris priſtina maieſtatis Caeſareae circa *regias* adpellationes iura et conſtitiſſe ſemper et exercita fuiſſe, abunde docent. Quibus alia addere adhucdum poſſemus: niſi nimio iam materia ſub manibus nobis excreuiſſet.

m) *Regnum Viennae An.* 1335.

§. VIII. Illud etiam ſingulare prorſus neque ulli ſcriptorum adhuc in hoc argumento adductum, quod *LVDOVICVS IV.* uulgo Bauarus *Humbertum* ducem *Delphinatus* promiſerit *creare et adpellare regem Viennae* idque anno 1335. Diploma ea de re conceptum exhibet *Lucas* ACHERIVS(*), unde illud huc transſcribemus, quoniam plurima habet, utilia ad cognoſcendum ſtatum illius reipublicae. Principio imperator inſtruit hoc fine legatum comitem Ottingenſem, hac quidem formula:

LVDOVICVS DEI gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, nobili et potenti uiro ſuoque conſanguineo praedilecto *Humberto*, *Delphino Viennenſi*, comiti Albonenſi, cum ſincerae dilectionis affectu gratiam ſuam et omne bonum. Ad tuae dilectionis praeſentiam, ſpectabilem uirum *Ludouicum* iuniorem comitem de *Oetingen*, duximus transmittendum, dantes eidem plenam et liberam poteſtatem, uice et nomine noſtro, tractatus cum dilectione tua ſuper his quae ad ipſum per te, uel tuos procuratores deduxeris conſummandi, finiendi, perficiendi, et terminandi, ac ipſis finem debitum imponendi et omnia faciendi, quae ſuper praedictis fuerint neceſſaria et etiam opportuna, quae per nos fieri poſſent, ſi praeſentes eſſemus, etiamſi mandatum exigant ſpeciale, promittentes, ac praeſentibus nos obligantes, quod omnia et ſingula ſuper quibus idem comes cum dilectione tua nomine noſtro in ... conuenerit, ſeu pacta, uel conuentiones, aut alias obligationes quascunque inierit, ſeu promisſiones fecerit, et ſuo ſigillo conſcripſerit et conſcripta ſignauerit, grata, firma et rata perpetuo habebimus, quodque ipſa ratificabimus, approbabimus et confirmabimus litteris maieſtatis noſtrae ſolemniter conſignatis, prout tibi uiſum fuerit expedire, quando et quotiens ſuper his fuerimus requiſiti. *Datum Monaci XIII. Kal. Aprilis*, regni noſtri anno uigeſimo, imperii uero octauo, anno domini milleſimo CCC. trigeſimo quinto.

§. VIII.

Sequitur deinde ipſum mandatum, expoſitum noui regni candidato uerbis, quae ſequuntur: *In nomine domini, Amen.*

Nouerint uniuerſi praeſentes pariter et futuri, quod anno incarnationis eiusdem domini milleſimo trecenteſimo trigeſimo quinto, die XVI. menſis Aprilis, indictione tertia, in praeſentia notarii publici, auctoritate imperiali et teſtium infra ſcriptorum, conſtitutus ſpectabilis uir dominus Ludouicus iunior, comes de Oetingen, miſſus, ſeu legatus a ſereniſſimo principe domino Lodouico, DEI gratia Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, ut de legatione ipſa conſtat, per litteras patentes ſigillo dicti domini Imperatoris ſigillatas in pendenti, quae incipiunt in ſecunda ſui linea, nobili et finiunt in eadem, Delphino. Qui quidem dominus comes, conſideratis obſequiis et ſeruitiis impenſis per illuſtrem principem dominum Humbertum Delphinum Viennenſem et eius praedeceſſores dicto domino Imperatori et eius anteceſſoribus in ipſo imperio et quae ſperat per eundem domino Imperatorem recipere in futurum, dedit, donauit, ceſſit et conceſſit, uice et nomine dicti domini Imperatoris, dicto domino Humberto Delphino praeſenti et recipienti pro ſe et ſuis heredibus iuris et rei ſucceſſoribus in perpetuum, in feudum, regnum Viennae cum iuribus, pertinentiis et appendentiis dicti regni, et quidquid idem dominus Imperator habet in dicto regno et infra dictum regnum et ſibi competit, uel competere debet, ſeu poteſt, nec non et ciuitates, caſtra, et dominia et iurisdictiones et exercitium iurisdictionis ac merum et mixtum imperium et regalia ad regnum ipſum ſpectantia uel pertinentia quouis modo ad habendum, tenendum, poſſidendum, regendum et gubernandum per ſe, aut eius procuratores, officiales et nuntios quoscunque uoluerit deputare et quicquid ſibi placuerit faciendum, dans et concedens dictus dominus comes, uice et nomine quibus ſupra, dicto domino Delphino praeſenti et recipienti pro ſe et ſuis, plenam, generalem ac liberam poteſtatem et auctoritatem dictum regnum et poſſesſionem ipſius apprehendendi, adipiſcendi et officiales quoscunque ibidem ponendi et creandi, reuocandi creatos et creandos tot, quot uoluerit et totiens quotiens ſibi uidebitur expedire et in omnibus et ſingulis locis, ubi uoluerit, infra dictum regnum et omnia

(b*) *I. von M. Carlſſet Thaler-Cabinet. p.* 24. Cuius uiri labor optimus dignisſimusque eſt, ut coeptum ibi filum pertexatur. (c*) *In Auſtria p.* 628. (d*) *In annal. Carinth. lib XI. cap.* 12. *p.* 1576. (e*) *Part. IV. act. publ f.* 625. (f*) *Volum. V. Flori Europ p.* 589. (g*) In GERMANIA PRINCIPE. Quae tum ſub prelo fuit. (h*) *Lib. II. de rep. c.* 3. *p.* 309. (*) In ſpicilegio ueterum ſcriptorum. *tom.* 13. *p.* 367. 368.

Google

CAP. II. ſingula faciendi et dicendi et exercendi per ſe, uel per alium, quae uerus dominus rex facere poteſt et poſſet, in et de regno ſuo, et quae ipſe dominus Imperator facere et dicere poſſet, ſi perſonaliter praeſens eſſet, uel ſi ad manum propriam dictum regnum et iura regni teneret.

Hoc actu et conuento inter praedictum dominum comitem, uice et nomine quibus ſupra et dictum dominū Humbertum Delphinum, quod idem dominus Humbertus Delphinus et eius ſucceſſores in dicto regno poſt eum, poſſit et poſſint ex nunc in antea ordinare de dicto regno, teſtari et diſponere iuxta uſum et conſuetudinem patriae Delphinatus et ipſius regni et de omnibus & ſingulis ad dictum regnum ſpectantibus quouis modo.

Et cum dictus dominus Delphinus alias ſit uaſallus imperii, idem dominus Ludouicus comes uice et nomine quibus ſupra, donauit dictum regnum cum iuribus et pertinentiis eiusdem in feudum praedicto domino Delphino ſtipulanti et recipienti ut ſupra cum eo iure, ratione et forma, quo et quibus melius poteſt. Ita tamen quod ab ipſo Imperatore et eius ſucceſſoribus in imperio et ſub dominio imperii dictus dominus Humbertus Delphinus et ſucceſſores eiusdem in dicto regno, in feudum teneant dictum regnum. Promittens dictus dominus Ludouicus comes, uice et nomine quibus ſupra, dicto domino Delphino praeſenti et recipienti, ut ſupra, per pactum ſolemni ſtipulatione uallatum, praeſentem donationem ratam et firmam habere perpetuo et tenere et ipſum regnum ſeruare et defendere ab omni homine et perſona dicto domino Delphino et ſuis.

Et cum dictus dominus comes ſciat et ſentiat, quod dictus dominus Delphinatus non habet poſſeſſionem dicti regni, . . dicitur quod eſt per diuerſos et diuerſimode occupatum, immo quaſi annihilatū, promittit dictus dominus comes, uice et nomine quibus ſupra, dicto domino Delphino ſtipulanti et recipienti, ut ſupra, dictum dominum Delphinum iuuare de facto et de iure, ſecundum quod commode poterit et ſecundum quod dominus tenetur iuuare uaſalum ſuum et tueri, ad acquirendum dictum regnum et iura ipſius regni et illud tenendum et cuſtodiendum et eundem dominum Delphinum praeſentem et recipientem pro ſe ſuisque heredibus et ſucceſſoribus. Idem dominus legatus de dicto regno et de omnibus praedictis cum iuribus et pertinentiis eorundem inueſtiuit per traditionem unius baculi, ut moris eſt.

Item et ad cautelam et conuenit dictus dominus comes di.. .. mino Delphino ſe facturum et curaturum .. .. .. ectu, quod etiam dictus dominus Imperator dictum dominum Delphinum regem Viennae conſtituet et creabit et ipſum in regem Viennae coronabit et de dicto regno et eius pertinentiis et de his et omni iure quod et quae dictus dominus imperator et ipſum imperiū et ipſe dominus Imperator ratione dicti imperii habet in dicto regno, uel ſibi competit, uel competere poteſt et debet in dicto regno, cum his quae ſunt infra dictum regnū, eundem dominum Delphinum infeodabit et in feudum donabit ſibi et eius ſucceſſoribus et ipſum ſibi limitabit. Et dato quod non repériretur alias fuiſſe regem in Vienna, uel non fuiſſe regnum conditum, nihilominus dictus dominus Imperator regnum ipſum condet et ſtatuet et terminabit et limitabit et confines congruos ei aſſignabit et de illo et his quae fuerint infra dictum regnum,

§. VIII. IX.

A dictum dominum Delphinum et eius ſucceſſores in perpetuum infeudabit, et in feudum dabit: et in omnem euentum dictus dominus Imperator praecipiet et mandabit per ſuas litteras efficaces omnibus et ſingulis uaſallis et aliis imperio ſubiectis in dicto regno condito uel condendo conſtitutis, quod dicto domino Delphino pareant, et obediant ſicut domino et regi; et dicto domino Delphino aſſignent et reſignent quicquid habent de imperio quod ſibi quandoque commiſſum fuerit cuſtodiendum pro dicto imperio et ad praedicta eos compellet et rebelles et inobedientes banno imperii decernat et praecipiat ſubiacere et quod bo-

B na ipſorum per quoscunque ualeat occupare.

Et ſi reperiretur aliquam donationem factam fuiſſe ullo unquam tempore de dicto regno per dictum dominum Imperatorem uel per alium, quod dictus dominus Imperator illam reuocet et decernat non ualere, hanc ſolam donationem perpetuo ualituram: et de praedictis omnibus dictus dominus Imperator dabit litteras opportunas aliis clauſulis decentibus et opportunis appoſitis in eisdem conficiendas ad conſilium peritorum, quas ſigillo imperiali faciet communiri.

C Et haec omnia uniuerſa et ſingula ſupra ſcripta uoluit et mandauit dictus comes, uice et nomine quibus ſupra, omnibus quorum intereſt et intereſſe poterit in futurum, per praeſens publicum inſtrumentum fieri manifeſta.

Acta fuerunt haec apud Balmam, Lugdunenſis dioeceſis, in domo Delphinali in camera aulae baſſae in praeſentia et teſtimonio potentium et nobilium uirorum dominorum Iacobi Riuerre, Petri de Herbeyſio, Guorradi de Nueſ-feſteingn, militum; uenerabilium et nobilium uirorum dominorum Ebrardi de Tumpnow, archidiaconi eccleſiae Au-

D guſtenſis, Marquardi de Raudilr iuris profeſſoris, canonici Auguſtenſis et magiſtri Vldrici protonotarii domini Imperatoris praedicti, teſtium uocatorum et rogatorum ad praemiſſa per me notarium publicum infra ſcriptum: et datum anno die et inditione, quibus ſupra. Et ego Iohannes Nicoleti de Cermiaco, Viennenſis dioeceſis clericus, auctoritate imperiali publicus notarius praemiſſis omnibus una cum dictis teſtibus praeſens interfui et inde hoc praeſens publicum inſtrumentum manu mea propria ſcripſi et ſubſcripſi ſignoque meo ſolito ſignati rogatus et tradidi. Nos enim praefatus Ludo-

E uicus Iunior, comes de Oetingen, legatus in hac parte et deſtinatus per ſereniſſimum principem dominum Ludouicum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, dominum noſtrum uice et nomine ipſius domini noſtri Imperatoris, aſſerentes et cognoſcentes praemiſſa omnia uniuerſa et ſingula fore uera in ſingulis ſuis capitulis, ut ſuperius enarrantur et per nos uice et nomine quibus ſupra, conceſſa fuiſſe; ſigillum noſtrum huic publico inſtrumento appoſuimus ad maiorem cautelam et euidentiam rei geſtae.

§. IX. De *SARDINIAE* regno, fide (*) Sardiniae an. 1164.

F SIGONII (**), ſcribunt, quod Fridericus II. illius domino pollicitus ſit *regalem honorem*, ſi quidem pecuniae ſummam ipſe ſolueret, ab Imperatore definitam. Vnde uirus ſpargit ſuum HIPPOLITHVS (*.*) aduerſus iura haec Caeſaris eorumque abuſus.

§. X.

(**) *Lib. XIII* de regno Italiae *p.* 317. Narratio eius eſt haec: *Quia etiam Bariſonem, a Genuenſibus adductam pecunia accepta* IIII. *Nonas Auguſti in baſilica S. Syri* REGEM SARDINIAE *appellaunt ac diademate ſolemni ceremonia redimiuit, Piſanis iniuriam ea eo ſibi fieri fruſtra expoſtulantibus.* Et paulo poſt: BARISO REX *in Sardiniam uectus, cum pecuniam ſoluere non poſſet, quam a Genuenſibus ad regium faſtigium emendum mutuo accepiſſet, ab iisdem Genuam eſt reuectus atque in cuſtodiam, donec penderet, traditus.* (*.*) *Part. I. de ratione ſtatus S. R. I. cap.* 16. *p.* 299. *miſer rex; qui propter hunc titulum ad carcerem redactus eſt. Et is tamen rex nomine tenus fuit. Quod ſi eiusmodi uerborum ludibria attendimus, Imperator ſolus de regibus, a ſe creatis, non glorietur. Galliae rex obſtat, qui et ipſe regem d' Yuetot ſub ſe habet.* Scurrilia haec ſunt et ab inſtituto prorſus aliena. Nam taceo, quod Yuetotiana

fabula,

CAP. II.

An a Roman. Imp. adpellati reges eidem ſubiiciantur?

§. X. Ad illam igitur quaeſtionem nunc progredior: *utrum, quoscunque reges adpellarint Romani Imperatores; eosdem hac cauſa iidem et reddiderint uaſallos?* Aut quod idem eſt; an conſecutio ſit: *hic admiſit aut petiit regalem titulum ab Imperatore Romano; ergo idem et Rom. imperii erit uaſallus?* Sane ſummus uir *Hermannus* CONRINGIVS (i*), in aureo ceteroquin opere, ad fines imperii R. proferendos huius argumenti conſecutione perpetuo utitur; omnes imperii uaſallos habendo, qui regale diadema ab Imperatoribus acceperint. Aſt uero grauiſſimae cauſae ſunt; aliarum gentium iudicia ab hac opinione, quaſi ſanctiſſimum imperium ſub titulorum illecebris aliorum libertati inſidiaretur, liberare. Neque hoc iura tantum: ſed prudentiae quoque rationes ſuadent. Quodſi enim uiderint gentes, hanc maieſtatis S. R. I. praerogatiuam poteſtati earum grauem aut periculoſam eſſe: nihil mirum, ſi eam e memoria delere dubiamque reddere aut inficiari prorſus omnibus animi uiribus contendant. Et ſane Daniae, Poloniaeque regna, quod etiam ſupra ſcripſimus, tanto ſtudio nunquam negaſſe exiſtimem, *regalia diademata* ab Imperatoribus R. ſibi obueniſſe: niſi ſententiam hanc libero imperio periculoſam habuiſſent. Inde candorem uiri eruditi aeſtimo *Ioh.* SCHVLZII (l*), qui in ſupra laudato opere haec duo probe inuicem diſtinguit. *Sit enim*, inquit, *Poloniae rectores regale diadema a Romanis Imperatoribus accepiſſe: uerum titulus hic nihil confert, ad probationem iuris antiqui, aut ad acquiſitionem noui.* Neque aliter ſe res habet: quod argumentis nunc placet contueri. Sunt enim primo res admodum diuerſae *ſumma poteſtas*; et ſummae poteſtatis *adpellatio regalis*. Eſſe quoque unam line altera poſſe, plurium exemplorum argumentis ſupra (m*) a nobis oſtenſum. Neque qui unum confert, alterum etiam conferat, neceſſe eſt. Summam enim *poteſtatem* dat Deus, populus, aut qui hac facultate inſtructus eſt: ſed *regale* diadema ibi addere poteſt Imperator, ubi ipſe nihil unquam habuit iuris. Porro qui ſummam alteri poteſtatem largitur, is hoc ipſo amiſit, quod alteri eſt largitus: ſed de fulgore throni Caeſarei, uelut ex ſole radii, ſic ceterae prodeunt dignitates, ut primae lucis integritas minorati luminis non ſentiat detrimenta, uerba Caeſaris Frider. II. (n*) ſunt, in ſupra laudato diplomate. Praecedit poteſtas, dignitas ſequitur. Illud ad naturae iura pertinet: hoc nititur gentium longinqua et rationabili conſuetudine. Tollit quoque dubitationem omnem aurea uere oratio DIONYSII (o*) *Halicarnaſſenſis*, qui inquit: *Tarquinius ſummum Romae imperium habuit; antequam ei praeferrentur duodecim ſecures*, ſigna ſummi imperii. *Quemadmodum nunc Romani ſceptra et diademata regibus dono mittunt, his ipſorum poteſtatem firmantes: quae tamen illi habent, licet a Romanis ea non acceperint.* Id quod facta collatione quadam illuſtro; *equeſtris ordo* praemium fortitudinis eſt: neque tamen Princeps, qui *equitem* creat, fortitudinem confert, ſed uirtutem iam extantem nobilitat. Simile addo; ſol mundum illuſtrat, non facit: et Imperator ſummam poteſtatem re non confert, ſed titulo declarat. Vt ergo corpus et lumen; uictoria et triumphus: ſignum et res ſignata differunt: ſic poteſtas ſumma a regali differt dignitate. Praeterea regalis tituli conceſſionem et clientelam, quoties haec a regni candidatis regio brabeutae facta, actus ſemper diuerſos fuiſſe, per ſuperius allegata exempla conſtat. Ita ut *hominium* facere; et regale *diadema* ſumere, probe inuicem diſtinxerint omni tempore ac caſu hiſtorici; certo indicio, quae in facto diuerſa ſint, illa in iure confundi aut commiſceri ſine graui laeſione non poſſe. Et qui demum dignitatis conceſſio ſubiectionem faciat? illa maxime, quae ſummum honoris faſtigium debet comitari. Idem ſane hoc eſſet, ac ſummi imperii diadema in notam ſeruitutis uertere. Prodeſt huc Germana uiri cordati Arminii Philoſophia; qua Caeſari, duo haec commiſcenti, ut hoc ſophiſmate literas non edoctum ducem irretiret, ſapienter reſpondit: *regalem titulum populi R. ſi ornamento eſſe uelit, detrimento ſibi non eſſe oportere* (p*). Neque etiam conceſſae dignitatis terminos ulterius a S. R. I. hodienum uidemus extendi. Radzeuilium ad principis dignitatem euexit, patrum aetate, Imperator: ſed is, imperio Germanico eapropter minime addictus, fidiſſimus unius Poloniae permanſit uaſallus. Praeterea actum fere eſſet de hac Caeſareae maieſtatis praerogatiua; ſi ius reges declarandi intra ſui tantum imperii fines haereret, extra hos minime extendendum. Sed qua fide tum CICERO (q*), ſcriberet? exteros a Romano populo reges adpellatos, qui id a ſenatu minime petiiſſent. Aut PROCOPIVS (r*) qui uerus eſſet? qui ait: *priſco more receptum eſſe, ut nemo, etiam hoſtis Romanorum*, ſcilicet nullo iure in ciuitate Romana, *regem ſe declaret, niſi regia inſignia a Romanis habuiſſet.*

Negatiu. probant
a) differentia rei et nominis reg

b) actu. uerſi

c) natu. gnitat

d) latiu. iuris,

n) Sardiniae an. 1164.

ſabula diſcuſſa ſit ſuperius. Non hic agitur de regibus clientelaribus, ſed de iure adpellandi et creandi reges. Hoc ultimum uero, poſt Imperatorem, ſibi principem alium ſumpſiſſe et adrogaſſe, in nullo aeuo reperitur. (i*) In omnibus fere *Libr. I.* capitibus de *finibus imperii*. (l*) Tractatu de *Polonia nunquam tributaria ſect. I. §. 17.* (m*) *cap. I. §. V. p.* 10. conferatur eiusdem *cap. §. XII. p.* 34. (n*) Apud *Petr. de* VINEIS *lib. VII. ep.* 26. *p.* 740. confer *ſupra cap. II. §.* 7. (o*) *Lib.* III *antiqu. Rom. p.* 293. (p*) CAESAR *de bell. Gall. lib.* 1. *p.* 24. (q*) *In orat. pro P. Sext. p.* 30. (r*) *In bell. Vand. lib. II. c.* 25. *p.* 339.

Digitized by Google

CAP. II. *buiſſet.* Aut quo tandem animo Moſchouitarum principi regium offerre diadema auſus fuiſſet Maximilianus? ſi eodem Ruſſis ſeruitutem iniicere uoluiſſet. Sed neque fundamentum, cui innixi ſumus (s*), hanc, regales honores confetendi, praerogatiuam, admittere uidetur, ſubiectionis rationem hic haberi. Non enim hac poteſtate Imperatorem R. pollere ſcripſimus; quod *dominus mundi* ſit, quem leguleiorum errorem ſuo iam tempore caſtigauit *Ioh.* BOLOGNETVS (t*), ut mirer Henr. ROSENTHALIVM (u*), et alios poſt eum (x*), eadem adhuc dum chorda oberrare: ſed quod primarium inter orbis principes locum teneat, in quos nihil etiam iuris poſtulet. Prudenter admodum et plane ad mentem noſtram *Ioh. Wolfg.* TEXTERVS (y*) inter principes huius aetatis iureconſultos ſcribit: *quemadmodum penes Imperatorem ſuprema eſt dignitas: ita etiam ius conceſſionis dignitatum regiarum penes eundem. Ratio autem huius praerogatiuae eſt inſignis atque eminens populi alicuius uel monarchae prae ceteris orbis terrarum poteſtatibus auctoritas. Qua qui regium titulum obtinuiſſent, ſeu eius faſtigii ceterorum quoque regum gentiumque iudicio participes habitum iri cenſuere.* Quod ſi ergo quadam ciuili lege abuti hic uelint priuatorum iurium interpretes, ad has gentium conſuetudines firmandum: certe non RHODIAM (z*) illam adducant; ſed eas conquirant (aa) potius, quae omnis ingenuitatis dignitatisque limpidiſſimum fontem faciunt Imperatorem Romanum. Qua re ſi nihil aliud effecerint; non tamen, quod priori caſu fit, ignauiae notam in foro ſuo incurrunt. Ceterum contraria magis parte dicendum, regale diadema exemtionis ab imperii Rom. iuriſdictione aut nexus cum eodem liberioris notam cum alios credidiſſe, tum ipſos Imperatores exiſtimaſſe. Auſtriacae domus uel unum exemplum haec poteſt docere. Extulerat ad *regiam* dignitatem Auſtriae duces Imperator: hi uero, ne, quod alias fieri ſoleat, *ſui ſe iuris* propterea facti uiderentur; exertis uerbis haec in diplomate conditio ponenda uidebatur, ut nihilominus imperio Rom. ſpeciali conuentione ſubiecti permanerent, hocque ab aliis regibus ab imperio Romano adpellatis differrent. Verba, ubi paciſcitur hoc

e) fundamentum praerogatiuae reg.

f) exempla contraria

A modo Imperator, haec ſunt: *in regem te promouemus: at tamen ex honore* regio, ut ordinarie fit, *nihil iuris imperii noſtri ſubtrahatur. Quin imo tu et ſucceſſores tui fideles et deuoti nobis et ſucceſſoribus noſtris perpetuo perſiſtatis* (bb). Imo adpellationes regias ob hanc ſolum cauſam pluribus Imperatores negaſſe ſcimus; ne, in praeiudicium imperii R. iurium, aliquid facere uiderentur. Burgundiae domus B exemplum ſupra expoſitum extat: cui nunc alia quaedam addimus. Etruriae ducem a Romano pontifice titulum *REGIS* petiiſſe, teſtatur LANGVETVS (cc) meus. *Idem*, inquit, *quod antea audiuimus DE DVCE FLORENTIAE, huc a multis perſcribitur, uidelicet pontificem uelle eum creare REGEM HETRVRIAE, et ad Hetruriam addere ducatum Mediolanenſem.* Hoc uero, ſiue petierit Coſ-C mus, ut Porſennae atque aliorum Hetruriae regum memoriam reuocaret, ut *Th.* GRASWINKELIVS (dd) exiſtimat; ſiue ut ordine ceteris Italiae principibus praeferretur, quod alii credunt: de quo plene NATALIS COMES (*): idem tamen cum a Maximiliano II. Imperatore confirmatum uellet, quid reſponſi tulerit, memorat his uerbis BODINVS (ee): *Quamobrem cum Pius IV. pontifex Romanus Coſmum Floren-D tinorum principem REGEM efficere uellet, non tamen potuit. Ac Maximilianus II. Imperator, a legato Francorum admonitus, non incongrue his uerbis interceſſit: NON HABET ITALIA REGEM, NISI CAESAREM.* Qua de re PIVS V. in epiſtolis (**). Idem in animo fuiſſe Sabaudiae duci, ut *REGIVM DIADEMA* ab Imperatore rogaret, teſtem habemus auctorem ANONVMVM (ff). Et ſi-E ue is *Petrus* MONODVS (gg), ſiue alius ſit; ex ipſo libro tamen certum eſt, regalis nominis deſiderio Sabaudos flagraſſe. Miror, ea in re mutum eſſe *Samuelem* GVICHENONEM (*.*), qui tamen hiſtoriam et iura Sabaudiea magno deſcripſit adparatu. Sed parum forſitan gloriae accedere putauit principi Sabaudiae, quod adfectauerit *nomen regale*, cum deſiderio ſuo ſit fruſtratus. Inde *celſitudinis regalis* acquie-F nit honore, quem ſibi ſuo arbitratu ſumpſit, iuris ergo, quod cum in Cypri, tum alia plura regna habet imo ipſum imperium Conſtantinopolitanum. Moribus enim

§. X.

Regalis adpellatio negatur

a) Burgundiae ducibus,

b) Mediceis,

c) Sabaudiae ducibus.

(s*) *c. II. §. 6. p. 45.* (t*) *In commentar. ad L. 9. ff. de inſt. et iure paragr. XXVII. p. 24.* (u*) *cap. II. concl. 1. n. 3.* (x*) inprimis BERNEGGERVM *de notit. Hung. th. 368.* (y*) *Tit. XII. iur. publ. Caeſ. p. 435.* (z*) *L. 9. ff. de lege Rhodia de iactu.* Cuius melior interpres BOLOGNETVS eſt, qui *l. c.* inquit: *appellat Imperator ſe dominum mundi, habito reſpectu ad mare, de quo tunc loquebatur. Quaſi dicat; ego ſum Dominus terrae, non maris. Ideo dixit mundi dominus; non totius mundi.* (aa) Imprimis *arg. L. 3. ff. de natal. reſtituendis.* Ad omnem enim, uerba ſunt, ingenuitatis ſtatum reſtitui; qui beneficio Imperatoris utatur. (bb) *Petrus de* VINEIS *lib. VI. epiſt. 26. p. 741.* (cc) *Lib. II. epiſtol.* XXXI *p. 71.* quas nuper, ex archiuo Saxonico deſcriptas, in publicam lucem edidimus. confer. *lib. I. epiſt.* LXXII. *p. 140.* (dd) *Lib. de iure praeced. c. 20. p. 159.* (*) *Lib. 26. a. p. 587. ad p. 590. et lib. 21. p. 455.* (ee) *Lib. I. de rep. c. 9. p. 277.* (**) Admodum enim Galliae rogauit principem, ut ipſe noui regni candidatum adgnoſceret *lib IV. epiſt. 46. ad an. 1570.* (ff) *Au vol.* III. *des memoires d' Etat p. 370.* (gg) Ieſuita, cui plerumque liber belli Sabaudici, A. 1640. editus, tribuitur, cuius uitam habet Sam. GVICHENON *in praef. hiſt. Saband.* (*.*) En ſon hiſtoire de Sauoye cap. 11. 12. quae ſunt de *iuribus* Sabaudiae principis eiusque *praerogatiuis.* Loquitur uero hic LIMNAEVS *ad capit. Ferd.* III. *art. 46. p. 734 n 6.*

Digitized by Google

§. X. *Regalis adpellatio negatur* a) *Burgundiae ducibus,* b) *Mediceis,* c) *Sabaudiae ducibus.*

CAP. II. III. enim gentium uſuque receptum, ut *regalis celſitudinis* uerbo (Alteſſe Royale) adpellentur regni alicuius candidati. Quare Porusſiae regni conditoris fratribus hoc quoque nomen oportuit dari, non uero agnatis, qui in Porusſiae tantum modo ſuccedunt principatum. Id quod ad imitationem Romanorum etiam fit, quibus agnati Caeſaris habiti in familia *Auguſtali*. Ceterum fruſtra ſunt ſcriptores Sabaudici, qui ueteri iure duces ſuos titulos regiae dignitati ſimiles putant accepiſſe. Quid enim? ſi ſcriptores quidam Sabaudiae duces *regiae indolis* principes, *Sereniſſimos* item, ac *ſuperilluſtres* dixerint. An a priuato calamo pendet, regias adpellationes largiri? Dederint hoc aliqui uel principum auribus; uel ignorantia peccauerint; prudentioribus diſcrimen patet ſtyli *curialis* ab *oratorio*. Qua diſtinctione facta, GRASWINKELIO (hh*) facilius fuiſſet, euitare omnia, quae Sabaudici belli auctor tanto adparatu pro Sabaudica dignitate congeſſit. Ceterum quod uotis non annuerit Caeſar, neque deſiderium eorum expleuerit, cauſam *Iacob. Bernh.* MVLZIVS (ii*) dare aliam neſcit, *quam ne in eum ſtatum Sabaudi conſtituerentur, ut dignitatem in plenam libertatis uſurpationem conuertant.* De *LITHVANIAE* ducatu memorat Aeneas SYLVIVS (kk*), quod illum in *regalem* ſtatum uerterit Sigismundus, Imperator, ſcripſeritque Vitoldo duci *regales codicillos*. Verum ab huius nominis nouitate populum Lithuaniae abhorruiſſe, ne cum eo formula reipublicae rueret in peius eſſetque imperium minus adductum. Inuenitur etiam Caeſaris conſilium de Mediolanenſi ducatu in *REGNVM* euehendo. Hoc enim Ludouicum XII. Galliae regem a Maximiliano Auguſto impetraſſe, ut is ſe Inſubrum aut Lombardiae regem nuncuparet: ipſe uiciſſim, in corona a Pontifice Caeſari tradenda, opibus ſuis praeſto ei adeſſe teneretur, ſcribit *Petrus* BEMBVS (ll*). Sed neque huius ducatus imperium Romanum ea obliuio coepit, ut poſſeſſoribus eius occaſionem daret, ſub regii tituli tegumento a beneficiario nexu ſe auellendi. Atque haec omnia cum ita ſint, HIPPOLITHO (mm*) demum, maieſtatis S. R. I. pepetuo obtrectatori obturabunt os: quando illos, qui diadema ab Imperatoribus noſtris acceperunt, mera ſeruitutis inſtrumenta habet, liuoris manifeſti corruptique iudicii ex hactenus traditis coarguendus. Siue ergo, ut dicta hactenus doctaque in unum nunc colligam, *regiam dignitatem* cum *ſumma* in republica *poteſtate* conſideraueris; haec non ſolum inuicem diſtingui, ſed diuerſa ratione etiam a diuerſis patebit conferri: ſiue titulum regalem ſigillatim ſpectes; a nulla re magis eum abhorrere iudicabis, quam a iugo ſeruitutis. ſiue denique ipſos regii honoris brabeutas audias; et illi regni candidatos ab obſequio abſoluent: ſiue inferiores dignitatis gradus numeres; ſingulos uidebis libertatem fouere magis, quam deprimere: ſiue denique regum, recens adpellatorum exempla penſi habeas; manifeſtum fiet, cum regali titulo pleroſque aut obtinuiſſe libera iura, aut, ne haec perderentur, ad faſtigium regale non fuiſſe admiſſa. Vt adeo liberis in orbe Chriſtiano rebuspublicis nihil plane periculi ſit, a Sacro Romano imperio regali diademate redimiri.

d) LITHVANIAE ducatui in regnum uerſo,

e) Mediolani ducibus.

CAP. III.

De

Illis, qui ſua auctoritate, non aliena regium diadema ſuſceperunt.

§. I.

Regias adpellationes propria auctoritate factas adprobant.

Adſerta ſunt in proximo capite iura *reges adpellandi* Imperatoribus Romanis. Vult autem eiusdem nunc imperii ſanctitas, et tantum non imperare uidetur, ut nouo inſtituto caueamus, ne alii haec ita accipiant, ac ſi Caeſares Romani hanc, reges declarandi facultatem, ſibi ea ratione tributam uelint, ut ſummis imperantibus poteſtatem omni tempore debitam, adimant; *propria auctoritate regium diadema ſuſcipiendi*. Datur enim hoc maieſtati Romanae, ut regios largiri titulos poſſit; ſed ita datur, ut reipublicae adminiſtratoribus, ſupremo iure inſtructis, facultas non minus conſtet, ſua, non aliena manu, ſibi coronam imponendi. Diademate quippe ornati inceſſerunt ſummi rerumpublicarum adminiſtratores: antequam incunabula ſumeret imperii Romani maieſtas. Et regis uerbum in orbe auditum: cum nullum Romuli nomen eſſet. Neque exemplum

(hh*) *De iure praecedentiae inter Venetam remp. et ducem. Saband.* (ii*) *Part. II.* 22. p. 716. *illi repraeſentat. maieſtatis imperatoriae.* (kk*) In deſcriptione Europae cap. 1. atque 26. Vnde excripſit hiſtoriam BVRGVS cap. 3. de dignitate reipublicae Genuenſis *p.* 36. et *cap.* 1. *p.* 10. Addatur his CROMERVS *lib. XV. chron. Pol.* Forte etiam Polonorum intererat, ne Lithuania Poloniam honore adaequaret. (ll*) In *hiſt. Venet. lib. IV. p.* 307. (mm*) *Part. I. c. 26. de rat. ſtat. p.* 291.

CAP. III.

a) Ipſum S.R.I.

emplum ante ortum imperii Romani mihi occurrit; ubi ulla unquam in uniuerſo orbe reſpublica regium diadema ab alio monarcha uel ſumpſerit uel expectauerit. Non enim Aſſyrios, non Perſas, non Graecos, non aliam gentem ullam, amplioris cuiusdam monarchiae gloria celebrem, inuenio: qui alienae reipublicae rectores corona uoluerint redimire. Id omnium gentium annalibus conſtat, regale diadema aut populum cum ſumma poteſtate imperii candidatis, una eademque opera, contuliſſe; aut, quando accidit, ut ſupremo in populum iure aliquis iam inſtructus eſſet, eum ſuo nomine, auctoritate, facultateque uſum fuiſſe, ut ſuis ipſe manibus ſibi diadema imponeret. Quos priſcae aetatis mores tantum abeſt, ut Romana maieſtas mutauerit, ut potius eo tempore, quo ipſa ad ſummum etiam culmen adſcendit, et poſtea adhuc magis conſtet, ita gentium inſtitutis receptum fuiſſe; noui imperii candidatus *ſua*; aut *reipublicae*; aut denique *Caeſaris* opera in auguſta coronatione uteretur. Illud etiam priora exempla declarabunt, haec regiae adpellationus iura S. R. I. non *priuatiue*, quod dicitur, exercuiſſe: ſed ita reges adpellaſſe, ut cuiusque tamen ſummi imperantis arbitratui reliquerint, ſiue Roma regale inſigne peteret; ſiue intra proprii regni fines paratum, ipſe ſua manu id eleuaret eoque caput redimiret. Neque unus me caſus docuit, aliter ſentiendi: ut potius reges, quoquot nunc allaturus ſum, qui ſua auctoritate, non aliena regales titulos adſumpſerunt, omni etiam regali honore et dignos habuerint et exceperint Romani Imperatores. Indubitato argumento, neq; gentium iura Romanae reipublicae plus conceſſiſſe; neque nimium eandem ſibi arrogaſſe. Non ergo pietate imperii Romani, quae cuique liberae reipublicae ſemper reliquit, quo tituli genere ſuos principes uoluerit colere; ſed quorundam peruerſe ſentientium opinione factum eſt, ut cauſas inuenirent alii ſummis imperantibus facultatem uindicandi, regale nomen ſuo arbitrio ſine alius cuiusquam interceſſione adſumendi. Atque ea mente *Bernardus* SACCIVS (a) mihi haec uidetur ſcripſiſſe: *Qui uni tantum genti ius regni conſtituendi ex imperatorum ſcitis ac conſtitutionibus ſuis ſcriptis adſerunt, nimis ſane ab humani et diuini iuris*, ubi ille rex, qui ſumma in republica gaudet poteſtate, *agnitione receſſerunt. Quoniam, quod iure gentium conſtitutum eſt*,

A *multo firmius eſt, quam quod Imperatorum peruulgationibus*, tituli ſcilicet regii, *edicitur. Cum ergo Gothi et Longobardi gentes fuerint, iure etiam gentium REGEM et regiam habuiſſe, ſuo arbitrio ſuaque poteſtate clarum eſt. Ridiculus idcirco magis quam argutus ille ſcriptor, qui Gothorum iura in regibus olim conſtituendis euertere aggreſſus eſt.* Eodem iudicio hic utitur Petr. Baptiſta AVRGVS (*), quod his uerbis declarat: B *Quamuis Romanus* pontifex (**) *ac imperator* (*,*), *per ſe et leges ſuas, dignitates tribuere poſſint* regalisque *dignitas a pontifice M. ſoleat* (†) *obtineri, atque adeo, qui ab illis regia inſignia habuere, propter autorum reuerentiam, in regum gradu cenſeantur: cum nihilominus liber quilibet* populus *ac* ciuitas, *quae condendarum ferendarumque legum poteſtatem habet, dignitatis quoque tribuendae ac SIBI REGIS* C *CREANDI habet facultatem. Imo in plerisque chriſtianae reipublicae regnis titulus hic regius a IVSSV liberi populi IPSIVSQVE PRINCIPIS tanquam proprio e fonte manauit*, et quae ſequuntur deinceps.

§. I. II.

b) gentium conſuetudines.

§. II. Et uero ita manifeſta ſunt haec gentium iura, ut plurium exemplorum fide corroborari queant, illorum ſcilicet regum, qui ſummam in republica poteſta- D tem conſequuti, regales deinceps titulos auctoritate propria capeſſiuerint. Inde eſt, quod *Ioh.* DECIVS (b) ait: *Poloniae dominia, quae iam regnum iure quidem gentium erant, dum regem unxerunt, illum Catholicum effecerunt.* Antequam Poloniae tum rector ab Ottone III. eſſet inauguratus. Et quidam e doctoribus canonum Pontificiis apud CORSETVM (c) ſcribit: *quod liberae gentes, quae non ſint ſub papa* E *uel alio principe, poſſint ſibi regem eligere. Alias ſecus.* Id mihi dicere uidetur, penes quem ius ſummae poteſtatis ſit, penes eum etiam eſſe, uſu ſolenni hanc poteſtatem, quoties uelit, declarare, hoc eſt, regalem dignitatem amplecti. Quod enim regalis titulus Burgundiae, Sabaudiae, Hetruriae aliisque ducibus negatus ſit, id ex defectu uenit ſummae poteſtatis. Quos etiam quando regali dignitate abſtinere F iuſſit Imperator: non gentium, ſed feudorum iura eum ſcimus allegaſſe. Sed haec omnia non luculentius intelligentur; quam ſi tot cultiſſimarum etiam gentium exempla prodamus, ubi domeſtica ac propria auctoritas non aliena reges conſtituir. Sane in medio Italiae, ubi Romani imperii maieſtas iuri ſuo ob plures alias cauſas

a) Longobardia e duc. fit regnum.

(a) *Lib.* VIII. *hiſtor. Ticinenſ. cap.* 7. *p.* 571. (*) In libro de *dignitate reipublicae Genuenſis cap.* 2 *p.* 22. 26. quod uiri opuſculum noſtri argomenti rationes omnino illuſtrat et confirmat. (**) HOSTIENSIS in *c. uenerabilem X. de elect.* VALASCVS in *l. imperium n.* 97. *ff. de iurisdict. omn. iud.* (*,*) BARTHOLVS *in l.* 1. *C. de dignit.* BALDVS *lib.* 1. *conſ.* 333. et in *cap.* 1. *de feud. Marchiae.* ALBERICVS ad *ff. de ſtatu hom.* ALCIATVS ad *l. imperium n.* 100. *ff. de iurisd. omn. iud.* BEROIVS in *c.* 1. *n.* 20. *de conſtit. reſtaur.* CASTRO de *imp. qu.* 68. *n.* 6. (†) *C. alius et ibi gloſſ.* 15. *p.* 7. SPECVL. in *tit. de leg. §. nunc oſtend. n.* 3. *Mart. de* CARAZ. de *princip. qu.* 551. CORSETVS de *poteſt. reg. part.* 4. *n.* 2. (b) *Lib. I. uetuſt. Polon. p.* 22. (c) de *poteſtat. reg. quaeſt.* 2. *p.* 8.

Digitized by Google

§. I. II. CAP. III.

cautas inuigilare debebat, uictor populus Longobardi eum ſumma poteſtate *reges* etiam *creandi* facultatem ſibi collatam crediderunt cum ipſi, tum etiam Romani, titulum regalem eis conſentientes. Scribit *Paulus* WARNEFRIDVS(d): *at uero Longobardi, cum per annos decem ſub poteſtate ducum fuiſſent, tandem communi conſilio Authari, Clephonis filium ſupra memorati principis* REGEM SIBI STATVERVNT. *Quem etiam ob dignitatem*, ne ſcilicet haec, utpote ab ipſa gente collata, minor uideretur, ac ſi a Romanis eandem accepiſſet, *Flauium adpellauerunt. Quo praenomine omnes, qui fuerunt Longobardorum reges, feliciter uſi ſunt.* Et ante haec tempora de eadem gente teſtis eſt BLONDVS (e). *Longobardi*, inquit, *ex Scandinauia profecti duces habuerunt, iisque fato functis ea gens Agelmundum* SIBI REGEM IMPOSVIT. Nulla autem hoc factum eſt Romanae Reipublicae maieſtate. Attila rege quis in hiſtoria Romana celebrior? Hunc ſane nullus ſcriptor Romanus alio unquam ac *REGIS* titulo ſalutauit. Sed hunc quoque cum ſumma in Hunnos, qui ante *duces* habuerant, poteſtate propria ſibi auctoritate diadema impoſuiſſe, ad fidem PRISCI Rhetoris probat OTROCOCSI (f), ſupra nobis laudatus. In Sardinia Goda genere Gothus, a Gelima, Vandalorum in Africa rege deficiens, *SE primus regem adpellauit* eumque agnouit Iuſtinianus Imperator (†). Vt *Sueuos* in Hiſpania; *Francos et Burgundos* in Gallia; *Saxones* in *Anglia*: aliosque taceam, qui in ipſis prouinciis Romanis, quod eas ſui iuris feciſſent, *ducum* titulos, cum *regali* honore, ſua, non Romanorum, quos ne quidem id aegre unquam tuliſſe, legimus, auctoritate commutarunt.

b) *Hunnorum regnum.*

b) *gentium conſuetudines.*

c) *Sardiniae an. 528.*

d) *Aragoniae comites fiunt reges anno 1000.*

§. III. Sed haec antiquiora forte aut barbara partim exempla uidentur: quapropter nunc recentiores cultioresque, Chriſtianis etiam ſacris addictas gentes producemus ad idem adferendum. Aragoniae dominos *comitis* olim dignitate acquieuiſſe, nemo hiſtoricorum negat. Cuius ergo auctoritate *comitis* titulum cum *regali* deinceps uerbo mutauerint: noſtra refert, ut ſciamus. Et quamuis aliquantum in partes abeant ſcriptores, quo tempore ſcilicet regalis titulus in Aragonia primum adhibitus ſit; in eo tamen omnes conſpirant, *comites* ſua non aliena auctoritate, *regalem* dignitatem capeſſiuiſſe. *Hieronymus* BLANCA (g), qui mihi, ſi alius quisquam, de hiſtoria illa bene meritus eſſe uidetur, ita ſentit:

a) *Longobardia e duc. fit regnum.*

A *Sanctius I. Kaeſo laetiſſimis procerum populique acclamationibus adlaccam* REX SALVTATI *Rei Abarca cognominatur. Primus hic praeclarum* COMITVM *Aragoniae* NOMEN *in* REGIS TITVLVM *ornamentaque* CONVERTIT. *Atque Arogonia ditio tunc primum* INCLYTO REGNI AVCTORAMENTO *decorata fuit: ipſeque Abarca primus Aragonum Rex uocari coepit. Quam denominationem poſteri omnes, quotquot ei ſucceſſerunt, reges ſeruarunt & quaſi hereditario iure amplexi ſunt.* Nihil ibi de imperii Romani maieſtate, nihil de poſtulato iure pontificis. Quamuis hunc conſtet, poſtquam Aragoniae principes pridem regali dignitate et uti et ab aliis orbis principibus eadem iterum decorari intellexiſſet, diploma Catholicum addere uoluiſſe: quod noſtris non erat attendendum. Idem fere tradunt *Hier.* SVRITA(h), *Luc.* MARINEVS(i), aliique annalium conditores, quanquam in tempore, ut modo attigi, aliquantum differant. Neque minoris momenti argumentum Luſitania praebet, e comitatu pariter *regnum* poſt effecta. Deſcribemus hiſtoriam ex *Antonio* VASCONCELLIO (l); quae haec eſt: *ſtabat in campis contra quinque Mauritaniae regulos pugnam ingreſſurus. Sub noctem eius diei Alphonſum adit e proximo ſacello eremita, ſpectatae uir probitatis, qui praeſago ſpiritu bene ſperare iubens, praedixit in craſtinum lucem uictoriam de Mauris reportandam, praemonuitque, ut caelo, primum albeſcente, cum ad unius pulſum cymbali exciretur, de tentorio exiret, quicquid caelum in theatrum daret, ſpectaturus. Alphonſus Deo rite gratulatus, antelucano cymbuli ſonitu, ut praemonitus fuerat, excitus foras e tentorio erumpit. Ecce tibi o prodigium! adſpicit e caelo Chriſtum optimum maximum ea ſpecie, qua olim fuerat in crucem actus, qui eum beneuole affatus ac ſingulari munere proſequutus, ſcuto quinis uulneribus interpuncto, quale poſtea Luſitaniae reges in regium ſtemma cooptarunt.* MONVIT, VT DEINCEPS REGIS TITVLO, *ita petentibus eiuibus uteretur.* Et paulo poſt: *Pugna cum Mauris inita a prima luce usque ad meridianum nunquam intermiſſa, ſtetit caelo maxime aeſtuante: donec fauente numine uicti hoſtes et multo plures, quam numerari poſſent, interfecti. Victor Alphonſus, exactis tribus diebus in acie, Conimbricam petiit,* FAVSTIS SVORVM ACCLAMATIONIBVS INAVGVRATVS REX *geſtiente urbe et pari uictoriae gaudio triumphante*, Facta autem haec omnia ſunt

§. II.

e) *Luſit. an. 1139.*

Lud. opuſc. tom. I. F 2

(d) *de* *ſt. Longobard. lib* III. *c.* 16. *p.* 810. (e) *Hiſtor. ab inclinat. Rom. lib.* XVIII *p.* 101. (f) *In origin. Hung. part. I. c* 4. *p.* 103. Addatur *de* TWVRZ *in chron. c* 13. BONFINIVS *decad.* I. *lib.* 3. *p.* 272. † [illegible] eſt PROCOPIO *in Vandalic. lib* 12 FARA *de rebus Sardin. lib.* 1. BVRGVS *de dignitate reipublicae Genuenſis c* 2. *p.* 29. (g) *Comment. rer. Aragon. p.* 615 (h) *Indice rer. Aragon. lib* I *p.* 8 (i) *Lib.* VIII. *rer. Hiſp. p.* 366. (l) *In Luſitaniae Acephaleoſ. p* 15 56.

CAP. III. a) Ipſum S.R.I.

§. I. II.

emplum ante ortum imperii Romani mihi occurrit; ubi ulla unquam in uniuerſo orbe reſpublica regium diadema ab alio monarcha uel ſumpſerit uel expectauerit. Non enim Aſſyrios, non Perſas, non Graecos, non aliam gentem ullam, amplioris cuiusdam monarchiae gloria celebrem, inuenio.; qui alienae reipublicae rectores corona uoluerint redimire. Id omnium gentium annalibus conſtat, regale diadema aut populum cum ſumma poteſtate imperii candidatis, una eademque opera, contuliſſe; aut, quando accidit, ut ſupremo in populum iure aliquis iam inſtructus eſſet, eum ſuo nomine, auctoritate, facultateque uſum fuiſſe, ut ſuis ipſe manibus ſibi diadema imponeret. Quos priſcae aetatis mores tantum abeſt, ut Romana maieſtas mutauerit, ut potius eo tempore, quo ipſa ad ſummum etiam culmen adſcendit, et poſtea adhuc magis conſtet, ita gentium inſtitutis receptum fuiſſe; noui imperii candidatus *ſua*; aut *reipublicae*; aut denique *Caeſaris* opera in auguſta coronatione uteretur. Illud etiam priora exempla declarabunt, haec regiae adpellationus iura S.R.I. non *priuatiue*, quod dicitur, exercuiſſe: ſed ita reges adpellaſſe, ut cuiusque tamen ſummi imperantis arbitratui reliquerint, ſiue Roma regale inſigne peteret; ſiue intra proprii regni fines paratum, ipſe ſua manu id eleuaret eoque caput redimiret. Neque unus me caſus docuit, aliter ſentiendi: ut potius reges, quoquot nunc allaturus ſum, qui ſua auctoritate, non aliena regales titulos adſumpſerunt, omni etiam regali honore et dignos habuerint et exceperint Romani Imperatores. Indubitato argumento, neq; gentium iura Romanae reipublicae plus conceſſiſſe: neque nimium eandem ſibi arrogaſſe. Non ergo pietate imperii Romani, quae cuique liberae reipublicae ſemper reliquit, quo tituli genere ſuos principes uoluerit colere; ſed quorundam peruerſe ſentientium opinione factum eſt, ut cauſas inuenirent alii ſummis imperantibus facultatem uindicandi, regale nomen ſuo arbitrio ſine alius cuiusquam interceſſione adſumendi. Atque ea mente *Bernardus* SACCIVS (a) mihi haec uidetur ſcripſiſſe: *Qui uni tantum genti ius regni conſtituendi ex imperatorum ſcitis ac conſtitutionibus ſuis ſcriptis adſerunt, nimis ſane ab humani et diuini iuris*, ubi ille rex, qui ſumma in republica gaudet poteſtate, *agnitione receſſerunt. Quoniam, quod iure gentium conſtitutum eſt,*

A *multo firmius eſt, quam quod Imperatorum peruulgationibus*, tituli ſcilicet regii, *edicitur. Cum ergo Gothi et Longobardi gentes fuerint, iure etiam gentium REGEM et regiam habuiſſe, ſuo arbitrio ſuaque poteſtate clarum eſt. Ridiculus idcirco magis quam argutus ille ſcriptor, qui Gothorum iura in regibus olim conſtituendis euertere aggreſſus eſt.* Eodem iudicio hic utitur Petr. Baptiſta BVRGVS (*), quod his uerbis declarat:
B *Quamuis Romanus* pontifex (**) *ac imperator* (***), *per ſe et leges ſuas, dignitates tribuere poſſint* regalisque *dignitas a pontifice M. ſoleat* (†) *obtineri, atque adeo, qui ab illis regia inſignia habuere, propter autorum reuerentiam, in regum gradu cenſeantur: cum nihilominus liber quilibet* populus *ac* ciuitas, *quae condendarum ferendarumque legum poteſtatem habet, dignitatis quoque tribuendae ac SIBI REGIS*
C *CREANDI habet facultatem. Imo in plerisque chriſtianae reipublicae regnis titulus hic regius a IVSSV liberi populi IPSIVSQVE PRINCIPIS tanquam proprio e fonte manauit*, et quae ſequuntur deinceps.

§. II. Et uero ita manifeſta ſunt haec gentium iura, ut plurium exemplorum fide corroborari queant, illorum ſcilicet regum, qui ſummam in republica poteſta- b) gentium conſuetudines.
D tem conſequuti, regales deinceps titulos auctoritate propria capeſſiuerint. Inde eſt, quod *Ioh.* DECIVS (b) ait: *Poloniae dominia, quae iam regnum iure quidem gentium erant, dum regem unxerunt, illum Catholicum effecerunt.* Antequam Poloniae tum rector ab Ottone III. eſſet inauguratus. Et quidam e doctoribus canonum Pontificiis apud CORSETVM (c) ſcribit: *quod liberae gentes, quae non ſint ſub papa*
E *uel alio principe, poſſint ſibi regem eligere. Alias ſecus.* Id mihi dicere uidetur, penes quem ius ſummae poteſtatis ſit, penes eum etiam eſſe, uſu ſolenni hanc poteſtatem, quoties uelit, declarare, hoc eſt, regalem dignitatem amplecti. Quod enim regalis titulus Burgundiae, Sabaudiae, Hetruriae aliisque ducibus negatus ſit, id ex defectu uenit ſummae poteſtatis. Quos etiam quando regali dignitate abſtinere
F iuſſit Imperator: non gentium, ſed feudorum iura eum ſcimus allegaſſe. Sed haec omnia non luculentius intelligentur; quam ſi tot cultiſſimarum etiam gentium exempla prodamus, ubi domeſtica ac propria auctoritas non aliena reges conſtituit. Sane in medio Italiae, ubi Romani a) Longobardia e duc. ſit regnum.
imperii maieſtas iuri ſuo ob plures alias cauſas

(a) *Lib.* VIII. *hiſtor. Ticinenſ. cap. 7. p.* 571. (*) In libro de *dignitate reipublicae Genuenſis cap.* 2. *p.* 22. 26. quod uiri opuſculum noſtri argumenti rationes omnino illuſtrat et confirmat (**) HOSTIENSIS in *c. uenerabilem X. de elect.* VALASCVS in *l. imperium n.* 97. *ff. de iurisdict. omn. ind.* (***) BARTHOLVS *in l.* 1. *C. de dignit.* BALDVS *lib.* 1. *conſ.* 333. et in *cap.* 1. *de feud. Marchiae.* ALBERICVS ad *ff. de ſtatu hom.* ALCIATVS ad *l. imperium n.* 100. *ff de iurisd. omn. ind.* BEROIVS in *c.* 1. *n.* 20. *de conſtit. reſtaur.* CASTRO de *imp. qu.* 68. *n.* 6. (†) *C. alius et ibi gloſſ.* 15. *p.* 7. SPECVL. in *tit. de leg. §. nunc oſtend. n.* 3. *Mart. de* CARAZ. de *princip. qu.* 551. CORSETVS de *poteſt. reg. part.* 4. *n.* 2. (b) *Lib.* I. *uetuſt. Polon. p.* 22. (c) de *poteſtat. reg quaeſt.* 2. *p.* 8.

CAP. III. §. II. III.

cauſas inuigilare debebat, uictor populus Longobardi cum ſumma poteſtate *reges* etiam *creandi* facultatem ſibi collatam crediderunt cum ipſi, tum etiam Romani, titulum regalem eis conſentientes. Scribit *Paulus* WARNEFRIDVS(d): *at uero Longobardi, cum per annos decem ſub poteſtate ducum fuiſſent; tandem communi conſilio Autbari, Clephonis filium ſupra memorati principis REGEM SIBI STATVERVNT. Quem etiam ob dignitatem,* ne ſcilicet haec, utpote ab ipſa gente collata, minor uideretur, ac ſi a Romanis eandem accepiſſet, *Flauium adpellauerunt. Quo praenomine omnes, qui fuerunt Longobardorum reges, feliciter uſi ſunt.* Et ante haec tempora de eadem gente teſtis eſt BLONDVS (c). *Longobardi*, inquit, *ex Scandinauia profecti duces habuerunt, iisque fato functis ea gens Agelmundum SIBI REGRM IMPOSVIT.* Nulla autem hoc factum eſt Romanae Reipublicae maieſtate.

b) *Hunnorum regnum.*

Attila rege quis in hiſtoria Romana celebrior? Hunc ſane nullus ſcriptor Romanus alio unquam ac *REGIS* titulo ſalutauit. Sed hunc quoque cum ſumma in Hunnos, qui ante *duces* habuerant, poteſtate propria ſibi auctoritate diadema impoſuiſſe, ad fidem PRISCI Rhetoris probat OTROCOCSI (f), ſupra nobis laudatus.

c) *Sardiniae an.* 528.

In Sardinia Goda genere Gothus, a Gelima, Vandalorum in Africa rege deficiens, *SE primus regem adpellauit* eumque agnouit Iuſtinianus Imperator (†). Vt *Sueuos* in Hiſpania; *Francos et Burgundos* in Gallia; *Saxones* in *Anglia*: aliosque taceam, qui in ipſis prouinciis Romanis, quod eas ſui iuris feciſſent, *ducum* titulos, cum *regali* honore, ſua, non Romanorum, quos ne quidem id aegre unquam tuliſſe, legimus, auctoritate commutaruut.

d) *Aragoniae comites fiunt reges anno* 1000.

§. III. Sed haec antiquiora forte aut barbara partim exempla uidentur: quapropter nunc recentiores cultioresque, Chriſtianis etiam ſacris addictas gentes producemus ad idem adſerendum. Aragoniae dominos *comitis* olim dignitate acquieuiſſe, nemo hiſtoricorum negat. Cuius ergo auctoritate *comitis* titulum cum *regali* deinceps uerbo mutauerint: noſtra refert, ut ſciamus. Et quamuis aliquantum in partes abeant ſcriptores, quo tempore ſcilicet regalis titulus in Aragonia primum adhibitus ſit; in eo tamen omnes conſpirant, *comites* ſua, non aliena auctoritate, *regalem* dignitatem capeſſiuiſſe. *Hieronymus* BLANCA (g), qui mihi, ſi alius quisquam, de hiſtoria illa bene meritus eſſe uidetur, ita ſentit: *Sanctius I. Kaeſo laetiſſimis procerum populique acclamationibus adlaccam REX SALVTATVR et Abarca cognominatur. Primus hic praeclarum COMITVM Aragoniae NOMEN in REGIS TITVLVM ornamentaque CONVERTIT. Atque Arogonia ditio tunc primum INCLYTO REGNI AVCTORAMENTO decorata fuit: ipſeque Abarca primus Aragonum Rex uocari coepit. Quam denominationem poſteri omnes, quotquot ei ſucceſſerunt, reges ſeruarunt & quaſi hereditario iure amplexi ſunt.* Nihil ibi de imperii Romani maieſtate, nihil de poſtulato iure pontificis. Quamuis hunc conſtet, poſtquam Aragoniae principes pridem regali dignitate et uti et ab aliis orbis principibus eadem iterum decorari intellexiſſet, diploma Catholicum addere uoluiſſe: quod noſtris non erat attendendum. Idem fere tradunt *Hier.* SVRITA (h), *Luc.* MARINEVS (i), aliique annalium conditores, quanquam in tempore, ut modo attigi, aliquantum differatur. Neque minoris momenti argumentum Luſitania praebet, e comitatu pariter *regnum* poſt effecta.

e) *Luſitania an.* 1139.

Deſcribemus hiſtoriam ex *Antonio* VASCONCELLIO (l); quae haec eſt: *ſtabat in campis contra quinque Mauritaniae regulos pugnam ingreſſurus. Sub noctem eius diei Alphonſum adiit e proximo ſacello eremita, ſpectatae uir probitatis, qui praeſago ſpiritu bene ſperare iubens, praedixit in craſtinam lucem uictoriam de Mauris reportandam, praemonuitque, ut caelo, primum albeſcente, cum ad unius pulſum cymbali excitetur, de tentorio exiret, quicquid caelum in theatrum daret, ſpectaturus. Alphonſus Deo rite gratulatus, antelucano cymbali ſonitu, ut praemonitus fuerat, excitus foras e tentorio erumpit. Ecce tibi o prodigium! adſpicit e caelo Chriſtum optimum maximum ea ſpecie, qua olim fuerat in crucem actus, qui eum beneuole affatus ac ſingulari munere proſequutus, ſcuto quinis uulneribus interpuncto, quale poſtea Luſitaniae reges in regium ſtemma cooptarum, MONVIT, VT DEINCEPS REGIS TITVLO, ita petentibus ciuibus uteretur.* Et paulo poſt: *Pugna cum Mauris inita a prima luce usque ad meridianum nunquam intermiſſa, ſtetit caelo maxime aeſtuante: donec fauente numine uicti hoſtes et multo plures, quam numerari poſſent, interfecti. Victor Alphonſus, exactis tribus diebus in acie, Conimbricam petiit, FAVSTIS SVORVM ACCLAMATIONIBVS INAVGVRATVS REX, geſtiente urbe et pari uictoriae gaudio triumphante,* Facta autem haec omnia ſunt

(d) *de geſt. Longobard. lib.* III. *c.* 16. *p.* 810. (c) *Hiſtor. ab inclinat. Rom. lib.* XVIII. *p* 101. (f) *In origin. Hung. part. I. c.* 4. *p.* 103. Addatur *de* TWVRZ *in chron. c.* 13. BONFINIVS *decad.* 1. *lib.* 3. *p.* 272. (†) Teſte PROCOPIO in *Vandalic. lib.* 12. FARA *de rebus Sardin. lib.* 1. BVRGVS *de dignitate reipublicae Genuenſis c.* 2. *p.* 29. (g) *Comment. rer. Aragon. p.* 615. (h) *Indice rer. Aragon. lib.* I. *p.* 17. (i) *Lib.* VIII. *rer. Hiſp. p.* 366. (l) *In Luſitaniae Acephaleoſ. p* 15. 56.

CAP. III. §. III.

ſunt An. 1139. Quae ab aliis etiam pluribus traduntur *Antonio* BRANDAONE (m), *Bernardo* BRITONE (n), *Franciſco* TARRAPHA (o), *Roderico* SANCTIO (p), *Emanuele de* FARIA (q), *Duardo* NONIO (r), *Hieronymo* CONESTAGGIO (s), *Ioanne* MARIANA (t), *Ioſepho* TEXERA (u), et qui ſcriptores ſunt generis eiusdem. Quod uero alii Alphonſum in ipſis caſtris biduo ante pugnam a militibus in *regem proclamatum* fuiſſe ſcribunt: illi noſtro teſtimonio, quod produximus, non aduerſantur. Proclamatio enim ab exercitu tum in caſtris facta; ſed hanc ſolennior ſequuta eſt deinceps Conimbriae regia inauguratio. Vtrisque ergo bene conſtat. Quamuis noſtra magis intereſt, in id inquirere, qua demum auctoritate *comitis*, hoc enim nomine, non *ducis*, quod BARONIVS (x) uult, uſum fuiſſe Alfonſum hactenus, ad fidem diplomatum probat *Duardus* NONIVS (y), *comitis*, inquam, tituli cum REGIO qua auctoritate facta fuerit commutatio. Sunt enim, qui putant, ipſum numen aut uerbo *regali* Alphonſum uocando, aut coelo coronam demittendo eidem regiam dignitatem contuliſſe. Et ſane extat (z) reſcriptum noui regis, ubi is iureiurando portentum affirmat, quo regio eum honore Chriſtus dignum habuerit. Quapropter *Emanuel de* FARIA (aa), ait: coelo dimiſſam a Chriſto coronam, eius uicarium pontificem in terra non tam contuliſſe noſtro, quam confirmaſſe. Et enim tanta regii authographi autoritas fuit: ut plures adſerere uideamus; *Luſitanos coronam ſuam immediate a Chriſto accepiſſe. Sed in re politica*, magis ſi propria cauſa ſit, *priuata non ualet reuelatio*, prudenter iudicat *Ioh. Caram.* LOBKOVICZIVS (bb). Vt adeo alia auctoritas omnino hic quaerenda uideatur. Tribuunt ergo hanc ſpartam Pontifici Romano, cuius bulla in regiis ſcriniis extat, unde *Emanuel* FARIA (cc), aliique deſcripſerunt. Sed uero ſi tempus pontificii huius diplomatis numeres, A. 1179. ſcripti: patebit, Alfonſum diu antea regem fuiſſe, quam bulla ei papalis obueniret. Deinde ipſe pontifex in principio bullae Alphonſum *illuſtrem Portugallenſium regem* dicit, certo argumento eum regali diademate non ſolum antea cinctum; ſed ipſi etiam pontifici pro rege agnitum fuiſſe. Eo itaque mihi Alexandri III. hoc diploma feciſſe, uidetur: ut regem Alphonſum, metu Hiſpaniae regis, cuius Portugallia feudum fuerat, ſe in tutelam Pontificis iſto libello committentem, ipſe in fidem ſolenni iſto libello ſuſciperet atque eccleſiae Romanae uaſallum ſolenniter declararet. Id quod ipſa uerba diplomatis clarius docent: *te, quem caeleſtis diſpenſatio ad regimen elegit*, id eſt, qui portento illo rex es factus, *Apoſtolica ſedes diligit. Et beati Petri et noſtra protectione te ſuſcipimus cum integritate honoris regni*, qui Alphonſo iam conſtiterat. *Nemini ergo perſonam aut regnum tuum turbare licebit.* Et quae ſunt generis eiusdem. Ingens uero diſcrimen eſt, regem in fidem ſuſcipere; et efficere regem regalem dignitatem defendere; et diadema conferre. Illud, non hoc Pontifici Romano hic concedendum. Diſputo enim hic, quid fecerit tum Papa: non quid facere potuerit, de quo inferius, pro ſpatii ac temporis ratione, agemus. Supereſt, ut de Imperatore etiam Rom. hic dicamus: nullane eius in *regia* hac *declaratione* tum habita ſit ratio. Equidem PAVLVS (dd), dicit; *Luſitania iuris Italici.* Quod ſi tum temporis etiam uerum fuiſſet: nemini putauerim, quam noſtris Imperatoribus competiiſſe, Alfonſum in *Portugalliae regem* declarandi. Iam uero cum imperium Romanum omnem Hiſpaniam pridem manumiſerit, ut ex inſtituto hoc tractat *Ioh.* PARLADORIVS (ee): nullas querendi cauſas habemus, quod libera gens propria hic uti, quam aliena imperii Romani auctoritate maluerit. Et riſu digni ſunt, qui propterea ab Imperatore diadema Luſitanicum non expetitum fuiſſe fingunt, quod imperium tum uacauerit. In hoc enim et falſi hiſtorici ſunt, et mali politici. Reſtat itaque, ut reipublicae ius hoc regiae dignitatis, Alfonſo conceſſae, relinquamus. Axioma, ſub ingreſſum huius capitis illuſtratum, in memoriam nobis liceat reuocare. Penes quem eſt ſumma poteſtas: penes eum quoque ius eſt, regali dignitate inaugurare. Quod ſi ergo Alfonſus, cum adhuc *Comes* audiret, Luſitaniam ſummo iure uſurpauit rexitque, qui populo poteſtas ſuit, principem ſuum in regem declarare? Et ſane tenorem axiomatis noſtri ita obſeruant Luſitani: ut inter priſtinas Alfonſi regiones, quas a parente Henrico acceperit; et eas, quae poſtea reipublicae curis, ſumtibus, auxiliisque eidem obuenerint, diſtinguant. Hac enim cauſa, non illa nouum regem populi uoce, in *regio diademate* adſumendo uſum fuiſſe, ſcribunt. Sic *Ioſeph.* TEXERA (ff) argumentatur; *Quod uero attinet ad*

num a Deo?

an a papa?

an ab Imperatore?

(m) *Part.* III. *lib.* 10. *Monarch. Luſit. c.* 10. (n) *Lib.* III *chron. Ciſtertienſ. p.* 307. (o) *de reg. Hiſp. p.* 516. (p) *Part.* I. *hiſt. Hiſp. C. XIV. p.* 137. (q) *Epitome de las hiſtorias Portugueſas Part.* III. *c.* 2. *p.* 176. (r) *De uera reg. Portug. Genealog. p.* 1255. (s) *Lib.* I. *de Portug, et Caſtil. coniunctione p.* 1072. (t) *Lib. X. rer. Hiſp. c.* 17. (u) *In arbore gentilit. Henr. IV. reg. Gall. p.* 169. (x) *Ad an.* 1171. *Tim. XII. n.* 16. (y) *In cenſura Texerae IV. p.* 379. (z) Repertum fuit A. 1519. in bibliotheca Chirograph. Monaſterii Alcobaciae. Dubitant tamen alii de eius fide. (aa) *Part.* III. *cap.* 2. (bb) *Lib. II. in Philipp. reg. leg demonſtrato artic. VII p.* 120. (cc) *Part. IV. c.* 1. *p.* 355. (dd) *L.* 8. *ff. de cenſibus.* (ee) *Lib. II. rer. quotidian. c.* 21. *p.* 264. Adde MARIANAM *lib. IX. c.* 5. (ff) *In arbore gentilitia p.* 169.

§. III. CAP. III.

ad Alfonſi inaugurationem, ſi quis obiiciat, Portugallenſes nihil in Alfonſum cum REGALI titulo noui contuliſſe, quod tunc penes illum non eſſet. Omiſſis illis rationibus, quae ex iurisprudentiae penetralibus hauriuntur, facilis eſt reſponſio: Nimirum PORTVGALLENSES non tantum Alfonſum REGEM PROCLAMASSE OB PATERNAM DITIONEM, ſed ob ea, quae praeclaris facinoribus OBVENERANT, dum ſuo ſanguine Saracenos ſummo animi robore a ciuitatibus, oppidis, et arcibus eiecerunt. Nam maior pars, Portugallenſium induſtria, Saracenis adempta eſt, quam fuerit prior, hereditario iure ad Alfonſum deuoluta. Vt vero de latitudine aut potentia REGNI tum Luſitaniae conſtet, Eduardi GALVANI (gg) fide exercitus regius ultro duo fere millia militum ſe non extendit. Noui iterum exempli argumento, regalem dignitatem a ſumma in republica poteſtate, non uero potentia in exteros principes aeſtimatam fuiſſe. Ceterum ſi populus in iura regni Legionenſium quid peccauit: id propterea factum, quod ſummam in republica, quae feudum ſuum habuerant Legionenſes, poteſtatem ſibi arrogauerit. Hanc enim ſi legitimam habuiſſent Portugalli: *Alfonſum principem omni iure a populi uniuerſitate titulum regis temporalis accipere potuiſſe*, etiam LOBKOVVICZIVS (hh) ſentit, acerrimus ceteroquin iurium Hiſpanicorum adſertor. Quod uero *Rodericus* SANCTIVS (ii) tradit: *uolente rege Caſtellae titulum regium adſumpſiſſe Alfonſum*: hoc modo laudatus auctor prolixe ac ſolide refutauit (**). Nobis uero ſatis eſt, exemplum in Portugallia extare, *regii tituli* neque pontificis, neque Imperatoris Romani auctoritate *a ſummo imperante adſumti*. Neque alii cuiquam, ſed ſibi *Algarbiae regni titulum* debent iidem reges Portugalliae: pariter enim conſtat, diadema Algarbiae ſeu Turdetanae prouinciae, ſua auctoritate, non aliena neque pontificis, neque imperii Romani ſuſcepiſſe. Narrat hanc rem his uerbis *Antonius* VASCONCELLIVS (ll): *Cum nulli iam intra Luſitaniae limites Mahometani agerent, et ad alios adhuc Hiſpaniae inſiſtentes Mauros peruadere non poſſet* Alfonſus III. Luſitaniae rex, *niſi uiam per Turdetanos*, Algarbiam, *affectaret; communicato cum regina*, quae Beatrix erat, notha Alphonſi IX. Caſtellae regis ex Maria Vellenia Petri Guſmanii clariſſimi filia, quam Alfonſus regio cultu indulgentius educatam Luſitaniae regi locauerat, *conſilio eandem permouit, ut ſe in Caſtellam ad parentem conferret, ab. eodem ius ex-*

f) Portugallia e comitatu regnum factum.

g) Algarbia a comitatu fit regnum.

A *pugnandarum in Turdetania*, Algarbia, *urbium deinceps obtenturam. Non ſecus accidit, quam Alfonſo in uotis erat. Socer enim donatiuas tabulas, ſuoque munitas ſigillo miſit, quibus ipſi et Dionyſio nepoti, ceteriſque deinde ſucceſſoribus ae ſuo iure concedebat, his tantum conditionibus interpoſitis: ne priuilegia negotiatoribus conceſſa reſcinderentur: ut in litibus facultas eſſet, ad Caſtellanam curiam prouocandi: ut Al-* B *fonſus et ipſius liberi, quoad uiueret, ſibi duntaxat, non ita ceteris Caſtellae regibus cum expeditis quinquaginta equitibus praeſto eſſent.* Hactenus igitur non alio, quam *COMITIS* Algarbiae titulo ſe ſcripſerat Alfonſus: poſtea uero remiſſo eidem nexu feudali a Caſtellae Rege, ſuique iuris facta prouincia, propria auctoritate *REGEM ALGARBIAE* idem ſe declarauit. Ita enim laudatus modo ſcriptor pergit: *Quas* C *conditiones poſtea remiſit Rex Caſtellae in gratiam Dionyſii nepotis. Accepta ergo donatione ALFONSVS ILLICO ſe TVRDETANIAE*, id eſt, Algarbiae, *REGEM inſcripſit et regiis ſtemmatis inſignia adnotauit. Et ALGARBIORVM REX dictus eſt Luſitanus.* Nihil hic imperio Romano; nihil pontifici; populo nihil tribuitur, in regia hac inauguratione. Sibi enim credidit Alfonſus unice relictum; D ſummam in Algarbios poteſtatem, quam modo fuerat conſecutus, *REGALI VERBO* pro arbitratu ſuo condecorare. Ita etiam *Rodericus* SANCTIVS (mm), ſcribit; *Alfonſus X. Caſtellae Rex COMITATVM ALGARBI cum baſtarda filia dedit Alfonſo III. regi Luſitaniae: ex quo tempore reges Portugalliae ALGAKBI REGES ſe intitularunt.* Plures auctores nos ſupra laudauimus (nn), quibus addi hic E poſſunt BRANDAON (oo), TARAPHA (pp), *Michael* RITIVS (qq), *Hieron.* CONNESTAGGIVS (rr), *Lambertinus de* CRVZHOVEN (ss) aliique, qui quamuis in eo non conueniant, utrum dotis loco, an uero donatione, diu poſt nuptias a ſocero facta, Portugalliae is Algarbiae comitatus acceſſerit: in eo tamen nullus diſſert: Alfonſum III. *ſua auctoritate*, non aliena *comitis* titulum cum *regali* uerbo commu- F taſſe. Quod nobis fuerat demonſtrandum. Caſtilia, ut ad nouum exemplum progrediamur, non alio quondam ac *comitatus titulo* celebris fuit: cui regale nomen poſtea obuenit. Teſtem huius cauſae producemus *Alfonſum a* CARTHAGENA (tt), qui ita ſcribit: *Licet in Caſtiliae regione COMITES gubernarent abſque recognitione ſuperioris, non tamen TIIVLVM REGIVM aſſumpſerunt. Durauit*

h) Caſtilia e comitatu fit regnum anno 1010.

(gg) *In uitis reg. Portug. cap. XV.* (hh) *Libr. V. in Philipp. prud. diſp. I. artic. VII. concl. 2. p. 204.* (ii) *Part. I. hiſt. Hiſp. c. 14. p. 137.* (**) *In reſponſ. ad manifeſt. p. 56.* (ll) *In hiſt. Luſit. p. 73.* (mm) *Part. IV. hiſt. Hiſp. c. 3. p. 194.* (nn) *cap. I. §. V. p. 10.* (oo) *In monarchia Luſit. part. III. lib. VIII. c. 9.* (pp) *de reg Hiſp. in Alf. X. p. 561.* (qq) *Lib. III. de reg Hiſpan p. 1179.* (rr) *Lib. I. de coniunct. Portug. cum R. Caſt. p. 2.* Regni nomen Algarbiam hodienum retinere, ſcribit. (ss) *In Theatro reg. Portug. pag. 6. 7.* (tt) *In Anacephal. reg. Hiſpan. cap. LXIX. p. 275.*

CAP. III.

uit autem haec intitulatio usque ad Sanctium incluſiue. Qui, cum rex Nauarrae eſſet propter uxorem, Eluiram, quae filia erat Sanctii COMITIS CASTELLAE, Caſtellam habuit, et extunc in Caſtella REGIVS TITVLVS fulſit. Et clarius *Ioh.* MARIANA (uu): *Sanctius Rex Caſtellae principatu auctus eſt, COMITIS honore atque nomine REGIIS inſignibus atque APPELLATIONE commutatis*, An. 1010. Idem profitentur RODERICVS (xx) Toletanus, Ioh. VASEVS (yy), *Lucius* MARINEVS (zz), *Franciſc.* TARAPHA (a), *Hieronymus* BLANCA (b), qui uno omnes ore affirmant, Sanctium ſua facultate e *COMITATV* Aragoniae *REGNVM* effeciſſe. De Nauarrae regno nolo hic aliquid ſtatuere. Illi enim, quos ſuperius (c) laudaui, omnes ſtatuunt, eandem reipublicae Nauarrenſis et regii ibi tituli originem eſſe, neque per alios unquam ac *reges* adminiſtratam fuiſſe: quorum ſententias *Hieronymus* BLANCA (d) et *Ioſephus de* MORET (e) publicis documentis confirmant. Verum *Lucius* MARINEVS (f) *Siculus* octo priores Nauarrae rectores non alio, quam *DVCIS* titulo uſos fuiſſe, prolixe tradit. Quare poſtea demum oportuit *DVCATVM* Nauarrenſem cum *REGNO* commutatum fuiſſe. Quicquid ſit; ſiue principio, ſiue poſtea *reges* fecerint Nauarrei: id certum eſt, a ſe tantum regalis tituli rationem omnem proueniſſe. Neque enim Imperatoris Romani neque Pontificis hic aliquid auctoritas potuit: quorum operam in regiae dignitatis collatione eos non legimus unquam expetiiſſe. Inſularum *BALEARIVM* dominos ſub Saracenis regulos, non *reges* adpellarunt. Sed, his extinctis, rex Aragoniae Iacobus, uictor, illis intulit *nomen regale*, quaſi illud a Saracenis iam olim fuiſſet inuectum. Idque non aliena, uerum ſua auctoritate (*). Idem de *VALENTIAE* regno dicendum (**) aliisque in Hiſpania *GRANADA*, *MVRCIA* et quae minoris momenti generis eiusdem. De *CORSICAE* inſulae dominis, quod ſua auctoritate ſe ſcripſerint dixerintque *reges*, cum nullius ſubeſſent imperio, late diſputat probatque *BVRGVS* (†). Poſt enim eueniſſe demum, ut ſibi adpellationem hanc adrogauerit pontifex Romanus, Bonifacius VIII. (***), *LONGOBARDIAE* pariter

l] *Nauarra e ducatu fit regnum.*

l)BALEAR. *inſularum rex an. 1288.*

m)CORSICAE *inſulae rex.*

n)LONGOBARDIAE *rex Auſtriae archidux.*

A *regalis* dignitas nutu acceſſit populi uel principum, ſine ullo Romanorum interceſſu. Imo tam *Francici*, quam *Germanici* Caeſares, eius prouinciae facti domini, *regni* ideo nomen retinuerunt. Imo ſingulare eſt, quod *Matt.* VILLANVS (‡) habet, Carolum IV. Caeſarem *Auſtriae* ducem *Longobardiae regem* deſignauiſſe. Quod ſi eſt, miror, Auſtriacos uiciniae iura non obſeruauiſſe ſolicitius.

§. III. IV.

B §. IV. Hiberniam non alio, quam *domini* titulo Angliae reges per quatuor ſecula poſſediſſe, notum eſt: qua igitur cauſa factum poſtea ſit, ut Henricus VIII. Rex Ann. 1542. decimo calend. Febr. *domini* uocem cum uerbo *regali* commutaret; noſtra intereſt curatius paulo inueſtigaſſe. Cum quod exemplum hoc recens admodum ſit: tum quod in oculis factum uniuerſae Europae. Accedit, C quod ueram cauſam a ſpecioſo praetextu multos uideam non ſeiunxiſſe. De inſtituto Henrici VIII. GODVINVS (g) ita ſcribit: *Ianuarii deinde XXIII. edictum publice propoſitum eſt, in quo iubentur omnes HIBERNIAE poſthac REGEM Henricum adpellare, cum hactenus HIBERNIAE DOMINORVM titulo principes noſtri uſi fuerint, non REGVM. Ordines nimirum Hiberniae in Parlamento* D *ibidem congregati, id nuper ſanxerant, quod apud quosdam ſeditioſos domini nomen perinde ſanctum et uerendum eſſe exiſtimarent.* Diploma autem curiae Hiberniae recitat *Ioh.* SELDENVS (h): *Quandoquidem rex noſter gratioſiſſimus et Sereniſſimus et S. R. M. nobiliſſimi primogenitores, Angliae reges fuerunt DOMINI iſtius terrae Hiberniae omnem exercentes REGIAM IVRISDICTIONEM, po-* E *teſtatem, et praeminentiam*, (attende, quod ſummae poteſtati innitantur ſenatores curiae omnem regii tituli rationem: nihil hic de potentia; nihil de regionis amplitudine) *pertinentem ad regiam conditionem uel maieſtatem regis ſub nomine dominus Hiberniae LORD OF IRLAND, ubi rex eiusque progenitores iure ſunt, et ex iure,* gentium ſcilicet, quod praeter ſummam poteſtatem nihil requirit in regia dignita- F te, *debent eſſe reges Hiberniae atque ſic aeſtimari, haberi, uocari et adpellari. Ideo concluſum eſt, ut S. R. M. heredes et ſucceſſores eius habeant nomen, ſtylum, titulum,* et

o] *Hibernia e dominio fit regnum Ann. 1542.*

(uu) *Lib. VIII. rer. Hiſpan. cap. 12. p. 451.* (xx) *Lib. V. de reb. Hiſpan. cap. 25.* (yy) *In chron. Hiſp. ad ann. 1011. p. 723.* (zz) *Lib. VIII. rer. Hiſp. p. 365.* (a) *de reg. Hiſp. ad an. 1006. p. 553.* (b) *Rer. Aragon. ad an. 1000. p. 621.* (c) *cap. 1. §. V. p. 10.* (d) *Commentar. rer. Arag. p. 598. ſq.* (e) *Libr. V. inaeſtigat. hiſtoric. de las Antiguedades del regno de Nauarra capitulo V. p. 294.* (f) *Lib. IIX de reb. Hiſp. p. 369.* (*) Luc. MARINEVS *de reb. Hiſp. lib. 11.* *Mainold.* GALERATIVS *in titulo Philippi regis Hiſpaniae deſcripto in capite de rege Maiorcarum.* (**) Teſte *Petro Anton.* BEVTHERO *ſecunda parte de la coronica de Eſpanna y eſpecialemente de Cathalunna y Valencia cap. 37. 41.* (†) *Cap. 7. de republicae Genuenſis dignitate p. 54. 55. 56.* Ita enim *Genuae* putat honorificum, quod imperet REGNO Corſicae, cuius ideo hiſtoriam non obiter tractat. (***) *Mainoldus* GALERATIVS *in deſcriptione tituli regis Hiſpaniae de regno Corſicae*, ubi ad diploma prouocat, cuius exemplum hodieque ſuperſit in Vaticano (‡) *Chronic lib. IIX. cap. 98.* Cuius loci nos admonuit BVRGVS *de dignitate reip. Genuenſis cap 3. p. 85.* (g) *Lib. I. rer. Anglic. p. m. 248.* (h) *in tit. honor. part. 1. cap 4. p. 61.*

Digitized by Google

CAP. III. *et honorem hunc: REX TERRAE HIBERNIAE, cum omnis generis honoribus, praeeminentiis, praerogatiuis, dignitatibus et aliis quibuscunque ad maieſtatem uel ſtatum regis imperialis, KING IMPERIAL, uel imperantis pertinentibus. Et ut S. R. M. Heredes eius nec non ſucceſſores abhinc uocentur, appellentur, accipiantur, aeſtimentur et habeantur pro REGIBVS huius terrae Hiberniae ad habendum et utendum dicto ſtylo MAIESTATE, et honoribus regis Hiberniae cum omnis generis praeeminentiis, praerogatiuis, dignitatibus, omnibus praemiſſis ad regis ſerenitatem heredum ſucceſſorumque eius in perpetuum, ceu unitis et coniunctis cum imperiali corona regni Angliae.* Hactenus diploma Parlamenti. Inde eſt, quod *Richardus* STANIHVRSTIVS (i) memorat: *dominationis titulus in Henrici II. poſteritate ſemper permanſit, usque eo dum Henricus octauus, ſuffragantibus publicis INSVLAE COMITIIS, PRIMVS HIBERNIAE REX adpellari coeptus eſt, cum a patris morte annum 33. regnaſſet.* Equidem hanc et ſcriptores omnes et ipſum diploma mutati tituli cauſam adducunt: quod *regis* nomen domini uoce magis *uerendum* et *ſanctius* quodammodo uiſum fuerit Hibernis. Aſt uero aliae mihi eaeque grauiores hic rationes ſubeſſe uidentur. Eo enim regale nomen adſumpſiſſe Henricum, exiſtimo: partim ut Pontifici Romano poſtulatum hactenus in Hiberniam ius negaret euerteretque hac maioris tituli nouitate: partim ut doceret cundem, non a Roma pendere, regium honorem ſumere, cum quilibet, ſumma poteſtate inſtructus, ſua, non aliena, minime autem pontificis Romani auctoritate diadema capeſſere queat. Alibi (l) enim ad optimorum auctorum fidem, *Giraldi* CAMBRENSIS (m), *Anton.* NEVBRIGENSIS (n), *Rogerii de* HOVEDEN (o), *Matthaei* PARISIENSIS (p), et *Ioh.* SARISBERIENSIS (q) manifeſtae cupiditatis iuriumque a pontifice in Hiberniae inſulam praetextorum ueſtigia oſtendi: quae ſublata uoluiſſe Henricum VIII. qui a Romanorum ſacris iam ſeceſſerat, per hanc tituli mutationem, facilius eſt ad credendum. Fruſtra autem Scotorum in eadem cauſa metus fuit, qui ſibi pariter *regale* nomen in Hibernia periculoſum fore, ſuſpicari uolebant; quaſi nempe Henricus in animo haberet, Scotos ſua parte in inſula ſpoliandi: quod aequiſſimo principi in mentem uenire nequibat. Quapropter *Nicolai* SANDERI (r) manifeſta calumnia eſt, Henricum hac tituli nouitate Scoticam gentem offendere uoluiſſe. Ita autem ſcribit: *Qua temporis opportunitate,* Gallica et Scotica bella deſcripſerat, *ad commodum ſuum uti uolens Henricus, ad decimum Calendas Februarii edicto publico totius*, liuori dabis Sanderiano, *Hiberniae ſe regem dixit, quod tam Galliarum, quam Scotiae reges non mediocriter offenſurum ſciebat.* Vnde autem haec ſcire poterat Henricus? nonne ſummi imperantis haec iura ſunt, quo nominis genere adpellari uelit, declarare? *Maxime uero*, pergit, *Scotum, qui aliquam Hiberniae partem ad ſe pertinere contendebat.* Sed hanc illis non in dubium uocabat titulo regali Henricus. Quare ſaniori iudicio LESLEVS (s) memorat, Scotos ſuos, de Henrici R. animo edoctos, ad ingenium ſtatim rediiſſe. Quem etiam *Ioh.* SPEEDVS (t) merito in hac cauſa commendat. Aegre uero tuliſſe pontificem perditum ita Hiberniae ius; tum illud inprimis, quod ſua auctoritate, ſpreto ſummo eccleſiae R. antiſtite, quem uiolentum huius praerogatiuae uſurpatorem nouerat Henricus, *regale diadema* ſuſcepiſſet, nullo teſte indiget. Ita enim aliis principibus arcanum hoc reddi manifeſtum, credebat; nihil iuris pontifici eſſe, circa titulos *ciuiles*; cuius poteſtas apud uiros cordatos quosque intra ſacrae *dignitatis largitiones* terminetur. Quo autem animo accipi debeat, quod pontifex Romanus, ut SPONDANVS (u) aliique habent, peculiari diplomate regium hunc titulum Mariae, Angliae regi, quam ab eius uoluntate pendere in aliis fuerat expertus, confirmare uoluerit, *Paulus* SARPIVS (x) magno iudicii acumine ita oſtendit: *Paulus IV. magnae ſibi gloriae duxit, ipſo primo pontificatus ſui die, tres ex Anglia legatos Romam primum intraſſe. Introducti in conſeſſum, totius regni nomine, anteacti temporis errata incuſare et ſubmiſſe ueniam deprecari; Pontifex ſuperiorum temporum admiſſa condonare. Atque ut regibus dignationem adiiceret, HIBERNIAM REGIAE CORONAE titulo ornauit, authoritate ea fretus, qua papam donauit Deus in omnia regna. Quos facti huius cauſa non latebat, pro arcano id duxerunt. Henricus enim VIII. poſt abdicatam Pontificis auctoritatem Hiberniam in REGNVM euexerat et ſe regem Angliae, Franciae et Hiberniae inſcripſerat. Eundem titulum per Eduardum regem continuatum Maria et Philippus Angliae reges adſumpſerunt. Pontifex igitur ſtatim a creatione induxit animum credere et affirmare, ſui tantum eſſe peculii, regium titulum cuiquam dare: ideoque regibus Angliae HIBERNIAE TITVLO abſtinendum. Sed uidebat nimirum, quam difficile foret, perſuadere Anglis, ut titulum reſpuant, a duobus regibus uſitatum et a Regina Maria, nihil ſiniſtre cogitante continuatum.*

o) *Hibernia e dominio fit regnum Ann. 1542.*

(i) *Lib. III. rer. Hibern. p. 155.* (l) *In Pufendorf. illuſt. c. III. p. 307.* (m) *Lib. II. de expugn. Hibern. p. 603.* (n) *lib. II. cap. 26.* (o) *Part. II. p. 572.* (p) *ad an. 1155. p. 79. et 105* (q) *Lib. IV. Metalogici c. 24.* (r) *Lib. I. de Schiſmat. Anglic. p. 153.* (s) *De reb. Scot. lib. IX. p. 431.* (t) *En The hiſtorie of great Britaine lib. IX. c. 21. p. 1032.* (u) *In contin. Baron. An. 1555.* (x) *Lib. V. hiſt. Concil. Trident. p. 354.*

Digitized by Google

CAP. III. §. V.

atum. Quare moderatione hic utendum, ratus, quid Henricus egerit diſſimulato, ipſe inſulam eam in REGNVM ERIGERE ſtatuit: quo homines adduceret ad credendum, reginam illum titulum adhibere, tanquam a pontifice ſibi donatum, non patris aliqua lege decretum. Illud hercle pontificibus in more poſitum de alieno corio ludere, et quod iuſtis dominis auferre nequeunt, id ipſis elargiri. Iique uiciſſim aduitandas cum Pontificibus, rerum dominis, contentiones, uel, quae ſua ſunt, dono accipere non recuſant; uel quid in rem donatam is, qui donum confert, iuris habeat, ſcire ſe diſſimulant. Egregie et plane ad mentem noſtram, in ſuperioribus declaratam, ſcripſit haec uir prudens et cordatus. Quod enim PALLAVICINVS (y) tradit, petiiſſe regii tituli confirmationem Mariam: id eius ſuperſtitioni dandum, cum e ſupra dictis conſtet, et *Henricum* et *Eduardum*, absque ulla pontificis auctoritate, *regum Hiberniae* titulis non ſolum uſos, ſed etiam ab omnibus orbis principibus hoc nomine iterum ſalutatos fuiſſe. Illuſtri denuo exempli argumento: ſummi imperantis eſſe, regalem dignitatem pro lubitu ac arbitratu capeſſere.

p) e Ruſſiae ducatu ſit regnum.

§. V. De Ruſſiae regno magna inter auctores contentio fuit: ſuane auctoritate *CZARI regale* nomen cum *ducali*, quod antea tantum adhibuerant, commutauerint, an uero eandem ab alio confirmatam acceperint dignitatem. Mihi inter omnes *Renati CHOPPINI* (z), optimi ſcriptorum aeſtimatoris, ſententia probatur, aliorum etiam auctoritate nunc confirmanda. Sic autem ille; *audacius Moſcouita, Baſileus Ruthenorum DVX, qui, tum Tartarorum ſubeſſet imperio, primus REGIOS Moſchorum faſces ſibi arrogauit, AVCTORE NEMINE An. 1525. Nemine auctore,* inquit, *Regis* nomen Ruſſos accepiſſe. Czar enim ſua lingua *regem* ſignat; inde *Czar Dauid, Czar Salomon* in bibliis eorum: Caeſaris autem uocem, utpote nomen proprium, Ruſſica tantum terminatione induunt, ita ut *Kaeſar* Auguſtus apud ipſos non minus in ſacri foederis codice extet. Qui autem uenerit, dices, ut hodienum et ante quatuor annos maxime, cum *PETRVS REX*, ceu nouus Europae Vlyſſes, Germaniam, Belgium ac Angliam peragraret, non alio is, quam *Caeſaris* maieſtatisque *Caeſareae* titulis cum a ſuis, tum a noſtratibus fuerit adpellatus. Equidem in uernacula haec diſtingui non poterant, ubi non aliud eius elogium fuerat, quam *Ihr. Czariſche Maieſtaet.* Aſt uero, qui ex Moſcouitis, quorum mihi aliqui perfamiliares fuerant, latine loquebantur; illi *Caeſareae maieſtatis* elogio ſignabant principem ſuum. Quorum conſuetudinem et alios omnes maximae dignitatis uiros imitatos fuiſſe, in Belgio obſeruaui: ita ut neque ego dubitarem, meam quoque orationem uerbo huic conformare. Quaeſiueram autem e *Poſnikouio* Moſcouita, cuius eruditi hominis familiaritate per ſemeſtre tum fueram uſus, ecquae cauſa ſit? quare *Czari* uox cum *Caeſaris* nomine ita confundatur; cum illa *regis* tantum; hoc *Romani* elogium Imperatoris. Duplicem adeſſe reſpondit: *Grammaticam* et *Politicam.* Illa *Czar* et *Caeſar* literis non multum differre: hac ſe principem ſuum Romano Imperatore non inferiorem habere; ut adeo utrique eodem elogio digni eſſe uideantur. Et ſane ueſtigium habebam magnificentiae Czari inter ſuos in Belgio. In mores introduxerant ſummi Belgarum ordines, ut quosque legatos capite tecti, ſedentes exciperent audirentque: aſt uero infra dignitatem principis ſui haec ceremonia triumuiris uidetur legationis Moſcouiticae. Tam diu ergo inſtant, usque dum migrarent hanc conſuetudinem Belgae, erectoque corpore et capite aperto admitterent eos dimitterentque. Quod uero cum Czari maieſtati, qui ſimulato habitu adſtabat, dediſſent Belgae: alii tamen et ipſius Imperatoris legati hoc idem ceremoniae genus impetrare nequibant. Reſponderunt enim ordines, ſe praeſenti Czaro aliquid remiſiſſe: quod ſint deinceps negaturi, usque dum praeſentis regis faciem in conuentu ſuo iterum intuerentur. Quod cum ita ſit: miror, qua fronte aliqui ſcribant, magnum Moſcouiae ducem rogaſſe, ut *regalis* ſibi titulus ab Imperatore Rom. aut pontifice conferretur. Ita enim *Paulus* IOVIVS (aa), ſcriptor elegans magis, quam uerus, traditum reliquit: *Cupiebat Baſileus REGII nominis titulum CONCESSIONE PONTIFICIA promereri, quum id DARE ſacroſancti iuris eſſe et PONTIFICIAE MAIESTATIS iudicaret: quando et ipſos quoque Caeſares a pontificibus maximis diadema aureum et ſceptrum accipere inueterata conſuetudine cognouiſſet. Quanquam et id pluribus a Caeſare Maximiliano I. legationibus poſtulaſſe uidebatur.* Taedet alios plures nominare, quos omnes eodem errore Iouius mihi uidetur occupaſſe. Subleſtae potius fidei coarguendi ſunt, quotquot Moſchis alienam auctoritatem in regalis dignitatis uſu obtrudunt. Primum enim *Anonymus* FLORENTINVS (bb) de Vlodomiro, Moſchorum principe, teſtatur: *eum an. 1065. regalem titulum non adſumpſiſſe ſolum; ſed etiam honores iterum regios ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis accepiſſe.* Qui ergo idem, et alii ſcriptores adſeuerare audent? quatuor ſeculis poſt Moſchouitas demum regalem honorem

[y] *Lib. XIII. hiſtor. concil. Trident. c. 12. n. 1---6.* [z] *Lib. II. de doman. Franc. tit. 1. p. 185.* [aa] *In libro de legat. Moſcouitar. p. 165.* [bb] *De rebus Moſchouiticis cap. 8. edit. Patauinae 1680.*

CAP. III.

rem ab aliis collatam uoluiſſe. Deinde eam Czari auctoritatē eſſe, ut credibile non ſit, ipſum titulos ab aliis mercari uoluiſſe, his uerbis prodit *Sigismundus liber Baro de* HERBERSTAYN (cc), optimus ſcientiſſimusque, ſi alius ullus, rerum Moſchouiticarum interpres: *Scribunt quidam, Moſcum a PONTIFICE Romano et a CAESARE Maximiliano nomen expetiuiſſe et titulum REGIVM. Mihi uериſimile non uidetur: praeſertim cum nulli homini infenſior ſit, quam ſummo pontifici, et quem nonniſi doctoris titulo dignatur. Caeſarem autem Rom. non maiorem ſe exiſtimat: ut ex literis ſuis apparet, in quibus nomen ſuum Imperatoris titulo praeponit.* Sed praeſtat huius uiri auctoritas decem Iouiis. Praeterea, ſi alios etiam reges efficiendi Moſcouitarum rex ſibi facultatem ſumpſit, qui uerum erit? alienam operam eum expetiiſſe ad propriam dignitatem declarandam. Fecit autem prius An. 1572. Iohannes filius Baſilii: Magnum Holſatiae *ducem* in *regem Liuoniae* ſolennibus uerbis declarando. Docet hoc inter alios plures *Dauid* CHYTRAEVS (dd): *in feriis Pentecoſtes, Magnus Holſatiae dux, Derbato mouens ad Moſcorum Imperatorem, in urbem Mosquam profectus eſt, ubi omnibus captiuis Germanis Moſchus libertatem, ipſo petente, donauit. Et Magnum REGEM Liuoniae publice renuntiari iuſſit, eumque in Liuoniam cum exercitu remiſit.* Plenius quodammodo *Chriſtian.* KELCH (ee): *Ia es kam endlich dahin, daß der* Czar *ermeldten Hertzog* Magnum *auf folgende Weiſe König in Liefland erklæret hatte, und mit dem bloſſen Titel eines Schutz-Herrn über Liefland zu frieden ſeyn, dem neuen König aber die Beſitzung von gantz Liefland einræumen wolte. Und Hertzog* Magnus *ſolte das Königreich Liefland erblich vor ſich und ſeine mænnliche Nachkommen behalten. Wo er aber ohne Erben abgienge, ſolte er einen Nachfolger aus Holſtein oder Dännemarck haben.* Idem narrant *Petrus* PETREIVS (ff), *Anonymus* FLORENTINVS (gg), aliique plures. Videat ergo, qua fide *Paulus*

A PIASECIVS (hh) poſt haec tempora ſcribat: *ſolicitatus pontifex Clemens VIII. pro Theodoro duce Moſcouiae, ut illum regio titulo donaret, conſtanter recuſauit: niſi ſchiſmate Graeco relicto ad conſortium eccleſiae Romanae Dux ille cum ſuis ditionibus rediret.* Verior mihi *Auguſtinus L. B. de* MEYERBERG (ii) uidetur: *REGIVM titulum Imperatores Romanos Moſcouiae principibus in literis etiam publicis dediſſe.* Qui enim quaeſo ille de regali honore ſuo
B dubitauerit? qui facultatem ſibi tribuit, aliis quoque diadema conferre. Aut qui regium titulum potuerit ambire? qui regibus ſibi maior; ipſi Caeſari par uidetur. Et quis demum principi nomen diſputaret? quod ante quatuor ſecula maiorum imagines referunt. Stat ergo ueritas inconcuſſa: *magnum Moſchouiae DVCATVM propria, non aliena auctoritate in REGNI formam dignitatemque mutatum*
C *fuiſſe.* Ceterum qui bullas Pontificum hic allegant: illis iudicio ſupra (ll) a nobis allato reſpondemus. Scriptores autem, qui regalem dignitatem priuato auſu negant Moſcouiae principi, quod Graecorum ſacris addictus ſit, illi diuina ac gentium iura ideo laceſſere uidentur, quod pariter ſuperius (mm) a nobis commonſtratum. Atque hic finis exemplorum et huius etiam capitis exitus ſit. Quamuis
D enim plura in promptu eſſent; duorum militum in Belgio maxime, qui tantum non noſtra aetate a foederatis Indicae nauigationis ſociis minutiſſimas ibidem regiones cum ſupremo dominio redemerunt; propterea que *diademata* et *regios* titulos propria auctoritate ſua amplexi ſunt: ſed cum horum conatus gentium quidem iuribus non aduerſi, minus tamen prudenter inſtituti atque contemtu, quam
E imitatione, digniores uideantur; hactenus etiam adducta abunde ſufficiant, ad libertatem cuique ſummo imperanti adſerendam, *regale diadema* pro arbitrio, *ſua, non aliena auctoritate ſuſcipiendi*, terminum hic figere, conſultum uidetur.

(cc) *In commentar. rer. Moſcouitic. p.m. 20.* (dd) *Lib. XXII. chron. Sax. ad an. 1570. p. m. 595.* (ee) *Part. IV. Lieflaend. Geſchichte pag. 291.* (ff) *Part. II. chron. Moſcou. p. 188.* (gg) *Lib. I. de orig Moſcou. c. 12. p. 69.* (hh) *Chronico geſt. in Europ. ſingul. ad ann. 1593. p. m. 112.* (ii) *Itinere in Moſcou. p. 93.* (ll) *cap. III. §. 3. p. 82.* (mm) *cap. I. §. 7. p. 17.*

CAP. IV.

De

Romani Pontificis uſurpatione in adpellationibus regum.

§. I.

Pontifex R. largitor titulorum

POſtulat inſtituti ratio, ut, quo iure in ſocietatem honoris ſummus pontifex ueniat regios titulos dignitatesque aliis conferendi, breuiter etiam nunc explicemus. *Controuerſia eſt inter auctores celeberrima: utrum Romanae eccleſiae epiſcopus, qua SVMMVS, poſſit Chriſtianos promouere ad REGIAM DIGNITATEM?* uerba ſunt *Ioh. Caramuelis* LOBKOWICZII (n), alibi etiam laudati auctoris. Et uero honorificas adpellationes quasque, quibus ſummi imperantes iure ſuo prae reliquis mortalium eminent, ita ſibi arrogarunt, ſuperſtitione temporum, et barbarie ſeculorum pontifices Romani, ut ſummis poteſtatibus tantum non irreparabile damnum exinde enatum ſit; curiae autem Romanae auctoritas ad ſummum in Chriſtiano orbe culmen euecta.

a] Imperatorii,

A ſummi decotis nomine, quod orbis ſuſpexit hactenus, titulo ſcilicet *IMPERATORIS* incipiemus. Hunc ſane, quamuis Romani imperii maieſtati relictum ſciret, tantum non inuaſit, atque aliis rebuspublicis communem fecit Papa Romanus. Non fruſtra ſcribit LANGVETVS (o) meus, *quoniam Hiſpani in contentione cum Gallis de praecedentia, ſunt a plerisque condemnati: ut tamen conſequantur, quod ambiunt, petunt a pontifice, ut regem Hiſpaniae declaret IMPERATOREM NOVI ORBIS. Quod ſi Hiſpani,* ſuo iudicio addit uir maximus, *id ſibi ſumant, idem accidet, quod in ſucceſſoribus Alexandri, ex quibus cum Antigonus nomen regium adſumpſiſſet, ſtatim idem fecerunt Ptolemeus, Seleucus, Lyſimachus, Caſſander et alii: ſic et omnes reges iam ſe nominabunt Imperatores. Nec eſt ſatis, quod dicunt nouum orbem nunquam ſeruiuiſſe Romanis. Nec enim Dania nec Norwegia nec Suecia nec Polonia nec Lithuania et multo minus Moſcouia, unquam ſeruiuerunt Romanis. Imo cum reges Gothici, qui imperium Romanum euerterunt, origines duxerint ex Scandinauia: ille titulus potius deberetur regi Daniae et Sueciae, quem ſi de eo admonerem, forte inirem apud eum gratiam.* Locum integrum exſcripſi, cum memorabilis ſit,

b] agnominum pii, magni etc.

A quamuis aliqua huc non facere uideantur. Eadem animi confidentia idem pontifex ſpartam occupauit: ſummos principes *PII; MAGNI; FELICIS; FORTIS; PRVDENTIS;* atque aliis eius generis nominibus condecorare. Exemplum nunc Caroli V. occurrit, quem, in urbe hac noſtra agentem *MAXIMI* titulum a Pontifice Romano fide *bullati diplomatis* accepiſſe, memorat B *Ludouicus* AVILA (p), auctor Hiſpanus.

c] cognomentorum Catholici etc.

Sumit ſibi non minori licentia Romanus antiſtes, regnis etiam honorifica cognomina dare; ut *Catholici* uerbum Hiſpaniam; *Chriſtianiſſimi* Galliam; *fidei defenſoris* Angliam; Hungariam *apoſtolici*; Portugalliam *obedientiſſimi* et ipſum S.R.I. ſummi *eccleſiae Aduocati* hodieque in pretio habere uideamus.

d] dignitatis regalis.

In horum nullo tamen maiorem quaeſtum fecit ſedes Romana, C quam in *regalis dignitatis* largitione. Cum quod titulus hic communior ceteris atque omni ſummo imperanti ſit proprius; tum quod eius affinitas cum ſuprema poteſtate, ſpecioſum tegumentum det, nomen cum re, ſignum cum ſignato, umbram cum corpore, radios cum ſole, ueſtem cum ueſtito, diadema regium dico, cum regia dignitate confundere ac commiſcere (*). Inde enim eſt, quod papa, quot- D quot principibus coronam dedit, eorum etiam regna ſibi crediderit ſubiecta. Qua ratione nihil mirum, quod curiae Romanae adſertores tam amplos nobis catalogos exhibent principum, qui Papae Rom. beneficiario nexu addicti uideantur. *BARONIVM, RAYNALDVM, BZOVIVM, SPONDANVM*, et qui hoc argumentum ex inſtituto tractauit, *M. Antonium* MARCELLVM (q) ſic incedere E uidebis, ut a regiae dignitatis per pontificem facta declaratione ad ſubiectionem eccleſiae Romanae ſibi omnino exiſtiment concludendum. Vt adeo pretium operae uideatur, pernicioſum hoc fundamentum deſtruere, ut corruant illa, quae tanto conatu in opprobrium regum principumque orbis fere uniuerſi eidem alii ſuperſtruxerunt.

§. II

(n) *In Philip. prud. legit. reg. demonſtrat. lib. IV. Q. I. artic.* 3. *p.* 102. (o) *Lib. II. epiſtol. ſecret.* 89. *p.* 253. *nolum.* II. confer CHIFLETIVM *lum. Hiſpan. p.* 371. (p) *Lib. II. de bell. Germ. p.* 36. Addatur erudita diſſertatio BECMANNI *de cognominibus principum* ex inſtituto ſcripta. (*) Quod plene docuit *Philoth* ACHILLINVS *in ſomnio uiridarii c.* 175. 176. *editionis* GOLD. *tom. I. Monarch. S. R. I.* (q) *De iure ſeculari Romanor. Pontificum*, quo nomine 1. Galliam, 2. Siciliam, 3. Neapolin, 4. Sardiniam, 5. Dalmatiam, 6. Italiam, 7. Aragoniam, 8. Longobardiam, 9. Ruſſiam, 10. Palaeſtinam, 11. Hungariam, 12. Bohemiam, 13. Sueciam, 14. Poloniam, 15. Norwegiam, 16. Luſitaniam, 17. Nauarram, 18 Hiberniam aliaque regna poſtulant.

Digitized by Google

§. I.

c] cognomen- … orum Catho- … ici etc.

d] dignitatis regalis.

CAP. IV.

Argumenta contra pontificem

§. II. Et uero pontifici Romano nullam A *reges efficiendi* praerogatiuam eſſe, principio demonſtrabimus: poſtea illis reſponſuri, qui in hac arena pro ipſo certant. Primum itaque, ex mente pontificiorum etiam, *ciuilis* ſtatus et *eccleſiaſtici* longiſſimum diſcrimen. *a] e natura pontificatus,* Sit ergo pontifex *uicarius Dei*; ſit *Deus terreſtris*; ſit *iudex infallibilis*; et quoscunque demum titulos habeat alios: omnia tamen haec intra limites fori eccleſiaſtici terminabuntur. B *Diligenter quisque debet in profeſſione ſua attendere, ne a nomine diſcordet officium. Vt Ozias, qui fecit rex, quod erat ſacerdotis, et lepra eſt a Deo propterea percuſſus*, admonet HINCMARVS (r). Videat ergo pontifex, quo morbo ſe inficiat: ſi terminos *ſacri* ordinis fuerit egreſſus. Egreditur autem, ſi circa *ciuiles dignitates* ius ſibi ſumpſerit, quae cum *eccleſiaſticis* commune nihil habent. *Regale* quippe C nomen ciuile prorſus eſt: ab alio propterea, quam pontifice expectandum. Eſt haec *Ioh. Caramuelis* LOBKOVICZII (s), religioſi Ciſterticnſis, Theologia, quam, licet pontificius, manifeſto ita prodit. *Regnum eſt duplex: temporale et eccleſiaſticum. Rex ſecularis dicitur, qui in rebus politicis habet ſupremam iurisdictionem: Eccleſiaſticus, qui in ſpiritualibus hanc exercet. Titulus ergo eccleſiaſticus et ſecularis ſunt ſeiuncti, atque ideo male ex uno infertur alter.* D *Ex dictis conſtat Pontificem eccleſiaſticum regem creare poſſe: non uero politicum aut ſecularem.* *b] a minori ad maius,* Et ſi ius habet Papa Romanus dignitates ciuiles in exteris prouinciis conferre, cur non et equites, barones, comites, duces facit? Theologus Pontificius, quem modo laudaui, in alio loco (t) inquit: *pontifex inuito populo habet auctoritatem, ut quemcunque creet et donet titulo regni incorporei.* E *Deo etenim ſeruire, regnare eſt. Non tamen ciuiliter; ſed ſpiritualiter. Ideo ſicut famuli Dei ſunt reges caeleſtes, ſic pontifex poteſt creare ſuos reges, quos participes faciat gratiarum, quas reliquis monarchis conceſſerit. Certe ſummus Pontifex ciuiles titulos in Luſitania nequit dare: quia, ſicut non poteſt creare Comites, Marchiones, Duces ciuiles; ſic non reges.* F *Conſulto in Luſitania dixero; quia in pontifice*, quod probe aduertendum, *duas qualitates conſidero mundanam et ſpiritualem. Haec eccleſiaſticas tranſcendit circumſtantias: illa cingitur limitibus illius territorii, quod dicitur eccleſiae Rom. patrimonium. In hoc comites ac duces eligere poteſt; imo et regem eligere, ſi ſuo iuri cederet, et alius illi ſufficeretur.* Veriſſima ſunt, quae monachus hic ſcribit; miror tamen, hunc auctorem in ipſo papatu tanta animi confidentia illudere iuri huic, quo pontificem longe aliud quid, ipſam ſcilicet ciuilis tituli dignitatem uelle, neque ipſe poterat ignorare. *c] ab ortu pontificatus R.* Praeterea hoc olim regum Chriſtianorum ius fuit: ut quilibet ſuum ſibi pontificem, imo ipſum eccleſiae primatem, papam Romanum, noſtri Imperatores efficerent adpellarentque. Peruerſa itaque doctrina eſt, Imperatorem et reges titulos ſuos a Pontifice Romano ſumere: quem conſtat nihil habere, quod ab his non acceperit. Idem certe hoc eſſet, ac ſi dominus titulos dignitatesque a miniſtro ſuo ſeruorumque ſeruo precaretur. *d] ab amplit. pontificatus,* Poſt, qui pontificis primatum latiſſime extendunt, eccleſias occidentales ſub eius ambitu comprehendunt. Quis uero orienti? quis aliis orbis terrarum plagis reges ſuos et eſſe et coli a noſtratibus, fuerit inficiatus? ubi tamen nihil unquam iuris habuit Papa Romanus. Et ſi uniuerſae etiam eccleſiae Romanae caput habeas eundem Pontificem: quis regalem dignitatem Chriſtianiſmo unquam incluſit? An a regali cultu imperii Romani Chriſtus Iudaeos abſoluit? quod in uera religione non eſſet Auguſtus. Aut Cyri, Perſarum regis, diadema an obſcurius uiſum ſacro codici? quod uera in Deum fide non eſſet colluſtratum. Et Apoſtolus an ſuis tantum auditoribus dixit? Obſequimini ſuperiori. Hi uero ethnicae religioni tum omnes uiuebant addicti. *e] ex iure canonico.* Imo ipſi Pontifices Romani moderatius quandoque de ſua poteſtate ſenſerunt; ut ſibi ab adpellandis regibus temperarent. Sane Innocentius III. cuius uerba (u) aduerſarii toties pro hac cauſa adlegant, nihil ſibi praeter *unctionis, coronationis*, atque *conſecrationis* actus in ipſa Imperatoris Romani adpellatione. in qua papae tamen plus ſibi omni tempore, quam in aliis regnis arrogarunt, ſumere uidetur. A quibus ipſa *dignitatis regiae collatio* multum differt. Ceremoniae enim ſunt, quae a quouis miniſtro queunt expediri. Sacrat enim regem Deus; benedicit ei eccleſiae miniſter; ungit ſacro ſpiritu regem idem Deus; oleo madefacit brachia et caput idem eccleſiae miniſter: coronat aut ſumma poteſtas, aut maieſtas imperii Romani; coronam imponit pro imperio coronandi adminiſter (*). Videant ergo, quanti momenti res capitulum Innocentii in *regiis adpellationibus* tribuat pontifici Romano.

§. III. *Soluuntur contraria argumenta.* Ne autem uires argumentorum, quibus aduerſarii hanc doctrinam niti exiſtimant, aut fugere aut ignorare uideamur, ſoluemus etiam, quae pontifici aliquid circa ius regiae dignitatis conferendae relinquere

(r) *De poteſtate regia et pontificia c.* III. *p.* 3. (s) *Lib.* II. *artic.* VI. *p.* 113. *in Philipp. prud.* (t) *Lib.* II. *art.* III. *p.* 100. (u) *Cap.* 34. *X. de elect. et electi poteſtate.* (*) Plene de his PACIANVS *de probat. lib.* 2. *c.* 35. *p.* 296. *Franc. de* VICTORIA *in relect. moral.* VII. *Marc. Ant. de* DOMINIS *de republ. eccl. Lib.* VI. *c.* 10. *p.* 206. *Pet. Bapt.* BVRGVS *de dignitate reip. Genuenſis c.* 9. 10.

CAP. IV.

quere uidentur. Eo enim negabitur haec praerogatiua pontifici: donec is clare edocuerit, quo iure eandem in orbe Chriſtiano acceperit. En uero Herculea tela. *Fecit Deus duo magna luminaria in firmamento coeli: fecit etiam duo luminaria in eccleſia, quae ſunt pontificalis auctoritas et regalis poteſtas. Quanta ergo inter SOLEM et LVNAM: tanta inter PONTIFICES et REGES differentia*, uerba ſunt Innocentii III. (x). Ergo ut luna nihil habet, niſi quod recipit a ſole; ſic poteſtas dignitasque regalis nihil habet, quod non recipiat a ſummo pontifice, ita *clericus* apud *Philotheum* ACHILLINVM (y) terminos colligit. Patet inde pontificiis ampliſſimus campus allegoricis floſculis maieſtatem ſummi antiſtitis extollere. Affirmant enim, quemadmodum nullum lumen in hoc uniuerſo reperiatur, quod ſuam uel originem uel cauſam ad ſolem non referat: ſic nullam dignitatem fore, quae ex fonte omnis dignitatis papa Roman. non ſuboriatur. Clariſſimi ſunt uerba Bonifacii octaui (z): *Veritate teſtante*, inquit, *ſpiritalis poteſtas terrenam poteſtatem*, reges, *inſtituere habet*. Pontificem ergo, aiunt, Caeſari quoque Romano dignitatis lumen dare: et quicquid etiam ab eo proficiſcatur, ad iſtum honoris oceanum non minus eſſe referendum. Quoties enim ipſe Imperator Romanus regiam alicui dignitatem conferat: id non eum ſua, ſed Romani antiſtitis auctoritate facere, grandiloquis uerbis adſerunt. Specimen huius impudentiae dabit *Stanislaus* LVBIENSCIVS (aa), Epiſcopus Plocenſis, cuius ipſiſſima uerba haec ſunt: *Otto Imperator coronam regiam NON TAM SVA AVCTORITATE, QVAM SYLVESTRI II. PAPAE, cuius ſecum diaconum Cardinalem legatum de latere in comitatu habebat, capiti Boleslai imponit regemque eſſe iubet*. O putidum Epiſcopi, turpiſſimi aſſentatoris, mendacium! quam alia ex incorruptis hiſtoriae huius monumentis patent, quae ſupra (bb) deſcripſimus. Blaſphemae autem interpretationis capitulum incuſare, quid opus eſt? Vident haec pii et dolent, ſacro codice, qui modeſtiam ſuis toties commendat, ad ambitionem ſtruendam perditos homines abuti. Sed quid mirum eſt? reges efficiendi poteſtatem curiae Romanae adminiſtros tribuere pontifici. Scribit enim ad ueterum doctorum fidem *Martinus* LAVDENSIS (cc): *Chriſtus et papa habent idem conſiſtorium et papa omnia poteſt, excepto peccato. Quidni* A *ergo et reges facere poterit, qui certe peccatum non ſunt*. Et alius; Chriſtus dixit ad apoſtolos; *quicquid ſolueritis in terra &c.* ad pontifices, *quicquid coronaueritis, erit coronatum in terra*. Imo nihil modeſtior his Bonifacius octauus (dd): *ſubeſſe Rom. Pontifici omnem humanam naturam declaramus, dicimus, definimus, et pronunciamus*. Vtinam uero illud Apoſtoli cogitarent pontifices. *Dilecti fratres,* B *admoneo uos, ne quis de ſe plus ſentiat, quam conuenit ſentire*. Sic forte ad animum facilius, niſi omnem numinis ſenſum extinxerint, redirent. Sed hactenus intra luſus uerborum et inania propriae auctoritatis teſtimonia omne ſubſtitit, quod pro iure Pontificis R. circa regales titulos fuit allatum. Nunc alio uertenda oratio, et quid firmamenti illud habeat, quando optimum ſeruatorem noſtrum, qui per omnem C uitam mortalia imperia declinauit, in praeſidium uocant, iuris in omnem orbem papae conceſſi. Quod ſi enim ſumma poteſtas omnis a pontifice prouenit pendetque; facile ad intelligendum eſt, ornamenta ſummae poteſtatis, diademata regalia, non aliunde arcenda eſſe. Ita autem ſentiunt doctores: *Chriſtus eſt heres naturalis orbis uniuerſi, idem nunc papa, interprete* CORSETO (ee). Quo cum D Clemens (ff) ex aſſe conuenit: *Chriſtus rex regum et dominus dominantium nobis conceſſit transferre imperium de gente in gentem*: hoc eſt, regia diademata et dare et auferre. Sed pronior certe conſecutio; Chriſti regnum non eſt de hoc mundo: ergo neque papae, qui Chriſti ſe uicarium gloriatur. Aſt taedet nugarum, quas bonae literae pridem in cultiori orbe diſpulerunt: ut nulla confutatione mea porro E opus eſſe uideatur. Legat, qui uolet, centum auctores in monarchia Goldaſti: et triginta alios, qui cauſam Venetorum tuiti ſunt contra PAVLVM V. ſpecimina in his offendet tyrannidis pontificiae; et bibliothecam pariter habebit teſtium ueritatis.

a) *an Pontifex fons dignitatum?*

b) *an omnia poſſit?*

§. III. IV.

c) *an Chriſtus ei dominium orbis dederit?*

§. IV. Ad ſacram unctionis ceremoniam progredimur; ubi cauſae ſuae latibula quaerere inprimis ſolent pontifices Romani. Eſt notiſſimus in regali inauguratione F ritus *unctio*. Hac enim quasque res, e profano exemptas uſu, ſacras atque inuiolabiles reddidit antiquitas. Inde templa, idola, ſacerdotes, ſacro fonte initiandos quosque, reges etiam ac principes oleo conſperſos fuiſſe reperimus. Quem ritum cum *Hubert.* MORVS (gg), CASALIVS (hh), *Alexander* PATRITIVS (ii), *Iac. Alex.* TENEVRIVS (kk), SELDENVS (ll), CHIFLETIVS

d) *an ab unctione pendeat regiae dignitatis collatio?*

(x) *cap. 6. X. de maiorit. et obedientia.* (y) *In ſomnio uiridarii cap. LXXXIII. p. 81.* (z) *Extrauag. com. in unam ſanctam de maiorit. et obedient.* (aa) *In uitis epiſcopor. Ploc. p. 310.* (bb) *Cap. II. §. VII. p. 49.* (cc) *de princip. quaeſt. 474.* (dd) *Extrauag. com. Vnam ſanctam in fin. de maioritate et obedientia.* (ee) *De poteſtate reg. Q. 104. §. 72.* (ff) *Clem. paſtoralis de ſententia et re iudic.* (gg) Tractatu de *ſacris unctionibus.* (hh) *de ueteribus Chriſtianor. ritibus.* (ii) *in marte Gallico.* (kk) *in aſſertione ampullae Remenſ.* (ll) *de titulis honorum.*

Digitized by Google

§. III. IV.

c] an Christus ei dominium orbis dederit?

d] an ab unctione pendeat regiae dignitatis collatio?

CAP. IV. FLETIVS (mm), BLONDELLVS (nn), FLAHERTIVS (oo), BECMANNVS (pp) et omnes, qui de iudaicis ritibus aliquid commentati ſunt, abunde deſcripſerint, mea hic opera non opus eſſe uidetur. Neque enim loca aliorum expilabo: cum alia plura, quae nondum tractata ſunt, noſtrum laborem hic expectent. Id tenendum, ſummos pontifices, cum ſacri tantum muneris eſſe uideretur, unctionis ritu defungi; hac argumenti conſecutione uſos fuiſſe: *omnes reges, qui unguntur ab eccleſia, ſunt quaſi uaſalli eccleſiae.* ita, ad mentem aliorum quoque doctorum ſcribit *Martinus de* CARAZIIS (qq). Et uero ipſe pontifex (rr), quod ius ungendi habeat Romanum Imperatorem, eius propterea eſſe, ait, examinare ungendum, utrum dignus ſit imperio, nec ne: atque pro rerum ſtatu ac uitae ratione imperii candidatum uel admittere uel reiicere. Vt adeo ſatis manifeſtum ſit; ſub unctionis uelamine illuſiſſe gentibus papam ad perſuadendum aliis, regalem dignitatem ab ipſo petendam et expectandam eſſe. Eſt etiam hac cauſa factum, ut regna alii ad *ſacramentum ordinis* (ss) referrent; imo ipſos *reges clericos* dicerent (tt) et paſtores (uu). Firmo, ut credebant, argumento, omnes etiam in hoc ouile nonniſi a ſummo paſtore, pontifice Rom. introducendos eſſe. Sed neque hic in minori errore doctores uerſantur. Primo enim uertunt fraudulenter argumenti uim. Olim ita arguebant: *qui ſunt uaſalli eccleſiae, illi ungi debent a pontifice Romano.* Non uero contraria ratione: qui unguntur a pontifice; ſunt eius hoc ipſo uaſalli. Inde enim eſſe exiſtimo, quod ceremoniale Romanum, quod principio quatuor tantum regum mentionem facit, quibus *unctio* familiaris fuerit, *HIEROSOLYMAE, FRANCIAE, ANGLIAE et SICILIAE*, poſtea uero, cum alia plura regna, in quae nihil propterea iuris ſummo pontifici fuit, ſibi honorificum eſſe crederent, oleum per manus ſummi epiſcopi accipiendi: numerus etiam unctorum in eodem ceremoniali auctus fuit. Sed nemo propterea reges hoſce ſedi Romanae credidit ſubiectos. Ita ergo ad fidem huius ritus potius ſcribendum: pontifices R. id honori dediſſe uaſallis ſuis, ut a ſe ungerentur; ſed hoc officium neque aliis denegaſſe, quibus glorioſum fuerat, eandem ceremoniam a ſummo eccleſiae antiſtite ſuſcipere. Qui enim alias in hoc numero Franciae regem habeant? quem conſtat, prae ceteris omnibus ſua iura contra

Negat a) quod liberrimi reges uncti a Pont. R.

A pontificem optime ſemper defendiſſe. Et inueniuntur in hiſtoria uarii reges, quos ſuperſtitio egerat, ut Rom. contenderent, ad conſecrationem a pontifice reportandam. Relictis domi metropolitanis, quibus alias haec ſparta fuerat commiſſa. Deinde ab *unctione* regis, ad regiae *dignitatis collationem* nulla ratione concludi, inde patet: quod ritus hic ad regem efficiendum minime neceſſarius eſſe uideatur.

§. IV.

b] regib. un. neceſſaria?

B Reiicit eundem ut ſuperſtitionis uarii generis fontem *Petrus* MARTYR (xx), Theologus reformatus. *Sed cum iam loquamur*, inquit, *de huiuscemodi unctionibus, quibus peculiariter uerbum DEI adiectum fuit: non ſatis mirari poſſum, cur ad reges et Imperatores Chriſtianorum traductae fuerint. Scio nonnullos dicere, illam rem eſſe politicam, et ideo poſſe retineri. Sed qui hoc reſpondent, fal-* C *luntur. Nam habetur pro religioſa ceremonia et ideo in templo fit nec per alios, quam per epiſcopos et cardinales exercetur. Probatur equidem mihi, ut reges et Imperatores publice inaugurentur ſuffragiis et acclamationibus populi et maxime piis precibus interpoſitis: unctionem uero non duco eſſe reuocandam a ceremoniis Iudaicis.* Et ſane qui *unctionem* ad ordinis ſacramenta referunt, aut pro nouo quodam habent D (yy); qui donum ſeptiformis ſpiritus, ſtrumas et alius generis morbos ſanandi unctis tribuunt (zz); qui indelebilem, ut loquuntur, characterem imprimi tradunt unguento (aaa); qui denique ſub unctionis tegumento clero regiam dignitatem in manus offerunt (bbb); illi omnes in erroribus ita uerſantur, ut intermittendum potius hunc ritum exiſtimem, quam ut tantae ſuperſtitioni locus concedatur. E Neque enim Galliae (ccc) quondam reges neque Noruegiae (ddd) neque Hiberniae (eee): imo neque ipſos Imperatores Romanos usque ad Caroli Magni tempora (fff) ullo unctionis ritu regale diadema ſuſcepiſſe, fide digniſſimorum auctorum teſtimoniis edocemur. Niſi ergo, ut nonnemo ait, ex omnibus tabulis eradendum regale nomen principibus laudatis tributum uoluerint principes: oportet omnino F eos, ut nobis cum fateantur, *regalem dignitatem* absque *unctionis* ceremonia et eſſe poſſe, et fuiſſe. Quo certe manifeſtum ſatis eſt, pro recentiore fraude habendum, quod dignitatis regiae conceſſio, cum unctionis ceremonia, tandem commixta fuerit; ut unum cum altero Romano praeſuli in manus ueniret. Quid? quod, ſi ad

(mm) *in hiſtoria ampullae Rem.* (nn) *in apologia geneal. Franc.* (oo) *Part. I. regni Hiberniae.* (pp) in erudito uolumine, quod polyhiſtor. *de dignitatib. illuſtr.* euulgauit. (qq) Tractatu *de principibus quaeſt.* 23. (rr) *cap.* 34. *X. de elect. et electi poteſtate.* (ss) *Nicolaus* PLOVE *Tractat. VI. de ſacramentis c.* 1. (tt) CORSETVS *de poteſtate regia quaeſt.* 40. (uu) *Hieron.* ALBANVS *de poteſtate papae p.* 15. (xx) *In cap. XIX. lib.* III. *reg. p.* 501. (yy) Facit hoc *Beſian.* ARROY *en queſtions decidées p.* 31. (zz) Idem propterea ab *Alexandro* PATRITIO *lib. I. Mart. Gall. c.* 4. caſtigatus. (aaa) Idem ab eodem reprehenſus. (bbb) auctores paulo ſuperius laudati. (ccc) CHIFLETIVS in *ampulla Rem.* (ddd) CYPREVS in *annal. Schleſv. p.* 61. (eee) FLAHERTIVS in *Ogyg. part.* III. 72. (fff) Fide MENASSIS *uerſ.* 253.

CAP. IV.

e] nactio miniſtri, non domini officium

ſi ad priſci etiam foederis conſuetudines, ad quas toties prouocant Pontificii, reſpiciamus, clarum non minus ſit: regiae *dignitatis* conceſſionem aut a Deo, aut populo factam fuiſſe, cum e contrario miniſter pontifex, iuſſus mandatusque *unctionis* ceremonia fuerit defunctus. Id ex Maimonidis duobus locis peregregie demonſtrat *Gilbertus* GAVLMYNVS (ggg). Quem morem neque noſtri principes uertunt. Cum hodienum uideamus, ad inaugurationes regias uocari metropolitanum antiſtitem, non qua *dominum* aliquem *directum* aut *ſuperiorem*; *ſed qua miniſtrum*, ut unctionis ceremoniam peragat, absque ulla in regiam dignitatem auctoritate. Vt ergo abionus, et tantum non criminis laeſae maieſtatis reus in Galliis haberetur, qui Archipraeſulem Remenſem, *reges efficere* Galliarum, ſcripſerit: ſic eiusdem ſceleris gentium iura pontificem Romanum poſtulant, ius ſibi *regiae dignitatis* aliisquibusque conferendae, non minori maieſtatis principum laeſione, arrogantem. Ceterum quia in communes omnium gentium mores abiit; ut in regali inauguratione unctio non minus adhibeatur: nullae omnino cauſae ſunt, quare eosdem noſtri principes hodienum migrent: modo nihil fiat, quod noui foederis rationes diſſuadent, aut clero tegumentum dat, ſua conſilia auctoritatemque auſpicio regio immiſcendi.

d] An a Rom. imperatore ad alios reg. pontifici argumentum?

§. V. Quod porro in cauſa hac pontificii ſcriptores allegant, minoris longe momenti eſt. Sic P. IOVIVM (hhh) ſupra adduximus, ita ſcribentem: *cupiebat regum titulum a pontifice Baſileus: quando et ipſos quoque Caeſares diadema a pontifice accipere cognouiſſet.* Hinc alii ita colligunt: ſi Imperator diadema dignitatemque ſumit ab antiſtite Romano; etiam eandem ab eodem ceteri reges ſumant, cauſae maiores ſunt. Quare doctores apud CORSETVM (iii): *Si aliquis diadema petit non ab Imperatore; ſed a pontifice, non peccat: quia ipſe Imperator ſumit a pontifice.* Sed multis uitiis haec laborat concluſio. Primo iterum *ius coronandi et ungendi* cum poteſtate *dignitatem regiam* conferendi fraudulenter confunditur. *Vnxerunt* olim pontifices Imperatorem: ſed, quod tyronibus notum, a tempore Ottonis M. *fecerunt* et imperatoria dignitate iuſtruxerunt eundem ordines Germaniae. Neque poſt Caroli V. tempora uilior Imperatoris dignitas facta: quod unctionis ceremoniam principes noſtri Romae non ſuſceperint. Deinde expediuit olim in auguſta Imperatorum inauguratione ea ceremoniarum genera, qua

§. V. VI.

A ſummus Italiae epiſcopus in ſua dioeceſi, pontifex; non qua primas orbis Chriſtiani, aut quod eius in manibus aliquid eſſet imperatoriae poteſtatis, quod contra Grotianum dogma egregie oſtendit *G. Van der* MVELEN (lll), qui hoc argumentum ex inſtituto iterum ſibi tractandum ſumpſit. Vnde manifeſto patet, ius ceremoniarum in Auguſta Caeſarum inauguratione pontifici nihil facultatis dare poſſe, in con-B ſecrationibus regum aliorum: et ſi aliquid concederet, nihil certe niſi ceremoniam ritus externi concederet, quae a *regiae dignitatis* collatione, ut ſaepe monui, toto coelo differt. Simili fere errore aiunt: *pontificem ut primam inter gentes Chriſtianas perſonam ad regii tituli declarationem inſtrumentum aptiſſimum uideri.* Ad quod ita duobus iterum modis reſpondeo. Aut ius *primatus* inter omnes or-C bis Chriſtiani epiſcopos habet pontifex, aut non. Si illud, non tamen ultra ſui generis ſocios, epiſcopos ſcilicet, archiepiſcopos, patriarchas, honoris praerogatiua extendenda; neque enim imperator, reges, aut alii principes in contentionem hic uenient. Adeoque intra ſacri ordinis officia huius etiam primatus uerſabitur praerogatiua omnis. Et uero non eccleſiaſtici muneris eſſe dignitates *ciui-*D *les*, qualis regia eſt dignitas, conferendi: ſupra (mmm) ex ipſis ſaniorum pontificiorum ſcriptis dedimus probarum. Verum enim uero conſultius longe eſt, e *Phil.* MORNEO (nnn), *Marco Antonio de* DOMINIS (ooo); *Claudio* SALMASIO (ppp); HEIDEGGERO (qqq) et ſupra laudatis auctoribus Monarchiae GOLDASTIANAE (rrr), calamum acuere, ad explodendum omne id, quod pro hoc anti-E ſtitis Romani primatu pontificis aſſeclae unquam attulerunt. Quo fundamento deſtructo: corruet etiam *reges declarandi* praerogatiua, quam primatui huic temere illi innituntur.

e] an ex iure primatus aliquid hic pontifici?

f] Quid de exemplis ſentiendum?

§. VI. Tandem ad exemplorum etiam argumenta progrediemur; in quibus ultimum iuris praeſidium, regiam conferendi dignitatem ponere ſolent pontificii. Tot enim caſibus conſtare, aiunt, F quod regii diadematis adprobatio a pontifice R. in regnis diuerſis et facta fuerit et expetita. His ergo ut breuiter hic quoque reſondeamus: exempla adpellarorum a pontifice regum inuicem ſeiungenda et ſeparanda ſunt. In iis enim aut ceremoniae *unctionis* et conſecrationis cum regiae *dignitatis* conceſſione confunduntur: aut *agnitio* regalis tituli ab eius *collatione* non diſtinguitur: aut denique non quaeſita pontificum opera, quae regibus iam factis

(ggg) *In uita Moſis lib.* II. *cap. 6.* (hhh) *In legat. Moſcou. p. 165. ſupra cap.* III. (iii) *de poteſtate reg. quaeſt.* 103. (lll) In erudita diſſertatione de *ortu et interitu imperii Romani.* (mmm) *Cap. IV.* §. 2. (nnn) *In myſterio iniquitatis.* (ooo) *de republ. eccleſ.* (ppp) *de primatu papae.* (qqq) *de origine papatus.* (rrr) *Tomis* III. ubi centum et plures ſcriptores habentur, qui deſtruunt hunc pontificis primatum.

CAP. IV. factis ultro acceſſit, plus quam par eſt, aeſtimatur. Id quod enumeratione eorum nunc manifeſtum reddemus. *BOHEMIAM* diadema ſuum imperio R. debere, ſupra luculenter demonſtrauimus (sss): adpellati ergo regis nuda *agnitio* fuit, quam bulla habet Pontificis apud *Laertium* CHERVBINVM (ttt). Eadem fide in *ARMENIAE* regno hanc gloriam maieſtati R. imperii adſeruimus (uuu). Intra *unctionis* ergo ritum ſtetit, quicquid BARONIVS (xxx) et *Odoricus* RAYNALDVS (yyy) pontifici hic poſſunt uindicare. *LVSITANIAE* regnum populo titulum regalem, quod ſimiliter oſtenſum (zzz), acceptum fert; Quapropter non ut conferret aliquid pontifex: ſed contra Hiſpaniae reges ſacroſancta auctoritate ſua approbaret defenderetque collata, nouo regi opus eſſe uidebatur: quippe a quibus ipſe et ſubditi eius, iurene an iniuria alibi ſcripſi, tum defecerant. *Comprobatio* igitur dignitatis regiae, a populo iam collatae, non *conceſſio* habenda, quicquid de Pontifice extat apud RAYNALDVM (a). *ARAGONIAE* principes reges habiti ab An. 1000. quod ſuperius (b) firmatum: quid ergo? ſi conſtet, *unctionis* ritum a pontifice R. nihilominus eos ſumſiſſe? Eſt hoc modo etiam laudati auctoris iudicium (c): quod roborant bulla CHERVBINI (d), et ſententia SVRITAE (e). *NAVARRAE* princeps diadema a militibus in caſtris accepit, quod dictum doctumque (f): *ſed pro innata pietate INVNCTIONIS beneficium a pontifice Theobaldum petiiſſe*, ipſe ſcribit RAYNALDVS (g). De *RVSSIAE* principe, quae idem (h) tradit; nos prolixe diſcuſſimus (i). Vnde manifeſtum ſatis eſt, fruſtra Ruſſiam in hoc numero a pontificiis haberi. *LITHVANI* et ſuum declararunt regem abſque conſenſu pontificis (l): regale autem diadema non tulerunt, etſi Romanus id ipſum papa eis ſubmiſiſſet (m). *HVNGARIAE* quoque quod obtulit pontifex, aurum *coronarium* fuit, non regia *dignitas*, quod itidem ex ſuperioribus (n) clarum eſt. De

A *NORWEGIA* ſcribit RAYNALDVS (o): *inſiſtebat apud apoſtolicam ſedem rex Norwegiae, ut illius auctoritate corona regia tingeretur: morte oppreſſis Lundinenſi et Nidroſienſi Archiepiſcopis.* In ſubſidium itaque miniſtrorum hic uocatus eſt pontifex, cui propterea plus tribui nequit, quam Remenſi aut aliis Archipraeſulibus in auguſta inauguratione. Legat, qui uolet, de priſtinis Islandiae regibus *Ionam* B ARNGRINVM (p); neque dubitatio remanebit regale ibidem diadema principes ante tuliſſe, quam haec pontificis bulla ſcriberetur. *HIBERNIAE* itidem regales titulos ſub regibus floruiſſe, ſuo loco indicatum (q): cum inſtituto pontifex ſe pertinaciter adhuc opponeret. Poſt tamen neque oratus neque quaeſitus ultro principibus largiri uoluit, quod illi pridem ſua iam poſſederant auctoritate, C ubi ius diadema conferendi papa Romanus ſibi tribuit formanda iudicia ſunt; ut pateat de recta uia deflectere, qui *regias adpellationes* inde pontifici adſerere moliuntur. Ceterum ſi in *SICVLANO* (r), aut *NEAPOLITANO* regnis hanc poteſtatem papa exercuit: id credi debet, eum non qua pontificem, ſed qua ſummum in utroque principem, dominum directum in iuris arte dicimus, D hoc munere defunctum fuiſſe. Vbi tantum clienti tribuere poterat, quantum ſuo dominio uoluerat derogatum. Illud autem eſt quidem prorſus ſingulare, quod *Clemens VII.* papa an. 1382. tali quoque in cauſa eſſe uoluerit auctor in rem ſuam. Supereſt enim *codicillus regalis*, quem ideo ſcripſit, ut ſingulares tractus et principatus pontificios inuicem conglobaret uerteretque in formulam *noui regni*, quo E Ludouicum Andegauenſem ducem inauguraret. Scilicet marchiam *Anconitanam*, *Romaniolam*, *Spoletanum* ducatum, Ciuitates *Bononiam*, *Ferrariam*, *Rauennam* aliasque omnes coegit in noui regni *Adriae* compagem. Meretur libellus in margine (*) deſcribi, idque ideo, partim quod inſignia artium pontificis ſecum trahat momen-

§. VI.

Papale territorium uertitur in regnum an. 1382.

(sss) *Cap. II. §. VII. p. 51.* (ttt) *In bullario magno tom. I ad ann. 1204. n. 6. p. 84.* (uuu) *Cap. II. § VII. p. 63.* (xxx) *Tom. XII. annal. ad an. 1179. n. 11.* (yyy) *Tom.* XIII *contin. Bar. ad an. 1118. n. 34.* (zzz) *Cap.* III. §. 3. *p.* 82. (a) *Tom.* XIII. *annal. ad an.* 1198. *n.* 35. (b) C. III. § 3. (c) *Tom.* XIII. *an.* 1204. *num.* 71. (d) *Tom. I. bullar. num. VIII. An.* 1206. *p.* 86. (e) *Lib. II. ep. V. et VII. ep.* 220. (f) *Cap. I. §. V. p.* 10. *et cap.* III. §. 3. *p.* 87. (g) *Tom.* XIII. *an.* 1257. *n.* 57. (h) Ad *an.* 1246. *n.* 28. (i) *Cap. III. §.* 5. (l) *cap.* 1. §. 7. *p.* 17. (m) Extat diploma apud RAYNALDVM *tom. XIII. an.* 1254. *n.* 27. (n) *Cap. II. §.* 7. *p.* 56. (o) *ad an.* 1231. *n.* 44. *p.* 383. (p) *In chron. Island.* (q) *Cap.* III. § 4. (r) Litem BARONII de MONARCHIA SICILIAE meam non facio. Quodſi enim pontifici R. nullum inſulae huius dominium ſit: expirabit etiam Siculis regem dandi ab eodem poſtulata facultas. (*) Quem in lucem protulit LEIBNITIVS *part. I. codicis iuris gentium num.* 106. *p.* 239. Eſt autem hic: CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum DEI, chariſſimo in Chriſto filio noſtro *Ludouico regi Adriae*, Duci Andegauenſi et Turonenſi; ac chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli regis Francorum illuſtris germano, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Conſtituti in ſuprema militantis eccleſiae ſtatione ab eo, per quem reges regnant, et principes imperant, et qui ſolus habet ſuper uniuerſam creaturam plenitudinem poteſtatis, neceſſe habemus, interdum de *regnis* et *terris ipſis*, et ſpecialiter, quae *Romanae eccleſiae iuris* et proprietatis exiſtunt, cum fratribus noſtris ad pacem et iuſtitiam populorum perpetua ſtabilitate diſponere, *terras ipſas dignitate decorare regia, et in earum ſoliis ad regimen gentium ſubiectarum, quos dignos credimus ſublimare; ut caulis ſpinoſis uepribus plantas inſeramus proficuas, fructus uberes ſuo tempore in domo Domini allaturas;* inſtructi coeleſtis regis exempla,

Digitized by Google

CAP. IV.

momenta, partim, ut formulam habeat lector *regalis codicilli*. Sed neque hac exemplorum confutatione eſt opus; ſit enim, quod centum caſus extent, quorum tamen nullum extare, modo ſcripſi, ubi regiam dignitatem principibus exteris uere contulerint pontifices R. nihil tamen uel ad praeſcriptionem uel poſſeſſionem inde

§. VI.

exemplo, qui terrenis regibus poteſtatem tribuit, ut aſſumto officio dominandi in aequitate iudicent populos, et dirigant in terris ſibi ſubditis gentium nationes, ſitque eorum uoluntas in executione iuſtitiae, et meditatio in lege rectitudinis et obſeruantia ſanctae pacis.

§. 2. Ea propter *terras noſtras et eccleſiae Romanae, quas habemus in Italia*, reſpicientes oculo pietatis, et conſpicientes eas ſeu habitatores earum retro iam lapſis temporibus adeo eſſe laceſſitas, et dominantium in eis iure et auctoritate ſedis apoſtolicae crebra mutatione effecta, multitudine Tyrannorum tam circa, quam infra eas ipſas occupare conantium ſic eſſe afflictas, quod pene ad exinanitionem clerus et populus eſt deductus in eis; nosque utpote orbis regimine occupati ad debitam earum reformationem intendere nequeamus.

§. 3. His et aliis iuſtis conſiderationibus moti, de fratrum noſtrorum conſilio et aſſenſu, *terras ipſas uidelicet prouincias Marchiae Ancoaitanae, Romandiolae, ducatus Spoletani, Maſſae Trabari, nec non ciuitates Bononiam, Ferrariam, Rauennam, Perusinm, Tudertum, cum earum omnibus comitatibus, territoriis et diſtrictibus, et omnes alias et ſingulas terras, quas ad praeſens nos et eccleſia Romana in Italia extra regnum Siciliae habemus et habere debemus*, per quoscunque et quacunque auctoritate poſſideantur ſeu detineantur ad praeſens, *exceptis dumtaxat urbe Romana cum eius diſtrictu et prouinciis Patrimonii ſancti Petri in Tuſcia, Campania et maritima ac Sabina, ſeu rectoratibus dictarum prouinciarum* (*) regi ſolitis, *quae terrae ſpecialium commiſſionum uocantur*, noſtrisque ſucceſſoribus et Romanae eccleſiae expreſſe et ſpecialiter retinemus; *in unum regnum erigimus*, ipſas prouincias et ciuitates cum earum comitatibus, diſtrictibus ſeu territoriis, dignitate regia decoramus, ac *regnum Adriae* ordinamus, ſtatuimus et decernimus perpetuo nuncupari.

(*) per Rectores.

§. 4. Et conſiderantes, quod perſonam tuam, qui de illa praeclariſſima domo Franciae, quam benedixit dominus, traxiſti originem, ſtrenuitate, magnanimitate ac prudentia, aliarumque uirtutum donis multiplicibus dominus dignatus eſt adornare, prout *index ueritatis*, experientia, ac praeclarae famae praeconium luce clarius manifeſtaut: et propterea ipſam perſonam tuam honorare et ſublimare uolentes, ad honorem Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus Sancti, beatae et glorioſae ſemper uirginis Mariae, beatorumque apoſtolorum Petri et Pauli, et ſacroſanctae Romanae eccleſiae, nec non ad utilitatem regni ſeu terrarum ipſarum, pacificumque ac tranquillum ſtatum incolarum ſeu habitantium in regno ſeu terris praedictis, *regnum Adriae* praedictum et omnes terras, quas extra regnum Siciliae nos et Romana eccleſia in Italia habemus ſeu habere debemus, per quoscumque et quacumque ac cuiuscunque auctoritate poſſideantur ſeu detineantur ad praeſens; exceptis *urbe Romana* cum ſuo territorio et diſtrictu, ac prouincia patrimonii *beati Petri in Tuſcia Sabina*, *Campania* et maritima, cum earum rectoratibus et terris ſpecialium commiſſionum per rectores dictarum prouinciarum gubernari hactenus ſolitis; cum dignitate, honore, praerogatiuis, praeeminentiis, priuilegiis, immunitatibus et libertatibus quibuscunque regiis et ſub regni titulo in *feudum* perpetuum, ſeo perpetuo habendum, tenendum et poſſidendum tibi tuisque heredibus ex te legitime, ſicut infra dicitur, deſcendentibus, ſub infra ſcriptis modis et conditionibus auctoritate apoſtolica, ac de apoſtolicae plenitudine poteſtatis, de fratrum noſtrorum conſilio et conſenſu conferimus, concedimus et donamus, teque regem regni praedicti conſtituimus et creamus.

§. 5. Conditiones autem ſunt hae: Si in tuo uel heredum tuorum obitu legitimum heredem, prout infra ſcribitur, te aut ipſus, quod abſit, non habere contigerit, regnum ipſum ad *Romanam eccleſiam* eiusque diſpoſitionem libere reuertatur. Deſcendentes autem ex te et tuis haeredibus, ſcilicet regibus, *MARES et FEMINAE in eodem regno ſuccedant, ſic tamen quod de liberis pluribus maribus in eodem gradu ſimiliter concurrentibus, maſculis omnibus aliis praeferantur.* Quod ſi nepotem ex filio primogenito praemortuo cum filio, uel neptem ex filia primogenita praemortua cum filia, ad ſucceſſionem huiusmodi concurrere forte contingat, *nepotem patruo*, et neptem amitae uolumus anteferri. Si uero nepos cum amita uel neptis cum patruo forſan ad huiusmodi ſucceſſionem concurrerint, marem feminae uolomus anteferri.

§. 6. Si uero te, quod abſit, ſine liberis ex te legitime deſcendentibus mori contigerit; poſſit tibi in regno praedicto ſuccedere unus de deſcendentibus ex regia ſtirpe regum Franciae maſculus dumtaxat, quem tu quandocunque ad ſucceſſionem huiusmodi qualitercunque duxeris nominandum; et ſi te, quod abſit, absque liberis ex te legitime procreatis et nullo per te de ſtirpe praefata regum Franciae ad ſucceſſionem huiusmodi nominato, ut dictum eſt, uel etiam nominato, ſi ipſum per te nominandum, ſine liberis mori contigerit, regnum ipſum ad Romanam eccleſiam eiusque diſpoſitionem libere reuertatur. Sed ſi aliquem de aliis ſucceſſoribus tuis regem uel reginam Adriae ſine prole legitima ſui corporis mori contigerit, in futurum ſuccedent ſibi ſeruatis gradibus, ſi ſuperſtites fuerint hae perſonae uidelicet regis uel reginae ſine prole legitima ſui corporis decedentis, frater uel ſoror ac collaterales ſuperiores, mares et feminae utpote patrui et auunculi, amitae et materterae, et ſurſum usque ad quartum gradum dumtaxat. Collaterales etiam inferiores ſuccedent ſimiliter mares et feminae, utpote nepos uel neptis ex fratre uel ſorore, et inferius usque ad eundem tantummodo quartum gradum.

§. 7. Quod autem de feminis rectae lineae et collateralium ſuperius expreſſum, intelligimus tam de nuptis quam etiam innuptis, dummodo nuptae ſint fidelibus et eccleſiae Romanae deuotis: et ſicut inter has perſonas collateralium linearum ad ſucceſſionem huiusmodi uenientes gradus ſeruari uolumus, ut ſcilicet prior gradus poſteriori gradui praeferatur; ſic et in eodem gradu pluribus concurrentibus priorem natu et marem feminae in huiusmodi ſucceſſionibus uolumus anteferri.

§. 8. Perſonarum autem ipſarum nulla ſuperſtite, regnum ipſum, ſicut praedicitur, ad Romanam eccleſiam et eius diſpoſitionem libere reuertatur. Quod ſi forte deficientibus maſculis contingat feminam innuptam in regno ipſo ſuccedere, illa maritabitur perſonae quae ad ipſius regni regimen et defenſionem exiſtat idonea, Romani Pontificis tamen ſuper hoc conſilio requiſito; nec nubet niſi uiro Catholico et eccleſiae Romanae deuoto; et ſi contra hoc fecerit, licebit eidem Romano pontifici contra ipſam ad priuationem ſine figura iudicii, et absque omni iuris ſolemnitate, in quacunque aetate femina ipſa conſiſtat, procedere, ſi hoc ei uidebitur expedire. In regnum uero praedictum nullus ſuccedet, qui non fuerit de legitimo matrimonio procreatus.

§. 9. Ad

CAP. IV. inde adſtruendam efficietur. Verus enim iuris titulus deeſt, poſtquam ille uniuerſi orbis primatus, quo caput exexerant pontifices R. a uiris eruditis ita exploſus, ut in ipſo papatu candidis hominibus, in tanta literarum luce, porro nequeat perſuaderi.

Operis concluſio. §. VII. Atque haec demum ſunt, quae in ardua et multis difficultatibus expoſita materia, quam nullus ſcriptorum ex inſtituto occupauit hactenus, ſumus commentati. Quamuis uero rariſſimorum auctorum copia, unde hic gentium concentus diſci atque doceri debebat, in grauiſſimo nos labore poſuerit: intolerabilior tamen formido fuit, quae animum noſtrum, dum haec lucubraremur, circumſtitit iactauitque; cum facile ſciremus, quod aliena ſaepius iudicia optimis etiam conſi- A liis e captu aut fauore legentium contrahantur. Quo ſane factum eſt, ut deſerere ſtationem identidem fuerimus meditati. Sed cum iacta ſemel alea eſſet; non integrum nunc uidebatur, a ſcena, quam ſemel fueramus ingreſſi, illibato recedere. Acceſſit deinde aequius Mecaenatis iudicium: ut uiribus iterum collectis coeptum filum erecto magis firmiorique animo pertexeremus. Ceterum ut priuata haec auctoritate in libera muſarum republica ſcripſimus: ita ſi quid allucinati ſumus in cauſa, nullibi clare definita, extra eandem literae noſtrae non poſtulentur. Quamuis parum hic ingenio noſtro, ut decebat in re tanti momenti, ſed incorruptis excellentium ſcriptorum monumentis tantum non omnia dediſſe uideamur.

§. 9. Ad haec, tam tu, quam tui in regno huiusmodi haeredes regnum praedictum *nullatenus diuidetis*, ſed ſemper illud unus tantum ſub ipſis modis et conditionibus immediate et in capite ab eccleſia Romana tenebit. Tu autem Romanae eccleſiae et nobis recipientibus iuras ad praeſens ac modo ſimili tam tu quam tui in regno huiusmodi ſucceſſores cuilibet Romano Pontifici, qui pro tempore fuerit, iuramentum fidelitatis praeſtabitis, et homagium ligium facietis, et praedicta iuramentum et homagium faciendo mentionem de praeſentibus litteris facietis in hunc modum.

§. 10. *Ego Ludouicus Dei gratia Adriae Rex plenum et ligium uaſſallagium faciens* eccleſiae Romanae pro regno *Adriae* praefato, ab hac hora in antea fidelis et obediens ero beato Petro et Domino meo Domino Clementi Papae ſuisque ſucceſſoribus canonice intrantibus, ſanctaeq; Romanae apoſtolicae eccleſiae; non ero in conſilio, aut conſenſu uel facto, ut uitam perdant aut membrum, aut capiantur mala captione; conſilium, quod mihi credituri ſunt per ſe aut nuntios ſuos uel per litteras ** ad eorum damnum, illud pro poſſe impediam, et ſi impedire non poſſum, illud eis ſignificare curabo. Papatum Romanum et regalia Sancti Petri tam in regno Adriae praedicto, quam alibi exiſtentia, adiutor eis ero ad defendendum et retinendum, ac recuperandum et recuperata manutenendum contra omnem hominem. Vniuerſas conditiones contentas in praeſentibus litteris plenarie adimplebo et inuiolabiliter obſeruabo, nec ullo unquam tempore ueniam contra illa: Sic me Deus adiuuet et haec ſancta DEI euangelia.

§. 11. Huiusmodi autem homagium facere et iuramentum fidelitatis praeſtare tu et dicti tui heredes ſecundum praeſcriptam formam, ſi Romanus pontifex in Italia fuerit infra *ſex menſes*, ſi uero extra Italiam ipſum eſſe contigerit infra annum, poſtquam regni dominium adepti fueritis, teneamini; et ſingulis ipſis ſucceſſoribus noſtris et eidem Romanae eccleſiae renouabitis tam ipſum homagium quam huiusmodi iuramentum. In opinione autem et beneplacito erit Romanae eccleſiae, *te et heredes tuos uocare ad praeſtandum perſonaliter iuramentum fidelitatis* et homagium ligium Romano pontifici et eccleſiae Romanae praedictae, dummodo ad hoc uobis locum tutum ſtatuant et aſſignent, uel aliquem cardinalem ipſius eccleſiae Romanae, aut alium, qui uice Romani pontificis iuramentum iuxta eamdem formam et homagium recipiat, deſtinare.

§. 12. Tu quoque nobis et eccleſiae Romanae in noſtris manibus iuras ad praeſens, te ad hoc ſpecialiter obligando; et tam tu ſingulis noſtris ſucceſſoribus ac praedictae eccleſiae, quam tui in dicto regno heredes, nobis et ſingulis noſtris ſucceſſoribus et praedictae eccleſiae, quando praeſtabitis huiusmodi iuramentum fidelitatis, iurabitis, uos ad hoc ſpecialiter obligantes.

§. 13. Quod ſi contigerit pro tempore uos, ſeu ueſtrum aliquem in *regnum Romanum ſeu Alamanniae uel Teutoniae, ſeu in regem uel dominum Lombardiae, aut maioris partis ipſius Lombardiae* eligi, ſeu qualitercunque nominari uel aſſumi, uobis ſeu aliquo ueſtrum per uos, uel alios quouis modo pro uobis, uel aliquo ueſtrum quocumque ſtudio uel alias procurantibus, ſeu ſine ueſtra uel ueſtrum alicuius procuratione ad procurationem alterius cuiuscumque, ſeu ſine procuratione alicuius, motu proprio Principum, uel aliorum ſeu alterius cuiuscunque ad quos ſeu quem electio huiusmodi, nominatio ſeu aſſumtio noſcitur pertinere, ſeu alias quomodocunque uel qualitercunque: uos electioni ſeu nominationi aut aſſumptioni huiusmodi nullatenus conſentietis, nec de *regno huiusmodi Romaniae*, Alamanniae, ſeu Teutoniae, aut de regno ſeu dominio *Lombardiae*, ſeu maioris partis ipſius, de ipſorum regnorum uel eorum alterius regimine uel adminiſtratione in toto uel in parte aliqualiter uos intromittetis, niſi prius is ueſtrum qui ſit electus, nominatus fuerit uel aſſumptus, in manibus Romani pontificis, uel illius quem ad hoc idem Romanus Pontifex duxerit deputandum, filium ſuum ſucceſſurum in regno, uel filiam, ſi forte filium non haberet, cuiuscunque fuerit *aetatis emancipet et regno* renuntiet, nihil iuris in eo retinens clam uel palam nec cuiuslibet etiam poteſtatis; nec ipſum filium ſeu filiam ad aliquod ſeruitium, ſeu ſubſidium faciendum, iuramento uel uoto, ſtipulatione uel pacto ſibi uel ſuis ſucceſſoribus adſtringat, ſicque factus filius uel filia ſui iuris, ab eodem Romano Pontifice, uel alio deſtinato ab ipſo protinus inueſtiatur de regno, ad cuius ſucceſſionem, ſi forte decederet ſine liberis, nullo unquam tempore pater ueniat Imperator, uel rex alicuius praedictorum regnorum. Sed ſi imperio uel regno et omnibus quae ad ipſum imperium ſeu regnum pertinent idem pater renuntiare uoluerit, et regno Adriae praefato tantum eſſe contentus, poſt renuntiationem huiusmodi ad illius ſucceſſionem libere admittatur: et tunc ab ipſo Romano Pontifice uel alio deputato inueſtituram recipiat regni praefati. &c. reliqua in ipſo libro legantur.

CAP. V.

Intercalare.
Remedia ad regalem dignitatem adulterina.

§. I.

Tres priacipum uiae ad regales honores.

LIcet uero *gentium concentus* pateat ſatis ex illis, quae dicta adhuc, quod *tres* ad *regalem dignitatem* uiae ſint, tritae principibus. Quarum *VNAM* aperuerunt *leges naturae*, quando regale nomen ſua auctoritate acceperunt rerum domini, non uero expectarunt eandem ab aliis, quod docet *caput tertium* : *ALTERAM gentium iura* inſtruxerunt, Caeſari dando ius reges adpellandi : *TERTIAM* excluſit *ſuperſtitio*, cum qua nata et mortua ſunt *pontificis Romani* decreta, quaſi eius eſſet, *regales* ſcribere codicillos. Cum tamen fuerint praeterea alii, qui, auſu temerario ac inſolenti, ſibi idem adrogare uoluere: etiam illorum ratio, licet adulterina, hic eſt ineunda. Adpellabimus illos nomine *tyrannorum*, idque ideo, quoniam horum praecipue eſt, in aliorum iura inuolare.

Viae ſpuriae a] Turcici imperatoris.

§. II. Principio *TVRCARVM* Imperator ex eo tempore, ex quo imperium orientis ſubiugauit, ſibi quoque id ſumere uoluit, ut, eius auctoritate et codicillis, reges adpellarentur. Partim, quod *BYZANTINI* Imperatores hac non minus praerogatiua ſint uſi : partim, quod acceſſoria haec iura orientis tranſierint cum ipſo oriente in Turcarum poteſtatem; partim, quod imperiales honores regum nullus in dubium uocare audeat Ottomannis; partim, quod Francici et Germanici imperatores non alia cauſa reges adpellent, quam quod faſces teneant imperiales : partim, quod imperatores Saraceni ſuis principibus hoc dederint in Hiſpaniae dominatibus, ut *titulo regum* uterentur, quem poſt agnouerint ſucceſſores Chriſtiani, Hiſpaniae reges, qui hodieque *Granadae*, *Murciae*, *Valentiae*, *Andaluſiae* aliarumque regionum nomina ibi regalia ex moribus priſtinis contueantur. Verum enim uero cum *primo* ueterem imperantis Graeciae rempublicam deleuerit *Turca*, omni cultu abiecto, cui olim is honor fuit delatus: *deinde* tantum abſit, inter iura fundi acceſſoria haec referri, ut potius ex omni aeuo conſtet, barbaros et praeſertim Longobardos Latii dominos fuiſſe, dignitatem uero imperialem neque adſectaſſe neque conſecutos fuiſſe : *Porro* uix credendum eſſe, fore, ut Galliae, Hiſpaniae et Angliae reges loco honoris ceſſuri ſint in gratiam Ottomanni, ut adeo Imperatoris nomen alio, eoque uiliori, ipſis tribuatur ſignificatu : *praeterea* Francici et Germanici Caeſares imperiale nomen necquicquam iuribus debeant Latii deuicti, ſed gentium nouo arbitratui, quo illae hos principes imperiali honore dignos habuere: *ad extremum* territoriolorum in Hiſpania dominos ſub Saracenis non *reges*, ſed regulos, eosque in ſignificatu uulgari dictos eſſe conſtet, adeo, ut regibus Hiſpaniae inde non ius, ſed occaſio tantum facta, ad regalium titulorum uſus, quibus illi negari non poterant, quod reges iam eſſent, qui regnorum numeros adaugerent: meo quidem iudicio hoc genus priuilegii dari non debet Ottomannis, ut principes euehant ad regales dignitates.

b] Iaponiae Imperatoris.

§. III. *IAPONIAE* dominum uulgo ſalutant nomine *Imperatoris*. Inde fieri potuit, ut ille principes, ſibi clientelari nexu addictos, adpellaret *reges*. Quod forte iram noſtram non mereretur, ſed tranſire poſſet cum barbaris moribus aliis. Verum id quidem ſcribere taedet pigetque: in curia pontificis Romani horum dynaſtarum oratoribus ideo regales honores factos, quod hos titulos mentirentur (a). Si uera eſt hiſtoria, pontifex hoc ſenſibus dedit Iaponiae legatorum : ut gratiam ac beneuolentiam captaret, ad tolerandum ritus chriſtianos. Re enim uera ſtultiſſimum eſt, Iaponiae monarcham alio ſenſu, quam uulgari, ſalutare Imperatorem.

c] Aethiopiae Negi.

§. IV. Eodem iudicio aeſtimari ac dimitti debet *Aethiopiae Imperator*, ſi uerum eſt, quod de illo ſcribunt : *Aethiopiae Negus ſuos REGES ad arbitrium CREAT et deponit* (b). Quam cauſam reſpondeat *LVDOLFVS*. Noſtras curas parum tangit.

d] Portugalliae praeſidum orientis.

§. V. Audaciores illi ſunt, qui *PORTVGALLIAE* regis in oriente praeſides eo inſtructos eſſe, uolunt, mandato : *ut Indiae orientalis tractibus, ſuo inſtituto, REGES dent iterumque his eos deſtituant.* Ita enim Petr. Baptiſta BVRGVS fide itinerariorum, quae conſuluit : *Quid de* Portugalliae *regibus? Quid de eorum ducibus? qui*

(a) Legitur hoc in *relatione itinerarii horum oratorum*, quam edidit Guido GVALTHERIVS *Romae* 1586. Prouocat quoque BVRGVS *de dignitate reip. Genuenſ. c.* 2. *p.* 20. *et cap.* 3. *p.* 36. ad epitaphium regii oratoris regis Congi, quod Romae hodieque ad *D. Mariam* maiorem ſuperſit prope ſacrarium. (b) Fide utimur et calamo BVRGI *cap.* 3. *p.* 36.

Digitized by Google

§. I. II. III. IV. V.

CAP. V. *qui in orientali India regum deponendorum* A *conſtituendorumque ſibi aſſumpſerunt auctoritatem* (c). *Franciſcus de* Almeida, *uice* Portugalliae *regis, in iis partibus imperans* Quiloae, Cochini, Saſalae *alibique, deiectis antiquis alicubi, nouos* reges *praefecit. Luſitanus arcis* Ormuzii *praefectus, quandocunque eius inſulae* rex *migraret e uiuis, ſucceſſorem deſtinare erat ſolitus, eumque, regis Portugalliae* nomine, *donatum ſceptro*, regem *adpellare* (d). Scilicet ita impu- B ne illuditur his Europaeorum mancipiis uerbo *regali*, ceu inſtrumento ſeruitutis, quam facilius ita ſubeunt populi, ſuae gentis rege gaudentes ac ſuperbientes.

e] *Regis regum*,

§. VI. Quo iure principes aliqui ſe adpellari uoluerint *reges regum*, illud dictum eſt ſupra (e). Hi autem, ſi poteſtatem ſibi adrogant, *reges faciendi*, illud propterea atque hoc iuris tegumento fit, quoniam illius, cui reges pareant, quiue C imperet regibus, ſit quoque, principibus elargiri *regalem* dignitatem. Eſt uero uinculum hoc conſecutionis ideo nullum, quoniam principes multi nobilibus imperant, qui tamen iura ſibi non tribuunt *nobilitandi* ſiue uiros ex plebe nobiles adpellandi. Inde memini, Traianum iniuriae, ſibi illatae, principem Armeniae accuſauiſſe, quod *regale nomen* a *Parthorum* illo *rege regum* petiiſſet (f). D Quem ante non agnouerunt, quam a Romana republica peteret acciperetque hanc adpellationem. Et, quod magis eſt, paulo poſt idem ille Traianus ipſis Parthis *regem* dedit, quod nos ſupra diximus et plenius idem deſcribit XIPHILINVS (g). Tantum abeſt, datum eſſe *regibus regum*, ut ſcriberent *codicillos regales*.

f] *reipublicae liberae.*

§. VII. Vltimum illud eſt, quod liberae etiam *reſpublicae* dici uelint *regales*, idque E ideo, ſi uel *populus* hoc uellet, uel rationes aliae. Vtpote ſi *nemini* pareret poſt *DEVM*; ſi *regibus* ipſis imperaret; ſi *regna* haberet ſub ſua poteſtate; ſi uires et potentatum, regno ſimilem, cetera. Pa-

§. VI. VII.

Romanae.

A troni huius argumenti inprimis in exemplum nobis proponunt rempublicam Romanam. Certum enim eſt, hanc quoque in ſtatu populari et ariſtocratico nulli regum uniuerſi orbis quicquam conceſſiſſe: imo ex hiſtoria Romana etiam illud conſtat, quod praeſides in prouinciis, domi conſules et ſenatus hoc iure uſi ſint, ut *regales dignitates* orbis principibus largirentur, ideo rogati, imo illas tantum non B uenum exponerent, ut cuique principi integrum eſſet, nundinari Romae ſibi ac ſuis *regales codicillos*. Teſtis ea in re eſſe poteſt CICERO (h), qui P. Clodio exprobrat, quod in illius tribunatu *regum adpellationes*, id eſt, regales *codicilli fuerint uenales et nundinatorii*. Quibus moribus quoque uſus eſt C. Iul. Caeſar, qui, ad exemplum *reipublicae Romanae*, regna et titulos regales pretio dedit impertiitque C emtoribus (i). Inde Ariarathes, Ariobarzanis filius, iter Romam facere cogitur, ut regnum aliquod emeret a Caeſare (k). Et, niſi omnia me fallunt, plures *reges a ſenatu* populoque Romano *adpellatos* eſſe, pluresque ſcriptos; aliis principibus *codicillos regales* in ſtatu Latii *conſulari*, quam ab ipſis Imperatoribus Romanis, ego quidem prorſus exiſtimo. Noſtri inſtituti non eſt, texere catalogos et matri- D culam aperire principum eorum, qui *regalia uerba* debuerunt beneficio Romani *ſenatus* (l): illud tamen noſtro argumento eſt ſatis, quod *ſtatus* Romanorum *popularis* aut *ariſtocraticus* nihil obeſſe potuerit honori et illi, gentium concentu adprobato, priuilegio, ſcribendi orbis *principibus regales codicillos*. Quod ſi uerum eſt, uerum autem eſſe nemo ibit E inficias, cui notitia leuior etiam reipublicae Romanae: certum eſſe putant, noſtri etiam aeui rebuspublicis dandum eſſe cum *ius reges adpellandi* (m), tum dignitatem *regalium* rerumpublicarum, id eſt, earum, quae *regibus* et *regnis* eſſent aequandi. Et, quod magis eſt, putant, ideo inue-

(c) *Fernandus* LOPET *de Caſtagn. hiſtoriae Indiae oriental. lib.* 2. *cap.* 3. 19. 29. (d) *Caeſar de* FEDRICIS in ſuo *itineraria ad Indos orientales cap. de Ormuz. Gaſpar* BALBVS in *itiner. ex Alep. ad regnum Pegu cap.* 14. Idem narrare Belgica itineraria, nullus dubito, unde his fieri poteſt acceſſio amplior. (e) *Cap. I.* §. 8. 9. Addere licet, quae BVRGVS habet de *dignitate reipublicae Genuenſis cap. I. p.* 18. (f) Nam de Caeſare TRAIANO ſcribit XIPHILINVS in eius uita in medio: Μετὰ δὲ ταῦτα ἐστράτευσεν ἐπ' Ἀρμενίους καὶ Πάρθους, πρόφασιν μὲν, ὅτι μὴ τὸ διάδημα ὑπ' αὐτοῦ εἰλήφει, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Πάρθων βασιλεως ὁ τῶν Ἀρμενίων βασιλεύς. Τῇ δ' ἀληθείᾳ, δόξης ἐπιθυμίᾳ. *Poſt haec bellum intulit Armeniis Parthisque, propterea, quod, ut ipſe dicebat, rex Armeniorum non ab ſe, ſed a rege Parthorum diadema accepiſſet. Sed re uera gloriae cupiditate.* (g) In uita TRAIANI ſub finem: Τραιανὸς δὲ, φοβηθεὶς μὴ καὶ οἱ Πάρθοι τι νεωτερίσωσι, βασιλέα αὐτοῖς ἴδιον δοῦναι ἠθέλησε. Καὶ ἐς Κτησιφῶντα ἐλθὼν συνεκάλεσεν ἐς πεδίον τι μέγα πάντας μὲν τοὺς Ῥωμαίους, πάντας δὲ τοὺς Πάρθους τοὺς ἐκεῖ τότε ὄντας καὶ ἐπὶ βῆμα ὑψηλὸν ἀναβὰς καὶ μεγαληγορήσας ὑπὲρ ὧν καὶ κατειργάσατο, Παρθαμασπάτην τοῖς Πάρθοις βασιλέα ἀπέδειξε, τὸ διάδημα αὐτῷ ἐπιθείς. Numos aliaque huc facientia habes ſuperius *cap.* 2. §. 1. *litt. n.* (h) *In epiſtolis ad Atticum lib.* 13. *epiſt.* 2. atque in *oratione pro domo ſua* §. 27. (i) SVETONIVS in *uita C. Iul. Caeſ. cap.* 54. (k) CICERO in *oratione pro domo ſua* §. 27. (l) Patet enim hoc ex illis, quae ſupra cap. 2. ſunt ſcripta. Quorum numeri facile adaugeri poſſunt ex rei numariae ſcriptoribus. Sunt enim numi eius generis ſatis obuii, qui *legatum* reipublicae praeſentant, nomine auctoritateque Romanae reipublicae populis exhibentem *regales codicillos*. (m) Tantopere audax eſt *Petr. Baptiſta* BVRGVS *cap.* 2. *p.* 22. de dignitate *reipublicae Genuenſis*, quaſi huius non minus ſit, *principes*, ſibi obnoxios, ſublimare ad *regale* faſtigium.

Digitized by Google

Venetae. Genuenſis. Belgicae. Heluetiae.

inueniri *reſpublicas*, quae oblatum a Caeſare *diadema* ideo ſpreuerint accipere, ne hoc maius facere uiderentur ſuae reipublicae dignitate (n). Tractat hoc argumentum ex inſtituto *Petrus Baptiſta* BVRGVS(o), idque in gratiam patriae reipublicae Genuenſis, qui liber doctior eſt, quam GRASWINKELII(p), qui certat pro *Venetis* et *Belgis*. De ultimis enim hiſtoria loquitur, quod ſeptuaginta annorum bella ſuſtinere maluerit, quam *regale* admittere et ſubire *diadema*. Superſunt HELVETII. Hi uero cum ſanguinem circumferant rerum et opium amantiorem, quam uanae ambitionis, nullum ſcriptorem reperi in huius contentionis ſocietate.

Refelluntur liberarum rerumpublicarum deſideria.

§. VIII. Verum enimuero haud quaquam ſibi reſpublicae ea in re aliquid tribuere poſſunt, ut ne quidem audeant hodieque *nobiles*, *barones* aut *comites creare*; tantum abeſt, easdem libidine tangi, *principes* aut *reges* adpellandi. Num uero *regibus* debeant *aequari*? Noua haec cauſa eſt. Ipſae etiam reſpublicae in culpa. Non ſolum, quod loco honoris ceſſerint *regibus*, ſed etiam maioris ordinis principibus aliis. Et, quod magis eſt ipſi Belgae ex eo tempore, quo *Cromwellus* magnam *Britanniam* e regno in *liberam rempublicam* uertit, eidem honores in dubium uocare coeperunt, per nauium uexilla alias ſignificatos. Quaſi gentium iuris eſſet; *ut reſpublica loco honoris cederet populo illi, qui ſub VNIVS ageret DOMINATV.* Accedit *ratio*. Nam *unita*, in *principis* perſona, dignitas reipublicae maior eſt ſtabiliorque, quam in ſingulis aut pluribus diffuſa et ſparſa. Et quaeſo! quis non eum honoratum magis dixerit, *cui* reſpublica paret, quam eum, *qui* paret reipublicae: qui reipublicae *dominus*, quam illum, qui eius *adminiſter*, officialis, ſocius: qui reipublicae honores *dat*, quam eum, qui illos ab eadem *accipit*: a quo *omnia* pendent, quam illum, qui pendet ab *omnibus*: qui *lumen* habet *proprium*, quam illum, qui ſequitur *umbram alienam*. Sibi itaque tribuat *reſpublica*, ſi malit ſummam rerum expediri per *miniſtros*. Quos *dominis* rerum loco honoris cedere oportet, licet *ducis* aut *regis* ſimulare uelint ſchemata ac ſymbola, quos luſus non attendunt rerum gnari.

Repoſitio ad obiectiones ſigillatim.

§. IX. Neque multum roboris habent factae oppoſitiones. Nam uti *reipublicae Romanae* dignitas ſine exemplo eſt: ita hanc, nefas, trahere in exemplum. Populo *Romano* illi honores habiti inter gentes orbis uniuerſi. Quod a principio rerum neque contigit, neque iterum continget ulli, eo tempore inprimis, quo cultus et litterae non Latio incluſae, ſed peruaſit omnis orbis oras. Vt adeo iurium ſuorum intelligentiores ſint uideantque, quanta pendeant ab his titulorum et honorum umbris rerum inſignium momenta. *Regnorum* uero ſubiectiones, regibus extinctis, ideo hic cenſum aliquem non merentur, quoniam hoc nomen populi, qui rege carent, neutiquam ſuſtinent. Si uero *reges* reipublicae *clientelares*, illi amittunt *regales honores*, uel ſi, intuitu ſubditorum ſuorum, poteſtatem retinent, nihil impedit, quin nomen quoque et uerbum habeant regale. Atque ita eius generis reges nihilominus locum honoris tenent ante rempublicam: cuius faciem alius exhibere nequit, quam *miniſter*, regi, *domino*, omni iure poſthabendus. Cetera rerum argumenta, ab amplitudine, robore, potentia, reditibus, prouinciarum numeris petita, quibus gaudeat reſpublica, ideo pretium nullum habent merenturque: quoniam in his quantitas augetur, non qualitas illius, qui *adminiſtratorio* iure praeeſt reipublicae. Id uolo, maioris eſſe, gentium iure, illum, qui rei *propriae*, licet minimae, *dominetur*, quam qui amplisſimarum ditionum agat *adminiſtratorem*, id eſt, procuratorem in rem *alienam*. Diſcrimen uero inter *reſpublicas uulgares* et *regales* ideo eſt nullum. Quoniam alium reſpublica honorem non habet, quam populi, qui eandem abſoluit. Inter populos autem orbis uniuerſi, uſu iuris gentium idem honor, locus, dignitas: nulla uero unius prae alio eminentia et praerogatiua. Vt differentia inter reſpublicas *uulgares* et *regales* fingatur ſtatuaturque nonniſi cum iniuria gentium. In quas peccare, idem eſt, quam orbis incendium excitare et commune mortalibus indicere bellum. *Ad extremum* quod dicitur de Maximiliano Caeſare, qui *Venetae reipublicae* obtulerit honores regales, quos tamen illa declinarit: illud uel fabulis accenſendum, uel dicendum eſt, Imperatorem ſuae poteſtatis eſſe oblitum, uel, quod opinabilius, hunc eum honorem regalem decreuiſſe *duci Venetorum*, ſi quidem ire uellet reſpublica ſub imperium unius. Quod ultimum cum facere noluerit formulamque iuris publici migrare. cauſas omnino habuerunt Veneti, ut *regales codicillos* a Maximiliano, largitore, deprecarentur. Ceterum nihil proficiunt illae etiam reſpublicae, quae *praeſidi ſupremo*, id eſt, primo eius adminiſtro grandia nomina aut ſymbola adſignant *ducis*, *corollae*, *mitrae*, *ſceptri*, *purpurae*

(n) Ita GRASWINCKEL. de *iure praecedentiae inter rempublicam Venetam et ducem Sabaudiae cap.* 26. (o) In libro erudito de *dignitate reipublicae Genuenſis*, partium uero ſtudio, in gratiam patriae infecto corruptoque. (p) Quoniam *Venetae* reipublicae eadem cauſa quae *Belgicae*. Ideo primae partes defendendas ſuſcepit Belga.

§.VIII.IX.

CAP. VI.

purae, *ſellae*, *throni* ceteraque. Rident A enim haec ſchemata principes alii. Iuris autem et aequi gnari facile intelligunt, ex his umbris non argui ad reipublicae formulam et dignitatem. Haberi enim ſolent inter res, inanium ſpecie radiantes, quae ueri luminis ratione deſtituuntur.

§. I-IV. De praecedentia inter principes atque reſpublicas iudicium.

§. 10. Atque omnia haec argumenta ualent etiam aduerſus *rerumpublicarum* proedriam ante principes, iure armorum et ſuperioritate inſtructos. Quod lumen adfundi debet illis, quae *Samuel* GVICHENON (q) diſſeruit pro ſui principis honore ac potentatu.

CAP. VI.

Plauſus melioris orbis

Pro felici regni Poruſſici auſpicio, e dogmatibus diſſertationis in epitome exhibitus.

§. I.

Meretur rex dici, princeps noſter

QVod ſi autem ex his ſatis appareat, non adeo magni etiam territorii dominos, ſumma modo in republica poteſtate inſtructi fuerint, regiam omni tempore dignitatem aequis gentium moribus, decoro ſolennique ritu accepiſſe. Ecquid de Brandenburgica, praepotenti domo, regio diademate, communi fere principum Europae applauſu nudius tertius condecorata, dicemus? quae regale faſtigium, uirium menſura atque regionum multitudine explet ubique, in aliquibus etiam uincit ſuperatque. A theſi enim nunc demum ad hypotheſin, a minori ad maius ire, quo de mente noſtra apertius conſtet, e re eſſe arbitramur. Quamuis prudentioribus meo non opus eſſe uideatur commentario; cum ne hoſpes quidem hiſtoriae ac politices regia Brennonicae gloriae augmenta poſſit ignorare.

a] ob multitudinem regionum,

§. II. Plures ducatus in regno rigidiſſimi etiam regiorum iurium cenſores requirunt. Quod, quamuis decimo uix regi contingat, Brandenburgicae tamen domus magnitudinem ne hoc quidem numero ſcimus exhauriri. Imperant enim Brennonica ſceptra nouem regionibus, quarum nulla fere tam exigua eſt, ut ducatuum Europae potiſſimorum nequeat menſuras pati. Vt adeo uere ille quondam Italicus E Vlyſſes ſcripſerit: Principem Brandenburgicum iter ducentorum milliarium conficere poſſe, in quo apud alium nullum, quam ſubditum ſuum, prandium capiat. Quare ſi olim non poenituit Imperatorem, Domum Auſtriacam regio titulo exornare: eodem certe Brandenburgica ſceptra condigna pridem fuiſſe, manifeſta conſecutione concludimus.

b] uirium magnitudinem,

§. III. Vnde nemini ingens uirium Brennonicarum potentiaeque robur poteſt aut mirum uideri, aut ignotum eſſe; cum multis temporibus conſtet Brennonicas aquilas maximis quibusque exercitibus praefulſiſſe. B Vno enim eodemque anno Brennonicarum legionum gloria in tribus orbis plagis floruit: exercituum Brandenburgicorum alio in Hungaria: alio in Belgio: alio itidem in Italia, in locis quidem diuerſis, pari autem tum ſucceſſus laude militantium. Neque uno tantum aut altero anno exercitus e Brennonia nouimus eductos fuiſſe. Conſtat enim Fridericum Vilelmum, glorioſiſſimae memoriae Princi- C pem, Auguſtumque regni Poruſſici Inſtauratorem, Filium tanto Parente non inferiorem in perpetuis armis fuiſſe. Quid? quod ſi praeteriti ſeculi omnia luſtra numeremus, patebit, Brandenburgicos Principes uix unum aut alterum ab armis reſpiraſſe, ut eorum robur ac uires inde omnino liceat aeſtimare. Neque, quod in regnis factum eſſe nouimus, quibus tanta militia ac noſtratibus non fuit, tributo- D rum nimietate onerati ciues: quin potius ſubditis in bello non impoſitum eſt a noſtris principibus, quod aliarum regionum inquilini pendere in pace coguntur. Luſitani duci ſuo, Maurorum aliquot regulos fuganti, regiam coronam in campis impoſuerunt. Indignum rati, intra ducis dignitatem eum ſubſiſtere, qui Reges ipſos in acie uiciſſet. Id quod ex eadem prorſus cauſa Nauarrae populos feciſſe legimus. Quod ſi autem, quoties Brandenburgici Principes, ſuis non alienis uiribus, hoſtes reges fudiſſent uiciſſentque; toties et ipſi corona fuiſſent ornati; certe inter Brennonicos principes, praecipue qui priori ſeculo floruerunt, paucos ſane aut nullos haberemus regali corona non redimitos.

c] gloriam rer. geſtar.

d] potentiam inſignem,

§. IV. Defendere poſſe ſuos contra uim aliorum a rege requiſiuerunt alii: aſt ſub umbra alarum Aquilae Brennonicae non F ſubditi tantum bene ac ſecure egerunt; ſed Reges ipſos Regnaque eo nouimus confugia ſumpſiſſe. Quoties Bohemiae regnum tutum praeſtiterunt contra irruptiones uicini hoſtis arma Brandenburgica? Et Polonica-

(q) *En hiſtoire de la royale maiſon de* SAVOYE *chap. VII.*

nicarum rerum ſcriptores annotant, regnum ſuum aut inteſtinis turbis exhauſtum, aut a uicinis hoſtibus dudum oppreſſum fuiſſe; niſi Brennonicae copiae ab inſultibus morbisque ſaluum praeſtitiſſent. Et quid ad magnae Britanniae regna, legibus libertatique reſtituta, uires contulerint Brandenburgicae, ad immortalem regis noſtri gloriam Anglici annales celebrabunt, atque hanc uirtutem, pro ſalute gentis ſuae adhibitam, ſerae commendabunt poſteritati. Septentrionales plagas exercituum Brandenburgicorum robore aliquo tempore terga dediſſe, non noſtris elogiis, ſed manifeſta luce et tot ſcriptoribus teſtata fide profitemur. Vnde iterum clarum eſt, huius etiam in Rege ab aliis facti requiſiti menſuram Regem noſtrum non explere tantum, ſed longiſſime ſuperare.

e) regalem adparatum,

§. V. Quid? quod ſi in magnificentia regiae aliquid dignitatis quis poſuerit: regio certe adparatu aulam Brandenburgicam fulgere, nemini poteſt eſſe ignotum. Illam principis auguſtam ſedem, plurium oppidorum coagmentatam urbem; illam excellentiſſimorum adminiſtrorum copiam; in militia fortitudinem; in conſiliis prudentiam; in negotiis dexteritatem; in habitu elegantiam ac decus, qui ſecum conſiderauerit; regiae maieſtatis imaginem ſingula aduertet prae ſe ferre. Neque uero domi regalis ſe cultus continet: cum in multas diuerſasque orbis regiones Brandenburgicos principes omnis ordinis legatos plusquam regio adparatu amandaſſe atque aluiſſe conſtet. Exterorum uero legationes qua pompa ſolennitateque exceptae atque habitae fuerint, ipſi incorruptae fidei teſtes ſint magnificentiae Brandenburgicae.

§. VI. Praeterea Poruſſici diadematis priſca memoria, quam paſſim annales celebrant, optimo principi noſtro tantum non imperare uidebatur, priſtinum decus regale prouinciae ſuae reſtituere. Non enim hodie aut nudius tertius demum Poruſſia coronam fert: quae regibus quondam paruit, cum maxima, quae hodie ſunt, regna, nondum incunabula ſumpſiſſent. Hac cauſa nunc fiet, ut facilius aſſueſcant gentes titulo regali, quem ſciunt per temporum iniquitates in deſuetudinem apud easdem abiiſſe. Nulla ergo aliena auctoritate opus fuit principi noſtro ad Auguſtam inaugurationem. Quamuis inſigne humanitatis documentum Caeſaris putandum, quod inter primos eſſe uoluerit, qui principem noſtrum et ſalutaret regem et agnoſceret.

f) priſtinum Poruſſiae diadema.

Epitome dictorum.

§. VII. Siue ergo poteſtatem conſideraueris, quam ſummam poſt Deum habet Princeps noſter; ſiue regionum magnitudinem, quas ultra ducenta milliaria proferri, ſuperius teſtes laudauimus; ſiue potentiae robur, quod in plusquam regio exercitu diximus eſſe conſpiciendum; ſiue rerum in orbe geſtarum magnitudinem, qua cum potentiſſimis etiam regibus manus cum uictoriae laude ſcimus conſeruiſſe; ſiue prouinciarum numerum, quem nouem maiorum in Europa ducatuum menſuram ferre ſcripſimus; ſiue aulae habitum ac faciem, quae omnino regalis eſt; ſiue, centum denique alia: illud uerum eſſe aequus rerum aeſtimator aduertet, plusquam regium ubiuis adparatum dignitatemque intelligentium oculis conſpiciendum proponi.

Peroratio ad regem.

§. VIII. Sed Tuae uirtuti pietatique, Auguſte Friderice, ab immortali DEO ſeruatam eſſe gloriam uidemus; regii diadematis genti tuae, in ornamentum ſeculi, cuius ingreſſum regio auſpicio tuo inſignis; ad communia deinde uota tuorum ſubditorum; omnium denique bonorum in uniuerſa Europa plauſum; et, quod maximum eſt, diuino quodam praeſagio bonis auibus illati. Teſtantur gentium annales, Maioribus tuis una et altera uice regna oblata fuiſſe. Quae declinare, quamuis cauſas inuenerint piiſſimi principes: hanc tamen genti Brandenburgicae gloriam nemo eripiet; ipſam regale diadema plusquam animo regali innocenter recuſaſſe. Ioachimi illuſtriſſimum de fortuna Brandenburgica uaticinium fuit: fore ut ad regale ſolium adſcenderent eius poſteri. Non de alio, quam tuo regno principem uatem dixiſſe: regia tua iam docet inauguratio. Idem praeſagium tibi factum fuiſſe, ſcimus, Auguſte Rex, cum adhuc, ut Hercules ille, in cunis ageres. Ita enim Optimo Numini inter omnes tuae gentis principes, Tu dignus es uiſus, ut Regiae dignitatis exordia ſumeres. Det ergo, quod preces noſtrae expetunt, immortale praepotensque numen; ut hoc diadema, Rex Auguſte, laetum auſpicio; proſperum ſucceſſu; euentu denique Tibi ac poſteris Tuis glorioſum exiſtat. Id a te rogamus, princeps indulgentiſſime, clementer accipias a nobis aſſertionem, qua feſtiuitatis in hac urbe factae partem nobis quoque, eo quo et alii ſubditi tui animo, inſtituimus uindicare. *GENTIVM CONSVETVDINES REGNA A REGIONVM MVLTITVDINE NVNQVAM AESTIMASSE*, rationibus, exemplis atque auctoritate prudentum uidemur nobis euiciſſe. *SED TVARVM PROVINCIARVM MVLTITVDINEM; EXERCITVVM TVORVM ROBVR; RERVM DEINDE PER TE GESTARVM MAGNITVDINEM; TVVM DENIQVE MAGNIFICVM DOMI AC FORIS ADPARATVM, CETERAQVE TVA AD EAM DIGNITATEM COMPARATA ESSE; VT MAIORA REGNA AEQVENT, ALIA AVTEM MVLTIS GRADIBVS SVPERENT, ET MELIOR NOBISCVM ORBIS AGNOSCIT, ET NOBIS OMNINO HIC FVIT CONCELEBRANDVM.*

OPV-

Digitized by Google

Peroratio ad regem.

OPVSCVLVM II.

DE

AVSPICIO REGVM,

AD SOLENNIA GENTIVM IVRA REVOCATO,

AD PERPETVANDAM

COEPTAE PER HOS DIES FESTIVITATIS

MEMORIAM

THESIBVS SVBCINCTIS,

AMPLIORIS COMMENTARII EPITOME,

PVBLICVS CONFLICTVS, INSTITVTVS IN FRIDERICIANA

Ianuarii Menſis die XX. A. clↄ Iↄ ccı.

§. I.

REGALEM rerumpublicarum ſtatum pro antiquiſſimo habemus. Arguunt id cum alia plura, tum hoc etiam: quod REGIS uox eſſe e genere illarum uideatur, quae hominibus ante in uſu fuerunt; quam in tot tamque diuerſas itum ſocietates. Peculiares nos circa linguarum originem ſententias fouemus, inter diſſerendum, ſi occaſio ſit, exponendas. Eum enim, quem Romani *Regem* nominant; olim Germani *Regken* dixerunt. *Koening* autem, ſiue uerbum hoc a potentia regentis, ſiue a fauore ſubiectorum, quaſi *Goenning*, habeat natales, recentioris certe, quam illud, uſus eſt. Et priſco etiam idiomate Graecos fuiſſe uſos exiſtimo, quando rex Latinorum ipſis non minus ΡΗΞ, iisdem prorſus literis, audiuit. Quamuis poſtea euiluiſſe ſciam uerbum ῥὴξ: digniori uero loco poſitum βασιλεύς. Scribit *Luitprandus; ipſe enim uos non imperatorem, id eſt, βασιλέα, ſua lingua: ſed ob indignationem ῥῆγα, id eſt,* regem, *noſtra uocabat.*

§. II. Id uero principio hic cauendum; ne *curialis* ſtilus cum *oratorio*, aut potius hic cum illo commiſceatur. Cum utriusque ingens uarietas; et effectus ſit admodum diuerſus. Ille in priuato cuiusque arbitratu; hic in gentium illo potiori concentu quaerendus. Quare ad oratorium ſcribendi genus non refero ſolum, quod *Beroaldus* Caeſarem noſtrum *Germanorum Imperatorem* ſalutauit, priuato tantum, ſua tamen forte ratione fulto, conatu: ſed etiam in curiis audiuntur ſaepius uoces, ad principis ſenſum editae, quae non alio cenſu habendae ſunt. Ex-
A emplis rem hanc facio manifeſtam. Reperitur A. 964. tale edictum *Edgari* Regis Anglorum. *Ego Edgarus Baſileus, omniumque regum inſularum oceani Imperator et dominus.* Sed hac adulantis cancellarii oſtentatione et inani hiſtrionia, uerba *Flabertii* ſunt, ſcriptoris Hibernici, ſe non moueri ſcribit, ut Anglis dominium Hiberniae eo tempore putet adſerendum. Sic mihi ad manus aliquot thaleri ſunt:
B ubi *Maximiliani* I. nomen legitur, hiſce titulis adiectis: *Romanor. Imperator. ſemp. Aug. pluriumque Europae prouinciarum rex et princeps potentisſimus.* Torquent ſe auctores, qua cauſa ſe plurium prouinciarum regem ſcribat, quem notum ſit, praeter Auſtriae et Burgundiae ducatus nihil poſſediſſe. Ego certe nullus dubito, quin pro oſtentatione id habeam administri, qui gratiam Imperatoris, quem
C ab ambitione non admodum alienum nouerat, inde uoluit aucupari. Vnde fruſtra ſunt Sabaudici ſcriptores; qui ea cauſa Duces ſuos Venetae reipublicae putant praeferendos, quod priuati quidam Italiae oratores eosdem *reges Pedemontii*, et *regiae* indolis principes adpellarint. Factum ſcilicet eſſet de principum honore, ſi a uenali ſcribentium calamo is penderet. Qua tamen in re quam ſaepe pecce-
D tur, latius alibi exponam.

§. III. Meretur uero curiali ſtylo is rex dici; *qui ſummam in alios habet poteſtatem.* Conſuetudines tamen gentium hodie in mores induxerunt, ut publica ac ſolennis, quo de uoluntate ſummi imperantis conſtet, peteretne regios honores, tituli praeterea regii accedat declaratio. Deſcribimus ergo *regem*, moribus populorum hodiernis, *perſonam, quae ſummam in alios, uſu ſolenni, tenet poteſtatem.* Quotocuique enim hoc conuenit adſertum;

Digitized by Google

§ IV--IX.

eum quoque regali nomine dignum et eſſe et haberi pluriumargumentorum fide euincam.

§. IV. Facit enim regiam dignitatem maieſtas; maieſtatem ſumma poteſtas abſoluit; omnia autem poſſe creditur, cui lex non obeſt ſuperioris. Scribimus haec in orbe rerum finito; extra hunc enim illud noſtrum ad gloriam principis ſufficit: *quod uno inferior, ſummus.*

§. V. Faceſſit ergo ratio illorum, qui principis maieſtatem a territorii amplitudine metiuntur: neq; regali honore paruarũ regionum dominos, errore mox profligando, dignos habent. Quorum ſententias plurium argumentorum fide redarguemus.

§. VI. Ecquae enim regiae dignitatis ornamenta negaueris prouinciae non adeo magnae domino? *Coronam?* at hanc merito claudit, qui ſummum poteſtatis tenet faſtigium. Aut *ſceptrum?* ſed hoc potiori iure is geret, qui ſuo regit brachio ſubiectos; ac ille, qui ob multitudinem regionum faſces reipublicae manibus committit miniſtrorum. Aut *globum?* aſt ſi anguſtiſſimorum finium regio ſuo etiam principi indefinitam conceſſit poteſtatem? Aut *gladium?* uerum et minimi principis lites enſe nonniſi dirimuntur. Aut *purpuram?* ſed hoc radio ſplendeſcunt, qui principis luminum imaginem referunt. Aut *oleum?* quis uero unctos domini eſſe negabit, qui *Dei gratia* reipublicae praeſunt. Aut *thronum?* ſed in ſolio non fruſtra ſedet, qui diuina aeque ac humana iura largitur. Parum ergo aut nihil, ſi regiam dignitatem ſpectes, referre uidemus; utrum maximae aut minimae reipublicae ſummi iuris princeps dicatur praeeſſe.

§. VII. Et ſi dignitas regia a populi aut regionum magnitudine pendeat; cur exploſa omni fere gentium iure ſententia Hiſpanorum? qui ea cauſa praeferri Galliae regibus uolunt; quoniam Iberici regni ampliores eſſe fines ac Galliae ſatis conſtet. Certe cum prudentiores ne ordinis quidem inter reges praerogatiuam e regionũ aut paruitate aut magnitudine iudicarint, quo demum iure ipſam dignitatis diuerſitatem inde ſentiemus petendam?

§. VIII. Abſonum eſſet, nobilitatem a diuitiis aeſtimare, quas uirtuti ſcimus non raro obſuiſſe: ſed minime rationi conſentaneum, regiam dignitatem numero includere ſubiectorum. Regem aeſtimamus e poteſtate unius: non ſpatiis locorum aut regionum magnitudine includenda. Paruum animal etiam animal eſt: et ſtellae radiis, non lumine differunt; ſententia eſt Ioh. Bodini, ſcriptoris Galli.

§. IX. Neque aliter gentium iura ſe habent, quas ſcimus parui territorii dominiis regium titulum nunquam negaſſe. Septuaginta regum in bello Troiano hiſtoria meminit, aliquorum etiam nomina

§. X.--XI.

A ſignante *Appollodoro*. Et quem rei geſtae hic fides dubium tenet; eidem *Vlyſſes* Rex Ithacae, quae inſula unius horae ſpatio circumſcripta; *Neſtor* Pylii Rex, aut quatuor illi in uno Cantii comitatu *reges* a Caeſare deſcripti; et omnium denique regnorum principia, quae e plurimis regnis coagmentata ſub imperium tandem unius deueniſſe conſtat, exempla ſint eiuſdem argumenti. Ipſe Deus, fons huius B dignitatis, regio diademate inſignit, quorum ſumma dominia conſtat, mille ſubditorum numerum uix ſuperaſſe.

§. X. Neque haec priſcae aetatis placita noſtro aeuo in deſuetudinem uenerunt: cum ſimilia quoque in propiori tempore exempla ſuperſint. *Algarbiae* prouincia cum regale nomen acciperet, uix quinque leucis patuit: neque tamen inuenio, Luſitaniae principibus regis Algarbiae ti- C tulum unquam negatum fuiſſe. *Nauarracorum* etiam dominia uix ultra pomoeria urbis Ainſae ſe protenderant; cum principi ſuo coronam imponerent. Nullibi uero reperire potui, de hoc facto aliter, quam honorifice, ut par eſt, fuiſſe iudicatum. Emit quidam *Scrope Manopiam*, aliquot tantum leucarum inſulam: ei tamen ius regni nihilominus aſſerit *Walſinghamus*. Nempe dominus huius inſu- D lae, inquit, rex uocatur, cui etiam fas eſt, corona aurea coronari. Reges *Vectianos* apud Seldenum habes; ſed cui demum non conſtant anguſtiae inſulae Wicht? *Yuetotium* praedium tantum fuit, non ita procul a Rothomago ſitum; cuius nihilominus poſſeſſores, quod ſui iuris eſſent, *reges Yuetotii* ſalutare, ad decimum quartum ſeculum usque non dubitarunt ſcriptores Galli. Plura exempla addere poſ- E ſem; niſi ſufficerent haec ad probandum, regiae dignitati territorii anguſtias nullo tempore obſuiſſe.

§. XI. Fuiſſe tamen ſummi etiam iuris principes et eſſe adhucdum, qui regio titulo abſtinuerunt, omnino largimur. Sed nihil exinde magis efficitur, quam quod in arbitratu cuiusuis ſummi imperantis ſit poſitum, ſiue regni, ſiue ducatus, ſiue principatus, ſiue alio demum nomi- F ne quocumque imperium ſuum inſignire. Olim Auguſtus ad inuidiam exactorum regum uitandam, regem ſe dici edicto prohibuit: quamuis et regibus is imperaret. Patrum aetate Carolus V. Burgundiae atq; Belgii prouincias in regni formam redigere uoluit: ſed publicae utilitati propter morum legumque diuerſas rationes id uidetur remiſiſſe. Auriacos, Neocomenſes, Bullioneos, minoris quondam Britanniae aliosque principes ſummum uſurpaſ- G ſe imperium conſtat; ſed partim inuidiae uitandae ergo, partim ne praetenſorum iurium alios contra ſe admonerent concitarentque regio diademate abſtinuerunt. Nonnunquam barbaries animis regentium

Digitized by Google

§.X--XI

§.XII--XVI.

tium obduxit,ut regia inſignia negligerent, A exemplo magnorum ducum Lithuaniae. Quorum uero omnium rationes regiae dignitatis omiſſae, nulla argumenti conſecutione, ad exempla aliorum trahuntur.

§. XII. Neque iuris canonici hic praecepta aliquid efficiunt. Quamuis enim e famoſiſſimo canone *ſcitote*, pontificalium decretorum doctores id probare annitantur; quoduis regnum quatuor ducatibus, undecim epiſcopatibus, una itidem me- B tropolitana ſede eſſe debere inſtructum: erroris tamen multifariam argui hi poſſunt. Verba enim laudati canonis non diſpoſitiue, ſed enunciatiue intelligenda eſſe, quilibet iudicat e contextu. Deinde regium diadema Lithuanis Pontifex miſit An. 1260. quos nouerat tot epiſcopatibus et ducatibus non conſtare. Bellemerae potius hic ſententia ſtandum, quaedam regna plures, quaedam pauciores, quaedam etiam nul- C los, ut Lithuaniae olim regnum, habere epiſcopatus. Et quis Pontifici poteſtatem aſſereret? ſolennia gentium iura his inuolucris irretire.

§. XIII. Non maioris momenti illud eſt, quo aiunt, minorum regionum principes ſumtibus regiis non ſufficere. Idem enim hoc eſſet, ac uirtutem e ueſtimento uiri, nobilitatem e diuitiis aeſtimare. Abſona cuiusdam ſcriptoris ſimilitudo, qua putat, D quemadmodum nemo Theologiae hodie doctor creetur, niſi qui munus habeat, hac inſula non indignum; ſic ad regium titulum non euehendum, cuius reditus pompae regiae non reſpondeant. Par enim eſt utriusque partis inconſiderantia; ſiue eruditi nomen ad faſtuoſi muneris menſuram referas; ſiue ſummi principis dignitatem populi multitudine metiaris.

§. XIV. Vicinum huic dubio illud eſt, E quod rex non dicendus, niſi qui uires habeat, ſe ac ſuos defendendi. Equidem ſi de animo loquaris, inter officia regentis primarium hoc eſſe arbitror, ſe ac ſuos tueri. Virium autem menſura regale uerbum aeſtimare, idem eſſet, atque ſtatuere uelle, quem hactenus ob potentiam regem dixiſti, hunc uel attritis poſtea uiribus, aut nimium ualente hoſte aduerſo, e regum numero propterea iterum expungere. F

§. XV. Ex his ergo ſatis manifeſtum, regiam mereri dignitatem, qui ſummo in orbe gaudet principatu, parum attento, quam late fines eius extendantur. Quadam tamen ſolenni declaratione eſt opus, ut ſciant gentes, quo honoris genere talis princeps uelit inſigniri. Id quod gentium moribus cum quadam ratione introductum eſſe, arbitramur.

§. XVI. Hanc uero regii tituli ſolen- G nem ſignificationem nunc ab Imperatore Romanorum; iterum a ſummo Pontifice; nonnunquam ab ipſa republica factam eſſe, atque gentibus aliis probatam, in annalibus reperimus.

§.XVII--XX.

§. XVII. Sacratiſſimum Imperatorem noſtrum in *iure reges adpellandi* plura tuentur: poſſeſſio; ratio; multis ſcriptoribus firmata auctoritas; teſtata denique iudicia aduerſariorum.

§. XVIII. Poſſeſſionem firmant temporum diuturnitas, actuumque frequentia. Quod ſi enim annorum ſpatia ad calculum reuocamus, ab Auguſto, quem auſpicia regnandi ceteris principibus dediſſe reperimus, ad Fridericum III. qui eodem iure omnium forte nouiſſime uſus eſt, patebit quatuordecim ſecula praeteriiſſe. Vt adeo longiſſima gentium patientia, neque enim uel in aliquo caſu obuiam itum, iuri Caeſareo firmiſſimum robur addere uideatur. Omnes uero reges ſignare, qui diadema a manibus Imperatorum acceperunt, prolixioris eſt inſtituti. Iudaeae, Armeniae, Galatiae, Numidiae, Graeciae aliarumque regionum principes coronam feſtiuo ritu a Caeſaribus ipſis aut impoſitam aut ſolenni legatione miſſam geſſiſſe, fide Ioſephi, Liuii, Tullii, Dionis, Salluſtii, atque Suetonii ſcimus. Et legimus inter aeternae urbis praerogatiuas relatum, quod in ea tantum regia diademata cuderentur. Horum exempla Germanici ſanguinis Imperatores ſibi non minus imitanda duxerunt; quos certum eſt Daniam, Poloniam, Bohemiam, Hungariam, Arelatum, Burgundiam, Auſtriamque corona regia condecoraſſe. Sed plenius alibi de his.

§. XIX. Non uero nullae gentibus rationes fuerunt, Imperatori regum adpellandorum actus conſentire. In quarum tamen numero ſpurias illas non habemus: quod Imperator ſit dominus mundi; quod omnes reges ad Imperatorem ſe habeant, ut praefecti praetorio; quod omnes reges ſubſint imperio Romano et quae alia ſunt eius generis nugamenta, eruditioribus dudum exploſa. Sed quod prudentioribus etiam probaretur, ut regii diadematis ſignificatio ab illo fieret, qui aliquo faſtigii gradu ceteros orbis principes quodammodo antecelleret. Et hoc, non alio ſenſu, fontem dignitatis Imperatorem agnitum, reperimus. Quod alibi prolixius tuebimur.

§. XX. Teſtimonia ſcriptorum laudare, Imperatori noſtro regiae adpellationis iura contribuentium: nimis longum hic foret. Illud ſufficit, quod praeſto nobis loca ſint, ubi illi, qui competitores crediti, hunc honorem ita aſſerunt Imperatori, ut ſibi praeiudicium non leue afferre uideantur. Scribit Philippo bono Pius ſecundus Papa: ſe ab Imperatore Friderico III. ſaepius per literas interceſſiſſe, ut Burgundiae ducem ad regis dignitatem eueheret. Quod ſi enim hunc honorem conferendi, ſui iuris eſſe crediſſet Papa, facilius forte diploma regium ſcripſiſſet, quam interceſſionem factam

Digitized by Google

§. XXI. XXII. XXIII.

ſaepius repetere. Et locum in Bohemiae monumentis reperi; ubi pontifex ita adprobat factam a Caeſare regis adpellationem, ut nihil niſi conſecrationis ceremoniam ſibi ſeruare uideatur. In qua etiam ſententia Gallos ſtare, unico argumento probabo. Ipſi enim cum Carolum Caluum, regem ſuum, re Imperatorem fuiſſe, tueri nolunt; hoc firmamenti loco aſſerunt; quod Carolus ius reges creandi in Boſone, prouinciae duce, exercuerit, praerogatiuam Imperatori tantum conuenientem. In errore ergo Cabotium et Limneum uerſari arbitror; qui aliis etiam regibus haec iura communia eſſe, contra hiſtoriae fidem dignitatemque imperii arbitrantur.

§. XXI. Ceterum an ab Imperatore adpellati reges hoc ipſo eius beneficiarii ſint, quaeritur? Contrarium cum Sculteto tuebimur inter diſſerendum. Quamuis id in quibusdam reperimus, quod negandum non eſt. Omnes enim a Caeſaribus coronatos aut foederis aut reuerentiae aut uaſallagii nexu imperio Romano legimus acceſſiſſe.

§. XXII. Pontifici Romano quo tegumenti genere, canonum doctores idem ius reges declarandi tribuant, ut uideamus, ordo poſtulat. Recitabimus argutias a nobis poenitendo forte labore, in commentaria noſtra magno ſtudio congeſtas. Ita autem ſe habent: (1) Pontifex ſol eſt, et Imperator luna: ergo reges omnes lumen ſuum non ab hoc; ſed illo mutuentur. (2) Pontifex omnia poteſt praeter peccatum; ergo et regem facere poterit, quia rex peccatum non eſt. (3) Chriſtus eſt dominus naturalis huius uniuerſi, per quem idem et Papa eſt; ergo omnes in orbe principes ſunt eius beneficiarii et uaſalli, etiam Imperator et rex Franciae. (4) Petra Petrum, Petrus Papam, Papa Imperatorem coronauit; ergo ius reges coronandi primario Papae, ſecundario Imperatori competit. (5) Papa eſt dominus orbis, Imperator et reges ſunt eius inſtrumenta: capitis autem eſt de honore membris proſpicere. (6) Papa in uertice ungitur; reliqui reges in brachio: oleum ergo a capite in brachia fluat. (7) Unctio eſt ſacramentum: nemo ergo in regem ungere poteſt; niſi ſummus ſacerdos. (8) Reges omnes ſunt paſtores et clerici; quos tales facere ſolius eſt Papae. (9) Chriſtus ad diſcipulos dixit, paſce; Pontifex dicit, rege; bene enim regere, eſt paſcere. (10) Papa deponit reges; ergo et facit. (11) Reges eccleſiae iurant; ergo Papae eſt, eos ad regnum admittere. (12) Haeretici excidunt iure regni, fideles fide regunt; de utroque autem diſpenſare eſt Pontificis. O tempora! o mores! Deo, fonti luminum, grates ſint, quod bonae literae cimmerias haſce tenebras diſcuſſerint; ut mea nunc refutatione opus non eſſe uideatur.

§. XXIII. Verum enim uero praeter ra- A tiones, quas nullius eſſe momenti inter diſſerendum propugnabimus, poſſeſſionem etiam in conſecutionem eiusdem argumenti trahunt, ut reges declarandi ius Pontifici adſtruant eius curiae patroni. Non nego, uaria Pontificum diplomata apud Baronium, Bzouium, Raynaldum, atque in euulgato non ita pridem Bullario Romano extare regiarum ſignificationum. Illud tamen ubiuis fere deprehendi, quod hae bul- B lae partim regibus iam factis agnitisque, non expetitae acceſſerint, quas reſpuere non permittere uidebatur imperantium religio; partim reges ob haereſin remotos non tam nouiter inſtaurauerint, quam in integrum ac priſtina iura reſtituerint: partim ſuperſtitione quorundam tantum regum poſtliminio fuerint expetitae. Primi generis exempla Aragoniae et Luſitaniae regna dabunt; alterius Hungariae Polo- C niaeque reges; tertii demum loco Maria eſſe poterit, regio diademate, quod ſua autoritate parens aſſumſerat, poſtliminio a Papa expetito. Quae omnia id euincunt, fraude inſidiisque aliquas gentes Pontificem egiſſe; quae meliora edoctos tenere hoc errore nequeunt.

§. XXIV. XXV.

§. XXIV Reſtat, ut de ultimo nunc genere dicamus regiae dignitatis ſignificatae: ubi uel populus, uel ipſi imperantes, nul- D lius interceſſu, hoc declarationis officio ſunt defuncti. Luſitani cum cum Alfonſo duce ſuo, cruentam cladem Maurorum quinque regulis intuliſſent: indignum rati, principem ſuum intra ducis dignitatem ſubſiſtere, flexa ex arborum uicinarum ramis corona, ritu ſolenni, in campis regem declararunt. Eadem Garſiae, Sobrarbiae duci, ſupra dixi a ſuis contigiſſe. Sibi uero ipſi coronam Moſchorum Dux Baſilius im- E poſuit: auctore nemine. Qui idem, oblatam a Caeſare, et, quod alii habent, Papa R. coronam remiſiſſe fertur: ea ratione annexa: ſui ſe iuris eſſe, neque alterius patrocinio opus habere. De Tartarorum etiam principe paria narrant auctores, de quo in amplioris operis commentario. Sed nouiſſimum Henrici VIII. Angliae Regis exemplum eſt. Qui domini titulum in *regis Hiberniae* nomen uoluit commutatum. F Aduerſariis ſuis rei inſolentiam inuidis quantisper oculis adſpicientibus, regeſſit: cui uolupe eſt me Hiberniae non regem, ſed dominum dicere; is ſiue rex ſiue Imperator ſit, domini titulum a me iterum audiat. Quo ipſo factum eſt, ut nemo ipſi regium honorem in Hibernia diſputaret. Cauſas hanc circa rem ſupra defendimus, plura ſi opus ſit, in conflictu dicturi.

§. XXV. An uero praeter tres uias alia G adhuc in gentium iure pateat, regium diadema aſſumendi, admodum dubito. Equidem Machomedum Moeſiae partem in regnum euexiſſe reperi. Sed hoc non alia mente credibile eſt eum feciſſe, quam ut Imperator. Moſchorum etiam rex Hol-

ſatiae

Digitized by Google

§. XXIV. XXV. §. XXVI. ſatiae principi regium ſertur diadema miſiſſe: ſed eum quoque Caeſaream dignitatem ob aliquot cauſas affectare notum eſt.

§. XXVI. Ceterum an unctio nouo regi ſuadenda? quaeritur. Bucerus Theologus eam improbat, quod ſuperſtitioſum Romanae eccleſiae figmentum plures alios produxerit abuſus. Et certus ſum, dona ſtrumas ac morbos alius ſanandi generis inde propullulaſſe. Inde eſt, quod Britanniarum noſtrae aetatis monarcha, in ſolenni coronatione ſua, conſuetum alias Angliae regibus morbos curandi actum omiſerit, nullis precibus, quod ſermone Chamberlanii habeo, eo adducendus. Scribunt et aliqui pontificii doctores, per unctionem etiam regibus donum ſpiritus ſepti-
A formis miracula edendi conſerri. Quoniam tamen ungendi ritus in regiis inaugurationibus a Gothis adhibitus eſt; antequam ſeculo, ut crediderim, octauo Papa ceremoniam in rebus publicis Chriſtianis introduceret: innocenter retineri eam poſſe exiſtimauerim. Liberum uero imperanti eſt, ſiue hoc ſiue alio olei genere uti malit. Fabulam enim ampullae Rhemenſis toties exploſam hic non repe-
B timus. Neque unctionis actum per unctum ſacerdotem aut epiſcopum perfici neceſſarium ducimus. Nam cancelli ſunt pontificiorum; quos purior coetus dudum deſtruxit. Decorum tamen eſt, quantum per rationes noui ſoederis licet, ritus antiquos innocenter imitari.

OPVSCVLVM III.
NENIAE PONTIFICIS DE IVRE REGES ADPELLANDI.

Veſtra hic res agitur: celſi iam ſurgite reges,
Regia quo perſtent *nomina* ueſtra magis.
Deſine, ſancte pater, regum lacerare *coronas*,
Sunt maiora tuo regia ſceptra *pedo*.

PRAEFATIO.

R*Erum, a* FRIDERICO, NOVI REGNI CONDITORE, *domi ac foris, pace belloque geſtarum, ea eſt magnitudo, ut patris maiorumque gloriam, pluribus annalium monumentis proditam, longo interuallo ſuperent atque melioris orbis uniuerſi habeant mereantque adplauſum: uenturae tamen poſteritati non luculentius de ſapientia, pietate ceteriſque tanti* PRINCIPIS *uirtutibus argumentum erit, quam* ILLO *auſpice* NOMEN REGALE, *exemplo prorſus ſingulari et quinque ſaeculorum memoria inaudito, bona omnium gentium pace,* BRANDENBVRGICAE DOMVI *illatum fuiſſe. Equidem aliquot non parui nominis principes in hiſtoriis ultimorum ſaeculorum reperimus, qui, eodem prorſus conatu, neque diſpari robore adparatuque ad* FASTIGIVM REGALE *contenderunt; cum uero ſpe ſua, triſtiſſimo familiis ſuis euentu, exciderint omnes, non ſine dedecore quodam; ab his certe futura demum aetas documentum capiet,* NOSTRVM *ſola uirtute, quam tantum praecipui loco prae illis habere potuerat, honores* REGIS *promeruiſſe. Etenim, quos dixi, ſi quid in hoc ambitu arma potuiſſent uireſque, nunquam forte animo illi cecidiſſent: neque in perditis cum opprobrio habuiſſent ſemel adfectatum diadema, ſi hoc a gentibus licuiſſet nundinari. Verum maioris ſemper uiſum eſt, ab orbis regibus adſciſci collega et ſacro ordini adſcribi purpuratorum. Gentium, et, ut uerum fatear, communi quodam orbis amore opus fuerat; ſine odio et inuidia ſummis aequari, ſimilibus praeferri ſicque ad ultimum culmen, quod mortales habent, unico fere mortalium fauore, extolli. Vti enim per uim ad gradum hunc promoueri uelle, tam male congruit, ac generi humano bellum indicere; nummis autem placare diſſentientes, idem eſſet, ac mari aquam ſuffundere, aut orbis agere licitatorem: ita praeter uirtutem reliquum nihil eſt, quod hanc orbis gratiam conciliare* quear.

queat. Atque hoc demum pretio PORVSSIAE REGNI coronam conſtitiſſe, illi nobis facilius largientur, quibus laudatiſſimi PRINCIPIS FRIDERICI in ſacris pietas; in aduerſis conſtantia et firmitudo; in arduis induſtria; prudentia in diſcriminibus; iuſtitia deinde ac munificentia quotidie ante oculos obuerſantur. Quamuis enim uirtutum harum una ſufficiat alias ad boni principis elogium: ad NOVI tamen REGNI auſpicia ſingulis iunctim opus eſſe uidebatur; ne, quod per quinque ſecula non pluribus, ſed cunctis omnino negatum, id noſtro aeuo gentes uniuerſae uni tam prompta manu, absque graui rerum momento, conſenſiſſe exiſtimarentur. Vix enim PORVSSIAE quondam DVCIS cognita eſſe potuerat uoluntas, DE DVCATV IN REGNVM VERTENDO: quum cuncti orbis reges atque respublicae omnes huic confeſtim inſtituto uotis, adplauſu officiisque acceſſerint, NOVVMQVE REGEM ſocium ordinis ſui colleganique per litteras ac nuntios ſalutauerint, plures etiam ſumtuoſiſſimis atque ſplendidiſſimis legationibus, aulam eius fuerint condignati. In hoc numero AVGVSTISSIMVS IMPERATOR et, ut alios eo ordine nominem, prout in calamum ueniunt, ANGLIAE, POLONIAE, LVSITANIAE, SVECIAE, DANIAE, HISPANIAEQVE REGES, quemque principio dicere potueram, magnus MOSCOVIAE MONARCHA palmam geſſerunt; taceo enim praepotentes Europae RESPVBLICAS, GERMANIAE ITALIAEQVE potiores PRINCIPES, ſupremos SACRORVM ANTISTITES ceterosque patriae proceres; quae gratulationis officia PVBLICAM ſi non ORBIS, uniuerſae profecto Europae LAETITIAM prae ſe ferre aut ſecum trahere uidebantur. Et quotusquisque primordia cum repentino ſucceſſu proſperrimoque exitu contulerit, ei non difficile erit ad agnoſcendum, cuncta ſingulari quodam numine prouidentis DEI feliciter eueniſſe. Aſt quid ad haec curia Romana? Dum uirus hic ſuum apud rerum imperitos euomit, DEI hominumque fidem incuſat, uellicat laceratque, ſummatim, infelici cymba nauigat aduerſus torrentem. Sperni ſilentio poterant hae neniae inter orbis uniuerſi plauſus et adclamationes pro AVGVSTO NOVI REGNI CONDITORE factas. Neque etiam aliter uiſum fuerat DVOBVS regiis ADMINISTRIS, quorum et conſiliis et calamo uti res maximi momenti nunc ſunt: ſic illis quoque SAPIENTISSIMVS PRINCEPS unice uoluerat uti in PORVSSIAE DIADEMATE adſciſcendo, re diſcriminis pleniſſima. Quamuis enim uiri eruditi quamplurimi eſſent, qui operam ſuam aulae offerrent in refellendo DIPLOMATE CLEMENTINO; conſultius tamen uiſum eſt, ſpurciſſimas quisquilias, toties in ipſo Papatu exploſas, pro nihilo reputare et tacendo floccifacere. Verum enimuero, ne homines ignari, religionis nimietate, qua in Chriſti uicarium feruntur, anilibus terriculamentis, ceu fulgure ex pelui contremiſcant; priuato tantum nomine, ſolo ueritatis amore, ſtupori illorum hoc LIBELLO ſubueniri poſſe, exiſtimauimus. Loquitur uero nunc Latine, qui olim in uernacula ſcriptus fuerat, plus quam quatuor millibus exemplis eius a bibliopola uenditis, etiam poſtea, ubi nouitatis gratiam pridem amiſiſſe uidebatur. Loca in Latina quidem uerſione pleniora hic ſunt, quam Germanico ſermone principio ſcriptus fuerat: ſed cum autori otium non eſſet, interpretem, magis quandoque Latinitati, quam rerum momentis intentum, adiuare; praeſtat forte in uernacula libellum, propter luculentum dicendi genus, perlegiſſe. Ex noſtratibus pauciores laudauimus ſcriptores, cum propoſitum nobis eſſet, cauſam Papae proprio ipſius gladio confodere. Atque, niſi prorſus fallimur, reperies in hac ſcena ſi non omnes, praeſtantiores tamen THEOLOGOS ac IVRISCONSVLTOS, quos ex omnium temporum et ſaeculorum aetate ſingulari ſtudio conquiſiuimus, ut incorrupti ueritatis teſtes eſſent, qui impudentiſſimam in hoc conatu frontem PONTIFICI ROMANO aperirent, licet hunc cetera caput et anchoram religionis ſuae uenerentur. Additus eſt ſub finem aliud opuſculum, eidem CLEMENTINO DIPLOMATI oppoſitum, quod perilluſtrem S. R. I. BARONEM, in nouiſſimisque comitiis magni nominis et autoritatis legatum autorem habet. Equidem doleo, me in ſchedas incidiſſe, non ſolum mendoſe ſcriptas, ſed etiam mancas, obuiis aliquot lacunis. Verum utmam noſtro infortunio et incuria librarii cauſa eſſemus ſcriptori excellentiſſimo, ut lucubratiunculas alias plures, quae per manus eunt eruditorum, ſuis curis ederet atque a mendis liberaret. Pleraeque enim in iuris gentium aut publici argumentis uerſantur, ad quae cum ſcriptor et litterarum praeſidia ac longos rerum et negotiorum uſus adferat, illae utroque nomine publica luce dignae eſſe, uidentur.

DE

Digitized by Google

DE IVRE PONTIFICIS CIRCA REGIOS HONORES

LIBER, DIPLOMATI OPPOSITVS,

QVO CLEMENS XI.

AN. cIↄ Iↄccı.

REGALEM POR. REG. DIGNITATEM, INCONSIDERATISSIMA TEMERITATE, OPPVGNAVIT.

CAP. I.

Pontifices nihil lucratos eſſe, multamque iacturam feciſſe, quoties titulos dignitatemque principum diſputauerint.

§. I.

Doctrina de IVRE PONTIFICIS in principes abſolutae poteſtatis eorumque TITVLOS I. POLITICE ſub examinis incudem uocatur.

SI cui uel facies noſtrorum temporum, uel cauſae, de qua litigatur, ratio penitius aliquantum perſpecta eſt; mirabitur ſane, et tantum non obſtupeſcet, Pontificem CLEMENTEM XI. ſimulac ad faſtigium Romanae ſedis euectus eſſet, (*) libellum, Chriſtiano orbe indigniſſimum, contra regalem Poruſſiae regis dignitatem, diuerſis in aulis Principum exponere, et hoc ipſo rei peſſimae notae, atque ab ipſis pontificiis hominibus ſagaciſſimis confutatae (**), ſeſe immiſcere non erubuiſſe. Quo ſimul effectum eſt, ut Principes orbis Chriſtiani, quam bene de hoc Pontifice in poſterum ſperandum ſit, quidue mutuendum, non coniecturis, ſed firmiſſimis rationibus adprehendant. Perluſtremus enim uniuerſam hiſtoriam eccleſiaſticam; euoluamus maxima clariſſimorum uirorum uolumina, quotquot inter ipſos pontificios in hoc genere claruerunt, BARONII; RAYNALDI; SPONDANI; BZOVII; NATALIS ALEXANDRI; aliorumque; certe non erit opinio quaedam in iis obuia, nedum craſſiſſimis erroribus' exceptis, quae plus unquam obſtiterit animis, pluriumque tam in eccleſiaſticis, quam politicis negotiis, diſcordiarum cauſam attulerit, immo plus ipſis Pontificibus nocuerit, et uiros quosque doctiſſimos ad tuendam contrariam ſententiam animauerit, quam haec ipſa Pontificis ratio, quae ſummorum Principum *dignitati*, et quidem obſtantibus diuinis iuxta ac humanis legibus, praeſcribere nihil ueretur.

Haec doctrina a) auctoritatem pontificis plurimum imminuit.

§. II. Et profecto qui uel leuiter rerum eccleſiaſticarum cognitione tinctus eſt, facile reperiet, Chriſtianorum Principum animos plane nunc alios eſſe, atque erant erga Pontifices in ueteri eccleſia. Siquidem ex eo tempore fuerunt abalienati, quum animaduerterent, id agere Pontificem, ut ſedem ſibi inter Principes figeret, hiſce praeciperet, horum poteſtatem circumcideret, et, quod ad audaciam pertinet, *dignitates* ipſis pro libidine et daret et aufferret. Nec idcirco mirandum magnopere eſt, qui fiat, ut uniuerſi Chriſtiani Ordines Romano Pontifici his temporibus aduerſum teneant, ut ab illo ſibi concordi ſtudio caueant, ut in illud omni cura atque cogitatione incumbant, ne uel minimis in rebus (a) Pontificio iuri ſuffragari

I 3

(*) Electus d. x. Calendas Decembres MDCC. libellus autem commemoratus d. 17. Cal. Maii MDCCI. ſub annulo piſcatoris prodiit. (**) Tantum BARONIO fere et BELLARMINO ac pontificii iuris doctoribus quibusdam exceptis, pontificum adſentatoribus perpetuis, ceteri clarisſimi uiri in medio papatu et Italia conſtituti, nihil minus ſibi perſuaſerunt, quam PRINCIPVM poteſtatem DIGNITATEMQVE ab Romanis pontificibus impetrandam eſſe; quin potius omnes in diſtinctione ſecularis et eccleſiaſticae dignitatis conſpirarunt atque perſtiterunt. Fr. de VICTORIA; LOBKOWIZIVS; Marcus Anton. de DOMINIS; Ventura VINCENTINVS; Nicolaus CRASSVS; Paulus VENETVS; Ioann. MARSILIVS; MAIMBVRGIVS; Martini ab AZPILCVETA; aliique, qui tamen nullius ex ea re haereſeos incuſati ſunt. (a) Teſtes huius rei eſſe poſſunt nouisſimae controuerſiae in Germania de iure pontificis in epiſcopos et epiſcopatus; de iure nuntii Apoſtolici in Germania;

CAP. I.

gari uideantur. Quod ut explicatius aliquando detur, exemplis nonnullis parabo, quo tandem perſentiſcant Pontifices, quantum in ſemetipſos redundauerit incommodi, quotiescunque ſibi dignitatem Principum ac poteſtatem limitandam ſumſerunt. Olim non aliud ſolemnius erat, quam ut Chriſtiani reges antiquiſſimorum regnorum, quum eſſent religione inducti, Romam ſe conferrent, ibidemque ab Romano Pontifice coronam ſibi imponi eurarent, quippe his erant opinionibus abrepti, (b) plus ualoris habere manum *ſupremi* eccleſiarum *epiſcopi*, plus etiam diuinae benignitatis impertire, quam ſi ritum hunc *epiſcopus* quidam alius peregiſſet. Poſtea uero quam adſentatores Pontificis ex iſtis caerimoniis, quamuis propalam errantes, nec tamen mitius contendentes, id concluſionis cogerent, *reges a Pontificibus unctos, coronam illam, quam ſemel impetraſſent, in ſinu huius eccleſiarum ſupremi directoris repoſuiſſe, indeque repetendam a ſucceſſoribus eamdem eſſe* (c): pronum omnino eſt iudicare, cur reges *Britanniae*, *Galliae* et *Hiſpaniae* priſtinum morem deſeruerint, nec ullus eorum aliquot ſaeculis Romam profectus ſit; cur et ipſi *Romani Imperatores*, quibus tamen erant ſeparatae rationes (d), duobus abhinc ſaeculis Romae olim factam coronationem, Pontificibus id aegre ferentibus (e), poſthabuerint. Ita etiam contingebat olim ſaepius, ut reges quotannis pecuniae ſummam, ad leuandam miſeram eccleſiae ſortem, et religionis cauſa, Pontifici decer-

A nerent, Romamque mitterent: quam uero, quum Pontifices non ſecus ac ordinarium tributum reputarent, Principum ſic rebus commodisque non parum derogantes; haud facile quisquam *Regis* BRITANNIAE (f) conſilium improbabit, qui uidelicet ſub paena laeſae maieſtatis (g) interdixit, ne PENSA PETRINA Romam poſthac pertingerent; neque culpandum hoc exiſtimo, in *Polonia* conſideratum eſſe,

B qua ratione *lampades* Romae (h) in aede Petrina exſpirent. Notum inter omnes eſt, Romani Pontificis *anathema*, Panicum illum terrorem, tantum olim potuiſſe, ut uniuerſus paene terrarum orbis ad illud, non ſecus ac diuinum iudicium, contremiſceret (i); ſed exemplis poſtmodum deprehenſum fuit, ſcopum anathematis hunc fuiſſe praecipuum, ut *Principes ſub iugum Papale mitterentur*: eſtque ſatis

C compertum, nonnullos reges ob *leuiſſimas* cauſas anathematis ſententia territos eſſe, (k) quod ſcilicet in bello Turcico Pontifici pecuniam ſpoponderant, uel clericum aliquem, ambitione nimia turgentem, in ſuis ditionibus ad manſuetiores mores traduxerant. Quamobrem Chriſtiani Principes, hunc dolum animaduertentes, et quidem Imperatores *Henrici*, *Friderici*, *Ludouicus* Bauarus, *Philippus* Pulcher,

D *hodiernus rex* Galliae, et reſp. *Venetorum* ſuperiore ſaeculo, hoc anathema, tamquam inanem ſtrepitum reprobarunt. Exempla extant, quibus probari poterit, coronam Principis, regiam dignitatem iam primum capeſſentis, a Pontifice *dedicatam*

§. II.

mania; de iure pontificis in ordines electorum. In Galliis ſumma theſium an. 1682. promulgatarum idem docet. (b) Ita prorſus, ut iidem creberrime, quamuis iam uncti fuiſſent, Romam ſe conferrent, ac de nouo manu pontificis ungerentur. Rem ipſa hiſtoria ſaec. VI. usqoe ad XI. commonſtrat. Notandum uero praecipue eſt, RICHARDVM SMITHEVM *hiſtor. Angl. ſect. IV. p.* 162. eorum regum, qui ſaeculis duobus in Anglia uixere, (ab anno 600. ad a. 800.) SEDECIM numerare, quorum ea in pontificem pietas fuerit, ut etiam in numerum ſanctorum, ea maxime cauſa, adlecti ſint. (c) Ita omnino argumentantur duo ſcriptores PRAETENSIONVM pontif. Eugubinus STEVCHVS, et Antonius MARCELLVS: hinc facile coniecturis adſequimur, cur etiam potentiſſima regna, Hiſpaniae, Galliae, Britanniae, Scotiae, Irlandiae, Sueciae, Poloniae, Hungariae, etc. ab illis tamquam FEVDA pontificis habeantur. (d) Quoniam omnibus iuris publici doctoribus usque ad Carolum V. perſuaſum fuit, ROMANVM IMPERATOREM non prius, quam a pontifice Romano coronatus ſit; IMPERATORIO titulo dignum eſſe; quamquam haec opinio nullum unquam neque fundamentum, neque adſenſum in Romano imperio habuerit. (e) Quantopere Romani pontifices poſt Caroli V. tempora, quibus intermitti coepit unctio Romana, impletionem capitulationis, ubi pontifici ſpes ad eam ſit, urgeant, haud facile quisquam ignorabit. (f) De ROMETSCHOT, ſeu penſo Petrino, cuius intuitu rex Inas anno 727. a Britannis pecuniae ſummam exegit [Matth. WESTMONASTERIENSIS p. 206.] in *illuſtratione Puſendorffiana cap.* 4. *p.* 531. egimus. Praeter hoc autem non fuit regnum, quod non ad ſuſtentandum aliquod collegium quotannis Romae nummos exſoluerit. (g) Legatur h. l. ipſe IACOBVS rex, et qoi praeterea pro iuramento fidelitatis ſcripſerunt, atque BELLARMINO contradicenti probatum dederunt, eleemoſynas illi denegandas eſſe, qui eas pro tributo ordinario accipiat. (h) *Sal.* NEVGEBAVER *lib. III. hiſtor. Polon. p.* 38. (i) Nec illud in ſpiritualibus dumtaxat, quemadmodum Otto IV. [MEIBOM. in Apologia Ott. p. 607.] et Richardus rex Britanniae, [HEMMINGFORT in *hiſtor. Anglic. l.* 11. *c.* 93.] miniſtris ſuis collum premendum, corpusque flagris caedendum praebuerunt, quo mortale peccatum anathematis expiaretur: ſed in politicis quoque negotiis, ubi exempla ſatis abunde teſtantur, fragmenta epularum, de quibus comederat rex anathemate perculſus, canibus obiecta fuiſſe, ne quis Chriſtianus eorum manducatione ſe pollueret. (k) Anno 1322. Pontifex Ioannes omnes anathemate terrebat, qui dicerent, paupertatem eccleſiae ornamentum eſſe, cum apoſtoli propter Chriſtum cuncta dereliquiſſent. AVENTIN. *lib. VIII. p.* 68. Idem euenit Edoardo regi Brit. quia pontifici non praeſtiterat, quod de itinere, Romam inſtituendo pollicitus erat. Math. WESTMONASTERIENSIS *ad An.* 1049. *p.* 608. Philippus Pulcher iisdem anathema expertus eſt, bellum contra Turcos abnuens. MEYERVS in *Annal. Fland. lib. X. ad ann.* 1096.

(l) Eius-

catam eſſe:(l) ſed quoniam ſomniabat Pontifex, aliisque perſuadere geſtiebat, reges una cum *corona regnum* a ſe accepiſſe(m); non ſine rationibus ordines Hungarici Pontificem certiorem ſecerunt, ſe coronam Stephani Romam, in contumeliam ipſius, remiſſuros eſſe (n), ni confiteretur Pontifex, nihil praeter dedicatum ſeu coronarium *aurum* eſſe, quod rex ipſorum a Pontifice accepiſſet. Olim coram Pontifice Principes ſe demittebant, oſculum pedibus ac manibus (o), neſcio qua pietate uel ſuperſtitione, imprimentes: id uero quia Pontifex (p) ceu debitum uaſalli interpretatus eſt; Carolus V. coronationem ſuam tamdiu diſtulit, tandemque, quum dies coronationis appeteret, milite ſtipatus, occultata bombarda acceſſit, qua Pontificis iniuriam, ſiquid iſte poſtularet huiusmodi (q), coercere poſſet. Atque haec illa Pontificis adfectata auctoritas eſt, quae quantum eius famae detraxerit, pluribus exemplis uerisſimis proditum, quorum ſi nonnulla iam commemorarem; dubito, an aetas noſtra maiorem illis, quam fabulis (r) Aeſopicis, fidem habitura eſſet.

§. II. III.

b] Optimus quisq; ſcriptorum regiam dignitatem contra pontificis impetum propuguat.

§. III. Quod uero arrogantiam pontificis in hac cauſa plurimum debilitauit, teſtimonium illud eſt clariſſimorum uirorum, inter ipſos Pontificios nomina ſua profitentium: qui, quoties Pontifices honori principum infenſi fuerunt; ſtatim horum cauſam egerunt (s), illorum ambitionem, omni ratione maiorem, litteris ſuis in apricum proferentes. En igitur diuina iudicia! nam quamuis meliora ſtudia tum temporis proſtrata, ac propemodum exſtincta iacerent, errores (t) Pontificum contra clariſſimum Dei uerbum ſaeuirent, orbique terrarum miris modis a peſſimis mortalium imponeretur: tamen nec tali tempore fieri poterat, ut Pontifex poteſtate Principes, quamuis omnibus uiribus niteretur, exueret. In gratiam eorum, quorum refert haec adcuratius noſſe, unum alterumue, uti mihi occurret, conſiderandum expromam. Pontifices ſe ſupra Romanos Imperatores elatius ſemper geſſiſſe, extra omne dubium poſitum eſt: quoniam aut melior ſpes (u) inter illos, quam inter alios Principes, emergendi adfulgebat; aut, quod probabilius eſt, quia putabant, ſi praecipuum membrum

Pontificum conatus adverſus poteſtatem Imperatorum.

(l) Eiusmodi dedicatum aurum reges Portugalliae, Aragoniae, Cypri, ipſique Romani Imperatores, tamquam δῶρον θεόσδοτον acceperunt: de qua re *cap. III. et IV. Opuſ. I. de iure reges adpellandi* copioſius egimus. Nec uero hi reges crediderunt, hoc ipſo pontifici occaſionem aliquam iuris et praetenſionis circa regales dignitates praeberi. Sicuti Auguſta Vindelicorum ſibi ius in regna non arrogat, quamuis reges ab artificibus huius urbis coronas ac ſceptra petierint. (m) Apud MARCELLVM et STEVCHVM, quorum libros antea nominauimus, hic error utramque paginam facit: quem caſtigauit Fr. HOTTOMANNVS in *fulm. Bruto tom. III. Monarch. Goldaſt. p. 62.* (n) Secundum teſtim. *Io.* THROWZ *part. II. chron. Hung. c. 84 p. 81. Io.* BODINI *l. 1. de rep. c. 9.* (o) Nullum dubium eſt, quin uana ſuperſtitio plebem, ac paulatim omnia membra Romanae eccleſiae ad huiusmodi caerimonias induxerit, atque coram pontifice inclinauerit. Norunt enim diſcentes ex KEMPIO et HEKELIO de oſculis, hoc antiquiſſimum uenerationis genus fuiſſe. Verum hodie pontificii mitius aliquanto, nec tamen melius interpretantur, dum dicunt, non pontificem HONORARI, ſed crucem in ipſius calceo honorari quo ſignificetur, doctrinam de cruce Chriſti per pedes Apoſtolorum dilatatam eſſe. *Mart. Ant.* MAZZARON *libro de oſc. pedum pontificis cap. 2. et 3. Ioſeph.* STEPHANVS de *adoratione pedum cap. 17. p. 206. Benedictus* BALDVINVS *cap. XXVII. de calceis antiq. pag. 262. Anton.* BYNAEVS *lib. 1. de calc. Ebreor. c. 3. §. 14. p. 64.* (p) Quam ueloces fuerint pontifices, ut ex his caerimoniis rem ipſam producerent, unicum exemplum luculenter demonſtrabit. Quando pontifices alias Imperatorem unxerunt, hic coram altari nixus erat genibus, et iuxta eum pontifex ſtetit. Poſtquam uero Lotharius, ſedente pontifice, in genua proiectus coronam adeptus erat; ſtatim pontifices hiſtoriam hanc pictura expreſſerunt, poſteris hac imagine perſuaſuri; Lotharium pontificis ope imperium ſuum, ceu FEVDVM illius accepiſſe. Vnde Fridericus I. coronari noluit, priusquam pontifex picturam illam remouiſſet, eiusdemque combuſtionem pollicitus eſſet. uide RADEVICVM, FRISINGENSEM, GVNTHERVM, et alios iſtorum temporum ſcriptores. (q) De his *cap. II. Illuſtr. Puſendorf.* mentio facta eſt: quae circumſtantiae utique ſunt eius modi, ut apud uulgares ſcriptores non inueniantur. (r) Videlicet Principes in litis cauſa pontificem adpellaſſe; bella prius non geſſiſſe, quam pontifex addixiſſet; arma iuſſu pontificis depoſuiſſe; coram eo tamquam iudice comparuiſſe; ſtapiam tenuiſſe; apparuiſſe epulanti; regna ſua tamquam feuda tradidiſſe; tanquam clientes ſacramentum dixiſſe; bello Turcico cenſutam pontificis, cui tributum dederint, ſubiiſſe, credentes, quod pontifex reges conſtituere atque ſubmouere poſſit; ethnicorum uero terras iure aliis diſtribuere et quae ineptiarum ſunt generis eiusdem, quas horum temporum ruditas, atque ſuperſtitio, ut et pontificis auctoritas magis magisque augere, certe conſeruare potuiſſet, niſi penitus regum ceruici pedem impoſuiſſet, eoque rem redegiſſet, ut hi contra illum, niſi maieſtatem prorſus conculcatam uellent, inſurgerent, et arto clariſſimorum uirorum libertatem ſuam ſtabilirent: id quod poſtea continuatum ab aliis eſt, ut nunc, detracta larua, ſcelus adpareat. (s) Inſignis quidam theologus priſcae eccleſiae dicit: non conceſſiſſe Deum, ut haereſis eſſet, cuius occaſione non ſimul lumen in eccleſia accenſum fuerit: quibus uerbis innuit, doctrinae de SS. Trinitate tantam fortaſſe non fuiſſe claritatem, niſi Arrianismus, infelix lolium, prouenisset. (t) Purgatorium, indulgentiae, calicis in uſu ſacrae coenae ablatio, interdictum coniugium ſacerdotum, et huius generis alia, in quibus, quamuis multa ſint et abſurdiſſima, tamen omnes in eccleſia Romana conſpirarunt; nec contradicere quisquam, obſtante anathemate, auſus eſt: contra error de IVRE PAPAE IN REGES et regna, ita non potuit omnibus propinari, ut eruditi pontificii uiri non reclamarent. (u) Quia Carolus M. primum a pontifice Imperator pronuntiatus eſt: promti fuerunt ſcriptores pontificii ad concludendum pontificem etiam Imperatorem eum feciſſe: idque Bartholus, Baldus, Immola, de Caſtro, Hoſtienſis, Panormitanus, de Bayſo, Turrecremata, et paene omnes iuris canonici et feudalis ſcriptores docuere: donec Laurentius Valla de

CAP. I. brum Pontifici ſubmitteretur, fore etiam, A ut reliqua confeſtim obtemperarent. Verum enim uero ſi percenſendae rationes eſſent, quas iniere Pontifices, Imperatores poteſtate priuaturi: appareret facillime, utram in partem damnum hinc redundaſſet. Quantum ad ſummam poteſtatem attinet, caput imperii Romani adhuc contra Pontificem ſtat, ſtabitque firmiſſimum; eiusque dignitas tot ſcriptis (x) eruditiſſimis adſeritur: contra Pontifex, dum haec B noua molitus eſt, omnium ſe contemtioni ac ludibrio expoſuit, omnium fidem amiſit, ſuisque hominibus negotium faceſſiuit, utpote qui toti in hoc deſudant, ut dedecus Pontificis, capitis eccleſiae, ſatis per cordatos uiros detectum, ſchedulis ſuis rurſus adoperiant. Interitus ille, quem *Hildebrandus Henrico IV.* parabat, ingentis Romam (y) laetitiae cauſam attulit: uerum Paſchalis II. poſtea demum C intellexit piorum monachorum ſuſpiria, quibus hi Pontificis conatum hinc illinc deteſtabantur (z). Et qui docuerunt apertius, Pontifici nullum prorſus in Principes ius competere, eorum tanta multitudo fuit, ut etiam Pontifices, ne latius pateret ueritas, iisdem *Henricianae* (aa) haereſeos notam inurerent; ratum nimirum habentes, hoc pacto rei modum inueniri poſſe. Summam poteſtatem Friderici I. D quam Alexander mirum in modum extenuabat (bb), Arnoldiſtae, quos uocant, et cum iis Waldenſes ex diuinis Scripturis, amore ueritatis inuitati, acerrime propugnarunt. Qumque poſtmodum iidem luſus Friderico II. fierent: prodiit Mattheus Pariſienſis (cc), Cunradus a Lichtenau, et Petrus de Vineis (dd), quorum induſtria ſcelus omne, quod anhelabant Pontifices, profligatum, Principumque pro- E pugnata poteſtas fuit. Maxime uero in

hoc negotio laudatur opera uirorum celebrium, qua uidelicet prouiſum eſt, ne diſcrimen inter ordinem eccleſiaſticum et politicum ignoraretur. Quum tandem huc audaciae res abiret, ut Pontifices cuncta miſcerent, ac tempore Ludouici IV. palam audiretur, imperatoriam dignitatem penes Pontificem eſſe (ee), qui pro lubitu eadem perfungi, uel in alium transferre poſſet. Quare Wilhelmus OCCAMVS (ff), MARSILIVS PATAVINVS (gg), Henricus CHACHENIVS (hh) Poeta, DANTES (ii), atque plures impulſi ſunt, ut Pontifici ſuam iniuriam audacter exprobrarent. Peropportuna noſtris temporibus horum ſcripta fuere, ut ex iisdem nobiles ſcriptores Pontificii, Herwartus ab HOHENBVRG (kk) et Nicolaus BVRGVNDVS (ll) excerperent, quod *Bzouio* et *Bellarmino*, adulatorum, quos aluerunt noſtra tempora, duumuiris opponeretur. Et poſtquam Lupoldus de BABENBERG, nec non Petrus de ANDLO, ſcriptis ſuis inde a ſaeculo XIV. hanc rem illuſtrarunt, idque argumentum in iure publico probe elaborarunt; tria exacta ſunt ſaecula, ex quo Pontifices, ſatis tandem repreſſi conuictique, contra Imperatoris auctoritatem nihil quidquam ſuſcipere conati ſunt (mm). Superiore tamen ſaeculo rurſus animus illis acceſſit, uiſumque fuit, in alios quosdam Principes ac reges impetum facere, quia contra Germanos, quorum ius ac poteſtas in clariſſima luce uerſaretur, nihil amplius inſidiae Romanae proficiebant. At enim quis non mirabitur, id facinoris iterum iterumque ſuſtinuiſſe Pontificem, quem tamen haud praeteribat, quo animo Philippus Pulcher, Galliae regnum ſtabiliturus, Romani Pontificis mandatum adſpernatus ſit, quibus contumeliis exceperit, quibus uocabulis ipſum Ponti- §. III.

Pontifices poteſtatis in reges Galliae cupidiſſimi.

---

de Bebenburg, de Andlo, et alii hunc errorem ex hiſtoria et ſana ratione refellerent; item Flacius Illyricus tam perſpicue de hac re loqueretur, ut uix ſatis intelligi queat, quid GROTIVM et BELLARMINVM adduxerit, ut amore pontificis contra ueritatem ſtatuerent, quorum alteri VAN der MVELEN ueritatem ſcripto quodam oppoſuit. (x) Plures ſunt, quam centum libri, quos Goldaſtus pro libertate Caeſaris, atque abſoluta poteſtate, *tomis III. in fol.* edidit, quorum titulus MONARCHIA S. R. I. quo ſignificatur, Romanum imperiom manere monarchiam Imperatoris, quoniam in iſto nihil poteſtatis cum pontifice commune habeat. Vide etiam *Simonem* SCHARDIVM *de Iurisdictione S. R. I.* CONRINGIVM de *imperio Romano-German.* et *de Imperatore Romano*, SCHILTERVM de *libertate eccleſiar. Germaniae etc.* (y) Vide ſcriptores eiusdem temporis, BERTHOLDVM Conſtantienſem, auctorem uitae belli Saxonici, quorum ſcripturia pro pontificiboa agitur. (z) Secundum teſtimonium *Lamberti* SCHAFFNABVRGENSIS, *Ottonis* FRISINGENSIS, AVENTINI, etc. (aa) Vide STVMPFIVM *in uita Henr. IV. l. IV. c. 4. pag.* 117. (bb) An pontifex in conſpectu totius concionis hoc agere potuerit, quod in utramque partem diſputatur; ego quidem in praeſenti non iudicabo. Satis eſt, pontificem ſe erga Imperatorem iniquiſſime geſſiſſe, cuius a ſe poteſtatem pendere garriebat. Videatur Radeuicus, Guntherus, Otto de S. Blaſio, et Auentinus, &c. (cc) *In Chronico Angl. lib.* 1. 59. Et hic auctor pontifices uehementer pupugit, cuiua ſcripta in Caſauboni exercit. ad Baron. utramque paginam faciunt. (dd) *Epiſt. l.* 1. *c.* 7. (ee) Importunam bullam pontificis uide apud GOLDASTVM *in conſtit. imp. tom.* 3. *p.* 406. FLAZIVM *de translat. imp. Rom. pag.* 207. (ff) *In tom. Monarch.* GOLDAST. *p.* 206. qoamuis ipſe Imperator ſatis hanc loquacitatem litteris caſtigauit, quae leguntur apud Flacium et Goldaſtum ll. cc. (gg) Impreſſum Baſileae M DC LXXXI. fol. (hh) *In Monarchia* GOLDASTI *tom.* 1. *p.* 200. (ii) *De officio pontificis et Caeſaris.* (kk) *In Ludouico IV. defenſo edit. Monach.* MDCXVIII. 4. (ll) Rariſſimus liber et ſingularis doctrinae, Ingolſtadii et Lugduni typis expreſſus: qui quoniam partus eſt profeſſoris in academia catholica, eo magis admiramur ſcribentis animum. (mm) Niſi quod contra pacem Monaſter. Innocentius auſus eſt, quam auctoritate ſua diſſoloere uidebatur: de quo CHIFLETIVS, *auctor arcanorum pacis Weſtphalicae*, CONRINGIVS inprimis de *pace perpetua Germaniae* egerunt. DORSCHEI etiam tractatus pro firmamento pacis Weſtphal. conſulendi.

§. III. CAP. I.

Pontificem inſigniuerit, (nn) quippe qui A ſe miniſtrum eccleſiae eſſe neſciret, in cuius perſonam nihil minus, quam *poteſtas* in *reges* congrueret. Quum deinde domus *Valeſiorum* Principum extincta eſſet, et Burbonenſis familia, quae ius ſucceſſionis in regno habebat, tali ſe religioni addiceret, quae non magis Pontificem, quam alium epiſcopum ſuſpiciebat: Pontifices ualde irati negarunt, quempiam *corona* dignum cenſendum eſſe, niſi *Pontificem* B eccleſiae caput agnoſceret. Sed hoc Franciſcum *Hotomannum*, *Berchetium*, Ioannem *Serunum* (oo) aliosque ſcriptores excitauit, ut magis arcana Pontificis excuterent, atque ſic totum negotium ex diuino humanoque iure conficerent, ut ne minimum quidem dubium amplius ſupereſſet. Et iure laudibus ornandam puto *Sorbonam*, quae quamuis Romanae religioni deuota erat, tamen hiſce Pontificis C conatibus nunquam ſubſcripſit. LAVNOY (pp), Petrus de MARCA (qq), MAIMBVRGVS (rr), et ex Gallis alii plane crediderunt, mortale peccatum admitti, ſi quis munus illud, quod *eccleſiae miniſtro* demandatum eſt, cum munere *politico Principis* miſceret. Hinc facile ſibi perſuadere hodiernus rex poterat, fore, ut clericis uniuerſis probaretur illa propoſitio, quae aduerſus hanc Pontificis poteſtatem anno D MDCLXXXII. propoſita eſt (ss), quoniam quisque illorum ex ſcripturis illis, quae ſupra citauimus, antea ſatis inſtitui potuit. Ad BRITANNIAE reges quod attinet, ſaepius illos Pontifex olim adortus eſt, eoque compulit, ut *inas* ipſi hoc regnum *uectigale* faceret (tt). Ioannes uero Rex utrumque tandem regnum, *Britanniae* et *Irlandiae*, tamquam *proprium feudum* (uu), Pontifici conceſſit, quod ab eodem tamquam *uaſallus*, *feudi* loco, recepit, qua de re duorum Britanniae ſcriptorum *Hemingfordi* et *Matthaei Pariſienſis* epiſtolae de *inueſtitura* Pontificis cuiuis patent: nec facile tam erit aliquis rerum ignarus, qui cum *Vergilio* (xx) faciat, et in gratiam Pontificis huic ueritati obganniat. Sed nihil prorſus lucratus eſt Pontifex: ſiquidem ex eo tempore Britannia rationes omnes circumſpexit, quibus a tali *domino feudi* liberaretur. Quapropter multi quoque Britanni, ut equidem exiſtimo, tantopere *Wickleuitis* ſtudebant; et *Henricus VIII.* ſi unquam ſuis commodis intentus, poſt alias ex ea ſane ratione a Pontifice paullatim deſciuit, quod in libertatem ſe adſerere, ſuumque regnum *a feudo Romanae eccleſiae* diuellere cupiebat. Quam enim cauſam defectionis eius SANDERVS (yy), RISTHONVS (zz), le GRAND (a), aliique Pontificii adlegant, eadem a FVLLERO; HERBERTO; HOLINGSHEDO; FOXIO; et nuper admodum ex Archiuis Anglicanis a *Gilberto* BVRNETO (b), ſatis appoſite repudiata eſt; patetque exinde, nihil tam eſſe Pontifici contrarium, quam quod in hiſce regnis ei non amplius imperandi copia concedatur. Tolerauit quidem *Iacobus* Pontificios; ſed quum ita toleraret, ut iure iurando confirmarent, *nullum ſe imperantem agnoſcere uelle, praeterquam Regem; Pontificis praeceptionibus* nihil parentem*, id quod liber ille ab *Iacobo* conſignatus teſtatur (c): non tantum Pontificis anathema confeſtim ſubſequutum eſt, ſed etiam ex ſacris litteris alii, *Bellarminus* ſcilicet (d) ac *Becanus* (e) probatum iuerunt, neminem eſſe *ſceptro* dignum, niſi qui *Pontificem* tamquam *ſuperiorem* ſuſpiceret. At proſtant egregia monimenta ipſius Regis (f), uirorumque inclutorum, *Guilielmi* (g), et huius filii Ioannis BARCLAII (h), WIDRINGTONI (i), CASAV-

Pontifices po[teſ]tatis in reges Galliae [inf]idiſſimi.

Pontifex poteſtati regum Brit. infenſus.

§. III.

(nn) Res nota eſt: reſponſio uero ipſius regis *tomo III. conſtit.* GOLDASTI his uerbis habetur: ſciat tua fatuitas, tibi non competere imperium in temporalibus. (oo) Haec ſcripta principio ſeparatim prodiere; poſtea uero a GOLDASTO *tom. III. Monarch. S. R. I.* collecta ſunt. (pp) *In epiſtolis ſuis, hiſtorie acad. Pariſienſ. etc.* (qq) Epiſcopus quidem Pariſienſis, in opere abſolutiſſimo de *concordia ſacerdotii et imperii edit. Pariſ. MDCLXIX. fol.* (rr) *Ludouicus* MAIMBVRG duobus libr. *Traité hiſtorique de l' eſtabliſſement de l' egliſ. de Rome* 1686. *et hiſtoire de pontificat S. Gregorie le Grand* 1686. Contra quem *Caeleſtinus* SFONDRATI, libro quodam, *Gallia uindicata*, perperam ſe oppoſuit. (ss) Res eſt recentis adhuc memoriae, et legi poteſt apud MAIMBVRGVM *d. lib. uel in theatr. Europ. T. XIII. it. Aizemae tom. XII. etc.* (tt) Superius huius rei ſcriptores citauimus. (uu) Secundum teſtem MATTH. PARIS. *ad ann.* 1212. *p.* 195. *Thomam* WIKES *ad ann.* 1213. *p.* 35. HEMMINGFORD. *lib.* 2. *c.* 89. (xx) *Lib. XV. hiſtor. Anglic. lib. 1. p.* 12. (yy) *In hiſtor. ſchismat. Anglic. lib. 1. p.* 12. (zz) Qui SANDERVM continuat. (a) *En ſon hiſtoire de diuorce de Henry VIII. Roy d' Angleterre tom. 1. p.* 23. *ſeq.* (b) Hic in *hiſtoria reformationis Anglicanae*, primum lingua Anglic. ſcripta, deinde in latinam tranſlata, contra obtrectatores pontificios, ita ſcripſit, ut rei ueritas nunc neminem fugere poſſit. (c) Hic enim rex coactionem religionis ſemper, quae fuit ipſius doctrina atque prudentia, reformidauit: quemadmodum liber ille, quem ſua manu ſcripſit, et iuramentum fidelitatis dixit, pulcherrime teſtatur. Idem probat eiusdem *apologia pro iuramento fidelitatis*, contra Bellarminum edita Londini in 4. et poſt Lipſiae, Lugduni Bat. et Hanou. in 8. (d) Primum ſub titulo *Torti*, deinde palam ſub tit. de *poteſtate Papae in* 8. (e) *de poteſtate pontificis in* 12. (f) In dicta *apologia pro iurament. fidelit.* Edita quoque cum *operibus regis* IACOBI, *Lond. fol.* et poſtea Gothae. (g) BARCLAIVS pater, tametſi catholicus erat, candide tamen ac ſincere de poteſtate Papae ſcripſit, et ualde in hoc libro conqueſtus eſt, quod pontificii eſſent ii, a quibus eccleſia damnum acceperit, dum doctrinae huius, de poteſtate pontificis, in rebus politicis, confirmandae ſtudioſi fuerint. (h) Quoniam igitur BELLARMINVS dictum BARCLAIVM ita uellicauit, eiusque librum, ut indoctis fucum faceret, interpolando falſauit: id egit filius *Ioannes* BARCLAIVS, ut parentem a contemtione uindicaret. Cuius *uindiciae pro parente et rege*, Bellarmino oppoſitae ſunt, editae principio in 8. mox *Monarchiae S. R. I. tom. III.* inſertae. (i) In *Monarchia*

GOL-

BONI(k), actandem, opus illud incomparabile Marci ANTONII de DOMINIS (l), quibus illa temeritas haud obſcure caſtigata eſt. Quare ſic habeo, Britannos, etiamſi ſingulis Romanae fidei articulis ſubſcriberent, ſemper tamen in priora tempora reuerſuros eſſe, nec conceſſuros, ut ulla aetas memoriam illius imperii, cui ſubmiſſi fuerant, delere poſſit. Fortiter

Impetus pontificis in Venetos.

etiam reſp. *Venetorum*, quod multum ualuit, Pontificem *Paulum V.* repreſſit, quum enim is ſaeculo XVII. litteras huc ablegaret, reſponſum tulit, eſſe quidem ſe catholicos; nec ueto immemores, quod Pontifex tantum *miniſtraret* eccleſiae, Venetis non *imperaret*, quippe quibus integrum eſſet, *ſibimet* ipſis *Pontificem Venetiis* eligere. Quo dicto quamuis principio motus in Italia excitarentur, multique hanc dictionem in utramque partem uerterent (m): tamen doctiſsimus quisque ad partes Venetorum ſe adiunxit; ceteri uero, quibus cauſa Pontificis commendatior erat, ingenii uitio paene omnes, tantum paucisſimis adulatoribus ſelectis, laborarunt, eamque pronuntiarunt ſententiam, quam non tantum uulgus noſtrum exploſit, uerum ipſi Romani, iique ſapientiores, uehementer indignati ſunt. Quoniam mi-

Scripta de his.

hi contigit, haec ſcripta pleraque uoluere, quae tunc temporis in Italia, et quo ordine prodiere: eorum ſeriem hic loci conſpiciendam dabo. Pontificis partes amplexi ſunt Auguſtinus VIGIANIVS (n), Mr. Chriſtoph. Syluester BRENZO(o), Io. Philipp. MAINARDVS (p), Lelius MEDICES(q), Gregorius SERVANTIVS (r), Rutilius BENZO(r), del BENE DA Monte Santo (t), Gregorio BVONAIVTI da Spilimbergo (u), Bartholomaeo CANBI da SALVTHIO (x), Giu. Antonio BOVIO (y), Niconiaco FILALITEO (z), Baldaſſar NARDI (aa), Bernardo GIVSTI (bb), Paolo COMITOLI Perugino (cc), Ageſilaus MARISCOTVS(dd), NAVAZZOTVS (ee), Bellarminus (ff), Baronius (gg). Cauſam uero Venetorum ſuſceperunt: Ventura VINCENTINVS (hh), Gallo Francus ad Philenetum (ii), incertus auctor contra Caeſarem Baronium (kk), Hieronymus VENDRAMENVS(ll), Annibal CRANCIVS(mm), Nicolaus CRASSVS (nn) Frater FVLGENTINVS (oo), Paulus Venetus (pp), Petrus Antonius F. Paulus, Bernhardus Giordanus, Michael Aynolus, Marcus Anton. Capellus F. Camillus, Fulgentius, qui poſtremi nomina ſua in uno ſcripto profeſſi ſunt (qq); Celebris quidam Anonymus (rr), Ioh. Marſilius (ss), Io. Baptiſt. PALMERIVS

GOLDASTI *tom. III. p. 506.* confer *Rob.* ABBOT. de *poteſtate regia. Haaon.* 1619. (k) In notis *diſſertationibus Anti-Baroaianis.* (l) Is enim doctisſimus uir ipſe confitetur, tum demum ſe ſapere didiciſſe, quum in Archiepiſcopatu ſuo, muneris curam gerens, ex decretis pontificis perſpexiſſet, nihil illi magis, quam ſummam poteſtatem, propoſitum eſſe. Praeclarum opus de republica eccleſiaſtica primum in Anglia editum eſt, ubi auctor ab rege Iacobo praeſidiom petiit; poſtmodum Heidelbergae repetitum. Dolemus merito, celeberrimum hunc uirum non ſolum a proteſtantibus parum adiutum eſſe, ſed etiam ultimos III. tomos iniuria temporum intercidiſſe. (m) Quidnam pontifici cum libera republica in rebus politicis cnmmercii ſit. (n) De *eccleſiaſtica immunitate.* Bonon. 1674. (o) *Speculum, in quo ſummi pontificis imago atriusque gladii ſpiritualis et temporalis, eccleſiaſtici et Politici in toto terrarum orbe demoaſtratur.* Ferrar. 1606. (p) *De priuilegiis eccleſiaſticis pro defenſione Pauli V.* Anconae 1607. 4t. (q) *Diſcorſo ſopra fondameati, e le ragioai delli SS. Veaeziani, per le quali penſaao di eſſere ſcuſati della diſubbidienza, che fanao alle cenſure et interdetto della ſaatita di noſtro ſignor Papa Paolo V.* in BOLOGNA 1606. 8v. (r) *Difeſa della poteſta et immanita eccleſiaſtea* in BOLOGNA 1606. 8v. (s) *De iurisdictione et immuaitate eccleſiaſtica coatra errores in republica Veneta obortos:* Item de *iuſtitia poatificii iaterdicti contra eiusdem reipublicae pſeudo-theologos* RECANETI 1606. 8v. (t) Alla *Dimaada fattagli circa l' eſſito di quel che paſſa al preſente fra la ſantita di Paolo V. et la republ. di Venetia.* In BOLOGNA 1606. (u) *Lettera ad una reuerenda madre Abbadeſſa, del l' interdetto publicato contra il dominio de Venitiani* in BOLOGNA 1606. 8v. (x) *Lettera ſcritta alli ſignori Veaetiani* in MANTOVA 8v. (y) *Riſpoſta alle conſiderationi de padre Maeſtro Paolo di Venetia ſopra le cenſure etc.* In ROMA 1606. 8v. (z) *Aauertimenti acri alla republica di Venetia,* in BOLOGNA 1616. 4t. (aa) *Apologia contro le uane ragioni che impugnano le cenſure del Papa,* in NAPOLI 1607. 4t. (bb) *Difeſa della liberta eccleſiaſtica,* in FERRARA 1607. 4t. (cc) *Trattato Apologetico contra il Doge et Senato Veneto,* in BOLOGNA 1607. 4t. (dd) *Auiſo ſicuro contro il mal fondato auiſo del ſignor Antonio Quirino,* in BOLOGNA 1607. (ee) *Alla republica di Venetia Canzone,* in MILANO 1607. 4t. (ff) *Riſpoſta ſopra l' interdetto della ſantita di noſtro ſignore Paolo V.* in ROMA 1606. EIVSDEM *reſponſio circa ualorem excommunicationum* ibid. (gg) *Paraeneſis ad rempublicam Venetam.* AVGVSTAE VINDELICOR. 1606. 8v. (hh) *Conſilium ſuper controuerſia uertente inter Paulum et rempublicam Venetam.* VENETIIS 1606. liber egregius. (ii) *Pro libertate ſtatus et reipublicae Venetor.* PARIS. 1606. 4t. (kk) *Ad illuſtriſſimum Caeſarem Baronium epiſtola* incerti autoris 1606. 4t. (ll) *Contra Venetae reipublicae detrectatores ac maledicos,* VENETIIS 1606. 4t. (mm) *An iniurias a Paulo V. Venetae reipublicae illatas liceat bello et armis propulſare?* PATAVII 1607. Conſenſu ſuperiorum. (nn) *Antiparaeneſis ad Caeſarem Baronium,* PATAV. 1604. 4t. (oo) In elegaoti *epiſtola de* hac materia *ad uniuerſam eccleſiam catholicam ſcripta,* VENETIIS. 1606. 4t. (pp) *Conſiderationi ſopra le cenſure della ſaatita di Papa Paolo V. contra la ſereniſſima republica di Venetia,* in VENETIA. 1606. 4t. Hic liber poſtea latine tranſcriptus eſt, dignus omnino, qui cum primis legatur. (qq) *Trattato dell' interdetto compoſto dalli ſottoſcritti theologi etc.* In VENETIA. 1606. 4t. (rr) *Riſpoſta d' un Dottore in theologia ad una lettera ſopra il breue di Papa Paolo V.* 4. (ss) *Difeſa della Riſpoſta dell' otto propoſitioni,* in VENETIA. 1606. 4t. it. *Eſſame ſopra breue etc.* in VENETIA. 1607. 4. Operae pretium erat, huius libri latinam uerſionem adornare, quam habemus Geneuae impreſſam, et 1607. in 8v. repetitam.

(tt)

Digitized by Google

CAP. I. §. III.

MERIVS (tt), Fulgentius THOMASSELLVS (uu), Antonius QVIRINVS (xx), Marcus Anton. PEREGRINVS (yy), Thomas BOVIVS (zz), Marc. Ant. OTHELIVS (a), Ioachim. SCHAINIVS (b), Alexander LYSCAS (c), et Anonymi nonnulli (d), qui Pontificis iram extimeſcentes, ueritatem clam ex angulis docuerunt. Hinc facile peruidebunt, qui uolent ac ratione pollent, quid effecerit inſtitutum hoc Pontificis; quam prorſus nihil ipſi profuerit; ſed ita euenerit potius, ut de profana ipſius mente, tot ſcriptis uirorum celebrium delineata, plenae ſint omnium uoces, nec ipſorum quoque pontificiorum lingua conticeſcat. Enim uero ſi ſe continuiſſet, animumque diuertiſſet ab *ambitionis* uitio, dum caput inter *reges* extulit; minus forſitan ſciretur, quanta infirmitate *Primatus epiſcopi Romani* laboraret.

Pontifex inauſpicata hac doctrina nihil profecit.

§. IV. Etſi unus adhuc Status foret, qui ueritatem in hac doctrina fingeret, ſummamque poteſtatem regum penes Pontificem eſſe iudicaret: haberet ſane Pontifex, de quo ſibi gratulari poſſet: ſed quantum apud hiſtoricos eſt; *Pontifices* quidem *reges* paſſim *adorti* ſunt, *ſummouerunt* etiam nonnullos, parentium odio iam antea certis de cauſis obnoxios; mox tamen ipſorum poſteri, uiribus recuperatis, Pontifici contraiuerunt, eiusque lucrandi ſtudium et immaniſſimam ambitionem, damnarunt. Poſſem equidem exemplis id roborare *Imperatorum* Germaniae; Regum *Galliae*; *Hungariae*; ſi magis circuitionum nunc ſtudioſus, quam concinnae lectionis eſſem. Satis erit, hoc indicaſſe, quod regum auctoritas contra Pontifices non maioribus argumentis firmata ſit, atque eo tempore, quo Pontifices regalem dignitatem inconſideratiſſima temeritate uiolarunt. In *Germania* quoque magnus ſcriptorum prouentus fuit, inter quos oc-

Lud. opuſc. tom. I.

§. IV.

A currunt Publiciſtae pontificii, *Hermes*, *Beham*, *Mulzius*, *Beſoldus*, qui ſinguli munus eccleſiaſticum Pontificis, et maieſtatem Rom. imperii, ab ſe inuicem adcurate diſtinguunt. Et huc ipſimet *Itali* ſuam operam contulerunt, atque Romano imperio addictos cohortati ſunt, ut iniquiſſimis Pontificis conatibus occurreretur. Multum Ordines Germaniae, ſi quid iudicio, debent ſequentibus ſcriptoribus, B Franciſco GVICCIARDINO (e), et ante hunc Vincentio CIGAVLDO (f), ac denique Paolo SARPIO (g). Et quamquam GVICCIARDINI liber uitiatus eſt a Pontifice (h), qui paſſim, quod eius genio non adludebat, expungi curauit: tamen ueritas non diu delituit (i), ſed inter alias ſcripturas libro quodam, hunc ſibi titulum praeſcribente: *Monita Politica ad S. R. I. Principes de immenſa curiae Romanae po-* C *tentia moderanda* (k), hominum conſpectui propoſita fuit. In *Galliis* anno M DC LXXXII. huc adactos fuiſſe homines, et quidem ſub poena laeſae maieſtatis, ut ius Pontificis in Regem Galliae, aliosque Principes, in dubium uocarent, immo pernegarent; ſuperius iam iniecta eſt mentio. Itemque notauimus, *Britannos* a *Pontifice* plane deſciuiſſe, quum is contra hos inani ſpe, quam ſibi propoſue- D rat, ac imperitandi ſtudio ſaeuiret. De *Portugallis* accepimus, quod Pontifici, ſucceſſionis (l) litem in regno Portugalliae uentilanti, litteris reſponderint, niſi Pontifex cauſas liberi Status interſtrepere deſiſteret; poſſe ſe tunc Romano Pontifice, et uelle etiam aequiſſimo animo carere, aliumque Pontificem circumſpicere, qui rebus ad ſe nihil pertinentibus, habita muneris eccleſiaſtici cura, ſuperſederet. E Ad idem imitandum *Mazarinus*, quantum intelligo, *hodierno* Regi Galliae auctor fuit (m). Et *Paulus V.* numquid in promtu habet, quod ex cauſa *Venetorum* conſequu-

(tt) *Lettera alli fedeli ſudditi de dominio Venetiano* 1606. 4. (uu) *Le mentite Filoteae, ouero inuettiua di Giouanni Filoteo d' Aſti contra la republica di Venetia*, in PADOVA. 1607. 4. (xx) *Relatio rationum reipubl. Venetae, difficultatibus Pauli V. oppoſitarum*, in VENET. 1606. (yy) *In reſponſo pro decretis reipubl. Venetae* PATAVII. 1606. (zz) *In epiſtola ad Roman. pontificem dehortatoria.* 1607. 8v. (a) *In reſponſo pro decretis reipubl. Venetor.* PADOVA. 1606. 4. (b) *In reſponſo pro decretis reipubl. Venet.* PATAV. 1606. 4. (c) *Epiſtola de Romanae curiae rapacitate ad Card. Baronium.* (d) Proſtat hodieque cum GOLDASTI *tom. III. Monarchiae*, eoque uolum. quod editum Geneuae; *Controuerſiae memorabilis inter Paul. V. Pontificem M. et rempubl. Venetam acta et ſcripta in Villa Sanguincentiana* 1607. 8v. (e) *Libris III. IV. et X. hiſtoriae Italicae.* (f) In opere aureo de *iuriſdictione*, *edit. Lugd. Gallor.* 1516. 8. Auctor ſubtiliſſimas hoc libro quaeſtiones proponit, de praeeminentia eccleſiae; an pontifex ſub praetextu rerum eccleſiarum quiduis agere poſſit? de bello pontificis; an licitum ſit miniſtro eccleſiae, armis diſceptare? an papa ſit ſupra concilium? Tria capitula regalia; quibus auctoritati principum contra pontificem fides conciliatur, id quod copioſe fit atque ſolidiſſime. Vetuſtiſſimus hic liber, qui rarior nunc factus eſt, et ne quidem in bibliotheca Gesneri reperitur, repetitione his temporibus digniſſimus eſſet. (g) Alias ſe *Petrum* SVAVEM ſcribit, in *hiſtoria concil. Tridentini non ignotus.* (h) Hanc artem pontificii callent, et libros illos, quibus ueritas expreſſa eſt, inter indices prohibitorios ſeu purgatorios referunt, hoc eſt, eorum uſum interdicunt, aut mutilatos recudunt: id quod Auentino, Thuano, Burgundo etc. contigit. (i) Florentiae libellus editus eſt trium plagularum in 4. quo ſingula loca, quae pontificii ex Guicciardino deleuerunt, adlegata et ordine diſpoſita ſunt. HEIDEGGERVS etiam nonnulla, in omnibus editionibus Guicciardini non addita, hiſtoriae ſuae papatus attexuit. (k) *Edit. Francof.* 1689. complectitur multa ſcripta ſingularia, ob eximium uſum quouis lectore digniſſima. (l) *Ioan. Caram. de* LOBCKOWIZ hac de re tam in ſuo Philippo prudenti legitimo Luſitaniae rege demonſtrato in fol. quam in eorum ſupplementis in 4. ſententiam ſuam, quamuis theologus pontificius eſſet, pontifici declarauit. (m) De qua re *cap. IV. Illuſtrationis Puſend.* acturi ſumus.

CAP. I. §. V.

ſequutus fuerit? immo uero detrimentum ingens paſſus eſt, propterea quod iis conceſſit; ignominiam uero et contemtionem omnium, quia qua ratione non cederet, nihil reperit meritus eſt.

Sententia pontificis omnibus catholicis regibus moleſta ipſi pontifici non ſalutaris.

§. V. Quoniam ergo tantum abeſt, ut haec doctrina pontifici ſalutaris fuerit, ut potius clariſſimorum uirorum uocibus, ipſorumque pontificiorum unanimi conſentione reclamatum ſit, nonnullis ſimul Ordinibus iſtam doctrinam adſpernantibus: quilibet tandem praeſentire poterit, quid inſequenti tempore *Clementi XI.* euenturum ſit, qui nunc eadem oberrat lyra, qua multi ex anteceſſoribus uſi fuerant, hoc eſt, ſummum imperium appetendo illorum inſtaurat deliramenta. Et enim eſt aliquod arctisſimum uinculum earum ſententiarum, quas inferius ex iuris canonici doctoribus adferemus: ſcilicet Chriſtus terrarum dominus eſt: Chriſtus ſpiritualibus atque politicis negotiis praeſidet, res uniuerſas ordinat ac poſſidet: Chriſtus hanc poteſtatem Petro, et una pontifici uicario tradidit: ſequitur ergo, ut omnis poteſtas a Chriſto non niſi per pontificem impetretur: ſecus enim qui adeptus fuerit, per uim et nefas inuaſiſſe putandus eſt, dignus idcirco, cui pontifex dignitatem armis eripiat, aliumque in eius locum ſufficiat. Hinc ita colligitur: ſi tantum a pontifice poteſtas proficiſcitur; omnes etiam ab eo tituli poteſtatis perueniunt, et omnino tunc fas exigit, ut papa munera diſtribuat, ut coronas imponat: atque ſic omne regnum eſt feudum pontificis: nec per ſe reges, ſed propter pontificem imperant: qui poteſt proinde, ſi quid grauiter aberratum fuerit, illos ab dignitatis gradu praecipitare: et quae ſunt huiusmodi ex conditione iuris feudalis conſectanea, quorum ſeriem ad ſequens caput tranſmittimus. Dum itaque pontificis Breue contra regem Porusſiae pronunciat, contra fas eſſe ac Romana inſtituta, quod iſte regis titulum ſine conſenſu papae uſurpet: ſane non deerunt in aula, e. g. Regis Galliae, qui hanc pontificis ſententiam aduertent. Quid illi Clementi, inquient, cum rege noſtro? an aliquid monſtrari poteſt, quod ab illo huc profectum ſit, quod is iure ſibi repoſcat? Regis uero titulus, quid? Meroueus ille, aliique poſſeſſores huius regni fueruntne legitimi? Mirum profecto cunctis Gallis uidebitur, pontificem, in priora tempora ueluti regreſſum, antiquum obſoletumque errorem errare: dum fingit aliquod temporarium uniuerſi orbis dominium, a Chriſto pontificibus nunquam conceſſum. Suſpicabuntur inde, pontificem Zachariae, a quo rex Childericus exauctoratus eſt, ueſtigia lecturum eſſe, eumque ſe praeſtiturum, qui propoſitiones illas, ab rege contra pontificem an. MDCLXXXII. factas, animum Bonifacii VIII. in Philippum pulchrum gerendo, ceu crimen laeſae maieſtatis interpretetur, regique uaſallo leges praeſcribat et quae praeter ea concluſiones hinc eliciuntur, quas doctores iuris canonici minime diffitentur, ſed aliam ex alia curatisſime deriuant. Expendat haec pontifex cum grege ſuo, decernatque, quid olim his de rebus, praeſertim armis nunc in Italia ſuccedentibus, fieri queat, quantum apud reges Catholicos fidei habiturus, in ipſam eccleſiam iniurius futurus ſit? Profecto reges Catholici omnes ac ſinguli, quotusquisque pontificis perſonam adhuc ueneratur, neceſſarium haberent, ut illa politica iura, quo barbaris ſaeculis prouocarunt pontifices, ex ſcriptis iuris canonici ac feudalis congererent, contenderentque a pontifice, ut is in ſingulos articulos ſententiam ſuam diceret. Horrida ſunt ea legentibus, quae Cardinalis Hoſtienſis, Ventura, Panormitanus, Caſtellioneus, Andreas Butrio, de Caſtro, Turrecremata, de Afflictis, de Lugo, Matthaei, Bellemera, Tellez ceteri de poteſtate Pontificis in Principes orbis ſcriptitarunt. Et ſi uel maxime reperiantur inter Pontifices, qui talia reformident; tamen doctores iuris canonici, ne quid huius iniqui modi ſopiatur, ſtrenue laborant: unde neceſſarium eſſet, uocem eccleſiae Romanae ſuper hac re cognoſcere. Quodſi enim probata fuerit illa ſententia, quae dictis auctoribus placuit: quid magis integrum Pontificibus erit, quam in toto terrarum orbe, ut in eccleſiaſticis, ſic in politicis quoque negotiis, inſtar monarcharum decernere? Et omnino decreuiſſent, dummodo adulatores, iuris ſpeciem exhibentes, ipſam quoque potentiam impertire ualuiſſent. Nec dubium eſt, ſi Principes omnes haec Pontificum coepta pernoſcerent, quin iſtis mature ſe opponerent. Sed nolumus hiſce longius immorari, quoniam ex dictis elucebit, Pontificem Clementem XI, Breue ſuum iniquum euulgando, non tantum contra Poruſſiae regem, utpote qui tale quid regio ſpiritu deſpicit, grande nefas admiſiſſe; uerum contra ipſos reges Catholicos, quibus non poterit ſua dignitas conſtare, niſi doctrinam Pontificis nobiscum repudient, eiusque conatus dicant eſſe perditisſimos.

CAP.

CAP. II.

Regales honores dignitateſque a Pontifice nec peti, nec impertiri poſſe.

§. I.

In doctrinam de pontificis iure circa TITVLOS PRINCIPVM II. iuridice inquiritur.

QVo ueritas ſeſe pluribus commendet, ſemper hoc expedire cenſui, ut qui eandem ſciſcitantur, adcurate teneant, quid inter rationes *utiles* et *honeſtas* diſcriminis intercedat. Vt enim aliquis, qui de iure ſuo *intempeſtiue* ſollicitus eſt, nihilominus in cenſu *bonorum* perſeuerat; contra qui opportuno etiam tempore iniqua adpetit, contra praeceptiones prudentiae non offendit; quamuis et *illius* ſimplicitas inde notetur, et huius accuſetur *iniuſtitia*: ita ex aduerſo quilibet, qui ſibi neutrum ex his in ſuis negotiis praeſtituit, neque *prudentiae* uocabulo, neque *iuſtitiae* dignus habetur, ſed ex humano coetu, tamquam ſtupidus, et exemplum nequitiae, exterminandus eſt. Poſteaquam igitur *ſuperiore* capite ſignificauimus, quanto *dedecori* fuerit Pontifici, quam *inutile*, quantumque ipſius auctoritatem labefactauerit, quod ſupra principes emergere niſus ſit; deinde quam ſit neceſſarium Clementi XI. ſiquidem ſibi ac *Apoſtolicae* ſedi bene conſulere uelit, in poſterum cautius mercari, laruamque Hildebrandi, quam ſumſit, rurſus deponere: nunc demum *ſequenti capite* ius *naturae*, *diuinum* poſitiuum, *ciuile* et *canonicum*, itemque *gentium*, huc accommodabimus, ut *alterum* illud adpareat, Pontificem non tantum *prudentiae* regulas; ſed praeterea cuncta *iura*, quae diximus, ſuis ſordibus, hoc eſt, *irrito Breui* conſpurcaſſe.

[a] Repugnat illa teſtimoniis ſcriptorum pontificiae etiam religionis.

II. Mirifice cunctis in rebus prodeſt, ſententiarum noſtrarum *originem*, unde ducta ſint omnia, et quem in ſingulis praeeuntem ſequamur, non ignorare. Eſt autem hoc illud, quod in paucis forſan deprehendas, quodque limatioris iudicii uiri tantum intelligunt, qui multarum rerum ac librorum uſu, ſumma induſtria, laboribus indefeſſis adepti ſunt, ut ad principia ſua quoduis reducant, a quibus auctoribus depromta ſint ſingula, recognoſcant, et hi, quid iudicauerint, ſuis identidem iudiciis experiantur. Quare quum modeſtiam auctoritatemque omnino mediocrem Pontificum, quos primis ſaeculis numeramus, hiſtoria eccleſiaſtica ſatis nobis adſtruat (n): faciendum putaui, ut *primum* euoluerem *doctorem*, a quo Pontifici poteſtas in titulos dignitateſque *regum* adiudicata eſt. Operoſus is labor fuit, ſiquidem antiqui interpretes barbaro ſtylo et literarum charactere a noſtris diuerſo utuntur; incidi uero in librum *Guilielmi* DVRANDI(o), Mandenſis epiſcopi, anno Chriſti M CC XL. circiter uiuentis, cuius haec uerba legi: *a Domino Papa conſueuit regalis dignitas impetrari.* Qui locus poſtmodum nonnullos adduxit, ut Pontifici *ius declarandi reges* uindicarent.

Durandi iudicium.

At uero id ſcopo repugnat, quem Durandus ſibi praefecerat: loquitur enim dicto loco de *iure unctionis*, quod in eccleſia ſtatuit eſſe Pontificis, qui uel ipſe honoribus iſtis perfungi poſſit, uel aliis id officii committere. Patet hoc clariſſime ex *cap. X. de ſacra unctione*, quo argumento hic utitur Durandus. In eo autem loco Pontifex unctionem Epiſcopo commendat atque omnes rationes exponit, cur haec ceremonia regibus Chriſtianis utilis, cur tamquam remedium diuinioris afflatus, neceſſaria ſit. De titulis autem ac *dignitate regia* nec uola nec ueſtigium ibidem inuenitur. Nec propterea tam efferata mente DVRANDVS eſſe poterat, ut ius *regiae dignitatis* ad Pontificem detorqueret, idque ex eo capite, quo tantum de munere *unctionis* diſceptatur. Colligitur idem ex ſequentibus DVRANDI uerbis, ſcilicet *a quo rex inungatur, ad ipſum pertinet, definire.* Quibus uerbis declaratur, tantum de *unctione* ualere, quod ſuperius expreſſerat. Atque ſic uoce *regalis dignitatis* denotatur *unctio regalis*, et omnino illud, quod permiſcuit barbaries, diſcernendum erit, et ex mente auctoris diiudicandum. Hinc etiam proxime ſequenti ſaeculo factum eſt, ut celeberrimus BALDVS (p), qui ceteroquin pontifici nonnihil largitur, in dubium illud ius uocaret; *Collationes*, inquit, *regalium dignitatum pertinent ad IMPERATOREM; ſed PAPA quantum poteſt, VSVRPAT adſe.* Quibus uerbis eum uiolentum *uſurpatorem* uocat, qui poteſtatem *reges* adpellandi competentem Auguſtis Imperatoribus, ſibi nefariis conatibus arroget. Repetit Baldi uerba, ſed aliquantum titubundus, *Iacobus* ALVAROTTVS(q) his uerbis: *collationes*

Sententia Baldi ſatis cordata.

Aluarottus.

(n) Licet eruditi uiri in eam rem ex inſtituto inquiſiuerint: SALMASIVS praeſtanti opere de *primatu papae*; MORNAEVS in *myſterio iniquitatis*, HEIDEGGER *in hiſtoria papatus, etc.* (o) *In ſpeculo iuris lib. 1. partic. 1. §. 6. de legat. p. m. 45. edit. Lugd. G. 1616. fol.* (p) *De feudis Marchiae ducatus etc. p. m. 21. edit. Lugd. 1556. fol.* (q) *In commentario de feudo Marchiae. §. 1. p. 23. edit. Lugd. 1545.*

CAP. II.

lationes regalium dignitatum pertinent ad Imperatorem: ſed Papa, in quantum poteſt, quotidie uſurpat ſecundum Baldum. Eſt hoc loco mirandum, unde ad hanc rem ſatis animi Baldo acceſſerit, ut Pontifici hoc facinus exprobraret; ſed magis hoc notatu dignum eſt, hanc Baldi ſententiam per *integrum fere ſaeculum*, nullo contradicente, duraſſe: quantum enim ego cognoui, *Matthaeus de* AFFLICTIS (r) anno M CCCC LXX. fere primus inuentus eſt, qui contra eam inſurgeret, abſonasque nonnullas concluſiones elicere geſtiret, cuius haec uerba ſunt: *Collationes* (dignitatum regalium) *pertinent ad Imperatorem. Papa tamen ſecundum Baldum hic, quantum poteſt, uſurpat collationes regalium dignitatum.* * *Abſit igitur, ut dicam, Papam fuiſſe uſurpatorem, et ſic puniri debere, quia qui uſurpat alienam iurisdictionem, debet capite puniri. Immo dico, ad Papam pertinere collationes regalium dignitatum: quia ſi ad Papam pertinet, Imperatorem confirmare et coronare; quanto fortius debent collationes iſtarum dignitatum ad Papam pertinere, quum uacante imperio ad Papam imperium Romanum deuoluatur. Etiam quum imperium ſit in particulari, non uniuerſo; ſed Papa tanquam Dei uicarius iurisdictionem habet in uniuerſo: ita ad eum debet ſpectare collatio regia, non ad Imperatorem. Et Imperator dicit ſe Romanum Imperatorem; tamen Romae non poteſt ſtare*, niſi per tres dies: potius ** uerbo, quam re, dicitur Romanus, maxime quia Papa eſt in poſſeſſione, etiam ex conſuetudine.* Conſideraret aliquis horum uerborum futiles ac ineptas calumnias, ex *editione uetuſtisſima Lugd. MD LX.* excerptas; et nemo facile dubitabit, quin ille ſit criminis *laeſae maieſtatis* accuſandus, ultimoque *ſupplicio* digniſſimus, cuius intra pectus tanta ſuſtentatur nequitia. Attamen intelligetur, Matthaeum huc ineptiarum non deueniſſe, niſi peruerſis argumentis abreptum. Ita enim factum eſt, ut pro hoc dogmate, tamquam pro aris ac focis militaret. Tantum tum uero impudicus homo profecit, dum in Baldum proteruo furore inuectus eſt, ut ex eo tempore nemo repertus in Italia fuerit, qui Pontificem *iuris* adlegati *uſurpatorem* dixerit; quin potius Ioannes *Antonius de* S. GREGORIO (s), cui *Baldi* ſententia non probata fuit, idem proloquutus, et *haereticum* quemuis dixit, qui cum Baldo, eiusque ſimilibus, fecerit. *Dignitates emanant ab Imperatore* (Gregorii uerba ſunt) *uelut a culmine, ſecundum Baldum. Dicit tamen Baldus, quod Papa uſurpet, quantum poteſt: ſed ſalua reuerentia Baldi. Immo ſecundum Catholicam conditionem omnis iurisdictio, omneque imperium* HABITV* *eſt in Papa: quod* HAERETICVM *eſſet dicere, quod ſint duo capita.* Quisquis igitur *anathematis* Pontificii perpenderit rationem, quo uidelicet omnes haeretici ab eccleſia excluduntur, non quaeret jam amplius, quid ſtatuendum de talibus ſit, qui iuris *Canonici* et *Longobardici* feudalis interpretationem exſequuti ſunt, cur potius hiſce placuerit, *concinere* cum *duobus* iſtis auctoribus, uel, quod doctiores fecerunt, ad propoſitam illam quaeſtionem *ſilere*, quam ueri profeſſione ſpem ſalutis, cum temporariam, tum uero maxime aeternam, ſibi praecidere. Tantum illud attingam in praeſentia, quid euenerit Pontifici, quum tempore *Americae* inuentae praetenderet, *Hiſpanis* non licitum eſſe, per ſe nouas terras occupare, ſed fieri hoc *nomine pontificis* oportere: cui terrarum orbis uni ſubeſſet, ab eoque diſtribuendum, quidquid locorum incolerent. His enim ita contingentibus, quum pontifex Hiſpanis ac Portugallis, de finibus inter ſe diſceptantibus, ſuum cuique diſtribuere uellet; accidit etiam, ut celeberrimus ille *Theologus* pontificius in Hiſpania, *Franciſcus de* VICTORIA (t), hanc cauſam capeſſeret, eaque occaſione de iure pontificis circa ius *reges* adpellandi ita ſcriberet: *Patet error multorum ICtorum, et Archiep. Panormitani, Angeli, et Ancho. Syluest. et multorum aliorum, qui putant, quod Papa eſt dominus orbis proprie, dominio temporali, et quod habet auctoritatem et iurisdictionem temporalem in toto orbe ſupra omnes Principes. Hoc ego non dubito, eſſe manifeſte falſum, quum tamen ipſi dicant, eſſe manifeſte uerum. Ego puto eſſe merum commentum in adulationem et adſentationem pontificum. Unde et cordatiores ICti oppoſitum tenent, ut Ioan. Aug. et Hug. Nec diuus Thomas hoc dominium, qui tamen ſtudioſiſſimus fuit auctoritatis pontificiae, unquam tribuit ſummo pontifici. Neque ſolum falſum hoc eſt, ſed ludibrio dignum. Non ergo dat poteſtatem et AVCTORITATEM REGIBVS, quia nemo dat, quod non habet, ipſe autem non eſt dominus, ut probatum eſt; et per conſequens nec FACERE REGES poteſt. Sed haec tamen propoſitio non omnino eſt eadem cum prima: quia fieri poſſet, ut ad Papam ſpectaret, conſtituere reges, licet non eſſet ipſe dominus; ſicut Imperator facit duces, etiamſi non ſit dominus ditionis illorum. Sed dico, quod nec hocmodo IN-STITV-*

Quem damnant Matth. ab Afflictis.

Antonius de S. Gregorio.

§ II.

Contra pontificem Franciſc. de Victoria

(r) *De feudo Marchiae, p. m. 56. edit. Lugd. 1516. fol.* (s) *De feudo March. duc. uel com. pag. 32. edit. Lugd. Gall. 1534. fol.* (t) Pontificius theologus ac profeſſor in Hiſpania, qui duos ſummos uiros, *Dominicum* SOTVM et *Melchiorem* CANVM doctrinis impertiuit. Eius liber ſub tit. *Relectionum moralium* in acad. Ingolſtadienſi editus eſt, iterum a Profeſſore SIMONE prelo ſubmiſſus Francof. 1696. Locus dictus in *relect. I. ſect. V. quaeſt. 1. p. 70. 79.* continetur.

CAP. II. STITVTIO REGVM uel fuerit, uel poſſit eſſe a ſummo pontifice. Et plane hoc eſt fictitium: ſed Gloſſatores iuris hoc dederunt pontifici, quum ipſi eſſent pauperes rebus et doctrina. Hactenus ille Theologus: cuius uerba propterea plenius exſcribenda duxi, quod *Antonius* DIANA (u) tot querelas de Lobkowizio mouet, ac ſi unus is exſtiterit, qui doctoribus iuris feudalis et canonici, eorumque ieiunis opinionibus hoc caſu repugnarit. Interim *Io. Caram. de* LOBKOWIZ (x) ab ipſo Diana Theologus ſapientiſſimus dictus, cauſam defendit regis Hiſpaniae, quando pontifex de ſucceſſione in Portugallia diſputabat. *Iniurios*, inquit, *eſſe crediderem in pontificem omnes illos auctores, qui adferunt, eum titulos regios temporales poſſe concedere; quia quum iurisdictio ipſius ſit ſpiritualis; qua pontifex non poteſt ea attingere, quae fuerint mere temporalia.* Sed occurrit adhuc, qui ante hunc ſcripſit, magnae famae et auctoritatis Theologus pontificius apud Hiſpanos, *Martinus ab* AZPILCVETA, quem alii doctorem Nauarrum dicunt. Ita autem ille (y): *inſertur, quod poteſtas illa ita benedicendi et ungendi reges, ut per eam ſolam quis fiat rex, NON INEST PAPAE, quatenus papa eſt, ſola lege diuina inſpecta.* Et alibi: *Hiſpani a Saracenorum tyrannide ſe in libertatem aſſeruerant; ſua uirtute,* non papae, *ſuos ſibi reges conſtituerunt. Nauarri quidem ſoli auctoritate ſummi pontificis* (en cauſam!) *formam ungendi praeſcribente.* Et haec teſtimonia celebrium Theologorum ſatis ſint: ſiquidem, praetermiſſis illis, qui pontificis dominium in terrarum orbem, ut cap. 1. oſtenſum fuit, refutarunt, ſatis ex *hac paragrapho* manifeſtum eſt, opinionem hanc de iure pontificis *in honores ac titulos regales ſi* theoriam ſpectes, fere uniuerſalem eſſe, quoniam ad Pontificem ius pertinet *cenſurae librariae:* ſimulac autem iſte *poteſtatem* hanc re ipſa tentat, exercetque non deſunt uiri doctiſſimi, quos audiuimus, differentes, qui ſub *praeſidio Principum* in hanc iniuriam acerrime inuehuntur. Et ita non amplius ad cenſuras uel indices prohibitorios attenditur. Quod docet inſtitutum *Philippi III.* Hiſpaniae regis, cuius mandato Cardinalis *Baronii* Tomus XI. Annal. eccleſiaſticorum; utpote in quo ſacra Siciliae iura Hiſpanis negantur, per *lictorem*, ſacer ille et ſub Petri clauibus cuſtoditus liber, publice *combuſtus* eſt (z). Quod quidem coeptum Cardinalis ualde reprehendit, longam inde ſeriem peccatorum mortalium (aa) deriuans; uerum quem haec res Madriti offenderit, adhuc quidem cognouimus neminem. Ex quo conſequitur, ſi Pontifex regibus Catholicis huiusmodi *Breue* oppoſuiſſet, quemadmodum hac tempeſtate aliquid auſus eſt; futurum fine ullo dubio fuiſſe, ut iſti Pontificis auctoritatem pari uultu, atque Rex Poruſiae ſignaſſent, iniuriaeque in argumentum acceptiſſent.

Io. Car. de Lobkowiz.

Mart. ab Azpilcueta.

Contra pontificem Franciſc. de Victoria.

§. III. Ecquis autem erit, qui rei parcat, diuinis pariter atque humanis legibus tam oppoſitae, dummodo praeſidium ueritatis, mentiſque declarandae copiam inuenerit? Hoc ut clare ſignificetur, diſcernendae ſunt *doctorum* ſententiae, ſeu uidendum eſt, quo illi fundamento nitantur, quando de iure Pontificis circa *reges adpellandos* loquuntur. Sunt, qui tantum *VNCTIONEM* (bb) intelligunt, quam Pontifex, ut ſummus epiſcopus et ſacerdos, tanquam negotium eccleſiaſticum, et ſecundum pontificios quoſdam doctores octauum ſacramentum (cc), admini-

Status cauſae formatur in iure pontificis circa adpellationes regum.

(u) *Tom. IX. reſolution. moral. tractat. XII. reſolut. unica de poteſtate pontificis ornandi principes laicos titulo regio. edit. Lugd. Gall.* 1667. (x) *In Philippo prudente legitima rege demonſtrato artic. VII. lib.* 2. *pag.* 120. (y) *In relect. c. nauit. de iudiciis notabili III.* 1. §. 31. *pag.* 125. *et* §. 116. *pag.* 111. (z) Et quum haec Baronii opera Antwerpiae recuderentur, tractatus de *monarchia* ſeparatus eſt; poſtea tamen Pariſiis 1609. 8. ſub tit. *Monarchiae Siciliae*, editus, ſubnexis Cardinalium COLONNAE et BARONII reſponſis: idque propter odium in Hiſpanos factum eſt. Gallis ſine dubio non minus, quam illis, hoc tempore moleſtum. Interim ſunt qui opinantur, Baronium ipſum poſt obitum Clementis VIII. ſucceſſurum fuiſſe, niſi per regem Hiſpaniae, propter hoc ſcriptum impeditus eſſet. (aa) Luculenter hoc patet ex *epiſtola* BARONII *ad Philippum III.* quam *Ioachimus* MORSVS Lugd. B. 1619. 4t. edidit. Scribitur ibidem hoc modo: Videant modo hic aduerſantes, ne in petram impingant, neue a petra contra conterantur. Intelligunt ſero ſaltem laici homines, quanto periculo comprobata a ſede apoſtolica ſcripta condemnent atque proſcribant. Noſcant pariter, quanto indecore non ſine offenſa catholicae ueritatis laica manus clauem ſcientiae, quam ſolius eſſe Petri, catholica profitetur eccleſia, arripuerit, et iudicet atque damnet ſcripta, auctoritate pontificis edita. Cuius eſt ſolius iudicare, probare uel condemnare ſcripta, praeſertim eccleſiaſtica et quae ſunt plures id generis exaggerationes. (bb) Quod ſupra in exemplo ſpeculatoris, DVRANDI, probauimus *cap.* 11. §. 2. Locutio haec ambigua multos decepit. Et Vincentius CIGAVLDVS *capitula de bello Romani pontificis p. m.* 133. ſcribit: Pontificem SPIRITVALES REGES conſtituere, quoties MONACHOS introducat. Eccleſiaſtici homines, inquit, ſont REGES, uidelicet ſe et alios regentes uirtutibus. Ita a Deo regnum habent: prout deſignat corona, in capite eorum poſita. Et hanc coronam habet ab inſtitutione Romanae eccleſiae in ſignum regni Chriſti. Vti raſio capitis eſt ſignum depoſitionis dignitatum temporalium. Diſtinguendum igitur inter coronam reip. et eccleſiae, inter regem in purpura, et regem in pallio, regem in throno, et regem in cathedra. Haec ille. Vltimum hoc genus, quod in benedictione ſpirituali conſiſtit, ad pontificem referendum eſſe, fatetur etiam *Io. Caram.* de LOBKOWIZ *lib.* 4. *quaeſt.* 1. *art.* 3. *p.* 102. qui tamen hoc ipſo ius pontificis circa reges adpellandos non admittit. (cc) *Nicolaus* PLOVE *tract. 6. de ſacramentis c.* 1. Item *Pontifex* INNOCENT. III. *c. un. X. de ſacra unctione.*

CAP. II. miniſtrare debeat: et ita ſentiunt antiquiſſimi prudentiſſimique pontificiorum (dd), quorum iudicium, parum nobis aduerſum eſt: primum, quod ſolos Catholicos reges intelligunt, deinceps quia nihil Pontifici niſi caerimonias miniſtri eccleſiae largiuntur. Aliis autem hoc ius eſt regiae *DIGNITATIS* et auctoritatis collatio (ee), quam ſolum Pontificem impertire dicunt, tamquam primariam inter gentes Chriſtianas perſonam, qua non alia ſit praecellentior, poſtquam ipſimet Imperatores ad huius ſe pedes demiſerint. Et haec opinio neutiquam toleranda eſt, quia Pontificem extra cancellos eccleſiaſtici muneris euagari ſinit, maieſtatemque Caeſaris (ff) et Regum uiolat. Tandem alii (gg) pro regia *POTESTATE* accipiunt; quorum opinione Pontifex terrarum dominus eſt. Itaque eius tergeminam clementiam Princeps aliquis, ducis titulum cum regio permutaturus, implorare debet: primum quidem propter Pontificis munus *SACERDOTALE*, quo regum *VNCTIO* defertur, aut ab ipſo Pontifice, aut eius nomine ab alio quodam inſtituenda: deinde propter ipſius *EMINENTIAM* (hh), quia Pontifex praecipuam perſonam, uti ſupra dictum, inter omnes dominos ac Principes repraeſentat, penes quem eſt iudicare, an Princeps regio titulo dignus ſit (ii): denique propter *IMPERIVM* ſaeculare, quo reſpectu omnes Principatus ſunt feuda Pontificis, ſeu uicarii Chriſti; unde Principes, tamquam uaſalli Pontificis, titulos ſuos mutare, renuente domino feudi, non poſſunt (kk). Ex quo diſcrimine trium harum opinionum elucet, in hac quidem quaeſtione, num Pontifex ius decernendorum regum habeat, conſpirare quamplurimos, quod autem ad fundamentum huius doctrinae attinet, multos in diuerſas abire ſententias. Non exigunt in praeſentia noſtrae rationes, nec temporis ratio fert, ut ſingulas opiniones ſeorſim diſcutiamus, erroremque ſingulis euellamus; ſiquidem et labor alius ſuppetit, et ſaepius uel unicum argumentum tres ſimul opiniones ſubuertere ualet, quas nunc in refutatione coniunctim aeſtimabimus, initium a legibus diuinis facturi, quibus etiam Pontifices ſubeſſe, palam eſt. §. III. IV.

§. IV. Pretioſius quidem eſt ſanctiſſimum Dei uerbum, quam ut in decidendis politicis controuerſiis, niſi ſumma neceſſitas urgeat, ad illud indiſcriminatim prouocandum ſit. Quod tamen ſumma poteſtas a Deo datur, in ſacris litteris propugnatur; isque Dei Maximi uicarius eſt, cui illa conceditur: non ſine ratione hic loci hanc ueritatem adlegabimus. Quod igitur ad praeſens negotium attinet, ſacra ſcriptura inter reges *Iſraeliticos*, quos ſummus ſacerdos *ungebat*, et inter *Aegyptios*, aliosque extraneos, qui coronam ſceptrumque aut ab republica, aut a nullo prorſus *homine* acceperant, nihil in adpellatione, dignitate, poteſtate et auctoritate, diſcriminis obſeruat. Adpellantur utrique uocabulo מֶלֶךְ (ll), et de *Cyro* compertum eſt, quod Deum ipſum regem conſtituerit (mm), quemadmodum *Saulem* et *Dauidem*. Regem *Nebucadnezarem* ſacra pagina prae ceteris regibus praedicat, qui ab ipſo quoque Deo uocatur מֶלֶךְ מַלְכַיָּא *rex regum* (nn), qui gradus dignitatis ſummus apud Hebraeos eſt, nec ullum uocabulum in ſancta lingua deprehenditur, quod ſcriptura ad augendam regum dignitatem, in medio gentiliſmo regnantium, adcommodare potuiſſet. Hinc ſatis liquet, per *unctionem* ſummi ſacerdotis neque conſtitui regiam dignitatem, neque conſtitutam amplificari. Quo circa reges tam ipſa *unctione*, quam *ſacerdotio* Pontificis, ſuperſedere poſſunt. Nam *ſumma poteſtas* in rempublicam regem facit, nec uel pontificis uel alterius declarationem iura hic diuina exigunt. Nec poterit

b] Poſtulatum pontificis reluctatur diuinis legibus.

(dd) DVRANDVS auctor huius ſent. item CIGAVLDVS et alii *dd. ll.* (ee) Huic ſententiae GROTIVS ſuffragatur, *lib. II. de I.B. et P. c. 9. theſ.* 11. §. 4. (ff) Cui doctores iurispubl. ſoli hoc ius tribuunt. *Matth.* STEPHANI *lib.* II. *c.* 3. *p.* 40. *Tob.* PAVRMEISTER. *lib.* II. *p.* 533. CLVTENIVS *in ſylloge* §. 8. *p.* 22. *Dan.* OTTO *cap.* II. *I. publ. pag.* 209. REINKING. *lib.* 1. *claſſ.* 4. *c.* II. NOLDENIVS *de nobilitate c.* II. *n.* 29. SPRENGERVS *in lucerna c.* II. *p.* 87. MAIVS *en ſon etat de l' Empire p.* 1. *dial. p.* 63. SIXTINVS *lib.* 1. *de reg. c.* 4. *n.* 118. *p.* 64. BOCERVS *c.* 1. *de reg. n.* 120. LIMNEVS *lib.* II. *c.* 9. *iur. publ.* in *tomis* item *additionum;* LANSIVS *in orat. pro Ital. p.* 745. COCCEIVS *de inſtitut. regn. Portugall. Q.* 1. *p.* 37. Vt omittam recentiores, LAMPADIVM, MAVRITIVM, SCHARSCHMIDIVM, BECKERVM, HENNINGIVM, SCHWEDERVM, SCHVZIVM, VITRIARIVM, PFEFFINGERVM, AVTHAEVM, TEXTOREM, MVLZIVM, GASTELIVM, BRAVTLACHTVM, BEHAMVM. Quamquam hi omnes, exceptis tribus uel quatuor, uti in aliis materiis, ſic praecipue in quaeſtione de iure reges adpellandi, tantum Limnaei ſummarium exhibent, qui ſi quid in hac quaeſtione ab illo praetermiſſum eſt, id quoque intactum reliquerunt; ut ita hic numerus ſcriptorum labori noſtro de *auſpicio regum* ſiue de iure reges appellandi, nihil profuerit. (gg) Non quidem ut opinatur LIMNEVS *l. c.* quaſi cuiuis regi competat poteſtas, alium regem ordinandi, quod conſuetudines gentium improbant; ſed quod liberum relinquendum ſit ſummae poteſtatis principibus, pro titulis principum, ducum, comitum regalem eligere. Quam materiam nos fortaſſe primum, *cap. III. de iure reges adpellandi*, ex limpidiſſimis fontibus erutam ex inſtituto tractauimus. (hh) Haec ſententia probatur DVRANDO, quod dictum fuit ſupra. (ii) GROTII SCHVLZII *de Polonia nunquam tributaria, aliorumque cogitata ſunt.* (kk) Scriptitant haec de AFFLICTIS, de S. GREGORIO; TVRRECREMATA; DIANA; pluresque doctores iurium feudalium et pontificum Romanorum. (ll) *Daniel.* 2. *v.* 11. (mm) III. *Esrae c.* 1. *n.* 3. (nn) *Dan.* 2. *verſ.* 37.

(oo)

CAP. II

terit unquam ex nouo etiam Teſtamento euinci, regiam, dignitatem a Seruatore ad aliud quidquam, multo minus ad caerimonias Pontificum, reſtrictam eſſe; quin. id potius facile commonſtratur; Chriſtum ac diſcipulos eius exemplis ſuis id egiſſe, ut doctrina V. Teſt. in hac cauſa illuſtrata ſit atque adimpleta. Memoriae proditum eſt ab IOSEPHO (oo), ſcriptore rerum Iudaicarum, Romanos, Iudaicis terris potitos, nullum regem praeter *Caeſarem* agnouiſſe; paullo poſt autem ab Auguſto *Herodem* fuiſſe regem Iſraelis conſtitutum, nullis neque ſummi ſacerdotis, neque Leuitarum caerimoniis adhibitis: idque etiam Seruatorem probaſſe, nemo fortaſſe erit, quin adfirmare debeat. Etenim quum Iudaei captiunculis Chriſtum circumuenirent, ex eo quaerentes, ubi *rex* ipſorum, et quis ille eſſet: non uiciſſim Chriſtus ſummum Sacerdotem rogauit, quis *unctus* ab ipſo fuerit, ſed *monetam* popoſcit, eaque exhibita ſtatuit, ſceptrum de Iuda ablatum eſſe, Auguſtum uero Caeſarem regem Iſraelitis eſſe, etiamſi caput eius nec oleo ſacerdotis *unctum* ſit, nec aliae caerimoniae adhibitae. Ex quibus rurſus perſpicimus, non niſi *ſummam in republica poteſtatem* eſſe, quae regem conſtituat; Pontifici uero leges Veteris et N. Teſt. contrarias eſſe, quando dignitatem hanc ad ſuam *unctionem* atque declarationem reſtringit. Refragatur etiam Chriſti doctrina, dum negat regnum ſuum de hoc mundo eſſe, ſuosque ſic diſcipulos alloquitur: *Reges* huius ſaeculi dominantur; uos uero non item: primus inter uos miniſtrum ſe gerat reliquorum: obſequimini *magiſtratui*, (non *uncto* a Pontifice, ſed) poteſtatem habenti. Et quae ſunt huiusmodi ſacra teſtimonia, quibus uel pueri noſtri contra Pontificios, ſuas opiniones proferentes, obtinere poterunt.

e] *Itemque conſuetudini primitiuae eccleſiae,*

§. V. Traditiones ac ritus ueteris eccleſiae tanti fiunt a Pontificibus, ut etiam his ipſis non ſecus ac diuinis litteris, adhaereſcant (pp). Verum ſi fidem habebimus hiſtoriae, primo millenario poſt Chriſtum natum ſic reperimus. Caeſares ius regem creandi in eccleſia Catholica uſurpaſſe, pontificibus nihil quic-

§. IV. V.

A quam ſalutatis, eorumque caerimoniis praetermiſſis. AVGVSTVS *Ponti* (qq) *Thraciaeque* (rr) reges coronauit, TIBERIVS *Armeniae* (ss); ANTONINVS Pius *Quadorum* (tt), TRAIANVS *Parthorum* (uu), HADRIANVS *Laziorum* (xx) reges. Fuerunt autem iam tum his temporibus pontifices, quos Romani ſcriptores paſſim enumerant. Sed obuertant illi, qui cauſae pontificis fauent, factum id eſſe ab
B *ethnicis* Caeſaribus: at ſatis eſt, ſi tantum demonſtratum fuerit, nihil habere Pontificem, quod maieſtatem regum, ipſius gregi non addictorum, feriat, quia patres priſcae eccleſiae dignitatem *regum exterorum*, ut paullo ante dictum eſt, *ſanctam* habuerunt habet inuiolabilem. Et cum primis notanda eſt Chriſtianorum indoles, qui cunctis uiribus, et quidem inter medias tyrannorum uexationes, hoc allaborarunt,
C ut intelligeretur ab omnibus, *Chriſtianam* religionem *regum dignitati* nequidquam derogare, Caeſarumque maieſtatem ſibi non minus, quam idolorum cultoribus, uenerabilem eſſe. Id quod prae ceteris AVGVSTINVS in opere praeclaro de ciuitate Dei; idemque IVSTINVS Martyr; TERTVLLIANVS; CYPRIANVS; LACTANTIVS; ARNOBIVS; MINVCIVS Felix, et alii doctores eccleſiae probarunt.
D Sed ad Chriſtianorum tempora procedimus, quibus cogoſcemus, nondum illos in pontificem liberaliores factos eſſe. In promtu eſt exemplum regis GALLIAE, cuius intuitu ſimul pontificis facinus contemplari poterimus. *Chlodouaeum* plerique (yy) primum Galliae *regem* numerant. In hoc igitur pontifex reperiet, qualem ſe nunc circa regum auſpicia gerere debeat. Memorabiles in hac hiſtoria cir-
E cumſtantiae occurrunt; omnino digniſſimae, quae in uſum pontificis colligantur. Nam *Chlodouaeus* Chriſtianorum ſacris, Archiepiſcopo Rhemenſi baptizante, initiatus eſt, unctusque ſimul oleo, quod columbam (zz) de coelo tuliſſe in fabulis eſt: ſed de *unctione regia* nullum in annalibus proſtat teſtimonium (a). Quum igitur ad Anaſtaſium Caeſarem Conſtantinopolin perlatum eſſet, Chlo-
F douaeum Chriſto nomen dediſſe, *Caeſar* eum *corona* regis ornauit (b), *Auguſtum*

Lud. opuſc. tom. I. L uocans

(oo) *Lib. XV. antiq. Iudaic. c.* 11: *lib.* 17. *c.* 13. (pp) Ex inueterata conſuetudine pontificii obtendunt, res illas, quae ad Dei gloriam pertinent, praeſcribi poſſe. Calixtus de praeſcription. pontif. (qq) DIO *lib.* 53 *p.* 402. (rr) Nummum huius habemus in opere aureo SPANHEMII *diſſert.* 9. *de praeſt. numiſmat. p.* 129. (ss) VELLEIVS *lib.* 2. *hiſt. Rom. c.* 22. *p.* 2. 3. (tt) Comprobat nummus apud VAILLANT. *tab. XX. num.* 9. (uu) DIO *l. LXVIII. p.* 506. (xx) Nummum uide apud SPANHEIM. *diſſ.* 9. *p.* 836. (yy) GODOFREDVS *de praecedent. reg. Gall. p.* 306. (zz) CHIFLETIVS in *ampulla Rhemenſi*, PATRICIVS in *Marte Gallico &c.* (a) Niſi quod recentiores nonnulli manifeſtos errores admiſceant; unctionem apud baptiſmum cum unctione regia permiſcentes. (b) Loca *Gregorii* TVRONENSIS, *Adonis* VIENNENSIS, HANNONIS, IVONIS, *Matthias* FLAZIVS *cap. IV. p.* 38 *de translat. imp. Rom.* coniunctim edidit. Tantum hic loci referemus uerba *Philippi* BERGOMENSIS *p.* 406. Percepta a Chlodouaeo baptiſmi gratia, Francorum regnum immenſum auctum eſt. Et propterea Anaſtaſius Imperator, quum famam et uirtutes intellexiſſet, repente CORONAM AVREAM gemmis ornatam cum tunica et baltheo eidem ex Conſtantinopoli in Galliam tranſmiſit. Haec Philippus. Ceterum *Anton. Dadinus* ALTESERRA *in lib.* 2. *c.* 36. Gregor. Turonenſis *p.* 82. non habet, cur neget, aut minus glorioſum putet, Chlodouaeum ab Imperatore coronam accepiſſe.

CAP. II. §. VI. VII.

uocans ſe *fratrem*, quem in ſocietatem Chriſtianorum regum laetus adlegit. Aſt uero quid ad haec *Pontifex*? huius quaenam fuere caerimoniae? referrem equidem illas hic loci; ſed quo minus poſſim, *ſilentio* iam hiſtoricorum impedior, qui, quamuis monachi fuerint, nihil memoriae prodiderunt, quod in ſolatium *Pontificis*, et ad eius praetextum iuuandum ualeat. Faceſſat igitur Pontifex longiſſime, et ex hiſce primum percipiat, Chriſtianos reges *unctione* ſua uel declaratione non egere: deinde, ſi uel maxime ſolenni aliqua declaratione uti uelint regalis dignitatis candidati, *Caeſarem* eſſe dignum, non Pontificem, ut iſtos exerceat. IVSTINIANVS Caeſar, ut *Procopius* auctor eſt (c), Aretham Saracenorum regem conſtituit; CAROLVS *Caluus* Duci Boſoni eandem in Arelatenſi prouincia (d) dignitatem contulit: hoc igitur cur tam aequo animo pontifex tulit, ſi potuit tum temporis uel ſi impedire illud debuit? Nec etiam ſaeculo X. reperimus, tanta dementia captos fuiſſe Pontifices, ut uitio uerterent *Henrico Aucupi*, et *Ottoni M.* quod ipſorum auſpiciis *Bohemiae* reges creati ſint (e): nihilominus *Stanislaus* LVBIENSKY (f) contra maieſtatem S. R. Imperii nugatur, ab Ottone III. Poloniae principem Boleslaum anno DCCCCCI. nomine atque auctoritate Pontificis, regia dignitate ornatum eſſe. In quo adfirmando clariſſimis teſtimoniis *Poloniae* ſcriptorum obloquitur, Matthiae de *Mechouia, Sarnicii, Cromeri, Guagnini,* aliorumque multorum: quae res in opuſculo *de iure reges adpellandi*; plenius diducitur (g). Porro ſi pontificibus unquam id iuris tribuendum fuit; qui fit, ut in *Bohemia* (h) et *Burgundia* regum exempla teſtentur, Pontifices a Caeſare precibus impetraſſe (i), ut illi ad regiam dignitatem cleuarentur? quod enim per me facile poſſum, id uero ineptum eſſet, ſi ab aliis, ut fieret, anxie contenderem.

b] etiam iuri naturae

§. VI. Praeterea haec poteſtas, quam ſibi pontifex poſtulat, cum ipſo iure naturae non congruit, quod pontificem non agnoſcit, ſupremae autem poteſtatis principibus libertatem relinquit, pro lubitu titulum uſurpandi, ſtatui ſuo conuenientem. Qui huius rei rationem neque *ſubditis*, neque *exteris* reddere, neceſſe habent. Non *illis*, utpote quibus mandatum pro lege ualet; neque *his*, quoniam prouida natura publicas res ac Principes ita inter ſe copulauit, ut foedus hoc ſanctiſſimum, ſaluis naturae legibus, a nullo diſſolui poſſit, niſi ratio ſingularis adſuerit, alterius ſtatui moleſta, quam uero uſurpatio tituli, ex regiminis indole reſultantis, nunquam ſuppeditat. Quid enim per *Regem* notamus aliud, quam perſonam ſumma poteſtate praeditam, aliis legitime imperantem? Vbicunque igitur *res* ipſa non abeſt, ibidem de *adpellationibus* litem mouere abſurdum eſt. Adeoque aliud ius naturae et gentium introducendum erit, et in omnibus politicis libellis definitiones regis et reipublicae, a populis tot ſaeculis receptae, nunc demum corrigendae uel penitus abiiciendae ſunt, ſi Principes oportet, regis titulum *Pontificis* ope parare, aut ſi poteſtas omnibus principibus deneganda eſt, et ſoli pontifici tribuenda, ut is tantum auctoritate polleat, *regibus* quibusuis, ceu ſuis uaſallis ac beneficiariis leges ſanciendi, quod DEus auertat!

§. VII. Et hanc conſuetudinem omnes omni tempore populi tenuere, ut Principibus abſolutae poteſtatis integrum relinquerent, titulum ſtatibus ſuis accommodatum, proprio iure et ſine conſenſu aut interceſſu Pontificis, adſumere uel mutare: qua in re non idem ſectati ſunt Principes, prout diuerſa fecerunt eorum ingenia. De Theodorico *Gothorum* rege refert THEMISTIVS (k), eum tamquam *contemtionem* ſuae poteſtatis, domini enim uocem maluerat, interpretatum eſſe, ſi quis ipſum *regem* dixerit: ſed in *Auguſto* plane aliam ſpectamus indolem, qui nimirum, ut *poteſtatem* celaret, *regis* adpellationem interdicto publico (l) declinauit. Magnus *Moſcouiae* Princeps non alium titulum, niſi Ruſſorum uocabulum *Czar*, admittit (m): idque cum pace omnium facere iudico. Conſtantinus, nepos Boſonis, regis Burgundiae, ſe propterea titulo *regis*

e] et gentium.

(c) *Lib. 1. de bell. perſ. Pag.* 252. (d) *Ad ann.* 877 REGINO *et annales* BERTINIANI. (e) Conſul. *cap. II. opuſcul. I. de iure reges adpellandi p. 37. ſeq.* citati ſunt. uide interim GOLDASTVM *de regno Bohem. lib. III. c.* 10. (f) *In uitis Epiſcopor. Plocenſium*, qui in eiusdem *operibus Hiſtorico-Politic. pag.* 313. (g) Diſquiſita eſt haec materia per totum cap. 2. nec ibidem furtaſſe ullum exemplum praetermiſſum, quo probari poteſt, Imperatores reges adpellaſſe. (h) Litteras pontif. uide apud *Boleslaum* BALBINVM *lib. 1. decad. 1. miſcellan. Bohem. uolum.* 1. (i) Et quod notatu dignum eſt, illud ipſum anno 1462. contigit. Ex quo clarum eſt, pontificem nunquam ſimpliciter uſum fuiſſe hoc iure, quod eius adulatores adſerebant. Verba ſcriptoris pontificii ſequentia ſunt: Pius II. etc. ex ipſis Imperatoris litteris laeto animo accepimus, eum decreuiſſe, noſtra praeſertim contemplatione, concedere tibi regalem inueſtituram. Super quo in tui fauorem ſaepius ad celſitudinem ſuam ſcripſiſſe meminimus, et quae ſequuntur. Ipſae hae litterae in *epiſt. Aeneae* SYLVII *epiſt. 395. pag.* 608. leguntur. (k) In *oratione ad Valentem p.* 67. Athanaricus Gothorum R. idcirco REGIS adpellationem repudiat; uſurpat indicis tamquam haec quidem potentiae; illa ſapientiae propria. (l) Secundum teſtim. TACITI, SVETON. aliorumque (m) Vid. *opuſc. 1. de iure reges adpellandi c. 2. §. 5. p. 91. 92. ſeq.* Singulare eſt, quod *loc.* REVTENFELS *lib. 2. rer. Moſcouit. c. 2. pag.* 89. adlegat, quum Poloni Ruſſorum Principi auctores eſſent, ut loco nominis Czar uocabulum regis in lingua Polon. latin. graeca, etc. uſurparet, reſpondiſſe eum, cuilibet Principi liberum atque arbitrarium eſſe pro ratione regiminis nomen eligere: nolle ſe titulum aliis obtrudere, nec ut ſibi obtrudatur, concedere.

Digitized by Google

CAP. II. §. VIII.

regis abdicauit, quod regia dona diſtribuere diſplicebat(n). Duces uero *Gothiae*(o), *Longobardiae* (p), *Vngariae* (q), *Portugalliae*(r), *Aragoniae*(s), *Algarbiae*(t), *Nauarrae* (u), *Caſtiliae* (x), *Irlandiae* (y), aliarumque gentium, nomine dominorum, iudicum, ducum, principumque cum *regis* titulo permutarunt, idque propriis auſibus, *Caeſaribus* ac *Pontificibus* usque adeo non impedientibus, ut etiam *regio* honore ſponte illos adficerent. Vnde colligimus, conſuetudines populorum hiſce Pontificis conatibus ſemper inimicas fuiſſe.

f] *Ipſi canonico iuri.*

§. VIII. In iure *canonico*, quo iam nos conuertimus, multa ſe nobis offerunt, quae ſunt ad confutationem Pontificis accommodatiſſima. Licet enim in hoc Pontificis iura probe conſignata ſint, et ſaepius, in ipſorum confirmationem, mendacia ſcriptorum ſubrepſerint; illud tamen Pontifici neque per ſe, neque per bonas conſequentias, poteſtatem *reges creandi* adiudicat: quin potius hos mores Pontificis taxat, quod is uerecundiae fines, dum id ſibi ſumat, tranſiliat. Adducemus loca quaedam, quibus hac de re clariſſime tractatur. Praecipue ſpectandum eſt hoc loco caput *per uenerabilem fratrem X. qui filii ſint legitimi*? Occurrit in hac quaeſtione, quid illud ſit, quod *Pontifex* circa poteſtatem politicam principumque dignitatem, monendum habeat. Perpulchre reſpondet *Innocentius*, non eſſe Pontificis, circa hanc *dignitatem* diſponere, niſi tantummodo in finibus patrimonii Petri; nec uero ibi tamquam Pontificem, ſed qua *Principem* (z), iſtius ditionis. Prouocat ſimul ad regem Galliae, putatque, quemadmodum iſte rerum ſuarum Pontifici nullam reddat rationem (aa), ita ceteris etiam licere, ut ad huius exemplum ſeſe componant. Clarius *Nicolaus*, primus Pontifex Romanus, loquitur, tamque praeclare pro Principum causa ſcribit, ut hi contra Pontificis audaciam nullo ſe melius, quam hoc ſcripto tueri queant, ne ſi quidem hunc canonem ipſi Nicolao in calamum dictitauiſſent. Iudicium Pontificis *in Can. VIII. Quoniam idem Diſt. XI.* ita ſonat: *Chriſtus coeli ac terrae dominus eſt, qui poſtquam ex hoc mundo diſceſſit, curam rerum terreſtrium duobus ſtatibus demandauit, eccleſiaſtico ſcilicet ac politico. Vt igitur horum munerum diſcrimen conſtaret, nec alter in alterius officium ui quadam irrumperet; Seruator ſapientiſſimus terminos utrique definiuit, ita certiſſimos, ut eosdem nemo citra grande neſas prorogare poſſit. Ad eccleſiam, cuius caput Pontifex eſt, pertinet illud, quod eſt ad aeternam ſalutem accommodatum: politicis uero perſonis, quarum praecipua Caeſar eſt, curam rerum omnium, quae ad conſeruandum firmandumque ſtatum publicum pertinent, iniunxit. Quodſi igitur Caeſar aliquid appetat, quod eſt Pontificis; aut uerſa uice Pontifex quaerat, quod Caeſari competit; uterque ſane grauiſſime peccat, Deumque ultorem ſentiet* (bb). Accedant ergo uniuerſi, quibus legum et iuris canonici perſpecta ratio eſt, et quo iure, Pontifici poteſtas in *reges* tribuatur, ſi poſſunt, inueniant: niſi enim probatum fuerit, diſtributionem *regiae* dignitatis ad *aeternam ſalutem* conducere; ſequetur ex iure canonico, ut Pontificem, diſtribuendi cupidiſſimum, mortalis peccati reum iudicemus. Et qui ſecus docent pertinaciter, ad hos omnes illud fulmen peruadet, quod Pontifex legis ſuae transgreſſoribus minitatus eſt (cc). Praecipue uero huc ſpectat, quod auctor *Gloſſae* in canonem ſuperius allegatum ſcribit (dd), hoc decretum ad Iulianum Caeſarem reſpicere, qui *Pontifices* plane abrogare, eorumque munus ad *Caeſares* transferre uoluiſſet: quo factum eſt, ut *Nicolaus* Pontifex librum quemdam ſcriberet, in quo diſcrimen muneris eccleſiaſtici

(n) HEVTERVS *l. 1. rer. Burgund. pag.* 5. (o) HVG. GROT. *ſcript. rer. Gothic. pag.* 70. (p) *Paul* WARNEFRID. *l. 3. de geſt. Longobard. c. 7. p.* 571. (q) Exemplum antiquorum regum Attili aeuo, OSTROCOCSI adlegat *part. 1. orig. Hung. c. 4. p.* 103. De recentioribus uid. *Opuſc I. de iure reges adpellandi c. 3. §. 2. p.* 81. (r) *Ant.* VASCONCELLVS *in Luſit. Acephal*... *p.* 15. 59. alios *Opuſc. I. de iure reges adpellandi c. 3. §. 3. p.* 85. 86 citauimus. (s) *Hieron.* BLANCA *comment. rer. Arag. p.* 615. (t) *Rodericus* SANTIVS *part. IV. hiſt. Hiſp. c. 3. p.* 194. (u) *Ioſeph. de* MORET *antiq. Nauar. C. V. p.* 294. (x) *Alfonſ.* CARTHAGENA in *Anaceph. reg. Hiſpan. c. LXIX. p.* 275. (y) Vbi multae circumſtantiae notandae ſunt. De quibus uid. *opuſc. I. de iure reges adpellandi c. 3 §. 4. p.* 88. 89. (z) Poteſt hoc apoſtolica ſedes in patrimonio Petri. Quid ni etiam in aliis ſtatibus ac regnis? In hoc enim patrimonio et S. pontificis exercet auctoritatem, et ſummi principis exſequitur poteſtatem.. (aa) Inſuper quum Rex Franciae in temporariis ſuperiorem minime agnoſcat. (bb) *Cap. VIII. Diſtinct. XI.* Quoniam idem mediator DEI et hominum Chriſtus, ſic dignitatibus diſtinctis, officia utriusque poteſtatis diſtinxit propria. Volens ut et Chriſtiani Imperatores pro aeterna uita in pontificibus indigerent. et pontifices pro curſu rerum temporalium imperialibus legibus uterentur. Ideo militans Deo, minime ſe negotiis ſaecularibus implicaret; ac ille uiciſſim non rebus diuinis praeſidere uideretur, qui eſſet negotiis ſaecularibus implicatus. (cc) *Can. XI. Generali decreto C. XXV. Q.* 1. Generali decreto conſtituimus, ut exſecrandum anathema ſit, quicumque decretorum cenſuram permiſerit uiolandam. (dd) *Ad cap. Quoniam idem diſt. X.* notat GLOSSA in ſeq. uerbis: Iulianus Imperator uendicabat ſibi IMPERIVM et PONTIFICATVM: quod locum habuit in V. T. Sed dicit Cyprianus: Poſtquam Chriſtus uenit, ſic officia utriusque diſcreuit, ut Imperator TERRENIS; Pontifex COELESTIBVS praeſideret, ne propter duplicem poteſtatem homo ſuperbiens rurſum ad inferna demergatur. Alias quoque Maximilianus I. quod aliis locis oſtenſum eſt, Cardinales huc flectere tentauit, ut ſe pontificem facerent. Et Carolus V. regno propterea deceſſiſſe dicitur, ut pontificis dignitatem capeſſeret.

Digitized by Google

CAP. II.

uocans ac *fratrem*, quem in ſocietatem Chriſtianorum regum laetus adlegit. Aſt uero quid ad haec *Pontifex*? huius quaenam fuere caerimoniae? referrem equidem illas hic loci; ſed quo minus poſſim, *ſilentio* iam hiſtoricorum impedior, qui, quamuis monachi fuerint, nihil memoriae prodiderunt, quod in ſolatium *Pontificis*, et ad eius praetextum iuuandum ualeat. Faceſſat igitur Pontifex longiſſime, et ex hiſce primum percipiat, Chriſtianos reges *unctione* ſua uel declaratione non egere: deinde, ſi uel maxime ſolenni aliqua declaratione uti uelint regalis dignitatis candidati, *Caeſarem* eſſe dignum, non Pontificem, ut iſtos exerceat. IVSTINIANVS Caeſar, ut *Procopius* auctor eſt (c), Aretham Saracenorum regem conſtituit; CAROLVS *Caluus* Duci Boſoni eandem in Arelatenſi prouincia (d) dignitatem contulit: hoc igitur cur tam aequo animo pontifex tulit, ſi potuit tum temporis uel ſi impedire illud debuit? Nec etiam ſaeculo X. reperimus, tanta dementia captos fuiſſe Pontifices, ut uitio uerterent *Henrico Aucupi*, et *Ottoni M.* quod ipſorum auſpiciis *Bobemiae* reges ereati ſint (e): nihilominus *Stanislaus* LVBIENSKY (f) contra maieſtatem S. R. Imperii nugatur, ab Ottone III. Poloniae principem Boleslaum anno DCCCCCI. nomine atque auctoritate Pontificis, regia dignitate ornatum eſſe. In quo adfirmando clariſsimis teſtimoniis *Poloniae* ſcriptorum obloquitur, Matthiae de *Mechouia, Sarnicii, Cromeri, Guagnini*, aliorumque multorum: quae res in opuſculo *de iure reges adpellandi*; plenius diducitur (g). Porro ſi pontificibus unquam id iuris tribuendum fuit; qui fit, ut in *Bohemia* (h) et *Burgundia* regum exempla teſtentur, Pontifices a Caeſare precibus impetraſſe (i), ut illi ad regiam dignitatem eleuarentur? quod enim per me facile poſſum, id uero ineptum eſſet, ſi ab aliis, ut fieret, anxie contenderem.

e) etiam iuri naturae

§. VI. Praeterea haec poteſtas, quam ſibi pontifex poſtulat, cum ipſo iure naturae non congruit, quod pontificem non agnoſcit, ſupremae autem poteſtatis principibus libertatem relinquit, pro lubitu titulum uſurpandi, ſtatui ſuo conuenientem. Qui huius rei rationem neque *ſubditis*, neque *exteris* reddere, neceſſe habent. Non *illis*, utpote quibus mandatum pro lege ualet; neque *his*, quoniam prouida natura publicas res ac Principes ita inter ſe copulauit, ut foedus hoc ſanctiſſimum, ſaluis naturae legibus, a nullo diſſolui poſſit, niſi ratio ſingularis adfuerit, alterius ſtatui moleſta, quam uero uſurpatio tituli, ex regiminis indole reſultantis, nunquam ſuppeditat. Quid enim per *Regem* notamus aliud; quam perſonam ſumma poteſtate praeditam, aliis legitime imperantem? Vbicunque igitur *res* ipſa non abeſt, ibidem de *adpellationibus* litem mouere abſonum eſt. Adeoque aliud ius naturae et gentium introducendum erit, et in omnibus politicis libellis definitiones regis et reipublicae, a populis tot ſaeculis receptae, nunc demum corrigendae uel penitus abiiciendae ſunt, ſi Principes oportet, regis titulum *Pontificis* ope parare, aut ſi poteſtas omnibus principibus deneganda eſt, et ſoli pontifici tribuenda, ut is tantum auctoritate polleat, *regibus* quibusuis, ceu ſuis uaſallis ac beneficiatiis leges ſanciendi, quod DEus auertat!

§. VI. VII.

e) et gentium.

§. VII. Et hanc conſuetudinem omnes omni tempore populi tenuere, ut Principibus abſolutae poteſtatis integrum relinquerent, titulum ſtatibus ſuis accommodatum, proprio iure et ſine conſenſu aut interceſſu Pontificis, adſumere uel mutare: qua in re non idem ſectati ſunt Principes, prout diuerſa fecerunt eorum ingenia. De Theodorico, *Gothorum* rege refert THEMISTIVS (k), eum tamquam *contemtionem* ſuae poteſtatis, domini enim uocem maluerat, interpretatum eſſe, ſi quis ipſum *regem* dixerit: ſed in *Auguſto* plane aliam ſpectamus indolem, quinimirum, ut *poteſtatem* celaret, *regis* adpellationem interdicto publico (l) declinauit. Magnus *Moſcouiae* Princeps non alium titulum, niſi Ruſſorum uocabulum *Czar*, admittit (m): idque cum pace omnium facere iudico. Conſtantinus, nepos Boſonis, regis Burgundiae, ſe propterea titulo *regis*

(c) *Lib. 1. de bell. perſ. Pag.* 252. (d) *Ad ann.* 877. REGINO *et annales* BERTINIANI. (e) Conf. *cap. II. opuſcul. I. de iure reges adpellandi p. 37. ſeq.* citati ſunt. uide interim GOLDASTVM *de regno Bohem. lib. III. c.* 10. (f) *In uitis Epiſcopor. Plocenſium*, qui in eiusdem *operibus Hiſtorico-Politic. pag.* 313. (g) Diſquiſita eſt haec materia per totum cap. 2. nec ibidem fortaſſe ullum exemplum praetermiſſum, quo probari poteſt, Imperatores reges adpellaſſe. (h) Litteras pontif. uide apud *Boleslaum* BALBINVM *lib. 1. decad. 1. miſcellan. Bohem. uolum.* 1. (i) Et quod notatu dignum eſt, illud ipſum anno 1462. contigit. Ex quo clarum eſt, pontificem nunquam ſimpliciter uſum fuiſſe hoc iure, quod eius adulatores adſerebant. Verba ſcriptoris pontificii ſequentia ſunt: Pius II. etc. ea ipſis Imperatoris litteris laetó animo accepimus, eum decreuiſſe, noſtra praeſertim contemplatione, concedere tibi regalem inueſtituram. Super quo in tui fauorem ſaepius ad celſitudinem ſuam ſcripſiſſe meminimus, et quae ſequuntur. Ipſae hae litterae in *epiſt. Aeneae* SYLVII *epiſt.* 395. *pag.* 608. leguntur. (k) *In oratione ad Valentem p.* 67. Athanaricus Gothorum R. idcirco REGIS adpellationem repudiat; uſurpat iudicis tamquam haec quidem potentiae; illa ſapientiae propria. (l) Secundum teſtim. TACITI, SVETON. aliorumque (m) Vid. *opuſc. 1. de iure reges adpellandi c. 3. §. 5. p.* 91. 92. *ſeq.* Singulare eſt, quod *Iac.* REVTENFELS *lib. 2. rer. Moſcouit. c. 2. pag.* 89. adlegat, quum Poloni Ruſſorum Principi auctores eſſent, ut loco nominis Czar uocabulum regis in lingua Polon. latin. graeca, etc. uſurparet, reſpondiſſe eum, cuilibet Principi liberum atque arbitrarium eſſe pro ratione regiminis nomen eligere; nolle ſe titulum aliis obtrudere, nec ut ſibi obtrudatur, concedere.

CAP. II. *regis* abdicauit, quod regia dona diſtribuere diſplicebat(n). Duces uero *Gothiae* (o), *Longobardiae* (p), *Vngariae* (q), *Portugalliae* (r), *Aragoniae* (s), *Algarbiae* (t), *Nauarrae* (u), *Caſtiliae* (x), *Irlandiae* (y), aliarumque gentium, nomine dominorum, iudicum, ducum, principumque cum *regis* titulo permutarunt, idque propriis auſibus, *Caeſaribus* ac *Pontificibus* usque adeo non impedientibus, ut etiam *regio* honore ſponte illos adficerent. Vnde colligimus, conſuetudines populorum hiſce Pontificis conatibus ſemper inimicas fuiſſe.

f] *Ipſi canonico iuri.*

§. VIII. In iure *canonico*, quo iam nos conuertimus, multa ſe nobis offerunt, quae ſunt ad confutationem Pontificis accommodatisſima. Licet enim in hoc Pontificis iura probe conſignata ſint, et ſaepius, in ipſorum confirmationem, mendacia ſcriptorum ſubrepſerint; illud tamen Pontifici neque per ſe, neque per bonas conſequentias, poteſtatem *reges creandi* adiudicat: quin potius hos mores Pontificis taxat, quod is uerecundiae fines, dum id ſibi ſumat, tranſiliat. Adducemus loca quaedam, quibus hac de re clarisſime tractatur. Praecipue ſpectandum eſt hoc loco caput *per uenerabilem fratrem X. qui filii ſint legitimi?* Occurrit in hac quaeſtione, quid illud ſit, quod *Pontifex* circa poteſtatem politicam principumque dignitatem, monendum habeat. Perpulchre reſpondet *Innocentius*, non eſſe Pontificis, circa hanc *dignitatem* diſponere, niſi tantummodo in finibus patrimonii Petri; nec uero ibi tamquam Pontificem, ſed qua *Principem* (z), iſtius ditionis. Prouocat ſimul ad regem Galliae, putatque, quemadmodum iſte rerum ſuarum Pontifici nullam reddat rationem (aa), ita ceteris etiam licere, ut ad huius exemplum ſeſe componant. Clarius *Nicolaus*, primus Pontifex Romanus, loquitur, tamque praeclare pro Principum A cauſa ſcribit, ut hi contra Pontificis audaciam nullo ſe melius, quam hoc ſcripto tueri queant, ne ſi quidem hunc canonem ipſi Nicolao in calamum dictitauiſſent. Iudicium Pontificis *in Can. VIII. Quoniam idem Diſt. XI.* ita ſonat: *Chriſtus coeli ac terrae dominus eſt, qui poſtquam ex hoc mundo diſcesſit, curam rerum terreſtrium duobus ſtatibus demandauit, eccleſiaſtico ſcilicet ac politico. Vt igitur horum mune-* B *rum diſcrimen conſtaret, nec alter in alterius officium ui quadam irrumperet; Seruator ſapientisſimus terminos utrique definiuit, ita certisſimos, ut eosdem nemo citra grande nefas prorogare poſſit. Ad eccleſiam, cuius caput Pontifex eſt, pertinet illud, quod eſt ad aeternam ſalutem accommodatum: politicis uero perſonis, quarum praecipua Caeſar eſt, curam rerum omnium, quae ad conſeruandum firmandumque ſta-* C *tum publicum pertinent, iniunxit. Quodſi igitur Caeſar aliquid appetat, quod eſt Pontificis; aut uerſa uice Pontifex quaerat, quod Caeſari competit; uterque ſane grauisſime peccat, Deumque ultorem ſentiet* (bb). Accedant ergo uniuerſi, quibus legum et iuris canonici perſpecta ratio eſt, et quo iure, Pontifici poteſtas in *reges* tribuatur, ſi poſſunt, inueniant: niſi enim probatum fuerit, diſtributionem *regiae* D dignitatis ad *aeternam ſalutem* conducere; ſequetur ex iure canonico, ut Pontificem, diſtribuendi cupidisſimum, mortalis peccati reum iudicemus. Et qui ſecus docent pertinaciter, ad hos omnes illud fulmen peruadet, quod Pontifex legis ſuae transgreſſoribus minitatus eſt (cc). Praecipue uero huc ſpectat, quod auctor *Gloſſae* in canonem ſuperius allegatum ſcribit (dd), hoc decretum ad Iulianum E Caeſarem reſpicere, qui *Pontifices* plane abrogare, eorumque munus ad *Caeſares* transferre uoluiſſet: quo factum eſt, ut *Nicolaus* Pontifex librum quemdam ſcriberet, in quo diſcrimen muneris eccleſia-

§. VIII.

(n) HEVTERVS *l. 1. rer. Burgund. pag. 5.* (o) HVG. GROT. *ſcript. rer. Gothic. pag. 70.* (p) *Paul* WARNEFRID. *l. 3. de geſt. Longobard. c. 7. p. 571.* (q) Exemplum antiquorum regum Atrili aeuo, OSTROCOCSI adlegat *part. 1. orig. Hung. c. 4. p. 103.* De recentioribus uid. *Opuſc I. de iure reges adpellandi c. 3. §. 2. p. 81.* (r) *Ant.* VASCONCELLVS *in Luſit. Acephal. p. 15. 59.* alius *Opuſc. I. de iure reges adpellandi c. 3. §. 3. p. 85. 86* citauimus. (s) *Hieron.* BLANCA *comment. rer. Arag. p. 615.* (t) *Rodericus* SANTIVS *part. IV. hiſt. Hiſp. c. 3. p. 194.* (u) *Ioſeph. de* MORET *antiq. Nauar. C. V. p. 294.* (x) *Alfonſ.* CARTHAGENA in *Anaceph. reg. Hiſpan. c. LXIX. p. 275.* (y) Vbi multae circumſtantiae notandae ſunt. De quibus uid. *opuſc. I. de iure reges adpellandi c. 3. §. 4. p. 88. 89.* (z) Poteſt hoc apoſtolica ſedes in patrimonio Petri. Quid ni etiam in aliis ſtatibus ac regnis? In hoc enim patrimonio et S. pontificis exercet auctoritatem, et ſummi principis exſequitur poteſtatem. (aa) Inſuper quum Rex Franciae in temporariis ſuperiorem minime agnoſcat. (bb) *Cap. VIII. Diſtinct. XI.* Quoniam idem mediator DEI et hominum Chriſtus, ſic dignitatibus diſtinctis, officia utriusque poteſtatis diſtinxit propria. Volens ut et Chriſtiani Imperatores pro aeterna uita in pontificibus indigerent: et pontifices pro curſu rerum temporalium imperialibus legibus uterentur. Ideo militans Deo, minime ſe negotiis ſaecularibus implicaret; ac ille uicisſim non rebus diuinis praeſidere uideretur, qui eſſet negotiis ſaecularibus implicatus. (cc) *Can. XI. Generali decreto C. XXV. Q. 1.* Generali decreto conſtituimus, ut exſecrandum anathema ſit, quicumque decretorum cenſuram permiſerit uiolandam. (dd) *Ad cap. Quoniam idem diſt. X.* notat GLOSSA in ſeq. uerbis: Iulianus Imperator uendicabat ſibi IMPERIVM et PONTIFICATVM: quod locum habuit in V. T. Sed dicit Cyprianus: Poſtquam Chriſtus uenit, ſic officia utriusque diſcreuit, ut Imperator TERRENIS; Pontifex COELESTIBVS praeſideret, ne propter duplicem poteſtatem homo ſuperbiens rurſum ad inferna demergatur. Alias quoque Maximilianus I. quod aliis locis oſtenſum eſt, Cardinales huc flectere tentauit, ut ſe pontificem facerent. Et Carolus V. regno propterea deceſſiſſe dicitur, ut pontificis dignitatem capeſſeret.

CAP. II. §. VIII.

ſtici non obſure oſtendit. *Geminus* igitur uſus ex dicto canone contra Pontificem reſultat, *primum* quia clariſſime prodit, illum intra fines muneris eccleſiaſtici ſe non continere, quoties ſibi *regum titulos* diſtribuendos ſumat. Deinceps etiam ſcrupulus hic eximitur, an *haereticus*, ſecundum ius canonicum, *regium titulum* uſurpare queat. Nam quia Pontificium decretum id *Iuliano* largitur, Imperatori ethnico; multo minus regalis dignitas iſtorum ſacrorum principi deneganda, quae Chriſtum cauſam ſalutis habent, etiamſi is nomen inter pontificios non profiteatur. Accedit ad haec, quod iſta ſanctio haud caſu *fortuito*, ſed *conſilio* iuri canonico inſerta ſit, et *Canone IV. Cum ad uerum D. XCVI.* totidem uerbis repetita. Item *Can. X. Duo ſunt Diſt. XCVI*; nec non *Cap. XIII. Nouit ille X. de Iudiciis*: ulterius *cap. VI. Solitae benignitatis X. de Maioritate et Obedient.* Qui textus plus lucis ſpargunt, quam ut ſcriptores in papatu reniti ſuſtineant: quorum etiam doctiſſimi quique non potuerunt, quin id ipſum contra Pontificem uehementer probarent. HINCMARVS Archiepiſcopus Rhemenſis, qui circiter annum Chriſti DCCC LXXXIV. uixit, integrum opus de *Differentia regiae poteſtatis et Pontificiae* compoſuit (ee), quo Pontificis inſtitutum ſcite admodum deſtruitur, eidemque in memoriam reuocatur, plus ipſi rerum ſacrarum commiſſum eſſe, quam fortaſſe conſecturus ſit. *Wilhelmus de* OCCAM anno Chriſti M CCCXX ſcribit (ff); Chriſtum diuerſis temporibus conſiderandum eſſe, in ſtatu ſcilicet *humilitatis* altero, in altero *gloriae*. Petrum enim et qui huic in munere ſucceſſerint, non uicarios Chriſti eſſe in ſtatu *exaltationis*; ſed, ut loquitur, *exinanitionis*. *Rudolfus* PRAELLAEVS, anno Chriſti M CCCLXX, tractatu quodam Gallico (gg), *uiginti ſex* rationes collegit, quibus oſtenditur, Pontificem diuinas aeque ac humanas leges uiolare, ſi muneris ſui limites excedat, atque inter *Principes*, quod *imperet*, ſpeculetur. *Auctor* VIRIDARII (hh) in Gallia, cuius liber iam tum anno M CCC LXX. editus fuit, Pontificem iure *creandi reges*, his uerbis excludit: *Papa neque caſualiter poteſt conſtituere regem; ſed ſic eſt, inſtitutio regum pertinet ad imperatorem. Et ſi ipſe fuerit negligens, poteſtas conſtituendi regem non deuoluitur ad Papam, qui, iuxta auctoritatem Apoſtoli et Canones ſacros, non debet ſe ſaecularibus negotiis implicare.* Et ſimiliter poſt eum *Antonius de* ROSELLIS (ii) aliique iuris canonici doctores, litteris ueritatem propagarunt, de quibus ſuperius (kk) a nobis actum fuit. Quo FLAZIVS (ll) etiam inter alios teſtes ueritatis referri meretur. Praeterea notatu digna ſunt uerba *Ioannis de* DRIEDO (mm): *Chriſtus quum praefecit Petrum uniuerſali eccleſiae paſtorem; non abſtulit imperatoribus et regibus ſua regna: neque uoluit, ut poteſtas ac dignitas regalis debeat deriuari et deſcendere ex poteſtate Petri.* Plura teſtimonia in rem per ſe clariſſimam cumulare, ſuperuacaneum duco. Concludimus potius cum uerbis celeberrimi Theologi Romanae eccleſiae, *Io. Caramuelis de* LOBKOWICZ (nn), qui de eccleſiae et ſtatus politici diſcrimine, quod ex iure Canonico hauſerat, ſequentem in modum ſcribit: *Chriſtus in hoc mundo ſpirituale regnum habet, in quo qui praeſunt imperando, docendo, cohortando, redarguendo, omnes REGIO TITVLO digniſſimi ſunt: Nam ipſe Apoſtolus hoc munus uocat REGIVM SACERDOTIVM, id quod per comas, ad coronae figuram tonſas, ſignificatur. Pontifex igitur iure REGES creare cenſendus eſt, eoque reſpectu Caeſaribus merito praeferendus. Etenim ſextum nunc retro ſaeculum numeramus, ex quo Caeſar uix unum Principem ad regis dignitatem extulit: Pontifex uero ſingulis annis tot ſpirituales reges ordinat.* Scilicet quotiescunque in ordinem ſacrum aliquis adſciſcitur, habitu monaſtico ſecernitur, capillus tondetur; toties in *eccleſia rex* inſtituitur, toties etiam Romanus Pontifex ſui iuris exercitium habet: *aureas* autem *coronas* diſtribuere, *Principes* in *ſublimius* faſtigium extollere, in illius perſonam minime conuenit. Et id quidem Pontifici lubentes indulgemus, ceteroquin ex uerbo diuino ſcientes, Chriſtum in regno ſuo ad ſanctitatem in pectore, non ad tonſas comas in capite, reſpicere.

§. IX.

(ee) In libro de *poteſtate regia et pontificia p. m. 6.* (ff) *In diſput. de poteſtate eccleſiae et principum p. 13.* Audiui a ſanctis uiris, duo tempora in Chriſto diſtingui, alterum humilitatis, et alterum poteſtatis. Petrus autem conſtitutus eſt uicarius Chriſti pro ſtatu humilitatis, non pro ſtatu gloriae et maieſtatis. Commiſit enim homini uicario, quae homo ipſe mortalis exercuit. In hoc ſtatu ipſe dixit: regnum meum non eſt de hoc mundo: non uenio miniſtrari, ſed miniſtrare. *Luc. XII.* (gg) *Raoul de* PRAELLES *conſeiller Royal et maiſtre de requeſtes ſur la queſtion: aſſauoir ce la dignité pontificial et imperial ou royal, ſont deux puiſſances, diſtinctees, diuiſees et ſeparees, ſans ce que l'une depende de l'autre.* Vbi auctor diſcrimen ab officio, obiecto, fine, ſubiecto, efficiente, effectu inſtituit accuratiſſime. (hh) Auctor huius operis minus cognitus eſt. Ego certum hoc habeo, fuiſſe illum ex miniſtris regis Galliae, qui pro gloria regis ſui Caroli V. aduerſus pontificem haec ſcripſit. Goldaſtus hunc librum, praefixo titulo, PHILOTHEI ACHILLINI SOMNIVM VIRIDARII, *Monarchiae* ſuae *S. R. I. tom. 1. p. 134.* inſeruit. (ii) Ad *cap. II.* pleniſſimi pretioſiſſimique operis de *Monarchia.* (kk) *Cap. 1. §. 4. p. 146.* (ll) *In catalogo teſtium ueritatis.* (mm) *Lib. II. de libert. chriſtiana c. 2.* (nn) Supra citato *Philippo prudente legitimo Portugalliae rege demonſtrato lib. II. artic. 6. p. 113. it. artic. III. p. 100. porro lib. 4. qu. 1. artic. 3. p. 202.* confer etiam, quae ſupra p. 133. ſcripſimus.

§ VIII.

CAP. II. III. Concluſio huius capitis.

§. IX. Sic igirur *uerbum* Dei, ius *naturae*, mores *gentium*, ipſum ius *canonicum*, praetereaque teſtimonia *ſcriptorum* celebrium, certiores nos fecerunt, pontifici minime concedendum eſſe, ut *politicis* perſonis praecipiant, dignitati eorum modum praefiniant, ipſisque *coronas* imponant: multo minus principis eſſe officium, ut *regium* titulum *Romae* quaerat, nec poſſe quaerere, quin ſimul diuinas leges humanasque uiolet, ſtatus ac ordines miſceat, poteſtatem principum labefactet, regiamque coronam in ſignum ſeruitutis ualere ſtatuat. Nunc illud ſequitur, ut eorum praedicemus ſinceritatem, qui pontificis conatum alicuius iniquitatis arguerunt, aperientes diuinae uindictae praeſagia, niſi pontifex, adhuc ſupra mediocritatem elatus, tandem ab altitudine animi deſiſteret. Scriptor ille Romano Catholicus, auctor Epiſtolae ad *Philenetem* pro *republ. Veneta* (oo). Pontificis facinus exemplo *daemonis* illuſtrat, quem Deus de coelo turbauerit, quoniam ad poteſtatem nimiam adſpiraſſet. *Ventura* VINCENTINVS (pp), celeberrimus iuris canonici profeſſor dicit, pontificem, *ſtatim ut reges creare* cupiat, illi ſe conformare, qui ad Chriſtum dixerit: *haec omnia tibi dabo*, quem uero Chriſtus, ut hoſtem, mox abegerit: quod ipſum ſibi capere principes poſſent, ſeque contra pontificis inſultus opponere. Idem *Vincentinus* et *Paulus* VENETVS (qq) dicunt, peropus eſſe pontifici, probe ſibi caueat, ne *clauem Petrinam* incuruet, aut plane frangat, quando pro ualuis ſacrarum aedium, quo miſſus a Chriſto ſit, principum ſeras ac arces reſerare tentet. Et profecto ſpiritus Chriſti cum ſpiritu pontificis in hoc puncto pugnat acerrime. Ille enim *negat regnum* ſuum de hoc *mundo* eſſe; hic autem, meum regnum *uniuerſus mundus* eſt, uociferatur: ille dicit omnem *poteſtatem de coelo* eſſe; hic autem *Romae coronas* impetrari, nugatur: ille, non ueni, inquit, ut *legem ſoluerem*; hic omnes homines ad ſuos pedes inclinat, ut ibidem *coronas ſceptrumque deponant*, ibidem eius nutu reſumant facti Chriſtiani: ille *magiſtratui* politico iubet *obtemperare*; hic ſe ſupra omnem magiſtratum *extollit*: ille monet, regibus *dandum eſſe*, quod regum ſit; at huius perſtat opinio, *nullum eſſe* regem, niſi quo ſuo coetui addictus ſit. Et quae plures ſunt huiusmodi oppoſitiones, quae partim ex hoc capite, partim ex ſequenti facile colliguntur.

§. IX. I. II.

CAP. III.

Rationes ſcriptorum pontificiorum, quibus ius reges adpellandi pontifici Romano uindicare ſatagunt.

§. I.

Contrariae partis oppoſitio.

SVfficere quidem poſſet ad profligatum hucusque errorem deprehendendum, quod ex iure ſacro ac ciuili ſuperiore *cap.* ſatis, me iudice, commonſtrauimus; quo uero res ſit clariſſima, nihilque dubitationis apud imperitiores reſiduum ſit, aut obſcurius dictum uideatur de *oppoſitionibus* eorum, qui Pontifici ius *adpellandi reges* adſcripſerunt, nunc etiam *iſtas* perluſtrabimus, infirmitatem eorum oſtenſuri. Et quia *Scripturae dicta* primo loco occurrunt, Deum precibus ueneramur, ut nobis inſtituti noſtri gratiam faciat, quod in lucem protrahamus blasphemiam Spiritus S. h. e. diuinae ueritatis ſiniſtram interpretationem ac ſugillationem, quae permultis doctoribus Rom. eccleſiae, ſicut in propatulo eſt, hoc fine placuit, ut poteſtati pontificis praeſidium inuenirent.

a] falſationes dictorum S. Script.

in poteſtate clauium.

§. II. Primo quidem pontificii *clauium* poteſtatem huc detorquent et hoc modo concludunt: Chriſtus Petro poteſtatem his uerbis dedit (a): *Omnia, quod in terris* &c. Nihil igitur eſt, quod non ad Pontificem pertineat; et quo poteſtas eius non porrigatur (b). Atque hoc idem eſt, ac ſi diceretur: *quidquid coronaueritis, regum feceritis* (c) &c. Quid? quod etiam dicant: *Papa omnia poteſt; praeter peccatum* (d). Et alius quidam facilius putat eſſe, ſtatuere, *quid poſſit* Papa, quam inuenire, *quid non poſſit*, niſi id forte unum ignoret, qua ratione figuram *quadrangulam* ſimul *rotundam* faciat (e). Nae iſta ſimplicitas haud poteſt puerorum riſum effugere: prudentiores autem uiri moleſte ferunt, diuinam Scripturam ab hiſce ſuibus ita permiſceri atque conſpurcari. Primum enim Seruator noſter, teſte IO-

(oo) Editus hic tractat. *an.* 1606. Pariſ. in. 4. p. m. 5. (pp) *Tractatu p.* 144. *citato cap. IX. pag.* 175. (qq) Duobus ſcriptis, quorum p. 144. mentionem iniecimus.

(a) *Matth. XVI. uerſ.* 19. *c. XVIII.* 18. *Iohann. XX. uerſ.* 23. (b) MARTA de *Iuriſdictione Part.* 1. *c.* 33. [c] *Ant.* MAZZARON in *tract. de adorat. Pontif. c.* 3. [d] *Martinus* LAVDENS. de *Princip. Quaeſt.* 474. [e] Apud CIGAVLDVM de *Praeeminentia eccleſiae pag.* 23.

CAP. III. §. II. III.

A ANNE (f), non aliud poteſtati *clauium*, niſi *peccata* (g) ſubiecit: tum etiam interpretes paullo liberaliores ſunt, quam per ipſum originalem textum licet. Nam particulae ὃ ἐὰν et ὅσα ἐὰν non *quodque* ſignificant, ſed *ſi quod* (de peccatis illis) remiſeritis aut retinueritis. Similiter uerba ἐν τῷ οὐρανῷ denotant, nihil in hoc dicto de *caeremoniis* Principum agi, quoniam coeli uocabulum, uel uitae aeternae nullatenus ad haec trahi poteſt.

In opere creationis

B INNOCENTIVS III. (h) opera creationis adlegat, dicitque *duo lumina* a Deo fuiſſe condita, *maius* unum, quod diurno tempori praeeſſet; alterum *minus*, quod nocturno. Quo ſignificaſſet Numen ſapientiſſimum, duobus quoque moderatoribus mundum ſubeſſe, *Pontifici* atque *Caeſari*. Quemadmodum omnem *lucem ſol* ſpargeret, ita *dignitatem* omnem atque auctoritatem a *Pontifice* proficiſci.

Luc. 22. u. 36.

C ALEXANDER VIII. dictum illud diſcipulorum Chriſti *ecce duo gladii* (i), de *gemina* Pontificis poteſtate interpretatur, *ſpirituali* et *politica*: unde in pontificis arbitrio poſitum putat, quibus *coronam* auferre, quibus diſtribuere uelit (k). Secus autem AMBROSIVS (l) exiſtimat: *o Domine*, inquiens, *cur emere me iubes gladium, qui ferire me prohibes? cur haberi praecipis, quem uetas promi? niſi forte, ut ſit parata defenſio, et uidearis potuiſ-* D *ſe uindicari; ſed noluiſſe.* LYRA, BEDA, et alii pontificii interpretes S. Scripturae, doctrinam Seruatoris, ſi uerba in crudo, ut aiunt, ſenſu accipiantur, menti (m) eius non reſpondere. Reliquam interpretationem de ſtatu exaltationis Chriſti, cui Pater omnem poteſtatem in coelo acterra dedit, omnia pedibus eius ſubdidit, ut adorent eum omnes terrarum fines, nos

de ſtatu exaltationis.

E iure ac merito, quia Pontifices in ſuam partem rapiunt (n), proſcribimus, et uti indignae ſunt blaſphemiae, ex animo damnamus.

6] Ad auctoritatem iuris can. et doctorum reſponſa.

§. III. Eluſis igitur ridiculis hiſce rationibus, nunc etiam ut *ius diſtribuendi coronas* corruat, neceſſe eſt. Illis enim ſolis hoc ſuperſtructum eſſe, ſolidoque fundamento carere, ſatis ſuperque ex hactenus dictis cognoſcimus. Videamus nunc etiam illos auctores, quorum ſententiis haec

F pontificibus adſcripta poteſtas eſt. Primo loco BONIFACIVM VIII. (o) introducam, ita ſcribentem: *Veritate teſtante, ſpiritualis poteſtas TERRENAM POTESTATEM, reges terrae, INSTITVERE habet.* Hic quum citato capitulo probatum iſſet, quod Chriſtus omnem in terris poteſtatem, ſicuti eam ab aeterno, tamquam uerus Deus, in hunc orbem exercuit, poſt adſcenſum ſuum pontifici reliquerit: concludit inde, libertate gaudere pontificem *creandi reges et ſubmouendi, iudicandi, damnandi, praecipitandi, alios ſurrogandi.* Et huius pontificis, uti uel ipſi ſcriptores pontificii fatentur (p), ue-

B luti ſymbolum erat: *Ego ſum Caeſar et pontifex, non mihi tantum CLAVES Petri, ſed etiam GLADIVS Pauli.* Quamuis etiam Ioann. RVBEVS (q), haud ita pridem hoc egerit, ut ſuſpicione liberaret pontificem et omnium dedecori colorem ſuperaddendo, ſpeciatim quoque *Bonifacium* excuſaret; tamen is alio loco ueritatem, etiamſi id minus intenderet, mirifice

C prouexit (r). Liberrime enim fatetur, Pontifices adhuc poteſtate ſua cum puſillanimitate quadam uſos fuiſſe, nec ab regibus id occaſionis impetraſſe, ut in eorum cauſis ſuffragia ferrent: ſed ſoli Bonifacio id obtigiſſe, ut in cap. 1. *Vnam ſanctam extrauag. comm.* decerneretur, omnes reges infra Pontificem conſtitutos eſſe atque hunc dominum et iudicem habere, unde tunc demum aliquid eſſet pontificiis, quo niterentur. Sed ex hoc ipſo

D manifeſtum eſt, aliquot ſaecula poſt millenarium decurſa fuiſſe, quibus de hoc iure Pontificis *nullum* in iure ſacrorum ueſtigium reperiatur. *Bonifacium VIII.* conſtat, primum fuiſſe, qui circa annum MCCC, [illegible]um ipſum impatiens ardor imperandi [illegible]ſiſſet, aliquid contra *regem Galliae* tentando, ceteris uiam praeiuit. At Rex Galliae *Philippus* gloriam Principum ſtrenue uindicauit: qui litteris ad

E Pontificem datis *ſtultum eum et ineptum dixit, quod coronas regias Romae quaerendas eſſe ſomniarit.* Bullam Pontificis lictoris miniſterio comburi iuſſit, eiusque nuntium contumeliis notatum ſuis regionibus expulit, concilium deinde conuocans, quo Pontifex tamquam haereticus et peruerſus nebulo damnatus fuit. Idem Rex aliis rebus (s) ſignificauit, Pontifices Roma-

F nos facere non poſſe, ut illud inſtitutum Bonifacii contra Principes adlegent. Quod uero *Decretum* illud pontificis, codici iuris Canonici ſemel inſertum, nondum expunctum eſt; non potuerunt illi, qui in uerba pontificis iurarunt, quin eidem ius *regum creandorum* adſignarent: quamuis anti-

[f] *Ioan. XX. u. 23.* Ἄν τινων τὰς ἁμαρτίας. [g] Quid fines alienos inuaditis? quid falcem in alienam meſſem extenditis? in CRIMINIBVS, non in poſſeſſionibus poteſtas ueſtra. D. BERNHARDVS *ad Eug. lib. 1. de conſid.* Adlegat hunc *Bernardus* VINCENTINVS, Theologus eccl. Rom. *c. 11. u. 30. pag. 25.* [h] *Cap. 6. ſolita X. de Maiorit. et obedient.* [i] *Luc. XXII. u. 36. 38.* [k] *Extrauag. Com. unam ſanctam. cap. 1.* [l] uid. *Cornel.* IANSENIVM, epiſcopum Gandauienſ. in *Concordia Euangelica Part. III. c. 133. p. m. 919.* [m] Matth. V. [n] Tranſmiſſis ueteribus Gloſſatorib. in Canones, miror *Iulium* CARTHARIVM Tract. de *Immunitate Eccleſiaſtica.* Romae 1648. omnis generis errores in Italiam reuocaſſe, qui prioribus temporibus inualuerant. [o] C. 1. Vnam ſanctam Extrauag. de Maieſtate et obed. [p] Cuſpianus, Ferronus, Maſſonius &c. [q] In uita Bonifacii VIII. edit. Romae 1651. 4t. [r] *Lib. 1. c. 9. p. 102. libri citati.* [s] Modo citatus RVBEVS *lib. II. c. 19. in uit. Bonif. VIII.*

Digitized by Google

CAP. III. § III.

antiquiſſimi doctiſſimique Gloſſatores non idem ſuſtinuerint adſirmare, ſed potius contra mentem Bonifacii uerba haec, *ſpiritualis poteſtas terrenam poteſtatem inſtituere habet*, tantum ad *unctionis* munus, ſecundum exemplum Speculatoris DVRANDI, adplicarunt. Ita enim illa Gloſſa h. l. habet: *Spiritualis poteſtas poteſtatem terrenem benedicit, ſanctificat. Et patet ex Canone Bibliae, primum a DEO ſacerdotium inſtitutum eſſe: et poſt iubente Domino per ſacerdotem* (is igitur non alio, quam miniſtri munere functus eſt) *regalis poteſtas ordinata eſt.* Nihilo tamen ſecius permulti hominum, qui non tam Pontificis auctoritati, quam ſuis commodis ſtudebant, barbaris illis temporibus reperti ſunt, ui ſceleratis opinionibus, ultra citraque diſſeminatis, orbem inficerent. In his *Henricus de* SEGVSIA (t) ſe offert, alio cognomento Cardinalis Hoſtienſis, qui negat apertiſſime, poſſe aliquem *iure regem uocari*, niſi Romana ecclesia regnum impertiat. Quem ſenſum *Lucas de* PENNA (u) repetit, *nomen*, inquiens, *regis eſt generale. Vnde clerici etiam uocantur reges, i. e. ſe et alios bene gerentes*, (x), *et quilibet dominus rerum ſuarum dicitur rex, qui habet regnum ab eccleſia Romana, ut dicit Hoſtienſis.* Hunc etiam et *Matthaeus ab* AFFLICTIS (y), Io. *Ant. de* S. GREGORIO (z), MARTHA (aa), *Seraph.* FREITAS (bb), VASQVEZ (cc), TVRRIANVS (dd), SALAS (ee), BOSSAEVS (ff), MASTRILLVS (gg), TVRREBLANCA (hh), IVLINVS CARTHARIVS (ii), ANTONIVS DIANA (kk), *Chriſt. Sylueſter* BRENZO (ll), *Io. Philipp.* MAYNARDVS, (mm), SANDERVS (nn), *Thom.* STAPLETONVS (oo), Tib. DECIANVS (pp), Thom. BOZIVS (qq), Fuluius PACIANVS (rr), et alii plures facile ſequuti ſunt. Sed omnia haec *nomina* quanta etiam apud ſuos ſint, nos non adducent, ut *Pontificis poteſtati* eo maxime paſſu, quo *regios* honores ſiue *titulos* uolunt, contra ſcripturam S. et humana iura uel minimum indulgeamus. *Primum* enim haec res ad Principes abſolutae poteſtatis attinet, quorum ius ratione nititur, et quos errantium auctoritas non obcoecat. *Deinde gloſſa* iuris canonici (ss) habet, quod *ſancto uiro non ſit ſemper credendum*, praeſertim ubi nemo ſcriptorum pontificiorum reperiatur, qui non utilitate ſua inductus, aut timore praepeditus, Pontifici ſuffragatus ſit. Et clariſſimus quidam Profeſſor iuris canonici ſic ipſe iudicat, quodſi tantum *eccleſiae commoda* ſpectarentur, medio tunc die lucerna opus fore (tt), ut inter doctores iuris canonici *pietas* eruatur. *Porro* doctrina non expers eſſet periculi, ſi Pontifex, pro lubitu poteſtatem adaucturus, *chartis* tantummodo rem conficere poſſet; ita enim breui foret, ut Principum nomina, regumque penitus abolerentur. Quare non *imperatoria* duntaxat iura (uu), ſed ipſi quoque doctores ſtatuunt (xx), *Papae in propria cauſa non eſſe credendum, quum in re propria, naturae etiam iure, nemo debeat eſſe iudex neque teſtis.* *Quarto* denique doctores alii ex medio papatu (yy), ſupra commemorati ſunt, qui multo liberius ueritatem ſcriptis profeſſi ſunt. Nec poſſum hoc loco, quin illis incorruptum *Cardinalem* de LVGO (zz) opponam, qui dicit, *doctores quidem iuris canonici*

(t) *Ad cap. XXXIV. Venerabilem X. de electione et electi poteſtate tom. I. oper. p.* 307. edit, Argent. 1512. (u) *In commentar. ad L. unicam C. de conductoribus et procurat. p. m.* 126. edit. Vien. 1512. (x) Quemadmodum ipſum ius Can. loquitur *Can. VII. duo ſunt cauſ. XII. q. 1.* (y) Cuius ſupra ſententia citata eſt *c. II. p.* 151. (z) *Vid. cap. II. §. 2. p.* 151. (aa) In tractatu de *iurisdict. part. 1. c. 23. n. 1.* ubi dicit: Papa habet potentiam ex cauſa temporali reges deponere et reges inſtituere. (bb) De *imp. iuſto Aſiat. cap. 6. n.* 33. infertur ex eadem indirecta pontificis poteſtate poſſe ſummum pontificem principibus catholicis et bene meritis titulos et inſignia regia concedere. (cc) In *opuſc. de reſtit. c. 6. §. 51. dub. 1. n.* 14. 15. additur ibidem: Vbi papa aliquem decorat titulo regio, ibi conſequitur poteſtatem tributa imponendi. Quamobrem reges Hungariae, Aragoniae, Nauarrae, Portugalliae, pontifici non debent largiri, quod regis titulus ab ipſo donetur; alias ſe tamquam uaſallos ſubmittunt. (dd) *Diſput. XLIV. num.* 8. qui cum VASQVEZIO eodem modo argumentatur. (ee) *De legib. diſp. VII. ſect. 4. n.* 31. (ff) *De auctoritate in reges impios c. IIX. n.* 7. (gg) *De magiſtratib. l. c. 2. num.* 6. (hh) *In praxi iuris ſpiritualis l. XV. c. 2. n.* 90. (ii) *Tractat. pro immunitate eccleſiaſtica c. III. §.* 279. ubi alii de hac ſententia ſcriptores adlegantur. (kk) *Tom. IX. reſolut. tractat. XII. p.* 469. miror eum antiquiores non inueſtigaſſe, quam amicum ſuum LOBKOWIZIVM. (ll) *In ſpeculo pontificis c. VII p.* 25. (mm) *De priuilegiis eccleſiae artic. 3. p.* 49. Hic uero crimen falſi admittit, adlegando Franciſcum a Victoria, qui non fouet hanc opinionem, ſed deuouet. uid. *cap. II. p.* 152. (nn) *Lib. II. de uiſibili monarchia c. 4. p.* 286. ab illo die quis uere rex ſit, quem pontifex rite conſecrauit. (oo) *In admirand. Rom. eccleſ. lib. II. c.* 1. Hic mirum in modum praedicat eorum dignitatem, qui coronam dedicatam, (quam ab iure reges adpellandi non diſtinguit) a pontifice accepere. (pp) *Conſil. XIX. num.* 114. *uol.* 3. (qq) *De ſtatu Italiae aduerſ. Machiauell. cap. III. p.* 279. Quo loco auctor omnes populos aduocat, ut de maieſtate urbis Romae iudicium ferant, an ea tanta fuerit unquam, quanta ſub pontificibus, a cuius manu principes omnes dignitatem regiam impetraturi accederent. (rr) In tractatu de *probationibus lib. II. cap. 35. p.* 569. Qui locus ualde eſt memorabilis (ss) *Ad Can. 10. ſi is, qui praeeſt c. XI. q.* 1. (tt) *Vincentii* CIGVALDI uerba, capitulo de auctoritate eccleſiae et gladio ipſius. Vbi ſunt, inquit, uiri eccleſiaſtici, qui talem conſcientiam habent, immo extorquendo per fas et nefas applicando eccleſiae, quaerunt intrare regnum Dei. Ego tamen neminem nomino. (uu) *Integro titulo C. ne quis in ſua cauſa iudicet. l. X. C. de teſtibus.* (xx) *Ventura* VINCENTINVS *cap. II. conſilii ſuper controuerſia Venet. n.* 24. *p.* 82. (yy) *Cap. II. §. 2. p.* 152. (zz) *Tom. II. de iuſtit. diſput. XXXVI.*

CAP. III.

nici ſibi negotium faceſſere, ut hoc de iure A *Pontificis inter omnes conſtet: uerum ſe non poſſe perſpicere, in quonam totius diſputationis utilitas conſideretur.* Aut enim Principem abſoluta poteſtate gaudere; aut alteri ſubiectum eſſe. Si illud fuerit, nunquam eum, penes quem rerum ſumma ſit, conceſſurum eſſe Pontifici, ut is titulum uaſalli ſui amplificaret, ſin alterū, nihil impedire, quo minus Principes *regium titulum propria* facultate, alterius poteſtate B poſthabita, adſumerent atque uſurparent.

(c) *An ſuperior locus pontifici ius creandi reges inferat.*

§. IV. GROTIVS uti frequenter a partibus (a) Pontificis ſtetit, ita in hoc etiam puncto, quod attigimus, illius poteſtati fauet, cuius ingenioſe firmamentum meditator. Fundamenti loco ponit, quod omnes Principes, excepto nemine, uniuerſali quodam iure gentium inter ſe coniuncti ſint, unam quaſi ſocietatem conſtituentes. Vt igitur declaratio *di-* C *gnitatum* in quolibet ſtatu a *praecipua perſona* fieret: ſic etiam putat *imperatorem et Pontificem dignisſimas* perſonas eſſe, per quas Princeps aliquis, *regium titulum* ambiens, proclametur (b): ſiquidem nullus exiſteret, quin has *duas* perſonas ſupra Principes omnes collocaret. Circa quam ſententiam licet hoc moneri queat, quod iſta copula inter Pontificem ad Principes multo ſit infirmior, quam ut hos ad eius- D modi ordinem adſtringat; deinde quod dignitas Pontificum Intra regna Romano Catholica concluſa ſit; quod praeterea multi Principes Catholici regis titulum poteſtate *propria*, non auctoritate *Pontificis* (c) aut *Caeſarum*, uſurpauerint; denique quod ipſi Imperatori huiusmodi collega diſplicere poſſit: tamen tenendum hoc erit, neque cordatiores pontificios ſcriptores, neque illos, qui purioribus ſa- E cris addicti ſunt, Pontifici *ſupremum locum* eo ſenſu attribuere; uel unquam attribuiſſe. Marcus Anton. MAZZARON. (d) et Ioſeph. STEPHANI (e) integros quidem libros de praelatione Pontificum ediderunt; uerum h. l. ſciendum eſt, quantum inter *ceremoniale*, quod uocant *Pontificium*, et gentium ſolennia diſcriminis ſit et quam inepte in exemplum iuris trahatur, quorſum unum ſaepius aut alterum per- F mouit religio et ſuperſtitio. Caeſar *Rudolphus*, Comes Habſpurgenſis, quum tempore quodam uenationi uacaret, *monachum* uidiſſe dicitur (f) in uicinum pagum prodeuntem, ut aegrotanti ruſtico extrema unctione ſubueniret. Hoc Caeſar audito ex equo deſiliit, monacho ſedem conceſſit, et iuxta equum ſiniſtro latere cucurrit, quia nefas ducebat, ſi quis animarum curam gerens non praeferretur illi, qui tantum leporibus captandis inſiſteret. Ecquis autem tanta dementia ca- B ptus eſt, qui ex his concludat, monachos Imperatori in ordine politico ac ciuili praeſerendos. Similiter apud LIPSIVM eſt (g), Romanum Imperatorem *Carolum V*, actum Academicum Louaniae concelebrantem, *Academiae Rectori ſupremum locum* conceſſiſſe his uerbis: *ito nam tua regna nunc incipiunt.* Num idcirco dicemus, Imperatorem infra dignitatem Rectoris Louanienſis conſtitui? Aeque in- C conditum illud eſſet, ſi quis Principem aliquem ſingulari pietate, uel etiam ſuperſtitione ductum, Pontifici dextram praebere cerneret, atque ex hoc concluderet, poteſtatem ex iure praerogatiuae deriuatam ab Imperatore ad Pontificem tranſiſſe. Nae illud tam eſſet abſonum, ac ſi quis crederet, Imperatrici ius Principes decernendi competere, quod ad dexteram Imperatoris conſediſſet. Et quia ſaepius D monuimus, *eccleſiaſtica* munia cum ordinibus *politicis* non miſcenda (h), ſed ab iſtis ſeparanda eſſe; praeterea Philippus MORNEVS, (i), Claudius SALMASIVS (k), HEIDEGGERVS (l), aliique uiri celeberrimi, (m), ſatis ſuperque perſpectum dederunt, Pontifici ne in ipſa quidem eccleſia praerogatiuam deberi, ſicuti nec Patriarcha Conſtantinopolitanus, nec epiſcopi Aſiatici ſuperiorem illum ferunt: utique opus E erit, ut Pontifex inter hos litem prius componat, quam ulterius procedat. Habebit ille profecto, qui aduerſus ſtare poterunt, eiusque ingenium ita condocefacere, ut contra dignitatem imperatoriam poſthac nihil moliatur.

§. IV. V.

§. V. Ad regiam *unctionem* quod attinet, cui pontificii ſcriptores ius reges adpellandi innituntur; uaria ſunt, quae notari merentur. Nam primum eſt aliud F ius *creandi* regem; aliud *ungendi*: ſiquidem alias ſequeretur, ut *Hoſtienſis* epiſcopus auctoritate polleat, in Italia *legendi* ponti-

d] *Num ab unctionis ritu ad ipſum hoc ius liceat procedere?*

XXXVI. ſect. I. n. 9. Nam uel princeps, cui papa hunc titulum concedit, habebat ſuperiorem, uel non habebat. Si habebat, non poteſt papa per ſe illi dare poteſtatem regiam; ſi non habebat, non indiget conceſſione papae. (a) Vide SIMPLICII VERINI Iudicium de libro poſthumo GROTII, cuius auctor SALMASIVS putatur. Hunc catholico pontificius quidam, nom. IVSTI PACII refutauit, qui quidem inficias minus iuit, Grotium pontificis in gratiam, nec tamen ab re, uerba feciſſe. (b) Idem ſentit doctisſimus et in his ſtudiis uerſatisſimus SCHVLZIVS, dicto libro de *Polonia nunquam tributaria.* (c) Exemplorum copia proſtat *cap.* III. *opuſcul.* I. *de iure. reges adpellandi. p.* 78 *ſeq.* (d) in tractatu de *oſculatione pedum pontificis M* (e) Libro de *adoratione pedum pontificis.* (f) De ROO, FVGGERVS, PIESPORDIVS, GVILLIMANNVS, LAZIVS, LEQVILLE, et alii in *hiſtor rerum Auſtriacarum.* (g) Libr. II. Louanii ſui cap. III. p. m. 59. (h) *Cap.* II. §. *ult.* quod etiam antiquisſimum argumentum eſt, contra pontificem in hac cauſa a multis ſaeculis adhibitum. (i) In *Myſterio iniquitat.* (k) De *primatu papae.* (l) In *hiſtoria papatus.* (m) Ita quoque MEYNARDVS argumentatur in *cauſa Veneta c.* III. It. VENDRAMENVS in libro argumenti eiusdem.

(n)

CAP. III. §. V. VI.

pontifices (n), quoniam eſt eius officium, unctionem iſtius peragere (o). Intelligimus ergo, haud leuiter aberraſſe *Thomam* BOZIVM, (p) dum putat, in plerisque regnis ab epiſcopis reges creandos eſſe, quoniam epiſcopi, quum ungerent, ſimul dignitatem poteſtatemque regibus impertirent. Idem BOZIVS non ueretur effutire, *Galliae regnum eſſe donum Archiepiſcopi Rhemenſis*, penes quem ſit poteſtas, hoc regnum pro lubitu donandi. Ineptias autem ſic magis magisque prodit, indignus propterea, ut eius erroribus refellendis tempus inſumatur. Interim haec altera ſtat ſententia, *unctionem* non eſſe opus *dominantis*, ſed cuidam *ſubdito* competere, qui primum locum in eccleſia teneat. Nec tandem *unctio* eſt *neceſſaria* pars *dignitatis* regiae, ſed *caerimonia* tantummodo, qua, qui uolunt, citra minimam iacturam ſuperſedere poterunt. Equidem iam mea non faciam uerba clariſſimi Theologi PETRI MARTYRIS (q), qui regiam unctionem ſuperſtitioſum actum eſſe pronuntiat, quam in N. T. nemo Theologorum ſi criminis notam effugere cupiat, regibus ſuadere poſſit. Sufficit Chriſtianos reges integris VIII. ſaeculis eam non adhibuiſſe. Vnde Conſtantinus MANASSES (r) inuſitatum quiddam ac prorſus nouum dixit, quod Carolus M. poſt coronationem *unctus* ſit, cuius uerba ſic habent:

. . . χρησάμενος καὶ νόμοις Ἰουδαίων
Ἐκ κεφαλῆς μέχρι ποδῶν ἐλαίῳ τοῦτον χρίει
Οὐκ οἶδα τίσι λογισμοῖς ἢ ποίαις ἐπινοίαις.

Proinde ruit hoc etiam argumentum, quod nonnulli ex unctionis actu deduxerunt, et pro ſtabiliendo pontificis iure protulerunt.

Exempla eorum, quos pontifex dicit a ſe reges conſtitutos fuiſſe.

§. VI. Vltimum hoc eſt, quod doctores ad illa prouocent *exempla*, quibus oſtendi uidetur; quod *Principes a Pontificibus regia dignitate* aucti ſint. Non attingam in praeſentia quaeſtionem illam, an quaeuis *conſuetudo* legis indolem ſortiatur: ea quidem in re, quae fundamento plane deſtituta eſt; ita enim facile haec quaeſtio periret, quia iam tum argumenta labefactata ſunt omnia, quibus ſcriptores pontificii cauſam huius conſuetudinis ſuperſtruxerunt. Sed priusquam ad ipſa progrediamur exempla, nonnullae praemittendae regulae ſunt, quibus illa feliciter ſoluantur, quo pateat omnibus, tantum abeſſe, ut pontificis illud ius ſit, quod rectius ſummam iniuriam dixeris, ut ne ſpecies quidem alicuius iuris ſuperſit. Ius conferendi regiam dignitatem *poteſtas eſt atque auctoritas, qua quis ita inter principes totius orbis terrarum pollet, ut omnes ac ſinguli hunc regem agnoſcant, quem ille conſtituit atque declarauit:* ut tamen cuiuis principi ſupremo conceſſum ſit, ſine alterius auctoritate titulum *principis, ducis comitis*, cum *regio* titulo propria poteſtate commutare. Igitur per illud ius non VNCTIO *regia* notatur, quae tantum indicium huius dignitatis et ſuperuacanea caerimonia eſt. Nec AVRVM *dedicatum* artificisque manu elaboratum intelligitur: eſt enim is ornatus acceſſorius, quem domino ſuo, qui parent, pariter exhibere poterunt. Multo minus DIPLOMA rem expediet, quo ſcilicet alii principem, regio nuper titulo ornatum, pro rege agnoſcunt, deque noua dignitate tantummodo gratulantur. Etenim hae omnes partes nihil habent, quod definitioni ſupra poſitae reſpondeat; et tamen omnibus iis exemplis, quae coaceruantur a pontificiis ſcriptoribus, non aliud intenditur, quam ut Pontifici poteſtas ipſa reges adpellandi ſub hac *ſpecie* tribuatur, ſaepius etiam Pontifices, quod *quarto* notamus, non inuitati adfuerunt, nouis regibus per litteras exponentes, quod ipſos nunc reges declararent, et ab omnibus pro talibus agnoſci cuperent. Quae uanitas quamuis a prudentioribus animaduerſa fuerit, quia pontifex ſaepe numero poſt feſtum demum aderat, eiusque diploma diu poſt coronationem Principi obtingebat: nemo tamen reſiſtere et cum Pontifice litigare uoluit. Rex quidem eiusmodi litteras accipiens, fortaſſe cogitare potuit, ſuperflua non nocere: alii uero non opus eſſe putarunt, in alienis cauſis Pontificis odium incurrere. Et hae ſunt illae artes, quibus Pontificis diplomata multis Principibus obtruſa fuerunt, quae in argumentum inſignis clementiae accepta, nunc in tomis BARONII, RAYNALDI, BINII, CHERVBINI, PALATII, CIACONII aliorumque ſumtuoſis libris adnexa ſunt.

(n) Priuilegium exhibet PANCIROLLVS de *claris legum interpretibus lib.* III. *c.* 13. *p.* 420. (o) Verba ſunt ſequentia: Non his cancellis ampliſſima pontificis poteſtas concluditur, epiſcopi namque ab ipſo electi ipſos reges creant, reges eligunt potentiſſimos, aut ius regnandi eis dant legitimum et plenum. Notiſſimum namque eſt [ſed tua, ſtultiſſime homo, ignorantia notiſſima] in creandis Germaniae, Boemiae, Poloniaeque regibus maximis primas eſſe epiſcoporum. Notiſſimum reges Galliae, Angliae, Scotiae, Daniae, Sueciae, niſi ungerentur ab epiſcopis, non pro regibus habitos fuiſſe. Et Galliarum rex quum ungitur a Rhemenſi, is accipit baculum differtque per illum ſe dare Galliae principatum regi propter ius, quod ei papa dedit. *Cap.* III. *de ſtatu Italiae contra Machiauellum.* §. 10. *p.* 306. (p) Probant exempla archiepiſcoporum Toletani, Cantelb. Rheimenſis, Gneſenſis &c. (q) In *comment. lib III. reg. cap.* 19. *p.* 505. cui ualde contradicit *Adam* CONTIVS in *politic. lib. VII. c.* 6. *p.* 501. (r) *In annal. uerſ.* 3570. Cuius uerba MEVRSIVS ſic uertit: Tum uero uicem Carolo referens Leo, Romae ueteris eum Imperatorem renuntiat, neque tantum corona caput eius more Romano cingit, uerum etiam legibus iudiciorum uſus, a capite ad pedes oleo totum perungit. Quod ſane poſterius quibus ex cauſis et rationibus factum fuerit, equidem ſcire nequeo.

CAP. III.

Num pontifices duces Siciliae reges creârint?

VII. Quia pontificii magnam partem in hiſtoriis hoſpites ſunt, ſubueniemus in hoc eorum ruditati, et exempla, quo prouocant, ſtrictim percenſebimus. *Sicilia* et *Neapolis* in uicinia Pontificibus ſitae ſunt, qui etiam propterea praetendunt, utramque hanc prouinciam a Pontifice *regiam adpellationem* ſortitam eſſe (s). Hiſtoria, ſecundum ius aeſtimabimus, ita ſe habet: *Rogerius III.* titulum *Comitis de Sicilia*, quemadmodum maiores eius, anno MCXX. gerebat, quia Sicilia inter diuerſos poſſeſſores diuiſa erat; nec ampliorem dignitatem ferre poterat. Poſtea uero quam Rogerius ſuae partis acceſſiones habebat; *ducis* titulus placuit: quumque res eius in maius ſemper ac melius proferrentur, ducis titulus non amplius oblectabat, quia tot regionibus impar uidebatur. Igitur an. MCXXII. auctoritate *propria corona ſceptroque apprehenſo*, REGEM SE ITALIAE *ſcribebat*. *Calixtus* et poſt eum *Honorius* nihil ad haec; *Innocentius* autem motus in Italia concitabat, eius Antipapa *Anacletus* exiſtimabat, Rogerii tantum in hoc errorem argui, quod rex totius Italiae uocari uoluiſſet; qui poſtquam ſuam ditionem, admonitioni obſequens, *Siciliam* ſeque Siciliae regem dixiſſet; ſe non amplius inuenire, quod in illo reprehendat. Sed ſequentes pontifices obuertebant; maiores Rogerii *Siciliam* Rom. pontifici tamquam *feudum* ordinarium ſubdidiſſe, nec idcirco maiorem dignitatem, pontificibus inſciis, ſortiri poſſe. Quo demum factum eſt, ut reges Siciliae conſenſum etiam Romae peterent atque impetrarent. Eamdem rem nobis iisdem circumſtantiis *Thomas* FACELLVS (r), praecipuus huius regni ſcriptor, enarrat. Quaeritur autem hoc loco, an Romani pontifices propterea reſtiterint Rogerio, regiumque titulum improbarint, *quod iſte dignitatem hanc a Pontifice non petierit*; et an pontifices id temporis hoc ipſo aperuerint, ſibi ius circa regium titulum competere? hoc enim fuerit; non ſolum iſtud exemplum nihil probat, ſed etiam docet, pontifices ad XII. usque ſaeculum hanc poteſtatem ſibi non attribuiſſe. Atque ſic omnino res eſt; nam ſcriptores ne uerbo quidem id inris innuunt; alias autem rationes recludunt, quibus pontifices aduerſus Rogerium uſi fuerint. Diuinus BERNHARDVS (u) in epiſtola quadam ad Imperatorem exiſtimat, *parum intereſſe ad ſalutem Romanae eccleſiae, utrum Rogerius hunc, an alium titulum uſurpet; ſed Caeſaris eſt*, inquit, *propriam uindicare coronam. Omnis enim, qui in Italia ſe* REGEM FACIT, *contradicit Caeſari*. Praeterea pontifices Rom. in hoc puncto non tamquam *pontifices*, ſed ut *dominos feudi* reſpiciendos eſſe: unde regium illud diploma, quod pontifex tandem Rogerio dedit, expreſſe ſic habet: *Concedimus tibi coronam regni Siciliae, Calabriae, et Apuliae, quas terras nos et praedeceſſores noſtri praedeceſſoribus tuis conceſſimus* (x). Vt igitur a poſſeſſoribus Siciliae tamquam pontificis *Vaſallis* ad alios principes nulla procedat concluſio. Et quis ad credendum induci poterit, Epiſcopos Panormitanos Rogerium, ſine praeſcitu pontificis unxiſſe atque coronaſſe; ut ex duobus pontificibus, nullo interueniente ſucceſſoribus, neuter eiusmodi coeptum reprehenderit, ſi tunc temporis auctoritate pontificis indiguiſſent, qui regia dignitate potiti ſunt. Ita enim *Thomas* FACELLVS (y) et cum eo *Io. Anton.* SVMMONTE (z), *Rogerius tantis prouinciis auctus non amplius* DVCEM *ſe appellare eſt paſſus:* REGIVM *nomen prouinciis aptauit. Igitur a* SVIS REX *tum Italiae, tum Siciliae ſalutatur, et Panormi anno MCXXIV. Idibus Maiis in regem Siciliae* VNGITVR *et coronatur. Interfuerunt eius coronationi praeſules et antiſtites eccleſiarum Siciliae & Neapolitani.* Quas circumſtantias ſi probe ſcriptores pontificii perpenderint; haud facile metuendum erit, ne nobis exemplum illud regiae in Sicilia dignitatis poſthac obuertant: ſiquidem ex illo luce meridiana clarius eſt, Romanam eccleſiam tum temporis de iure pontificis, reges introducendi, nihil comperiſſe.

§. VII. VIII.

Num alii reges coronam a pontifice impetrarint?

§. VIII. Poſtquam igitur exemplum regum Siciliae, quod huic rei maximam ſpeciem adfert, luſtrauimus atque diluimus: fore exiſtimo, ut reliqua ſimul concidant. De regno BOHEMIAE *Laertius* CHERVBINVS (aa) Pontificium diploma profert: uerum hanc dignitatem Caeſari competere, id non ſolum in opuſc. I. de iure reges adpellandi (bb) ſolidiſſimis rationibus roboratum eſt; ſed ex gratulatione quadam *Innocentii III.* elucet, quae ſic habet (cc): *Licet ante tuae promotionis tempora multi ab imperatoribus Romanis fuerint in Bohemia regio diademate inſigniti; nos tamen, conſiderantes, quod a nobili uiro Philippo, Duce Sueuiae te feceras coronari: qui quum coronatus legitime non fuiſſet, nec te poterat coronare, regem hactenus non duximus nominandum. Verum quum ad Ottonem Imperatorem te nunc conuerteris,*

Boiohemia.

(s) BARONIVS *tom. XI. annal. ad ann. Chr.* 1130. *n.* 12. MARTHA *de iurisdictione lib.* 1. *c.* 26. *n.* 6. FREITAS *de imp. luſt. Aſiat. c. VI. n.* 10. DIANA *tom. XI. reſolut. moral tractat.* 12. *p.* 468. (r) *Poſterior. decad. de reb. Sicul. lib. VII. c.* 3. *p.* 406. *ſeqq.* conf. *Pandolf.* COLLENVTIVM *lib.* III. *hiſt. Neapol. an.* 1512. *p.* 119. *Chriſtoph.* BESOLDVM *part. II. hiſtor. Neapol. et Sicil. cap. IV. p* 469. (u) *Libr. epiſtolar. epiſtola CXXXIX.* (x) *ubi. annal.* BARONII *ad ann.* 1103. *n.* 88. (y) *Decad. II lib. VII. c.* 3. (z) *Libr. II. in hiſtoria della citta e regno di Neapoli cap. I.* qui liber ſingulari induſtria conſcriptus eſt, et hiſtoriam hanc penitus exhaurit. (aa) In *magno bullario Romano tom. I. ad ann.* 1204 *num.* 6 *p.* 86. (bb) *Cap.* III. *§. V. p.* 78. *ſeq.* (cc) Epiſtolam RAYNALDVS exhibet *tom.* XIII. *annal. eccleſ. p.* 1086.

CAP. III. §. VIII.

teris; ipſe habeo te pro Rege. Confitetur igitur Pontifex, quod Imperator Otto IV. *Bohemiae Reges* introduxerit, cuius etiam haec poteſtas ſit, nec impediri per Pontificem queat. Quare Pontificis Diploma non regem declarat, ſed regi gratulatur.

Hungari? De VNGRIS alias uerboſiores ſunt Pontificii ſcriptores nec dubitant Seraphim. FREITAS (dd), BOZIVS (ee), STEVCHVS (ff), MARCELLVS (gg), quin id regnum Pontifici dignitatem ſuam debeat. Vt Petrus RANZANVS (hh) et Ioann. de THWROCZ (ii), accuratisſimi rerum Hungaricarum ſcriptores obſeruant, quod ordines Hungarici Stephanum ante coronauerint, quam Aſtricus cum corona dedicata, atque a Pontifice regi donata (kk), acceſſerit. Vnde Pontifici non aliud, praeterquam *aurum coronarium* (ll), ut uocant Romani, acceptum referendum eſt: cuiusmodi ab aliis quoque doni loco exhiberi poterat. Qua de re plenius actum eſt in opuſculo I. modo laudato de iure reges adpellandi, quorſum lectores cum hoc caſu, tum in ceteris, qui ſequuntur, uolumus remitti. De NORWEGIA me ſubit admiratio, quod dicant pontificii, reges eius a pontifice regalem *dignitatem* petiiſſe. Nam ipſe RAYNALDVS (mm) ſcribit: Poſtquam tempore quodam uterque Archiepiſcopus morte deceſſiſſet; Principem earum regionum ignoraſſe, quis unctionis actum tempore coronationis ſuae inſtitueret, eaque de cauſa rogaſſe Pontificem, ut haec poteſtas confeſtim alicui concederetur. Quid igitur hoc aliud eſt, quam decipiendi genus, ſeu *iuris ungendi* cum iure *reges creandi* callida permixtio?

Armeniae? De ARMENIAE Principe hoc ſingulare eſt, quod iſte, quum illa regio antiquis iam temporibus *regni* uocabulum uſurpaſſet, apud *Imperatorem Henricum VI.* regiam dignitatem quaeſierit, atque per Archiepiſcopum *Moguntinum* ab Imperatore in Armeniam miſſum, impetrauerit: id quod ARNOLDVS *Lubecenſis* (nn) multis uerbis teſtatur. Ergo Pontificis Diploma, quae BARONIVS (oo) et RAYNALDVS (pp), recentiores illi producunt, aut fraudem meditantur, aut citra neceſſitatem, uel Principis deſiderium, ex archiuo Pontificis emiſſa ſunt.

Portugalli? De PORTVGALLIS VASCONCELLVS, (qq), BRANDAON (rr), TARAPHA (ss) aliique tradunt, illos in caſtris mediis *regiam coronam duci ſuo impoſuiſſe*, quia ducis titulo maiorem illum exiſtimabant, qui contra *reges* bella gereret: uinceret reges regnaque proſterneret: *coronationem* uero et *unctionem* a Portugallorum ordinibus, paucis diebus poſt praelium Conimbricenſe cunctis adplaudentibus, ignaro Pontifice, peractam eſſe. Quod uero Pontifex longo poſt tempore regi illi, praeter omnem ipſius exſpectationem diploma miſit, quod apud *Emanuelem de* FARIA (tt) reperitur, Portugallis haec abundantia minus diſplicere potuit, praeſertim quum in illo pontifex teſtatus ſit, ſe Portugallorum incepto addicere, dignitatemque regis contra hoſtilem impetum defenſurum eſſe. Quod ſane tum temporis, Hiſpanis, dignitati huic inuidentibus, in Portugallia nemini non auditu gratisſimum fuit. Verum in hoc limites ueritatis iterum turpiter excedunt BARONIVS (uu) et RAYNALDVS (xx), dum idcirco Pontificem regiae dignitatis, quam Dux Portugalliae conſequutus eſt, auctorem adlegant: ſiquidem is coronam diu ante tenuerat, quam inſperata acclamatio Pontificis accederet. Eiusdem cenſus ſcriptores ſunt CHERVBINVS (yy) et RAYNALDVS (zz), qui pro regibus ARAGONIAE anni. MCC. diploma regium producunt, quum tamen ſcriptis Hieron. BLANCAE (a) cognitum ſit, Aragoniae reges centum retro annis titulum ſuum, quum ita uiſum eſſet, *auctoritate propria* cum *regia* dignitate commutaſſe. *Aragoniae?*

De rege Nauarrae dicit ipſe RAYNALDVS (b) quod hic comes diu ante adpellatione regis uſus fuerit, quam oleum a Papa, ſingulari pietate motus, impetrarit. *Nauarrae?*

De RVSSIS adſentatores Pontificum *Paulus* IOVIVS (c) et PIASCEVS (d) adfirmant, eos regium ſplendorem a Papa petiiſſe, ſaepius autem repulſam tuliſſe, monitumque, ut Czarus Graecam prius religionem dcſereret, et ad eccleſiam Romano Catholicam tranſiret. Sed liber Baro de HERBERSTAIN (e) ad has ineptias riſum non tenet dicitque Pontificem Romanum in Moſcouia ad minorum gentium deos referri, et ſine dubio de eius ſalute actum fore, qui tantum animi ad audaciam habiturus eſſet, ut anilem hanc fabulam in aula Muſcorum narraret. *Moſcouia?*

STANIHVRSTIVS (f) teſtatur, regem Heinricum VIII. auctoritate propria ſe regem IRLANDIAE feciſſe, quum ante id tempus ratione ha- *Hibernia?*

(dd) *De imp. iuſt. Aſiat. c. V. a. 53.* (ee) *De ſtatu Italiae lib. II. c. 3.* (ff) *De iure pontificis in regno Hung.* (gg) *De iure ſecalari Roman. pontif. lib. X. a. 306.* (hh) *Indice* VIII. *rer. Hungar. p. 225.* (ii) *Part.* II *chronic. Hungar. c. 28. p. 39.* (kk) CHARTVITIVS *in uita S. Stephani p. 270.* qui quidem, tamquam epiſcopus, ſuſpectae fidei eſt. (ll) Vide cumprimis LIPSIVM *de magnit. Rom. c. VI. p. 210.* (mm) *Ad ann. 1231. tom. XIII. p. 383.* (nn) *In contin. Helmoldi lib. V. c. 5. et in notis* BANGERTI. (oo) *Annal. eccleſ. ad ann. 1179. n. 11.* (pp) *Tom. XIII. annal. ad ann. 1118. n. 34.* (qq) *Luſitaniae Acephal. p. 51. 56.* (rr) *Part. III. lib X. c. 10. monarchiae Luſitan.* (ss) *De regib. Hiſpan. p. 516.* (tt) *Epitome de las hiſtorias Portbugeſas part.* III. *c 2.* (uu) *Ad ann. 1173. tom.* XII. *n. 16.* (xx) *Tom.* XIII. *ad ann. 1118. n. 34.* (yy) *Tom. I. bullarii n.* VIII. *ann. 1026. p. 56.* (zz) *Tom.* XIII. *annal. ad ann. 1200. n. 12.* (a) *Commentar. rer. Aragon. p. 613.* (b) *Tom.* XIII. *annal. ad ann. 1257. n. 57.* (c) *De legat. Moſcouitica p. 165.* (d) *Chronico ad ann. 1593. p. 112.* (e) *In commentar. rer. Moſcouit. p. 20.* (f) *Lib.* III. *rer. hibern. p. 19.*

Digitized by Google

CAP. III. §. VIII.

rum regionum non niſi Lord adpellatus eſſet: cuius rei Diploma SELDENVS (g) exhibet. Parum itaque Pontifici ad ius inique concupitum profecit, quod is tertio demum ſucceſſori Matiae, a legato Anglicano haud togatus, *diploma regale* obtruſit. Et quamuis regina MARIA uoluntati Pontificis refragari epiſtolamque ignominioſe remittere nollet, ne in illum impia uideretur: tamen uiri prudentes commiſeratione moti ſunt, quia Pontifex ſero admodum id donare uellet, quod multi reges citra gratiam Pontificis, multis ante temporibus uſurpaſſent. Paulus autem SARPIVS (h) Pontificibus, ſuorum commodorum ſtudioſis, docte illuſit, ut taceam pontifices huic conatui, qua dominos directos, quod uolunt, non qua Pontifices obuiam iuiſſe. In opuſc. I. de iure reges adpellandi e fundamentis eruimus, POLONOS ſoli Ottoni III. Imperatori regium titulum acceptum retuliſſe: et ſimul adulatorem LVBIENSKY (i), uti meruerat, confutauimus, qui in praeiudicium ueritatis, quod ſupra oſtenſum, hunc honorem Romano imperio detrahere, Papaeque conferre ſtuduit. Quod tandem Carolus SIGONIVS (k) obtendit, Gregorium M. anno DCI epiſcopis MEDIOLANENSIBVS permiſiſſe, ut etiam ſibi *regem eligerent*; hoc ualde temporum rationibus aduerſatur, et quisque prudens hanc fabulam, conuiciis refertam repudiare debet, aut, quod in Marco Antonio de DOMINIS (l) notamus, ſenſum uehementer contorquere: ſin horum neutrum fuerit; credo Gregotii pii nomen cum Hildebrandi hominis flagitioſiſſimi commixtum eſſe. Id uero mihi praecipue mirum uidetur, quod Itali iureconſulti in coronatione Ducis FLORENTINI, quem Pontifex Pius V. Regem fecit, ſuis ſcriptis iactitent, huius actus occaſione Pontificem priſci iuris uſum, reges adpellandi recuperaſſe. Et hoc, ceu ſingulare factum in fauorem Papae Tiberius DECIANVS (m) CAEPOLLA (n) de LVGO, (o) Antonius DIANA (p), plenius ceteris *Hieronymus* CATENA (q) aliique plures adlegant. Sed idem hoc exemplum occaſionem praebebit, Imperatoris zelum oſtendendi, quem Maximilianus II. aduerſus uiolentam huius iuris uſurpationem declarauit. Vt hoc loco ſuſpicio uitiatae ueritatis penitus intercidat, teſtimonia producam non Germanorum, ſed Italorum aliarumque gentium ſcriptorum, Natalis Comitis Veneti (r), THVANI (s), et Petri IVSTINIANI (t), qui uniuerſam rem ita exponunt. Poſtquam Pontifices omnem modum experti eſſent, ut Duces Florentinos cum ſede Romana amice coniungerent, dicunt illi, Pontificem Pium V. Romam uocaſſe Ducem Coſmum, eique, conſentientibus Cardinalibus, *regiam dignitatem* impertiuiſſe, quia Ducis minus ipſi conueniret, qui tot tantisque in Italia regionibus ac prouinciis praeeſſet. Quum uero id ipſum ad aures Maximiliani II. perueniſſet, Papam ab eo propter inſolens facinus obiurgatum eſſe, et mox per totum orbem patuiſſe, quod Maximilianus coronationem Papalem, irritam, iniuſtam, et tamquam rem, auctoritati Caeſaris obuerſantem interpretatus ſit. Nec tantum illud cum uero congruit, quod Ioannes BODINVS (u) ait; Imperatorem ducatum hunc pro *feudo imperii* putaſſe, quod ſine ſuis ſuffragiis, quia dominus feudi exiſteret, nouas dignitates accipere non poſſet, ſed idem confirmatur diplomate Caeſareo, quod ſtatuit, pontifici nihil minus, quam ius dignitates regias conferendi, competere. Suas enim partes eſſe, non pontificis, Maximilianus II. dixit, ut ſimilis honoris praerogatiuas concederet. Quod Caeſaream dignitatem hoc aliquo modo tangat, expreſſis uerbis Patricius Venetus P. IVSTINIANI (x) ſcribit. Quumque deinceps magnus Dux Florentinus per legatum in aula Caeſaris comparuiſſet, pontificis auſus interpretaturus, utpote qui citra ſuos rogatus hoc feciſſet, deliberandi ſpatio non relicto: ipſe tamen irato Caeſare, nihil obtinuit; quin potius dignitati regiae renuntiare debuit, et *magni ducis* titulo, a Caeſare impetrato, contentus uiuere tandemque profiteri, ſe, nonniſi Imperatoris Romani beneficio ad regalem eminentiam pertigiſſe. Haec omnia THVANVS, et Comes NATALIS, uterque ſcriptor Romano Catholicus, qui extra partes Imperatoris agit, adlegatis locis claris uerbis adnotarunt. Quibus iungi debet locus ualde momentoſus apud *Fuluium* PACIANVM (y), cuius uerba in margine exſcripſi-

Poloni? *Mediolanum?* *Florentini?*

(g) *De tit. honorum part. I. c. 4. p. 61.* (h) *In hiſtor. concil. Trident. p. 611.* (i) *c. III. p. 207. In vita epiſcopor. Plocenſium p. 306.* (k) *De regno Italiae ad ann. 601.* (l) *Lib. VI de republ. eccleſiaſt. c. 10. p. 206.* (m) *Conſil. XIX. uolum. III. n. 184.* (n) *Conſil. n. 103.* (o) *Tom. II. de inſtit. diſput. eccleſiaſt. c. 10. p. 206.* (p) *Tom. IX. reſolut. moral. reſolu. XII unica.* (q) In *uita Pii* libro magnae inter pontificios fidei et auctoritatis. (r) *Lib. XXI. hiſtoriar. p. 455. et lib. XXVI. hiſt. p. 587. ſq.* Hic rem pleniſſime deducit. (s) *Lib. XLVI. n. 238 hiſtor. ſui temp.* (t) *Lib. XV. hiſt. Venet. p. m. 328.* (u) *Lib. I. de republ. c. IX. p. 127.* (x) *Lib XV. hiſtor. Venet. p. m. 328.* (y) Verba eius *lib. 2. cap 35. de probat. p. 296.* haec ſunt: Temporibus noſtris non leuis contentio inter Pium V. maximae ſanctitatis pontificem et Maximilianum II. Imperatorem. Cum enim Pius coronaſſet Coſmum ducem Florentiae et illi nomen MAGNI DVCIS HETRVRIAE donaſſet, aegre tulit Imperator eum nouae dignitatis gradum, aſſeuerans, non e papa, ſed ab ipſo regios titulos eſſe impetrandos. At contra Pius, hanc facultatem eſſe ſedis apoſtolicae et ab ipſa ad Germanos perueniſſe imperium, electores nullo iure niſi ex conceſſione pontificis poſſe eligere Imperatorem: non eſſe rem noui exempli,

ſcripſimus. Iudicet igitur quilibet, utrum A pontifex in hac cauſa in *contradictorio* obtinuerit? annon potius auctor fuerit, ut aula Caeſarea perpetuo quodam iure deciderit atque declarauerit, Caeſaris hoc ſolius, pontificis Romani nequicquam eſſe, qui actus, quoties caſus redit, in ἀρχείῳ Viennenſi in memoriam reuocabitur. Itaque ſpero, omnia fere nunc exempla expromta eſſe, nec quoddam facile ſupereſſe, quod nobis pontificii obiiciant. Quare pontifex haudquaquam habet, unde uitioſam cauſam exemplis ac poſſeſſione tueatur, poteſtatem reges adpellandi limitibus circumſcribi.

An coronatio Caeſaris pontificio iuri fundamentum ſubſternat?

§. IX. Reſtat, ut uno uerbo ſcrupulum CORSETO (z) aliisque eximamus, qui ſic colligunt: *ſi Papa Caeſares creare poſſet, nullus dubitaret, quin etiam regum honores, minores quippe Caeſarum, conferre poſſit.* Et lubens Marco Ant. de DOMINIS (aa) largior, pontifices hoc argumento rudioribus ſaeculis multos irretiuiſſe: at nihil horum eſt. Nam in iure noſtro publico Teutonico res nunc in expedito, Caeſarem ab Electoribus S. R. I. creari; quibus tamen nemo poteſtatem conferendae dignitatis regiae conceſſit. Sed turpiſſimum menda- A cium, quo maieſtas S. R. I. laeditur, ſub his propoſitionibus deliteſcit, quod papa actum *coronandi* Caeſarem cum *poteſtate* et auctoritate Caeſaris, ex eius opinione, Romae repetenda, temerario errore, permiſcuerit. Quia uero honos imperii Romani, intercedentibus BEBENBVRGIO, de ANDLO, FLAZIO, PANVINIO, CONRINGIO et aliis (bb), ſaluus et incolumis manſit; nec ullus inter ſaniores B pontificios exiſtit, qui fabulas de donatione Conſtantini M. pro ueritate uenditet, uel translationem R. imperii epiſcopo Romano attribuat: operae pretium non erit, cibum toties coctum rurſus adponere. Dum haec ſcribo, liber *Martini ab* AZPILCVETA (cc) in manus uenit, qui quum magnae inter pontificios theologos auctoritatis ſit, de hoc argumento ita iudicat, ut non difficile ad intelligendum ſit, C ab poſtulationibus, quibus papa *imperialem* dignitatem laceſſiuit, ad diademata regum aliorum falſa conſecutione concludi. Atque ſic pontificibus omnis argumentationum uis et efficacia, uti ſperamus, eliſa et intercepta eſt, adeo quidem, ut ius illud circa regum dignitatem ſibi uindicare ante calendas Graecas haud ualeant.

CAP. IV.

In ipſum diploma pontificis ſpeciatim inquiritur, ut oſtendatur, omnes reges, catholicos in primis, hoc ipſo a pontifice uehementer offenſos eſſe.

§. I.

Rationes cur in breue pontif. inquiſitum.

SIc rebus ex animi uoto confectis, extremum hoc caput intermitti potuiſſet. Poſtquam enim *primo* cap. demonſtrauimus, quantum pontifici noceat Catholicorum regum ſuſpicio, cuius occaſionem dictum breue ſubminiſtrauit; deinceps in *altero* ex diuinis, ciuilibus et naturae iuribus, iniquitatem oſtendimus, quam concupita poteſtas circa *dignitatem regiam* conferendam ſecum fert; et in praecedente *cap. tertio* omnia ſubſidia ſubmouimus, quibus adulatores ad rem ſuam colorandam utuntur: nunc demum quisque ſanioris mentis ab *uniuerſali ad particulare* ſic ſponte concludet: *ſi pontifici nulla unquam poteſtas fuit, aut ſua manu honores regibus diſtribuendi, aut Principibus hac in re modum praeſcribendi, aut quod magis eſt,* (minus autem credibile) *totum orbem huc perducendi, ut quilibet dignitatem ac titulos ab Romano pontifice petat: ſequitur errorem pontificis, con-* D *tra Porusſorum regem ita ſaeuientis, nihil adhuc emendatum eſſe, ſed magis in dies increuiſſe.* Quoniam uero hoc *breue* typis expreſſum eſt, atque ſic quamplurimis innotuit: e re fore arbitror, ut huc illud tranſcribatur, confutatione ex genuinis principiis adiecta: quo partim omnes conſpiciant, quam noxiae ſententiae, regibusque Catholicis admodum exitiales, cum eo circumferantur; partim etiam E ne quis de rei ueritate dubitet; ſibique exemplum huius libelli pretio paret.

§. II. Ante uero quam ad ipſum negotium acceſſus paretur, paucis monendum duco, dictum libellum contra coronam Porusſicam, uti facile Romani ſcriptores teſtabuntur, nihil proficere, adeoque non opus eſſe, ut potentiſſimus Porusſorum rex uerbo reſpondeat. Eſtque hic labor, quem nos ſubiuimus, pro priuato habendus, quem ueritatis amor nobis commendauit. Quam-

Breue pontificis indignum eſt, cui sereniſſimus Porusſiae rex reſpondeat, laeſitque omnes reges Romanos catholicos.

pli, ut regna a ſede apoſtolica modo dentur, modo auferantur. Quam hiſtoriam ſumma cum elegantia in uita V. Pii retulit Hieronymus CATENA uir orbi notisſimus. (z) *De poteſtate reg. q.* 104. § 70. (aa) *Lib. VI. de reg. eccleſ. c.* 10. *p.* 206. (bb) Vide copioſius *cap.* I. (cc) In tractatu de *iudiciis notabili* III. §. 127. *p.* 124.

CAP. IV.

Quamobrem ſi forte non cuiuslibet intentioni exacte reſpondiſſe uideamur; hoc facilius ueniam impetrabimus, quo maiorem eiusmodi caſus licentiam concedunt, liberius de iisdem iudicandi: quia rationibus hae res, iudiciisque eruditorum nituntur, et inter iſtos pro uiribus ingenii diſceptari conſueuere. Ego inter quam plurimos iureconſultos pontificios, quos in hoc negotio uoluebam, *ſex opiniones* inueni, quae ſingulae de poteſtate Rom. pontificis proditae ſunt. Inueniuntur enim, qui pernegant pontificem ullam habere poteſtatem, niſi circa *res ſacras*; ciuilia negotia *nec directe, nec indirecte*, ut loquuntur, eius arbitrio ſubiacere: cui ſententiae ſcriptorum antiquiſſimorum probatiſſimi, quos ſupra nominauimus (a), album calculum adiiciunt. Dicunt iſti; *licet papa regem aliquem excommunicare poſſit; nihil tamen inde poteſtatis ſequi, reges de throno deiiciendi:* quemadmodum non ſequatur, ſi quis uitae ſanctitate moribusque non praeditus eſt, eum idcirco publicam rem conſiliis adiuuare non poſſe. *Alii* in aliam plane ſententiam abeunt, Papaeque poteſtatem et auctoritatem in *temporalibus* etiam concedunt: quorum tamen iudicia diuerſa ſunt. Credunt plerique, *Catholicos reges* tantummodo eſſe, in quos Pontifex poteſtatem exerceat, quorum etiam poenas, ſi quis haereticus euaderet, uel in peccato mortali perduraret, tum demum usque ad depoſitionem a regno exaſperare (b) poſſit. Impudentiſſimi dogmatis teſtes ſunt literae ipſius Nicolai P. apud BARONIVM (c), his uerbis: *illud uero, quod dicitis, regibus et principibus uos ſubiectos eſſe, eo, quod dicat Apoſtolus ſiue regi tanquam praecellenti: placet. Verum uidete, utrum reges iſti ueraciter reges ſint. Videte, ſi primum ſe beue regunt. Nam qui ſibi nequam eſt, cui alii bonus erit? Atque his regibus magis reſiſtere, quam ſubdi debemus, Chriſtiani.* Bella religio! *Et ſic regibus uirtuoſis, non uitioſis ſubditi eſtote. Iuxta Apoſtolum propter Deum; non contra Deum.* Hoc furore Anabaptiſtae in reges ac magiſtratus graſſati ſunt. Quod peſtilentiſſimum dogma ante triennium in Germania iterum adpoſuit auctor libri, A in uernacula ſcripti: *das ewige Evangelium.* Quem uero, ceu fomitem perduellionis, regia mandata condemnarunt, meritoque ex officinis proſcripſerunt. Multi doctores ſic habent, reges ſingulos, ſimulac ad religionem *Romanam* ſe adplicarint, ſceptrum etiam ad *pedes Pontificis* ponere, ueluti Chriſtiani bona ſua ad pedes Apoſtolorum depoſuerint: atque ſic eos ſedis *Romanae uaſallos* fieri (d). B Quemadmodum igitur cuncti ſcriptores pontificii, quorum coetus ut maximus, ſic praecipuus eſt, Pontificia *breue* aduerſus Poruſſiae Regem, ſacris Pontificis Romani necquicquam adſcriptum, pro *ſumma iniuria reputant* (e), ita ex aduerſo eapropter proteruae opinioni mox recenſendae, cui adulatores et rerum ignari homines in papatu addicti ſunt, itidem is adhaerebit, cui dictum breue ſub aliqua uel C leuiſſima ſpecie probabitur. Etenim qui credit, Pontificem regibus ipſius coetui non addictis, in ciuilibus negotiis poſſe praeſcribere, is etiam falſum et impium principium, cui haec poteſtas innixa eſt, pro uero reputet neceſſe eſt. Scilicet Pontifici cum Matthaeo de AFFLICTIS (f) et Antonio de S. GREGORIO (g) largiri debet, quod iſte *ciuilem iurisdictionem ſuper totum terrarum orbem exten-* D *dat, omnesque Romano Catholici reges ordinarii uaſalli Pontificis ſint; ceteri uero Principes, extra Rom. eccleſiam conſtituti, iure pro poſſeſſoribus uiolentis habeantur, quos Papa, quandocumque reſiſtendi facultatem adeptus eſſet, regnis exuere, eaque aliis pro arbitrio decernere polleat.* Ita enim, non aliter, propoſitiones doctorum in iure canonico ſonant: *Papa eſt dominus ſuper omnes Principes terrae* (h), *non* E *puri hominis, ſed ueri Dei uicem gerit* (i), *eſt Princeps Principum et Dominus dominantium* (k): *omnes iudicat, a nemine iudicatur* (l): *tantam habet in omnibus terrae angulis poteſtatem, quantam quilibet rex in ſuo regno* (m), *non ſolum in rebus ſpiritualibus, ſed etiam in politicis et temporalibus* (n): *in Papa eſt apex utriusque poteſtatis, ſpiritualis et temporalis, non ſolum indirecte, ſed etiam directe, abſolute, ſimpliciter* (o). Si quis ergo tales propoſitiones tolerare poteſt; hic etiam cum huiusmodi

Opinion. de poteſt. pontificis

a] prima

b] altera

§. II.

c] tertia

d] quarta

Breue pontificis maieſtatem Caeſaris laedit.

(a) De quibus ſupra *cap.* 1. per omnia ferme ſaecula, omnesque gentes, copioſiſſime diximus. (b) Sic docent *Chriſt.* AVGVIANO *tract. de leg. tom.* 1. *lib.* 3. *controu.* 17. 19. *ſeq.* MOLINA *de iuſtit. tom.* 1. *tract.* II. *diſp.* XXIX. *concl.* 3. PARAMVS *de origine inquiſit. lib.* III. *quaeſt. I. opin.* 4. TVRRECREMATA *in ſumma lib* III. *c.* 13. BARBOSA in COLLECTAN. *tom.* II. *lib.* 4. *tit.* 17. *c.* 3. *n.* 37. DIANA *tom. IX. tract.* II. *reſolut. mor.* 17. *p.* 110. *etc. etc.* (c) *Annalium eccleſiaſticorum ad ann.* 863. §. 60. (d) Haec ſententia multis quoque theologis pontif. probatur, quod probare nititur PESANTIVS tract. de pontif. auctoritate diſput. II. et ſeq. (e) Hi omnes in hoc conſentiunt, pontificis poteſtatem non extra eccleſiam Romanam extendendam eſſe; nec regiones infidelium huic ullo praetextu competere. Qui ſit extra Romanam eccleſiam, non teneri conſuetudine eccleſiae Romanae ſtatuunt. (f) Cuius uerba uide *cap. II p.* 151. (g) Locus iſte *cap. II p.* 151. citatus eſt. (h) Auctores *cap.* III. *p.* 166 167. ſq. nominauimus. (i) *Inline* CARTHARIVS de *ymmunitate eccleſ. Arg.* III. §. 256. et quotquot ibid. adlegati ſunt. (k) *Ioſeph* STEPHANI de *adoratione pontific. c.* 17. (l) *Cardin.* TVSCH. *tom.* II. *practic. concluſ. iur. littera C. concl.* 552. *num.* 4. (m) Idem TVSCHIVS *tom. VI. practic. concluſ. littera P. concluſ.* 43. (n) ANCHAR. *ad c. X. nouit. diſt.* XII. *num.* 72. (o) *Anaſtaſ.* GERMON *in aſſert. libertat. et immunit. eccleſ. c.* IV. §. 2. *ſeq.*

Digitized by Google

CAP. IV. §. II.

modi nequam hominibus, Principum A maieſtati contumaciter renitentibus, ulterius loquatur: *Papam proprie Caeſarem eſſe, ipſum uero Caeſarem talem eſſe titulotenus, quod et ſenſu et uoce barbara ſcribunt* (p), *quia ſumma poteſtas in Chriſtianiſmo penes unum conſiſtere debeat, et haereticum dicat, ſtatuere, quod Caeſar eandem poteſtatem cum Papa communiter poſſideat* (q): *Caeſarem non ſuo nomine praeeſſe, ſed mandatario Pontificis, qui illi praecipere, poteſtatem eius coarctare, laxare, prorſus adimere, et ſolus uſurpare poſſit* (r). *Quo circa ſi quem Imperator ad dignitatem Principis, Comitis aut nobilium euchit, aut aliam excellentiam concedit: eiusmodi homini ſtatuendum erit, id omne fieri, nomine Pontificis, a quo Imperator omnem dignitatem, auctoritatem et praeeminentiam, aeque ut luna a ſole, lucem accipiat* (s). *Et ut paucis multa dicantur, Papam adfirmabit eſſe omnia in omnibus, eminentemque poteſtatem habere; quam uero, quum ſolus praeeſſe ubique nequeat, Imperatoribus uel regibus, ceu ſuis miniſtris, adminiſtrandam committeret* (t), et quae huius generis alia, ridicula partim, partim horrenda, reperiuntur. Quantum ergo Pontifex ſibi prae Imperatoribus ſumſerit, id ex eodem fundamento, etiam a doctis paraſitis Romani Pontificis, aliisque D horum ineptis ſociis, *qui ſunt pauperes aut fortuna aut doctrina*, uti clarus aliquis Romanae eccleſiae Theologus loquitur (u), publicis doctrinis audacter inculcatur. At ne modum excedam; ad librum Cardinalis *Bellarmini*, quem iſte ſcripſit contra *Barclaium*, quemuis ablego, ut miretur copiam ſcriptorum, quos ibidem citatos reperit, ex Germania, Hiſpania, Britannia, Galliaque arceſſitos: hi enim omnes ac ſinguli ex hoc fundamento, *quod* E *Papa ſit dominus orbis in temporalibus*, omnes *reges uaſallos Pontificis* eſſe docuerunt. Atque ſic recte feciſſe duo latrones putandi ſunt, Iacobus Clemens, et

e) quinta

f) ſexta

regum Galliae comprimis.

Franciſcus Rauaillac, qui duos potentiſſimos reges Galliae ferro transfoderunt; namque conſtanter illi docent, regem haereticum internecione dignum eſſe, quia Pontifici totus orbis proprius ſit, qui nollet alios praeterquam orthodoxos in eo tolerare (x). Qui liber pariter, ut *Ieſuitae* MARIANAE (y), promeruit, ut manu carnificis publice combureretur. Et qui *breue* Pontificium contra Poruſſiae re- B gnum pro legitimo reputat, is non male interpretabitur *Thomae* BOZIO (z), qui ſcribit: *coronam Galliae pertinere ad Pontificem, qui archiepiſcopo Rhemenſi poteſtatem dederit, regem non ſolum coronandi, ſed etiam*, ut uerbis eius expreſſe docetur, *eligendi*. Porro quotusquisque hoc *breue* legitimum dicit, indulgebit idem Pontifici cum VASQVEZIO (aa), ut *Galliam*, quae regni titulum Romae reperiſſet, ſibi *ue-* C *ctigalem* faciat. Et hoc ipſo *Breui* facinus *Alexandri VIII.* uehementer approbatur, qui regi Galliarum Philippo Pulchro, cuius ſupra mentionem iniecimus (bb), litteris ſignificauit, *poteſtatem regis Galliae Pontifici, quod ad ſtatum politicum attinet, ſubiectam eſſe, et bullis Papalibus adſtrictam quibus ſi rex reniteretur, aeque per Bonifacium VIII. fieri poſſe, quam olim per Zachariam potuerit, ut rex Galliae re-* D *gno exueretur, et in eius locum alius, auſpicio Pontificis, ſuccederet*. Sed quantum animi regibus Galliae ad reſiſtendum fuerit; ſupra (cc) deſcripſimus: et qua ratione hodiernus etiam rex aduerſus eiusmodi praetextus anno M DC LXXXII. ſe muniuerit, ſatis id propoſitiones declarant, tum temporis clericis factae, et iure iurando confirmatae, in quibus praeter alias res, ſatis arduas, expreſſis uerbis con- E tinetur; *quod Pontifici nullum ius in dignitatem et praerogatiuam ſummorum Principum competat*. Quare ſi Catholici Principes, Imperatores, reges et ſtatus liberi, uti *duobus* primis *cap.* uidimus, ipſimet Pontificis *breue*, id eſt, arrogationem iuris

reges

---

[p] Sunt uerba *Matthaei* ab AFFLICTIS, quae uide *cap.* II. *p.* 151. [q] Ita *Antonius de S.* GREGORIO, cuius uerba ſupra uidcantur *cap.* II. *p.* 151. [r] Ita horrenda ſunt uerba *Rod.* SANCTII de *origine et differ. princip. part.* 1. nuper a *Iulio* CHARTHARIO pro pontifice citata. Eſt ergo tenendum, inquit, naturaliter, moraliter et diuino iure cum recta fide, principatum Romani pontificis eſſe uerum et unicum immediatum principatum totius orbis, nedum quoad ſpiritualia, ſed quoad temporalia: et principatum imperialem eſſe ab ipſo dependentem, et mediatum, miniſterialem, inſtrumentalem, ſubminiſtrantem et ſeruientem, foreque ab eo ordinatum, inſtitutum, et ad iuſſus principatus papalis mobilem, reuocabilem, corrigibilem, punibilem. [s] Sic fermie omnes commentatores in *cap.* VI. *ſolitae X. de maiorit. et obed.* ſcribunt et praeter hos *Stanisl.* LVBIENSKY *in uita epiſcop. Plocenſ. p. m.* 31. CORSETVS *de poteſtate reg. qu.* CIII. [t] Papa in temporalibus omnem et iurisdictionem, et executionem habet in uniuerſo orbe: ſed exercet hanc poteſtatem per filium ſuum Imperatorem, et per alios reges ſuae poteſtatis adminiſtros, inquit Alexander de S. ELPIDIO de *auctorit. ſumm. pontif. et iurisdict. cap.* IX. confer. *Aluar. Pelag. de planctu eccleſ. l.* 1. *c.* 13. [u] *Franciſc.* de VICTORIA *loco p.* 152. citato. [x] Nam in hac ipſa theſi, quid papae liceat in reges haereticos, occupatus prae ceteris fuit BELLARMINVS tract. de *poteſtate ſummi pont. in rebus temporalibus* aduerſus BARCLAIVM. [y] De *inſtitution. reg. ac princ. in octau* [z] Expreſſa uerba BOZII ſupra *cap.* III. *p.* 170. adduximus. [aa] *Opuſcul. de reſtitut. cap.* VI. §. 1. *dub.* 1. *n.* 34. quem ſequitur TVRRIANVS *diſp.* XLIV. *dub.* 1. *n.* 8. Vterque clariſſime docet, ſi papae competat, dignitatem regibus ac honores diſtribuere, de quo nihil dubitant, etiam liberum ipſi eſſe, ut hisce tributum imperet, ſummamque in iſtis poteſtatem exerceat. [bb] Hanc epiſtolam reperies in *tom.* III. *conſtitut. Goldaſti*, apud RVBEVM et alios. [cc] Vide MAIMBVRG. et alios *cap.* I. §. 3. *p.* 140. 141. allegatos.

CAP. IV.

reges adpellandi reiiciunt; ſi praeterea eruditiores in Papatu temerarium hunc conatum dicunt: non dubium eſt, quin hi pro *Rege Poruſſorum* coniunctim decertaturi ſint, Pontifici iniuriam notando, Principumque honorem accerrime uindicando. Vt adeo Porusſiae regni conditor hanc iniquitatem, in ipſo papatu toties reprehenſam, iure meritoque ſpernere queat. Et quemadmodum *Gallia* flocci faciet, ſi Scycha aut Ruſſus, uel exterorum alius, cui nulla obſequii religione addictus eſt, ipſi mandata mitteret: ita diuina et ciuilia iura Regem Porusſiae ab his Pontificis auſibus his uerbis liberant: *quid ad nos extranei?* Sed propius aliquanto ad facinus Pontificis accedemus, uerba ipſius *diplomatis*, ſecundum fundamentum hactenus poſitum, breuiter diſcuſſuri. Hoc autem ſic habet;

CLEMENS PAPA XI.

CHARISSIME IN CHRISTO FILI NOSTER SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

ETſi nobis perſuaſum ſit, Maieſtatem tuam nullo modo probare conſilium, deterrimo in Chriſtiana republ. exemplo, a Friederico Marchione Brandenburgenſi ſuſceptum, dum regium nomen publice uſurpare praeſumſit; in eo tamen, quod factum huiusmodi Apoſtolicarum ſanctionum diſpoſitioni contrarium et huius ſanctae ſedis auctoritati iniurioſum eſſe dignoſcitur, ex quo ſcilicet ſacra regalis dignitas ab homine Acatholico non ſine Eccleſiae contemptu aſſumitur, et quidem Marchio ſe Regem dicere non dubitat eius partis Pruſſiae, quae ad militarem Teutonicorum ordinem antiquo iure pertinet, nos rem ſilentio praeterire non poſſumus, ne muneri noſtro deeſſe uideamur.

Quod itaque a perfecta animi tui magnitudine alienum eſſe ſatis ſuperque cognoſcimus, ab hoc, ut, noſtro quoque hortatu, temperare uelis, expetimus, ne uidelicet regios honores illi tribuas, qui illorum numero nimis incaute ſe iunxit, quos increpat ſimul et reprobat ſermo ille diuinus; ipſi regnauerunt et non ex me, Principes extiterunt et non cognoui. Senſus autem ſuper hac re noſtros uenerabilis frater Philipp. Anton. Archiepiſcopus Athenarum noſtro nomine fuſius explicabit Maieſtati tuae cui felicitatum uberem copiam a Deo precamur et Apoſtolicam benedictionem amantiſſime impertimur. Datum Romae apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 16. April. 1701. Pontificatus noſtri anno primo.

§. II.

Vlyſſes Ioh. Arch. Theodoſiae.

Quod pontifici quondam uenale fuerat, id nunc LL. diuinis dicit repugnare.

Principio non poſſumus non ſatis mirari huius pontificis, in hoc negotio temerarium conatum. Non prodemus arcana, quae *ſcriptor hiſtoriae conditi regni Poruſſiae*, ſi aulae regiae ita uiſum fuerit, in lucem producet. Id ſermone habemus aliorum, quorum nobis auctoritas fidesque ſancta eſt, praedeceſſorem Clementis XI. pollicitum eſſe, et quod magis eſt, nulla rogatione interpellatum, ultro obtuliſſe ſuum de nouo Porusſiae regno adplauſum, modo regii adminiſtri mercedem aliquam praemiumque ſedi pontificiae a munificentiſſimo rege procurarent. Equidem in ea liberalitatis et munificentiae laude eſt rex Poruſſiae, ut cultiori orbi conſtet uniuerſo, quod homines bene merentes, quamuis peregrini ſint atque ex remotiſſimis acceſſerint regnis, nullos dimittat, quin muneribus ampliſſimis ornet. Vt ſi ullibi unquam, in Porusſica certe aula litteris uirturique pretium ſuum nunquam non conſtare, uideatur. Quae cauſa eſt, quod Angli, Belgae ceterique Germani tot lucubrationes, Porusſiae regi inſcriptas, circumferant et ſubinde aliae plures apud hoc Mineruae praeſidium deponantur. Verum enim uero in Papam aut eius adminiſtros hoc caſu liberalem eſſe, necquicquam conuenerat. Cum ne mercede redemta eſſe uideretur dignitas regalis: tum ne adulatores pontificis eo glaucomate poſteros fallerent, aliquid momenti in regali diademate adſumto a pontifice pependiſſe. Atque haec omnia ſic eueniſſe, perſcit *Clemens XI.* Niſi enim omnia me fallunt, eius calamo conſilisque Papa anteceſſor uſus eſt in conciliando in hac cauſa ſibi Porusſiae rege, ut ignorantiam excuſare aut obtendere non poſſe, uideatur. Tantum priuatus ſcio. Vtinam ad ſacra principis ſcrinia acceſſus pateret, quo alia plura orbi Chriſtiano innoteſcerent. Qua igitur fronte aut pectore oggannıat pontifex, nouum Poruſſici regni diadema legibus diuinis aduerſari, prudens nunc rerum aeſtimator facile intelliget. Aut enim putidum hoc, quod oſtendimus hactenus, pontificis figmentum eſt; aut clariſſimum pontificii dogmatis teſtimonium, aurum ac nummos tuto in DEum peccare, et, quae uetuſtatis de Romanae curiae inexhauſta habendi cupidine elogia ſunt, in pontificiis tabernis diuina ac humana iura uenalia proſtare et circumferri. Qui antiquiora exempla uoluerit, is ex antiquioribus *Matthaeum* PARISIENSEM; ex recentioribus ultimorum ſeculorum temporibus *Philip-*

pum

Digitized by Google

pum MORNAEVM; *Marcum Antonium de* DOMINIS; ex noſtratibus CONRINGIVM; CHEMNITIVM; MAGDEBVRGICOS CENTVRIATORES, qui uocantur, euoluat; ubi his ſimillima probra illudque in praeſenti negotio reperiet; nihil hac in re ſcelera antiquorum pontificum *Clementem undecimum* migrauiſſe.

An praepoſitio nominis pontificis dignitatem et praerogatiuam importet?

§. III. Quamuis idiotismus et ordo Latini ſermonis exigant, ut nomen ſuum quisque primo loco conſtituat, deinde illius, ad quem ſcribitur; uti Cicero cum aliis meliori aeuo hunc ordinem tenuit, idemque noſtris temporibus hodienum inter eruditos cuſtoditur: Pontifices tamen argumentum inde praecellentiae et iuris, quod praecedentiae dicitur, deſumere conati ſunt. Inuenitur ſaec. XI. XII. et ſeqq. quod, licet curiae Grammaticum ordinem deſererent, cauſamque maioris dignitatis in hoc quaererent, atque ad noſtros propterea Imperatores ſcriberent hoc ordine; *Friderico Imperatori Henricus rex Angliae ſalutem dicit*; Pontifices tamen propter ſummam eminentiam nomen ſuum ſemper praepoſuerint. Et *Hadrianus* pontifex uitio uertit Imperatori *Friderico*, quod nomen, in epiſtola (dd) quadam ad ſe, praepoſuiſſet. Et quamuis Imperator admonitionem hanc impudici pontificis indignaretur, quem et malum Grammaticum, ſed peiorem politicum adpellauit: teſtatur tamen hoc exemplum, quod ſummi principes ac reges, etiam in rebus leuioris momenti, contra *praetenſiones pontificis*, et concupitum primatum prae reliquis principibus, item contra ius pontificis inde formatum ſeſe munire debeant.

De perturbata primae periodi ſtructura.

Niſi certiſſime ſciretur, quod hoc *breue* ex Romana curia prodierit; multi fortaſſe, confuſam connectendi rationem intuentes, illud pro ſpecimine Ruſſi cuiuſdam repntarent; quia nunquam hanc gentem elegantiae uel ordinis ſtudium cepit. Intelligimus autem, quod pontifex non amplius calamo *Bembi* conſiliisque utatur: quod ipſum Machiauellus etiam et Scaliger haud inique dixerunt, obſtupeſcere ſe, quoties praeſentem rerum faciem contemplarentur, eamque cum ampliſſima forma antiquioris cultiorisque Romae compararent: quoniam ibidem nunc ſpiſſa barbaries animos occupauerit, morum cultura exſularet, ubi quondam ſedes ac domicilium bonarum artium fuerit. At uidetur Pontifex et priſcos mores, et uocem antiquam ſeruaturus. Et hoc tamquam

Stylus curiae Romanae.

ſingulare LANCELLOTTVS (ee) putat, quod omnes partes iuris Canonici eamdem ſcribendi rationem obſeruent, nec ab aequalitate ſtili, quamlibet diuerſis temporibus ſcriptum fuerit, in minimis recedat. Vnde Franciſcus *PICVS Mirandula* (ff) ſcribit, Papas in ſuis conciliis non homines, ſed ſimias tolerare, formulas antiquas intuentes, nec ab iisdem latum unguem diſcedentes. Elucet hoc ex antiquis diplomatibus, quorum tanta obſcuritas eſt, ut nomen a uerbo, innumeris ſaepius uocibus interiectis, diuulſum ſit, nec facile, quomodo ſingula cohaereant, in illis reperiatur. Meminit *Paulus* SARPIVS (gg), epiſtolam Pontificis ad concilium Tridentinum habuiſſe periodum, in qua inter nomen et uerbum centum et quinquaginta uocabula numerata fuerint: ex quo doctiores aeſtimauerint, quanta barbaries eius concilii futura eſſet. Idem ex huius diplomatis prima periodo multos aeſtimaturos eſſe, ſenſu praecipimus: Sed ne ruſticitatem eccleſiae contemnere uideamur, cuius ſingulari lege cautum eſt (hh), ne quis in templo rideat, quando monachus forte in recitatione miſſae contra Priſcianum offendat: mittimus uocabula, et ad ipſam rem nos conuertimus.

Ad uerba: NVLLO MODO PROBARE.

In hac tractatione, (ii), et ſeorſum in opuſculo I. de iure reges adpellandi, (kk), ſatis oſtenſum fuit, centeſimum numerum excedere exempla, ex priſcis recentibusque temporibus obſeruata, quibus probatur, principes adpellationem Ducum, Comitumque, aut *nutu Caeſaris*, aut quod ſaepius euenit, *propria auctoritate* ac poteſtate, nullius interceſſu, commutauiſſe.

Qua cauſa tot reges ac principes cultioris Europae adplauſu ſuo et gratulatione noui regni conditorem ſint proſecuti.

Quemadmodum igitur inter ſingulos hosce, quos per cuncta ſaecula ſtudioſe euoluimus, non reperitur, cui minima de nouo diademate difficultas mota ſit; ſed potius id pateſcit, omnium ſtatim populorum adſenſum atque adplauſum inſequutum eſſe; colligi firmiter poterit, quod ius gentium commune ſingulis ſupremae poteſtatis principibus permittat, pro *arbitrio* et *auctoritate propria* regale faſtigium adſcendere. Fundamentum huius concluſionis in naturalibus, diuinisque legibus continetur: quod ipſum, uti ſupra commonſtrauimus (ll), ad regale diadema nihil praeter *ſummam auctoritatem, in libera rep. poſtulat.* Et hae ipſae leges diuinae ac naturae animum Imperatoris aliorumque regum impulerunt, ut magnum Porusſiae regni conditorem publicis uotis et adclamationibus ſuſciperent. Atque in hac claſſe poſt *Imperatorem* ſunt *Angliae*; *Luſitaniae*; *Hiſpaniae*; *Sueciae*; *Daniae*; *Poloniae*; *Rusſiaeque* reges; *Magni*

(dd) RADEVICVS *de geſtis Friderici I. lib. 1. c. 20. in tomis* VRSTISII. (ee) In *prooem. inſtit. iuris canonici.* (ff) In libro de *imitatione* p. m. 304. (gg) In *hiſtoria concilii Trident. lib. IV.* p. 407. (hh) Adueitente FRITSCHIO *de iure idiomatis.* (ii) *Per cap. II. et III.* (kk) *cap. II. integr.* (ll) *cap. II. §. 6. p. 160.*

CAP. IV. § III.

gii Sabandiae, Etrurineque duces; *Belgae* A Principesque Imperii atque pontificiorum ſacrorum ſummi antiſtites plures, quos nominare ſuperſedeo. Vnde conſtare poterit Papae, malcianum conſilium eſſe, id improbare uelle, quod beneficio prouidentis numinis atque cum melioris orbis contigit concentu.

DETERRIMO IN CHRISTIANA REPVBLICA EXEMPLO.

Rationes Diadematis Poruſſici luculentiſſimae.

Superius dictum eſt, centum exemplis et amplius compertum eſſe, quod *abſoluti principes, ducum* antea uel *comitum* nominibus adpellati, *regiam dignitatem* ac titulos poſtmodum uſurpauerint. Verum quisque omnium iurium indolem perſpiciens, ex hiſtoriarum monumentis facile cognoſcet, quod inter tot exempla pauca reperiantur, quae cum cauſis, *regem Poruſſiae* ad hanc dignitatem inducentibus, C comparari mereantur. Quae res quoniam in clariſſima luce uerſatur, teſtium numero, domeſticorum ſaltem, haud indiget: quum negotium nullum ſit, exterorum monumenta quam plurima exhibere. Duces *Nauarrae, Portugalliae et Algarbiae, regiam dignitatem*, illam in terris maximam, uſurparunt, uti opuſcul. I. *de iure reges adpellandi* euincit; etiamſi hi ſinguli uix X. uel XI. milliariorum D regiones poſſiderent. Scribit autem *Italus auctor*, quod magnus princeps Poruſſiae *CC. milliaria*, ſecundum menſuram Germanorum, emetiri poſſit, neque apud alium uel prandium capiat uel diuertat, niſi apud ſubditos. Principes *Aragoniae, Siciliae, Cypri, Portugalliae*, quum reges fierent, uix tantum habebant uirium, ut exercitui *quindecim* millium uirorum aequalem numerum opponerent: iam uero Itali apud hiſtoricos, *Galeazzum* E GVALDVM (mm), et *Girolamum* PRVSSONIVM (nn), reperient, Poruſſicos exercitus hunc numerum non una et altera uice, ſed aliquoties ſuperauiſſe. Quum rex *Portugalliae* coronaretur, populi ſic ſuas rationes ducebant: dignum eſſe regio titulo, qui modo regibus aduerſum tenere ſciret. Sane uolumen a nobis conficiendum eſſet, ſi copioſe narrare uellemus, quoties ſub aquilis *Poruſſo-Bran-* F *denburgicis* regum exercitus in fugam uerſi ſint: ſed maius hoc eſt, quod nobilis aliquis Polonus, KOCHOVSKY, pro ueritate rei geſtae memorat, Brandenburgici militis uirtute perfectum ſaepius eſſe, ſtatus *Poloniae* contra hoſtiles impetus integer ſaluusque perſtiterit. Neque puduit Angliae regem Wilhelmum publico ſermone profiteri, magnae Britanniae A regna ſe Brandenburgicis copiis, conſiliis, neruisque rerum gerendarum accepta ferre. *Doctores* iuris *Canonici*, ut opuſculo I. de *iure reges adpellandi*, docuimus (oo), regis *Bohemiae* ante CC. annos dignitatem, inepte admodum diſpuputarunt: quoniam in Bohemia numerus XI. epiſcopatuum, et unius archiepiſcopatus, non inueniretur. Quamquam igitur prudentiores intelligant, hoc B facinus eſſe *Hildebrandianum* ſtratagema, ut bonorum eccleſiae Roman. acceſſiones fiant; deinde hunc numerum in paucis regnis haberi, quibus tamen pontifex ſplendorem regium ſine controuerſia concedat: notum tamen eſt de prouinciis *magni* regis *Poruſſiae*, eas *longe plura eius generis nomina habuiſſe*; quod uel hodienum ex numero antiſtitum eccleſiarum, quos ſuperintendentes uocant, Graece C ἐπισκόπους, ſatis deprehenditur. Plura huius generis adduci poſſent, ut magis ob oculos poneretur, quantum rex Poruſſiae prae ceteris emineat, ſi charta caperet; nec tempore praecluderemur.

VSVRPARE PRAESVMSIT.

Papa uſurpator.

Poteſt hoc loco pontifex iudicium celeberrimi iure conſulti, Caeſarei et Canonici iuris ſupra citati magni interpretis, re- D miniſci, BALDI *Vbaldi* (pp), qui eamdem uocem de conatibus pontificis reges creandi, iam ſaeculo XIV. protulit. *Collationes*, inquit, *regalium dignitatum pertinent ad Imperatorem: ſed papa, quantum poteſt,* * *uſurpat ad ſe.* Et hanc deciſionem antiquiſſimi celeberrimique uiri, pontifici, ut perpendat, relinquemus, cuius occaſione ſpiritus eius reprimi poterunt, quo tandem in ſanam mentem reſtituatur.

E APOSTOLICARVM SANCTIONVM CONTRARIVM.

Supra iam per totum *Caput II.* praecipue uero §. *IV. et V.* ex V. et N. Teſtamento, itemque ex antiquiſſimis eccleſiae doctoribus copioſe monſtrauimus, quod S. Scriptura omnes ſupremi iuris principes *regum titulis*, inſigniat, ita quidem, ut *princeps* ſumma *poteſtate* munitus, et *rex*, uſu ſcri- F pturae, idem ſignificent. Nec memini, me dictum alicuius Apoſtoli legere, quo negetur, aliquem dignum eſſe *regio* titulo, niſi a *pontifice* iſtum impetraſſet. Contortas autem et impias explicationes quorundam locorum *capite III.* §. *a*, reddidimus: quae quidem, ut eruerentur, arte minus indiguerunt, quia pleraeque tam ſunt pueriles, ut ſimplicíſſimus quisque fraudem in iſtis ſtatim aduertat.

SAN-

(mm) *Vita Leopoldi Imperatoris Italice ſcripta.* (nn) In *hiſtoria huius ſaeculi Italice edita.* (oo) Deciſa res eſt ex praecipuis et antiquisſimis iuris canonici ſcriptoribus *cap.* 1. §. 8. *p.* 26. 27. (pp) De *feudis Marchiae p.* 21. *edit. Lugd. G.* 1557. *f.* qui locus meretur, ut in primis contra pontificem adhibeatur.

Digitized by Google

SANCTAE SEDIS AVCTORITATI INIVRIOSVM.

Nicolaus et alii pontifices, quibus religio curae cordique fuit, in contrarium iuerunt, quod ſupra *cap. II. §. 8.* indicatur. Exiſtimarunt iidem, *pontificem mortale peccatum committere, quoties ſaecularibus rebus, et regalibus dignitatibus interloqui conaretur.* Et haec illa opinio eſt, in qua pontificis iniuria, cui per *paragraphum II. et III.* diuina et ciuilia iura oppoſuimus, praecipue deprehenditur.

AB ACATHOLICO HOMINE.

Vocabulum Catholicus idem denotat, quod uniuerſalis; et particularibus parochiis opponitur. Sic primis ſaeculis tot erant eccleſiae catholicae, quot epiſcopatus: poſtea uero quam *Archiepiſcopatus* dicerentur, illi tantum adpellati ſunt *epiſcopi catholici*, qui nonnullis parochiis praeſidebant, ut diſtinctio inter hos et particulares epiſcopatus inueniretur. Quumque hi deinceps *Patriarchis* ſe ſubiicerent; uocabulum catholici epiſcopi ſolis iſtis tribuebatur: atque ſic erat *Catholico-Graeca*, *Catholico-Aſiatica*, et *Catholico-Romana* eccleſia. Inſaniam igitur dico et errorem ſceleſtum, ſi qui ſtatuant, omnes eccleſias, Romanae non addictas, *acatholicas* eſſe. Sed magis increpandam duco hanc impudentiam, quum inde arceſſit papa generale fundamentum, quod ſummi principes, qui uel gregem pontificis *deſeruerunt*, uel huic *aſſociati nunquam* fuerunt, *regali* faſtigio indigni cenſendi ſint. Verum ut impia haec eſt ſententia, ciuilibus et canonicis iuribus aduerſa, de qua re *totum caput. II.* legas: ſic etiam doctiſſimus quisque in medio papatu, quod itidem uerboſius oſtendimus, hanc iniuriam pontificis, tamquam ingenuus ueritatis confeſſor, infregit. Merentur *reges Galliae*, ut primo loco conſtituantur: ſiquidem hi dignitatem ſuam, ſummamque poteſtatem, aduerſus iniquos pontificis praetextus magno animo uindicarunt. Philippum Pulchrum adpello, et Henricum IV. quorum exempla nos erudire poterunt. Et o ſeruos reges Romano catholicos, ſi hoc pontifici largientur! Quotiescunque enim in minimis *aberrauerint* aut receſſerint ab eius placito, pontifex eos tamquam *acatholicos* reprobabit, atque ſic de dignitate ipſorum actum erit, *coronis ſceptrisque* ad pedes pontificis concidentibus. Et quid de Magna *Britannia*, *Suecia*, *Dania* fiet? quid magnus princeps *Moſcouiae* loquetur? ſi *Clemens XI.* propter cauſſam adlegatam regnorum titulos in dubium uocabit? ſi absque ueſtro o Reges! interceſſu hac ipſe confecutione utetur: *qui non eſt pontificius homo, ille non eſt Rex.* Eo enim quod *Rex Porusſiae* ſit *acatholicus*, hoc eſt, *non pontificius* homo, neniarum praecentor ait, ea propter non eſt Rex. *Veſtra res, qui reges eſtis, hic agitur.* Iacobi I. Angliae regis admonitio eſt, quam iſte in ſimili cauſſa ad omnes mundi principes litteris faciebat. Quae uerba ſapientiſſimi Monarchae noſtra iam facere poſſumus, omnibus principibus omni mentis ae uocis contentione adclamantes: *Veſtra res, qui Reges eſtis, hic agitur: Veſtrum eſt, coronas ueſtras, coeli benignitate ſortitas, contra tyrannidem, acerbitatem, neniasque pontificis tutari. Iuſtitiam huius cauſſae tota hac tractatione ſatis explanauimus; Vos uero neruos intendite, maleuolorum impetum* propulſate. At illud ridiculum eſt, quod iuris canonici doctoribus ſic loqui placeat: *papa non deſinit eſſe papa, quamuis ſit haereticus.* Scilicet quamdiu traditionum eccleſiaſticarum tenax ſit, etſi opiniones haereticas priuatim teneat, nihil in ipſo refutandum agnoſcunt; quum tamen ſtatuant: *Rex propter idem crimen haereſeos, excidit regno.* Id uero ſtatuendo quid aliud dicunt, quam *ſolium regum* ſanctius eos uelle ac *ſedem* eorum, quos ſucceſſores *Petrus* habuiſſe, dicitur. Scribendi genus ieiunum et agreſte, quo pontifex hoc loco utitur, ipſis catholicis ingratum horridumque eſt. Solenne tamen eſt papae, orbis reges *homines* ſuos, id eſt, *uaſallos* dicere. Sic de Lothario Caeſare paraſiti aulae Romanae: *Poſt homo ſit papae.* Sed ab hoc genere puerilium dogmatum ſeculo XVI. respublicas Chriſtianas liberarunt cum Theologi ſinceri, tum ſupra laudati meliorum literarum cultores.

PRVSSIAE.

Tametſi *Hartknochius* cum aliis ambigat, an Poruſſia, priusquam Equites Ordinis Teutonici eandem occuparent, regem habuerit: ſingulare tamen eſt ac probe tenendum, quod WYVCK KOIALOVICZ (qq) Erasmus STELLA, (rr) *Caſpar* SCHVTZ, (ss) atque alii plures, de principe Porusſico WEIDEWVTHO, ſecundum omnes circumſtantias ſcribunt; *illum a ſubditis ſuis in campo anno CCCLXX. regem pronunciatum eſſe.* Quae ſi ſupponamus, anni plusquam mille ſunt, ex quo regum titulus in Porusſicis claruit.

MILITAREM TEVTONICVM ORDINEM.

Poſſemus nos facili negotio ex *iure* tum naturae, cum diuino rationes proferre, quibus legitima poſſesſio *regis Porusſiae* innititur, et contra quosuis inſultus immobilis perſiſtit. Verum qui duorum ſaeculorum res geſtas nouit, illi facile quoque erit ad idem faciendum. Dum haec ſcribimus, liber ad manus noſtras uenit, Germanico ſermone ſcriptus adpellatusque *PORVSSIA VINDICATA*

(qq) *In hiſt. Lithuan. part. 1. lib. 1. p. 15. 17.* (rr) *In antiq. Poruſſic. p. 48.* (ss) *In chronico Poruſſiae libri I. principio.*

gili *Sabandiae, Etruriaeque* duces; *Belgae* Principesque Imperii atque pontificiorum ſacrorum ſummi antiſtites plures, quos nominare ſuperſedeo. Vnde conſtare poterit Papae, malcſanum conſilium eſſe, id improbare uelle, quod beneficio prouidentis numinis atque cum melioris orbis contigit concentu.

DETERRIMO IN CHRISTIANA REPVBLICA EXEMPLO.

Rationes Diadematis Poruſſici luculentiſſimae.

Superius dictum eſt, centum exemplis et amplius compertum eſſe, quod *abſoluti principes, ducum* antea uel *comitum* nominibus adpellati, *regiam dignitatem* ac titulos poſtmodum uſurpauerint. Verum quisque omnium iurium indolem perſpiciens, ex hiſtoriarum monumentis facile cognoſcet, quod inter tot exempla pauca reperiantur, quae cum cauſis, *regem Poruſſiae* ad hanc dignitatem inducentibus, comparari mereantur. Quae res quoniam in clariſſima luce uerſatur, teſtium numero, domeſticorum ſaltem, haud indiget: quum negotium nullum ſit, exterorum monumenta quam plurima exhibere. Duces *Nauarrae, Portugalliae et Algarbiae, regiam dignitatem*, illam in terris maximam, uſurparunt, uti opuſcul. I. *de iure reges adpellandi* euincit; etiamſi hi ſinguli uix X. uel XI. milliariorum regiones poſſiderent. Scribit autem *Italus auctor*, quod magnus princeps Poruſſiae *CC. milliaria*, ſecundum menſuram Germanorum, emetiri poſſit, neque apud alium uel prandium capiat uel diuertat, niſi apud ſubditos. Principes *Aragoniae, Siciliae, Cypri, Portugalliae*, quum reges fierent, uix tantum habebant uirium, ut exercitui *quindecim* millium uirorum aequalem numerum opponerent: iam uero Itali apud hiſtoricos, *Galeazzum* GVALDVM (mm), et *Girolamum* PRVSSONIVM (nn), reperient, Poruſſicos exercitus hunc numerum non una et altera uice, ſed aliquoties ſuperauiſſe. Quum rex *Portugalliae* coronaretur, populi ſic ſuas rationes ducebant: dignum eſſe regio titulo, qui modo regibus aduerſum tenere ſciret. Sane uolumen a nobis conficiendum eſſet, ſi copioſe narrare uellemus, quoties ſub aquilis *Poruſſo-Brandenburgicis* regum exercitus in fugam uerſi ſint: ſed maius hoc eſt, quod nobilis aliquis Polonus, KOCHOVSKY, pro ueritate rei geſtae memorat, Brandenburgici militis uirtute perfectum ſaepius eſſe, ut ſtatus *Poloniae* contra hoſtiles impetus integer ſaluusque perſtiterit. Neque puduit Angliae regem Wilhelmum publico ſermone profiteri, magnae Britanniae regna ſe Brandenburgicis copiis, conſiliis, neruisque rerum gerendarum accepta ferre. *Doctores* iuris *Canonici*, ut opuſculo I. de *iure reges adpellandi*, docuimus (oo), regis *Bohemiae* ante CC. annos dignitatem, inepte admodum diſpuputarunt: quoniam in Bohemia numerus XI. epiſcopatuum, et unius archiepiſcopatus, non inueniretur. Quamquam igitur prudentiores intelligant, hoc facinus eſſe *Hildebrandianum* ſtratagema, ut bonorum eccleſiae Roman. acceſſiones fiant; deinde hunc numerum in paucis regnis haberi, quibus tamen pontifex ſplendorem regium ſine controuerſia concedat: notum tamen eſt de prouinciis *magni* regis *Poruſſiae*, eas *longe plura eius generis nomina habuiſſe*; quod uel hodienum ex numero antiſtitum eccleſiarum, quos ſuperintendentes uocant, Graece ἐπισκόπους, ſatis deprehenditur. Plura huius generis adduci poſſent, ut magis ob oculos poneretur, quantum rex Poruſſiae prae ceteris emineat, ſi charta caperet; nec tempore praecluderemur.

VSVRPARE PRAESVMSIT.

Papa uſurpator.

Poteſt hoc loco pontifex iudicium celeberrimi iure conſulti, Caeſarei et Canonici iuris ſupra citati magni interpretis, reminiſci, BALDI *Vbaldi* (pp), qui eamdem uocem de conatibus pontificis reges creandi, iam ſaeculo XIV. protulit. *Collationes*, inquit, *regalium dignitatum pertinent ad Imperatorem: ſed papa, quantum poteſt*, * *uſurpat ad ſe*. Et hanc deciſionem antiquiſſimi celeberrimique uiri, pontifici, ut perpendat, relinquemus, cuius occaſione ſpiritus eius reprimi poterunt, quo tandem in ſanam mentem reſtituatur.

APOSTOLICARVM SANCTIONVM CONTRARIVM.

Supra iam per totum *Caput II.* praecipue uero §. *IV. et V.* ex V. et N. Teſtamento, itemque ex antiquiſſimis eccleſiae doctoribus copioſe monſtrauimus, quod S. Scriptura omnes ſupremi iuris principes *regum titulis*, inſigniat, ita quidem, ut *princeps* ſumma *poteſtate* munitus, et *rex*, uſu ſcripturae, idem ſignificent. Nec memini, me dictum alicuius Apoſtoli legere, quo negetur, aliquem dignum eſſe *regio* titulo, niſi a *pontifice* iſtum impetraſſet. Contortas autem et impias explicationes quorundam locorum *capite III.* §. *2*, reddidimus: quae quidem, ut eruerentur, arte minus indiguerunt, quia pleraeque tam ſunt pueriles, ut ſimpliciſſimus quisque fraudem in iſtis ſtatim aduertat.

SAN-

(mm) *Vita Leopoldi Imperatoris Italice ſcripta.* (nn) In *hiſtoria huius ſaeculi Italice edita.* (oo) Deciſa res eſt ex praecipuis et antiquiſſimis iuris canonici ſcriptoribus *cap.* 1. §. 8. *p.* 26. 27. (pp) De *feudis Marchiae p.* 21. *edit. Lugd. G.* 1557. *f.* qui locus meretur, ut in primis contra pontificem adhibeatur.

SANCTAE SEDIS AVCTORITA- A TI INIVRIOSVM.

Nicolaus et alii pontifices, quibus religio curae cordique fuit, in contrarium iuerunt, quod ſupra *cap. II. §. 8.* indicatur. Exiſtimarunt iidem, *pontificem mortale peccatum committere, quoties ſaecularibus rebus, et regalibus dignitatibus interloqui conaretur.* Et haec illa opinio eſt, in qua pontificis iniuria, cui per *paragraphum II. et III.* diuina et ciuilia iura oppoſuimus, B praecipue deprehenditur.

AB ACATHOLICO HOMINE.

Vocabulum Catholicus idem denotat, quod uniuerſalis; et particularibus parochiis opponitur, Sic primis ſaeculis tot erant eccleſiae catholicae, quot epiſcopatus: poſtea uero quam *Archiepiſcopatus* dicerentur, illi tantum adpellati ſunt *epiſcopi catholici*, qui nonnullis parochiis praeſidebant, ut diſtinctio inter hos et particu- C lares epiſcopatus inueniretur. Quumque hi deinceps *Patriarchis* ſe ſubiicerent; uocabulum catholici epiſcopi ſolis iſtis tribuebatur: atque ſic erat *Catholico-Graeca*, *Catholico-Aſiatica*, et *Catholico-Romana* eccleſia. Inſaniam igitur dico et errorem ſceleſtum, ſi qui ſtatuant, omnes eccleſias, Romanae non addictas, *acatholicas* eſſe. D Sed magis increpandam duco hanc impudentiam, quum inde arceſſit papa generale fundamentum; quod ſummi principes, qui uel gregem pontificis *deſeruerunt*, uel huic *adſociati nunquam* fuerunt, *regali* faſtigio indigni cenſendi ſint, Verum ut impia haec eſt ſententia, ciuilibus et canonicis iuribus aduerſa, de qua re *totum caput. II.* legas: ſic etiam doctiſſimus quisque in medio papatu, quod itidem uerboſius E oſtendimus, hanc iniuriam pontificis, tamquam ingenuus ueritatis confeſſor, infregit. Merentur *reges Galliae*, ut primo loco conſtituantur: ſiquidem hi dignitatem ſuam, ſummamque poteſtatem, aduerſus iniquos pontificis praetextus magno animo uindicarunt. Philippum Pulchrum adpello, et Henricum IV. quorum exempla nos erudire poterunt. Et o ſeruos reges Romano catholicos, ſi hoc pontifici F largientur! Quotiescunque enim in minimis *aberrauerint* aut receſſerint ab eius placito, pontifex eos tamquam *acatholicos* reprobabit, atque ſic de dignitate ipſorum actum erit, *coronis ſceptrisque* ad pedes pontificis concidentibus. Et quid de Magna *Britannia*, *Suecia*, *Dania* fiet? quid magnus princeps *Moſcouiae* loquetur? ſi *Clemens XI.* propter cauſſam adlegatam regnorum titulos in dubium uocabit? ſi absque ueſtro o Reges! interceſſu hac ipſe conſecutione utetur: *qui non eſt pontificius homo, ille non eſt Rex.* Eo enim quod *Rex Porusſiae* ſit *acatholicus*, hoc eſt, *non pontificius* homo, neniarum praecentor ſit, ea propter non eſt Rex. *Veſtra res, qui reges eſtis, hic agitur.* Iacobi I. Angliae regis admonitio eſt, quam iſte in ſimili cauſſa ad omnes mundi principes litteris faciebat. Quae uerba ſapientiſſimi Monarchae noſtra iam facere poſſumus, omnibus principibus omni mentis ac uocis contentione adclamantes: *Veſtra res, qui Reges eſtis, hic agitur: Veſtrum eſt, coronas ueſtras, coeli benignitate ſortitas, contra tyrannidem, acerbitatem, neniasque pontificis tutari. Iuſtitiam huius cauſſae tota hac tractatione ſatis explanauimus; Vos uero neruos intendite, maleuolorum impetum* propulſate. At illud ridiculum eſt, quod iuris canonici doctoribus ſic loqui placeat: *papa non deſinit eſſe papa, quamuis ſit haereticus.* Scilicet quamdiu traditionum eccleſiaſticarum tenax ſit, etſi opiniones haereticas priuatim teneat, nihil in ipſo reſutandum agnoſcunt; quum tamen ſtatuant: *Rex propter idem crimen haereſeos, excidit regno.* Id uero ſtatuendo quid aliud dicunt, quam *ſolium regum* ſanctius eos uelle ac *ſedem* eorum, quos ſucceſſores *Petrus* habuiſſe, dicitur. Scribendi genus ieiunum et agreſte, quo pontifex hoc loco utitur, ipſis catholicis ingratum horridumque eſt. Solenne tamen eſt papae, orbis reges *homines* ſuos, id eſt, *uaſallos* dicere. Sic de Lothario Caeſare paraſiti aulae Romanae: *Poſt homo ſit papae.* Sed ab hoc genere puerilium dogmatum ſeculo XVI. reſpublicas Chriſtianas liberarunt cum Theologi ſinceri, tum ſupra laudati meliorum literarum cultores.

PRVSSIAE.

Tametſi *Hartknothius* cum aliis ambigat, an Poruſſia, priusquam Equites Ordinis Teutonici eandem occuparent, regem habuerit: ſingulare tamen eſt ac probe tenendum, quod WYVCK KOIALOVICZ (qq) Erasmus STELLA, (rr) *Caſpar* SCHVTZ, (ss) atque alii plures, de principe Porusſico WEIDEWVTHO, ſecundum omnes circumſtantias ſcribunt; *illum a ſubditis ſuis in campo anno CCCLXX. regem pronunciatum eſſe.* Quae ſi ſupponamus, anni plusquam mille ſunt, ex quo regum titulus in Porusſicis claruit.

MILITAREM TEVTONICVM ORDINEM.

Poſſemus nos facili negotio ex *iure* tum naturae, cum diuino rationes proferre, quibus legitima poſſeſſio *regis Porusſiae* innititur, et contra quosuis inſultus immobilis perſiſtit. Verum qui duorum ſaeculorum res geſtas nouit, illi facile quoque erit ad idem faciendum. Dum haec ſcribimus, liber ad manus noſtras uenit, Germanico ſermone ſcriptus adpellatusque *PORVSSIA VINDICATA*

(qq) *In hiſt. Lithuan. part. 1. lib. 1. p. 15. 17.* (rr) *In antiq. Poruſſic. p. 48.* (ss) *In chronico Poruſſiae libri I. principio.*

CAP. IV. §. III.

contra ineptias ordinis Teutonicorum, quas A *illi in Ratiſbonenſibus comitiis anno 1702. prodiderunt.* Vtinam uolumen, exterorum hominum cauſa, latine loqueretur, ut illis quoque ſcelera paterent, quibus Teutonici ordinis ſocii Poruſſiam et inuaſerint olim ſubtraxerintque Polonis et rurſus deinde amiſerint. Id ſufficit, obmutuiſſe ad argumenta ibi prolata ordinis defenſores. Quid? quod illud quoque ſermone aliorum habeam, autorem PO- B RVSSIAE VINDICATAE percupere, ut altera uice ſe moueant ordinis patroni: quo cauſas idoneas habeat, ad arcana, parcere enim hactenus uoloit famae et exiſtimationi multorum, orbi Germaniaeque pleniori liberiorique calamo exponenda. Ceterum fruſtra hiſce agitat homo, PAPAnimum Galliae regis, quem ſuſtuliſſe *Templarios* conſtat propter ſegnitiem et ſcelera. Aſt maiora longe ſunt, C quibus peſtilentiſſimi *cruciferi* quondam infecti fuerunt in Poruſſia. Nuperrimus diſſertator *de ſublato ordine Templariorum* ſibi parum conſtitit, aut, ut ſtilo eius utar, *neſciuit, quid ſcripſerit: Natalem ALEXANDRVM* non recte *modum* extincti ordinis *Templariorum* improbaſſe: ipſa non ſimul improbata extinctione. Sciuit ſane Alexander, quid ſcripſerit, ſciuit et ille, qui laudauit hoc Alexandri ſincerum D iudicium. Sed ſatis de his. Quoniam enim cum ſolo *pontifice* nobis res eſt: exemplum Seruatoris, Ioannem Baptiſtam interrogantis, imitabimur, et reſponſionis loco quaeſtionem ſubſtituemus. *Manifeſtum eſt, quod Papa quamplurima Ordini Teutonico in Italia ademerit, eaque partim in fiſcum retulerit; partim auaris Ieſuitis donauerit.* Quaerimus igitur ex pontifice? *quanam hoc po-* E *teſtate fecerit?* qui ſi nobis reſponderit; etiam nos nihil celabimus, *quo iure Poruſſorum Aquila ſceptro Brandenburgico ſe ſubmiſerit.* Et hoc argumentum ad hominem eſto, quod pontificem ad meliorem ſui notitiam perducere poterit.

Reſpublica Veneta olim ad Bullam Papalem, quum a Paulo V. proſcriberetur, ſequentia uerba reſponſionis loco reddidit: MALEDICI VOX EST, PRAE- F TEREAQVE NIHIL (tt). Idem de hoc breui *pontificis* iure repetitur, quod *ineptiis* refertum eſt, quas omnes cordati pontificii non poſſint non abominari.

ANIMI TVI MAGNITVDINE.

Non fallit pontificem opinio, dum regi Galliae *magnitudinem* animi tribuit: haec enim toties pontificibus innotuit, quoties huic regno rationibus illegitimis, abſoniſque praetenſionibus, moleſtiam fecerunt. Et in hodierno rege pontifex excelſum animum atque imperterritum cognoſcit in eo, quod eius iuſſu clerici in Galliis anno MDCLXXXII. fidem ſuam ſub iuris iurandi religione adſtrinxerint ad theſes contra nimias pontificis Romani arrogationes adprime utiles. Vtinam ceteri quoque reges ab hoc medico diſcerent, eandem adſerre contra eandem peſtem medicinam. Lepidum ceteroquin antiquis noſtris temporibus prouerbium eſt: *caue tibi Roma a Gallo! caue! nunquam Gallus cecinit; quin Petrus fleret peccator.*

IPSI REGNAVERVNT ET NON EX ME.

Singulare quoddam putandum eſt, hanc ipſam ſententiam ex *Hoſea propheta C. VIII. u. 3. iam pridem* S. BERNHARDO depromtam eſſe, tamquam (uu) *admonitionem pontifici* ſalutarem, qua is ab rebus principum, ad ſe minime pertinentibus, auocaretur. Ita enim pontificem EVGENIVM, arrigite aures Romani! adloquitur: *Quod habuit Petrus, hoc dedit Papae, ſollicitudinem ſuper eccleſiam. Numquid dominationem? audi ipſum: neque VT DOMINANTES, SED FORMA FACTI GREGIS EX ANIMO. Ne autem dictum ſola humilitate putes, uerum etiam ueritate, uox Domini indicat in Euangelio:* REGES GENTIVM DOMINANTVR, VOS AVTEM NON SIC. *Planum eſt, quod Apoſtolis interdicitur dominatus. Igitur* TV VSVRPARE *audes* (attendat pontifex, quis VSVRPATOR SIT) *aut ut Dominus Apoſtolatum, aut ut Apoſtolus Dominatum? Plane ab utroque prohiberis. Si utrumque habere uelis; perdes utrumque. Alioquin* NON TE *de numero illorum* PVTES EXCEPTVM, *de quibus conqueritur Dominus ſic*, fac ſcriptor, quorſum proſit uerbum hoc! IPSI REGNAVERVNT, pontificibus Romanis loquitur, SED NON PER ME; PRINCIPES EXSTITERVNT, SED NON COGNOVI EOS. Perelegans dictum eſt, quod etiam *Theologi* et *Iureconſulti* pontificii, ſaniores illi, adprime aptum eſſe confeſſi ſunt, ut pontificis dignitatem, poteſtatem et auctoritatem principum ſugillanti obuertatur. *Georgius de* HEIMBVRG (xx), conſiliarius Auſtriacus ICtus celeberrimus pontificius, eodem dicto ſub Imperatore FRIDERICO III. irrita coepta *Felicis V.* et *Eugenii IV.* coarguit. *Franciſcus a* VICTORIA (yy), ſupra laudatus eccleſiae Rom. Theologus et profeſſor, quum quaeſtionem negando decidiſſet, pontifici *ius regios titulos impertiendi* non concedens; *dictum* hoc *propheticum* fundamenti loco ponit, quod iuſtiſſimus Deus omnibus adula-

(tt) *Ventura* VINCENTINVS *lib. 1. c. 9. p. 18.* (uu) Egregium teſtimonium eſt *lib. de conſiderat. tract. IV. ad Eugenium Papam.* (xx) *Admonitione de uſurpat. Pap. p. 558.* (yy) *Relect. 1. ſect. 3. quaeſt. 1. pag. 80.*

CAP. IV. adulatoribus aulae Romanae, contra Dei inuocationem tale pontificis ius adſtruentibus, per *Prophetam* HOSEAM adclamet: *Reges conſtituunt Romae pontifices, ſed ſine me; Principes introducunt, meum conſilium adſpernantur.* Et Ventura VINCENTINVS (zz), itidem *Theologus* et *Profeſſor Rom. Catholicus*, eadem uerba contra pontificem, in rebus ad politicum ſtatum pertinentibus uſurpat. Addit ex BERNHARDO, Deum in uniuerſum orbem emiſiſſe Apoſtolos, *non ut dominos, ſed ſeruos; non ut regna conderent, ſed ut coetus ſanctorum congregarent; non tamquam Dominos ouium, ſed qui paſtores exiſterent.* Nos uero uotis illud expetimus, ut pontifex huic Prophetico dicto, a tot uiris doctiſſimis candidiſſimisque illi in legem propoſito, tandem locum relinquat, nefas ſuum perſentiſcat, munia ſibi demandata curet, et *ab honoribus regum ac principum* ſibi temperet, in ſuis acquieſcat his demum temporibus, ubi ſuperſtitionum tenebris per bonarum litterarum lumina diſcuſſis, tanta nunc lux principibus fulgeat, ut pontificem neniarum ueterum praeconem rideant merito et explodant. Atque is finis eſt labori, cui multum operae, indefeſſumque ſtudium inſumſimus, partim, quod haec materia per *quinque* ſaeculae uix ſemel agitata fuit, partim etiam quod eamdem, a nullo adhuc elaboratam, ex *antiquisſimis* quibusque *iuris canonici* ſcriptis Doctoribusque hinc inde conquiſiuimus. Sed quod laborem prouexit, quod difficultates ſuperauit, amor ueritatis fuit, principumque dignitatem propugnandi cupi-

A ditas. Ceterum ſingulae partes huius confutationis teſtimoniis doctorum pontificiorum confirmatae ſunt, omiſſis noſtratibus. Vnde pontifex intelliget, in toto opere non partium ſtudio nos abreptos eſſe, qui proprio illum gladio percuſſimus. Proinde etiam ſaniorum pontificiorum quilibet has theſes ſine offenſione perlegere poterit: Quoniam ex *capite I.* ſatis elucet, *catholicos* quoque reges, quo- B tiescumque *pontifex* ipſorum honorem imminuere uiſus eſt, ſemper paratos habuiſſe, qui calamum arriperent, et pontifici claris uerbis ueritatem in ipſo Papatu exponerent: ita hoc impudentisſimae audaciae diploma cenſuram nunc liberiorem magisque acerbam merebitur illorum, qui a *Chriſto* ſeruatore, non a *papa* habent decreta ſuae religionis. Quapropter ſi Papae aut eius adſeclis alicubi in ſcribendo C acriores uidemur: id nobis non tribuant, ſed famoſiſſimo ſuo libello, cuius atrocitas duriſſimam, quamuis in parnaſſo prouocauit, meruit animaduerſionem. Iure etiam meritoque pontificiorum ſacrorum REGES ac potentiſſimi quique orbis PRINCIPES, imo etiam ipſi PATRIARCHAE, EPISCOPI atque ANTISTITES Germani, ſpreto hoc Papae bruto fulmine atque ſtulta iniquitate diſpulſa, D SAPIENTISSIMO PIISSIMOQVE PORVSSIAE REGI *in nouo diademate* adſumto adclamatione ſua adplauſuque, nemine praeter hoſtem excepto, acceſſerunt. Vt nulla tuitione rei opus ſit, quam uniuerſarum in cultiore orbe gentium conſenſu concentuque conſtat eueniſſe.

A D P E N D I X

L. B. DE LIMBACH

eidem

Diplomati Clementino

oppoſitus libellus.

CLementis XI. Albani, Pontificis Romani ad reges Europae complures ac principes quoſdam Germaniae literas, de adſcito in Poruſſiae regis nomine ſcriptas, ut perlegi, uariae animum meum cogitationes agitarunt. Factum id miratus ſum, apoſtolicis aduerſum ſanctionibus, et in Romanae ſedis autoritatem iniurioſum argui, quod ſacri regalis dignitatis honores ab acatholico, non ſine ecclesiae contemptu ſumpti ſint. Cuius quidem pronunciati, ſi quod eſt funda-

E mentum in Vicariatu, quem uocant, diuino, et dominio in regna mundi uniuerſa, omne quaeri uidetur. Verum commenti uanitas, et facilis eſt demonſtratu et iam olim omnibus nota. Apoſtoli ſane cum doctrinae ſalutari operam darent, nihil de regibus conſtituendis, nihil de ordinandis imperiis unquam ſanxerunt, nihil in his rebus uel Petrus uel Paulus Romanae quicquam tribuerunt ſedi. Pa- F ri ratione illorum diſcipuli, terrarum orbem peragrantes, innocentes, pauperes, remoti a regnorum negotiis, regum maieſta-

(zz) *In conſilio ſuper controuerſia Venet. p. 36.*

ieſtatem ſubmiſſe uenerabantur. Dubia et controuerſias in conciliis dirimebant: aequali inter ſe poteſtate, uno epiſcopo, ſeceſſionis euitandae cauſa, ſummae rei praefecto. His inſtitutis inter uexationes frequentes, diffuſas, atroces, coetus Dei ſtetit, creuit. Quietem ſec. IV. Conſtantino M. ad Chriſtianorum ſacra traducto, partam, augmenta primum rei chriſtianae coeperunt in Perſas Indosque extenſa: mox turbae ex peſte Ariana haud leues: maiores, poſt Iuliani Imp. ſaeuitiam ex foedis inter ſe certaminibus Liberii et Felicis, Damaſi et Vrſicini, de Romana claue: Romani et Byzantini, Epiſcoporum, de primo loco in ſynodis, autoritate Imperatorum, praeſide eo, quem hi delegerant, Epiſcopo inſtituto. Haec ſuſpenſa magis, quam ſedata Conſtantinopolitani concilii decreto, quo Romanus ob loci antiquitatē praecedere iuſſus. Inde pontificis Max. titulum, ſimulacrum cultoribus uſurpatum, et a Gratiano imp. repudiatum, Romani affectarunt. Poſt inter Gothorum irruptiones ſec. V. Chryſoſtomi, dignitate moti, ad Innocentium Romanum prouocare accenſa ambitio, quod ordinis erat, pro iuris titulo uenditare, autoritatem in omnes Africanos ſibi ſumere ſuaeque eccleſiae principatum arrogare non dubitauit. Tum canonum multitudo pro legibus obtruſa: cauſae antiſtitum et eccleſiarum a foro ciuili exemptae: cenſura librorum arrepta, dominatus documenta. Hormiſda a Clodouaeo, Francorum R. corona aurea donatus; Ioh. II. a Iuſtiniano imp. ſi uerae ſunt eius in codice epiſtolae, caput eccleſiarum adpellatus, nouam ſpeciem acceperunt. Quo tempore, deleto Gothorum in Italia regno, Exarchus ibidem ad iura Imperatorum tuenda creatus. Oecumenici nomen a. 586. Iohanni Conſtantinopolitano appetitum, graue quid, inſolens, et reliquis derogans, ſpirare uiſum eſt Pelagio et Gregorio M. neque eo minus a Boniſacio III. annuente Phoca, Tyranno Byzantino, praereptum: utriſque poſt a Conſtantino Pogonato tributum, ui tamen uocabuli Romanis cedente.

Hi ortus, haec incrementa fuerunt gliſcentis, quae primatus et uicariatus Petri nomine parabatur, magnitudinis Romanae, mox ad res ſeculi adſpiraturae. Interea in Syria, Aegypto, Africa, Mahumetis impetu res chriſtiana afflicta, in occidentis regionibus amplificata. Italia, paucis exceptis, Exarchorum iurra Longobardis erepta. Epiſcopis Romanis nulla tum iurisdictio, nulla in urbem poteſtas; reditus certi erant, et quaedam poſſeſſiones, e quibus definita pecuniae ſumma Imperatori, in dominii confeſſionem, quotannis pendebatur. Ad hoc electio pontificum ex Imperatoris exarchique confirmatione ſuſpenſa. Sed iam paulatim, poſtquam ritus et ceremoniae, Anglis illa aetate et noſtra iuxta probatae, maiorem religionum partem faciebant, uarie iugum hominibus imponi, de matrimonii iure, de uita coelibe, beneficiis, expiatione criminum, praecepta dari, Antiſtites, ſacrorum precationisque cauſa, aulis regum adeſſe, et, quieti mentis conſulendo, autoritatem quaerere coeperunt: tum ipſos Imperatores impugnari. Philippico cum is a. 713. ſuam de diuinis ſententiam Romano praeſuli, ex more Imperatorum electorum, ſcripto exponens, prauis erroribus implicaretur, Conſtantinus Papa, plebe concitata, obſequium denegat. Leoni, deiectis imaginibus, ſacrorum deprecationes aſpernanti, Gregorii duo, II. et III. ſacris interdicunt, inhibitis etiam Italiae tributis.

Anceps hinc metus, ultionis ab Imperatore, ſeruitutis a creſcentibus Longobardorum opibus, a Francis Romanos coëgit auxilia rogare. Initio Carolus Martellus, Franc. praetorio praefectus, oblata Conſulis ſeu Patricii dignitate in Italiam euocatus: Poſt Pipinus, autore Zacharia Papa, qui et populum, exauctorandi Childerici, Regis ignaui, Francis autor factus, iurisiurandi religione ſoluerat, rex adpellatus, deleto Exarchorum imperio omnes Exarchatus quondam ditiones Aiſtulpho, Langobardorum R. rurſus ereptas, Stephano P. fictis Conſtantini M. donationum tabulis circumuentus, tradit. Tandem Carolus rex ab Hadriano I. exoratus, perdomitis Longobardis, Pipini confirmat donationem; Eccleſiae Romanae Patrocinium, ius ſedis ordinandae, Patricii titulum ſuſcipit, Longobardorum rex agnoſcitur, filios in ſuccedendi ſpem inaugurandos curat. Idem ſequenti tempore, cum Leonem, ab Hadriani demortui cognatis pulſum, cauſa cognita, reſtituiſſet, Imperator Auguſtus ſalutatur a populo, et ueneratione, ueteribus principibus delata; adoratus, a pontifice ſolenniter coronatur.

Ita reuocatus, cuiuscunque modi is fuit, ordo in eccleſia, reuerſis ad priſtinum faſtum pontificibus, haud diu ſtetit. Namque paulo poſt electio Collegiis Sacerdotum et populo aſſerta, confirmatio ſola Imperatori relicta. Mox Papae in cauſas publicas ſe inferre; de lite Ludouici cum filiis, de matrimoniis Lotharii II. regis, de iure ſuccedendi in Imperio inter Carolum Caluum et agnatos cognoſcere conati. Romana Sedes, et Imperium pariter iactari. Illa ad propinquos ſub foeminarum principum tyrannide, quaſi hereditati delata: hoc Lamberto Foroiulienſi et Berengario addictum. Tantis malis medicinam quidem Otto I. attulit, R. Germaniae, ob Ioannis XII. flagitia, et Italiae calamitates, Romam accitus et Imperator

ADPEND.

perator ſalutatus. Qui, Ioanni dignitate abrogata, Leonem VIII. ſubſtituit, omni Imperatorum iure, et in republica et in conſtituendis Epiſcopis Romanis, aliis, pleniſſime recuperato, ſolenni Papae et Conſilii ſponſione. Huius, licet, in decreto acta legas, ipſius Gregorii XIII. edicto confirmata: ut qui ea falſi accuſant, et qui Carolum et Ottonem, Magnos, ſubiectionem pontifici iuraſſe tradunt, aequalem impudentiam prodant.

Extinctis Ottonibus, impar ſucceſſorum potentia locum pontificibus perturbandi omnia dedit. Ius eligendi Imperatorem Romanum, conuentione Ottonis III. et Gregorii V. Germanis proprie quaeſitum Benedictus VIII. ſub Sedis Romanae examen reuocauit. Pontificis ab electione per Ioannem XIX. populus; poſt a confirmatione Imperator excluſus eſt, Principibus ac ciuitatibus Italiae, ſi armis ipſe iniurias ultum iret, in ſocietatem adſcitis. Ea de re certatum eſt uaria fortuna. Italiae reguli diuerſi pars Imperatoris, alii pontificum beneficio impoſiti. Ita pontifices, ſumma poteſtate domi ſibi conſtituta, in uniuerſa orbis regna dominium animis conceperunt. Sed iuris cuiusdam colore opus erat, et eo ſingulari, ubi iactata Conſtantini M. donatio, aut haereditaria in totum occidentem ſucceſſio, non ſufficiebat. Itaque tributum, in egentium alimenta miſericordiae cauſa collatum, quod Denarium S. Petri uocant, Anglis, Danis, Polonis, in ſubiectionis notam conuerſum. Alia regna donationis iure acquiſita praedicarunt, quae reges aut Sedi Romanae, ut Iohannes Angliam, Arogoniam Petrus, Innocentio III. Hungariam Stephanus, Croatiam Dalmatiamque Demetrius, obtulerint, aut a pontifice data Hyberniam Henricus II. Anglus ab Alexandro III. Demetrius Ruſſiam, fiduciario nomine acceperint. Aliis corona primum uel impoſita uel miſſa, ut in Polonia et Hungaria. Aliis commendatio in S. Petri tutelam, deprecationibus exercendam, ſeruitutis cauſa fuit. Has uaniſſimas rationes quis non miretur apud Gregorium VII. dominatus pontificii praecipuum aedificatorem ad reges dignitate exuendos, quorum electionem liberam liberis hominibus negare non poterat, ualuiſſe? Sed tamen iſthoc impudentior Bonifacius IIX. in Iubilaeo, quem primus inſtituerat, gladio mitraque ornatus papam ſe et Imperatorem dici praecipit, ac dominum ſe in ſacris profanisque per orbem uniuerſum, promulgata conſtitutione, aſſerit, de Scotia, ab Angliae Rege uindicata, cognoſcendum ſibi ſumit. Philippo Franciae regi, ni regnum fateatur clientelam eſſe ſedis Romanae, diras minatur, renuentis, uelut contumacis, ditionem Alberto I. Imperatori donat. At retudere nefarium ac ſtolidiſſimum faſtum Angli

A et Franci. Illorum ſenatus regem ſuum, declarauit, de iuribus regni Scotiae nemini reſpondere: ab his uero publico iudicio pontificis literae igni concrematae, nuncii, nullo honore habito, remiſſi; ipſe papa, conuentu coacto, illegitimus et haereticus iudicatur. Franciae immunitati poſtea per Clementem V. abrogato Bonifacii interdicto, cautum. Mitior paulo Iohannis XXII. repulſa, litem Ludo- B uico V. ex Bauaris Imperatori, de ſumma in imperium poteſtate intendentis, cum ann. 1338. d. 6. Iulii Caeſar, electores, principes, in comitiis Reinſenſibus, nec multo poſt Francofurti, una, uera, perpetua, ſententia ſtatuerent: *Imperialem dignitatem ex ſolo ELECTIONIS BENEFICIO proficiſci, nec ullo pacto pontif. Rom. approbatione, confirmatione, auctoritate, aut conſenſu indigere: aliter* C *docentes aut iactitantes*, tanquam *criminis laeſae maieſtatis reos, hoſtesque reipublicae, capite* puniendos eſſe. Secuti haec exempla alii reges principesque. Sigismundum, Auſtriae Ducem, a. 1469. Pius II. Venetorum ann. 1605. Paulus V. cum ſacris et dignitate excluſiſſet, *ex autoritate omnipotentis Dei, beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum et ſua*, uterque Dux iniurias pontificis et uiolentiam redarguens, in- D iuſtitiam et uanitatem, temere arrogatae in principes poteſtatis publice demonſtrauit. Cuncti demum reges, quo magis ſpeciem uiamque pontificum dominatui praecluderent, non, quod prius factitatum, a papa, ſed a ſui quisque regni praeſulibus, inaugurari in poſterum uoluerunt. At multo magis hoc, quod contenderunt ſaepe, ineptum eſt, Romana pontificum ſacra ius habere regnorum, alienos ab his E eodem iuſte ſpoliari. Voluntate gentium uel belli iure, non religionum diſcrimine, regna parantur. Imperium uti Romana religio non confert, ſic neque alia purior conuellit. Ex ſacrorum diuerſitate nec Dei populo in alias regiones, nec chriſtianis in gentes profanas ius unquam ullum fuit. Ipſi Apoſtoli reges uenerati; Epiſcopi Romani Graecos, Gothos, Longobardos, cognouerunt reges. F Imperatorem Anaſtaſium glorioſiſſimum Auguſtum ſalutat Anaſtaſius papa. Neque uero chriſtiani reges quodcunque pontifici Romano placuiſſet, ſed quod concilii ſententia rectum uerumque ſcitum eſſet, populum ſeruare uoluerunt, neque nullas in ſacrorum cura ſuas partes eſſe putauerunt. Euincunt hoc commentarii Angliae, Franciae; exempla regum Canuthi, Edelrethi, Britonum, mul- G ta aliorum. Henricus, rex Angliae, antiquata in regno ſuo paparum poteſtate, Eliſabetha, eius filia, confirmatis Henrici decretis, cum bilem mouiſſent pontificibus Pio V. Gregorio XIII. et Sixto V. utrumque hi *ex auctoritate, Petro et ſibi*

ſuper

ADPEND.

ADPEND. ADPEND.

ſuper omnes reges,et gentes conceſſa, digni- A tate et honore omni priuarunt: ſed iure ſucceſſuque eodem. Gregorius enim Hyberniam Iacobo Boncompagno filio ſuo; Sixtus Philippo II. Hiſpaniarum regi Angliam deſtinauerant: neuter dedit. Idem Sixtus *in praecelſo*, ut ait: *ſolio conſtitutus, ex tradita ſibi in reges ſupereminenti poteſtate*, regiis Henricum IV. Fr. regem exuit honoribus: id quod ſucceſſor, Gregorius XIV. iterauit. Pari argumento B Iacobus, Scotiae rex, impeditus. Inde turbae, ſeditiones, tumultus, bella, uaſtationes regionum, parricidia regum, alia tentata, alia perpetrata, calamitates infinitae. Nullius tamen regis ceruices tyrannidi ſubmiſſae: edictis publicis aſſerta libertas, contempta fulmina bruta, in hoſtes excitatos arma correpta. Hinc inter Robertum Bellarminum et Vilhelmum Barclaium ſcriptionis acerrimum C certamen: Hinc Ludouici Seruini, Aduocati regii, uindiciae ſecundum libertatem eccleſiae Anglicanae, Philothei Achillini, Conſiliarii ſcriptum de iuriſdictione, aliaque. Contra P. Marianae de regis inſtitutione commentarius, pontifici ſummam in reges, nullam iuſtam regibus, qui ab eccleſia diſſentiant Romana, poteſtatem attribuens, in curia Lutetiarum flammis adiudicatus. Bellarmi- D ni libros non alia res, niſi legati pontificii deprecatio, ab eodem iudicio ſeruauit. Exemplo motus Iacobus Scotiae R. omnem pontificis in profana poteſtatem eiurare ſuos adegit.

Ceterum, rerumpublicarum, ſicut omnium, uiciſſitudo eſt. Nationes atque imperia ſurgunt, ſtant, ruunt. Extinctis mutatisue noua ſuccedunt. Patrum, Magiſtrorum, Rectorum, Iudicum, Conſulum, E Magiſtratuum, Capitaneorum, magis popularia uocabula, in poteſtatum, Dominorum, Principum, Ducum, Regum auguſtiora nomina reformata ſunt, quibus imperantium ordines, regnatori omnium Deo ſubiuncti, ſplendidius fulgerent. Imperii ius idem, ut pro arbitrio conſtitutum, ſic more gentium diuerſis honorum titulis decoratum. Cuncta haec uel gentis liberae, uel uictoris uoluntas definiuit, F Regium nomen inſignius reliquis uiſum, ſed nonnullis ob poteſtatis magnitudinem odioſum. Inde a Romanis primum Principis, mox Imperatoris titulus ſummo faſtigio additus: alter ex ſenatu; alter ex militia ad ſummam Reipublicae traductus: uterque regiae poteſtatis inuolucrum eſt. Apud Germanos Iudicis uocabulum cum regio commutatum memorant ſcriptores. Poloni Principis nomen initio, dein Optimatum Imperium am- G plexi, rurſus, hoc ſublato, ad unum Cracum rempublicam detulerunt; donec Regiam adſciuerunt dignitatem. Hyberniae qui olim in maxima poteſtate Domini, Reges deinde, idque populi ſcito, ſalutatos ſtatuta Hyberniae docent. Regendi modum ſibi conſtituere liberae gentis: nominis cultum, quem moderatori ciues debeant exhibere definire, uictoris in arbitrio poſitum: illa libertatis, haec ſummi Imperii praecipua uis eſt. Recte haec Ludouicus II. Imperator Baſilio oppoſuit Macedoni, Graecorum Auguſto.

Qui Regis nomen affectabant a ſacratiſſimo Imperatore, Chriſtiani nominis capite, et primo inter Gentes Rege, auctoritatem conſenſumue petere ſolenne fuit, non illis tantum, qui aliquo modo eidem obnoxii eſſent, ſed extraneis etiam et longinquis. Cypri, Armeniae, Reges inſigne Regium ab Imperatore, *ad maiorem Gloriae ſuae*, ſicut ipſi praedicant, *dignitatem*, ſumſiſſe ſcimus: Inde dictum curiae: *regna per gladium, reliquas prouincias per uexillum dari.* Pontifices autem Romani ſequioribus ſeculis, quo iure ac euentu Reges creare tentauerint, hiſtoriae tradunt. Papale numen non eo extendi, nec Pontificis gratia Regna parari, iam ante didicerant Reges. Boleſlaum Chrobri, coronam a Pontifice capturum, Henricus III. Imp. impediuit: nec ſucceſſores minus ſe oppoſuerunt. Ambierit ſane Princeps aliquis liber, religionis pietatisue ergo, Romani auſpicia aſſenſumue Praeſulis: nil iuri hoc oberit aliorum. Neque qui aſſenſum, idem et auctoritatem addit: neque coronatio ipſa et conſecratio, ex Iudaeorum ritibus tranſumpta, quicquam iuris confert: ſed ante accepti ſignum continet, delataque a populo poteſtate, cum nullius niſi inſtrumenti uices gerat, tuto omittitur. Libertatis hoc eſt, ut diximus, arbitrium. Antigoni, Ptolemaei, Seleuci, Caſſandri, Lyſimachi, ad exempla, diadema ſibi libertatis iure imponentium, excurrere hic non uacat. Rogerius, Siciliae Comes, Apulia Calabriaque in poteſtatem redactis, cum regium nomen Id. Mai. 1129. aſſumſiſſet, quod rex etiam Italiae ſalutabatur, inuiſus pontificibus fuit Calixto, Honorio, Innocentio, ab hoc etiam bello petitus, quem captum non ante dimiſit, quam is, admiſſo Regis titulo, Neapolim urbem, aliasque iuris Romani, gratiae pro liberationis beneficio referendae, ſuique adeo redimendi cauſa, concederet. Sane quos ante Deus O. M. in regali faſtigio ſibi filios inter ſe fratres, conſtituit, eorum conſenſum honeſte requirere iuſtum ac decorum his ſemper habitum, et uſu probatum fuiſſe, quos gloria maiorum, uictoriarum, opum, ſupra reliquorum fortunam DEI benignitate extulerat, uix negabitur apud moratiores.

Sed iam pridem, quod ante innumeris imperantium libertas ab ineptiis hisce Romanorum poſtulatis uindicata, et adulatorum papae nugis oppoſita ueritas. Cuius argu-

Digitized by Google

ADPEND. argumenti commentationes quaedam Seren. Princ. ac Dn. Dn. Ioanni Sigiſmundo, March. Brandenbur. S. R. I. Electori a 1611, quo is Poruſſiam in familiam electorum intulit, dedicatas ſcimus; praeſagio inferendae aliquando litis, atque defenſionis praeſidio futurae. Hoc magis quisque mirabitur rerum publicarum aequus aeſtimator, Clementi XI. papae, uix ad Sacerdotium Romanum euecto, praeſcripta Dei, ſententias Apoſtolorum adeo poſtpoſuiſſe, ut quorundam anteceſſorum exempla, Albani quondam Cardinalis placita iisdem praetulerit, eoque tranquilli moderatique regiminis ſpem in ipſo honoris aditu praeciderit, in tanta perturbatione rerum, ubi omnis Europa, bella, caedes, incendia pertimeſcit, deterrimo in republica Chriſtiana exemplo, rixas, turbas, nouas, concitare, Poruſſiae, ab anteceſſore Ioh. XXII. gentibus profanis nefarie proditae iugum denuo parat, cuius depulſio multo maioribus ſanguine ſtetit. Suos haec Reges prius habuit, quam ſacro baptismatis fonte ablueretur: nunc regium nomen Clemens negat, quod Rector Sereniſſimus, iure belli poſſeſſor, ſumma poteſtate nec cuique obnoxia praeditus, probante ſacratiſſimo Imperatore, gratulantibus aliis Regibus, principibus, populis, absque ullius iniuria ſumſit. Diffiſus ſibi, Europaeos, Galliae praeſertim, Reges, ac Germaniae epiſcopos in conſtuum uocat ſocietatem, quaſi neſcius ſententiae Gallorum ac Germanorum, ac latae olim utrobique repulſae. An Reges maximos immemores credit et ſuae et omnis dignitatis? aut Germanos libertatis oblitos, huius ambitionis ſtipulatores futuros? An perdidiſſe putat honorem ac fidem, ut, quod olim in Papa haereticum commentum dixerunt, iam per inuidiam obtrudere aliis uelint. ADPEND.

Deteſtabitur autem, quisquis legit breue, conuicia, uerbis: *ab acatholico homine &c.* in Principem, nobiliſſima Germaniae domo ortum, Regibus parem, maiorum et ſua uirtute de republica Germanica, de Regibus exteris, de ipſa catholica, quam dicunt, eccleſia, multis nominibus optime meritum, et Regii honoris faſtigio digniſſimum, effuſa. Neque hic ſubſiſtit petulantia, ſacerdote et antiſtite indigna, atque ab omni Romae cultioris modeſtia, ac urbanitate abhorrens. Pronunciatum addit diuini uatis: *Regna conferunt &c.* in Regem ac Principem ſummum Poruſſiae, incommode detortum, quod prudentius reticuiſſet, ne quando Clementi XI. contra Dei inſtituta, auſu iniuſto iuxta et irrito, mundi imperia tentanti, aliena inuadenti, idem poſſet obnunciari. *Regibus niſi Deum iudicem eſſe neminem. Pontifices Romanos, natura ſaepe in praua pronos, facile aut iracundiae aeſtu, aut arrogantia abreptos, in Reges delinquere.* Gallici ſcriptores exemplo docuerunt.

Haec ſunt quae reſpondenda uobis exiſtimaui, non ut uobis ſatisfacerem, hoc enim iam ante praeſtitere prudentiores, ſed quocunque poſſem modo officii partes explerem.

OPVSCVLVM IV.

FORMVLA BRANDENBVRGICI DVCATVS,

An. 1706. menſe Martio.

SERENISSIMO POTENTISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO,

DNO. FRIDERICO, REGI PORVSSIAE,

MARCHIONI BRANDENBVRGICO, S. R. IMPERII ARCHICAMERARIO ET ELECTORI, SVPREMO PRINCIPI ARAVSIONENSI, DVCI MAGDEBVRGI, CLIVIAE, IVLIACI, MONTIVM, STETINI, POMERANIAE, CASSVBIORVM, VINIDORVM, ET IN SILESIA CROSNAE, BVRGGRAVIO NORIBERGENSI, PRINCIPI HALBERSTADII, MINDAE ET CAMINI, COMITI HOHENZOLLERIAE, RVPINI, MARCAE, RAVENSPERGAE, HOHENSTEINI, LINGAE, MEVRSAE, BVRAE ET LEERDAMI, MARCHIONI VEHRAE ET VLISSINGAE, DYNASTAE RAVENSTEINI, LAVENBVRG, BVTOV, ARLAY, ET BREDAE, CETERA

REGI ET DOMINO SVO, MVLTVM CLEMENTISSIMO,

SERENISSIME ATQVE POTENTISSIME REX,

DOMINE CLEMENTISSIME,

I*Nter innumeros diuerſi orbis ac ordinis ſcriptores, qui litterariis monumentis* MAIESTATEM TVAM *uenerantur atque ad thronum* TVVM, *ceu ad ſacrum Mineruae puluinar, foetus ingenii deponunt, nullam ullo unquam tempore fuiſſe, ſentio, quem pares mecum cauſae ad hunc cultum potuerint excitauiſſe. Trahit alios uirtus, alios fortuna* TVA *et rerum magnitudo, quibus de ſalute mortalium; de concuſſi orbis requie; de populorum* TVI *regni incolumitate dignitateque optime mereris atque gloriam maiorum* TVORVM *non refers; ſed, dum per tot gradus ſuperas, longiſſimo poſt* TE *interuallo relinquis. Solis acceſſu ſidera palleſcunt. Splendor et dignitas* TVAE *gentis, quantus etiam in orbe is fuit,* TVO, REX, *lumine conſumitur. Domum intraſti, principum imaginibus et uetuſtate maximam: ſed, quae,* TE *conditore,* AVGVSTA *efficitur,* TIBI *auſpicia debet, ut iam nunc ex* TE *nota eſſe, uideatur. Obſtupeſcet uentura aetas, fateor,* TIBI, *pace omnium gentium, contigiſſe, ut in regnum uerteres auitum principatum, qua tamen ſpe tot orbis principes alii fruſtrati ſunt, ut ab hoc conatu uel deſiſterent mature, uel, non ſine dedecore quodam, perdita opera exciderent. Verum enimuero qui ſapientiam; induſtriam; munificentiam; animi magnitudinem et conſtantiam; iuris et aequi cultum; et, quae fortunam comitem habet, pietatem* TVAM, *ceterarum uirtutum optimum condimentum, aequo ſecum pretio aeſtimauerit, is illico et mirari deſinet, et tumulum olim* TVVM *regali honore digniſſimum uenerabitur. Regem fieri, parum eſſe, olim ex-*

iſtima-

iſtimarunt ſapientes: ſed regnum uirtute, idque iudicio omnium mortalium, mereri: id inter decora repoſuerunt, nunquam intermoritura. Quae omnia cum in oculis habeat uniuerſus prope orbis, qui principia ſucceſſusque admirandos regni TVI *ſuſpicit, resque,* TE *imperante, geſtas in maximo pretio ponit; facile ad intelligendum eſt, quod integrae hominum litteratorum cateruae non ex* TVIS *ſolum prouinciis, ſed peregrinis Angliae, Galliae et Belgii gentibus adpalatium* TVVM *conuolent, quod opellis ſuis* TIBI *ſacra faciant, et ex* TVO *iterum lumine ſibi concilient dignitatem. Inter diuina prouidentia Numinis beneficia habeo atque aeternum habebo, quod ex illo tempore, quo ex ephebis exceſſi, in ſatellitio* TVO *uiuere contigerit, ut, quoties officii ergo adparerem, magni* REGIS *imaginem intuerer. In* TVIS *ſi qui animos alienos habeant a uirtute; ex quo tamen in conſpectu* TVO *eſſe incipiunt, mores ad uirtutem adſueſcunt, ſi non alia, certe hac cauſa, ut ſe ſuaque probent principi uirtuoſo. Non eſt, quia litteris abhorreat in aula* TVA, *aut quem pudeat, in atriis* TVIS *librum manibus uoluere: cum* TVI *quotidie uideant, quae pretia ſtatuas litteratis. Et quid aliorum exempla intueor? quantum* AVGVSTISSIME PRINCEPS! *bonitatis, munificentiae, et gratiae iſtius ſingularis argumentum uel in me extare uoluiſti, quod habere ſoleat pro ſtudio litterarum. Adſcripſiſti me, fateor, adſeclis* TVIS, *numero nobilium adoleſcentum, qui ad menſam et cubiculum* TVVM *adparent. Sed tantum abeſt, ut nitor aulae taedium mihi adferre potuerit ab umbris ſcholarum; ut potius* TVO *iuſſu hortatuque in hoc etiam puluere certamina inſtituerim, conflictus egerim, et poſuerim trophaea,* TVO *nomini dicata. Atque hos luſus cum, in gratiam litterarum, nullo unquam tempore deſpexeris; fidentiori nunc manu argumentum offero, in rebus omnino ſeriis ac grauibus occupatum. Ex quo enim,* TVA *indulgentia, factum eſt, ut ab aula ad muſas et hoc bonae mentis ſacrarium facerem ſeceſſum; id mihi unice agendum eſſe, credidi, ne tempus in illis ponerem, quae ab utilioribus animum diuerterent: ſed ita hoc collocarem, ut, inter litterarum ſtudia, publici priuatique iuris doctrinas aliis anteferrem et, quae uota mea ſunt,* TVO, ALME NVTRITOR, *beneficio me olim dignum redderem, ad generaque negotiorum regni* TVI *animum adſueſcerem paulo et praepararem. In his rationibus dum curas meas prorſus defigo, et Germanici imperii diſciplinam accipio, praepoſtera ac peruerſa interpretum dogmata de* MARCHIAE TVAE *formulis ac uetuſtae* Vendenlandiae *iuribus occurrunt, et fateor, ſtomachum, rectiora edocto, admodum mouent: quae ea propter mereri credebam, ut ſingulari inſtituto corrigerentur atque ſua marchiae dignitas conſtaret et ueritas pateret orbi litterato. Equidem nullus dubito, ſcrinia litterarum prouinciae* TVAE *alia plura documenta complecti, unde, quod diſputatum hic eſt, adhuc firmius reddi queat, nouisque rationibus corroborari: ſed, quamuis extra hunc adparatum ex ſchola argumentum unice prodierit; ſatis tamen facere puto et haec rerum momenta, priuato tantum, non tamen leui ſtudio, conquiſita. Habes,* REX AVGVSTE, *conſecrati operis cauſas, mihi non cum aliis communes; ſed eo magis ſingulares, quo certior ſum, collata in diſſertatorem beneficia et uota pro ſalute* TVA *concepta, aliis cunctis maiora et frequentiora eſſe, et ipſum lucubrationis argumentum nomen prae ſe ferre* TVAE *quondam primariae prouinciae. Deum rogo, ut, quae uota ſunt omnium populorum,* REGI *longinquam uitam largiatur et ſuperaddat* REGNO *aeternitatem.*

Halae Venedorum, d. XX. Menſis
Mart. cIↄ Iↄcc vi.

CAP. I.

Prooemium.

Ratio inſtituti pluribus momentis proditur.

PEndent animi doctores et ancipiti fere cogitatione diſtrahuntur, quoties MARCHIAE noſtrae rationes ineunt atque nomen eius titulumque cum re ipſa conferunt, id eſt, tenuem atque exiguam uerbi adpellationem cum reconditi ampliſſimique iuris ſignificatu. Id ſcilicet iurisprudentiae publicae inſtituta et praeceptiones confundit per- A turbatque; MARCHIAM, aut, quod illi uolunt, MARKGRAVIATVM audire, qui S. R. I. ARCHIPRINCIPEM alat atque ſupremum orbis Romani, qui hodie poſt Caeſarem eſt, honoris faſtigium teneat, dignitatemque et olim tulerit et nunc ferat iuſti ac praepotentis in Germania DVCATVS. Inde fit, ut alii, quid demum in imperio MARCHIONATVS, quid DVCATVS B ſit, prorſus ignorent; alii male congrua ratione utrumque definiant; nonnulli parum erudita ingenuitate dicant palam, ipſos ſibi Germanos cum hic, tum in aliis pluri-

CAP. I. II. pluribus publici iuris argumentis nullo A tempore conſtitiſſe. Is porro error, uel ignoratio cunctos eo in traſuerſum agit atque ad, neſcio quam, inuidiam, animos eorum inducit, ut moerere incipiant MARCHIAE IVRIBVS et tantum non aegre ferre, hanc, poſt cetera, in numero reperiri ARCHIPRINCIPATVVM S. R. I. perinde ac ſi praeter ius et fas, grandioris uerbi ordinibus poſthabitis, id eueniſſet. Memini nugatoris alicuius, qui SEPTEMVIRA- B TVM S. R. I. a Carolo demum quarto, Caeſare, MARCHIAE delatum, credidit, factumque hoc eſſe non prouinciae merito; ſed in gratiam filii Sigismundi. Operae igitur pretium fore, exiſtimaui, ſingulari inſtituto tenebras cum has tum alias plures in hac cauſa diſcuti, errores retundi ac reuelli, eximi dubitationum ſcopulos, quos plerique offendunt, et totum argumentum de FORMVLA MARCHIAE idoneis rationibus ad lucem ueritatis proferri. Vt demum liberetur aliorum liuore prouincia intelligaturque, congruas eam Germanici imperii rationes ſequi, quae cohaereant cum publici iuris doctrina atque contra maleuolos rerumque ignaros obtrectatores firmiter perſiſtant. Deus adſit inſtituto. §. I. II

CAP. II.

Ducis et Marchionis diuerſae diuerſo tempore definitiones in iure publico S. R. I.

§. I.

DVCIS ac MARCHIONIS uerborum expenſatio

PRincipio DVCIS et MARCHIONIS nomina nobis definienda ſunt, cum apud doctores ingens hic confuſio ſit ac rerum uerborumque intolerabilis perturbatio (a).

C

apud Romanos.

§. II. ROMANI multum operae conſiliique in eo poſuerunt, ut fines imperii ſui contra quosque uicinorum impetus contuti eſſent. Inde prouinciarum *extremitates*, quas dixere (b), limitibus (c), foſſatis (d), ſepimentis (e), caſtellis

inepta Marchionis deſcriptio.

(a) Pareo doctorum nominibus, cetera in erudito orbe non adeo nullis. Sed quaeſo, quam puerile eſt dicere: *marchio eſt, qui inueſtitus de marchionatu; Marchionatus terra marchioni ſubiecta.* Idem ac ſi quaerentem de nomine meo, eluderem reſpondendo: *eſt mihi nomen patris.* Et, ſi idem de paterno inſtaret, circulo philoſophorum ineptirem: *paternum nomen meum eſt.* Hoc ſcilicet eſt, uerba blaterare; ignorantiae ſyllabarum inuolucra obtendere; multa dicere et nihil ſcire. Atqui haec tamen plusquam communis eſt ſententia doctorum *Hieronym.* de MONTE de finib. reg. c. 3. n. 3.

extremitatis uerbum.

(b) Ita *Iulius FRONTINVS* libro *de arborum qualitate p.* 31. inquit: *extremitas eſt, quousque unicuique poſſidendi ius conceſſum eſt: aut quousque quisque ſuum ſeruat.* Eosdem uerbi ſenſus etiam rei agrariae ſcriptores ſequuntur *Siculus FLACCVS p.* 13. et *HYGINVS de limitibus conſtit. p.* 192. quos ſcriptores cum aliis argumenti eiusdem iunctim edidit *Wilelmus Goeſius.* (c) Limitis uerbum non finem, quod uulgo putant, ſed *terminale ſignum* uult, ſeu quodcunque factum eſt ad obſeruationem finium *Frontinus p.* 46. Loca diuerſorum auctorum alia congeſſit *Nicolaus RIGALTIVS* in gloſſa agrimenſoria h. uerbo. Idem dicit *marginis* uocabulum. *AGGENVS* in limitibus agrorum p. 53. ſcribit: *finis documentis ſeruabitur, ut comperi aliquibus locis inter arua marginibus quibusdam tanquam pulainit.* Congruit cum *marginae* uernacula, quae eodem prorſus ſenſu marck adpellat lapidem, columnam aut aliud alterius generis ſignum, *daran man die Grantzen mercken kan.* Imo ipſum uocabulum *die Grentze* non tam *finem* ſignificare arbitror, quam *ſignum* finis, *coronam.* Vnde et *coronidis* originem intelligimus et linguarum omnium, quam alibi docuimus, harmoniam.

Limitis, marginis, coronidis, einer Marck, der Grentze etymologia.

Limites uel ad memoriam uel ſecuritatem. Hi uel naturales: uel artificiales; ut foſſatum.

(d) In noſtro argumento *limites* a fine diſtingui debent in eos, qui *memoriae* tantum cauſa poſiti, uti arbor, lapis, ſtatua, columna, aut generis alius: atque illos, qui facti ſunt ad *ſecuritatem* a uicino. Atque hi iterum uel *naturales* ſunt, ut ſylua, flumen, riuus, cetera; uel artificiales, ut hic loci *foſſatum.* Eſt enim ea uis huius uerbi, ut ſignificet, quod *fodiendo cauatura et deciſura ac manu factum eſt*, interprete erudito, *Wilelmo GOESIO* in animaduerſionibus ad rei agrariae ſcriptores. Cum itaque Romanorum induſtria finibus prouinciarum ubi opus eſſe, uidebatur, *foſſatorum* cura diligenter proſpexerit: non mirum eſt *THEODOSIANVM* codicem *lib. VII. cap.* 15. mandato exhibere de *curandis foſſatis.* (e) *Arcae finales*, unde arcifinium, ſunt *grumi*, *arbores* cetera inquit *FRONTINVS* l. c. Sed non certior atque magis duratura ratio occurrit, confinales agros inuicem ſeiungendi ac internoſcendi, ac ea, quae reperitur apud *COLVMELLAM lib. XI. de re ruſtica cap.* 3. *p.* 390. *uetuſtiſſimi*, inquit, *auctores uiuam ſepem ſtructili praetulerunt, quia non ſolum minorem impenſam deſideraret, uerum etiam diuturnior immenſis temporibus permaneret.* Diſtinctius *VARRO* lib. I. de re ruſtica cap. 14. p. 379. *nunc de ſeptis, quae tutandi cauſa ſiunt, dicam. Earum tutelarum genera sunt. unum naturale: alterum agreſte: tertium militare: quartum fabrile.* De Caeſarum inſtituto *Aelius SPARTIANVS in uita Adriani* §. 12. p. 113. *per ea*, inquit, *tempora in plurimis locis, in quibus barbari non fluminibus, ſed limitibus diuiduntur, ſtipitibus magnis in modum muralis ſepis, funditus iactis*, *barbaros ſeparauit.* Dum haec ſcribo in mentem uenit, *Halenſes* Sueuos et *Rotenburgenſes* Franconos, territoriola ſua foſſato et ſepe clauſiſſe, quamuis aliquot in ambitu leucis proferantur. Pronocat *Georgius WIDEMANNVS*, Syndicus Combergenſis *in chronico Halenſi MSC. p.* 89. ad diploma Caeſaris Ruperti, ea cauſa ſcriptum. Habetur etiam in Caroli V. Caeſaris libello, quo Rupertinum priuilegium ſua pariter auctoritate corroborat: *cum fieri poſſit, ut alicui territorii tractus Halenſe interſcindat, quo minus ſepimentum continuum ſit: uelle Imperatorem, ut angulos eius generis Halenſibus*

Septimenta, ſeu eine Landheege, qui Halae et Rotenburgi.

Cenſura diplomatis Ruperti et Caroli V.

Bienſeance Gallorum.

CAP. II. §. II.

lis (f), clauſuris ac fundis ſtipendiariis (g), non ſolum inſtruxere; ſed etiam militari- bus poſt copiis (h), ac praefecto (i), quem *ducem* aut *comitem limitaneum* purior ae- tas,

O 3

ſibus poſſeſſores uendant, pretio a Schoenthuhlenſi et Murhardenſi abbatibus definiendo. Ne ſepes foſſaque (die Hælliſche Heg und Schleg aliis etiam *die Landwehr) alterius alius ditionis interpoſita interiectaque diuellatur.* Sed an iuris noſtri rationes permittant, haec talia in Caeſaris arbitrio ponere, cauſas omnino habeo dubitandi. Certe *inuitum diſtrahere poſtulantis deſiderium iuſtum cauſam non continet l. 14. C. de contrahenda emtione et uenditione.* Gallorum uero argumenta ex nouo iuris titulo, quem *bienſeance* dicunt, petita, ad politicam pertinent, non iurisprudentiam. Ceterum non poenitet, inter priuilegia retuliſſe, ſua foſſato et ſepe uiua cingere, quod in *diſſert. de reb. Hulenſib. cap. 3. §. 8.* fecimus. Quamuis enim inter ordinaria prouinciarum iura et olim fuerit in Germania et nunc ſit, fines arte claudere: hoc tamen incongrua admodum conſecutione de territoriolis intelligitur, in quae, Caeſarum praeſtigiis, clero adiutore, ampliſſimas prouincias iuiſſe, reperimus. Ut alia nunc taceam, recte *GAILII* argutias *lib. II. obſeru. 68. n. 6.* explosit *Ioh. BIDENBACHIVS quaeſt. 17. n. 1. p. 105. Wer das Jagen habe, der habe auch das Hegen.* Haec ſane in Germania noſtra adſerere, idem eſt, ac ſingula in corpore membra disiungere, ut intereant uniuerſa. Mea philoſophia, alia iura *ordinum* ſunt: alia territoriorum. Rector uniuerſae prouinciae id ordinario iure habet: quod reliqui nonniſi priuilegio. Vtinam demum ex medii aeui facie diſcerent noſtri doctores, quantum interſit, inter *ius ſtatus* in imperio noſtro et *ius potentatus.* Hoc illi quamdiu ignorant, ignorant autem hactenus, non poſſunt non peruerſis uiis incedere, ſumma imis miſcere, ſummatim dogmata in cathedris propugnare, quorum pudeat in curiis ac conceſſibus procerum Germaniae. Sed quorſum amore dilabor?

Hagen et Jagen iura ualde differunt

et iura ſtatus et potentatus in noſtro imperio.

Burgi et milites Burgarii.

(f) Fecit id locum *titulo XIV. lib. VII. codicis Theodoſiani*, qui eſt de *BVRGARIIS. Burgos enim* Romani *crebra* dixerunt *per limitem habitacula*, auctore *ISIDORO lib. IX. etymolog. cap. 2. et 4.* plura apud *Iacobum GOTHOFREDVM* lege, cui quid Theodoſius in ſuo codice debeat et critici intelligunt et iureconſulti. Non clariori autem exemplo id docetur, quam limitibus Romanorum in Britannia uerſus Pictos et Scotos. Hos enim Caeſares *uallo, foſſatis, burgis* etiam per certa interualla diſpoſitis, ut occaſione ſic uolente, ſignis inuicem ſibi reſpondere ac iterum confluere poſſent, *Burgario* quoque milite contra utriusque inuaſiones ſpatio octogiota leucarum ſecuros praeſtitiſſe, et rudera the *Gal Sener* et the *Pichtswal* hodieque nos docent et concors ueterum ſcriptorum conſenſus, quem *Gulielmus CAMBDENVS* in ſumptuoſo *opere*, quo Britanniam deſcripſit, exhibet p. 335. Pertinent etiam huc *clauſurae* Romanorum, noſtris, *die Paſſe*, de quarum diligenti cuſtodia euraque ſcripſit *P. PITHOEVS lib. I. aduerſ. c. 14.* (g) Luculentus teſtis eſt *Aelius LAMPRIDIVS in uita Seueri ſect. 58. p. m. 1024. Sola, inquit, quae de hoſtibus capta ſunt, limitaneis ducibus et militibus donauit, ita, ut eorum ita eſſent, ſi heredes eorum militarent, nec unquam ad priuatos pertinerent. Dicens, attentius eos militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent. Addidit ſane his et animalia et ſeruos, ut poſſent colere, quod acceperant: ne per inopiam hominum uel per ſenectutem poſſidentium deſererentur rura uicina barbariae, quod turpiſſimum ille ducebat.* Quaeſo! quae clarior origo eſſe poteſt feudorum? *Beneficia* enim hic, quis non uiderit, *cum onere militarium ſeruitiorum.* Haec naturam feudi conſtituunt; quae accidunt ei praeterea, illa huic iterum inſtituto congruunt Romanorum. Concors huic locus apud *Flauium VOPISCVM in uita Probi ſect. 16. p. 667.* erat, his uerbis: *Veteranis omnia illa, quae anguſte,* per fauces, poſterior aetas clauſuras montium dixit, *adeuntur loca priuata donauit*, beneficium iterum habes! *addens*, nunc ſeruitia deſcribuntur, *ut eorum filii ab anno octauo decimo*, congruit hoc tempus cum maiorennitate electorum ac principum plerorumque in Germania, *mares ſcilicet ad militium mitterentur, ne latrocinari ante diſcerent, quam militare.* Ita Auguſtum ex alienis territoriis agros ſumpſiſſe et aſſignaſſe ueteranis, ſcribit *HYGINVS de limitib. conſt. p. 208.* Quid? quod tanta religione fundi ſtipendiarii militibus ſeruati fuerint a Caeſaribus, ut horum mandata extent, de agris limitaneis nullo tempore ab homine priuato ad militiamque inhabili praeſcribendis *l. 3. C. de fundis limitrophis et limitaneis et l. 8. C. de fundis patrimonialibus.* Conſtantini quoque *PORPHYROGENNETAE Nouella* extat de *MILITARIBVS FVNDIS*, quam *Ioan. Meurſius* inter alia huius Imperatoris opera p. 253. edidit, et pluribus mendis liberatam notis commentarioloque illuſtrauit. Habetur in ea: *ne fundi militares alienentur; et ſi alienentur, in quemcunque tamen poſſeſſorem cum onere militaris ſeruitii tranſeant:* et quae ſunt generis, eiusdem congrua iterum naturae feudorum. Habet quoque *THEODOSIANVS* codex *lib. VII. tit. 15. de terris limitaneis*, quorſum plura congeſſit Gothofredus, hoc omnino facientia. Ceterum, dum haec ſcribo, non poſſum quin doleam, doctores adeo pronos eſſe lege praeſcriptionis Romanorum in publico imperii iure: et tamen, ipſo Romanorum iudicio, in fundis limitrophis, multo magis in prouinciis integris praeſcriptionum titulos exulaſſe. (h) Inde magna inter legionarios et riparios ſeu limitaneos milites diuerſitas, cunctis antiquitatum ſcriptoribus obſeruata. Meminit limitaneorum memorabili etiam loco *LIBANIVS in Baſilico p. 54.* edit. Morellianae. Pertinet huc imprimis *NOVELLA Theodoſii tit. 29. edit. Pithoeanae* quae agit de ambitu et locis limitaneis inibi redhibendis. (i) Militum, quos dixi, limitaneorum cura partim penes duces, partim etiam penes *comites* fuit. Formulam *limitanei* DVCATVS habes apud *Aurelium CASSIODORVM lib. VII. ſect. 4. p. m. 235. multum,* inquit ille, *his creditum uidetur, quibus confinales* (limitanei) *populi deputantur.* Numero autem quot fuerint Romanis DVCES limitanei, intelligere licet ex *NOTITIA IMPERII* et quae huic *capite* LXXVIII. *addidit Pancirollus.* COMITES etiam limitaneis ſaepe prouinciis dati, qui dum *rei militaris comites* adpellati, ab alterius cuiusque generis comitibus diſtincti ſunt. Comites rei militaris dico, uelut unus *limitis* Auguſti; alter Iſauriae, ut conſtat ex *NOTITIA IMPERII.* Huc reſpicit *l. un. C. de comitibus rei militaris: THEODOSIANI* quoque *codicis lib. VII. tit. 14. de comitibus* eſt inſcriptus *rei militaris.* Vbi uel ex *l. 3. h. t.* patet, comitibus huius generis prouinciae tutelam contra incurſiones finitimorum deſtinatam fuiſſe. Ceterum nomina haec titulique ad dubitationis habent, ut neſciant auctores, *comesne duci*, aut hic illi dignitate fuerit praelatus? Rem ego ita adſequor. Quaelibet in limite conſtituta prouincia opus habuerat uno, qui regeret eam lege: *altero*, qui armis defenderet. Iſte *comes* dictus *L. un. C. de comitib. qui prouincias regunt:* hic *dux.* Et hoc munerum ſtatu, *ducalem* honorem *comitiua* exiſtimauerim, praeſtitiſſe. Poſt uero ſaepius accidit, ut Imperatores eidem *comiti* et *iura* committerent et *arma* ſimul, quem ea cauſa *comitem rei militaris* dictum eſſe, uidimus. Atque tum *duplex* dignitas *ſimplicem* omnino ſuperauerat, ut adeo comitem, non qua talem, ſed qua is rei militari praefectus fuerat, alios duces poſt ſe re-

Fundi ſtipendiarii, qui congrui prorſus ſunt feudis Langobardorum.

milites limitanei,

duces et comites limitanei.

uter alteri fuerit praelatus.

Digitized by Google

CAP. II. §. III. IV.

tas, ſequior autem *Marchionem* dixit, uoce a Germanis haud dubie petita (l), non margine Latinorum (m).

Territorii ratio.

§. III. Quo in limitibus adparatu cum terrore illi perfunderent finitimas gentes; placuit *territorii* (n) uocabulo limitaneam ditionem inſignire.

Apud Graecos limitum cura.

§. IV. Iuit hic mos ad Graecos etiam Imperatores. Quos haec cura propius tetigit, quo magis eorum aetate uicinae gentes caecam illam erga maieſtatem imperii Romani reuerentiam depoſuerant; ut iam nullum aduerſus illas, niſi in armis, praeſidium ſupereſſe, uideretur. Hac enim cauſa conſtitutiones de *fundis limitrophis* (o); de terris *limitaneis* (p); de *luſoriis* (q); et quae ſunt generis eiusdem (*) in Theodoſii ac Iuſtiniani iuris codicibus extare, reperimus. Quae CONSTANTINVS PORPHYROGENNETA (r) de militaribus fundis non alienandis ſcripſit, omnino etiam ad hunc finem exiſtimo, pertinuiſſe.

§. V.

ſe reliquiſſe, alios aequaſſe, ex *l. 3. C. Theodoſiani de comitibus rei militaris* condiſcamus. Ordinaria autem munerum ratione comitiuo ducale magis fuerat honorificum. Docet hoc epiſtola CASSIODORVS *lib.* VII. *ep.* 4. *p.* 236. *Quia non eſt tale*, tanti momenti, *ius dicere*, in quo comitis munus uerſabatur, *quale ſuſpectis gentibus, confinalibus populis aſſidere*, quod ducum erat. Inde *ducale* et *ducalius*, id eſt cum ſolenni ducum adparatu, legitur apud SIDONIVM *lib. V. epiſtola* 13. *p.* 350. *et lib.* VIII. *epiſt.* 6. *p.* 595.

Marchionis uox in horum loca ſucceſſit.

(l) Quod Latini *marginem* dicunt, Germani *marck* adpellant indeque ſignare, *mercken*. Finia igitur ipſe a ſigno audit noſtratibus *die Marck, Stadtmarck oder Stadt-grentzen Marckſtein oder Grentzſtein*. Inde uox *marchis* aut *marchionis* ſeu limitanei praefecti. Non enim uideo, quo argumento tueri uelit, quod in gloſſario ſcribit uir magnae induſtriae ac multae doctrinae, *Carolus du FRESNE*, e cuius bibliotheca quam plurimi ad nos libri peruenerunt, quibus pretium addit, quod manu eius multa in illis ſint notata. Eius uerba ſunt: *marchio, ut uidetur, marchiae incolae ſeu marchiani milites.* Hac enim critica tot marchiones Brandeburgicos haberemus, quot ſubditus incolas, *alle Mercker waren* Marchiones. Facilior luſus *Franciſci HOTTOMANNI* eſt, qui in *commentario de uerbis Feudalibus p.* 35. incolas marchiae *die Mercker* in uernacula nominatos fuiſſe *marcmannos* ſeu marcomannos exiſtimat. Verum coniectura haec auctoritate deſtituitur idonei ſcriptoris, apud coaeuos.

Μαρκέσιοι unde Graeci.

(m) Quia uox neque apud Graecos neque Latinos nata fuit. Alias, fateor, eodem eos iure a *margine* marchiones nominare potuiſſe limitaneos duces, atque noſtros a *marck marchiones*. Quid? quod ipſi Graeci ad linguae et literarum noſtrarum indolem ſcribant ΜΑΡΚΕΣΙΟΤΣ. *Conſtantinus PORPHYROGENNETA de adminiſtrando imperio cap.* 26. *p.* 60. ſcribit: καὶ μετὰ τοῦτο ἦλθεν ἀπὸ βεργονίας τρεῖς μαρκήσιοι πρὸς παπίαν. Deinde e Burgundia tres marchiones uenerunt Papiam. MEVRSIVS in notis ad hunc ſcriptorem Nicetae et Gregorae loca addidit p. 25. Vnde repitiit du Freſne. Lubet hic laudare *Wilhelmum de CATEL*, cuius iudicium tum hic, tum alibi ſe nobis commendat. Ita autem ille *en ſon hiſtoire de Languedoc Lib. II. p. m.* 133. *Il a eſté remarqué par des plus doctes hommes de ce ſiecle, qu'es endroits où l' Empire Romain n'eſtoit point borné par la mer, montaigne ou ſignales riuieres, ils auoient accouſtumé de faire une cloſture ou fermure pour empeſcher les courſes des barbares. l' eſtoit une bonne police ſagement ordonnée par les Romains de mettre leurs gens de guerre ſur les frontieres et limites de l' empire. Les chefs, qui commendoient ces troupes ſont appellés duces limitanei et aujourdhuy Marquis et dans les anciens actes propoſiti Marcae, d' autant que leur charge eſtoit de defendre les frontieres, car marcha ueut dire frontiere et ius marcae parmy les interpretes du droits, et le droit de repreſailles, que l'on pratique principalement ſur les frontieres. les quelles peut eſtre ſont appellées Marcae: d' autant, que dans les pierres, qui marquoint les limites ou frontieres eſtoit grauee la marque du Seigneur, dans les terres duquel elle eſtoit poſée.* Miror SABINVM et alios cum ea in re clara caecutire uoluiſſe.

Territorium quid uere Romanis?

(n) Ita ſane *Siculus FLACCVS de condition. agror. p.* 3. *territis fugatisque ſola ciuibus, territoria dixerunt. Bellis enim geſtis uictores populi terras omnes, ex quibus uictos eiecerunt, uniuerſaliter territorium dixerunt.*

Tituli C. de fundis limitrophis.

(o) *Lib* XI. *tit.* 59. *et l.* 8 *et* 13. *C de fundis patrimonialibus.* Ita quoque in BASILICIS *LV. tit.* 6. legere, licet. Alii λιμίτροφον fundum dixerunt, qui cum in limine imperii conſtitutus cuſtodem habeat ducem limitaneum, quem *liminarcham* Graeci adpellauerint TABOR de metat. III. 6. Diſplicet haec explicatio *Andreae ALCIATO in annot. ad lib. XI. Codicis tit.* 59. *p.* 590. *app. tom.* III. Sed ratio, quam allegat, parum idonea uidetur. Cum medio aeuo nihil noui fuerit apud Graecos, Latina uocabula Graeca terminatione uaſtire et ex utraque lingua uerum nomen confecere. Graeco-Barbara Philoxenis, Meurſii et Freſnei dictionaria fidem nobis facient, hic conſulenda.

λιμιτανεοι

(p) Eſt codicis *THEODOSIANI libr.* VII. *tit.* 15. Placet hic locum ex SVIDA integrum, ſed tamen latinum audire, quem ſcriptorem manu KVHNII, in Graeco exemplo, paſſim illuſtratum poſſidemus. Eſt autem talis, in uocabulo λιμιτανεοι: *Romanorum imperatores ſuperioribus temporibus ubiq; in imperii finibus magnum numerum militum collocarunt, ad tuendos imperii Romani fines. Praeſertim parte orientali, ad reprimendas incurſiones Perſarum et Saracenorum, quos a limitibus limitaneos uocabant* [*WOLFFIVS* ad oram ſcripſit *Marggraven*] *Hos Iuſtinianus adeo ſegniter et negligenter curabat, ut ſtipendia illis quatuor, aut quinque annis non ſoluerentur. Itaque pace cum Perſis conſtituta, cogebantur illi certi temporis ſtipendia fiſco condonare.*

Luſoriae naues.

(q) *VEGETII* hic locus ceteris clarior eſt, qui *lib.* IV. *cap.* 46. armatas ſeu milite inſtructas deſcribit in limite imperii Romani, quae a barbaris nationibus fluminibus diuidebatur, ſpeculandis, prohibendis, arcendis earum incurſibus et ulciſſim incurſibus faciendis. Idem notauit *Petr. PITHOEVS lib.* I. *aduerſar. c.* 13. *p.* 387. *operum*. Ita de *luſoriis Danubii eſt tit.* 17. *lib.* VII. *cod. THEODOSIANI*, ut alia taceam, quae notarunt *God. STEWECHIVS et GOTHOFREDVS.*

δοὺξ ἤτοι βιοκωλύτης.

(*) Limitaneos quoque duces ipſi etiam Graeci Imperatores habuerunt, ad imitationem imperii occidentalis. Sufficit hic BASILICA inſpexiſſe *ecloga* VI. titulo, qui eſt περὶ δουκὸς ἤτοι βιοκωλύτου λυκαονίας καὶ λυδίας. Habet etiam aliqua, quae huc faciunt *CVIACIVS ad Nouell.* IIX. *p. m.* 552. Euolui porro hic meretur *NOVELLA Theodoſii tit.* 29. editionis Pithoeanae, quae agit de ambitu et locis limitaneis inibi redhibendis, conſiliaque ſuggerit limitum curae cuſtodiaeque per imperium emendandae. Iuuabit ſane ipſam Nuuellam perlegiſſe.

Nouella Conſtantini.

(r) Nouella IV. περὶ ἀναδόσεως τιμημένων στρατιωτῶν et aliae iterum de militaribus fundis inſcriptae ſunt, quas poſt cetera imperatoris huius opuſcula edidit *Ioannes MEVRSIVS Lugd. Bat.* 1617.

Digitized by Google

CAP. II.

Apud Germanos, moribus Longobardorum.

§. V. Vti uero Romanorum militia uniuerſi orbis magiſtra fuit: ſic ex illorum inſtituto Germani quoque exemplum petierunt finium bene cuſtodiendorum. Quo enim caſu imperium, quod amplitudine ac robore ſuo aeternum uidebatur, uicinis populis in praedam conceſſit, limitaneis ſcilicet legionibus, quas Graeci *themata* dixerunt (s), non idoneo numero ac ratione inſtructis: eum cauere, atque aliorum ſic exitio facilius diſcere potuerunt Germani, quantum e re eſſet, fines regni conſtitutos praeſtare.

Themata Graecorum.

Apud Longobardos,

§. VI. Longobardorum induſtriam ſollertiamque clientelarium fundorum leges probant de *feudis marchiae* (t), quae in finitimis Italiae regionibus proinde conſtituerant (*). In Germaniis fateor, Marchionum memoriam aliquantum iuniorem eſſe; non, quod maioribus noſtris inſtituta haec ignorarentur (u), ſed alia cauſa, quam nondum proditam fuiſſe, reperio. Olim ſane cum patriae noſtrae fines ſyluae, horrida ac deſerta loca tuerentur (x), aliis arcifiniis non opus eſſe, uidebatur: *Aethiopum* atque *Scytharum* exemplis, qui, deſerendo agros, inuaſores profligarunt (y). Neque alia cauſa fuit, quare Hunnorum inauditae in patriam irruptiones, usque dum ſyluae exciſae, uiae paratae ac commercia cum his populis, intempeſtiua lucri cupidine, inſtituta fuerunt (z). Vt taceam barbaras et uagabundas gentes arte aut iure poſitos limites parum curauiſſe (a).

Francorum.

§. V. VI. VII.

Limitum regni cura ſub Carolo M. qui non opus?

§. VII. Caroli autem non quidem ipſius, qui enim limitum cuſtodia aut Marchionatibus ei opus eſſe poterat? ad cuius potentiam maieſtatemque Europa uniuerſa contremuerat, ſed potius aetate eorum; quos ipſe quidem poſteros habuit, ſed diuerſi roboris ſucceſſores, demum factum eſt, ut limitibus, praeſidiario milite inſtruendis firmandisque operam nauatam eſſe, reperiamus (b).

§. VIII.

1617. 8v. Forte enim Iuſtiniani errorem corrigere is uoluerat, ſub quo limitaneum militem admodum neglectum fuiſſe, poſt alios ex SVIDA conſtat uerbo λιμιτανέοι. Quem locum citauimus p. 116. lit. p. proxime uicina. (s) Ita PHILOXENIS non ſolum gloſſarium; Θέμα legio: ſed etiam *Conſtantini PORPHYROGENNETAE* ſaepius repetita haec uerbi ſignificatio. Quo enim ipſo libro ſingulas prouincias deſcribit orbis Romani et praeſidiarium in illis militem, conſtanter θέματ© uoce utitur. Ita περὶ τῦ θέματ© λογγιβαρδίας; δελματίας; πελοποννησυ, cetera. Quid? quod uerbi uim ipſe exponat CONSTANTINVS principio libri *de thematibus imperii orientalis.* (t) Rem ſatis uetuſtam eſſe, uidimus: ſed nomen rei nouum eſt, neque ante Longobardorum tempora forte auditum. Hi ut Germani fuerant; ita extra patriae limites natales uocabuli haud quaerendas eſſe, ſuperius *lit. L. p.* 215. propugnatum dedimus. Fallitur itaque Obertus 2. F. 10. *dicitur marchio, quia marcha ut plurimum iuxta mare ſit poſita.* Sed fallitur quoque ALCIATVS, qui libro de *ſingulari certamine*, qui operum eius *tomo* IV. extat, c. 32. p. 650. *marchionis* uerbum a *Meer*, qui equus Germanis, petit, et *ſtabuli praefectum marchionem* dicit. Qua etiam coniectura ſibi idem auctor placet *lib.* I. *Parergorum cap.* 27. *p.* 303. Fallitur SABINVS *in hiſtoria Hugonis p.* 72. qui Graecorum Ναυμαρχίαν, regionem bello quaeſitam, huc trahit. Fallitur *Wolfgangus IVSTVS* cetera non inutilis ſcriptor, Marchiam dici a *Marcomiro* aut Marcomannis *cap.* I. *chronic. Francof.* Fallentur etiam alii omnes, qui in ſuperius docta etymologia neque dum acquieſcunt. (*) Quaeſitu non indignum uidetur, unde factum ſit, Marchionatus a Longobardis inſtitutos eſſe, quo tempore eos neſciuerant Germani? Mihi ſane facile ad reſpondendum eſt; bella cum Romanis in Italia et recens occupatas regiones in hac cauſa fuiſſe. Nunquam enim deuicti Italiae populi animos, amiſſa recuperandi, exuerunt, ut adeo neceſſitas uellet, limites operis ac milite firmos ſtabilesque habere. Contra in aliis extra Italiam prouinciis Romani ſpem mox abiecerant, quod ereptum fuerat, iterum inſtaurandi. Quare neque Sueuis in Iberia: neque in Narbonenſi tractu Gothis; neque Francis in Gallia *Marchionibus* aut Marchionatibus tum opus eſſe, uidebatur. (u) Qui enim ignoraſſent? limitaneis Romanorum militibus in fluminibus Rheno Danubioque Germanorum oculis quotidie obuerſantibus. De quo inſtituto egit *Ioh. Iſaacus PONTANVS Lib.* I *Rer. Franc. c.* 2. 3. 4. Vt *CLVVERVM, BVCHERVM, IVNIVM* taceam aliosque. Potius itaque modo allegata cauſa hic repetenda eſt. (x) Docent hoc bella aduerſus Germanos *Caeſari, Tacito*, aliisque deſcripta, quorum fragmenta excerpſit atque iunctim edidit *Cooringius.* (y) De Aethiopiae incolis, a Cambyſe, rege Perſarum inuaſis agit *HERODOTVS Lib.* III. *p.* 192. De Scythis, qui aggreſſorem Darium hoc remedio fugauerunt *FRONTINVS de ſtratagematib. c.* 5. Vtraque loca euoluta reperies in *Puffendorfio illuſtrato cap.* I *p.* 42. et 47. (z) Locus *LVITHPRANDI lib.* I. *c.* 5. *p.* 94. admodum memorabilis eſt: *Arnulfus quum Zuentepoldum Morauanorum ducem debellare nequiret, depulſis, proh dolor! munitiſſimis* interpoſitionibus, *quas uulgo* CLVSAS *nominari praediximus, Hungarorum gentem, audacem, Dei ignaram, ſcelerum non inſciam, rapinarum auidam, in auxilium conuocat. Si tamen auxilium dici poteſt, quod paulo genti ſuae graue periculum et excidium fuit. O caecam Arnulphi regis regnandi cupiditatem. O infelicem diem! Deuicto Zuentepoldo, Arnulphus pace habita, regno potitur.* Hungari *interim* obſeruato exitu, *contemplatique regionem cordibus, malum, quod poſtmodum in propatulo apparuit, machinabantur.* (a) Inde eſt, quod *Conſtantinus PORPHYROGENNETA cap.* I. *et* II. de adminiſtratione imperii filio potius ſuadeat, ut barbaras gentes quotannis xenio ac donis placet aut foederibus, quam limitum arcifiniis. Quoniam, ut c. 11. p. 15. dicit, concupiſcentia eorum nullos limites agnoſcat. Ita quoque *CAESAR lib.* VI. *de bello Gall.* §. 34. de Germanis: *Latrocinia nullam habent infamiam, quae extra fines fiunt, atque ea deſidiae minuendae cauſa fieri, praedicant.* (b) Carolus M. regni fines metu, uicinis iniecto, firmare maluit, quam cuſtodia marchionum. Quid? quod omnino credam, inter arcanas rationes magni Imperatoris fuiſſe, limitum neglectu uicinos populos ad praedam inuitare ac praedones ſuae poſtea dicionis reddere. Vt eſca piſces, ita hac ſpe gentes deceptas fuiſſe et bellum ex bello pronatum, exiſtimauerint. De SLAVIS hoc afferit *ADELMVS ad ann.* 789. *p.* 398. et totidem uerbis, ut ceteros, ita et hoc ſuperius

ANO-

Θέματα in limitaneis terris.

Marchionis nox apud Longobardos nata; res ipſa a Romanis.

Cur Marchionatus in Longobardis nati?

Cur ſerius inſtituti apud Germanos?

Teſtes laudati.

Exempla Aethiopum et Scytharum.

limites culere periculoſum.

Gentibus barbaris nulli limites certi.

Marchionum memoria aeua Carolingorum.

CAP. II. III. *Num Marchionatus Henrici I. inſtitutum?*

§. VIII. Vt fruſtra prorſus ſint, qui demum Henrici primi temporibus, quem ſcriptores aucupem dicunt, limitum curam aut marchionum ac marchionatuum initia in Germanico imperio cepiſſe, exiſtimant (c).

§. VIII. I. III.

CAP. III.

Diuerſa Marchionum, diuerſo tempore, poteſtas et auctoritas.

§. I.

Verbi MARCHIO diuerſiſſimus in iure ſignificatus.

Limitaneorum itaque *ducum* et *comitum*, uno uerbo MARCHIONVM idem nomen eſt, Romanis et Graecis, Longobardis atque in Germania Carolingis et Saxonicis eandem Imperatoribus, quod uidimus, pariter adhibitum: ipſa autem nominis uis ſingulis inuicem ualde diuerſa (d).

§. II. Manca res eſt, ciuilem hiſtoriam tractare, absque iuris intellectu: aut in publico regni iure uerſari, ſine lumine hiſtoriarum (e). Vtrumque etiam de arte critica dicendum (f).

apud Romanos et Graecos atque Carolingos in Germania.

§. III. Qui igitur ſuperius Marchionum titulos diuerſis et gentibus et aetatibus unos eosdemque fuiſſe, intelleximus, quod argumenti fuerat *hiſtorici*: nunc, cum ad *iurium* rationes deuenimus, horum uarietate ſingula iterum diuellenda ac ſeiungenda ſunt, ne errore, cuius alios argui-

(c) ANONYMVS ſcriptor uitae Caroli M. apud *Reuberum p. 27*. De HVNNIS idem *Adelmus habet ad an. 790. et 791. p. 399.* Sed tamen obuia ſatis illa quoque loca ſunt, unde conſtare poteſt, Carolum ac filios poſteros, regni fines limitibus clauſiſſe, atque arte factis arcifiniis, aut, quod idem eſt, *marchionatibus*. Laudatur inter *conſtitutiones* Caroli M. e codice Thegherneníis coenobii euulgatis, cum *Viti Amerpachii* notis *p. 308. de illis hominibus non recipiendis a marchionibus noſtris, qui ſeniores ſuos fugiunt.* HINCMARVS *cap 30. epiſt.* III. inter reliqua Francorum munera, *Marchiſi* quoque facit mentionem et EGINHARDVS *p. 37.* Saxoniae Marchionum. AVCTOR *uitae Ludouici pii*, quem *P. Pithoeus edidit ad an. 786. p. 341.* memorat, *Carolum M. ex Aquitania militem eduxiſſe, relictis tantum* MARCHIONIBVS, *qui fines regni tuentes, omnes, ſi forte ingruerent, hoſtium arcerent incurſus.* Eundem Carolum ad limitem, contra Slauos tuendum, duo *caſtella*, unum ad *Albim*; alterum ad *Salam* fluuios condidiſſe, limitaneo poſt milite aut Burguariis inſtructa, recenſet monachus BENEDICTINVS *ad ann. 786. p. 408. et ad ann. 708. p. 410. ita praefectorum Saxonici limitis* idem mentionem facit *ad ann. 819.* atque de marchia *Bulgarorum et Normannorum* loquitur *ad ann. 825.* De *Hiſpanorum* Marchia res non ſolum ex hoc auctore clara *ad ann 828.* ſed etiam ex *Petro de MARCA*, libro eruditiſſimo de *Marca Hiſpaniae*. Illuſtris etiam locus eſt epiſtolae 21. IOH. VIII. P. ad Carolum Caluum: *quidam uidelicet ex confinibus et uicinis noſtris, quos marchiones ſolito nuncupatis.* Vt taceam, quae illuſtris ſcriptor *le ROY* et SCRIBANIVS de *Antwerpienſi S. R. I. marchionatu* diſſerunt, cuius natales ad Caroli M. tempora quam plurimi geſtiunt proferre. Mallem ego principia eius in diuiſione quaerere Lotharingici regni, extincto Lothario iuniore. Quae apud diuerſos habentur de *Auſtriae, Styriae Carinthiaeque* marchionatibus, a Carolo M. inſtitutis, eius apud coaeuos nihil exſtat. Sufficit, per hactenus dicta, ſatis intelligi, labi CRANZIVM coniectura ſua, ante *Henrici aucupis* tempora, nullam unquam *marchionum* memoriam extitiſſe *lib.* III. *Vandaliae c. 16.*

Marchionatus ab Henrico I. et Ottonibus inſtituti.

(e) Fuerant grauiſſimae *Henrico* aucupi cauſae, quibus ad meliorem limitum curam cuſtodiamque eſt excitatus. Viderat is et in ſua ipſe prouincia didicerat, uicinos quosque populos in Germania, arma mouere paratos eſſe, ex eo inprimis tempore, quo *Hunnorum* opimae, e patria noſtra uictoriae reportatae reliquis Europae gentibus ſunt auditae, et cunctos ad ſpem ſimilis fortunae erigerent. Huic igitur generi conatuum ut obicem poneret *Henricus*, nihil omiſit, quod ad irruptiones uicinorum hoſtium auerruncandas, facere uideretur. Danis *Slesuicum*; Sarmatis et Slauis *Brandenburgenſem* principatum; *Miſuenſem*; *Luſatiaeque* Marchionatus obiecit iisdem: *Auſtria, Carinthia et Carniola Styriaque* Hunnis oppoſitae; Gallis forte ad *Scaldim* fluuium *Antwerpia*, uti ego coniector. Lege de ceteris WITTEKINDVM *lib.* I. *annalium*; DITHMARVM *lib.* I. *chronici Merſeburgenſis*; HELMOLDVM *chronico Slauor. lib.* I. *cap.* 8. SIGEBERTVM *Gemblacenſem ad ann. 925.* GOBELINVM *in Cosmodromio aetat. 6. cap. 47.* CRANZIVM *in Vandalia*; LAZIVM *in libro de migrationibus gentium*; SCHOENLEBEN *in Carniola*; ADLZREITERVM *in annalibus Boiorum*. Taceo alios.

Soloeciſmi ICtorum.

(d) Ego meos ita docere ſoleo, ut multis argumentis oſtendam, in *publico, feudali* ac *priuato* iure infinitos errores produxiſſe rerum, in patria natarum, peruerſas adpellationes in lingua Latina. Tot criticorum libelli extant, qui uulgarium uerborum notant barbariſmos: utinam idem in iurisprudentia argumentum tractaret iuris arte et literarum praeſidio inſtructus interpres. Vtilior haec opera reipublicae eſſet, quam induſtria centum nebuliorum. Exempla ſunt, cum emphyteuſis redditur, *ein Zinſsgut*; *Landes-Herr* dux, *Grav oder Richter*, comes; *die Landes-Hoheit*, regalia; *Lehen*, feudum; *Vaſall*, beneficiarius et quae ſunt generis eiusdem. Hae *imparilitates* ſunt; liceat enim Gellii uoce uti, quae prudentioribus etiam, niſi bene caueas, facile imponunt. Si ergo in ore acuminatum habeat doctor idoneus, *adpellatio* eadem eſt, ſignificatu toto coelo diuerſa.

Viuculum ſtudii rerum hiſtoriarum.

(e) ſcripſit BALDVINVS de uinculo iurisprudentiae cum ſtudio hiſtoriarum. Eadem ueritas pluribus etiam atus teſtatiſſima. Confer, ſi libuerit, *proggomena* dn. praeſidis ante ſemeſtre, dum ordinariam iuris profeſſionem capeſſeret, ſcriptum.

Errorum hic initia in ſcholis.

(f) Erroris initium in ſcholis omnino quaerendum eſt, aut in ludi magiſtrorum, quod idem eſt, uulgaribus libellis. Hi enim interpretamenta uocabulorum nobis in pueritia ſuggerunt, quibus iuuenes ac uiri difficulter poſſumus deſuefieri. Mallem, pueros recitare: *ein Grav*, *Grammus* quam *comes*, et ſic in reliquis. Ita enim animos erudiremus in Academiis, nullo

CAP. III.

Definitio marchionis

1) apud Romanos.

arguimus, ipſi prolabamur. ROMANIS ac GRAECIS Imperatoribus, ut fere infinita poteſtas fuit (g); ſic horum inſtituto MARCHIONEM *praefectum* dixeris, *cuilimitis cura, precario iure, a Caeſare fuit demandata* (h).

§. IV. Eandem definitionem tempora habuerunt CAROLINGORVM (i).

§. IV. V.

2) ſub Carolingis.

§. V. LONGOBARDIS MARCHIO *cliens ſiue uaſallus, tractu limitaneo a rege donatus* (l).

3) in iure feudali communi.

Lud. opuſc. tom. I. P §. VI.

---

nullo praeiudiciorum morbo infectos: imo ipſi in adulta aetare difficiliores eſſemus, in effingendis erroribus; quam eſſe ſolemus in imitandis. Sed abhorremus a puluere ſcholarum, id eſt, parum eſſe, arbitramur, tenerns animos ad deuia flecti. (g) Qui Romani imperii initia ac firmam ſub Caeſare et Auguſto, quorum ueſtigiis ſucceſſores inſtitere, e loginquo etiam cognouerit: is nullum hic nobis ſerupulum mouebit. Plures Romanis dii; ſed unus eis, qui cuncta porerat, Imperator. Peudebant ab eios nutu res pace belloque domi ac foris gerendae. Non priuato plus iuris in patrimonio, quam Caeſari in imperio erat; quod atterere ac diminuere, imo ultima etiam uoluntare de eodem teſtari poterat, uullius intereeſſu. Nulla ſenatus, tribunorum nulla in Caeſarem auctoritas. Non alia *regai*, alia *regis* iura. *Ordinum; comitiorum; ſtatuum*, quos dieimus, aliaque nomina, quae imperantis poreſtatem temperant, rum uel otioſa erant, uel prorſus inaudita. Summatim *lege*, ſi placet, *regia*, non ſupremam tantum, ſed omnem prorſus poteſtatem populus transtulerat in Imperatorem, cui, quod placuit, legis habuit uignrem *l. 1. ff. de conſtitut. princip.* et *§. 6. Inſt de iure nat. et geatium* idem reperitur *l. 1. §. 7. C. de ueteri iure enucleando.* Quae alii aduerſa eſſe, exiſtimant *l. 4. C. de legibus* et *l. 23. ff. de legat.* 3. ad rationes *decori* aot politicas pertinent, non ad decreta iurisprudentiae.

Caeſarum poteſtas infinita apud Romanos.

Adminiſtri ac famuli Caeſaris tum fuerant, ati officiales reliqui: itu quoque marchiones.

(h) Qui liberam Caeſarum Rumanorum poteſtatem uel ex illis intellexerit, quae loco praecedente ſumus commentati, ei non difficile ad eredendum erit, nulla prouinciarum munera fuiſſe Romanis, quae ortu progreſſuque aliunde quam e ſolius Caeſaris nutu pependiſſent. Caeſar *duces* et *comites* prouinciarum et conſtituit et remouit, aliis pro arbitrin ſurrogatis. Non aliud illis *ius quaeſitum* fuerat, atque hoc; *quum dia Caeſari placuiſſet.* *Caeſaris* famuli et adminiſtri fuerant: non *regai officiales* aut, qui *uſufructuariorum* iure, more beneficiariorum, gauderent. Exempla id *Beliſarii* et *Narſetis* docent, qui, munere ſuo in prouinciis limitaneis deſtiruti, non de iuiuria; ſed de fortuna conquerebantur, quae apud Caeſarem minus, ac ſpes eorum fuerat, fauiſſet. Scriptores, qui aliter docent, quorum farraginem habes in COMMENTARIO *hiſtor. ad Puſendorffium cap.* I. §. 20. p. 193. illi publica Romani imperii iura minus intelligunt aut iura miſcent cum doctrina uirtutum. Et quae argumenta magis manifeſta eſſe poſſunt, quam illa, quae in *codice* reperiuntur? Eam enim libelli Caeſarum, quos ad prouinciarom praefectos dederunt, formam habent, ut pateat, uix ſeruum dominſi iuſſibus ſic adſtrictum fuiſſe, ac illos Caeſarum mandatis. Summatim, in prouinciis Caeſarum famuli fuerant et mandatarii: in uniuerſi imperii negotiis otioſi teſtes. Quae frons igitur REINKINGIO et doctoribus iſtis ueteranis fuit? qui principes rerumpublicarum Germaniae, cum officialibus Romani Caeſaris conferre atque illorum iura ex hiuum munere aeſtimare uoluerunt, quo errore uon ineptior eſſe poteſt ac peſtilentior, qui iura principum prorſus extinguit. Sane ipſum Caeſarem ad impudici adulatoris calamum, audio erubuiſſe.

(i) Hac fraude illis etiamnunc imponitur, qui ueterum ineptias reprobarunt. Habeo itaque cauſas, publice hic diecndi, in eodem aut grauiori etiam peccato uerſari, qui publici iuris principia ex imperio Caroli Magni et poſterorum eius repetunt atque illos, qui ad undecimum et extremum *codicis Iuſtiniaui* libros in hac doctrina confugiunt. Conſtat apud rerum non prorſus ignaros, Carolum Imperatorem in Germaniae prouinciis, quas ille primus ſub imperium unius redegit, liberrimo iure fuiſſe dominatum, omnibus ducatibus, id eſt, *ſingularis reipublicae* iuribus prorſus euerſis. Quod ſi ergo *ducum* aut *marchionum*, quod ſupra cap. II. §. II. *lit. b. p.* 212. uidimus, eo imperante, memoria occurrit, non alia huic nominum generi uis tribuenda, atque ea, quam dedimus in temporibus Romanorum. Scilicet in uernacula Carolingicos duces aut marchiones reddideris uocabulo, *eines Landes-oder Graentz-Hauptmanns.* Quod utinam doctores expendiſſent, neque ὁμωνυμία haec cauſa fuiſſet prolapſionis; qua crediderunt, ſe, uerbo reperto, noſtrorum ducum, quns habemus, natales qunque ortusque reperiſſe atque fontem Caeſareae in ipſos auctoritatis. Operae pretium non fore, exiſtimauerim, loca conſcribere, unde conſtet, tempore Carolingutum *duces limitaneos* aut alios prouinciales, *fuiſſe meros ac nudos officiales, quos princeps ad nutum inſtituit in munere utque eodem iterum deſtituit; in prouinciis procurarunt regi uectigalia, monetas, iudicia, militiam, ceteraque adminiſtrurunt, wie etwa ein Amtmann in Hollſtein; ein Landes-Hauptmann in Schleſien; ein Landtroſt in Weſtphalen; ein Groſs-oder Ober-Vogt in Francken and Schwaben; ein Landpfleger in Beyern; u. ſ. w. in comitiis ſuffragia eorum rogata ſunt, nulla decidendi auctoritate illis relicta, ſed uel conſilii cauſa uel obſequii; interdum tres, quinque aut plures uanos habuere id munus, nonniſi rariſſimo exemplo ad dies uitae id delatum; perſonale non gentilitium fuit.* Tenete hoc o mei! ne, quod centum alii fecerunt, hoſce uerbi grandioris famulos cum prouinciarum Germaniae dominis commiſceatis. Vtinam ALTESERRA; CONRINGIVS; OBRECHTVS, triumuiri doctorum de origine ducum ac comitum, ad hanc limam exempla, magno ſelectu ac numero congeſta, exigerent et aeſtimarent. Plenius hac de re actum eſt in diſſertatione de *iure adlegandi ordinum S. R. I. Von allgemeinen Reichs-Geſandſchafften*, cui non incongrua ſunt, quae diſputauit GIOVANNI *in Germaniae principis proemio.*

Carolingicis regibus eadem fere poteſtas.

(l) Non fatigabo lectoris animum coaceruatione eorum, quae Itali doctores, nulla hiſtoriarum notitia inſtructi, methodo ac dogmate peruerſo uaſtisſimis libris ac uoluminibus ſuis tradita reliquerunt. Neque etiam iuuabit: *de Puteo; Perno; Afflictis; Ardizone; Arcedura; Barbatiu; Bellupertica;* aut aliis nominum portentis aures ferire aut miro harum ſyllabarum fragore attonitas teddere. Vulgi haec idola ſunt, quibus laruam detrahit indagatio ueritatis. Non *Zaſiorum* et *Zoeſiorum*: non *Schraderi et Ruſcathalii* aut illius, qui hactenus latuit *Mucaccii* uel *Montacutii* doctrinam ad ueritatis aequilibrium aeſtimari, religioni habeo. Vtinam non in hoc numero eſſent *regalium* doctores *Sixtinus; Bocerus; Stamlerus*, ceteri, a quibus iurispublici ſcriptores infecti ſunt corruptique: ut iisdem hic principiis et Germaniam uti et Italiam, perdita doctrina, exiſtimarent. Nos uti hactenus in aliis factum eſt; ita hic quoque de MARCHIONE *ſenſus Longobardici* agemus ſigillatim. Rem ita accipe. Longobardi ciſalpinae Italiae domini facti, regiones, bello captas, uictori populo diſtribuerunt. Cauſa fuit, ut militibus praeſtitas compenſarent operas eosdemque beneficiis ad futuras quoque obſtrictos haberent. Regis arbitrio cuncta ſteterunt pace belloque. Ipſe igitur in utroque ſibi proſpi-

Longobardici ſenſus in uerbo marchionis.

CAP. III.

4) in iure publico S. R. I. poſt Carolingos

§. VI. Alium uero atque ab utroque A diuerſum uerbi ſignificatum in GERMANIA reperimus, tempore poſt Carolingos (m). MARCHIO huic uel *officialis in limite* fuit, eoque aut *imperii* (n); aut prouinciae (o): uel *dominus prouinciae uniuerſae* (p) id eſt, uere dicti territorii (q).

§. VI. marchio uel imperialis uel prouincialis.

---

proſpiciendum credidit fidelibus rerum adminiſtris. Alios *integro territorio* praefecit; quod uel in *meditullio* regni fuerat ſitum, et hi audiebant DVCES; uel in *limite* eius, inde uerbum MARCHIONIS: alios ciuitati aut anguſtioris ſpatii pago, praecipue iuris dicundi ergo, dedit, nomine tituloque COMITVM. Hi *capitanei* regis uel regni adpellantur *I. F. 1. pr. I. F. 7.* *Hauptlinge*, uti hodieque in Friſia orientali. Atque hi omnes non tantum uſufructu uixerunt ditionis, ſibi commiſſae, uerum etiam uices regias geſſerunt regioque nomine commodis ac fiſci iuribus quibuſcunque gauiſi ſunt, quae omnia uero *regalium* nomine comprehenderunt 2. F. 56. Hodie *dominium utile* dicimus, rei non incongruo prorſus uocabulo. Vnde patet *Longobardicum* Marchionem *Romano* praeſtitiſſe. *Ille* dominus fuit; *hic* nudus adminiſter: *ille* pacto ac inueſtitura ſtetit firmo pede ac iure in poſteris continuando; 1. F. 2. 14. 2. F. 11. *hic* aura et gratia Caeſaris: *ille* uſu regalium uixit; *hic* nudo Caeſaris ſalario et quae diuerſitates aliae ſunt ex hactenus dictis facile intelligendae. Quantum uero utrumque hoc genus marchionum a noſtris in Germanico imperio differat, ſuo mox loco indicabitur.

Marchionat. imperii poſt Carolingos. (m) Principia, unde pendet omne rectioris doctrinae in iure publico monumentum, in *tractatu de iure adlegandi et Germaniae principis* prooemio ſatis luculenter, quamuis minus plene, expoſita ſunt. Lumen induſtriae meae primum dedit ὁ πάνυ, *Henricus* COCCEIVS, cuius *iuris publici prudentia* poſt innumeros alios me in uiam duxit, qua ſi Deus otium dederit, ad reconditas plures ueritates inueniendas, detegendas et limandas me delatum iri, confido. Quo enim callo obducti et obcaecati ſint animi aliquorum, ut lucem neque dum uideant aut tolerent putentque nos de *Olſcis et Volſcis* loqui, ſi Boioariae limites, doctrinae cauſa, aeſtimemus a temporibus *Ottonum*, ipſi uideant. Sed qui uideant? lumine capti. Ceterum perilluſtri uiro gratias ego pro humanitate habeo, qua nuper ad ſe in cauſa publica uenientem excepit.

Marchionat. S. R. I. (n) Memoriam huius generis *marchionatus*, pagus *Antwerpienſis* ſeruat, quem ego, poſt innumeras aliorum coniecturas, quas LIPSIVS; BECANVS; SCRIBANIVS; GRAMMAYE; GVICCIARDINVS; VREDIVS aliique habent, eo tempore inſtitutum eſſe, exiſtimo, quo de Lotharingiae limitibus inter reges noſtros et Gallos diſceptatum eſt et lis tranſactione compoſita. Antiquiora enim ſecula neque nominis ratio ferre, neque ſitus pati, uidetur. *Iacobus le* ROY in grandi uolumine de Antwerpienſi Marchionatu ipſe nil decidit. Certe ſplendidus magis iſte liber, quam utilis. Definio autem *S. R. I.* MARCHIONATVM *in Caeſaris aut domanio ſitum; aut ducatu imperii exemtum: utroque olim caſu in extremitate non prouinciae, ſed uniuerſi imperii limite conſtitutum.* *Et* MARCHIO S. R. I. *eſt comes, Caeſari abſque intermedio duce in limitanea ditione parens uel domanii ergo uel exemtionis.*

(o) Non ſibi conſtant doctores, quum in meditullio Germaniae *marchiones*, id eſt, *comites limitaneos* reperiunt; quod res nomini male congruere uideatur. *Marchiones prouinciales.* In hoc numero ſunt *Markgrauiatus Burgouienſis*; *Marcanus* in Weſtphalia; *Stadenſis* et forte alii. Sed ſalua res eſt et e doctrina *ſingularium* Germaniae *rerumpublicarum* facile intelligenda. Nam uti quaelibet earum formam ſuam peculiarem: ita peculiares quoque limites ſuos habuit, *Marchas*, quoties opus fuerat, firmatos ac cuſtoditos. Atque hos non *Imperator* inſtituerat, quod de *imperii marchionatibus, von Reichs-Marckgrafſchafften*, adfirmauimus: ſed *dux prouinciae, der Landes-Herr*, in confiniis ſiue cum aliis ordinibus, *ſeiner Mitſtaende*; ſiue cum exteris, quorſum *Auſtriae, Styriae, Carinthiae; Carniolae*; ac *Vinidorum*, *Chamenſis* Marchionatus refero, quos, notum eſt, Boico quondam ducatui clientes (*ſubuaſallos*) paruiſſe. Legatur huc *AVENTINVS lib. III. p. 151.* *ADLZREITERVS part. I. lib. V. p. 117.* Quod ſi ex uetuſtis ſcriptoribus teſtimonium deſideres, omnium pleniſſime *Henricus* STERO, ex editione Caniſii, ad an. 1156. his uerbis ſcribit: *Auſtriae marchionatus a iurisdictione ducis Bauariae exemptus eſt.* Nam quatuor marchiones Auſtriae et *Styriae, Iſtriae, Chambenſis, qui dicebatur de Vohburg, euocati ad celebrationem curiae ducis Bauariae ueniebant, ſicut hodie Epiſcopi et comites ipſius terrae facere tenentur.* Ceterum ut deſcriptionem demus MARCHIONIS *prouincialis*, *comitem* eum dicimus, *duci parentem ab eoque praefectum limiti prouinciae.* MARCHIONATVM *uero partem prouinciae limitaneam praefecto aut liminarcha inſtructam.*

Marchio princeps a marchione comite longe diuerſus. (p) Hactenus de *marchionibus*, qui uel *adminiſtri* Caeſaris fuerant, ut tempore Romanorum atque aeuo Carolingorum: uel *capitanei* regis ac regni, utili limitum dominio donati, quae inſtituta Longobardorum: uel *comites* Caeſaris aut ducis, inferiori loco conſtituti, quam Longobardici, qui *regalia* habuerant, quorum uſu illi caruerunt: nunc ſupremum tandem faſtigium supereſt, illorum, quos in *principum claſſe* et catalogo *ducum* uniuerſae prouinciae reperimus, ut hi incongruo nomine *Marckgraven* dicti eſſe, uideantur. Quemadmodum enim Romanorum adpellationes *et comitum et ducum limitaneorum* fuerant, quod cap. II. §. II. p. 212. uidimus: ita potiori iure ultimum hoc genus marchionum in uernacula quoque dicetur *Marck-Hertzog*. In Germanico enim imperio *ſex prouinciae* aut ſingulares respublicae atque harum *domini* fuerant, ad quos, Carolingica ſtirpe, ceu gente regnatrice, extincta, non Caeſarum beneficio, ſed uel libera ciuium electione, uel ſanguinis iure ſumma rerum peruenit. Horum ſinguli cum peculiaria regna efficerent, parumque curarent Francorum conatus, Ludouico Conradum ſurrogantium: placuit tandem uniuerſis, in unum foederatorum corpus coire, et, retento pleno territorii iure, moderatorem agnoſcere, quem regali honore proſequerentur. Hic, ne manus mitteret in prouincias, *regalibus* ſuis iam inſtructas, pactis ſibi proſpexerunt duces, et, ut ſumtibus in tanta dignitate, quae Caeſaris aut regis eſt, impendendis reditus reſponderent, *Rhenenſem Franciam* domanium eſſe regis ſui, uoluerunt. Qua in ditione eadem regis poteſtas fuit, atque ducibus in ſuis territoriis. Quicquid tum in territorio fuerat, illud fuerat etiam de territorio. Comites, Barones, nobilitas uniuerſa, cuncti, domanio imperii excepto, fuerant ſub ducibus ſuae prouinciae: nullus uero directo, aut *immediate*, quod dicimus, Caeſari paruerat. *Foris* in cohorte ac caſtris egerunt ducis ſui, ſi forte comitia imperii per *ſex* Germaniae claſſes, *prouincias* aut ducatus ſunt indicata: *domi* a nutu itidem ducis pependere: *ducum* fuere, non *Caeſarum* beneficia, quae feudi nomine illi poſſederunt: fidem primum duci, deinde demum Caeſari debuerunt, ut *feuda ligia non hoc, ſed illo* tantum intuitu audirent. Hanc nobis imperii formam iura ſuadent; hiſtoriae medii aeui produnt; innumerae rationes tantopere commendant, ut diuinare liceat, priſtinum Germaniae robur non ante recuperatum iri, ut fidenter ſtare et firmo pectore tela atque inſultus uicinorum

hoſti-

CAP. III. §. VII.

rii (q). *Illi* in *comitum* ordine reponendi; *hic* in ſupremo collegio *ducum* ſeu archi-principum, quos, in patria nato uocabulo, ELECTORES dicimus S. R. IMPERII (r).

Brandenburgicus marchio qui dux? §. VII. Atque in hoc demum numero BRANDENBVRGENSEM fuiſſe, ex FORMVLA (s), quam habet, nobis erit commonſtrandum. Ceterum, ſi, quid hactenus recenſiti differant inuicem marchiones, bene intelligatur (t), facile deinceps erit ad diſſoluendum uexatas huc usque docto-

hoſtium repellere, ab inteſtinis etiam aemulationibus atque conuulſionibus, quibuscum hactenus eſt conflictata, ſe liberare poſſit, quam priſtinae formae et *ſex prouinciarum* decore feliciter inſtaurato. Hae autem inter *comites* marchiones et marchiones *duces* oſtenſa diuerſitas quorſum prodeſt, cum *ducis et comitis* eadem nunc in *territoriis poteſtas* ſit; idem utrique *collegium* in comitiis, ut praeter nomen et modum, ſuffragia *curiatim* dicendi, cum duces *uiritim* haec dicant, parum aut nihil utrique inuicem differre, uideantur. Verum enimuero plurimum tamen confert, haec bene intellexiſſe. Primum enim quod *duces* iure ducalis auctoritatis habent *a DEO*; *comites* tantum priuilegio debent *imperatorum*. Deinde quoties *dux* cum *comite* de iure diſputat, *praeſumtio* utique pro *illo* eſt, non pro *hoc*. Poſt, ſi mutatio rerum ac formae imperii aliquid iniquitatis habuit, habuit autem certiſſime, Caeſarum, Papae, cleri, minorum ordinum tyrannide, praeſtigiis, taedio parendi et imperandi cupidine, *iniurias* hi intulerunt, duces uero paſſi ſunt. Praeterea ſi ordinum iura Caeſari bilem mouent, *comites inuidia* digni, qui ex famoſis [illegible] dominia adſpirarunt; *duces commiſeratione*, quorum ſpolia ditarunt comites, ut ſibi iamnunc ducibus pares omnino uideantur. Demum hac ratione locum habet, quod inter uiros magni ingenii et multae experientiae de *ſuprematu* ſub exitum praecedentis ſeculi diſputatum; *ducum* et *comitum* iura ac dignitiones uſu gentium, quoties cum exteris agitur, plurimum differre, neque ſatis eſſe, *ſtatus imperii* uerbum perpetuo hic in ore habere. Vt taceam, quae ueritas omnibus aeque grata eſſe, non poteſt, cuncta, quae diximus, de *ſex priſtinis* tantum ducibus, quos hodie *electores* adpellamus, uera eſſe; non de recentioribus, quorum comitatus a ducatibus ſaepe cum iniuria auulſi ſunt, et *comitum* titulis, Caeſarum largitione & facilitate, quo is deprimere auctoritatem ducalem et nouos eum priſtinis aemulatione committere uoluit, cum dignitate ducum commutati. Nunquam tamen, quod curſim moneo, recentiores hi duces a priſtinis ſingulorium in Germania rerumpublicarum conſequi potuerunt, ut adſciſcerentur in ordinem eorum atque collegium, quod nunc *electorale* dicimus. Inde eſt, quod poſt tempora interregni et paulo ante *iuniores* hi duces rariſſime in comitiis fuerint. Inferius enim cum exemtis comitibus collegium efficere noluerunt: ad *ducale* autem, id eſt, *electorale* non fuerunt admiſſi. Inde eſt, quod hodieque, innumeris praerogatiuis gaudeant principes *electores*, non quod interpretes A. B. *Rumelinus*, *Buxtorffius*, *Limnaeus*; nouiſſime etiam *Thulemarius*, *Crugerus*, aliique putant, ui *electoralis* dignitatis; ſed priſtini *ducatus* iure non Caeſarum gratia, quibus uetuſtiores ſunt, ſed *originaria* forma imperii Germanici. Inde eſt, quod priſtini ducatus pro feudis *oblatis* habendi: recentiores *data* pleromq; feuda ſint.

Iuriſdictio territorialis. (q) Territorii ſignificatum ſupra dedimus p. 215. ad ſenſum iuris Romani. Patriae noſtrae territorium olim audiit *ein geſchloſſenes Land; ein eigenes Volck*. Inde iuriſdictio territorialis, *ein Gebieth uber daſſelbige*. Atque hoc iterum *ducis limitanei* erat, non *comitis*, *denn dieſer ſtunde unter dem Gebieth eines anderen Hertzogs*.

primi Germ. duces Anglis Halfkings, diuerſi ab illis, ques Caeſares fecerant. (r) Synonyma quondam fuerant *dux imperii*; *princeps imperii*; *elector imperii*. Iſta uox ad poteſtatem in *territorio* reſpexit, inde membrana apud SPELMANNVM: dux idem *Halfking*, *ſemirex*: *illa* auctoritatem in *comitiis*; *haec* momentum illud in *ſorrogatione* Imperatoris. Hodie uero cur non omnes duces ſimul et electores ſint, in cauſa eſt, quod priſtini integrarum prouinciarum duces, non permiſerint, ordini ac collegio ſuo illos adſcribi, qui poſt a Caeſare facti fuerunt adpellarique. Vt inter primos et originarios Germanici imperii duces et poſtea genitos ingens diuerſitas eſſe, uideatur. *Illorum* ortus Germanico Caeſare antiquiores; *hi* Caeſarea progenies. *Illi* feuda oblata poſſidentes *hi* uero data. *Illi* fecerunt Caeſarem; *hos* Caeſar fecit. *Illi*, pares regibus, liberas reſpublicas praecedunt; non *hi*, quibus hanc dignitatem gentes nullo tempore conceſſerunt. *Illi* peculiaris reipublicae et integri populi domini ſunt; *hi* partem eius, ſaepe inique occuparunt. *Illorum* hodie minor auctoritas; olim maior; *hi* uero, quod nunc poſſunt, olim non poterant. *Illi* ſtarent, omni iure ſcripto extincto; *horum* firmamenta leges imperii. *Illi* Imperatores in ſuo territorio, ueterum elogiis, dicuntur: *hi* Imperatorum beneficiis ac priuilegiis ſua debent. *Illorum* regalia dicentur, quaſi regibus tantum congrua iura: his uero quod regum beneficia ſint. Summatim, *hi* beneficiarii ſunt, uaſalli ſenſus Longobardici: *illi* Germanico ſenſu et iure medii aeui tales, qui foederatorum potius nomen merentur et ſummam a Longobardicis legibus per inceptos doctores iniuriam paſſi fuere. Atque haec de diuerſitate *ducum*; qui *electores* ſunt ab illis, qui nudi principes. Non in hoc, ſed illo ſemper Brandenburgicum fuiſſe, ex idoneis argumentis patebit.

Formula quid nobis hic uelit? (s) Liberat me a cura uim uerbi huius exponendi *Obertus GIFANIVS*. Ita enim *in obſeruationib. ad Ling. Latin. p. 98.* diſſerit: FORMVLA pro iure, proprietate. *Vt hoc oppidum eſt* formula *Romanorum*; *illud eſt* formula *Graecorum*, *hoc eſt in eorum iure, tralatione a formulis iuris*. Quas ingenti labore ex inſtituto collegit *Barnabas BRISSONIVS*. *LIVIVS Lib. XXXII. n. 109.* ait: *Perinthum Byzantiis in antiqui formulam iuris reſtituit*. Idem alibi: *Aſiae ciuitates in antiquam imperii formulam redegit*. Nemo autem ſignificatum, quo nos hic utimur, frequentius reperiit ac *Aurelius CASSIODORVS*, cuius *uariae lectiones* duobus *libris* VII. et VIII. agunt de *formulis*, id eſt, iuribus diuerſis, *dignitatum* ac *munerum* Romanorum. Sic *formula conſulatus*; *formula patritiatus*; *formula praefecti*; *comitis*; *magiſtri ferraiorum* ceteraque in eo ſingularibus titulis, occurrunt. Vt dubitare non liceat, caſta Latinare ſcribi; *formula ducatus*, pro forma ac iuribus eiusdem. Formam enim pro iure leges noſtrae non raro dicunt *l. 4. ff. de cenſibus L. 16. C. de Sacroſ. Eccl. et l. 2. C. de officio praefecti orient.*

Ingens diuerſitas marchionum. (t) Differentias uarii generis marchionum apud *Romanos*, *Longobardos*, *Francos* ac *Germanos*, in notis, quae praecedunt, ſatis eruimus. Quapropter mihi certo perſuadeo, fore, ut omnes exinde ſentiant, quanto errore ac prolapſione *aliarum* non ſolum *gentium* marchiones cum noſtris in *Germania* commiſceantur: ſed etiam quam diuerſi prorſus generis hi ipſi in eadem patria ſint, ut fieri non poſſit, quin *marchiones duces* ſeparemus a *marchionibus comitibus*, atque *illos* iterum in *primi* ac *ſecundi ordinis*: *hos* in *prouinciales* et *S. R. Imperii* diſtinguamus. Iunioribus proderit ſchema:

Digitized by Google

CAP. III. doctorum quaeſtiones: *inter marchiones et duces uter praeſtet* (u)? *Marchiones an principum loco: an comitum habendi* (x)? et quae ſunt generis eiuſdem. §. VII.

CAP.

Marchiones Germaniae ſunt uel

principes ſ. *duces*, iique ordinis		*comites*	
primi, ut *antiqui* illi, quos hodie *electores* dicimus, qualis eſt *Brandenburgenſis*.	*ſecundi*, qui ducatibus *exemti* in *principum* claſſem poſtea peruenerunt, qualis eſt *Badenſis*.	*imperii* ut *Antwerpienſis*.	*prouinciae* ut *Auſtriae* quoodam *Styriae*, *Burgonienſis*.

Marchio num duci ſit praeferendus?

(o) Diſputant Itali praecipue doctores, utrum Marchionis dignitas praeſtet dignitate ducis. *Ludouicus RVDOLFINVS*, libro de *ducibus et comitibus Italiae p. 7. n. at. ſeq.* in utramque ſententiam doctores laudat, qui rem, partium ſtudio', aut potius ignoratione ueri, admodum miſcent. Vnus ibi pro *marchione* pugnat, alter pro *duce*. Vtrique ex futilibus principiis. Ego arbitror, fruſtra decertari, niſi de quo genere *marchionum* quaeſtio ſit, 'definiatur. De *Romanis* ſupra reſpondi *p.* 215. *lit.* l. Idem forte repetendum eſſet de marchionibus *Carolingicis*. Longobardorum autem moribus inter *marchionem* et *ducem* nulla de praelatione lis fuit, cum plurima prodant, in eodem utrumque dignitatis gradu fuiſſe conſtitutum. Ducis enim uerbum apud hunc populum non, ut in Germania factum eſſe uidimus, dominum *territorialem*, qui ſub ſe comites haberet; ſed *clientem* et *beneficiarium* notat regis. Aſt uero talis etiam apud illos fuerat Marchio. Qui praeterea duci non paruit, ut in Germania, ſed *directo* regi, iiſdem prorſus cum duce rationibus. Vt adeo Longobardis ignorata fuerit deſcriptio ducis, doctoribus ἀφιλοσόφοις tradita, quod *dux ſit*, *qui ſub ſe habeat comites*, eosque duodecim numero, quae fuit opinio *P. PITHOEI lib. I. aduerſ. cap. 8. p. m.* 376. quem exemplis *Antonius Dadinus ALTESERRA lib. I. c. 3. p.* 15. confutauit illorum, qui tribus, aut quatuor tantum comitibus praefuerunt, teſtimonio *Gregorii TVRONENSIS*, *AIMOINI*, aliorumque. Quantum enim abfuit, ut comiti ſubeſſet dux unus aut plures, tantum quoque abfuit, ut ulli duci comites ſubeſſent. Inde eſt, quod iuris feudalis contextus oſtendit, *duces*, *marchiones*, ac *comites* alii nulli *regalia* accepta tuliſſe, quam ipſi regi abſque ullo principe intermedio 1. *F.* 7. *et* 14. atque 2. *F.* 10. 56. Et ſi *Fuluii PACIANI* recta argumenta ſunt, *lib.* II. *c.* 25. *de probat. n.* 68. 70. ut, quis prior in lege nominetur, altero etiam dignitate ſuperior ſit: nulla iterum inter marchionis ac ducis honores erit diuerſitas. Praefertur Marchia Ducatui 1. *F.* 14. in titulo aeque ac in contextu: ſed Marchioni Dux utrinque iterum praefertur 2. *F.* 10. omnis ordinis ſublata praerogatiua. Inde memorabili atque, ut tempora tum fuerant; erudito reſponſo, num *excellentiae titulus marchioni competat?* *Iacobus MENOCHIVS* Italiae Marchionis dignitatem extollit, ut ſatis inde pateat, non habere eus, ut ducibus quicquam concedant. *Conſilium* eſt ordine *CCCII.* atque *tomo IV.* reperitur. Quamois melius ueritati ac ordini auctor conſuluiſſet, ſi et ipſe tempora *Italiae* ſub *Longobardis*, *Carolingis et Germanicis* Imperatoribus cum iiſque hos demum titulos inuicem diſtinguere, ſciuiſſet. Praeterea in hoc ſui oblitus eſt *Menochius*, quod HOSTIENSEM laudet, quod duci praeferat Marchionem. Aliud enim prodit *Henricus* ille de SEGVSIO *in ſummu lib. V. t t. de poenitentiis et remiſſionibus* ad §. *cui dux et marchio* confiteantur *n.* 38. *p.* 14. 22. In Germaniis facilius ad reſpondendum. Nam principes *primi* ordinis *marchiones* idem faſtigium tenent cum *ducibus primi* ordinis, quorum alter alterum ſine diſcrimine, Caeſareorum diplomatum fide, praecedit et ſequitur. Eadem ratio habenda inter principes *ſecundi* ordinis *marchiones* ac *duces ſecundi* ordinis. Ceteri marchiones, in comitum claſſe poſiti, cuiuscunque in Germania generis ducibus poſthabentur.

Marchiones an principum loco?

(x) Patet huius quaeſtionis reſolutio ex illis, quae *p.* 215. *lit. p.* de Marchionum in Germanico imperio diuerſitate ſatis prolixe expoſuimus. Alios enim principum: comitum loco iterum alius eſſe, docui. Neſciuit hanc diſtinctionem *Lombardia*. Iſtius enim regni principes etiam comites fuere, hoc eſt in eodem cum ducibus collegio ac ordine, quod *p.* 215. *lit. l.* dedimus demonſtratum. *Henricus de SEGVSIO in aurea ſumma lib. V. de poenit. et remiſſionib. p.* 1422. putat; *in Italia maiores eſſe marchiones, quam comites. Contra in Arelatenſi regno comitibus marchiones eſſe minores.* Hinc proceres iſtius regionis ſcribere; *comitibus et marchionibus*, hos ſcilicet illis poſtponendo. Sed bonus iſte doctor ex uno caſu ius colligere non debuiſſet, cum certum ſit, utrumque titulum et *principem* uoluiſſe et eodem ordinis *paſſu* ambulaſſe. Etiam de Francis memorat *An. Dad. ALTESERRA lib. de comit. prouincial. cap.* 17. *marchionum nomen ab illis ad quosque duces et comites detortum*. Quod dux etiam *marquis* illis audiat. Nil hic repugno: ſed uniuerſim, quod idem mox addit, falſum eſt; labente aeuo marchiones quosque ducibus loco ceſſiſſe. Ceterum ſi comites Longobardorum *principes* dico, non territoriales dominos loquor, quales habent Germani *Landes-Herren:* ſed tales, de quibus MENOCHIVM non pudeat *lib. II cap.* 68. *n.* 45. *p.* 105. *lat.* a. hanc quaeſtionem mouere: *an doctores, qui per uicennium iura profeſſi ſint, comitibus ac ducibus aequiparentur.* O ter beatam metamorphoſin, cathedrae in ſoliom ac θρόνον. Vos illuſtria pectora, quid cunctamini ad profeſſiones in Academiis adſpirare? cum tanta uobis merces, proxima a regibus dignitas, fideiuſſore gloſſa, proponatur. Miror, talia portenta et monſtra doctorum Italiam tuliſſe, regionem ab ingeniorum praeſtantia commendatam. Inſana eſt et ſtulta ueteranorum ambitio. Vltimo ne quis ideo ſcrupulum nobis moueat in oppugnata ducum prae marchionibus praerogatiua, quod tamen *Auſtriae*, et ditionis, quae huic annexa eſt: *Sleſuici* etiam atque *Iuliaci* principum exempla in hiſtoriis ſuperſint, qui e marchionum dignitate ad ducis, ceu maiorem, adſpirauerint. Ad ſingula exempla haec ſigillatim reponendum. Nam *Auſtriaci* marchiones in comitum ordine fuerunt, atque, omnino a Boioariae ducatu exemti, nomen *markgrauii* cum titulo ducis commutarunt. *Sleſuici* conatus in cauſa quaerendi, qua ſe ab imperio auulſerunt, ut incongruum eſſet, ſummi iuris dominium habere, et imperii marchionem adpellari. *Iuliacenſis* marchio ante *princeps* fuit, quam dux fieret, qui in diplomate Caroli IV. apud *CHIFLETIVM in commentario Lotharienſi cap.* 4. *p.* 19. ante Bauariae ducem ſubſcripſit. Sed illa tempora uulgi opinionem habuerunt, grandioris ſenſus uerbom ducis eſſe, quam marchionis. Vt hodie Imperator principes creat, non duces, quaſi inter illos et hos praeter nudum nomen aliquid dignitatis intereſſet.

(a) Cum

CAP. IV.

Brandenburgicum marchionatum formulam habere ducatus argumenta.

§. I.

Fontes argumentorum; BRAND. MARCHION eſſe DVCATVM. I. a NOMINE DVCIS BRANDENBVRGICI.

SEd ad fontes demum intendendi ſunt digiti illorum argumentorum, unde, quod hactenus obſcurum fuit, apertum ac manifeſtum eſſe, poteſt: MARCHIAM BRANDENBVRGENSEM PRIMARII DVCATVS FORMVLAM HABVISSE.

A

§. II. Principio maximum momentum illud eſt, quod *marchiones* noſtri DVCVM nomine adpellent (a), lapides ac marmora in ſepulchris (b); in libris hiſtorici plenae fidei (c); ac anteceſſo- res

a] in lapidibus et b] hiſtoricis. c] inreconſultis.

P 3

Vbi iura nomen dant, ibi rem quoque largiuntur.

(a) Cum nomina, praeſertim ea, quae muneris ſunt, rebus debeant congruere *l. 5. C. de defenſorib.* atque earum nos admonere *l. 1. §. exactis ff. de O. I.* ut formularum ſcriptor, CASSIODORVS in definiendis munerum officiis, non clarius ac promptius argumentum eſſe, exiſtimet, quam nomen titulumque, ab hoc etiam initium hic commode fieri poſſe, ſum arbitratus. Vt enim iuſti regulis eſſet aduerſum, ea conceſſa, nomen denegare uelle: ita, nomine incorruptis teſtimoniis propugnato, de ipſa re minus licuerit dubitare. *Res praeſumitur illius, cuius nomen obtinet*, uox doctorum eſt apud MENOCHIVM *lib.* III. *praeſumt.* 64. *n.* 2. Quoniam *nomina demonſtrant uoluntatem dicentis* ut CELSVS ait *l. 7. §. 2. ff. de ſupell. legata.* Itaque, ſi publico uſu priuatoque conſtet, *marchiones Brandenburgenſes* DVCIS uerbo, antiquisſimis etiam temporibus, adpellatos fuiſſe atque *marchionatum* transalbini ducatus elogium habuiſſe: multum mihi effeciſſe uideor apud aequos rerum aeſtimatores. (b) Lapides et marmora in iure fidem facere, conſtans ICtorum doctrina. *Philipp.* DECIVS *Conſil.* 135. *n.* 2. *p.* 145. ex *marmoreis literis* rem optime cognitam uult. *Antiquam probatur per literas ſcriptas ſeu inciſas in lapidibus*, ait *Ioſeph* MASCARDVS *de probat. uol.* 1. *concluſ.* 105. *n.* 10. *p.* 90. uel columnis, ut habet DVRANDVS *in ſpeculo lib.* II. *partic.* II. *de probationibus §. 3. num.* 12. *p.* 626. praeſertim etiam in ſepulchralibus monumentis, iudicio *Pauli de* CASTRO *ad l. 4. ſi ſepulchrum C. de religioſis et ſumtibus funerum n. 6. p.* 178. Ea itaque his doctoribus reuerentia uetuſtatis eſt, ut ſibi religioni ducant, ſepulchrorum monumenta ambiguitatis incuſare. Quod, cogitatione mortalitatis, confecta eſſe uideantur, quae excludat ambitioſa mendacia omnes generis uanitates. Quae meae rationes ſunt, quibus adiuuandam eſſe arbitror, tributam inſcriptionibus ſepulchralibus, ſententia doctorum, autoritatem. Accedit, quod cum fucoſa pigmenta aedibus ſacro coetui deſtinatis, inprimis indigna ſint, repoſito in illis monumento maiorem fidem tribuendum eſſe, cenſeat *Pelaez a* MERES *de maioratibus Hiſpaniae Part.* IV. *quaeſt.* 30. *n.* 317. *p.* 303. Auget quoque opinionem ueritatis epitaphium ab hominibus, quod dicitur religioſis conditum, aut in contubernio eorum, hodie monaſterium adpellant, repertum. *Teſtimonium enim clericorum*, multo magis religioſorum, *maius eſt, quam laicorum Proſper* FARINACIVS *de teſtibus tit* 7. *quaeſt.* 65. *n.* 177. *p.* 336. Plurimum itaque momenti habebit, lapidem e coenobio produxiſſe, qui nobis *ducem Brandenburgenſem* loquatur. Eſt autem *Gernrodanum*, id eſt a *Gerone* conditi coenobii *epitaphium* tale: GERO. DVX. ET. MARCHIO. FVNDATOR. ECCLESIAE. SAXONVM. ANNO. DNI. DCCCCLXV. XIII. KAL. IVLII. OBIIT. ILLVSTRIS. DVX. ET. MARCHIO. HVIVS. ECCLESIAE. FVNDATOR. CVIVS. ANIMA. REQVIESCAT. IN PACE. AMEN. Deſcripſerunt monumentum plures hiſtorici, atque inter hos etiam SPANGENBERGIVS *in chronico Sax. c.* 142. *p.* 209. *Andreas* ANGELVS *lib.* II. *chronici Marchiae p.* 92. αὐτόπτης *Henricus* MEIBOMIVS *in notis ad Wittekindum lib.* II. *p.* 703. *Andreas* HOPPENRODIVS *Annalium Gernrodenſium p.* 425. domeſticus teſtis eſt, qui ita ſcribit: *Geronis marchionis Brandenburgenſis, mortui effigies, ut antea in toga uiuentis, ſaxo, quod exuuias tegit, in armis depicta et inſculpta fuit, cum imaginibus apoſtolorum ac inſcriptione tali*, quam modo recitauimus. Atque haec ſatis de teſtimonio epitaphii, quoad elogium *ducis Brandenburgici.* Si cui, inſuper habita ICtorum, quos laudauimus, doctrina auctoritateque, ſuſpecta uideatur lapidum fides, quod in ſepulchralibus monumentis plurimum regnet ambitio, monachorum iudicia corrupta ſint, qui adulatione in ſuos nutritios ſaepius peccent; fraude etiam haud raro imponant poſteritati, ut coenobii origines illuſtriores reddant, extollendo conditorem: hunc ſibi temperare uelim a praecipiti iudicio, quod a nemine, niſi reliquis quoque argumentis perlectis, uel expectamus uel extimeſcimus. (c) Quam ciuilia iura *chronicorum* atque *annalium* conditoribus fidem habeant, certant inuicem doctores. Quod *Nicolaus de* PASSERIBVS *lib. V. de ſcriptura priuata quaeſt.* 6. *p.* 447. *et p.* 466. 469. de ſingulis libris diuerſimode ſentiendum, exiſtimet, cauſam ego non uideo: cum, quae olim inter *chronica et annales* differentia fuerit, hodie ſcriptoribus non attentatur. Sed forte annales ille dicit ſcripta, per coaeuos confecta, quibus maior fides atque chronicis eſt, aliunde congeſtis. *Auguſtinus* BEROIVS hiſtoricis monumentis ſtandum eſſe, putat in rebus *uetuſtate* ex hominum memoria deletis *uolum* III. *conſil.* 144. *n.* 36. *p.* 411. Idem etiam ſentiunt CACHERANVS *conſil.* I. *n.* 19. *ueteris et Petrus* REBVFF libro *de concordatis inter Papam et Galliae regem, titulo de regia ad praelaturas nominatione p.* 237. MYNSINGERVS *cent.* V. *obſeru.* 79. camerae praeiudicio eiusdem opinionis auctoritatem in imperio corroborat; quod etiam facit *Caſp.* KLOCKIVS *tom.* III. *conſil.* 182. *n.* 566. *p.* 802. Non minus igitur ad propugnatam hucusque ueritatem illud quoque conferet, ſcriptores marchiones noſtros *ducis* uerbo adpellauiſſe. De *Gerone* noſtro, marchione Brandenburgenſi, auctor MONTISSERENI, qui Hala duo fere milliaria diſtat atque nunc eſt in ditione regis Boruſſiae *ad ann.* 1171. *p.* 36. mox ab initio ſcribit: *temporibus primi* Ottonis Imperatoris duo fuerunt fratres GERO DVX ET MARCHIO *et Sigefridus comes. Andreas* HOPPENRODIVS primum inter omnes duces cum Geronem dicat *annalium Gernrodenſium p.* 417. dubito, cum

Quam in iure fidem habeant lapides et marmora? in ſepulchris praeſertim.

Quam fidem habeat monumentum Gernrodanum ducis Brandenburgici?

Hiſtoricorumque fides in iure.

adpellant hi marchiones noſtros nomine ducum.

Digitized by Google

CAP. IV.

d] diplomatibus Caeſareis.

res (d); Caeſares tandem in diplomatibus (e), pulchro atque idoneo ſatis ad probandum concentu.

§. III. DVCATVS BRANDENBVRGICI ſeu transalbini.

§. III. Quid? quod ipſa etiam reſpublica noſtra ne quidem uernaculae *markgrauiatus* audiat (f); ut pro appendice alterius

cum ad noſtri argumenti teſtes referre. Extant eiuſdem forte pretii uerſus in coenobio GERONRODANO:

Condidit hoc templum DVX MAGNVS, MARCHIO GERO.

CHYTRAEVS *Lib.* I. *p.* 36. *n.* 10. refert; *tempore Henrici aucupis* DVCEM *aduerſus Henetos et Obotritos in marchia Brandenburgenſi conſtitutum fuiſſe.* Idem mox de VDONE marchione ait: *cum auctis marchiae oppidis* VETERVM DVCATVS *formam ei reſtituiſſe.* Congruum itaque antiquiori aeuo nomen fuit, quo IOACHIMVS I. elector Brandeburgicus ſuo tempore uſus eſt, atque formulae ad concilium Lateranenſe ſubſcripſit, DVX SLAVORVM. Extat illa apud *Seuerinum* BINIVM *Tom.* IV. *Conciliorum f.* 70.

ad dubia ſummatim reſpondetur. Quae dubitationes alicui in doctrina noſtra ſuboriri poſſent; ducis uerbo ambiguam eſſe uim, ut ipſi ſuperius oſtendimus *cap.* III. §. 1. et hoc loco minimum repugnare *territoriali* dominio, quod *Gero* non *Slauorum* ſed *Saxonum dux* ſalutetur, quaeque ſunt generis eiuſdem, illae obiectiones non ceſſant ſolum, ſi expendantur, quae inferius dicturi ſumus; ſed etiam ideo, quod ducis uocabulum *marchionis* uerbo hic praeferatur et, quod magis eſt, DEI GRATIA formulam adiunctam hic habeat uti ex diplomate apud HOPPENRODIVM paret p. 423. quae male congruit cum militari praefecto, *einem Sächſiſchen Officier.* Ceterum cum uel e CRANZII *Vandalia lib.* II. *c.* 26. conſtet, uarias in marchiam deuictam Saxonum colonias emigraſſe, haud dubie Gero, huius populi cauſa, *dux Saxonum* dicitur; quoniam alibi etiam *marchio Saxonum*, illorum ſcilicet, qui marchiam oppreſſis Slauis incoluerunt, ex iiſdem rationibus adpellatur apud HOPPENRODIVM p. 466. ut alia, quae huc faciunt, taceam, ſuo loco enumeranda.

Marchiones Brandenburg. ducis nomine ſalutari a doctoribus. (d) Non intellexerunt hactenus doctores, unde factum ſit, *ducum* ordini accenſitum reperiri, cuius nomen limitaneum *comitem* uelit. *Andr.* KNICHENIVS *Commentatione de Saxonico non prouocandi iure c.* IV. *n.* 6. putat prouinciarum rectores, prout placuerit forte Imperatori, ducum, marchionum, comitum titulos ſine diſcrimine, accepiſſe. Sed hi Longobardorum mores fuerant, quod ſupra doctum eſt *p.* 215. *lit. l.* a quibus Germanici prorſus abhorruerunt, quorum differentiae explicatae ſunt *p.* 227. *a et lit. x.* Quae REINKINGIVS *lib.* I. *claſſ.* 4. *c.* 13. *n.* 9. *p.* 394. PAVRMEISTER *lib.* II. *cap.* 9. STEPHANI *lib.* II. *Part.* I. *c.* 6. ARVMAEVS; LIMNAEVS et quotquot hanc turbam bona deinceps fide exſcripſerunt, de hoc argumento habent, cum tempora et reſpublicas, Romanam cum Longobardica: utramque cum noſtra aeuum Carolingicum cum poſteriori turpiter confundant, a nobis cap. III. §. 1. ordine cum diſtinctione tractata, non merentur allegari. Equidem reperio apud *Philip.* KNIPSCHILDIVM haec uerba *Brandeburgici duces.* Sed an digitum is ad noſtros fontes intenderit, admodum dubito. Manet ergo repertae ueritatis honor uirum illuſtrem, *Henricum* COCCEIVM *qui cap.* III. *Sect.* 5. §. 71. 72. *p.* 75. *et* 76. primas hic lineas duxit. Cuius dogmata, ut alia plura, ita et hoc ipſum contra ſermones ac calamos eorum, qui uel maleuoli ſunt uel rerum ignari, meis argumentis ſoleo tueri. Et quamuis calumnia et inuidia conatus meos mox aperte, iterum ex inſidiis per latus impetant; obfirmauit tamen contra haec genera inſultuum pectus meum et recti ſcientia et diuini numinis fauor, quem in doctrina mea et lucubrationibus ſentire licuit, ut plurimi iuuenes, quorum animi communibus uiis alibi, ultra nobile Iuſtiniani quinquennium, adſueti fuerant, inter auxilia diuina, me doctore, ad tramitem redierint, mihi quaeſitae ueritatis. Atque hinc laboris mei et fructus uideo et ſpem certiſſimam concipio; fore, ut finis quoque detur hominibus, liuore hactenus corruptis. Tuum Cocceie! libellum neque meis neque auditorum meorum manibus, ſponſionem tibi et nobis facio, inimica capita, ullum caſum erepturum eſſe.

Caeſaris diploma marchionem Brand. ducis uerbo honeſtat. (e) Imperatoris libello ſtandum eſſe, doctorum complurium ſuffragiis probauit *Nicolaus de* PASSERIBVS *de ſcriptura lib.* III. *quaeſt.* I. *p.* 303. Equidem incongrua reipublicae noſtrae principia alias ſapiunt hae doctrinae, quae ex Romanarum legum placitis deſumuntur; a quibus ius publicum Germanici imperii prorſus abhorret. Verum alia omnino ratio eſt in diplomate Caeſareo, ad quod in praeſenti argumento reſpeximus. *Otto I. Imperator, Lubora et Tuchim*, loca, Magdeburgenſi archiepiſcopatui donat anno 962. Huius donationis libellus extat, cuius initium eſt: *In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis Otto, diuina opitulante clementia Imperator Auguſtus. Si ſanctis ac uenerabilibus locis noſtrorum interuentu fidelium, ex noſtra regia uel imperiali largitate aliquid largimur, id nobis ad praeſentis uitae ſtatum et eterne retributionis emolumentum capeſſendum prodeſſe, confidimus. Quapropter omnibus fidelibus noſtris praeſentibus et futuris notum eſſe uolumus: qualiter nos ob ſpem diuinae remunerationis noſtrorumque criminum abſolutione in futuro magni iudicii die, pro ſtatu quoque uel incolumitate regni uel imperii noſtri, pro ſanitate etiam noſtra, dilecteque coniugis noſtre Adelheidis uel filii et equiuoci noſtri cariſſimi, regis uidelicet Ottonis nec non et intuitu ac petitione eiuſdem Adelheidis noſtre chariſſime coniugis ceterorumque noſtrorumque fidelium, conſilio Popponis etiam Wirtzburgenſis Eccleſie epiſcopi atque* GERONIS MARCHIONIS DVCIS et quae ſequuntur, neque enim integrum nobis eſt, totum hic recitare. Habes itaque *ducem Brandeburgicum* ipſius Caeſaris elogio, quo maius ſperari non poteſt; inprimis cum *Ottonem primum* ſcriptorem habeat, cuius auctoritate notum eſt, marchiam Geroni noſtro obueniſſe. Vt adeo cum *literis clientelaribus*, ſi hae ſupereſſent, conſpirare et, perditis illis, locum earum quodammodo ſubire poſſe, uideantur.

Num inter marchionatum et markgrauiatum differentia ſit? (f) Non is ego ſum, qui diſcrimen omnibus ſeculis et ſcriptoribus obſeruari, affirmet inter *marchionatum* et *markgrauiatum*. Vt huius poſſeſſor *comes* ſeu *Grauius* audiat: illius dux ſeu princeps. Sane utrumque uernacula dicit *Marckgrave*, quemadmodum ueterum diplomatum fide ſcimus. Deeſt enim linguae noſtrae uſu adprobata uox, qua *princeps marchiae* notari poſſit atque a *marchione comite* diſtingui. Verum id tamen non fruſtra eſſe, exiſtimo, quod *Brandeburgicus marchionatus* uetuſtiſſimis monumentis in Germanico ſermone non audiat, *die Marckgraffſchafft Brandeburg*; multo minus in Latino *markgrauiatus*, cum tamen, uulgi etiam uſu, dicamus *die Marckgravſchafft Baden, die Marckgravſchafft Antwerpen*: non *die Marck Baden*: ſed aliud nomen noſter num habeat atque marchionatus aut, ſine additamento, *der Marck*, ideoque incolae etiam *die Märcker*, regiones *das Märckiſche*, non *Marckgräfliche* adpellentur. Quo ipſo, niſi prorſus fallor, coniectari licet, ſolennem quoque populi ac curiae uſum Brandeburgenſem marchionatum ab illis, in ordine comitatuum conſtitutis, eximere uoluiſſe.

(g) Ger-

Digitized by Google

CAP. IV.

e] in Caeſaris codicillis an. 1195.

f] Ducatus

alterius haberi poſſit, ſed peculiaris a ceteriſque diſtincta *prouincia* (g): elogio autem ipſius Imperatoris, quod maximum eſt, (h), et publico ſolennique Caeſareae aeque, ac Brandenburgicae curiarum uſu (i), DVCATVS TRANSALBINVS. Cum A etiam, meo et aliorum iudicio, qui rectiorem publici iuris doctrinam habent, tempore illo, quo Germaniae ſingulares reſpublicae nondum concuſſae ac dilaceratae fuerunt, eadem DVCIS AC PRINCIPIS

§. III. et principatus Brandenburgici ſynonyma.

CIPIS

Quare marchia prouinciae nomen gerat?

(g) Germania principio ſtatim *ſex prouincias* habuit, ſiue reſpublicas *Franciam; Sueuiam; Boioariam; Saxoniam; Thuringiam; Vandaliam;* aut, quod idem eſt, noſtrum marchionatum. Rege aut duce; populo; legibus; ditione, ſingulae inuicem diſtinctae ac ſeparatae fuerunt. Proderit hic duorum Ictorum libellos euoluere, quorum doctrinae illis demum magni ſiunt, qui legum ſtudio bonarum literarum cultum in iuuentute addiderunt. *Henricum* COCCEIVM et *Iohannem Nicolaum* HERTIVM uolo: *illum* in maximi pretii opuſculo, quod *iuris publici prudentiam* ſiſtit: huncçin diſſertatione alibi laudata, quae de *ſpecialibus Germanici imperii rebuspublicis* agit, et inter eruditas lucubratiunculas eius uiri *tomo* II. *p.* 81. extat. Quibus commode iungi poteſt GIOVANNVS in prooemio, quod *Germaniae principi* praeludit. Scite ergo ſcribit *Albertus* KRANTZIVS *lib.* III. *Vandaliae cap.* 16. *p.* 64. *In Vandalia* aut Vendia *marchio collocatus, qui* PROVINCIAM *tueretur, armis quaeſitam et augeſcere contenderet in diem et quam Romani, ſimili ex cauſa, dixere* PROVINCIAM, *ille adpellauit* MARCHIAM.

Marchia Brandenb. audit ducatus transalbinus Caeſari. 1195.

(h) Maximum momentum illud eſt, quod omnem dubitationem ſuperat, *Brandenburgenſem marchiam* Caeſari clariſſimis uerbis idque in publico diplomate nomine uenire TRANSALBINI DVCATVS. Eſt is *Henricus* eius nominis ſextus Imperator, qui anno 1195. his uerbis ſcripſit: *In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis* HENRICVS SEXTVS *diuina fauente clementia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus et rex Siciliae. Licet uniuerſorum rationabus et iuſtis deſideriis noſtrae maieſtatis facile impertire et aelimus et debeamus aſſenſum; eorum tamen uota magis amplectimur et fauore proſequimur ampliori, que cum rationi non obuiant, pium et commendabile noſcuntur habuiſſe exordium. Eapropter uniuerſitati preſentium et futurorum notitie declaramus, quod cum nobiles uiri Otto Brandeburgenſis marchio et comes Albertus frater eius, diuine remunerationis intuitu, ut coeleſtis patrimonii participes redderentur, prediaque in* DVCATV TRANSALBINO *ſeu marchia Brandeburgenſi - - - Magdeburgenſi Eccleſiae tradidiſſent ab Archiepiſcopo et ſuis canonicis promiſſionem huiusmodi acceperunt:* et quae ſequuntur. *Huius rei teſtes ſunt*, poſt alios plures, *Henricus Colbo* PINCERNA *de Lutra. Signum domini Henrici ſexti Romanorum Imperatoris inuictiſſimi et regie Sicilie. Ego Cunradus Hildenſemenſis Epiſcopus, imperialis aule cancellarius una cum domino Gualtero Troiano epiſcopo et regni Sicilie Cancellario recognoui. Acta ſunt haec anno dominice incarnationis* MCXCV. *indictione*, XIII. *regnante domino Henrico ſexto, Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, anno regni eius uiceſimo octauo, imperii uero ſeptimo et regni Sicilie tertio. Data in Lucana quinto kal. Auguſti.* Idem Imperator anno poſt literas in pari argumento dedit, quae ſequuntur. *In Nomine ſancte et indiuidue trinitatis* HENRICVS SEXTVS, *diuina fauente clementia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus et rex Sicilie. Vobis, que ad audientiam noſtre maieſtatis porrecta fuerunt eo libentius imperialis magnificentie impertimur fauorem, quo in eccleſiarum utilitatibus adiicitur, nec tamen rationi ſeu iuris ordini aliquatenus obuiatur. Ea propter uniuerſitati preſentium et futurorum notitie declaramus, quod delecti noſtri nobiles uiri Otto Brandenburgenſis marchio et comes Albertus frater eius ad profectum ſalutis animarum ſuarum predia - - - in* DVCATV TRANSALBINO SEV MARCHIA BRANDENBVRGENSI *et in omnibus comitatibus ad marchiam pertinentibus* et quae reliqua ſunt, quae in publicum prodere, meum non eſt. *Ad cuius rei certum inpoſterum euidentiam preſentem paginam inde conſcribi iuſſimus et maieſtatis noſtre* SIGILLO AVREO *communiri. Huius rei teſtes ſunt Stephanus Patheniſis epiſcopus; Theodoricus Traiect. eccleſie prepoſitus &c. Fridericus dux Auſtrie: Ludouicus dux Bauarie; Conradus dux Spoleti; Otto comes de Henneberg; Henricus illuſtris dux Auſtrie; Marquardus ſeneſcalcus marchio ancone, dux Rauenne:* HENRICVS *Colbo* PINCERNA DE LVTRA *et alii plures. Signum domini Henrici ſexti Romanorum imperatoris inuictiſſimi et regis Sicilie. Ego Cunradus Hildenshemenſis Epiſcopus, imperialis aule cancellarius una cum domino Gualtero, Troiano epiſcopo et regni Sicilie cancellario recognoui. Acta ſunt haec anno dominice incarnat.* CIↃ CXCVI. *indict.* XV. *regnante domino Henrico ſexto, Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, ac potentiſſimo rege Sicilie, anno regni eius* XXVIII. *imperii uero* VII. *et regni Sicilie tertio. Datum in Linario, iuxta puctam in Sicil.* VII. *idus Iulii.* In eodem hoc diplomate, quod ſingulare eſt, marchionis Brandenburgici epiſtola, hac cauſa ad Caeſarem data, *traditio* DVCALIS *paginae* dicitur. Quem uerbi uſum latinitati quoque ſuperius adſeruimus *p.* 214. *lit. i.*

pagina ducalis.

Colbii de Wartenberg pincernae S. R. I.

KOLB de Wartenberg pincerna S. R. I.

Ceterum cum in utroque diplomate nobilium *de* LVTRA mentio occurrat ut PINCERNARVM imperii: nouo argumento *pincernatus* dignitas *Kolbiis Lutrenſibus* [*von Kayſers Lautern*] adſeretur, quod lucubratiunculae meae, ante triennium de *Kolbianae gentis glorioſa uetuſtate* [*von dem Vorzug und Alterthum des Kolbiſchen Wartenbergiſchen Hauſes* Colon. 1704.] editae atque eius p. 62. §. 17. praecipue, ubi *pincernatum imperii* penes Colbios fuiſſe, luculenter oſtenſum fuit, omnino addendum eſſe, cenſeo. Liceat honori familiae etiam alium locum nominare diplomatis Caeſarei, quod *Wilhelmus* HEDA exhibet in *hiſtoria Vltraiectina. p.* 323. Sane is eo maioris haberi hic debet; quoniam non ſolum proximum ab hereditario Mareſchallo locum habet Colbius ſubſcriptor: ſed etiam *Neomagenſi comiti* ordine eſt praelatus. Ita enim nomina extant: *Henricus* MARESCHALCVS *de Papenheim, Conradus* COLBO PINCERNA; *Menardus Comes de Nimmege.* Ipſae literae Friderici I. Caeſaris ſunt an. CIↃ CLXV.

Ipſi marchiones Brand. marchiam inſigniunt nomine ducatus transalbini.

(i) Verba litterarum, quantum ex illis in doctrina noſtra proficere poſſumus, haec ſunt. *In nomine ſancte et indiuidue trinitatis.* OTTO *diuina fauente clementia ſecundus marchio de Brandenborch. Licet ad eorum omnium firmitatem, que in noſtra preſentia rationaliter ſtatuuntur, quantum poſſumus, intendere teneamur: ad id tamen, ut facta propria firmamento ſtabili roboremus, potiori debito prouocamur. Ea propter tam uniuerſitati preſentium, quam et futuris inpoſterum declaremus, quod - - - predia - - - in* DVCATV TRANSALBINO *ſeu marchia noſtra et in omnibus comitatibus ad marchiam noſtram pertinentibus et reliqua. Anno dominice incarnationis* CIↃ CXCVI. *Indictione* XIV. *Preſidente ſedi Apoſtolicae Celeſtino papa tertio. Regnante glorioſiſſimo imperatore, ſemper Auguſto & Rege Sicilie Henrico ſexto. In nomine domini amen, amen.*

(l) Igne-

CAP. IV. CIPIS nomina ſint (l): neque illud praetereundum eſt, *marchionem* noſtrum, uetuſtiſſimorum ſeculorum elogiis, et PRINCIPIS uerbo (m), nuncupatum; et formulam

§. III. g] formulae Dei gratia uſus.

Princeps quoadam imperii idem qui dux.

(l) Ignorant haec iterum doctores, quorum alii ancipiti cogitatione diſtrahuntur; alii in manifeſto uerſantur errore; plerique nullum remedium ſupereſſe putant, quo *PRINCIPIS S. R. I.* numen idonea ratione definiatur. Mihi expedita uia eſt, qua ex hoc diuerſarum opinionum anfractu cum meis ſolco peruenire ad propoſitam ueritatem. *Principis* uox iuri Romano, publico ac ciuili *Caeſarem* notat, quod huc non pertinet. Carolingorum aeuo *primates* aut proceres ita dicti ſunt, id eſt, ut ego interpretor, *primarii* regis *adminiſtri*. Verum, extincta Carolingorum ſtirpe in Germania, unde omne publici nunc iuris momentum pendet, nomen hoc nonniſi *ſex* illis prouinciarum *dominis* datum fuit. Hi enim ſoli ex utraque cauſa id mereri uidebantur. Siue enim illi *duces* in ſuis prouinciis egerunt *domi:* ſiue *foris* in uniuerſi imperii conuentu. *Ibi* principes, quaſi Caeſares aut *ſupremi* ſuorum territoriorum *arbitri* fuerunt: *hic* ita ſalutati, quod ſoli *primates* regni eſſent, quibus ceteri ordines ac ciuilia imperii membra omnia ſubiicerentur. Summatim, *ibi* principes in ſenſu *abſoluto:* *hic* in *reſpectiuo*, liceat cum ſchola loqui, audiuerunt. Eadem ergo utriusque uerbi tum uis erat, ſiue *ducem* ſiue *principem* dixiſſes. Atque hoc ſenſu non habet *Iohannes* MABILLONIVS, *lib.* III. *c.* 1 *p.* 222. *artis diplomaticae*, quod de hiſtorica lege PAPEBROCHII dubitet: *omnia diplomata imperatorum ante Henricum aucupem, quae haec uerba contineant*, principes noſtri, *falſa eſſe*. Quoniam ante hoc aeuum Germania noſtra dominos territoriales non habuit, aut certe, quod de ſolo *Conrado primo* dicendum, non agnouit. Alia prorſus uerbi ſignificatio fuit, quando *ordines prouinciales*, qui ſuo duci paruerunt, *principes*, id eſt, primarii uiri aut ordines prouinciae primarii, Grammatico magis, quam publico curiae ſtylo, fuere ſalutati. Quod genus loquendi non aliam uerbi uim atque eam habuit, qua hodieque ICtos, oratores, philoſophos, hiſtoricos, principes adpellamus. Inde alii *prouinciae principes;* alii *principes regni* aut imperii fuerunt, tam diuerſi ordinis, atque imperans a parente, dominus a ſubdito ſolet differre. Haec facies Germaniae fuit, usque dum, Caeſarum inexhauſta rapacitate, alibi ſaepius et *p.* 224. 225. *cap* III. §. VI. *lit. p.* a nobis paſſim notata, euenit, ut *ſex* praepotentes Germaniae *principatus* in partes irent atque maioribus noſtris inaudito caſu, in minutiſſimas quasque particulas, unius et alterius leucae territoriola diſiicerentur. Hoc infortunium nouum deinde excepit. Cum enim recens nati *domicelli*, uenia ſit uocabulo, ducum poteſtati prouinciaeque ſuae, Caeſarum praeſtigiis, ſe ſubduxiſſent: fieri non potuit aliter, quam ut Caeſari beneficia haec atque ex alieno corio munificentiam ſuperſtitioſo obſequio rependerent et maculam commiſſae in duces perfidiae abſtergerent ac purgarent. Quamuis enim, ſui iuris ſemel facti, et ipſi *principes*, id eſt, domini terrum ſuae ditionis eſſent; a uocabulo tamen, Caeſari ſatis odioſo, ſibi non cohibuerunt ſolum: ſed etiam alia plura Germanicis Imperatoribus indulſerunt, quod *antiqui* illi *principes* nequicquam eis largiri ſunt. Sed cum prioris generis plures eſſent, poſterior aetas, antiquae regni formae ignara, utriusque iura confudit atque regulam a *domicellis*, ceu numero maiori, ſumpſit; ipſi poſt doctores, qui, cum publica patriae iura e monumentis *priſtinae obſeruantiae* diſcere debuiſſent, ex iure codicis Iuſtiniani docuerunt, aut ſcriptis Longobardorum moribus atque liberrimo ſic regno uim attulerunt, ut procul abeſſet a ſeruitute. Obuerterunt capita *principes ueterani* atque uiolento conatui repugnarunt: contra *recentiores* illi impoſitum onus non ita formidarunt, quod humeri Caeſaris iugum non ſentirent, qui imperio *ducum* aut principum antiquorum quondam fuere adſueti. Atque cum his turbis infelix patria tot ſeculorum lapſu certauit, ut nullum inter *antiquos et nouos* ordines diſcrimen praeter *nomen* ſupereſſet. Tandem quo huc non minus ex hominum memoria deleretur, factum eſt, ut Caeſares id agerent, quo cuncti aliquarum tantum uirium *comites* nomen ſuum cum *principis* uerbo commutarent. Nummos, gratiam, fidemque, Caeſareae familiae perpetuo addictam, tulere aut etiam poſtulare promotores a ſecularibus: ſed *eccleſiaſtici ordines* ſuo arbitrio, non Caeſaris, *principum* ſibi nomina arrogarunt. Nam extant quidem diplomata Caeſarum, quibus *Luxemburgi; Holſatiae; Wurtenbergae;* aliique comites ad principum dignitatem euecti ſunt: ſed antiſtes *Wurzburgenſis* ſe ducem ſcribit; *Conſtantienſis et Leodienſis* principes imperii adpellantur, nulla indulgentia imperatorum. Nugas enim, quas imprudentioribus uendunt, rerum gnari ſpernimus. Quae nouorum hominum arrogantia utrum ſuperbiae ſacri ordinis ſit tribuenda, qui ſuam principis dignitati praetulit: uel ſingulari iuris ſcientiae, qua rerum dominio acquiſito, id eſt, *principis* conſecuta poteſtate, *principis* etiam *nomine* uti licere neque nouo Caeſaris beneficio opus eſſe, ſunt arbitrati. *Illam* opinionem Angliae regis iudicium firmat, quo ipſe *Epiſcopum* dimiſit, qui comitis dignitatem ambiuerat: *pulchre ſapis; nouum comitem te facio ex Epiſcopo ueterano*. Locum dedimus in *notis ad Puſendorfium* cap. IV. p. 270. *Hanc* uero exempla ſuſtinent eccleſiarum antiſtitum, qui *principis* uerbo hodieque geſtiunt ſuperbire. Id etiam reperio, ante quatuor ſecula *Magdeburgenſem Archiepiſcopatum principatus imperii* nomine *eines Reichs-Fürſtenthums* Caeſareis diplomatibus uenitſe. Vt adeo *Wurzburgenſi* nno ſit, in hoc nomine uel praerogatiuam quaerere, uel id extra *epiſcopatus* ſui pomoeria extenſum uelle. Et ſane, quod duobus uerbis moneo, cum epiſcopi, gentis Limburgenſium comitum in Francouia, primi fuerint, qui inter Wurzburgenſes *ducis* nomine uſi ſint; atque poſt hos alii id iterum adhibere, intermiſerint: non leuis eſt coniectura, Limburgenſes ad proſapiam ſuam, quam a Carolingorum atque Cunradi primi regis eiusque et Franconiae ducis familia oriundam crediderunt, inſtauratione *tituli* huius, digitum intendiſſe. Tandem *ducum etiam filii principes*, puta *iuuentutis*, ſermone latino audiuerunt. Qua occaſione *Anhaldini* nomen principum acceperant. Ottone eius et Alberto ad principatus imperii Saxonicum et Brandenburgicum promotis, filii eorum, quibus Anhaldinus comitatus diſtributus fuit, *principis* nomen, natalium, non Anhaldini territorii cauſa, retinuerunt. Donec tempora, rerum forte ignara, ipſi quoque territorio id interrent. Quaſi non recte fieret, *principis* nomen gerere in poſſeſſione *comitatus*. Atque mea haec opinio eſt, quam clientelare uinculum confirmat, quo Magdeburgico ſemper archiepiſcopatui addicti fuere.

principes prouinciales.

principum numerus auctus diuiſis ſex Germaniae prouinciis.

Inter antiquos et recentiores principes diſcrimen.

Epiſcopi quo iure dicuntur principes.

Epiſcopus Wurzburgenſis an dux Franconiae?

Cur Anhaldini principes dicantur.

(m) Cum uerborum *ducis et principis* antiqui, quem primi ordinis ſupra dixi cap. III. §. 7. p. 227. eadem uis ſit: mentionem haec etiam loca merebuntur, quae *principis* elogio Marchionem noſtrum adpellarunt. Taceo nunc hiſtoricos, qui *Geronem*, Marchionem, ſupra memoratum identidem *principis* uerbo imo *praecipui principis* honeſtant, ne Grammaticum ſtylum a publico ſolennique curiarum diſtinguere, neſcire uidear. Verum *diplomatis* hic iterum fidem imploro. An. 1258. tale extat apud MADERVM p. 261. *Dei gratia Albertus &c. praeſente NOBILI PRINCIPE Iohanne*, *marchio-*

Marchio Brandenb. princeps audiit S. R. I.

Digitized by Google

CAP. IV.

b] uerbum illuſtris.

mulam DEI GRATIA principio ſtatim habuiſſe (n); tuliſſeque ILLVSTRIS (o), titulum. Atque ſingula haec tum non aliis in imperio tributa ſunt, quam illis, qui a Caeſare proximum faſtigium tenuere, aut, quod idem eſt *ducibus* S. R. I.

i] Reuetiam,

A Singularem quoque locum meretur, quod *Primislaus*, marchia armis in ditionem redacta, ſe ſcripſiſſe fertur nomine REGIS BRANDEBVRGICI (p); Caeſare inſtitutum hoc prorſus adiuuante (q).

§. III. *Caeſaris indulgentia rex Brandenburgicus.*

marchione de Brandeb. Ita etiam Burchardus Archiepiſcopus *Magdeburchenſis* epiſtolam incipit *Magdeburchi* ſcriptam CIↃ CCC XVI. *in die beatorum Viti et Modeſti martirum: illuſtribus* PRINCIPIBVS, *dominis magnificis Woldemaro et Iohanni Brandeburgenſi et Luſatie marchionibus ſalutem ac deſiderium.* Significantius in Germanico OTTO *Magdeburgenſis antiſtes* in literis quas anno 1336. exarauit eodem uerbo utitur: *dem erleuchteten Fürſten, Herrn Marckgraven zu Brandeburg.* Quae formulae antiquis elogiis congruunt, quae exhibent hiſtorici. (n) Scripſit d. praeſes in *Arauſione adſerta* §. 6. p. 22. de uſu priorum temporum, quem formula habuit, *DEI GRATIA.* Neque ſum neſcius, praeter illos, quos ibi citati ſunt, ſatis etiam obuios apud MABILLONIVM libellos eorum eſſe, qui ex inferiori ſacri ordinis ſubſellio, nominibus ſuis uerba iunxerint, *dei gratia.* Sed datum hoc forte eccleſiaſtici muneris uocationi, quam non humanam, ſed *diuinam* uoluerunt. Rerum ciuilium officialibus uel adminiſtris imperatorum omni tempore uefas fuiſſe, formula *Dei gratia* uti, prorſus exiſtimo. Atque hac cauſa ueneror ſuſpicioque diplomata Geronis, quorum initia ſunt: *GERO DEI GRATIA DVX ET MARCHIO.* Qualia cum apud alios ſcriptores, tum apud *Geronrodenſes annales* quam plurima hodieque ſuperſunt. (o) *Illuſtris* uerbo reges Francorum ſibi mirum placuiſſe, idoneis monumentis oſtendit *Ioh.* MABILLONIVS *lib.* II. *c.* 3. *p.* 69. Contra uero Angliae regibus ſua dignitate longe hoc inferius reputatum eſſe, teſtatur *Ioh.* SELDENVS *part. I. c. 7. de titulis honor. p.* 240. atque idem ex eadem cauſa Moſcouitarum regi diſplicuiſſe, libello Caeſarei legati probat *Gerhardus* FELTMANNVS *lib.* II. *de tit. honor. cap.* 7. *p.* 365. Italos anteceſſores taceo, qui inter, *illuſtris, ſuperilluſtris, illuſtriſſimi* uerba, dictatoria quadam auctoritate, priſtini imperii Romani aemula, uniuerſas gentes diſcrimen docere, non dubitant. Sed boni iſti doctores utinam cogitarent, priuatas, non publicas cauſas reſpondere ipſorum priuilegiis datum eſſe. Etſi hoc etiam datum eis fuiſſet ab Imperatoribus, ſciant pridem gentes anilem hunc imperii Romani cultum exuiſſe, decreta autem pontificis, quem loco illius ſurrogatum uolunt, nullo non genere ludibrii excepta atque etiam ab illis exploſa fuiſſe, qui Romanae eccleſiae fidem in rebus diuinioribus adſtrictam profitentur. Mihi in his dogmatibus tempora; respublicae; ſcriptores; literarum genera diſtinguenda eſſe uidentur: cum ſolus fere uſus magiſter eſſe ſoleat ſolennium uerborum. Quamuis igitur teſtatiſſimum ſit, atque ſolerti et erudito indagatori. I. C. BECMANNO *diſſ. X. cap.* I. §. II. *et diſſ. XI. c.* 2. §. 3. diligenter notatum, in medio aeuo *imperii duces illuſtrium* uerbo gauiſos eſſe, atque Brandenburgicum pariter marchionem apud hiſtoricos et in diplomatum monumentis eodem frequenter ueſtitum reperiri. Cum tamen FRESNEI et SPEELMANNI exempla talia ſint, quae regum adminiſtris idem datum eſſe, comprobant, nolim huic argumento multum momenti tribuere. (p) Vetuſtus codex CHRONOGRAPHI *Brandenburgici*, quem edidit *Ioach. Ioh. Maderus*, *circa an.* 1151. his uerbis ſcribit: *huius temporibus fuit in BRANDENBVRG REX, Henricus, qui Slauice dicebatur Pribizlaus. Qui, Chriſtianus factus, idolum quod in Brandenburg fuit, cum tribus capitibus, quod Triglau Slauice dicebatur et pro Deo colebatur, deſtruxit. Cum filium non haberet, Adelbertum marchionem, dictum urſum, inſtituit heredem ſui PRINCIPATVS.* Vt adeo *Caſp.* SAGITTARIO *in hiſtoria Brandenburg.* §. 12. *p.* 10. ſatisfactum eſſe uideatur, qui antiqui ſcriptoris teſtimonium in delata Alberto Pribislai hereditate deſiderauit. *Chriſtophori* ENZELTII *Chronico Marchiae in uita Alberti* uerba haec ſunt: *Dieſen* Albertum *hatt ſehr geliebt* Primisiaus, *welcher ſich tauffen lieſſe, und ward* Henricus *genannt, Kœnig zu Brandenburg. Und weil ihn Marckgr. Albrecht zu Gevattern gebethen, zu ſeinem Sohn* Ottone, *gab er ſeinem Paten zum Gevatter-Gelde das Land zu Brandenburg die Zauche genannt. Macht auch zu Erben* Albertum, *ſeines Landes Brandenburg, mit Bewilligung ſeines Gemahls,* Petrae. Vnde luculentum nobis argumentum patet; marchiae regiones *allodiales* fuiſſe atque poſt inter feuda nonniſi *oblata.* (q) Caeſaris indulgentia an hortatu factum hoc ſit, non deſipio. Queruntur ſane noſtri annales, *Andrea* ANGELO interprete, *lib.* II. *Chron. March. p.* 74. Imperatorem, odio aduerſus priſtinum Marchionem concepto, Primislaum hoſtem in principem, minus forte in domeſticis reipublicae turbis ſibi addictum, concitauiſſe. Quod ſi uerum eſt, nihil tamen noui habendum, cum *Lotharius* Imperator aemulum forte Primislai, Canutum, Daniae principem, eiusdem populi cauſa *REGEM* adpellauerit *VENEDORVM.* Cuius hiſtoriae teſtes opuſcul. I. laudat *de iure adpellandi reges cap.* II. *p.* 59. *ſq.* Id miror, Danos hoc iuris titulo hodieque uti, cum tamen non regno, ſed regi ac poſteris familiae regalis cum dederit Imperator, quam gens Oldenburgica hoc aeuu non attingere uidetur.

Formula, Dei gratia principio uſi ſunt Brandenburgici.

Illuſtris uerbo conſenſus medio aeuo.

Rex Brandenburgicus, quo aeuo cauſaque dicatur?

patrocinio Imperatoris.

(r) Quam-

Digitized by Google

CAP. V.

Proedria marchionum Brandenburgenſium ante duces et principes S. R. I.

§. I.

II. a praepoſitione prae ducatibus primariis.

Qvamuis is ego non ſim, qui, ante quam A. B. conderetur (r), ullum inter primarios imperii duces, quos ex hoc tempore *electores* ſalutamus (s), praeſtantiae ac *praecedentiae* diſcrimen fuiſſe opiner, cum plura mihi argumenta ſint, quae, in alia hic diſcedere (t), cogunt; multo autem magis abſit, ut diplomatum *ſubſcriptores* hoc doceant; quorum haec neque cura fuit, neque auctoritas (u): facit tamen ad *ducalia* iura, reipublicae noſtrae adſerenda, *Brandeburgenſem marchionem* in diplomatibus Caeſareis non ſemel, uerum ſatis frequenter primariis imperii ducibus ordine praelatum, reperiri (x).

§. II.

Ex A. B. utrum praecedentia electorum pateat

(r) Quamuis de hac ipſa adhuc multum ſoleam, addubitare. Nam puto, *Carolum* ibi ad ſolennia *coronationis* reſpexiſſe et ordinem ſuffragiorum in electione; non uero extra collegium alterum alteri praelatum uoluiſſe. Sane inter Coloninenſem et Treuirenſem antiſtites, hodieque controuertitur. Et fruſtra ſunt, ſi quid in hoc doctrinae genere adſequor, cuncti doctores, qui Auream Bullam in hac lite iudicem quaerunt. Illius enim loca promiſcua ſunt, neque litem dirimunt extra ordinarios conuentus. Hinc et ipſa diplomata hoc in ordine uaria reperies. Idem mihi iudicium eſt, de ciuilis ordinis electoribus. Quod tamen nemini obtrudo.

Electoris uerbum principum titulis inauditum ante A. B.

(s) Vltra hanc certe aetatem is uerbi uſus non adſurgit, in diplomatibus minimum, unde curiae ſtylus eſt intelligendus. Hiſtorici enim ſi hoc habent aut uulgari ſermone ſcribunt; cur tempora ſolent anticipare; aut ueras rationes prorſus ignorant.

Ius praecedentiae nullum fuit inter principatus imperii.

(t) Tot libros de iure τῆς προεδρίας excluſerunt regum in orbe, in imperio principum in hoc argumento contentiones; ſed multi partium ſtudio corrupti ſunt, plerique etiam ignorantia peccant idoneorum principiorum, unde ratio ordinis, ſi quae fuit, repetenda. *Iohannis* a BESSER eruditam manum et calamum, qui, omnium iudicio, admirabilis et ſupra aemulationem poſitae elegantiae ac luculentiae laudem meretur, hoc negotium expectat, ut arduum et maximi momenti, ſic intolerabilibus tamen tricis, fraude, machinis inuolutum, ut cautum omnino ſcriptorem deſideret rerumque gnarum. Vtinam id poſſent principum ac hominum eruditorum rogationes, ut opus maturaret uir illuſtris atque excellentiſſimus, tanto rerum adparatu, ea omnium temporum memoria et potiorum uniuerſi orbis rerumpublicarum rationibus locupletatum. Cum ſimile quid ab alio nullo literaria ſibi reſpublica facile polliceatur; quod pauciora exempla ſint ſcriptorum, qui ſcientiae et induſtriae, iudicii elegantiaeque laudes adſequuntur, praetereaque longos rerum ſcribendarum uſus habent, huic inſtituto magnopere neceſſarios. Vtinam manus de hac tabula eſſent illorum, quorum ſuprema laus eſt, anxio et acerbo labore colligere aliena, et, quae collecta ſunt, nullo iudicio in publicum protrudere. Ceterum quae mea in *principum imperii* ordine opinio ac obſeruatio ſit, in doctrina iuriſpublici ſoleo explicare. Nullum omnino ordinem *praecedentiae*, uenia ſit uerbo, inter imperii primarios principes fuiſſe, arbitror, uti hodieque nullus eſt inter familias *nobilium* uirorum. In conuentu prouinciali ſuperiorem nunc locum habet *nobilis*, quod muneris, aetatis, auctoritatis, aut alia cauſa alios ſuperet. Sed huius filii ac poſteri aliis iterum loco cedunt ea rationibus iisdem. Inaudito argumento uteretur, qui, ſui *praedii* cauſa, uellet aut ſuprema tenere aut medio loco ſe ingerere. Iidem mores inter *ſepteműiros* quondam fuerant et alios quosque unius collegii principes in imperio. Non *principatibus* aut territoriis ordo tum fuit, lege aut conſuetudine definitus; ſed principum unus alteri *praeceſſit*, prout aetas, merita in rempublicam, munera imperii uoluere. Inde eſt, quod hodieque in ſingularibus Germaniae rebuspublicis, *circulos* dicimus, haudquaquam definitum ſit, qui praeire aut praeferri debeat alteri, qui alterum ſequi. Inde quoque eſt, in publicis quondam imperii conuentibus, ſiue pacis ſiue belli cauſa inſtitutis, nunc Boium Saxoni; nunc iterum illi; utrumque Brandeburgico duci; Brandeburgicum utrique, diuerſis temporibus ac principibus, eundi ordine praelatos reperiri. Manifeſto enim errore labuntur, qui ea his caſibus praeiudicia colligunt aut iurium arguunt poſſeſſiones, cum ad decori magis, quam certi iuris regulas pertinuiſſe, uideantur.

a ſubſcriptionis ordine diplomatibus nulla ad praecedentiam argumenta.

(u) *Ex ordine ſcripturae maioritas dignitatis colligitur, ut potior cenſeatur, quem priorem ſcriptura recitat* ſententia doctorum eſt, interprete *Modeſt.* PISTORIS *Conſil. LI. n.* 34. *not.* 1. et *Matthia* STEPHANI *Lib. II. de iurisdict. part. I. c.* 6. *n.* 86. Prouocant itaque ICti ad ſeriem, quam teſtium nomina habent in diplomatibus. Sed falluntur. Primo enim non propria manu teſtes ſubſcripſerunt diplomatibus, ut ſuae quisque dignitati attendere potuiſſet: ſed notarii ac ſcribae ut alia literarum, ſic nomina quoque exararunt, neque omnium, qui actui praeſentes fuerant, ſed potioris tantum partis. Illud ſiue factum ſit, literarum ignorantia, non indigna tum uiris nobilibus, qui arma pro calamo tractare, didicerant: ſiue temporis lucrandi ergo; ſiue conſuetudinis cauſa, operoſe disquirit *Iohan.* MABILLONIVS *Lib. II. de re diplom. c.* 22. *p.* 165. Deinde nulla ſubſcriptio tum alia congruit in ordine teſtium. Diſcere hoc licet uel a Caeſarum conſtitutionibus atque pactionum publicarum tabulis, quas GOLDASTVS, ac illud Germaniae aut potius uniuerſi orbis literarii immortale decus LEIBNITIVS, aliique promulgarunt. Mihi autographa quotidie in ſcriniis regiis ante oculos ſunt, opinionis meae incorrupti tutores. Tandem qui ordinis diſcrimen obſeruatum ſit in literis: cum in conuentibus quoque is exulauerit, quod paullo ante oſtendimus lit. t.

Nomen Brandenburgenſis Marchionis in claſſe ducum ſaepe primario loco ſtat.

(x) Exempla ubique ſatis obuia ſunt frequenterque occurrunt. Pauca ex innumeris ſuffecerint. In diplomate FRIDERICI I. *Caeſaris an* 1157. *dato Goslariae*, quod *Maderus* exhibet p. 120. ſubſcriptores hoc ordine extant: *Albertus MARCHIO; Fridericus DVX Sueuorum.* In conſtitutionibus a GOLDASTO editis *Tom. III. p.* 336. exhibetur Friderici I. an. 1158. ſerie

CAP. VI. §. II. Ea enim conſecutione minimum A in honoris ac dignitatis eodem eum illis uti hinc licet, noſtrum non inferiori; ſed gradu fuiſſe conſtitutum (y). §. II. I. II.

CAP. VI.

De
Marchionis Brandenburgici ELECTORATV ſiue archiprincipatu.

§. I.

III. a dignitate ELECTORIS, qua polluit marchio Brandenburgenſis.

SEquitur ELECTORIS dignitas, quae B uti maxima eſt in imperio Germanico; ita ſocios, nonniſi principum ſupremi ordinis collegas fert (a), indeque locum facit noſtro argumento.

§. II. Quamuis enim infinitae clariſſimorum uirorum de *ortu* ſucceſſuque *collegii electorum* concertationes et olim fuerint (b), et nunc ſint

de collegii archiprincipum electorum ortu;

uie ſubſcriptorum ſequenti, *dux Bauariae; dux Saxoniae; MARCHIO BRANDEBVRGENSIS; dux Sueuiae, dux Dalmatiae; Conradus Palatinus comes rheni; dux Meraniae; dux Lotharingiae; dux Brabantiae* et ceteri. *Einsdem Tomi* III. *p.* 344. *dux Saxonicenſis; MARCHIO Albertus; Comes Palatinus rheni, frater Imperatoris.* Idem reperitur p. 371. Imo p. 400. Marchio Brandeburgenſis cunctis ducibus praefertur an. 1247. his uerbis: *marchio Brandeburgenſis cum pluribus ducibus et marchionibus et uaſallis imperii*, et *p.* 441. *anno* 1434. *illuſtres Fridericus marchio Brandeburgenſis: Guilhelmus comes Palatinus rheni et dux Bauariae.* Vnde ſatis clarum eſt, Brandeburgenſes marchiones non ſolum in ordine primariorum imperii locum reperiri: ſed etiam aliquoties illis loco anteferri. Conferenda cum his ea ſunt, quae ſequenti cap. VI. §. 3. p. 243. lit. f. docebimus Brandeburgicum inter electores primo quondam loco ſtetiſſe. (y) *Iohannes* MABILLONIVS *lib.* II. *de re diplom. cap.* 15. §. 13 *p.* 162. facit ſuum hac de re iudicium his uerbis: *in tanta ſubſcribentium ac teſtium uarietate hic fere ordo ſeruatus eſt, ut primo loco reges: tum* epiſcopi: *dein* abbates: *poſt eos* principes *ſubſcriberent, ut ex uariis actis conſtat. Hic mos obtinuit non modo in Gallia, ſed etiam in Hiſpania et Anglia.* Apud Germanos idem potuit temporum ſuperſtitio, ut noſtris etiam principibus, id eſt, rerum ac prouinciarum dominis infimi ordinis *abbates* in ſubſcribendo praeſtitiſſe, reperiamus. Qui mores in [illegible] noſtra eo maiorem exigunt admirationem: quo clarius eſt, Francorum principes, regis ac regni adminiſtros fuiſſe, atque ne umbram habuiſſe illius poteſtatis, qua noſtri a temporibus poſt Carolingicam ſtirpem ſingulares respublicas et hodieque regunt et olim rexere. Inter ipſos quoque *ſeculares*, qui dicuntur, aliquot iterum claſſes fuiſſe, pleraque exempla docent. *Primam* conſtituere integrarum prouinciarum domini, qui hodie electores ſunt: *alteram* principes inde exemti: *tertiam* comites et barones; *quartam* equites: *quintam* ac ultimam *nobiles.* Hos cancellos neque uetuſtas confudit, neque tabellariorum facila ignorantia. Vt adeo argumentum hoc ad noſtrum hunc ſcopum omnino facere uideatur. Quamuis ultima inprimis et penultima claſſes non eodem ubique ordine diſpoſitas reperiamus.

Claſſes diuerſi ordinis principum raro miſcentur a ſcriptoribus.

Vera origo ratio electorum.

(a) Prima huius doctrinae rudimenta dedi cap. III. §. VI. *lit p. p.* 223. Res ſummatim ita intelligi debet. Munera uniuerſi imperii in comitiis ſunt expenſa. Inter haec praecipuum fuit, eligi Imperatorem. Ad comitia uocati ſunt ſex populi Germaniae, *Franci: Sueui: Saxones: Thuringi: Boii: Venedi.* Singulis populis ſinguli *duces* aut domini fuerant. Horum quiſque cum ſuis caſtra poſuit locauitque [illegible] allatim. (*Hactenus* WIPPO *teſtis oris in uita Conradi p.* 424) Obfuit tanta multitudo, quin ſinguli e populo ſuffragia uiritim dicerent. Ducibus igitur id datum fuit, ut de candidatis imperii principiu deliberarent (*Praetaxationis uerbo id exprimit* ALBERTVS *Stadenſis ad an.* 1240. *p.* 215.) Pluribus itaque probatus, populis uniuerſis nomine indicatus fuit. Populi acclamatio adſenſus nota erat: murmure aut fremitu diſſentiebant. Vtrumque fiebat turmatim. In contraria quoties itum eſt, difficillimum fuerat, maiorem partem diſtinguere a minori. Manus itaque conſertae. Vbi potentiorum ſuffragia uicerunt, atque hi duces. Taedet ergo ceteros, impenſas facere ad comitia et ſuffragii nullum uidere fructum. Inde conuentus hi minus frequentes eſſe, ceperunt. Quo ipſo creuit *ducum* auctoritas. Noui principes (*quorum rationes habitae cap.* III. §. VI. *p.* 225.) a priſtinis in ſanctius illud praetractandi (*praetaxandi*) conſilium non admiſſi, pariter abeſſe maluerunt; quam excluſione hac o[illegible] Atque [illegible] facile intelligitur; *nullum inter electores reperiri, qui non ſit inter ſex priſtinos et originarios imperii duces.* Quod ſatis eſt ad firmitudinem noſtri argumenti. Pueriles enim atque uulgares de origine electorum opiniones confutatione mea digna, non arbitror. Purgent iſti doctores caput, i[illegible] temporum ac hiſtoriarum monumenta ante conſulant expendantque, ad ea, quae hic ſcripſi, q[illegible] ſibi [illegible] in hac doctrina uideantur. Bone Deus! [illegible] fabularum, quibus libelli [illegible]rum hodienum ſcatent. (b) Innummeri fere auctores ſunt, qui diſputando de hac materia [illegible] libellis ſuis mirum placent. Taceo turbam doctorum, qui *iuris* [illegible] et ſe magiſtros credunt, interpretes etiam praetereo in *auream bullam; inſtrumentum pacis* Weſtphalicae et *capitulationes*; neque hiſtoricos ultimorum ſeculorum numero; cum plures ſint, qui ex inſtituto hanc ſpartam exornarint. *Onuphrii* PANVINII lucubratiuncula fabulas exuit, neque [illegible] SCHARDIVS plus op[illegible] habet, quam ſalis. Vtrumque iudicio ac induſtria uincit LEWOLDVS, ſed partium ſtudia hunc occaecarunt. Idem de FREHERO dicendum. Vtinam magni hi uiri ſciuiſſent, ſe *diuerſa*, non *contraria* docere. *Bauariae* dux omni tempore *elector* fuit: idemque et *Palatinus.* Sed dices, *octo* ſic erunt electores. Regero, nouem atque decem, interdum plures fuiſſe. *Sex* prouinciarum *duces* et *tres* cancellarios, ſacros antiſtites. His quandoque *Lotharingiae* interdum et *Iſtriae* duces; ſaepius etiam *nouos* principes *Auſtriacum, Brabantinum*, aliosque accen-

Modi de ortu electorum [illegible]

CAP. VI. §. II. III.

ſint (c), quae nullo etiam tempore exitum inuenient; cum quid diſputetur, quid reſpondeatur, pauciſſimis uere conſtet (d): in id tamen omnes conſentiunt, principio ſtatim, quantopere etiam iri eo uarient, Brandeburgicum marchionem, in *electorum* claſſe conſtitutum reperiri (e).

Brandeburgicus olim elector primarius.

§. III. Imo, ſi ueterrimis ſcriptoribus nulloque partium ſtudio corruptis (f), fides

---

acceſſiſſe, ui tamen ac fraude, neque ſtabili et cunctis agnito iure. Hoc lumine ſcriptores lege, quisquis es, et ſapies nobiſcum, aut, ſi mauis, facies cum ueritate. CONRINGII induſtria nunquam ſatis laudata eſt, ſed hanc ille metam non attigit, quia Carolingica tempora, cum noſtris; peregrinas res Italorum, cum patriis miſcet, noxio et intolerabili errore. Ceterorum fere nomina memoratu indigna ſunt, quibus ſatis eſt, hucusque laudatos exſcripſiſſe. (c) Miror hanc litem *bodieque edits.* poſt duorum ſeculorum concertationes nondum compoſitam eſſe. Sed plerique alienis tantum oculis uident neſciuntque limites ſcientiae proferre. Decus illud cultioris orbis meritoque ſuo polyhiſtor, LEIBNITIVS rerum hucusque ignaros erudire poteſt, quem teſtem ac interpretem noſtri dogmatis hic laudamus. (d) Qui mea doctrina animum bene imbuit, ei non difficile erit, ad conciliandum, diſſoluendum, reſpondendum, opiniones, dubitationes quaeſtionesque, in hac ſite motas. Exemplis id docebo, ut illa in calamum ueniunt. *Electores* quo tempore inſtituti? Repono, uerbum ambigui ſenſus eſſe. Aut enim ius, *praetractandi* de electione, notat, cuius origo ſe prodit extincta Carolingorum ſtirpe in Germania; quia tum priſtina patriae forma rediit, TACITO deſcripta *cap.* II. *de moribus Germ. de minoribus rebus* PRINCIPES (iidem, qui electores cap. IV. §. III. p. 235. *lit. l.*) *de maioribus omnes. Ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium eſt, apud principes* (electores) PRAETRACTENTVR (praetaxentur, quod uerbum ſcriptorum medii aeui eſt cap. VI. §. I. lit. a.) Aut uox *electoris* eam uim habet, ut, excluſis reliquis, apud primarios tantum principes ſit, Imperatorem eligendi. Atque hoc uel *moribus* factum eſt, uel *lege*. *Illud* pedetentim accidit, *nouis* partim principibus, quod a PRAETRACTANDI iure per antiquos illos et primarios duces excluderentur, (cap. III. §. 6. cap. IV. §. 3.) diſſidiorum taedio et cauſae deſperatione extra comitiorum caſtra emanentibus; partim quod et reliquus populus minus frequenter ad comitia ueniret. Qui enim ſub *primariis* ducibus fuerat, uitandae aemulationis cauſa, abfuit: qui uero in ditione nouorum principum uixere, ipſis principibus de iure ſuo remittentibus, non absque dedecore quodam comitiis ſine duce et capite interfuiſſent. Senſim ergo priſtinae conſuetudinis mutatio facta, quae a tempore diuulſorum in Germania principatuum, id eſt Cunradi III. et Friderici I. aeuo in hiſtoria obſeruatur. Vsque dum Carolus IV. primus eſſet, qui rem, hactenus diſputatam, in gratiam antiquorum principum, ut par erat, publica ſanctione definiret. Haec cauſa eſt, quare alii ortus *electorum* ad tempora Ottonum reiiciant, et, cum in ea opinione illi ſint, Saxones iure *ſanguinis*, non *ſuffragiis* procerum imperio ſucceſſiſſe, Ottonis III. inſtitutum allegent. Atque hi ueri ſunt, ſi *praetractandi* iure electoris facultatem definiunt, imo tum uetuſtiora eis tempora largimur. Alii uero, qui *electores* in Friderico I. demum reperiunt, de moribus intelligendi ſunt; non extra litem poſitis. Inde eſt, quod identidem recentiores etiam principes, conuentibus *eligendi* cauſa inſtitutis interfuiſſe, ſcriptoribus memorentur. Haec lege ac tene et uoluminibus te fidenter committe, tanto apparatu ſcriptis. Sponſor ſum, te hoc Ariadnaeo ſydere ex labyrintho opinionum et dubitationum euaſurum eſſe, in quo alii oſtia uident, ſed exitum non adinueniunt. (e) Rectum *Brandeburgicus olim elector* Chriſtophori GEWOLDI iudicium eſt, quod *cap.* 12. *p.* 771. *de ſeptemuiratu* his uerbis prodit: *de marchiae genſis marc. Brandeburgenſis electoribus, quibus a primaeua ſeptemuiratus ordinis inſtitutione per diuerſas quamuis familias [illegible] principis dignitas iſta electoralis citra ullam contradictionem competiit, utque etiamnum ſarta tecta competet, tanquam de ſtatim inter ea re clara et quae nunquam in controuerſiam uocata fuit, nihil hic opus eſt, multa dicere.* Equidem *Onuphrius* *lectores.* PANVINIVS *cap* 6 duobus locis §. 2. *p* 86. *et* §. 21 *p.* 111. mirum eſſe, dicit, Brandeburgici et Palatini ad Rhenum mentionem non haberi in plurimis imperii comitiis. *Albertus* KRANTZIVS etiam *lib.* II. *Vandaliae cap.* 15 *p* 63. putat, ſe uix intelligere, qua demum cauſa factum ſit, ut Otto III. *electuram Brandeburgenſi* marchioni dederit, praeteritis *Francorum; Saxonum; Boiorum* praepotentibus ducibus. Sed dubitationes hae nullius momenti ſunt lectori, mea doctrina ex ſuperioribus erudito. Nam aliud eſt *facultate*, eligendi Imperatorem gaudere: aliud eſt hoc iure interdum *non uti*, quoties Slauorum, uicinorum irruptiones et domeſticae turbae marchionum praeſentiam poſtularunt, ut prouincia ſua exire atque abeſſe nequirent. Deinde falſo eximuntur numero electorum, antiquioris ſignificatus *Francorum; Boiorum; Sueuorum* duces: hos enim ſingulos negotium electionis *praetractauiſſe*, et ratio uult, cap. VI. § 1. *lit. a.* prodita, et hiſtoriorum ibi [illegible] numerata teſtantur. Verum *Boioariae* palatinatu Rheni adiuncto, duo electuratus in unum uerſi [illegible] *Franconiae* autem et *Sueuiae* ducatus cum morte Cunradini expirarunt atque cum hi[illegible] quoque iura electoratus. Qui enim in utriusque loca ſucceſſiſſe uidentur, iuniorum [illegible]cipum ca[illegible]logo accenſiti ſunt, neque agniti unquam a ueteranis collegae. Fruſtra itaque ſunt, ad [illegible]ctiones *Georgii* SABINI *in hiſtoria Hugonis p.* 69. *Hugo diem obiit* c. 1 9 1. *quo quidem anno principes [illegible] [illegible]res conſtituti ſunt. Vnde ueriſimile eſt, hunc ipſum Hugonem fuiſſe* primum *ex marchionibus* electorem, *aut effeciſſe apud Ottonem, ut marchiones Brandeburgenſes* electoribus *annumerentur.* Quem uulgares chronographi ſequuntur. Nihil fere melior CONRINGIVS, qui *diſſ. de officialib. imperii* §. 15. *p* 1 9. [illegible] Albertum urſum hic reſpicit, atque hunc primum cenſet electorem fuiſſe. Quid enim uerbum *electoris* uelit, ipſe definire neſcit, ad noſtram doctrinam cap. VI. §. 1. 2. *lit. a. et d.* explicandus. Id certo demonſtraſſe, nobis ſatis eſt: principio ſtatim *Brandeburgicum marchionem* inter primarios imperii principes fuiſſe proptereaq; de eligendo Imperatore cum aliis ſui generis *praetractauiſſe*. Hiſce enim ſolis omne poſtea momentum Caeſareae ele[illegible]nis obueniſſe, nouioribus excluſis, cap. VI. §. 1. 2. *lit. a et d.* plene expoſitum eſſe, reperietur. (f) Quid de praeſtantia principum in monumentis antiquiorum ſeculorum iudicem, cap. V. §. 3. *lit r.* 1. ſatis prodidi luculenter. Hic loci κατ' αὐθεντίαν ſcribo atq; ita arguo. Aut electores habent praeſtantiae ordinem, aut non habent: ſi non habent; fruſtra diſputatur quis primus aut ultimus [illegible]; ſi habent, *primarius locus* debebitur *Brandeburgico electori*. Omnes doctores fatentur, non uetuſtiorem *collegii electorum* hactenus memoriam extare, quam apud *Martinum* POLONVM, ſcriptorem circa annum 1260. Aſt is ad annum 986. *p. m.* 173. *electores* hoc ordine recitat: *licet iſti tres Ottones per ſucceſſionem generis regnauerint: tamen poſtea fuit inſtitutum, ut per officiales imperii Imperator eligeretur. Qui ſunt ſeptem, uidelicet primo tres* CANCELLARII *iſti Maguntinenſis, Treuirenſis, Colonienſis.* MARCHIO BRANDEBVRGENSIS *Camerarius eſt, Palatinus dapifer, dux Saxoniae enſem*

Diſſolutio dubiorum de electoratibus S.R.I.

Brandeburgicus elector primus eſt inſtantiae ſeu ciuilis ordinis electores.

Digitized by Google

CAP. VI. fides eſt: ſique auctoritas probat, quam publicae alias tabulae et diplomata in iure merentur (g): *Brandeburgenſis inter quosque ciuilis ordinis electores* PRIMARIVS *fuit principemque locum habuit* ante Palatinum atque Saxonem. Quam praeſtantiam cum exteri, atque inprimis Italici doctores noſtro tribuant, ad priſtinos quoque ceremoniarum codices, ſupremo pontifici ſacros, haud dubie licuerit prouocare (h): ut mirum non ſit, ingenuos auctores in cauſa haerere, qua ipſi demum primus cum infimo loco fuerit permutatus (i). Ceterum quas nenias alii de *archicomite* (l) Brandenburgenſi proferunt, inter deliria conſeneſcentis ſeculi referri merentur. §. III.

cuſem portat; rex Bohemus pincernam agit. Eodem diſponit ordine electores *Ioh. Bapt.* PLATINA *in uita Gregorii V. p. m.* 142. *fidet auctoritate* PTOLEMAEI ſcriptoris ſeculi XII. qui ait: Eccleſiaſticis *additi ſunt et quatuor principes,* MARCHIO BRANDEBVRGENSIS, *Imperatoris poſt electionem Camerarius; comes Palatinus, qui dapes; dux Saxoniae, qui enſem fert.* Eundem etiam retinet *Iohannes le* CIRIER *de primogenitura lib.* II. *q.* 11, *n.* 26. *p.* 18. qui extat uolumine VIII. *tractatus tractatuum.* Celebris etiam ICtus ſeculi XIV. *Bartholom.* SALICETVS *ad l.* 12. *C. de LL. et Conſtit.* hanc ſeriem ſequutus eſt: *electionum Imperatoris ſunt certi, uidelicet,* poſt ſacri ordinis electores, MARCHIO BRANDEBVRGENSIS, *qui eſt praepoſitus Camerae Imperatoris; dux Saxoniae, qui eſt portator enſis; Palatinus* et quae reliqua ſunt. Habent eandem et Lancellotus Andr. LAVDENSIS *in templo omnium iudicum lib* I. *c.* 1. §. 3. *p.* 32. SABELLICVS *Enneade* IX. *lib.* I. *p.* 340. *Chronicon* NORIBERGENSE, inter uetuſtiſſima, quae in uernacula prodierunt, 1494. p. 184 ita eoſdem recitat: *Diſs ſind deſs Reichs Churfurſten. Nemlich die drey Ertz-Biſchöfe zu Meintz, Trier und Coln. Item Maggraf zu* BRANDEBVRG; *Pfaltzgraf; Hertzog zu Sachſen; König zu Beheim.* Primas noſtro non minus tribuit *Iacobus Phil.* BERGOMAS *lib.* XII. *Chron p. m.* 404. his uerbis: *Imperatoris eligendi auctoritatem habent quatuor:* BRANDEBVRGENSIS *Marchio; Palatinus comes, Saxoniaeque dux.* Addere his poſſem *Antonium* BONFINIVM *Rer. Hungar. Decad.* I. 10. *p.* 405. atque alios plures; ſed nolo praeter cauſam prolixos eſſe. (g) Omnem prorſus dubitationem DIPLOMA plenae fidei tollit, ipſorum electorum calamo exaratum an. CIƆ CCCXIV. In eo enim *Wolodemarus marchio* BRANDEBVRGICVS locum ante *Iohannem Saxoniae* ducem tenet, quamuis utrumque epiſtola haec ſcriptorem habeat, atque argumentum Caeſareae electionis. Verba literarum haec ſunt. *In nomine domini, amen. Sanctiſſimo ac beatiſſimo in Chriſto patri ac domino, domino ſacroſanctae Romanae eccleſiae ſummo pontifici futuro. Balduinus Dei et Apoſtolicae ſedis gratia* TREVIRENSIS *eccleſiae Archiepiſcopus, ſacri imperii per Galliam cancellarius; Iohannes Dei gratia* BOHEMIAE *et Poloniae rex; Woldemarus marchio* BRANDEBVRGENSIS; *ac Iohannes dux Saxoniae, ſenior, humiles ac deuoti cum omni reuerentia deuotiſſima pedum oſcula beatorum.* Et quae ſequuntur deinceps. Atque ipſa promulgationis formula eundem ordinem dat, quo *Ludouicum Bauarum* Caeſarem electum eſſe, intelligimus. Talis autem ea eſt: *Nos Balduinus* TREVIRENSIS *Archiepiſcopus pro nobis et nomine noſtro; praefatus uero dominus Petrus Archiepiſcopus* MOGVNTINVS *pro ſe et nomine ſuo; nos uero Iohannes Bohemiae et Poloniae rex; Wolodemarus marchio* BRANDEBVRGENSIS; *Iohannes dux* SAXONIAE *praedicti, quilibet noſtrum pro ſe et nomine ſuo uocis noſtris praeſentes, ius totale ea uice in electione habentes, conſenſimus concorditer in eundem dominum Ludouicum, et ipſum nominauimus* regem in Imperatorem promouendum, cetera. *Datum apud Frankenuort decimo Calend. Nouembr anno domini* CIƆ CCCXIV. Permagni fieri debet hoc documentum, quod ex archiuo ducis Boiouariae edidit *Chriſtophorus* GEWOLDVS *de ſeptemuiratu* §. 37 *p. m.* 67, partim, quod ipſos electores teſtes habeat, quo illi loco Brandeburgenſem collegam ſuum ſtare, uelint, partim, quod paulo ante A. B. ſcriptum ſit, idoneo teſtimonio, eousque Brandeburgicum nulli electorum loco ac ordine quidquam conceſſiſſe. Congruunt his ſacrae ceremoniarum leges, quas orbi Chriſtiano quondam dederat pontifex Romanus. *Caeſar* BARONIVS, cui nulla Romae ſcrinia inacceſſa fuerunt, idonea nobis teſtis eſt, Ille enim *tomo X. annal. ad an.* 996. *n.* 43. *p.* 1048. ad ordinem theſauri Vaticani, reliquis quoque electoribus Brandeburgicum loco anteponere uidetur. Verum ſatis de his, quae ad hypotheſes magis aliorum, quam meas doctrinas diſputata fuerunt. (h) Vtinam copia mihi eſſet eius generis libri, qui ad noſtros homines, ualde raro ſolent peruenire. Sacra enim ceremoniarum iura inter arcana ſapientiae tranſalpinae atque in Pontificis theſauro iis cimeliis accenſentur, quae profanam haereticorum manum fugere ſolent. Ceremoniarum in aula Poruſſiae regis magiſter ſupremus, uti ingentem cuiusuis generis ſolenniorum adparatum habet, ex uniuerſae Europae angulis congeſtum: ita quoque pontificii ceremonialis aliquot codices inter hos manu tantum exarata, neque dum typis exſcripta duo uolumina habet, quorſum in hac dubitatione interim licuerit prouocare. (i) Non ex ſuo forte ingenio, ſed iudicio medii aeui ſcribit *Petrus* OPMEERVS *in Chronographia p.* 627. *Trium Germaniae nationum principibus cura demandata electionis. Rheni Palatinus Francorum nomine eligit; marchio* BRANDEBVRGENSIS VANDALORVM; *dux Saxoniae Ciſalbinorum.* Qui cum recentior ſit, praeteriri non debet. Docet forte, peregrinos ſcriptores a priſtino electorum ordine deſueſieri non potuiſſe, quin Brandeburgicum aliis electoribus anteferrent. Inde BLVTHERVS *animaduerſ. hiſtoric. c. XIII n.* 7 putat, *Carolum electores mutaſſe ac conſtituiſſe, ut Palatinus, inter electores Politicos antea ultimus nunc primus.* BRANDEBVRGICVS *uero olim* PRIMVS, *nunc ultimus eſſet.* In quo ſcriptor, quantiuis pretii is alias ſit, haud quaquam fallitur, ſi certum ac definitum ordinem electores, quod praeter me, alii credunt, unquam habuerunt, isque e diplomatum ordine ſit diſcendus. Vt nempe ex electionis decreto, quod *Georg.* HERWARDVS recitat *in defenſione Lud.* IV. *part.* I. *p.* 10. annoque 1314 ſcriptum eſt. concludunt pro Bohemiae rege auctores, GOLDASTO nominati *lib.* III. *de regno Bohem. c* 6. *p.* 5. Quare non habet LIMNAEVS *lib.* III. *cap.* II. *n.* 9. quod ſeriem, quam ſpeculi Saxonici auctor ſequitur, huic opponat: neque *Iuſtus Sinoldus* SCHVZIVS, quod *exercitat.* VII. *theſ.* 23. *p.* 557 huic argumento ſubiungat. Auctoritates enim auctoritatibus opponuntur, et, me iudice id colligitur *praecedentiam* hanc omni argumentorum filo pendere, id eſt, eandem omnibus dignitatem, eundem ordinem ſemper fuiſſe. (l) *Henricus Guntherus* THVLEMARIVS *cap. XVII. n.* 14. *p.* 221. de noſtro electore ait, *hic,* ARCHICOMES *uocatur.* Sed pudet, ſordidi poetae atque hominis rerum prorſus ignari nullos

Ipſi electores Brandeburgicos in diplomatibus primos olim dederunt.

Ceremoniale pontificis Romani.

Hodie quis locus archicamerario?

De archicomitibus, nouo Germaniae portento.

CAP. VII.

De

Brandenburgici marchionis archiofficio CAMERARII *S. R. I.*

§. I.

IV. ab officii munere ſupremi CAMERARII.

Officii munus ſupremi in imperio CAMERARII (a), firmiſſima iterum noui argumenti conclusio eſt, pro ordinis primarii principatu (b).

§. II.

auctoritate ſtare, uelle. *Henricum* AQVILONIPOLENSEM hic arguó, qui in carmine, putido dicendi genere ſcripto, *de primordiis urbis Lubecanae lib.* II. *cap.* 8. *p.* 615 *editionis Meibomianae* uerba ſic torquet: *Albertus Brandeburgicus archicomes.* Sed quaeſo, quid ueniae priuati ſcriptoris, inter publica imperii noſtri iura? Iudicia de ceteris ineptiis huius poetaſtri collegit uir induſtrius ac eruditus *Ioh.* MOLLERVS *in bibliotheca ſeptentrionis cap.* 6. §. 18. *pag.* 92.

Inter palatina officia munus CAMERARII.

(a) Licet Romanorum aeque ac Graecorum Imperatoribus praeter *quatuor* munera *auguſtae domus*, etiam alia plura fuerint, quod ex libris CODINI, et, qui hunc explicat ac ſupplet, GVTHERII atque NOTITIA IMPERII PANCIROLLI licet intelligere: moribus tamen Germanorum *quatuor palatina officia* et ſolennia et praecipua fuiſſe, primariis regni proceribus delata, in antiquis ſcriptorum ac literarum monumentis traditum reperimus. De Francico imperio HINCMARVS *epiſt.* III. *cap.* 16. *p.* 27. ait: *poſt eos*, cancellarios ſcilicet, *ſacrum palatium per hos miniſtros diſponebatur. Per* CAMERARIVM *uidelicet; comitem* PALATII; *Seneſcalcum;* BVTICVLARIVM, id eſt pincernam; COMITEM STABVLI, nobis mareſchallum; *Manſionarium; Venatores principales quatuor; Falconarium.* Dices ergo non quatuor, ſed *octo* hunc *palatina officia* numerare. Verum aliter *Germanico imperio* placuit: numerum ſcilicet contrahere. Teſtatur hoc WITTEKINDVS ad annum 936. *Lotharienſium dux Giſelbertus omnia procurabat* (id eſt CAMERARII munus obibat, cui ex HINCMARI alio loco, *cap.* XXII. *p.* 31. *prodito*; omnia uniuerſim in palatio procuranda fuere, quod pluribus etiam ducet *Carolus du* FRESNE *tom.* I. *gloſſarii p.* 702.) *Eberhardus menſae praeerat*, DAPIFERUM habes, *Hermannus Francio*, PINCERNA; *Arnulfus equeſtri ordini praeerat*, quod eſt MARESCHALLI. Eodem eos numero DITHMARVS *lib.* IV. *chronici Merſeburg. p.* 160. recenſet: *celebrata ſolennitas in Quedlenburg a rege, ubi* QVATVOR *miniſtrabant duces Henricus ad* MENSAM; *Conradus ad* CAMERAM; *Hezil ad* CELLARIAM; *Bernhardus* EQVIS *praefuit.* Sufficiant haec, alia plura ante nos congeſſerunt GOLDASTVS *de regno Bohem. lib.* III. *c.* 8. *p.* 317. LEHMANNVS *in chronico Spirenſi*; FREHERVS et GEWOLDVS *in lite de Septemuiratu*; MALLINCROTIVS *de Archicancellariis*; SPANHEMIVS *in cauſa uicariatus*; CONRINGIVS *de officialibus imperii*; THVLEMARIVS *de octouiratu*; nouiſſimus fere eſt WAGENSEILIVS, qui ſcriptor ſub exitum anni praeteriti magna orientalium litterarum iactura obiit. Scriptum enim de *Archiofficialibus* teſtatur, uirum hunc plus operae in illis, quam in Germaniae, medii praeſertim aeui documentis, poſuiſſe. Idem fere iudicium meretur FREINSHEMIVS *in libro, pro electorum praeſtantia* ſcripto.

quare hodie non plura, quam quatuor.

Quare autem numerus in *Germanico imperio* contractus ſit: id ex grauiſſimis cauſis uidetur euenisse. Manſionarii enim munere ſimul fungitur *mareſchallus.* IMPERII autem VENATORES et FALCONARIOS, eosdem, quo Carolingi iure, neque Ottones conſtituere poterant neque poſteri eorum. Quoniam uenationes, quae Carolingorum fuerant, eorum ſtirpe extincta, territorii, id eſt, *principum* iuribus acceſſere. Vt adeo nomen rei parum congruum fuiſſet, *uenationibus imperii* deſtitui et creare tamen *imperii uenatores.* Qui enim poſtea numerantur *architeeli*; *piſcatores*; *uenatores imperii*; qui cum aliis pluribus recenſentur in *diſſert. de iure poſtarum hereditario vom Recht des General-Erb-Poſt-Amts* §. 2. p. 3. Cuncta illa nomina uel Caeſaris *domanium* reſpexerunt: uel praeter rem data ſunt, ad modum priſtinae imperii formae aemulationem.

Archiofficium habent nonniſi primarii ordinis principes; non tamen propterea omnis archiofficialis eſt elector.

(b) Intolerabiles hic iterum tricae ſunt, quibus doctores huius argumenti filum innectunt innuluuntque. Id quidem omnes uolunt, *archiofficialem imperii* non reperiri, qui idem non ſit in claſſe *electorum.* Verum enimuero *Daniae reges Hungariae, Poloniaeque* multoties in comitiis imperii adparuiſſe; in ſolenni Caeſaris progreſſu enſem praetuliſſe; aulaeque officiis aliis fuiſſe defunctos: in praecedente notula allegati ſcriptores ex coaeuis monumentis teſtantur. Aſt num extraneis propterea regibus locus fuit inter principes *electores.* Haudquaquam puto. In arcana enim principum imperii conſ[illegible] exteros reges admittere, Germanici imperii ſaluti maieſtatique obeſſe, uidebatur. Caeſaris tamen procerumque ſolennes progreſſus, conſeſſus item conuiuiaque regum hoſpitum praeſentia cohoneſtari inter argumenta fuerat dignitatis et amplitudinis Germanici imperii, ad priſtini Romani aemulationem, ubi Auguſtum, curru uectum, octo quandoque reges eundo comitati ſunt. Imo, niſi prorſus fallor, Caeſar in *ſingulis conuentibus nouos* principes nominauit ad *archiofficiorum* munera obeunda, ut adeo neque ad dies uitae neque uni perpetuo genti, ea collata fuiſſe, exiſtimauerim. Atque haec cauſa eſt, quare ab Archiofficio ad *electoratum* nulla concluſio. [illegible] uero *ſpeculi* auctor dicit: *Bohemus non eligit, quia non eſt Germanus*; *Archiofficii* enim honor neque ei, neque aliis regibus exteris diſputatus eſt, quoties eum Caeſar detulit purpuratis: ſed *electoralia*, quae dicuntur, iura ab imperio pependerunt, quod *Bohemum*, ſingulari cauſa, primo in *ſubſidium* [illegible] in ſuffragiorum numero conuenire non poterant, poſt uero omni caſu ad *electionem* Imperatoris admiſit. Qui eapropter hodieque neque *condendae capitulationi* intereſt, niſi in illis *articulis*, qui de electione ac coronatione agunt; neque ad ceteros electorum conuentus requiri adſolet, cum priuilegium, quo elector eſt, ſtricti iuris eſſe uideatur. Quod qui ſciunt, illis non difficile eſt, ad dubitationes diſſoluendas, quas doctores hic agitare ſolent. Ceterum id ſatis manifeſtum eſt, poſt *reges* et primarii ordinis *principes* recentiores [illegible] hoc munere indignos ſemper exiſtimatos fuiſſe. Quae enim quidam eorum ſibi et olim

adro-

CAP. VII.

A quo non pendet electoratus.

§. II. Equidem prorſus hic a doctoribus abeo, qui, imperii *ſeptemuiros*, *archiofficii* cauſa, ut loquuntur, non *prouinciae* iure, Caeſarem eligere, exiſtimant (c): neque tamen alium ullum, quam ſingularis prouinciae *ducem*, id munus unquam ſuſtinere potuiſſe et ipſi largiuntur et omni aeuo (d) conſtat.

§. II. III.

Camerarii munus eſt primarium.

§. III. Itaque ſi luculenter expeditum eſt, *Camerarii* prouinciam, omnibus ceteris longe praeſtantiorem (e), penes BRANDEBVRGICOS MARCHIONES *ſex* abhinc *ſeculis* ſtetiſſe, in tantam enim aetatem hiſtoriarum monumenta adſurgunt (f): id ſane dubitationem nullam habet, marchiam noſtram ex hoc etiam tempore *principem* in Germania *ducatum* effeciſſe.

§. IV.

---

adrogarunt et adrogant hodieque: illa, quod praecedente loco ſcripſi, non in numero *imperii archiofficiorum* haberi poſſe, uidentur. Satis itaque nobis eſt, filum argumenti cohaerere ad *primarii* ordinis principem ab *archiofficiali* S. R. I. (e) Sane omnia mihi loca illorum ſuſpecta uidentur, ubi formula habetur: *Saxo eligit: quia mareſchallus.* Neque enim omnis quondam archiofficialis elector fuit, quod *praecedenti animaduerſione* probaui: neque omnis elector Archiofficialis, ut dictum eſt, *p.* 247. *lit. b.* Supereſt igitur, ut doctrina noſtra repetatur. e *p.* 242. *lit. a.* ex quo loco ſatis manifeſtum eſt, *primam* electorum originem a primariorum *principatuum* iuribus, neque aliunde proueniſſe. Prudenter Hannoucramus atque ad priſtinas imperii rationes facit, qui motam de archiofficio litem declinat, ſalua nouemuiratus auctoritate. (d) Superius in prima paragrapho *lit. b. p.* 247. ſatis hoc fuit expeditum. Sed ex illo ipſo loco hic abiicies; ad *archiofficii* munus non opus eſſe dignitate electoris, quod extranei reges illud ſuſtinuiſſe, repetiantur. Verum exempla haec ita intelligenda ſunt, ut *electorali maiorem*; non uero *minorem* ea dignitate principem ad archiofficium capeſſendum habilem fuiſſe, exiſtimemus. Alios ſcrupulos eximit cap. VII. §. 1. *lit. a.* (e) Camerarii munus inter palatina quaeque praeſtitiſſe, omnes rerum gnari fatebuntur. Voluit hoc et amplitudo eius, et res maximi momenti, quae camerario creditae fuerunt. Ille regni *diadema*, purpuram, coronam, ſceptrum et ſymbola pretioſa alia cuſtodiit, cuius propterea inſigne, regis *ſceptrum:* ille nuntios et cuiusque generis *legatos* excepit et, acceſſu apud regem facto, iterum dimiſit, inde et *clauem* geſſit aulae cubiculorum: ille, quod perpetuo a principis latere eſſet, arcanorum regis conſcius fuit: imo, quae inſignis momenti fuerant, rex cum *illo* ante praetractauit, quam alii officiales in conſilium adhiberentur: uniuerſae aulae decus ac ordo ſummatim ab *illius* cura ac inſtituto pependit: *ille* pro ſalute regis, oblectatione, commodis diu noctuque uigilias egit: redituum quoque regalium *ille* ſupremus curator fuit. Ita limites ſpartae camerarii ponunt HINCMARVS; *Gregorius* TVRONENSIS; OKAMVS, pluresque, quorum loca ante me alii congeſſerunt. Obiter noto, quod iuris publici quidam doctores ſint, qui, cum regalis theſauri curam penes camerarium fuiſſe uideant, claris enim uerbis *QVAESTOREM* imperii Brandeburgicum dicit SABELLICVS *Ennead.* IX. *lib.* II. *p.* 340. *edit. Lugdun.* ualde propterea mirentur, permiſiſſe in Weſtphalica pacificatione *Brandeburgicos;* nouum *Architheſaurarii* munus inſtitui et Palatino deferri. Sed is ſemper fuit genius Brandeburgicae gentis, ut publicis commodis ſua poſtponat. Atque haec camerarii muneris amplitudo ac praeſtantia cum ſcriptoribus ſatis confeſſa ſit; nemo eſſe poterit, qui de cauſa dubitet, quare *camerarius* imperii inter reliquos officiales omnes *primas* tenuerit, atque *principem locum* occupauerit. Hoc enim ordine claſſes *archiofficialium* inſtruunt *Hincmarus; Wittekindus; Dithmarus*, quorum uerba cap. VII. §. 1. *p.* 247. *et cap.* VI. §. 3. *lit. f. p.* 244. exſcripta ſunt, qui *Archicamerario ſupremum* locum tribuere, uidentur. Conferri etiam poſſunt. *Lancellotus Andreas* LAVDENSIS *in templo omnium iudicum Lib. I. c.* 1. §. 4. *p.* 74. et C. BARTHIVS *lib.* 10. 41. *aduerſ. c.* 15. qui pro loco archicamerarii primario plura alia adducunt. Has antiqui imperii rationes, ut Brandeburgici quondam *electores* fecere, ita nunc Poruſſiae quoque regis aula imitatur: ubi *camerarii* munus *ſupremum* inter *officiales* quosque honoris faſtigium, id eſt, proximum a regia domo locum habere, uel *e ceremoniali* conſtat, ante annum, regis iuſſu, promulgato. Quod idem cum Saxonici quoque electores faciant, *mareſchallum* omnibus aulae adminiſtris praeferendo, non quidem pari cum noſtris iure, ut ullo unquam tempore *mareſchalli* archiofficium reliquis cunctis praeſtitiſſe exiſtiment: ſed hac forte cauſa, quod nullum inter ipſos imperii *archiofficiales* praeſtantiae ordinem fuiſſe, credant. Quod nos de electoribus *cap. V.* §. 1. *lit. e. p.* 239. *et cap.* VI. §. 3. *lit. f.* 243. adſertum iuimus. (f) Archiofficia imperii neque tempore Ottonum, neque diu poſt hereditaria fuiſſe, uerum ſolenni quouis conuentu ab Imperatore pro arbitrio inter reges aut primarios imperii principes diſtributa cap. VII. §. I. *lit. b. p.* 247. plenius expoſui. Inde *archicamerariorum* imperii quondam egit dux *Lotharingiae*; egit eundem dux Sueuiae ac Franciae, quod cap. VII. §. 1. *lit. a. p.* 247. oſtenſum; egerunt forte alii etiam reges aut duces, quorum nomina nunc mihi non occurrunt. Vetuſtiſſimam memoriam, qua inter archiofficiales Brandeburgicus reperitur, nobis ſeruauit ARNOLDVS *Lubecenſis ad annum* 1182. *lib.* III. *c.* 9. *p.* 319. ubi his uerbis ſcribit: *Fridericus Imperator edixit curiam famoſiſſimam et celeberrimam apud Moguntiam, quae celebrata eſt in pentecoſte, anno uerbi incarnationis* MCLXXXII. *ut filium ſuum Henricum regem, militem crearet et gladium militiae ſuper femur eius potentiſſimum accingeret. Officium dapiferi, pincernae, camerarii, mareſchalci nonniſi reges, uel duces, aut* MARCHIONES *adminiſtrabant.* Sed hunc marchionem BRANDEBVRGICVM fuiſſe nemo unquam dubitauit. Atque eo minus ambigere hic licet, quo clarior eſt locus *Ottonis de* S. BLASIO, qui *cap.* 26. *chronici p.* 210. ſigillatim memorat, DVCEM SLAVORVM, id eſt Brandenburgicum marchionem iſti conuentui adfuiſſe. Qui alii tum reges ac principes munere hoc defuncti ſint, eorum nomina euoluit *Carolus Ludou.* TOLNERVS *hiſt. palat. cap.* 6. *p.* 171. Circa idem fere tempus literas ALEXANDRI Pontificis habet *Goldaſtus conſtitution. imperial. tom.* III. *p.* 355. ubi haec uerba reperiuntur: *De mandato filii noſtri Friderici, illuſtris Romanorum Imperatoris, filius marchionis Brandenburgici Alberti, uir nobilis, magnus et potens et* CAMERARIVS *ipſius Imperatoris* et principes regni Teutonici iuramentum praeſtiterunt. Atque ex eo fere tempore teſtatiſſimum eſt, *Archicamerarii* munus perpetuo atque *gentilitio* iure in Brandeburgica domo perſeuerauiſſe; ANONYMVS ſcriptor *Erpoldi Lindenbrogii ad ann.* 1240. *p.* 211. eos enumerat archiofficiales, qui nobis ſunt hodieque; *Palatinus rheni eligit, quia dapifer eſt: dux Saxoniae, quia Mareſchalcus; margrauius* BRANDENBVRGENSIS, *quia* CAMERARIVS: *rex Bohemiae, quia pincerna eſt, non eligit, quia Teutonicus non eſt.* Eadem prorſus uerba repetit ad eundem annum 1240. *Albertus* STADENSIS *p. m.* 215. Proxime ante interregnum electione inprimis *Wilhelmi*, Hollandiae comitis Brandenbur-

Virum ab archiofficiis prouenerint electoratus?

An archiofficialis non ſit, niſi qui & elector?

Praeſtantia muneris ſupremi camerarii.

Archicamerarii munus quot ſeculis reperiatur penes marchiones Brandeburgicos?

Digitized by Google

CAP. VII. *Archiofficiorum aetas.*

§. IV. Verum illa inſtitutio, qua uel *archiofficiorum* uel *electoralium* munerum nomina ceteris principum *titulis*, publico curiarum uſu, adſcripta ſunt, tardior longe cum noſtris, tum aliis omnibus (g), fuit.

§. V. Neque enim archicamerarii uerbum ante annum CIↃCCCXL (h), et, *uicennio* demum poſt, *electoris* (i), uocabulum in diplomatibus potui reperire. Quod ipſum non ſine graui cauſa mihi factum eſſe, uidetur (l).

§. IV. V. In titulis demum anno 1340.

CAP.

denburgicum marchionem et *electoris* et *archiofficialis*, ſupremi ſcilicet camerarii munere functum eſſe, omnium ſcriptorum fide conſtat. ANONYMVS *magni chronici Belgii p.* 245. *Renerus* SNOIVS *lib.* VII. *in Wilhelmo p.* 90. *Iohannes de* BEKA *in chron. Vltraiect. p. m.* 68. in *Ottone tertio* epiſcopo. *Iohannes a* LEIDIS *Carmelitanus lib.* XXIII. *cap.* 9. *p.* 200. TRITHEMIVS *in chronico Hirſaugienſi ad h. a.* taceo alios, in tanto omnium ſcriptorum concentu, *Marchio*, aiunt, *Brandenburghiae, regis* CAMERARIVS, *annulum* Imperatori *tradidit, dicens: accipe ſignaculum monarchiae et Romanorum imperium in ſuo uigore conſerues, ab incurſu barbarorum.* Vicinum haud dubie hoſtem Slauorum populum uult, cuius hoc ſermone Caeſarem admonet. (g) MONZAMBANO, ſub quo nomine ſcriptor *Puſendorfius* latet, auctor *Carolus Ludouicus*, princeps *elector Palatinus*, *cap.* 4. §. 3. *ſub titulis quo ſin.* putat: *a tempore A. Bullae principes demum nomini ſuo titulum electoris adiicere ampliorique quam religui dignatione aeſtimari coepiſſe.* Vltimum miror, quod princeps elector ſibi ac ſuis collegis peſſime conſuluerit, praerogatiuarum prae iunioribus principibus iniria quaerendo in A. B. Vetuſtiorum temporum et honorifica magis principia docuimus *cap.* VI. §. I. *p.* 242. *lit. a.* et genuini ad hoc dogma fontes aperti ſunt *p.* 221. ſeq. *p.* 235. maxime *lit. l.* Primum autem, quod habet, expoſitione hac indiget iam ante *auream bullam* primarios principes in diplomatibus ſua *archiofficia* nominaſſe: uerum poſt eam uocem demum adhibuiſſe *electoris*.

In principum titulis quo tempore adhiberi coeptae ſint uoces electoris et archiofficialis?

(h) Wolodomarum, marchionem Brandenburgicum in hoc argumento primum reperio. Equidem is ipſe plura etiam diplomata edidit, in quibus nulla *archicamerarii* muneris occurrit mentio: *Wir Woldemar von der Gnade Godes Marggrave to Brandeborch und to Luſicz.* et quae ſequuntur. *To eyne Orkunde deſſer vorbeſchreven Denge, hebbe wy deſſen Breff gegeven, vorngeſegelt mit unſerm Inſigele: dat is geſchyn up den Velde to Bucow, na de Bort Godes, duſend Iar, drihundert Iar, in den vierteynden Iare, des uegeſten Middeweckea, vor Sancte Thomas Taghe.* Verum ab anno 1349. alia extant, quae *Archicamerarii* uerbum adſcriptum habent nomini marchionis. *Wir Woldemar von Gots Gnaden Marggrave zu Brandeburgh und des H. R. Reichs Ubriſter Kemmerer. Bekennen offentlich an keginwartigen Brive &c. der do gegeven iſt nach Gotis Gebort driezenhundert und darnach in den nun und vierczigſten Iare zu den Berlyn in der Stad. An den Dinſtage nach den heiligen Apoſteln Tage Sent Philips und Sente Iacobs.* Idem mos poſtea conſtanter ſeruatus eſt, marchionatu inprimis ad Boiicam ſtirpem deuoluto. Anno 1351. libellus ita ſcriptus reperitur. *Wir Ludwig von Gots Gnaden Marggraff zu Brandeburg und zu Luſicz, des heiligen Römiſchen Reichs obirſter Kammerer; Pfallanzgraff zu Ryne; Hertzog in Beyren und zu Kernten; Graff zu Tyrol und zu Görcz und Vogt der Gotteshauſer Aglei, Trient und zu Brixen, bekennen vor uns et* quae reliqua ſunt. Finis eius eſt *des habe wir unſer Ingeſigel an deſſen Brief gehangen. Der gegeben iſt zu Stendel nach Godes Geburth driczenhundert Iare dar na in den eyn und funffzigſten Iar an ſent Clemens Tage.* Omitto plures nominare, cum exinde in mores iuerit, *archicamerarii* uerbum ceteris marchionum nominibus titulisque conſtanter adſcribi.

Archicamerarii uox quo tempore primum reperiatur in titulo Brandeburgici marchionis? 1351.

(i) Archiofficii genus titulo principum edponi coepiſſe ante A. B. expoſitum eſt in praecedentibus. Sed nullius diplomatis memini, quod A. B. aetatem ſuperet atque nomini principis archiofficialis adſcriptum quoque habeat uerbum *electoris*. Anno 1377. demum occurrit *inſtrumentum* Caroli V. ubi inter alios teſtes ſubſcriptor eſt: *Sigismundus Brandeburgenſis marchio, ſacri imperii* ARCHICAMERARIVS *princeps* ELECTOR. Et paulo poſt, *Petrus* Colbo *de Wartenberg imperialis curiae magiſter. Datum Tangermunde anno domini* MCCCLXXVII. *indictione XV. V. Kal. Iulii, regnorum noſtrorum anno* XXXI. *imperii uero* XXIII. Equidem *Bohuslaus* BALBINVS *in miſcellan. regni Bohemiae dec.* 1. *Lib.* 8. *nolum.* 1. *p.* 58. literas habet *Ludouici marchionis Brandeburgici*, quas ipſe ſcriptor hoc fine claudit: *ſcripſimus animo deliberato, de certa ſcientia, uelut Marchio Brandenburg. Luſatiae princeps*, ELECTOR et ARCHICAMERARIVS *ſacri imperii confirmamus praeſentium ſub noſtri ſigilli teſtimonio literarum. Datum Nurnberg* MCCCLV. *indict.* VIII. *feria poſt feſtum S. Andreae Apoſtoli.* Verum ex initio earum (*quas etiam* GOLDASTVS *exhibet in appendice documentor. ad regnum Bohem. p.* 70. *et* 71.) facile patet, *electoris* uerbum a nomine marchionis abeſſe, in fine autem propterea expreſſum reperiri, quod epiſtola haec ſententiam firmet, in collegio *electorum* latam. Vbi ſcribendum omnino fuerat, qua demum autoritate eandem ſuo adſenſu corroboraret. Idem repetendum eſt in diplomate, quod *Balbinus eiusd libr. p.* 256. repetit. Vt adeo legis, ſupra datae, neque dum me poenitere queat, ARCHIPRINCIPIS *Brandeburgici* nomen Sigiſmundum Caeſ. Friderico Hohenzollerano dediſſe, aliis notatum eſt.

Electoris uerbum quando adhiberi coeptum fuerit in titulo Brandeburgici marchionis? 1377.

Wartenberg Kayſerlicher Ober-Hofmeiſter.

(l) Quod de *Brandeburgenſi* duce ſcripſi, id de aliis quoque principibus *electoribus* uerum eſt, eos ante annum 1340. neque *archiofficium*, neque *electoris* uerbum nomini ſuo unquam adſcripſiſſe. Vel BALBINI locus p. 256. docere id poteſt, quem modo citauimus. Cum poſt Brandeburgici marchionis, etiam aliorum principum electorum ibi diplomata occurrant, cum neutrius uerbi additamento. Quid autem, cur *archiofficiales* ſe citius ſcripſerunt; ſerius *electores*? Id mihi ex eo intelligere uideor. Primum *archiofficii* et *electoratus* iura inuicem prorſus ſeiuncta fuiſſe, neque ex illo hoc pronenifſe, quod *p.* 241. *lit. c.* iam docui. Deinde, praecipui iure, abſque ulla cum aliis imperii principibus controuerſia, *archiofficialium* munera *gentilitia* permanſiſſe apud *primarios* duces: uerum ad ſocietatem *conuentus* atque ſuffragiorum de Caeſare *eligendo*, ſummatim ad *collegium electorale*, mira quadam aemulatione, recentiores quoque principes contendiſſe. Quapropter ſententia ſuperioris iudicis ante opus eſſe, uidebatur, quam *originarii* principes, quos *p.* 236. et 241. ſcripſi, hoc ſymbolo ſe a *iunioribus* diſtinguerent prorſus ac ſepararent. Atque haec cauſa *aureae* B. fuit, in qua Carolus IV. litem in antiquiorum principum gratiam decidit, et, quod illi, principio Germanici imperii, *pertractando* publica negotia imperii (p. 243.) atque poſt, excluſis aliis, eadem etiam procurando atque definiendo, diu ante, ſed contradicentibus aliis, poſſederant, pragmatica demum ſanctione pace plurium compoſuit; ut non praeter meritum eſſe, uideretur, rei ſemel pacatae memoriam electoris uerbo retinere, atque ſolenni eius perpetuoque in titulis ac nominibus principum uſu, repetere ſubinde ac inſtaurare.

Cauſae tardius in titulo principum adhibiti archiofficii et electoratus.

(a) Pri-

Digitized by Google

CAP. VIII.

De

Brandenburgici marchionis officialibus curialibus.

§. I.

V. ab OFFICIALIBVS Brandeburgici marchionis.

PRaeterea aliis iam obſeruatum eſt (a), ſolis quondam *ducibus* in Germania datum fuiſſe, ut *aulicae domus* adparatum haberent, Caeſareae aemulum, id eſt, QVATVOR OFFICIALES *palatinos* (b).

§. II. Atque horum aliorumque plurium memoria Brandeburgenſi iterum marchiae

Lud. opuſc. tom. I. R chiae

Palatinos officiales non habuit, niſi DVX imperii.

(a) Primus forte id obſeruauit *Marquard.* FREHERVS *in notis ad conſtit. Caroli craſſi de expeditione Rom.* §. 6. *p.* 211. Cum enim ſingulis in ea principibus quatuor officiales palatini concedantur, addit commentator: *ſine his non eſt iuſtus imperii principatus.* Cum uero hanc *conſtitutionem* cuncti pro ſuppoſititia haberent; alii doctores a quouis hoc principe requiri, negarunt, aut certe requirere omiſerunt, ut rem, quae corruat, deſtructo eius fundamento. Qua forte cauſa *Martinus* quoque RANGO *in Pomerania diplomatica p.* 313. titubanter ſcripſit. Alii recitant ſemel dicta, neque an uere dictum, inquirunt. Verum ſatis confeſſum atque tot diplomatum fide certum eſt, alii nulli palatinos *officiales* conſtituere fas unquam fuiſſe, quam *principibus* imperii. Inter praerogatiuas enim principum a Caeſare id referri, uideas apud SANDEVM *de feudis Geldriae lib.* II. *c.* 2. *n.*14. atque in *Germania principe lib. VI. c.* 2. *p.* 61. pluribusque aliis. Summa rei fuit; *ut officiales palatini eius generis* principes *iisdem iuribus utantur, quibus imperii miniſteriales utantur.* Vt formula habet diplomatis Brunſuicenſis, MEIBOMIO, MADERO, et SAGITTARIO deſcripti. Scilicet noluit uetuſtas, reipublicae ſymbola habere et tamen deſtitui republica ſingulari. Quapropter licet Grammatico ſenſu cubiculi cuſtodiam quilibet opulentus pater familias dare poſſet homini priuato, atque ab ea *cubicularium* denominare: priuilegio tamen aut ſingularis reipublicae iure opus eſſe uidebatur, ad ſolennem aulae ac curiae uſum, ne uel ludibrio ſe exponeret, qui ſibi hanc facultatem, priuato auſu, adrogaret uel in dedecus atque opprobrium imperii officialium id uergere poſſet. Quod uero EYBENIVS *cap.* 9. *elect. feud.* §. 10. opponat, reperire ſe tamen, a tempore Caroli IV. id rariſſime obſeruatum fuiſſe: in eo haudquaquam fallitur. Ex eo enim tempore abuſus et ignorantia priſtini iuris, quae in principibus etiam regnauit, omnia commiſcuit confuditque. Vti hodieque minutiſſimi cuiusuis territorii domicelli, *conſiliarios*, ut uocant, *intimos* faciunt, cum *extimos* alere neſciunt: quamuis uel ex *Germania principe lib* II. *c.* 1. *p.* 29. *c.* 1. *p.* 36. clarum ſit, ante ann. 1570. maximos imperii principes ſeptemuiros *ſecretiorem ſenatum* (*einen Geheimden oder Staats-Rath*) non habuiſſe. Imo hodie etiam plures ex *nobilitate*, eaque *prouinciali*, ad aemulationem forte imperii *immediatae*, ab aliquo iam tempore uillicos ſuos aut agriculturae procuratores grandi *conſiliariorum* nomine honeſtant *Adeliche Raethe, Adeliche Amts Raethe.* Quod ſane, niſi auctoritate *principis* id faciant, inter ſeculi et impudentiae ludibria merito refertur. Hoc lumen adfundi illis debet, quae congeſſit THVLEMARIVS *cap.* 20. *de octouiratu* §. 40. *p.* 335. Ceterum quod recentiores priuilegio habent: illud ſolo prouinciae iure tenent principes *primarii, electores.*

Vtrum plures illi ac quatuor?

(b) Non putauerim, ſi *quatuor officialium* fit mentio in literis inſtituti principatus, *denen Fürſten Pateaten*, hoc ipſo prohibitum eſſe, ne alii pluresque ab illis conſtituerentur. Sane *Brunſuicenſis*, modo recitata, formula talis eſt, quae ſidem faciat; *omnes miniſteriales, quos Caeſar habet, uel rex, principem quoque habere et conſtituere poſſe, et conſtitutos in eodem cum aliis iure futuros eſſe.* Inde uidemus, alios *quatuor* tantum, plures aut pauciores alios inſtituiſſe. In *Carniolae* ducatu *undecim hereditariorum officialium der Erb-Aemter* recenſet *Ioh. Wichartus* VALVASOR *lib. IX. cap.* 2. *p.* 10. hoc ordine. 1) *Der Erb-Hofmeiſter, die Gr. v. Thurn;* 2) *Erb-Cammerer, die Gr. v. Aurſperg.* 3) *Erb-Marſchalle, die Gr. von Aurſperg.* 4) *Erb-Stallemeiſter, die Gr. v. Lamberg.* 5) *Erb-Iagermeiſter, die Gr. v. Khieſel.* 6) *Erb-Stabelmeiſter, v. Eib.* 7) *Erb-Mundſchenke, v. Eggenberg.* 8) *Erb-Silber-Cammerer, v. Katzenſtein.* 9) *Erb-Vorſchneider, Gr. v. Anckenſtein.* 10) *Erb-Truchſaſs, v. Hohenwarth.* 11) *Erb-Falckenmeiſter, v.* Panizolli. Ita praeter *ſeptem* alios neſciuit Vltraiectinos antiſtes, quos enumerat *Wilhelmus* HEDA *ad an.* 1121. *p.* 282. in diplomate, quod admodum memorabile eſt. Claſſes hae ſunt; 1) *dapifer* dux Brabantiae; 2) *uenator* dux Geldriae; 3) *mareſchalcus* comes Hollandiae; 4) *Camerarius* dux Cliuiae; 5) *Ianitor* comes Benthemenſis; 6) *pincerna* dominus de Cuke; 7) *ſignifer* dominus de Choer. Miror, non occurrere hos officiales apud *Antonium* MATTHAEI in utiliſſimo de *nobilitate* commentario *lib.* II. *c.* 45. Docet enim auctor ſuo exemplo, quam feliciter in hiſtoria uerſetur ICtus. In hiſtoria dico, non Romana tantum, quae mortalium ingenia diu ſatis exercuit, et cultum habet, quem meretur: ſed Germanicam uolo atque medii aeui maxime, ex qua ſcena prodire debet, qui in publico iuris ſtudio uidere uult, ubi caecutiont ueterani et qui hos ſequontur, iuniores. Vtinam, quod unice deſiderem, diſtinxiſſet Matthei, res Francicas a Carolingicis: utrasque a Germanicis: Lotharingicas a Teutonicis: ab utrisque Romanas; tempora etiam ac ſecula inuicem, ut quid iure eueniſſet, quid uero per uim, rerum ignaris intelligeretur. *Quatuor* uero neque plures in cliuiae ducatu recenſet *Egbertus* HOPPE *in epitome cap. XI. p.* 31. 1) *Erb-Hofmeiſter die von Wyllich.* 2) *Erb-Cammerer v. Cyl.* 3) *Erb-Schenck v. Boezlar.* 4) *Erb-Marſchall v. Palant.* Monaſterii S. Galli officiales ſunt: *dux Sueuiae* DAPIFER (deſine inuidere Bambergenſi officiales electores) *Pincerna C. Hohenberg*, ceteri a GOLDASTO *Rer. Alem. tom.* 1. *p.* 88. enarrantur. Taceo aliorum principatuum officiales, per uniuerſum fere imperium mihi ex libris, ſermone ac literis amicorum notatos, quos loculos excutere nunc uelle, a noſtro inſtituto alienum eſt. Ceterum id uniuerſum dicendum eam temporum quondam ſuperſtitionem fuiſſe, ut ſibi non infimi ordinis principes honori duxerint ac religioni; Petri

et Pauli

CAP. VIII.

chiae hodieque ſupereſt, in *muneribus* HEREDITARIIS (c).

Duces MEKLENBVRGICI officiales Brandeburgici.

§. III. Illa res autem admodum ſingularis eſt atque marchiae noſtrae perhonorifica; cuius Meklenburgici codices me admonuerunt, quos hactenus ineditos ſeruo. Id ſcilicet apud illos lego: *Brandeburgici quondam marchionis clientes ac palatinos fuiſſe principes Venedorum, atque cum his duces* MEKLENBVRGICOS; *in quorum ſupellectili atque ducali ornatu fuerit ſingularis ueſtitus, quo induti in aula Brandeburgica adparuerint* (d).

§. III. IV.

§. IV. Quemadmodum in medii aeui documentis obſeruo, quod domini clientes ſuos, quos *uaſallos* dicimus, pro *inueſtiturae* ſymbolo ueſte donarint colore tincta, qui pigmentis inſignium, domino ſolennium, reſponderet (e).

CAP.

---

et Pauli, id eſt, ambitioſorum antiſtitum famulos et adparitores agere. Tantum enim potuit in animis mortalium ueriſſimi ſeruatoris, ſed malo ſenſu corrupta uox: *quicquid uni ex minimis, illud mihi facitis.* Inde miror, dubitare doctores, quo factum ſit, ſupremos S. R. I. officiales ab iisdem officiis Bambergenſi epiſcopo fuiſſe.

Officiales hereditarii marchionatus Brandeburg.

(c) Si nominum recte memini, quae uir eleganter doctus et reconditae artis ſubtilis et acutus indagator, regiis nunc literarum ſcriniis praefectus, me rogatore, deſcripſit, *hereditarii* marchiae Brandeburgenſis OFFICIALES ſunt, qui ſequuntur: CAMERARII, *comites Suerinenſes*; MARESCHALLI, *nobiles de Putliz*; THESAVRARII, *nobiles de Schenk*, DAPIFERI, *Barones de Houerbek*; CVLINAE *praefecti Barones de Schalenburg*; VENATORES, *nobiles de Groeben*; PINCERNAE, *nobiles de Hake.* De inſtitutione atque aetate euiusque, quod ſigillatim dicam, non habeo.

Inter officiales atque uaſallos marchiae Brand. fuerunt principes MEKLENBVRGICI.

(d) Poſt domeſticos annales et chronica, manu, non typis exſcripta, *Albertus* etiam KRANTZIVS idoneus in hoc argumento teſtis eſt. Is enim *lib.* VII. *Vandaliae cap.* 35. *p.* 166. *ad an.* 1275. ita ſcribit: *Marchiones* BRANDEBVRGENSES, *inſigni, tunc ut nunc, electurae principatu, Vandalorum* PRINCIPES *ſuos habuere* SATELLITES. VESTEM *illis curialem, quo modo* DOMESTICIS, *miſere. Eam honorifice excepit Nicolaus*, princeps Mekleoburgicus, *et quum prodiret in conſpectum*, VESTE *ea rectus ibat. Erat controuerſia de finibus. Ventum eſt in coetum ad tractandum ſuper rebus: male ſibi timuit Nicolaus. Ex uerborum alterna contentione coepit indignatio marchionum. Nicolaus riſu excepit rem. Quantum eſt, inquit, ſi illuſtres uos marchiones* [Brandeburgici] *hominem tenuem Vandalum, ueſtra* VESTE TECTVM, *opprimere contendatis? Sit nequam, ſit iuſtum inter nos iudicium, alioquin ſi uim paratis, indecorum eſt, ueſtra* VESTE TECTVM *accipere iniuriam. Si omnino, ut adparet, indignantes ſaeuire paratis; ſinite, honoris gratia, ut* VESTEM *ponam, quam dediſtis, ne crebeſcat rumor* DOMESTICVM *marchionem per uim oppreſſum.* Fateor hoc aliquid ſingulare eſſe, atque *Krantzio*, nobis parum aequo ſcriptori, excidiſſe, forte non ueritatis amore ſed argumenti cauſa, quo uerſutum atque callidum Nicolai *Meklenburgici* principis animum deſcribere, inſtituerat. Non deſunt tamen domeſticorum annalium monumenta, quae et huic narrationi congruunt et rem eandem clarius ac plenius recenſent. CHEMNITIVM poſſideo, MILEVM, et duos ANONYMOS ſcriptores rerum Meklenburgenſium, omnes hactenus ineditos ut taceam, quae amicorum excerptis et commentariis debeo; ubi ſeculi uitio, ſi aliquod hic eſt, crudis uerbis ſcribitur: *Die Fürſten der Wenden ſind Brandeburgiſche Vaſallen geweſen, haben Brandeburgiſche Liberey getragen, wenn ſie zu Hofe oder ſonſt in ihrem Dienſt erſchienen. Dergleichen Rocke hat man in Meklenburg auch lang hernach zur Gedaechtnuſſ aufbehalten.* Verba non mea ſunt, ſed ciuium Meklenburgenſium. Ita hiſtoria omnino fert.

Iura officialium hereditariorum et uaſallorum ueſtis, hinc inueſtitura.

(e) Ne quis rei, non ubiuis obuiae ignarus, ad ea, quae ſcripſimus, obſtupeſcat; ex *iure feudorum medii aeui* atque illo ſyſtemate, quod meditor, aliqua excerpenda et explicanda ſunt. Collatio feudorum *ſymbolica* eſt, ſymbolum *inueſtitura* 2. F. 5. *Veſte* enim nouos uaſallos a domino et indutos et donatos fuiſſe, ſignificata per eam clientela, plura argumenta fidem faciunt. *Die Lehens-Leute wurden vor dem eingekleidet, wie einem Ritter ſein Orden-Habit; einem Soldaten ſeine Muntur; einem Diener die Lieberey zum Zeichen ſeines Dienſtes noch biſs ietzo angeleget wird.* Inde clarus uerbi inueſtiturae ortus eſt, ueteribus probatus, teſte *Alexandro* RAVDENSI *lib.* II. *reſp.* 1. *n.* 98. ut *inueſtire* idem ac *ueſte* inaugurare uaſallum, quod ad PLINII etiam ſignificatum proxime accedit *lib. XXXV. c.* 7. Inde etiam *immantare*, id eſt, pallio, in noui feudi auſpicio, uaſallum induere, formula medii aeui fuit, quae extat apud RADEVICVM *lib. IV. de geſtis Friderici c.* 65. Et Anglis, quod SPELMANNVS obſeruat *p.* 318. inueſtitura dicitur, *Liverey of ſeiſin. Das Vaſallen-Kleid anziehen.* Memorabili praeterea loco *Nicolaus* VPTONVS *lib.* I. *de officio militari c.* 17. *in Anglia quando rex aliquem nobilitet, ſolet una cum* FEVDO *ſignum*, ſed quod quaeſo? *hoc eſt* LIBERATAM *ſuam, ſeine Liberey, nobilitando condonare.* Pertinet huc non minus, quae MATTHAEVS *Pariſienſis* memorat *ad ann.* 1224. *p. m.* 360. *rex Anglorum Iohannes ad natale curiam ſuam tenuit apud Windleshore, ubi multa magnatum ſuorum multitudini feſtiua diſtribuit* INDVMENTA. Iſtis ſcilicet moribus congrua ratione, quibus *palatini officiales* ueſtimenta a principibus ſuis acceperunt. Atque cognitis hiſce, deſii mirari, eum forte locum offenderem in iure Feudali Pomeraniae, ubi in *priuilegio nobilitatis*, BARNIMO et PHILIPPO largitoribus §. 3. ita conuentum eſſe, reperitur: *Wenn auch uns oder unſern Erben, die von der Ritterſchafft und Adel in Ehren-Zugen, auſſerhalb Krieges, als zu Lehens-Empfahang, Reichs-und andern Verſammlungs-Tagen; Fürſtlichen Höfen; Heimführungen und dergleichen Zügen auſſerhalb Landes folgen, und ſich in unſerer Erben Farben kleiden ſollen. So wollen wir einem iedem von Adel, der mit zu reiten erfordert iſt, nach alter Gewohnheit, das Tuch zur Kleidung auf ſeinen Leib, als* 5. *Ellen Gewandt und die Farbe auf ſo viel Perſonen, als ein ieder Pferde halten ſolle, ſamt dem Muſter in ſeine Behauſung zu rechter Zeit zuſchicken &c. auch billich Trinckgeld reichen laſſen. Da wir die von der Ritterſchafft innerhalb Landes fordern, ſo ſolle es der Kleidung wegen, wenn ſie in unſere Farbe kleiden ſollen, allermaaſſen, wie obſtehet, mit ihnen gehebren. Wir wollen ihnen an den Oerten, dahin wir ſie fordern, Futter und Mahl geben, auch die Stall-Miethe, auch Rauch-Futter in der Herberge zahlen laſſen, um zimlichen billigen Schaden ſtehen.* Haec ex inedito codice deſcribere uolui, cum prorſus ad rem facere uideantur. Ceterum potiores, aut, quod ego exiſtimo, *originarios* uaſallos, noluiſſe a principe ſuo *inueſtituram* uel petere uel accipere, quod negarent praedia ſua ducis Pomeraniae beneficia eſſe, *Martinus* RANGO

adſerit

CAP. IX.

CAP. IX.

Brandenburgici Marchionis purpura, habitus, ſchemata regalia.

§. I.

VI. ab INSIGNIBVS ducatibus.

NEque nulla plane primarii ducatus indicia ſunt, uerae INSIGNIVM rationes, pauciſſimis in ſignificatione, quam habent, intellectae (a). *Pellitos* reges Romani dixerunt Germanos (b); inde PELLES ARMENIAE [*Hermelinen Felle*] primarii ducatus, ceu dignitatis, *regali* analogae, ſymbola apud nos ex uetuſtis moribus permanſerunt (c). PILEVS (d), etiam, qui coro-

Lud. opuſc. tom. I. R 2

adſerit lu *Poſerania diplomatica p.* 273. atque in partes uocat WESENBECIVM *part.* III. *conſil.* 148. Vt adeo, quod feudum abſque inueſtitura eſſe poſſit, in quorum numero omnia *oblata* babeo, quicquid hic ogganniant ax Longobardico iure doctotas; Inueſtiturae autem ſymbolum *ueſtis* fuerit, colore, qui inſignibus domini reſpondet tincta, ex illis, quae allata ſunt, ſatis manifeſto conſtare queat. Adde *Matthaei de nobil.* IV. 25. *p.* 1095.

Veſtitum electores debebant iuri reipublicae ſingularis.

(a) Ex quo tempore factum ſit, *principes electores* a ceteris *ueſtitu* ornatuque ſecerni ac internoſci, a nemine traditum fuiſſe, memini. Quia plerique exiſtimant, haec ueſtimenta aſſe *archiofficialium*, atque eandem eum archiofficiis aetatem habere. Nolo banc originem diſputare. Id tamen ſufficit, ſymbolis hisce nonniſi ſingularis reipublicae dominos uti potuiſſe (*cap.* VII. §. 1. *lit. b. p.* 248.) atque ad barum imaginum iura quemuis *primariam ducatum* ſuffeciſſe. (b) Vt Graeci et Romani in coloribus, gemmis ac diuerſis ueſtimentorum generibus praerogatiuam ordinis ac dignitatis poſuerunt. Quas leges nefas fuit, ullo caſu migrauiſſe. Idem inſtitutum Germani habuerunt in pelle (*Philipp.* CLVVERVS *in Germ. antiq. lib. I. c.* 16.) quia ipſos etiam *reges* ſuos decorarunt. Fecit hoc, ut apud Romanos in prouerbium iret, Germanorum reges *pellitos* ſalutare. *Sidonius* APOLLINARIS *carm.* VII. *u.* 223. *p.* 87. *Tu Theodore uenis, quem pro pietate propinqui expetis in media PELLITI PRINCIPIS aula.* Idem etiam in *concione* repeties poſt *lib.* VII. *epiſtolam* 9. *p.* 445. ubi commendat uirum, *qui legationibus defunctus ſit ſteteritque ante PELLITOS REGES.* Atque ne in opprobrium gentis hoc ſcriptum eſſe putes, addendus eſt *Proſper* AQVITANICVS *de Prouidentia: ad Scythiae proceres, REGESque GETARVM reſpice, queis oſtro contemto et uellere ferum, EXIMIVS DECOR eſt tergis horrere ferarum.* Quare FORTVNATVS *lib. IX. poem.* 1. de rege Francorum: *PELLIGERI ueniens Chlodouechi gente potenti.* De aulica elegantia Carolingorum ſcribit BARTHIVS *lib.* XIII. *aduerſ. c.* 16. *p.* 740. *aeuo Caroli minime contemtim nominandae erant VESTES PELLICEAE, cum in uſu eſſent ipſis rerum dominis. Atque adeo Imperatoris ipſi, ut ex commentario Sangalli clarum eſt; qui PELLICIVM etiam feſtis diebus et uſu fuiſſe, memorat.* Sed iuniora longe tempora ſunt, da quibus HELMOLDVS, qui uixit circa annum 1150. *lib. I. c.* 1. *p.* 2. queritur: *Pellibus abundant peregrinis,* Pruſſos deſcribit, *quarum odor lethiferum noſtro orbi,* de Germanis loquitur, *ſuperbiae uenenum propinauit. Et illi quidem uti ſtercora haec habent, ad noſtram credo damnationem, qui ad MARTVRINAM ueſtem anhelamus, quaſi ad ſummam beatitudinem. Itaque pro laneis indumentis, quos nos appellamus faldones* [*geſalten oder Ballen-Tuch*] *illi offerunt tam pretioſas martures.* Et quis dubitabit de moribus, quos Sueuiae et Franciae incolae hodieque ſeruant, ubi inter ueſtiarias leges tituli reperiuntur: *wem vergönnet ſeyn ſölle, Zobel zu tragen, von Perſonen in dem erſten Rang.* Sed noſtri populi *mores pellitos* ante dimidium ſeculum et quod excurrit, cum *barbarorum maieſtate*, depoſuerunt. Vt pelles non tam ornent, quam contra frigus nos muniant. Quare nulla in illis nunc ſupereſt dignitatis praerogatiua. Cum ab aliquot luſtris cuiusuis fere ſortis foeminae *armeniis pellibus* [*Hermelinen Futter*] tectae incedant, quod olim inter piacula fuiſſe, patres noſtri meminerunt. Superbiae foeminarum, in pelle laſciui animalis gerenda, ubi foeminae mores ad coitum cogant, irridet illuditque *Andreas* ALCIATVS *emblem. LXXIX. p.* 295. Sane rem *concilio* quondam dignam habuere Galli. Nam in PARISIENSI *part.* IV. *c.* 4. legitur: *pelles quoque de ERMINIIS CAVDATIS omnibus eccleſiaſticis perſonis prohibemus.* Haec ſufficiant pro argumento, uetuſtatem *pelles* inter principum diademata retuliſſe.

Inter decora ueſtitus principum armeniae pelles (Hermelin)

(c) Quo tempore *Herminiae* pelles primum in Germania innotuerint, atque inter res ſummi pretii in aulis principum eſſe ceperint, nequeo dicere. De ſeculo XI. memorabilem locum habet *Albertus* AQVENSIS *lib. II. hiſtor. Hieroſ. c.* 16. Nam, Gothofredo; de hoc enim ei ſermo eſt, *duce tam magnifico et honorifico uiſo, eiusque ſequacibus in ſplendore & ornatu pretioſarum ueſtium tam ex oſtro, quam aurifigio & in niuio opere HARMELINO & ex mardrino griſeoque, et uario, quibus PRINCIPES praecipue utuntur. Imperator uehementer admirans honorem ac decorem illum; primum ducem in oſculo benigne ſuſcepit.* Inde eſt, quod aliquibus imperii principibus, quodam praecipui iure, dederit Imperator, ut *hermelinam pellem* geſtire illis liceret. Quorum inſignia hanc priuilegiorum memoriam hodieq; ſeruant *pileo ducali*, qui caſſidi impoſitus, *hermelinam pellem* praefert in extremitatibus. Officiali etiam ſupremo *pellita iura* adſerit *Galfredus* MONMVTHENSIS *lib.* VII. *c.* 4. ubi inuenitur *Caius dapifer, herminio ornatus.* Fruſtra itaque *Carolus* PASCHALIVS *Coronar. lib.* IX. *cap.* 16. *p.* 658. exiſtimat, *notulas nigras albedini inſperſas eſſe, ud imitamentum pilei Mercurialis, qui dicitur, ſemialbus et ſeminiger.* Cum cauſa non in colore; ſed pellis hermelinae pretio unice quaerenda eſſe, uideatur. Vtinam uero ad manus eſſent, quae de hoc animali ſcripſit congeſſitque *Carolus du* CANGE, qui lucubratiunculae ipſe meminit *p.* 742. his uerbis: in *diſſertatione I. ad Ioinuillam egimus de hoc animali* [hermelino] *et illius pellibus, quae ſemper magno in pretio habitae ſunt. Seneca* etiam teſte ſcimus, quod ipſi Romani *pellium* uſu et ARMELINIS infecti a barbaris populis, ut poſuerint eius generis pelles inter ſingularia habitus ornamenta. De quo *Claud.* MINOES *ad Alciati proem. emblem.* 79 *p.* 320. Satis uero ex his clarum eſt, ſiue, quod ego mallem, *prouinciae* ſingularis, ſiue *archiofficii* iure hermelinam pellem gerere *electores*: et nefas ſemper aliis fuiſſe, eodem uti ueſtitus ornamento.

Der Churhut.

(d) Egit de hoc ante me eruditiſſimus PASCHALIVS *lib. IX. coronarum c.* 23. *et* 24. quem exſcribere nolo, quamuis plura is habeat, quae nolim neſcire noſtros doctores, quos hortor moneoque ad cuoluendum.

CAP. IX. coronae uices ſuſtinet, TOGA (e); GLADIVS (f), liberi territorii nota; SCEPTRVM Bradeburgicum (g), teſſera, qualem praeter Saxonicum, alius elector non habet; A *ſanguinei* demum coloris SCVTVM (h), ſupremi ordinis principatum omnino loqui uidentur.

§. L.

CAP.

uendum auctorem. Coniecturae ſunt, quare non coronas *Chur-Cronen*, ſed *pileos electorales Chur-Hüte* in Germania nuſtra uideantur. Ego enim, ſi quid adſequor, cauſam in eo quaerendam eſſe exiſtimo, quod, cum ducibus ſingularium rerumpublicarum liberum olim fuiſſet, regalia diademata gerere, eos, ad exemplum Arnulphi Boii cum Henrico aucupe, in bas conditiones conueniſſe; *ut ſymbolis ac nomine regali abſtinerent, ſalua iuris territorialis auctoritate.* Agit hac de re *praeſes in diſſ. de iure adlegandi* (*von allgemeinen Reichs-Geſandſchafften*) *cap.* 2. §. 15. *p.* 39. *lit. e.* Qui ergo *coronam ducalem* mereri uidentur extero ſcriptori, illi *pilea* uti maluerunt, libertatis ac iurium territorii modeſto et extra inuidiam poſito monimento. Pertinet forte huc, quod recenſet *Roger.* de HOVEDEN *hiſt. Angl. p.* 724. his uerbis: *Rex Angliae Richardus in captione Henrici Imperatoris detentus, ut captionem illam euaderet, depoſuit ſe de regno Angliae et tradidit illud Imperatori, ſicut uniuerſorum domino et inueſtiuit eum inde per PILEVM ſuum* i. e. liberi regni ſymbolum. *Sed Imperator ſtatim reddidit ei et inueſtiuit eum per duplicem crucem de auro.* Habes itaque et *pileum*, liberi territorii inſigne, et Angliae regnum regemque *feudum* atque uaſallum Germanici imperii. (e) Senatoria toga et penula, id eſt, ueſte longa et talari induti, hermelinoque uellere in modum almutii pectore circumamicti procedunt electores, uerba ſunt *Petri de* ANDLO *lib. II. c.* 1. *p.* 73. Quibus adde, quae *Theod.* HOEPINGIVS *de inſignium iure cap.* II. §. 7. *ſect.* 2. *membr.* 4. *p.* 155. et *Ioh. Iac.* DRACO *de iure patriciat. lib.* II. *c.* 3. *n.* 5. *p.* 119. congeſſere. Id ego tantum uelim, ſcriptores adnotaſſent, quam aetatem habeant *purpura et toga*, ſiue *pallium* electorum, ut internoſci poſſet, num *reipublicae* ſingularis, an uero *archiofficii* haec iura ſint. Ego crediderim, nihil horum primariis unquam ducibus interdictum fuiſſe: quemadmodum *Naoemuiri Hanoouerani* confectus eſt huius generis ueſtitus, quamuis nondum conſtiterit de iure archiofficii. (f) Certiſſimus hic ſum, *enſem* archiofficii ſymbolum nullo unquam tempore fuiſſe; ſed uetum atque praecipuum iuris territorialis indicium. Quae ſententia ab opinione aliorum multum differt. Nam ſi *illa* cauſa enſem gerunt electores, Caeſaris auctoritatem prae ſe ferunt: ſi *hac*, *proprii* in eo iuris habent ſignificatum. Facit pro me 1) quod primariorum ducum in territoriis poteſtas originem habeat, *electitia* imperii forma uetuſtiorem (*cap.* III. §. 6. *cap.* IV. §. 3. *cap.* VI. §. 1. 2.) cui autem res debetur, eiet ſignum rei 2) poteſtas haec non a Caeſare ſit *acquiſita*; ſed huic a poſſeſſoribus *oblata*. 3) Wurzburgenſis *enſem* et ſtolam gerat, qui non eſt archiofficialis 4) duos enſes Saxo adhibeat, unum *territoris*, alterum *archiofficii* iure 5) hodie principes omnes *enſe maeſtiantur*; quod illam poteſtatem priuilegio habeant, quam primarii principes iure *ſingularis* reipublicae. Quorſum intelligendus eſt GVNTERVS *lib.* III. *n.* 351. Peregrina ſunt, quae congeſſit ALTESERRA *lib.* II. *c.* 8. *p.* 230. (g) Taedet, quae alii habent, iterum exponere HOEPINGIVS; SPENERVS; THVLEMARIVS; WAGENSEILIVS, et commentarii ac interpretes A. B. cuncti adferunt, inſignia *ſceptrigera* Brandeburgicum marchionem *archiofficio* debere, ſupremi camerarii. Sed neſciunt illi tempus, occaſionem cauſamque rei, multis dubitationibus expoſitae. Principio enim Sigismundus *elector* Brandeburgicus, Bohemicae ſtirpis, inſignie rubrae aquilae geſſit, omiſſa *ſceptri* imagine. Deinde in *CHRONICO Norimbergenſi* (*cap.* VI. §. 3. *lit. f.*) noſter clauem manu tenet (*cap.* VII.) non ſceptrum. Poſt, ſi, *archiofficii* cauſa, ſinguli electores *gladium* adhibent, quod *ſupra lit. f.* eſt confutatum, alio certe illis ſymbolo opus non eſſe, uidetur. Praeterea, ſi unius archiofficium locum inter inſignia meretur; ceterorum quoque eum merebuntur. At, FREHERO teſte, *lib. I. c.* 15. *p.* 109. *orig. Palat.* conſtat, quod Palatinus, praeter nudum ſanguinei coloris ſcutum aliud non habuerit; uſque dum Carolus V. ſingulari et noua conceſſione, *pomum aureum* ei detuliſſet. Neſcit tale hodieque rex Bohemiae: Supremi quoque theſaurarii inſignibus id pariter abeſt. Et nimias agunt, qui ſcuto illudunt Hannouerano, quod ſymbolo id careat. Tandem ſi omnium archiofficialium eſt, inſignia habere, quae *archiofficium* loquantur; quid, quaeſo! impedit, quo minus idem etiam datum fuerit *archicancellariis*. Operae pretium igitur foret, cauſam inueſtigare, qua demum factum ſit, poſt Saxonem et *Brandeburgicum* electores, alios nullos *archiofficii* ſui teſſeras inter inſignia oſtentare. Hic aqua haeret iſti *Frehero*, neque alium uidi, qui ſe expedire poſſet. Mihi res neque difficilis neque obſcura eſt. Principio enim nullus *archiofficialium* ſui archiofficii peculiare emblema habuit, ſcuto et armis inſcriptum. Poſt uero aularum elegantia uoluit, ut, qui haereditario munere gauderet; idem inſignia quoque eius profiterentur. Sed infra dignitatem ſuam eſſe, id crediderunt et Bohemus et Palatinus. Ille ut *pocillum*; hic ut *patellam* inter decora gentilitia referrent. Haec tamen congrue fuerant *pocillatoris* et *culinae* magiſtri officiis. Aliter Saxoni et Brandeburgico. Horum enim munera ut illis ardua magis (*cap.* VII. §. 3. *lit. e.*) ita teſſerae quoque honorificentiores fuerunt, ut nequicquam eos puderet, earum uſum ſigillis adrogare. Saxo, qua mareſchallus enſi, quem principatus cauſa geſſerat, alium addidit, archiofficii ergo. Idem fecit *dux Vandalorum*, quod et clauis et *ſceptrum* archicamerarii muneris officio reſpondere uiderentur (*cap.* VII. §. 3. *lit. e.*) Neque enim piget noſtrates, S. R. I. quaeſtores dici. Et ſane FREHERVM, ineptum irriſorem habeo, qui *lib.* I. *c.* 15. *p.* 113. corrupto iudicio ſcribit: *Dapiferia, qua una cum rege Bohemiae epulas Auguſtas reſpexit, tanto mareſchalli et camerarii munere MAIOR; quanto maioris apud regem meriti et fiduciae, corpus et ſalutem, quam ſatellitium aut FISCVM ſibi creditum habere,* Ellebora tibi opus eſt, mi Frehere! ex *cap.* VI. §. 3. *lit. f. et g. cap.* VII. §. 3. Et cui quaeſo! perſuadebis? *Culinae* praefectum honoratiori loco ſtare, prae *mareſchallo* et *camerario*. *Daß der Kuchenmeiſter, dem Cammerherrn und Marſchall iemahls den Rang geſtritten habe.* Imo ſi maior, ut ſcribis, dignitas *patellae* quam *ſceptro* ineſt ant *caſi*; cur dubitarunt *palatini*, hanc teſſeram inter inſignium ornatus ac decora referre? Sed ipſe *l. c. p.* 109. nos doces: *elector palatinus duos clypeos gerit, unum Bauaricum; alterum Palatinum; tertium addidit RVBRVM totum et VACVVM. Donec Fridericus* II. *palatinus elector illi pomum illud aureum crucigerum, de ſingulari et noua conceſſione Caroli V. inſeruit, ut imitatione collegarum ſuorum Saxonis et Brandeburgici et ipſe illud, quod Imperatori de ſolemnitate in publico praefert, ipſum palam in inſignibus ſuis oſtenderet.* Sed neſcis forte Frehere, qua cauſa id fiat. Nolo illuſori credere, qui duas patinas, inuicem coopertas, cum pomi figura confuſas hic eſſe, perhibuit. Hoc tamen quilibet uidet, culinae cum aurei pomi clenodia nihil commune eſſe. Sed mea doctrina, princeps tuus duo archiofficia habet, unum, in ſuprema palatii iuriſdictione *als Ober-Hofmeiſter, oder Hof-Richter*; alterum in culinae praefectura. Illa cauſa *archipalatinus*: hac *archidapifer* audit. Atque illo ſic intuitu *globum imperii* gerit, non hoc. Sed plenius de his in ſyſtemate iuris publici, noua methodo adornato. (h) Hic iterum

Chur-Rock.

Chur-Schwerd: Vtrum principatus inſigne, an archiofficii.

Sceptrum Brandeburgicum utrum inter inſignia Camerarii?

Cur alii electores ea deſtituantur; alii tardius acceperint?

inanis arrogantia Freheri; et meliores globi palatini rationes.

Sanguinei coloris clypeus, die Blut-Fahne.

Digitized by Google

CAP. X.

Brandenburgico marchionatui clientelares ſunt multi principatus.

§. I.

VII. *Quod marchia Brand. CAPVT ſit uniuerſae ditionis VENEDORVM.* *Intelligitur id 1] ex inſtitutione,*

Neque uero *ſingularis* tantum *prouinciae* iure noſter gaudet MARCHIONATVS: ſed firmiſſima quoque argumenta ſunt, quae fidem faciunt, eum CAPVT fuiſſe uniuerſae ditionis VENEDORVM.

§. II. Principio enim eo fine inſtitutus eſſe, legitur, ut Slauorum uires, patriae funeſtas, contereret atque gentem, in ordinem redactam uel deleret prorſus, uel in poteſtatem redigeret (a), quoniam iidem ei limites in ciuilibus, qui Magdeburgico praeſulatui in ſacris conſtituti eſſe, deprehenduntur (b).

§. III. Ipſa deinde uetuſtas ampliſſimi iuris memoriam in nomine quoq; habuit, quod marchionatum non ſingulari Brandeburgicae ciuitatis, ſed ampliſſimo integrae *Slauoniae* uerbo deſcriberet ac definiret (c). *2] nomine uetuſto,*

§. IV. Cuius officii, latiſſime patentis, tantum abeſt, ut noſtri heroes unquam obliti eſſe, uideantur: ut potius innumera trophaea ſuperſint cladium, Slauis fortiter illatarum (d). *3] iuſtis de huc gente trophaeis,*

R 3 §. V.

rum prodo, parum alias cognita doctoribus. Inter inſignia Brandeburgica *ſcutum* ſe offert, *ſanguineo* colore tinctum, ſed alia nulla inſcriptum imagine. Quid hoc? Scilicet *uexilli* nota fuit, ab eodem coloris genere dicti, *die Blut-Fahne.* Qui enim ius ſingularis reipublicae habuit, is cum integro populo fide atque ſeruitiis adeſſe debuerat Imperatori, quoties ſcilicet uſus ac mores tulerant imperii. Atque hac cauſa primarii duces non alio ſigno inaugurabantur, quod iuris tantum ſingularis fuerat; ſed eo, quod ad ſubditam gentem ſimul reſpexit, id eſt, *uexillo*, ſub quo uniuerſus populus conglobatis uiribus in campum atque arenam deſcendit. Inde ueram rationem habes *der Fahnen Leben.* Peregrinum id uiſum eſt noſtris moribus, qui ab inſtituto receſſerunt uexilli, uniuerſo exercitui aut populo communis, cuius imaginem Turcae adhuc dum referunt *mit ihrem Roß-Schweiff.* Ceterum *ſanguineus* clypei color ſupremae in territorio iurisdictionis teſſera fuit *der Blut-Bann*, quod nullam facit dubitationem. Quae CHRISTINAEVS, auctor iurisprudentiae heroicae habet, *ad artic.* VII. *p.* 353. *ſq.* illa et temporum rationes et regnorum commiſcent atque cautum praeterea exigunt lectorem. Propius ad noſtrum argumentum accedunt, quae [illegible] RANGO *Pom.* [illegible] *p.* 243. (a) Teſtibus enim DITMARO *lib. I. Chron. Merſ. p.* 6. et WITICHINDO *lib. I. p.* 639. conditor marchiae, Henricus auceps, plures Venedorum populos ſuae ditionis reddidit: *Obotritos* uidelicet, *Heuellos*, *Vulzos*, *Redarios*. *Iſtorum* ſedes in Meklenborgenſibus: *illorum* in Brandeburgicis: *horum* uero in Pomeraniae regionibus diſpoſuerunt ante me alii. Sed omnes tamen hos ſubdidit non alii, quam Brandeburgico. De *Gerone* WITICHINDVS *lib.* II. *p.* 647. quod in uno conuiuio *triginta* principes Slauorum trucidauerit, CHRONOGRAPHVS *Saxo* apud *Leibnitium p.* 170. *ad an.* 960. ait: *ſubactus eſt uniuerſus Slauorum populus, et Slauonia in* XIIX. *pagos diſpertita.* *Theodoricum* marchionem (*anno* 1020.) plures Slauorum principes tributarios habuiſſe, uel ex *Georgio* SABINO *p.* 71. qui uitam eius ſcripſit, ſatis conſtat. Taceo *Albertum urſum* et alios Venedorum domitores. Ad hanc ueritatem ſcripſit reſpexitque *Cyr.* SPANGENBERGIVS *Part.* II. *Spec. Nobilit. lib.* XII. *c.* 29. *man gab dem Marckgrauen zu Brandeburg einen rothen Adler mit einem guldenen Schnabel, Klauen und Flugel ſchnen, im weiſſen Feld. Dardurch anzuzeigen, daß er als ein Adler die Wenden überziehen, und deren Bluth nicht ſchonen; ſondern mit ſeinem Schnabel weidlich auf ſie hacken, mit den ſtarcken Flugeln zu Boden ſchlagen, und mit den Klauen in Gehorſam halten ſollen.* Eosdem fere luſus facit ANGELVS *Cronic. March. p.* 133. Quamuis non dixero, ita philoſophatos eſſe primos inſignium inuentores. (b) Hoc fine *Magdeburgenſem* archiepiſcopatum inſtitutum eſſe, pluribus teſtatum eſt. Hiſtoricos uide apud MEIBOMIVM: diplomata inſtitutionis apud eundem et quae congeſſit SAGITTARIVS. Paruerunt enim *Magdeburgico*, poſt ſuffraganeos epiſcopos, *Merſeburgenſem; Miſnenſem; Naumburgenſem*, a quo etiam in cauſis ciuilibus ad tribunal Magdeburgicum prouocatum eſſe reperies apud HORTLEDERVM; *Brandeburgenſem; Hauelbergenſem; Caminenſem*, quod tamen olim diſputatum fuerat: etiam omnes *Archiepiſcopi* ipſi praeter principes electores, *Bremenſis; Pragenſis; Rigenſis* propter iura *primatus*. Sed alibi de his. (c) Quod princeps ſuae aetatis hiſtoricorum SCHVRZFLEISCHIVS, *diſſ. XVI. p.* 4. *de Miſnenſi marchionatu* indicat, eum ditionis *Miſnenſis* adiectione tarde admodum, et ut ille credit, uix ante Lotharii tempora, denotatum fuiſſe: idem etiam fere in marchionatu noſtro factum eſſe, obſeruamus. Exempla habes ſuperius *cap.* IV. *p.* 232. 233. *ſq.* Sed is ſeculorum *decimi* ac *undecimi* maxime ſtilus fuit, ut *duces* et frequentius *comites* ſalutarent, neque uero ducatuum neque comitatuum nomina ſuperadderent. Cauſae mihi uidentur, quod cum Carolingorum tempore, *dux* ac *comes* uerba nudi *officii* ac *miniſterii* fuiſſent *cap.* II. §. 2. *lit. b.* non certo tractui aut territorio adſcripti: neutrius quoque mentione opus eſſe exiſtimatum fuerit. Ab hac enim conſuetudine, forma licet rerum mutata, curiae imperii ſerius poterant deſueſcere. Ergo nihil hactenus peculiare habet noſter marchionatus. Verum id demum huc atque ad noſtrum facit argumentum, *marchiones* noſtros, uetuſtiſſimo quoque aeuo Ottonum ac poſt, cum adiectione, *contra Slauos* denotari ab aliisque diſtingui cepiſſe. *Ioachimus* VADIANVS *Sangallenſis lib.* II. *p.* 65. libellum adfert a manu coaeui ſcriptoris, cuius initium eſt, *anno incarnationis* DCCCCL. *MARCHIO contra SLAVOS, GERO, nomine, a liminibus principum Apoſtolorum reuerſus, monaſterium S. Galli deuotionis cauſa uiſitauit.* Alia teſtimonia praeterea quae ex *Adamo Bremenſi* et *Helmoldo* ante me eruit SCHVRZFLEISCHIVS de Orig. Pom. §. 8. *lit. c. p.* 22. Illud etiam ex *cap.* IV. §. 3. *lit. i. p.* 233. clarum eſt, *ciſalbinum* ducatum latiſſime per omnem Saxoniam: et *transalbinum* per Venedorum ditionem non anguſtiori limite patuiſſe. (d) Equidem non

Marchio Brand. oppoſitu uniuerſae genti Venedorum.

Magdeburgenſis Eccleſia, mater omnium per uniuerſam ditionem Slauorum.

Marchionatus Slauorum.

Iuſtitia bellorum contra Venedos.

Digitized by Google

CAP. X.

4] *amplitudine iurium per*

§. V. Et uero ſiue ſpontanea principum deditione, ſiue armorum iure id factum ſit, rerum gnaris ex incorrupta monumentorum fide conſtat, cunctos fere principes Venedorum Brandeburgicis marchionibus fidelitate et clientelari obſequio addictos fuiſſe.

a]POMERANIAM,

§. VI. De POMERANIAE (e) ducibus, beneficiaria lege Brandeburgico quondam obligatis, diuerſi teſtantur diuerſorum temporum ſcriptores (f).

§. V. VI. VII.

b]MEKLENBVRGENSIBUS.

§. VII. Clariora ueſtigia ſunt in MEKLENBVRGICIS principibus, repetitae a noſtratibus clientelae (*). Neque enim firmo tantum loco ſtant, quae ſupra recenſuimus (g): uerum etiam ſigillatim VENEDORVM, qui dicitur, principatus (h); et STARGARDIENSIS pagus uniuerſus Bran-

---

non is ego ſum, qui *ſacrorum* cauſa, populis uel regna diſputari, uel bella inferri poſſe exiſtimem. A qua *myſtarum* ambitione atque ſceleſta habendi cupidine cum prudentioribus merito abhorreo. Quod ſapientiſſimo numini uiſum non ſit, alio remedio, quam uerbis ac ſpiritu puriorem cultum a mortalibus rogare. Verum enimuero hiſtoria teſtatur, Venedos effrenem populum, Carolingorum potentia in Germaniis decreſcente, non ſolum fidem, qua illis addicti fuerant, uioleuiſſe; ſed etiam quotidianis incurſibus Germanicas regiones [illegible]aſſe et d[illegible]uiſſe, inuaſas et direptas inflammaſſe atque exeindiſſe. Et licet, Henrici atque Ottonum armis et exercitibus repreſſi, ſubacti, in ditionemque recepti eſſent: illi nunquam tamen animum exuerunt, rebelles [illegible] ad priſtinum ſtatum reuerti. Quis crederet hiſtoriam, niſi auctorem principem haberet integerrimum, *Fridericum Wilhelmum*, cognomento *magnum*. Suo etiam tempore ſuperfuiſſe, teſtatur, conſuetudinem Venedorum, ut quotannis *regem crearent*, creatum in ſcenam deducerent, deductum uenerarentur, utrimque autem priſtinae reipublicae memoriam inſtaurarent. Ipſe princeps elector ſpectaculo iſti, ſed habitu ſimulato, praeſens adfuit. Plenius hoc recenſet *Iacobus* TOLLIVS *in Itinerar. p.* 42. Atque perpetua bellorum ac diſcriminum materia fuit, cauſa tr[illegible]aeorum, quae noſtri a Venedis reportarunt. (e) Non eſt inſtituti mei, haec prolixe tractare; per capita ibo ſummatim. Malo hic illis uti, quae congeſſit eruditus auctor *Egidius von der* MYLEN §. 1. *reipubl. Pomeran. n.* 4. *p.* 81. quam meis commentariis, ne ad affectum magis, quam ueritatem ſcribere, uidear. Ita autem ille: *pro Germanis Pomeraniae quondam dominis, adduci poſſent Wittechindus Corbeienſis annal. lib. I. quod Vulzi et R[illegible]i ab Henrico rege facti ſint tributarii, quod Bernhardo ipſa Redariorum prouincia fuerit ſublegata Lib.* 2. *et Tugimir Slauo, qui urbem Brennaburg cum regione ditioni regis tradidit. Quo facto omnes barbarae nationes quousque ad Oderam fluuium ſe ſubiugarunt. Saxo lib.* 14. *ſect.* 4. *p.* 315. 337. *ut Boguslaus princeps* POMERANIAE *Henrici ducis* MILES *factus.* Aſt in omnia Henrici Caeſarumque iura ſucceſſerunt Brandeburgici marchiones, condito ac inſtaurato marchiunatu Slauorum. Cuius etiam iuris memoriam firmiſſimam illi habuerunt atque uicinis ſuis Pomeraniae principibus eam ſubinde oggeſſerunt, etiam eo tempore, quo ducali honore Pomeraniam honeſtauerat imperator. Et, niſi prorſus fallor, permouit hoc tandem Pomeraniae duces, ut ſimultatis ac diſcriminis finiendi cauſa, cum marchionibus noſtris in eas conditiones irent, quibus Pomeranicam ſtirpem noſtrates in ſucceſſione ſequerentur. A quibus pactis cum diſcedere uiderentur Pomerani; euenit, quod SCHVRZFLEISCHIVS habet §. 8. *p.* 20. *Nec modo Vkermarchia, ſed etiam principatus dignitas, quae ab aeuo Friderici aenobarbi ad illud uſque tempus ſanctiſſime ſeruata fuerat, in diſcrimine uerſabatur, quod Ludouicus Bauarus iudicaſſet, Ottonem I.* STETTINENSEM, *non ut antea imperio; ſed Ludouico ſeptemuiro* BRANDEBVRGICO BENEFICIARIA *lege obligatum eſſe.* Quae ſingula iura cum Venedorum marchiam unice reſpexerint, mirum non eſt, Baiorum in Pomeraniam poſtulata pacificatoribus Weſtphalicis ludibrio fuiſſe; quaſi eo tempore *gentis* magis Boicae, quam territorio *marchico* acquiſitum fuiſſet. V. HAGEN *Iur. P. l. I. c.* 7. *p.* 301. (f) Omnem dubitandi cauſam tollunt *codicilli clientelares*, quos Pomeraniae ducibus ſcripſere marchiones Brandenburgici. Qui cum in *tabulario Berolinenſi* ſuperſunt, tum in *Stetinenſi*. Quorum [illegible] fui ann. 1714. quo iuſſu curiae eius generis cimelia perluſtraui. (*) Iuſſu Boruſſiae regis *codicilli clientelares* literis publicis exſcripti et promulgati ſunt: quos Brandenburgici marchiones ſcripſere *Meklenburgicis* principibus ſuis uaſallis. Vt adeo ueritas haec fide diplomatum ſit teſtatiſſima. Verum igitur eſt, quod Brandeburgici archiprincipes de priſtina clientela conſeruarunt ſuccedendi ſpem, tituli uſu hodie corroboratam. (g) Loco, quo ex domeſticis annalibus oſtenſum eſt MEKLENBVRGICOS principes, *ueſtu Brandeburgico* indutos, in aula ſeptemuiri marchionis, inter alios clientes *uaſallos* adparuiſſe *cap.* IIX. §. 3. *lit. d.* (h) *Venedorum*, ampliſſimi quondam nominis principatus, hodie, quod me annales MSS. docent (*cap.* IIX. §. 3.), continet, quae ſequuntur. *Principatus Venedorum (das Fürſtenthum Wenden) in complexu ditionis ſuae habet:* 1) *Guſtrouium*, 2) *Parchim*, 3) *Domitz*, 4) *Sternberg*, 5) *Grabow*, 6) *Waren*, 7) *Plaw* 8) *Malchim*, 9) *Malchow*, 10) *Marlow*, 11) *Gno[illegible]*, 12) *Roebel*, 13) *Altencablen* 14) *Neuencablen*, 15) *Stauenhagen*, 16) *Penzlin*, 17) *Lubiz*, 18) *Neuſtad*, 19) *Krakow*, 20) *Iuenak*, 21) *Teterow*, 22) *Lage*, 23) *Schwan*, 24) *Goldberg*, hactenus annales. Deſcriptus uero principatus non ſolum ex cauſis, uniuerſae *Vendenlandiae* communibus (cap. X. §. 2. p. 261.); ſed nouis ac plane ſingularibus in Marchiae Brandeburgicae uenit clientelam. Vt alia taceam, de *Baltaſare Venedorum principe*, domeſtica Meklenburgicorum monumenta hiſtoriam ita recenſent: *Baltaſar, Princeps Venedorum* (*an.* 1415.) *Marchioni Brandeburgico, Friderico electori homagium fecit Berolini in praeſentia plurimorum.* Plenius aliquantum WVSTERVIZIVS apud *Angelum p.* 197. *Im ſelben Iahr, am Tage Seueri hat ſich* Herr Balthaſar, der Furſt der Wenden, *unter Churfurſt Fridrich begeben, und ihm zu Berlin in Gegenwart vieler Herren* gehuldiget *und geſchworen, daß er nun* den Marggrauen von Brandeburg für einen Herrn erkennen, und die Lehen *von ihm empfangen wolle.* Ego ita ſentio. Fridericus Marchiam primus ſuae genti acquirit, officii priſtini memor, princeps Venedorum adit nouum marchionem et beneficiaria lege, qua olim et ipſe et maiores atque uniuerſa Meklenburgica domus marchiae addicti uixerant, ſe illi obſtringit. Addunt alii: *in eas tum conditiones conuentum eſſe, ut ſtirpe Baltaſaris exareſcente, Brandeburgici in uniuerſa ditione Venedorum ſuccederent.* Sed hoc ſiue factum ſit, ſiue non: parum refert. Quod, Germanicis etiam moribus, uaſalli poſteritate extincta, ad dominum feuda ſoleant reuerti. Agnati enim Meklenburgici duces, dum caſus poſtea eueniſſet, non agnationis iura allegarunt; ſed pacti ſucceſſorii conuentionem, quod domino fraudi non eſſe, neque hoc obtento

feudi

Margin notes: (e) *Pomerani marchionatui noſtro fide addicti.* — (g) *Brandeburgiſche Liberey für die Meklenburgiſchen Furſten.* — *Principatus Venedorum ſub Marchiae clientela.*

Digitized by Google

CAP. X. Brandeburgicae [illegible]onis fuit, quod non in [illegible] loco annalibus pro[illegible] eſt Meklenburgicis (i). Ve urbis ac oppida tacitum, caeteraque marchiae noſtrae ſurrepta; cum memoria anni 1325. paſſim extet, quo Meklenburgici ſpem fecerunt, reſtituere, per iniuriam a maioribus occupa[illegible] (l).

A §. V[illegible]. Praeterea LVSATIA quoque diu paru[illegible] marchionibus Brandeburgicis. Hanc uero Bohemi regno ſuo annexam retinere, quam Noribergenſibus principibus cum reliqua marchia uendere maluerunt (m).

§. VII. VIII. [L]VSATIAM.

§. IX.

---

feudum Brandenburgicis marchionibus *apertum* eripi ac inuadi potuiſſe, partium ſtudio liberi doctores crediderunt. CHEMNITIVS, *Parchimenſis curiae ſilentiarius* et potiſſimus rerum Meklenburgenſium ſcriptor *p. m. 75. codicis MSC.* litem transactione ſopitam his uerbis enarrat: *an. 1430. gehet Fürſt Wilhelm zu Wenden der letzte ſeines Geſchlechts* [illegible] *tode ab. Darauf nahmen die Herzoge zu Meklenburg, vermœge aufgerichteter* Vertrage, das Fürſtenthum Wenden ein, *laſſen ihnen ſelbiges huldigen, confirmiren des Landes und der Stædte privilegia; vereinbahren ſich, ſolches ungetheilet zu regieren, und ſchrieben ſich darauf,* Fürſten zu Wenden. *Deſſen beſchweret ſich* Churfürſt Friderich zu Brandenborg, welcher auch eine Gerechtigkeit daran zu haben, vermeinet, *bey Kayſer Sigismundo, und bringet ſo viel zu wegen, daß A. 1437. von Röm. Kæyſerl. Maieſt. die Hertzoge zu Meklenburg wegen dieſer Sache Rede und Antwort zu geben, citiret worden. Aber die ſæmtliche Ritter und Landſchafft des Fürſtenthums Wenden laſſen ein Schreiben an den Kayſer Sigismundum abgeben, darinnen ſie motiuen anfuhren, warum ſie bey der angenommenen Herrſchafft verbleiben wolten. Endlich ann. 1442. verglichen ſich die Hertzoge von Meklenburg wegen des* Fürſtenthums Wenden *mit Chur-Brandeburg. Dergeſtalt, daß der Churfürſt vor ſich, ſeine Erben und künfftige Succeſſoren die praetenſion fallen laſſet: hingegen die Hertzoge von Meklenburg denen Churfürſten, ſeinen Erben und kunfftigen Succeſſoren* alle ihre Land und Leute huldigen laſſen *und ſollen ſelbige, wenn ſie die Hertzogen ohne mannliche Leibes-Erben verfallen, ihnen* [illegible]*nen ſuccediren. Und wird auchgehends, weil ſolches des Churfürſten Anſpruch ſo lange zurucke gehalten, der Hertzog von Meklenburg mit dem gantzen Land belehnet.* Haſtenus laudatus liber MSC. Quae omnia eo tantum fine adduco, ut perſtet pro ſingularis reipublicae iure, marchiae adſerto, argumentum. (i) Stargardienſi tractatui Meklenburgici annales tribuunt: 1. *Altſtargard,* 2. *Neu-Brandenburg an der Tolleſee*, 3. *Strelitz*, 4. *Fridland*, 5. *Mirow*, 6. *Woldek*, 7. *Feldberg*, 8. *Weſenberg*, 9. *Nemerow*. Fuit haec ditio Marchionum Brandeburgenſium, quod nemo diffitetur. Verum ann. 1290. Albertus marchio eandem filiae Beatrici in dotem dedit eaque haec marito attulit *Henrico*, principi Meklenburgico; ita tamen ut, quod dicitur, *utile* tantum tranſiret dominium, directum autem penes Brandeburgicos remaneret. Saepius ex hoc tempore certatum eſſe, lego, cum Meklenburgicis ducibus de principatu *Stargardienſi*. Quod ſiue [illegible]tum ſit *dominii directi* causa, a Meklenburgicis forte neglecti; ſiue, quod, foeminea prole Beatricis exſtincta, Stargardienſia ad marchiam reuerti deboerint; ſiue quod hanc Alberti alienationem poſteri eius ſucceſſores ratam habere nollent, marchia inprimis ad alias ſubinde familias delata, quibus *retrahendi* ac reuocandi iura magis integra eſſe, uidebantur. Ego ſuſpendere, quam prodere malo iudicium meum. Sufficit omnium concentu clarum eſſe, *Stargardenſia* marchiae quondam ditionis fuiſſe. (l) CHEMNITII codex, ſaepe laudatus, p. mei uoluminis 49. ita ſcribit: A. C. 1325. *vertragt ſich Herr Heinrich mit Markgrav Ludwig dem altern zu Brandeburg, wegen der annoch in der Mark inhabenden Oerter. Will ſolche gegen* 80000. *Mark Silber abtreten.* Quid ſibi haec uelint, nolo definire. (m) Luſatia diuerſo tempore dominos habuit diuerſos, *Bohemiae* et *Poloniae* reges; marchiones *Miſnenſes* et *Sileſiae* quandoque principes, quae partim ineditis ſcriptoribus, quorum plures latent, ueritatis cauſa olim ſuppreſſi; partim etiam editis SCHVRZFLEISCHIO et SAGITTARIO tradita et recenſita ſunt. Sed *Marchionibus* Brandenburgicis *Luſatiae* ditiones multuties paruerunt. *Gercaem Brandeburgicum* (*cap.* IV. §. 2. *p.* 230.) eundem et *Luſatiae* marchiones omnes agnoſcunt. De *Alberto* quoque *urſo* conqueruntur paſſim annales, eum an. 1124. *Luſatiam*, ſub poteſtatem redactam, cum Brandenburgenſi ducatu rexiſſe. *Chronicon* BIGAVGIENSE id plenius habet ceteris. Quod cum *Sagittarius hiſtoriae Luſatiae* §. 31. et de *Soltwedelenſi marchia* §. 49. 50. exſcripſerit: alios allegare ſuperſedeo. Hoc adnotatione dignum eſt; ſcriptores cauſam neſcire Luſatiae Marchionatui Brandeburgico adiunctae. Circa annum 1320. *Luſatia* iterum a Brandenburgico marchione Wolodomaro occupata fuit (*teſtimonia congeſſit idem* §. 41.) eaque in familia illius permanſit, donec ea exareſceret (*ibidem* §. 44.) Boica deinde gens quamprimum in Brandenburgicis ſucceſſit, *Luſatiam* pari iure poſtulauit. GOLDASTVS *lib. III. de regno Bohem. cap. XVI. p.* 408. Et quamuis HAGEK *chron. Boh. part.* 1. *p.* 201. literas adleget, quibus Boii Luſatiam dederint Bohemis: dubium tamen facit, quod, longe poſt, anno 1350. diplomata occurrant, ubi eius gentis marchiones Luſatiae nomine in titulo utuntur: *Ludouicus marchio Brandenburgenſis* et *LVCIZENSIS*. Talia extant apud *Boleſlaum* BALBINVM *Dec. I. lib. 6. part. I. p.* 46. et *part. IV. epiſt.* 13. *p.* 256. Vnde clarum eſt, Brandenburgicos marchiones memoriam iuris in Luſatia neque dum depoſuiſſe. Hohenzolleranae ſtirpis principes Brandenburgici, qua cauſa Luſatiam integram ſuae ditionis eſſe crediderint, aliis relinquo diſcutiendum. Sane, auctoritate CHYTRAEI, *Goldaſtus lib. III. c.* 16. *p.* 409. ſcribit: *Fridericus marchio Brandenburgenſis & elector LVSATIAM dicitur ſub Friderico III. Imperatore occupaſſe. Regi tamen poſt hac conditione permiſiſſe, ut ſibi Cotbuſum retinere, liceret.* Haec attingere potius uiſum eſt, quam digne proſequi. Haſtenus enim mihi exinde illud uideor didiciſſe; quod, cum toties *Luſatiam* ſibi uindicarint *Brandeburgici* marchiones, raro autem cauſa ſingularis, quare id fecerint, auctoribus prodita ſit: non fruſtra forte de communi perpetuaque cogitare liceat, quam, ubi aliter docere neſciunt ſcriptores, in prima marchiae Brandeburgicae inſtitutione repoſuero, qua uniuerſam Venedorum ditionem reſpexiſſe, per ea, quae haſtenus dicta ſunt, comprobauimus. De iuribus Magdeburgici antiſtitis in Luſatiam memorabilia loca habent GOLDASTVS *lib. III. de regno Boh. c.* 16. *et lib. IV. c.* 13. *et* 15. *et* BALBINVS *Part. V. Epiſtol.* 1. *p.* 257. quae facile docent, *Luſatiae* et *utile* dominium et *directum* Magdeburgico archiepiſcopatui acceſſiſſe. Sed haec alterius loci ſunt.

Stargardienſis principatus in ditione Brand. marchionatus.

Meklenburgici ea alia.

Luſatia paruit marchionibus Brand.

(n) Mi-

Digitized by Google

CAP. X.

d) MISNIAE quaedam.

§. IX. Pleraque de MISNIAE marchia, Brandeburgicis acceſſiſſent, ſi pactis, ut par fuerat, ſatisfactum eſſet (n).

ſ) procuratione negotiorum imperii nomine gentis uniuerſae Venedorum.

§. X. Quae omnia cum ueriſſima ſint, mirum non uidebitur: uetuſtos et praeclaros auctores uoluiſſe, Brandeburgicum, in electione Caeſaris, ſuffragium ferre nomine et auctoritate uniuerſae gentis Venedorum (o). Corrupto enim iudicio rem aeſtimant, qui, Bohemiae regis cauſa, id in dubium uocant, cum utriusque principis rationes prorſus diuerſae ſint (p), neque reliquis imperii negotiis alter interſit, ut adeo procuratio rerum Vandaliae uniuerſae in conuentibus ſiue *imperii* ſiue *circuli* cauſa inſtitutis, ad Brandeburgicos omni iure pertinuiſſe uideatur (q).

§. IX. X.

§. XI.

Miſniae plura Brandeburgicae ditionis reddita.

(n) Miſniae marchionem iura ciuitatis Germanicae habuiſſe, plurima fidem faciunt. Sane tot loca ſunt, unde patet, quod *comitiis* interfuerit, quod *archivenatoris* munere functus ſit; quod Caeſarum literas ſubſcriptione *approbauerit*: ut mirer, *Sinoldum* SCHVZIVM *lib. I. iuris publ. tit. VIII. poſit.* 4. id in dubium uocauiſſe. Quod uero hodie in comitiis Saxoniae electores, Miſniae cauſa ſuffragium non habeant, ex mea doctrina facile intelligitur. Olim enim ſuffragiorum non auxit numerum multitudo plurium *territoriorum*; auxit tamen ſuffragia numerus plurium in uno territorio *imperantium*: quae deinde, uno aut altero extincto, protinus iterum contracta & uno tantum ſuperſtite ad ſingularem quoque numerum reducta fuere. Miror, haec a doctoribus non adnotata eſſe in litibus, hac de re ſaepiſſime in imperio motis. Sed haec obiter. Nobis Saxonum hiſtoricorum narrationes allegandae de Miſniae regionibus quibusdam, Marchiae Brandeburgicae adſcriptis. *Georgius* FABRICIVS *lib. VI. origin. Saxonic. p.* 632. ita habet ad an. 1311. *Proponebantur Friderico Miſnenſi conditiones a* Wolodomaro Brandeburgico. *Nimirum ut Luſatiae relictis oppidis renunciaret, arcibus Landsbergo; Echardsbergo* NVMBVRGO *cederet; quas Albertus pater Waldemaro oppigneraſſet; Miſenae arcis atque urbis Fribergenſis praefecturas patruo Waldemari concederet: triginta millia marcarum argenti ſolueret. Fridericus nullam recuſat facere, ut oppreſſis in Thuringia auxilium ferret et ſe de hoſtibus quam primum ulciſceretur.* Clarum ex aliis quoque eſt harum rerum ſcriptoribus, in haec pacta utrumque principem conueniſſe. Sed poſtea non impleuiſſe ea Miſnenſem, ſtratagemate liberatum, non diffitetur SAGITTARIVS *in hiſt. Luſat.* §. 41.

Procuratio uniuerſae gentis Venedorum penes Brandeburgicos.

(o) *Lupoldus a* BEBENBVRG *de iure regni et imperii c. 5. p.* 68. ex pacto et forma imperii congruo iudicio ſcribit: *electores habent eligere regem ſeu imperatorem, repraeſentantes in hoc omnes principes et populum Germaniae.* Inde ſingulis electoribus ſingulos alii populos tribuunt, quorum eligatur auctoritate. *Palatinus*, uerba OPMEERI ſunt *p.* 627. *Francorum cauſa*; *Marchio* BRANDEBVRGENSIS VANDALORVM; *dux Saxoniae ciſalbinorum populorum nomine.* Ridet hoc GOLDASTVS *lib. III. regni Boh. c. 5. §. 14. p.* 295. cuius auctoritate & alii rident poſt ipſum, quorum nomina refellere nolo, ad euitandam inuidiam. At rem ipſam ſtrictim & facile tueor. Principia ita arguo; quo iure electores ius *praetractandi* habuerunt, eo etiam acceperunt iura eligendi, quod ex illo fonte deriuatur *cap.* VI. §. 1. *lit. a. p.* 241. *lit. d.* §. . *p.* 243. Deinde numerus electorum ex hac cauſa reſpondet numero prouinciarum imperii. Bohemus enim *Boiorum* cauſam agit (*ſeq. lit. p.*) et *Suenia* ſingulari duce hodienum caret, quod alii huic ſententiae fruſtra opponunt. Poſt quod uniuerſi quondam populi fuerat; illud hodie a duce eius primario expeditur, ut adeo hunc in loca illorum ſucceſſiſſe, conſtet. Demum ſingulae propterea prouinciae unum non niſi ducem habuerunt, rerum iuriumque interpretem *cap.* IV. §. 3. *p.* 325. *lit. l.* Quod ſi ergo Brandeburgicus *Venedorum* cauſa eligit, etiam nomine eorum reliqua is imperii negotia, quae electoris ſunt, procurat, quod nobis fuerat demonſtrandum.

An potius hanc ſpartam teneat rex Bohemiae.

(p) Miror ſane et GOLDASTVM *lib. III. c. 5. §.* 14. et doctores poſt eum omnes exiſtimare, Bohemum proprio et, ut alii nolunt, prouinciae ſuae iure (*der Lauſniz, als des Chur-Kreyſes halben*) inter electores reperire. Sed magis adhuc miror, doctores egregium monumentum *Bibliothecae* VINDOBONENSIS non expendiſſe, quod rem omnem conficere uidetur. Exhibet id *Petrus* LAMBECIVS *lib. II. c. 8. codicum* 140. *p.* 825. et ſuo iudicio addit: *obſeruatu digniſſimum eſt, nullam in codice iuris feudalis* Friderici II. Imperatoris *fieri mentionem regis Bohemiae, ſed quicquid ſecundum Imp. Caroli IV. A.B. ad illum pertinet, eius loco duci* BAVARIAE *attribui, his uerbis: Den Chunich ſollen die Pfaffen-Furſten und vier Leien-Furſten kieſen. Der Biſcholff von Mentze iſt Cantzler ze dutſchen Landen, der hat die erſten Stimme an der Chur; der Biſcholff von Trire iſt Cantzler uber das Chunicbrich Arol, der hat die andere Stimme an der Chur; der Biſcholff von Chollen der iſt Cantzler ze* Lampasten, *und hat die dritten Stimme an der Chur. Dos ſint drie Furſten-Ampt, die horen ze der Chur.* Unter den Leien-Furſten *ſo hat der Pfalentzgrafe von Rine die erſten Stimme an der Chur, der is des Riches* Trobſetzze, *und er ſoll dem Chunige die erſten Seuzzel tragen; Der Hertzoge von Sachſen hat die andera Stimme an der Chur unter den Leien, der iſt des Chuniges* Marſchalch, *und ſoll dem Chunige ſin Swert tragen; der Marcgraffe* von Brandenburch *der hat die dritten Stimme an der Chur, und iſt* des Riches Chamerer, *und ſoll dem Chunige Wazzer geben; der Hertzoge von* Bayern hat die vierten Stimme *an der Chur, und iſt des Ri*ches Schencke, *und ſoll dem Chunige den erſten Becher tragen. Dieſe vier ſullen Dutſche Man ſin von Vater und von Mutter, oder eintweder ine.* Quod ſi igitur ex his aeque atque illis, quae *cap.* VI. p. 242. *ſq.* et *cap* IV. p. 232 *ſq.* ſcripſimus clarum eſt, Bohemiae regem eo demum tempore, quo Boiariae ducatus cum Palatinatu Rhenano ſub imperium unius principis uenit, in eligendo Caeſare ſuffragium Boiorum cauſa, non Bohemorum, dixiſſe, ceteris autem imperii negotiis nullo tempore adhibitum eſſe: non habebunt doctores eiusdem eum ſpartae competitorem aut aemulum Brandeburgici electori opponere.

Circuli Venedorum director Brandeburgicus.

(q) Si clarum eſt, quod probauimus, *Venedorum* gentes locum in ſolennibus imperii *comitiis* habuiſſe; neque dubitandi cauſae erunt, ducem *Brandeburgicum* dictatorem eorum atque interpretem ibi egiſſe *cap.* VI. §. 1. *lit. a. p* 241. Sane LEHMANNVS *lib. VII. Chronici cap.* 68. documentum exhibet, ubi *circulus Slauorum* deſcribitur anno 1387. atque proximum ſtatim a Bohemo locum occupat *Brandeburgicus*, qui etiam loco praeſtat ipſi Saxoniae duci. Bohemiae itaque rege omiſſo, patebit, Brandeburgico ſtatim marchioni primas deberi in memorata ditione; cum *Pomerani ac Meklenburgici* doces, principum nomine, mari uicinorum (*der Furſten an der See*) addictos fuiſſe, ex aliis monumentis demonſtratum iuit *Ioh. Phil.* DATTIVS *lib I. c. 27. n. 17. p.* 186. Quae opinio olim quoque fuerat GOLDASTO *de regno Boh. lib. IV. c. 8. §.* 2. Cur autem *Venedorum dioeceſis* cum Saxonica coniuncta ſit, ut unum hodie imperii pagum conſtituant, eruditas coniecturas habet COCCEIVS *cap. 2. §. 2. p.* 97. quibus etiam ad-

plaudit

CAP. X. XI.

6] ordinis patrociaio, qui S. Iobanni ſacer eſt.

§. XI. Atque idem mihi coniecturam facit, permouiſſe hoc ſocios ordinis, qui DIVO IOHANNI ſacer eſt, ut ſe PATROCINIO Brandeburgici marchionis committerent crederentque, per omnem regionem Venedorum (r).

7] Wildfangiatu.

§. XII. Tandem WILDFANCIATVS, qui dicitur, cum is Brandeburgico ducatui ab auctoribus in ditione ſaepius memorata adſeratur (s), congruit prorſus noſtro argumento.

§. XI–XIII

8] communibus Vandaliae ponderis ac menſurae rationibus.

§. XIII. Neque aliam forte cauſam habet, uniuerſam quam dicunt Vandaliam ponderis, menſurae ac numeri rationes Brandeburgicas (t), olim ſequutam fuiſſe.

CAP. XI.

EPISCOPATVS *Brandenburgici ſunt prouinciales ſeu* LANDSASSICI.

§. I.

VIII. a libero ſacrorum iure in ipſo papatu.

Ceterum illud non minus peculiaris prouinciae ueſtigium eſt, marchionatus huius *epiſcopatus* non territorii iuribus exemtos fuiſſe, ſed eidem, ut alios ordines addictos permanſiſſe (u). Quorſum iura refero PRIMARIARVM PRECVM aliaque generis eiusdem (x), quae cum illis habent uicinitatem.

plaudit TOLNERVS *cap. VI. p.* 170. Ego meo etiam ſenſu hic abundo. Puto enim *Saxonicum* ducatum, caſu *Henrici leonis* in tot partes diſruptum diuulſumque, ſingulari circulo aut prouinciae non ſuffeciſſe, propterea que Vandalico (*Venedico*) acceſſiſſe. Quod uero is Venedi nomen commutauerit cum Saxonico: *gentis* forte cauſa factum eſt. Partim quod haec cultior eſſet iſta barbarie *Venedorum;* partim, quod, Venedis, temporum atque imperii duritie extinctis, plurimi poſt Saxones aliique populi HELMOLDO *lib. I. c.* 2. *p.* 101. ADAMO *Bremenſi lib. I. c.* 2. et pleniſſime omnium per ſingulas fere familias HAFTITIO *Chron. March. ad ann.* 1142. deſcripti in ipſam *Vendiam* eſſent deductae, ut adeo priſtinam adpellationem dimitterent, odii et deſpicatus pleniſſimam. Huc refero, quod ex hoc fere tempore Saxonicus elector *dux ciſalbinus: Brandeburgicus transalbinus* ceperint audire cap. IV. §. 3. *p.* 234. *lit. b.* Quae omnia eo faciunt, ut intelligatur, unde contigerit, ex duobus circulis unum eſſe factum et utrumque ab utroque regi hodieque. Olim forte ſimultas in cauſa fuit, quare Brandenburgicus primo, Saxonicus elector poſtremo loco ſtet in monumento apud SCHILTERVM *tom. II. tit.* 19. *p.* 346. Quamuis foederis magis quam circuli rationes id habere uideatur. (r) Nihil praecipui haberent Brandenburgici electores, ſi intra ſui territorii limites, in ſacrae militiae ſocios eis tantum eſſet iurisdictio. Notum eſt, Saxoniae electorem in Thuringia; Landgrauium Caſſellanum in Haſſia id iuris in *commendatores*, qui uocantur, *ordinis Teutonici* et poſtulare et exercere; ut nihil fere conditio eorum differat a ceteris clientibus ac uaſallis. Cauſa ſatis adparet, quia *exemtio* de principatu *facti* eſt, adeoque eam affirmanti incumbit probatio. Quam regulam etiam firmiſſimam habeo in diſtinctione inter *prouinciales* et imperii *immediatos* epiſcopatus; licet hic iterum maior doctorum pars peruerſas doctrinas ſequi uideatur. Verum quod marchiones noſtri *Iohannitici ordinis* tutelam ac patrocinium ſuſtinere coeperint per *Pomeraniam; Mekleaburgenſia; Bohemiam; Saxoniamque*, id demum pertinere uidetur ad ſupremam Vendiae uniuerſae procurationem. Cum uir celeberrimi nominis, *Ioh. Chriſtoph.* BECMANNVS hoc argumentum in nouiſſima *ordinis, qui Iohanni ſacer eſt*, deſcriptione occupauerit, aliquid porro addere, ſuperſedeo. Scriptori enim ad ſacra ordinis ſcrinia acceſſus fuit, unde plurima eruit, quae litterariae reipublicae ignorata aut falſo intellecta fuerunt. (s) Quid in Palatinatu prouinciae Rhenenſis ſuperiori ſeculo a praeclaris auctoribus hac in re diſputatum ſit: integra uolumina, quae tum prodiere, hodieque loquuntur. Miror, ipſos illos auctores in recentiori Caeſaris priuilegio haerere maluiſſe, quam fontem ac ortum rei perquirere et inueſtigare. Meis certe doctrinis clarum eſt, inter territorii iura fuiſſe iurisdictionem in homines uagabundos, non certo ciuium aut ſubditorum ordini adſcriptos; qui uero in Caeſaris domanio *Königs-Leute* audiuerunt. Quid illud? Quia Caeſar Rhenenſia, qua dux iſtius prouinciae rexit atque ſimul dominium ibi habuit et imperium, *illo* intuitu priuilegium *Wildfangiatus* Palatino dedit, non *hoc*. Prouinciae enim ſubuaſalli inſtabili ſede huc et illuc, nundinationum cauſa, uagantes ſubditorum numero accenſere nequiuerunt. Quod ſi igitur marchio Brandenburgicus, quod plures ſcribunt, per Vendiam uniuerſam ius *Wildfangiatus* habuit: firmiſſimum hoc argumentum eſt, eum caput et rectorem eius ditionis fuiſſe. Similia ueſtigia in aliorum iurium paſſibus reperies, quae nolo hic attingere. (t) Ex SCHEPLITIO et qui ſingula ex eo loca excerpſit EHRENBACHIO in metrologia notum eſt, Brandenburgici marchionatus uniuerſi easdem *numeri, ponderis et menſurae* rationes reperiri. Sed parum hoc eſt, cum in libellis uariorum contractuum obſeruauerim, *Vendiae* principatus omnes a Brandenburgicis olim in hoc genere leges accepiſſe. *Man hatt in Meklenburg, Pommern und andern Wendiſchen Landen nach Brandenburgiſchen Schocken, Pfunden und Maaß verkaufft.* Quod mihi in propugnato hactenus argumento optime iterum congruere, uidetur. Quid hodie conueniant, quid differant, non definio.

Patrocinium ſ. militiae per Vendiam eſt penes Brandenburgicos.

Ius Wildfangiatus per Vendiam uniuerſam.

Ponderis ac menſurae rationes per eandem ditionem.

De epiſcopatibus prouincialibus.

(u) Epiſcopatus Vendiae ſeu Slauoniae a *ducibus* et inſtitui et ab uno loco ad alterum inſtitutos transferri, potuiſſe, uetuſtiſſima nos docent monumenta. *Illud* quidem *Chronographus* SAXO ad ann. 1160. p. 306. loco admodum memorabili, et diploma FRIDERICI *Caeſaris apud Maderum antiquit. Brunſuic. p.* 121. huc uero HELMOLDVS *lib. I. c.* 90. Nihil ergo mirum eſt, a marchionibus noſtris epiſcopos regiones ſuas, ut ceteros marchiae uaſallos accepiſſe neque alio iure tenuiſſe acceptos. Quod multifariam patet. Inde Br. marchiones de modo *onerum prouincialium* cum illis pacta fecerunt et quoties uel unius agri portio uendita aut permutata eſt, conſenſu id factum eſſe, reperitur marchionum. Taceo alia. Neque dubium hic facit, epiſcopos marchiae in comitiis imperii ſuffragia dixiſſe. Illud enim ius *ſacri muneris* cauſa habuerunt omnes antiſtites etiam *Caminenſis*: non territoriorum ergo, quae feuda ducum extitere, quod uel ex HELMOLDI loco patet *l. II. c.* 24. *n.* 8. Miror in tantis rerum diſſidiis doctores hoc non aduertiſſe, ut diſcerent, *dioeceſin a territorio* diſtinguere inuicem ac ſeparare. (x) Vel ex SCHELPITIO *Part. I. tit. I. §.* 2. *p.* 9. de conſuetudine conſtat

CAP. XII.

Spicilegium praerogatiuarum marchionatus Brandenburgici.

§. I.

IX. a dignitate clientum ſ. uaſallorum.

A Duce, ut ad ciuilia reuertamur, COMITES uaſallos exigunt doctores. Aſt plures marchiae noſtrae fuiſſe, ex ſolenni mandatorum formula conſtat, quae in *comites* concepta eſſe, inuenitur (y).

X. a coloniis nouorum populorum.

§. II. Liberrimi iuris rectorem mihi quoque ſiſtere uidentur COLONIAE aliorum populorum, in marchiam, nullius interceſſu, olim deductae (z):

XI. a quaeſtu uectigalium.

VECTIGALIVM (a) porro nulla lege adſtricti quaeſtus: IVRIS AC IVDICIORVM ſingulares a ceteriſque prouinciis diſtinctae rationes (b).

XII. a Germanicis diſtinctio iure.

§. III. Extremum eſt, quod Brandeburgicae ditiones non Caeſarum beneficio obuenerint marchionibus (c); ſed, horum incredibili fortitudine ac robore armorum, indomito, furioſo et ad audaciam proiecto hoſti ereptae, Caeſari IMPERIOQVE GRATIS acceſſerint: ut adeo ſingularis reipublicae formam non tam accepiſſe; quam iure meritoque retinuiſſe, uideantur. DEO GRATIAE, NVMINI VERITATIS.

ILLV-

Preces primariae et commendationes emeritorum ad ſuppeditanda alimenta.

ſtat, qua Brandenb. marchiones primariarum precum iura in ſuae prouinciae limitibus exercent; non Imperatores COCCEIVS *c. 22. I. P. §. 7. p. 383.* Ne duplici onere grauentur marchiae epiſcopatus. Fluere mihi ex eodem iure alia uidentur. Commendationes emeritorum in militia (die *PANIS-BRIEFFE*): *ANNATAE*, quas, ſacrae militiae cauſa, ipſe pontifex Romanus inſtituiſſe reperitur. *QVARTA* pauperum, ex feudis eccleſiaſticis. Inde milites, qui cultum et uictum inde acceperant, quartarii audiuerunt. Verum haec cura *regni Boruſſici* HEREDEM nunc tangit, ut cogitet de *VALETVDINARIO EMERITORVM*, gloriae et pietatis pleniſſimo inſtituto.

Plures comites marchiae uaſalli.

(y) De *principibus Venedorum*, marchiae clientibus, ſcriptum eſt *cap.* VIII. §. 3. *p.* 255. & *cap.* X. §. 7. *p.* 264. In annalibus etiam occurrunt comites *Rupinenſes*; *Landsbergenſes*; *Wernigrodani*; *Falkenſteinenſes* (qui eapropter ſubſtituti S. R. I. camerarii fuerant); *Gronuicnii* aliique. Conferantur haec cum diplomate cap. IV. §. 3. p. 236. cap. I. recitato. Eo enim tempore an. 1196. ſtylus curiae Brandenburgicae fuit: *omnibus ſubinfeudatis illuſtribus COMITIBVS*. Et in alia formula: *uolumus hoc in omnibus COMITATIBVS, ad marchiam noſtram pertinentibus.*

Coloniae marchiae.

(z) Cum Marchia ſedes *Venedorum* fuerit, quorum mores ac lingua prorſus a Germanis abhorrent (cap. X. §. 10. p. 268.): qui factum ſit, dices, Marchiam barbaros Venedorum ritus cum cultioribus Germanorum ita commutauiſſe, ut hodie ueſtigium illorum uix ſupereſſe, uideatur. Verum cognoſcitur hoc ex HELMOLDO *lib. I. c.* 57. et 88. et plenius longe ex HAFTITIO, adhuc inedito ſcriptore *p.* 68. *ſq.* qui teſtantur: *Albertum urſum Marchionem Hollandos; Selandos; Flandros*; (inde dialectum noſtri hodieque habent, Belgicae uicinum) *Sueuos etiam & Francos in Marchiam deduxiſſe.* Ex quo tempore uites ac uineta, ex Rhenenſi prouincia in marchiam uenerunt, maioribus ante noſtris magis peregrina, quam noſtris nunc hortis gingiber et piper. Inde feuda marchiae non oblata eſſe, uerum data aduenis nobis den *Schulenburgen*: *Bredowen*: *Arnhemern*: *Aſſeburgern*, pluribusque, quos nominat HAFTITIVS; ut adeo Longobardicorum feudorum naturam marchica omni iure habere uideantur. Inde forte illuſtriſſimo ſcriptori, RHETIO, prodita diſtinctio uenit *der geſchloſſenen und nicht geſchloſſenen von Adel*. In illo genere oblata repoſuero: in hoc data et acquiſita.

Liberi teloniorum quaeſtus.

(a) Vectigalia per uniuerſum imperium Imperatorem habuiſſe, male congruit formae ac monumentis medii aeui. Confundunt iterum doctores iura in domanio Rhenenſi, et ducatibus Germaniae. Inter territorialia iura omni tempore fuit quaeſtus ex teloniis. Quamuis autem pactis poſtea conuenerint ordines, de uectigalibus nequa inſtituendis, inconſulto imperio: notum tamen et pluribus ſcriptoribus teſtatum eſt, *Brandeburgicum marchionem* in utroque libera et nullis legibus adſtricta iura ſemper retinuiſſe.

Marchica iura ſingularia ſunt.

(b) A Saxonico iure marchiam et nunc abhorrere et olim abhorruiſſe, manifeſtum eſt. In diplomate ann. 1196. formula habetur: *ſecundum ritum & IVS MARCHIAE ſtatuatur ſententia legitima.* De hodierno rerum ſtatu nemo dubitat, neque ipſe *Saxoniae elector*, qui uicariatum ſe exercere dicit in regionibus, Saxonico iure uiuentibus, aliiſque. Ne quis inde Brandenburgicum marchionatum excepiſſe, uideatur. Viderint ergo alii, num uera adferat *A. Balla*: *Germaniam duplici tantum iure uti*: *uiderint* etiam, quo talo uicariatus ſteterint, ſi bacilli cauſa unice nitantur. ICti marchiae ſunt *Prukmannus*; *Coeppen*; *Mullerus*; *Scheplizius*. Vellem etiam, de *Brandeburgico Scabinatu* aliquid dicere poſſem, cuius auctoritas hodieque ſatis uiget. Nullum dubium eſt, Academici i. e. Romani iuris doctores priſtinis etiam marchiae conſuetudinibus aliam formam induxiſſe.

Marchionum in alienando facultas.

(c) Plura habeo, quae hic commentari uellem: ſed temporis et ſchedae ſpatio excludor. Commendo duobus uerbis loca apud CVREVM *p.* 37. MEIBOMIVM *tom. II. rer. Germ. p.* 417. et in *codice iuris gentium p.* 250. unde patebit: Brandeburgenſem marchionem ſuae prouinciae *proprietatem* (*zum Eigenthum*) habuiſſe, atque ut diploma habet, *liberrimam poteſtatem uendendi, donandi, commutandi, quicquid exinde ſibi placuerit, faciendi.* Idem fere, quam conceſſum eſſe, ſcribunt principibus *AVSTRIACIS*.

ILLVSTRISSIMO IVVENI AC DOMINO,

PHILIPPO COMITI AB ARCV

IOH. PETR. LVDWIG

S. P. D.

N*On ſperare, ſed prorſus confidere, poſſum, fore, ut rectiores publici praecipue iuris doctrinae, et* TIBI *utilitatem adferant et olim* TECVM *reipublicae. Vix annum apud nos exegiſti, ſed in tanto literarum ſtudio, ut in ſapientiae curſu ſtadium abſolueris, quod multi integris luſtris non conficiunt. Non* TIBI *ſufficit, nullum diem ſine linea abire: omnis momenti rationem babes. Neque ſatis* TIBI *ſunt diurni labores, auſcultando, ſcribendo, lectitando, diſtincti; quin etiam nocti uigiliae* TVAE *ſurripiant, quae rerum natura ſomno dedit et animo, curis uacuo. Summatim non ſtimulis opus eſt induſtriae* TVAE, *ſponte currenti; ſed freno, cum in nimietate pecces et corporis animique uires atteras atque excrucies, ultra quam par eſſe et ipſe ſentis et naturae periti magiſtri. Nunc in arenam etiam ad literatum conflictum prodire nihil dubitas, ne togatus miles ullum officii genus ſubterfugiſſe, uideare. Cauſae argumentum ipſe elegiſti, ad doctrinae meae rationes tractatum. Neque enim omnia haec uel mea ſunt, uel* TVA: *cum alter alterum ſuo ſtudio adiuuerit et ſubleuarit. Academici enim muneris ratio ſludiis meis tanta impeditio fuit, ut fere dubitem, in uitae meae curriculo hunc annum numerare, quem inter fori ſtrepitus arbitror, me perdidiſſe. Atque hac cauſa maioris feci induſtriam tuam, in locis et auctoribus perquirendis, inueſtigandis, conſcribendis atque nouis quandoque ſuggerendis argumentis mihi probatam: ut, quod* TVVM *eſt, nemo ſine plagii nota mihi obtrudere queat. Quas lucubrationes* TVAS, *qui cum illuſtriſſima gente tua contuleris, ille raras ac tantum non inſolentes eas habebit, ut ab hoc cultu ipſae literae dignitatem accipere uideantur. Nam Boici et Auſtriaci annales* TVAM *familiam pro palmite habent uetuſtiſſimae Agilolforum ſtirpis; unde Boioariae principes deſcendiſſe, gloriae illius domus dare ſolent integerrimi ſcriptores. Sed haec* TV *occultare et diſſimulare ſoles, ne aliena magis, quam propria uirtute uiuere uideare. Vale et fortunis utere, induſtria et probitate* TVA *dignis.*

OPVSCVLVM V.

ARAVSIO
SVPREMO IMPERIO
VINDICATA
CONTRA
CASSANVM ET PVTEANVM
ADSERTORES GALLOS

Menſe Maio cIↃIↃccII.

§. I.

Cauſa et ratio inſtituti.

QVi DEVS, cuius numini parent omnia, fortunam BRANDEBVRGICAM ſuperiori ſeculo rexit, uariisque rerum acceſſionibus praepotentem domum auxit amplificauitque: illius fato conſtitutum eſſe, cognoſcimus, ut nedum intra priſtinos uirium limites illa ſubſiſtat; ſed *noui* temporum curſus ulteriora etiam PIISSIMO PRINCIPI adferant incrementa: Docemur benignitatem diuinam felicitate auſpiciorum; quibus nouiſſima recentioris aeui exordia in faſtis BRENNO-BORVSSICIS inſigniuntur. Vix dum, ac ne *uix* quidem ſeculum

§. I. II.

lum decimum ſeptimum *exiimus:* et re-
gale BORVSSIAE diadema BRANDEBVR-
GICAE genti illatum fuit, DEO largito-
re; plaudente orbe; Caeſare ac potiſſimis
Europae principibus gratulationis officia
nouo REGI, decore ac ſolennibus uerbis,
exſoluentibus. Iam *alter* annus teri coe-
ptus eſt: quo *plurium* Europae *prouincia-
rum* hereditas, *ſanguinis* iure et pluribus
cauſis aliis ad regem noſtrum fuit deuo-
luta. *Auriaco* principatu: *Lingae*; *Moer-
ſiae*; *Bubrae*; *Leerdami* comitatibus: *Veh-
rae*; *Vliſſingae* marchiis: *Arlaiae*, *Bredae-
que* dynaſtiis titulos REGIS noſtri atque
ditiones iterum cumulatas fuiſſe, REGNI-
QVE PORVSSICI robur per nouas pro-
uinciarum acceſſiones prouectum in ma-
ius, firmatumque: id ex publico litera-
rum uſu intelligimus. Exigit igitur pie-
tas in benigniſſimum REGEM, ut inſignes
acceſſus non ſolum laeto animo, quod o-
mnium bonorum eſt, gratulemur: ſed et-
iam nos, qui ſacris litterarum operamur,
omni ſtudio in id incumbamus, ut, ſi quid
ad *dignitatem* iurium principis ac nutri-
toris noſtri conferre poſſimus, id, quan-
tum in uiribus eſt, praeſtare annitamur.
AVRIACVM principatum (*) *ſupremo do-
minio uindicare*, noſtri nunc inſtituti eſt.
Partim, quod argumentum haec tempo-
ra poſtulent: partim, quod ſcriptorum
Gallicorum adparatu, unde haec fere re-
petenda ſunt, inſtructi, ad hanc operam ac-
cedere poſſimus. In Belgico enim itine-
re, quod, pacificationis ergo, tum Riſui-
ci inſtitutae, ſuſcepimus, e uariis maxi-
morum uirorum bibliothecis congeſſimus
materiam, CASSANI atque PVTEANI,
Gallicorum ſcriptorum contrariis ſenten-
tiis non fruſtra forte in hac cauſa obiici-
endam. Ceterum hanc fidem meam te-
ſtor, me *priuato* nomine ueritatem hic
profiteri, atque *indicis* magis, quam *iudi-
cis*, quae proteruia a nobis in re tanti
momenti omnino abſit, officio defunctu-
rum eſſe. Deum ueneror, ut adſit di-
cendis.

Nomen Auriacum

§. II. *Auriaco* principatui ab *urbe* eius-
dem adpellationis, nomen eſt, a diuerſis
A auctoribus diuerſimode enunciatum. PTO-
LEMAEVS (a) Ἀραυσίων legit: ἀραυσίων enim,
quod in nonnullis exemplaribus habe-
tur, inter amanuenſium errores refertur.
Ab hoc STRABO (b), qui Ἀραυσίων ſcri-
bit, unica litera differt. Latini Geogra-
phi fere omnes *Arauſionem* dicunt. Ita
quippe PLINIVS (c); MELA (d); SIDO-
NIVS (e); NOTITIA S. R. I. (f), alii-
que e ueteribus. Verum ſequioris aeui
B ſcriptores in alias atque alias formas uo-
cem torquent. *Auraſio* aliquibus placet:
pluribus *Auriacum*: *Araſio* etiam non-
nullis. In Francica deinde lingua alii *Au-
range*; alii *Ourange*; plurimi *Orenge* red-
dunt. Inde recentiores quoque ſcripto-
res latini *Aurantium*; *Auruntum*, *Aurun-
tium*, ut habet uetuſtus biographus Ca-
roli M. Caeſaris apud LAMBECIVM (*),
porro *Orengiam*; *Orantiam* idem uoca-
C bulum efferunt. Ceterum in antiquiſſi-
mi nominis ortu auctores non minus ua-
riant: quorum aliqui ad ineptias pueriles
dilabuntur. Alii quippe regionem *Au-
riacam* ab *auro* dictam eſſe, uolunt, Gram-
maticae magis, quam naturae rationibus,
ubi enim *auriferi* hic montes? ad ita ſen-
tiendum inducti. Hinc LIGVRINVS (g)
poeta *Chryſopoli* notat *Arauſionem*. Qui-
bus non meliores ſunt, qui a *malis aureis*,
D quae ob uentorum impetuoſitatem in *Au-
riacis* maturare nequeant, *Orenge* ironice
nominatum eſſe perhibent; argumento
prouerbii: *a Orenge il ny a point des O-
renges* (h). Alii celticum uocabulum
Orage, quod *uentum* notat, huc trahunt,
qui in Arauſionenſi tractu uehementius
ac alibi ſpiret (i). Simili fere coniectu-
ra *aurae* nomen adhibent quaſi *Auraſio*
urbs *procelloſa* dicta fuerit (l). Quod ue-
E teres diphthongum *au* ſaepius cum ſim-
plici litera *a* confudiſſe, reperiantur. Hoc
enim poſt alios SALMASIVS (m), ex-
emplo *Aguſti* pro *Auguſti*, SPEELMAN-
NVS deinde, WENDELINVS, FRESNEVS
et *lexicographi* plures ex antiquis docu-
mentis oſtendunt. SCHRIECKIVS (n),
in *Arare* fluuio, qui Celtis *Aram* dictus
ſit, unde terminari facile potuerit *Arauſio*,
non

§. I. II.

(*) Lucubratio haec non fruſtra poſt diem *XXIIX. Maii* dilata fuit. Quod hac luce in publi-
cis faſtis memoria *S. Vilelmi* celebretur. Qui conditor primus fuit ſummorum iurium in *Arauſiaco*
principatu. Quod infra explicatum eſt. (a) Lib. II. Geograph. c. 10. (b) Lib. IV. Geo-
graph. p. 506. (c) Lib. III. hiſtor. nat. c. 4. (d) Lib. II. Geogr. c. 5. (e) Lib. VI. epi-
ſtol. 12. (f) Itinerario Antonini addita p. 130. edit. Scholt. (*) In *Bibliotheca Vindobon. lib.
II. cap. 5. p. 368.* qui ita ſcribit: *Karlus regionem* prouinciae *ingrediens*, *fugo ducem* AVRONTO.
Ad quem locum in margine addit interpres: *Fugato ducem*, pro, *fugato duce*. Quae ratio loquen-
di Latinobarbara paſſim occurrit in hiſce annalibus. *Auruntum* uero ſiue *Auruntum* eadem urbs, quae
alias *Arauſio*. Apud PITHOEVM et FREHERVM: *fugato duce prouinciae* AVRONTO mendoſe
legitur *fugato duce* MAVRORVM falſitatem enim huius lectionis etiam ſine adminiculo codicis MSCti
Caeſarei ſatis manifeſte indicant ſequentia uerba. *Qui dudum Saracenor p*[illegible]*lum inuitauerat*. Recte
uidelicet hinc colligitur, praecedentibus uerbis non de duce aliquo *Maurorum*, qui ſine dubio ipſe
Saracenus fuiſſet: ſed de perfido quodam Chriſtiano duce *Arauſionenſi* actum eſſe. Imo principatu
ob perfidiam ille fuit exutus, nouusque princeps factus *Auriacus*, Guilielmus ſcilicet Cornetanus.
(g) Verſo: *Has tibi metropoles* &c. (h) Iodocus SINCERVS in Itinerar. Gall. *p.* 253. (i) *Are-
latum uariis obnoxia uentis*, *Chryſopolin* &c. iterum uerſus ſunt GVNTHERI, poetae modo laudati.
(l) Ioſeph de la PISE en ſon hiſtoire d' Orenge p. 4. (m) In animadu. ad Solinum p. 1020. (n)
In antiquitat. Belgic.

(o)

§. II. III.

non leue argumentum ſuae originationis ſibi conſecutus eſſe, uidetur. Vnde etiam MARCHIANVS (o), exiſtimat: *Auriacos* et *Aurecomicos* eundem populum conſtituiſſe, uocibus uſu uulgi diuturno corruptis. Et uero quando *Are*latum: *Are*comicum: *Ara*rem fluuium: *Ar*duennam ſyluam: *Ar*dyenſem populum: *Ar*auſionem denique, cuncta nomina ab *ar* incipientia, in uno fere eodemque tractu offendo: uix aliter exiſtimare poſſum, quam omnes has uoces uni quondam genti originem ortumque debuiſſe. *Terrae* filios primi forſitan incolae ſe dixerunt die *Erdner* ſiue *Erer*. Nam *e* in *a* frequentiſſime mutatum eſſe, infinita fere exempla neminem dubitare ſinunt. Inde *terra* et *ara*, *aratrum*, *area* earundem natalium uoces et in uernacula agricolarum dialectus eſt, qua hodienum *terram*, die *Arde* pro *Erde* enunciant. Habemus ergo *Ardenar*, ſiue *Ararios*: unde *Araris* et *Arauſio*, quae ultima terminatio *Maſſilienſium Francorum* eſt, facile deriuari poterit. Vt adeo *Arauſii* iidem nobis ſint ac *terrae filii*: *Arauſio* uero urbs ab hiſce incolis ſuis denominata.

Arauſini populi dignitas.

§. III. Vnde illud nunc prona conſecutione deduci poſſe, exiſtimo: *Arauſionem* in uetuſtiſſimis etiam temporibus *primariam* gentis uniuerſae ciuitatem, ceterarumque urbium *metropolin* fuiſſe. In ueteri enim R. I. NOTITIA (p), *ciuitas Arauſinorum* κατ᾽ ἐξοχὴν dicitur: quod dignum aduerſione eſt, cum et urbis et gentis autoritas hinc non obſcure colligi atque expendi poſſit. Inde eſt, quod Cauarum *prima* habeatur Arauſio (q), et pleriſque Galliae Narbonenſis urbibus ſemper praelata fuerit (r), Ipſi etiam Romani *Arauſionem Secundanorum* ſcripſerunt (s), ut conſtet, quo legionum ordine dynaſtiam et illi habuerint. Quid? quod ſtupenda opera, a Romanis in *Auriaca* regione condita perfectaque, luculentiora adhuc teſtimonia dent, Arauſionis prae aliis caſtris per eosdem cohoneſtatae. *Porta triumphalis*: *amphitheatrum*: *aquae ductus*, ingenti ſumtu adparatuque excitata monumenta, ſpectatores hodieque in admirationem rapiunt, quod palmam iis, quae in Italia ſuperſunt, praeripere uideantur. Quo elogio *Iſaacus* PONTANVS (t); *Ioſephus* de la PISE (u); *Iodocus* SINCERVS (x), aliique ea ſunt dignati Non ergo ſine conſilio quodam prouidentis Numiois ſactum eſſe, exiſtimamus: ut

A *Arauſini*, conculcata dignitate ſua, a *Romanis* primum; deinde a *Burgundionibus*; demum a *Francis*: tandem *Caroli M.* aeuo, priſtinae libertatis atque *ſupremi dominii* iuribus, ueluti poſtliminio, ob cauſas mox indicandas, fuerint reſtituti, ut *ſupremo imperio* rectores eorundem, hodieque uti uideamus. Atque hoc idem illud eſt, quod ſuſcepimus nos, ex inſtituto nunc comprobare.

§. III. IV.

Adſeritur SVMMVM IMPERIVM *Arauſinis* (1) EXEMTIONE *Caroli M. circa an.* 790.

B §. IV. *Saraceni*, quos hodie Turcarum nomine adpellamus, ſeculo *octauo*, poſt *piratica* bella in mediterraneo mari facta, ipſas demum Galliae regiones in tractu *Narbonenſi* inuaſerunt. Eo tum progreſſi fuerant barbari hoſtes, ut fiduciam ſumerent, incendio, rapinis, ſpoliis, ſeruitutibus ac caedibus afflictas prouincias ſui prorſus iuris faciendi. Occupauerant iam eo animo *Rhodani* confinia usque ad limi-C tes *Arauſinorum*. Carolus M. quod bellis extra Galliam eſſet diſtentus, coercere effrenem hoſtem nequiuit. Obtulit igitur regionem cum ſupremo iure, quotusquisque eam eripuerit Saracenis. Colligit uires unus e proceribus iſtius terrae, GVILIELMVS, cognomento *Cornetanus*, lectoque milite Chriſtiano, ſoſidum atque tot ſpoliis ſuperbientem populum, magna in Chriſtum adiutorem fiducia concepta, D inuadit; profligat; omnique Narbonenſi Gallia eiicit: regione incolis Chriſtianis per hunc iterum uindicata. Lactus de tanta ſuorum uictoria Carolus M. recipit prouincias omnes ad Rhodanum: factae autem pollicitationis memor, *Arauſinum* tractum cum *ſupremo* iure transfert in *Vilelmum Cornetanum*, principatus noſtri optimum conditorem. Atque hoc demum ordine *Arauſio* Galliae dominio *exempta*, E ſuique iuris effecta eſt: dignitate hac a fortiſſimis principatus huius *rectoribus* ad haec tempora usque, contra aduerſarios quosque, defenſa ſtrenue, propugnataque. Verum teſtes nunc laudabimus de VILELMO, non Arauſinis addictos, ſed uel antiquos ſatis, uel recentiores Gallos. Ita enim fiet, ut non ſolum partium ſtudii ſuſpicio omnis abſit: ſed etiam per teſtes *Gallos* poſtulata *Gallorum*, in ſupre-F mum principatus huius dominium, firmius euertere poſſimus. *Iohannes* cognomento ITALVS (y), ſeculi IX. ſcriptor, *Vilelmum comitem robuſtiſſimum* dicit, qui SVO IVRE *Gothiam rexerit*. Clarius loqui is auctor non potuiſſet: cum SVO et *alieno*, hoc eſt, *clientelari* iure regere, ex nume-

Teſtimonia 2] *ueterum.*

Iohan. Italus

(o) Andreas du CHESNE en ſon Antiquites des uilles de la France Liu. V. chap. VIII. p. 20?. (p) Hieronymo SVRITA editore p. 130. (q) Loci huius nos admonente Chriſtophoro CELLARIO, ueteris Geographiae induſtrio ac erudito indagatore. (r) Guilielmo PARADINO teſte cap. XV. de ſtatu Burgundiae p. 306. (s) Ioach. VADIANVS in not. ad *Melam. lib. II. p.* 230. (t) In appendice ad Itinerar. Gall. Narbonenſis. (u) Summo ſtudio eius generis monumenta, in ſupra laudato opere pleniſſime deſcripſit: quae etiam aeri eleganter inciſa exhibet. (x) In Itinerar. Gall. p. 254. cui deſcriptionem inſerit ab alio ei communicatam. (y) Extat in *Bibliotheca Cluniacenſi* a Martino *Marriero* edita p. 16.

(z) In

§. IV.

numero illorum ſint, quae ſibi directo *opponuntur*. Non ergo *clientem* aut *beneficiarium* Galliae, quem nos, uocabulo artis, *uaſallum* adpellamus, egit noſter; ſed *ſui iuris*, quod ITALVS ſcribit, in principatu *Arauſino* fuit.

Petr. de Natalibus.

Petrus de NATALIBVS (z), Epiſcopus *Equilinus* bella Vilelmi plenius quodammodo his uerbis prodit: *Guilielmus confeſſor, dux Aquitaniae et Prouinciae, patre Theodorico conſule, matre Aldana, inclyta proſapia duces, ſub rege Carolo M. ſtrenue militauit, eiusque regni* PRINCIPATVM *tenuit, ſanctitate praeclarus. Cum autem Saraceni partes Aquitaniae inuaſiſſent, eos uiriliter debellauit, atque Septimaniae poſſeſſione potenter deiecit.* Idem Vilelmus, uitae innocentia admodum inſignis, cum coenobita mortuus fuiſſet, pontifici ſummo mereri eſt uiſus, ut in numerum *Sanctorum* referretur, cuius memoria in faſtis Chriſtianorum *V. Calendarum Iunii* hodieque quotannis celebratur. Quid? quod imitatores eius in ſectam *Guilelmiſtarum* iuerint, cuius ſocii in Bohemia atque Saxonia diu floruiſſe dicuntur.

S. Odilonis.

S. ODILO (a), Abbas Cluniacenſis, auctor ſeculi X. Wilhelmum noſtrum ILLVSTRISSIMVM *uirum et Chriſtianiſſimum* PRINCIPEM, non paruis elogiis ſalutat, qui et ipſi tituli *uaſallorum* dignitatem ſuperare uidentur. Verba eius haec ſunt; *Imminente tempore illo, quo ab Hiſpaniae finibus ebulliens Saracenorum multitudo per iter nauale ad terminos usque Italiae ac Prouinciae peruenit, monaſteria, urbes, uicos, uillas depopulans, beatiſſimum patrem Maiolum coepit ac uinculis allegauit. Ille hinc abſolutus, perditionis Saracenorum occaſio fuit. Sicut uero poſt paſſionem Chriſti, Iudaei a ſuis exulati: ita poſt captionem Maioli*, o ſtultum et impium figurae genus! *Saraceni a finibus Chriſtianorum ſunt expulſi. Et ſicut per Titum et Veſpaſianum Dominus a Iudaeis uindictam exercuit: ita per* Wilhelmum illuſtriſſimum *uirum et* Chriſtianiſſimum principem, *meritis beati Maioli, iugum Saracenorum ab humeris Chriſtianorum depoſuit. Et multa terrarum ſpatia, ab iis iniuſte poſſeſſa, ab eorum tyrannica dominatione potenti uirtute eripuit.*

Petri Veneti.

Praeterea *Petrus* VENETVS (b) eandem uictoriae laudem tribuit *Vilhelmo*.

Orderici Vitalis.

Omnium autem pleniſſime res a Vilelmo Arauſino principe geſtas *Ordericus* VITALIS (c) *Vticenſis* monachus, qui ſeculo XII. uixit, perſecutus eſt. Qui *aſſertae* per ipſum *Arauſionis* expreſſe mentionem fecit: monachum etiam factum, *Comitatibus* filios *Bernbardum* et *Guilielmum* praefeciſſe, idem ſcripſit. Neminem autem illud impedire debet; quod Vilelmus ab aliis *Prouinciae*: *Gothae*, id eſt Languedockiae ab aliis: a nonnullis *Arauſinorum* dux uocetur. Nam quae *muneris* cauſa geſſit, ab aliis ſeiungi debent, quae iure *patrimoniali* ac proprio habuit poſſeditque. *Dux* igitur fuit *Languedockiae* et *Aquitaniae* non *ſuo* iure, ſed qua Pipini ac Caroli M. *adminiſter*; quo nomine etiam *Prouinciae* Comitatum idem rexit; utraque cauſa *ſtipendiarius* Regum Francorum: *Arauſionis* uero a reliqua Gallia tum auulſae et *dominium* exercuit & ſupremum imperium, *ſua* auctoritate, non *aliena*. Inde etiam illud intelligi poteſt, quare nunc *dux*; mox *Comes*; iterum *princeps* unus ac idem audiat *Vilelmus*, Haec enim omnia pro munerum ac patrimonii diuerſitate uera ſunt; quamuis in aliis caſibus *Antonius Didacus* ALTESERRA (d) probet: *ducis, comitis* ac *principis* nomina tituloſque ſaepius inuicem commixtos fuiſſe.

b] recentiores teſtes.

Sed *recentiores* auctores Gallos nunc etiam de *Guilielmo* noſtro conſulemus. Sunt enim monachi, antiqui ſcriptores in portentis, miraculis, uitae integritate aliiſque rebus, de *Vilelmo* recenſendis, magis occupati, quam in rebus politicis et huius ſeculi fortunas concernentibus, quas, nimiae pietatis obtentu, ut profanas uel ultro neglexerunt, uel maximam partem ignorarunt. Inter omnes uero optime de Guilielmo meritus eſt

Guillaume de Catel.

Guillaume de CATEL (c) auctor luculentus et magnae fidei. Is enim plura coenobiorum monumenta adducit; quae hactenus recenſitam de *Arauſionenſi* principatu ſententiam confirmant: ſed etiam tumulum atque imaginem *Guilielmi* conditoris is refert, his uerbis inſcriptum: GVILIELMVS DEI GRATIA COMES ARAVSIONENSIS. Vt adeo in re, publicis atque ſolennibus monumentis ſtabilita firmataque, nemo ſincerus dubitare poſſit. Adprobat ſuo calculo eundem ſcriptorem *Pierre de* MARCA (f) a ſanctioribus *Gall. Regi conſiliis*, *qui inquit*: *Le Guillaume eſt le ſuiect des anciens Romains du Connetable Guillaume au Court-nés d'ou l'on tire l'origine de la maiſon d'Orenge et des Cornets, qui ſont en leurs armes.*

Guillaume Paradin.

Idem facit *Guillaume* PARADIN (g), cuius uerba ſunt: *Les Annales de Gilles racontent, que lors eſtoit Conneſtable de France, Guillaume au court-nez, qui, au retour de ce uoyage, paſſant Charlemaigne par le Languedoc, conquiſt ceſtuy Guillaume la cité d'*

(z) In catalogo Sanctorum *Lib. V. cap. 41. p. m. 97. edit. Lugdun. 1514. f.* (a) In uita *S. Maioli p. m. 289.* Habetur in Bibliotheca *Cluniacenſi*, modo a nobis laudata. (b) In *Catalogo Sanctor.* lib. V. c. 6. (c) *Lib. VI.* Hiſtoriae eccleſiaſticae *p. m. 598. 999.* in ſcriptores rer. Normannicarum a *Cheſneo* editus *Pariſ.* 1619. f. (d) *Lib. III. cap. 5.* de ducibus et comitib. Prouincialib. p. 224. (e) En ſon Hiſtoire de Tholouſe *Liu. V. c. 9.* edit. *Toloſae 1633. f.* (f) En Hiſtoire de Bearn *Liu. IX. chap. 2. §. 5. p. 686.* (g) En ſes Annales de Bourgogne *Liu. I p. m. 96.*

(h) En

§. IV. V.

té d' Orenges, lors encores tenue et occupée par le Sarrazins. Et de ceſtuy ſont uenus Princes d' Orenges, qui, pour le ſur nom de Guillaume au cour-néz, portent en leurs armes un cornet. Ceſte principauté à de long temps perſeueré en la riche maiſon de Chalon et jusques à Philibert de Chalon fils de Iean, lequel Philipert de Chalon, fut tué au ſiege de Florence, eſtant lieutenant general de l' Empereur Charle cinquieſme. En ceſtuy eſt finie la noble et antique race de la maiſon de Chalon, qui n'ont ſeulement obtenu la principauté d' Orenges, mais auſſi les Comtés d' AVCERRE, *de* TONNERE; *de* IOINGNY; *de* CHALON *et une infinité d' autres grandes et riches ſeigneries.* Qui in aliis a Paradino abeunt; illi tamen in *conditore Arauſini* principatus cum eodem conſentiunt.

Noſtradamus.

Caeſar de NOSTRADAMVS (h): *Quant à ce Guillaume Prince d' Orenge, il faut ſçauoir, qu'il y auoit du temps de Charlemagne un Guillaume au Cournéz, lequel conquis la cité d' Orenge, tenue et occupée des Sarazins, duquel ſont uenus les Princes d' Orenge, qui par le ſurnom du Cour-nez portent en leurs armes le cornet.* Vt alios plures praeteream *François de* BELLEFOREST (i), hiſtoriographum regium: *Nicolaum* GILLES (l), Galliae Regi a ſecretis; FAVCHETVM (m), praeſidem regium; RVBISIVM (n), denique ac ceteros auctores Gallos, qui idem confitentur. Exterorum teſtimoniis, hactenus allatis, nunc domeſticum auctorem annectere in hac cauſa liceat: per ea, quae hucusque congeſſimus, ſatis corroboratum.

la Piſe.

Ioſephus de la PISE (o), Seigneur de *Maucoil*, qui de *Auriacis* ex inſtituto ſcripſit, non ex ſuo ingenio, ſed ex ueterum monumentorum fide (p), ita de *Guilielmo* traditum reliquit: *L' Empereur*, Carolum M. uult, *voulant recompencer un tant notable ſeruice du fruit de ſes uictoires, luy donne la uille d' Orenge et le pays qu'il auoit conqueſté enuirons, en proprieté de fonds auec toute iurisdiction; et à ces grantes dignités, que ſa uertu luy auoit parauant acquiſes il' adiouſte maintenant celle de Prince d Orenge pour en iouir comme de pays de conqueſte auec toute autorité* SOVVERAINE.

Ius ſupremum in Arauſinos Vilelmo adſcribitur contra aduerſarios.

§. V. Ne tamen aliquid in hac cauſa diffiteamur; ſunt aliqui inter ſcriptores, qui, quamuis *Arauſionem* Vilielmo noſtro a Carolo M. donatam fuiſſe largiantur: *ius ſupremum* tamen ab eodem Caeſare eidem conceſſum, partim in dubium uocant:

A partim etiam expreſſis uerbis idem negare audent. Vident enim hi auctores, fieri uix poſſe; ut *Galliae regibus imperium* in Arauſinos *hodieque* uindicetur; ſi hoc concedatur, Arauſinum *Principatum* priuilegio Caroli M. a reliqua Gallia ſeculo *octauo* auulſum *ſuique iuris* effectum fuiſſe. Malunt ergo ueritati callum obducere; quam declaratione eius, aulae Gallicae inuidiam ſibi contrahere. Condonandus

B ob hanc cauſam *Iacques de* CASSAN (q), quondam Galliae Regi a conſiliis, qui in gratiam principis ſui, de *Vilelmo* noſtro ita ſentit: *il chaſſa les Saraſins d' Orange, print la uille et la remit à l' obeyſſance du Roy. C' eſt pourquoy en recognoiſſance de ſa ualeur et de ſes grands ſeruices Charlemagne luy donna la uille d' Orenge, a condition, que tant luy, que ſes ſucceſſeurs à l' aduenir la tiendroient à foy et homma-*

a] qui auctoribus deſtituuntur.

C *ge de la Couronne de France.* Sed hic genius eſt cum *Caſſani*, tum plurium aliorum ex Gallis, ut, re ipſa obiter perſpecta, ceteras eius circumſtantias ex ſuo ingenio ad ſeculi captum ac ſenſum principis ſui fingant, nulla reuerentia habita uetuſtorum monumentorum. Ecquis enim *Caſſanum* docuit; Carolum M. ea *lege* Arauſionem *Vilelmo* Cornetano donaſſe, ut *clientelari* obſequio Galliae regibus

D fidem et ipſe et ſucceſſores adſtringerent? Hanc fidem meam teſtor; nullum antiquum ſcriptorem *clientelae* huius unquam mentionem feciſſe. Recentiorum uero placita in re tantae uetuſtatis inepte adducuntur. In lubrico enim fundamento ſtarent hiſtoricae ueritates ac ſummorum principum iura; ſi a calami procacitate cuiusuis ſcriptoris penderent, de rebus ante mille annos geſtis, nullo idoneo teſte

E laudato, proterue differentis. Quid? quod cum in *poſſeſſione* ſuprematus ſint Principes Auriaci; omne onus, contrarium docendi, aduerſae parti incumbat. Vt in defectu genuini documenti, quo hoſtilia argumenta laborant, Auriaco *potentatui* omnino praeſidium quaerere poſſimus.

b] uetuſtis ſcriptoribus obloquantur.

§. VI. Verum enimuero liberales erimus in ueritate aſſerenda, quam tanta optimorum argumentorum fide licet con-

F tueri. Principio *Iohannis* cognomento ITALI (r), uetuſtiſſimi ac ſupra a nobis celebrati ſcriptoris, auctoritas maxima eſt, cuius uerba expreſſa ſunt: *Wilhelmus robuſtiſſimus Comes, qui* SVO IVRE *tenuit* regiones. *Suo* autem *iure* dominia *tenere*

eum

(h) En ſon Hiſtoire de Prouenee *Part. II. p. m.* 166. (i) En ſes Grandes Annales de France Liu. II. chap. X. p. m. 166. (l) En ſa Chronique de France p. m. 301. (m) En ſes Antiquitez Gauloiſes *Liu. II. chap.* 26. (n) En ſon Hiſtoire de Lyon *Liu.* III. *p.* 310. (o) En ſon Hiſtoire des Prinees et Principauté d' Orenge *Part. I. p.* 32. (p) Auctorem *uitae S. Guilielmi et Sautorale* collegii Dominieanorum Tholoſae quem utrumque codieem MSC. *Piſias* laudat. Monumenta aliis quoque ſcriptoribus uiſa: quae hodieque in iſtis locis ſuperſunt. (q) En ſa Recherche des droits du Roy et de la couronne de France ſur les Royaumes, Duchez, Comtez. *Liu.* II. *chap.* 2. *p. m.* 770. *edit. Pariſ.* 1646. (r) Habetur idem auctor praeter *Bibliothecam Cluniacenſem*, quod p. 11. diximus, apud SVRIVM tom. VI. d. 18. Nou. Sed contractior aliquantum et longe alio, quam auctor ipſe ſcripſit, ſtylo.

(s) En

§. VI

eum dicimus, qui *ſui iuris* eſt, qui *ſum-*
mam rerum tenet, qui *ſupremo imperio* gau-
det, quod Galli *potentatus* aut *ſuprematus*
nomine reddunt *la Souuerameté*. Equi-
dem ampliora *Vilelmi* Cornetani dominia
idem facit, quam terminos Arauſini prin-
cipatus hodie circumſcribi, uidemus: ſed
dummodo rem ipſam teneamus, de limi-
tibus forte facilior erit conuentio. De-
inde etiam uerba *tumuli*, ſupra e CATE-
LIO (s), allata, principi noſtro *ſuprema-*
tum, non leuiori firmamento, adſerere
exiſtimo. WILHELMVS DEI GRATIA
COMES, is etiamnum inſcriptus in coeno-
bio *Gellonenſi* ſeu Wilhelmiano reperitur.
Rationem huius tituli pendere ex uicaria po-
poteſtate, quam Dei nomine in hisce terris
gerant principes, adeo ut ſoli Deo nulli ho-
minum obnoxios ſe eſſe, profiteantur, diſſe-
runt Ioh. Chriſt. BECMANNVS (t), et GEIS-
LERVS (u): ut adeo *indubius* inde ſumi poſ-
ſe uideatur *character ſupremae* a Deo *po-*
teſtatis, qua uſus fuerit Guilielmus, con-
ditor principatus Arauſinorum. Equidem
Ant. Dadinus ALTESERRA (x), exempla
clientelarium etiam principum adfert, qui
Dei gratia elogiis uſi fuerint. Verum e-
nimuero ſeiungendi hic inuicem caſus
ſunt: et corruet ſtatim facta nobis oppo-
ſitio. Primo enim ab uſu uocabulorum
in una aetate ad uſum eorum in altera,
rationibus infirmis concluditur. Exem-
pla igitur deſideramus, Caroli M. aeuo,
promiſcuum formulae *Dei gratia* uſum
inter principes clientes, idque in Gallia,
uiguiſſe. Deinde ſtylus *priuatus* cum *pu-*
blico confundi non debet. Sic notiſſimum
Martini LVTHERI (y) exemplum, qui, le-
pida *regalis* tituli aemulatione, quod An-
gliae *regem* Henricum VIII. aduerſarium
haberet, literas ſuas his uerbis auſpicatus
eſt: *Martinus Lutherus*, DEI GRATIA *Ec-*
cleſiaſtes Wittebergenſis, Henrico DEI IRA
Regi Angliae. Simili fere argumento *Ca-*
rolus du FRESNE (z), plurima loca apud
ſcriptores medii aeui congeſſit, ubi ſacri
etiam Antiſtites, pro muneris ac uocatio-
nis ſuae cauſis allegandis his titulis uſi fue-
rint: *Epiſcopus* DEI *et Apoſtolicae ſedis* GRA-
TIA. Et, altero nonnunquam omiſſo:
Epiſcopus Dei gratia. Vt uero neminem
eſſe, puto, qui *priuata* haec pietatis offi-
cia cum *publico* ſolennique uſu titulorum
in *curiis* ac *aulis* principum commiſceri
uelit: ſic etiam facile patet, exemplum
noſtri principis non ad *illud* genus; ſed
ad *hoc* referendum eſſe. Non enim ſibi
elogium hoc *ipſe Vilielmus priuata* qua-
dam cauſa tribuit: ſed mortuus in publi-

c] *titulo Dei Gratia.*

A co ſolennique monumento a ſuperſtitibus
accepit, ubi tamen uacua alias iudicia ſunt
crimine adulationis. Summatim dicam,
adhibuerunt quandoque uaſalli aut priua-
ti homines titulos *Dei gratia, pietatis* cau-
ſa: iisdem alii quoque haec nomina, quam-
uis rariſſime, dederunt uel religionis ergo
uel turpiſſimae *adulationis*. Aſt praeter hos
caſus in *Galliis* (ordines enim Germaniae
haec uſu praeſcripſerunt) *ſacrilegium* apud
B *beneficiarios* principes habitum fuit: *Dei*
gratia nominibus dignitateque inſigniri
uelle. Exemplum habemus in duce *Britan-*
niae minoris. Is enim, quod uerba *Dei gra-*
tia, ritu maiorum, qui in numero quondam
fuerant, in diplomatibus adhiberet; a Gal-
liarum rege ſub graui comminatione iuſ-
ſus eſt, ab uſu harum uocum ſibi tempe-
rare. *Franciſcus* BELCARIVS (a), Epi-
ſcopus Metenſis hiſtoriam ita refert: *rex*
C *1464. Moruillerium ad Britannum miſit: quae*
legatio praecipua quatuor capita continebat.
Primo ne Britanniae regulus in publicis di-
plomatis ea uerba praefigeret, quae hacte-
nus uſurpauerat; Franciſcus DEI GRATIA
Dux Britanniae; quod hisce uerbis ſe regis
beneficiarium, quod probe aduertendum,
tacite inficiari uideretur, quibus ducatum
ſoli Deo, non ipſi regi acceptum ferre teſta-
retur. Cum ergo antiquis, mediis ac in-
D fimis temporibus continuo, ſolennique
uſu in omnibus diplomatibus, nummis,
monumentis aliis generis cuiusque *Arau-*
ſionenſes principes DEI GRATIA titulos in
media Gallia adhibuerint: certiſſima haec
erit *Arauſini ſuprematus* nota, quae recto-
res Arauſionis ab omni *clientelari* iure
Galliae regis ſine ulla controuerſia abſol-
uet. Praeterea ratio etiam ſucceſſionis fi-
liorum *Vilelmi* noſtri manifeſte docet,
E eum *ſuo iure*, non lege *beneficiaria* Arau-
ſionem poſſediſſe. *Ant. Dadinus* ALTE-
SERRA (b), Gallicorum feudorum natu-
ram ex inſtituto inueſtigauit. Vbi iudi-
cium ſuum de hac cauſa his uerbis prodit:
feuda Galliae a temporibus demum Ludo-
uici Pii coeperunt tranſire ad liberos: ſed
neque tunc ſine ſpeciali conſenſu principis.
Caroli autem M. aetate uaſalli *ad finem*
tantum uitae feuda poſſidebant, princeps ue-
F *ro, quos ei uiſum eſſet, ſucceſſores eligebat,*
nulla liberorum habita ratione. Quod ſi
autem *uaſallum* egit *Guilielmus Corneta-*
nus, eccur *Ordericus* VITALIS (c), Vti-
cenſis Monachus, de eo ſcribit: *filiis ad-*
iuuantibus, quos comitatibus ipſe praefece-
rat. Cum ergo inde conſtet, quod *ſuos*,
id eſt, proprio iure poſſeſſos comitatus, *ſua*,
non alieni principis ſiue Galliae Regis au-
ctori-

§. VI

d] *ſucceſſioni filiorum.*

(s) En ſon Hiſtoire de Languedock p. 15. ſuperius. (t) In Notitia dignitat. Illuſtr. *Volum I. Diſſ. I. cap.* 3. *p.* 67. (u) In diſſertatione gemina ex inſtituto de *titulo Dei Gratia*. (x) *Lib. III.* de Duc. Prouincialibus Gall. *cap.* 5. *p.* 222. (y) *Tom II. Ienens. p.* 132. (z) In Gloſſario mediae Latinitat. *Tom. II. p.* 46. (a) In Commentariis Rer. Gallicar. *Lib. I. §.* 14. *p.* 9. ad an. 1464. (b) Tractatu de Origine Feudorum pro Moribus Galliae *cap. II. p.* 290. Quem librum Ioh. *Schilterus* dignum habuit, ut eundem codici iuris Alemanici annecteret. (c) *Lib. VI.* Hiſtor Eccleſiaſtic. *p.* 599.

§. VI. VII.

ctoritate, inter filios diſtribuerit Vilhel- A
mus Cornetanus: manifeſtum etiam ex
hoc argumento eſt, Vilelmum *ſupremi iu-*
ris principem Arauſinorum fuiſſe. Tan-
dem etiam *moribus Galliae maiora feuda,*
puta ducatus et comitatus diuiſionem olim
non tulerunt, quod obſeruat idem ALTE-
SERRA (d). Quo ergo iure *Vilelmum* Cor-
netanum *Arauſionenſem* principatum filiis
diſtribuiſſe dicemus: niſi ab omni clien-
telae ac beneficii nexu eundem abſolua- B
mus. Atque haec demum omnia, quae
ad ſummum dominium, *Vilelmo Corneta-*
no adſerendum, in hactenus dictis attuli-
mus, controuerſiae huic finem dare poſ-
ſe, exiſtimo: qua Gallici alias ſcriptores
abſolutum, quod dicitur *imperium* Princi-
pibus *Auriacis*, tanta animorum fiducia,
negare audent. Conditore enim ſummi
dominii apud Arauſinos probe intellecto:
facile eſt deinceps, ad deſtruendum omne C
id, quod ab iisdem huic cauſae opponi-
tur.

e) diuiſioni eorundem.

Soluuntur inde oppoſitiones. An Arauſio ſit iuris Delphinatus? Prouinciae?

§. VII. Manifeſto quippe errore hi-
ſtoriae ac temporum rationes turbant, qui
Arauſinorum principes uel *Delphinatus* cli-
entes faciunt cum *Nicolao* CHORERIO (e),
uel *Prouinciae* Comitatus beneficiarios
cum *Nicolao* VIGNERIO (f), et adſerto-
ribus Gallis, *du* PVY (g), atque CASSA-
NO (h). Quia uterque ſine omni dubita- D
tione iunioris longe aetatis eſt, ac ea, quam
Arauſino principatui per hactenus dicta ad-
ſeruimus. Imo ipſas *regni Arelatenſis* na-
tales ita ſuperat dominium Arauſionenſe;
ut fruſtra illi quoque eſſe uideantur, qui
Arauſionem appendiculam eius facere, ue-
lint (i). Deinde etiam illa tela, per hunc
Arauſionis *conditorem*, declinantur; quan-
do in poteſtate Caroli M. non fuiſſe, ſcri-
bunt, *Arauſinum* ditionem a Galliae re- E
gno auellere. Vide enim BALDI (l), et
PAPONII (m), id peculiare in Galliae re-
gno eſſe, *Franciſc.* HOTMANNVS (n) ex-
iſtimat: *quod rex ſine publico gentis conci-*
lio nihil nec alienare, nec oppignerare poſ-
ſit. Quare etiam *Iacobus de* CASSAN (o)
ultimum argumentorum praeſidium con-
tra ſupremum Arauſionis dominium in eo
ponit, ut ſcribat, etiamſi conſtet, aliquem
regem *ſui iuris* feciſſe Arauſinum princi-
patum: id tamen, quod, hoc facere, in
regis nullius poteſtate ſit, reuocari ſem-

An eximere Arauſionem potuerit Carolus M.?

§. VII.

per a regni ordinibus ac ſucceſſoribus po-
tuiſſe. Verum enimuero doceant nos
Galli, ſi poſſunt, iam Caroli M. aeuo hac
lege Galliae principes adſtrictos fuiſſe.
Certe *Renatus* CHOPPINVS (p), qui ad-
miranda induſtria hanc materiam tracta-
uit, nihil eius reperit, quod adſcendat ad
Carolinam aetatem. Cum igitur lex de
rebus *praeteritis* non feratur (q): neque
Arauſinorum cauſam ferient, quaecunque
poſtea de non alienandis Galliae coronae
bonis conquirere licet. Deinde etiam ne-
gant aliqui cum RAGVEAV (r) domeſti-
co ſcriptore, Galliae regnum unquam
ſingulare aliquid in hoc genere prae aliis
regnis ac rebuspublicis habuiſſe. Prae-
terea, qui Gallis hic cuncta largiuntur,
illi tamen certos caſus dant; ubi regi eo-
rum fas ſit, non ſolum regiones, regno
innexas, ab eodem auellere: ſed etiam
domanialia bona, quod longe magis eſt
alienare. Non priuatum hoc; ſed pu-
blicum CVRIAE PARISINAE decretum
eſt; ann. 1539. in eadem cauſa ita fere pro-
mulgatum: *quando remuneratio facienda*
eſt ſubdito ob extraordinariam operam,
quam regi aut regno praeſtitit; Doma-
nialia etiam recte alienantur (s). Ce-
terum principibus noſtris neque his ra-
tionibus eſt opus, ad ſupremi imperii ſui
defenſionem. Carolus enim M. non a-
uulſit Arauſionem a regno Galliae, quod
dictis regni conſuetudinibus poſtea im-
probatum eſt: ſed, hac per Saracenos pri-
dem auulſa, principi Chriſtiano faculta-
tem conceſſit, eandem infidelibus iterum
eripiendi. Qua in re Imperator et aliis
regni ſui prouinciis conſuluit: et mores
uicinarum gentium eſt imitatus. Nam
ſupra laudatorum teſtium fide, Vilelmus
Cornetanus uniuerſa etiam *Languedockia*
expulit Saracenos, neque tamen ex opi-
ma iſta uictoria praeter unicam *Arauſio-*
nem ſibi aliquid retinuit, reliquis omni-
bus regionibus in poteſtatem Caroli re-
gis iterum conceſſis. Quod uero nihil
tum noui habuerit *donatio* Arauſionis, Vi-
lelmo ea propter facta; id exemplo uici-
ni Hiſpaniae regni fieri poteſt manifeſtum.
Huius enim ſingulae prouinciae, quam-
primum illae a Saracenis an. 710. inuaſae
direptaeque fuerant, occupanti, quaſi
res nullius, ceſſerunt (t): licet *Pelagius,*

(d) De origine feudorum pro moribus Galliae *cap. XV. p.* 333. (e) En ſon hiſtoire generale de Dauphiné *Liu. IX. §. 12. p. 287. edit. a Lyon* 1672. *f.* (f) En ſon hiſtoire de la Maiſon de Luxembourg. *Chap. XXV. p.* 133. (g) En Traitez touchant les droits du Roy tres-Chreſtien *p. m.* 275. *a Rouen* 1670. *f.* (h) In ſcripto, ſuperius citato *Iurium Gallicorum.* (i) Philoſophi dicunt, cauſam priorem eſſe ſuo effectu: partem principalem, minus principali. Cum ergo aliquot ſecula *Arauſino* dominatu recentiores ſint allegatae ditiones: cauſae eius eſſe, nequeunt. (l) C. I. ſi Feud. fuer. contr. (m) Lib. V. Arreſt. XII. tit. 10. artic. 4. (n) Quaeſt. illuſtr. Q. I. p. m. 16. (o) Lib. cit. II. chap. 8. p. 776. (p) de Domanio Gallico *Lib. I. tit.* 2. qui liber, olim in Lat. L. admodum rarus, nam in Gallico idiomate obuius ſatis ingenti literariae reipublicae commodo *ann.* 1701. *Francofurti* recuſus eſt. Vtinam tamen prodiiſſet illud opus luculentius ac emendatius. Sed infinitis mendis ſcatet, ſingulis fere ſtrophis hac macula aliquoties notatis. (q) L. VII. C. de legibus. (r) au Corps du droit de France *Liu. X. tit. I. p.* 237. (s) Loci huius nos *Iob.* LIMNAEVS admonuit *Lib. II. c. 8.* in notitia Franciae *p.* 603. (t) Inde enim factum eſt, ut Hiſpania, quae antea unius impe-

§. VII. e regali Hiſpaniae ſtirpe oriundus (u), & A ſuperſtes adhuc eſſet, neque animum, recuperandi amiſſa, unquam exuiſſet. Quod ſi ergo integrum ibi omnibus incolis fuit, Saracenis ſua uirtute prouincias liberare; & liberatas, nullius interceſſu, cum ſummo imperio ſibi retinere: quid mirum eſt, pro uniuerſa *Languedockia* a Saracenis recuperata, Vilelmum Cornetanum Arauſionem, cum pleno iure, accepiſſe. Modo itaque *Vilelmum* Arauſini principatus B conditorem fuiſſe, obtineamus: de facultate Caroli M. Arauſionem Galliae regno *eximendi* nulla unquam dubitatio remanebit. Tandem & illud pro Arauſione, Galliae regno uindicanda, adfert CASSANVS (x). Principes Arauſinos, ſi quae forte ſupremtus iura olim habuerint: iisdem tamen, *perfidiae* crimine, in Galliae reges ſaepius commiſſo, iterum excidiſſe. Sed uero ſi, quod hactenus probauimus, C nullo fidei ſacramento Galliae unquam regibus Arauſini principes adſtricti fuerunt: neque perfidiae erga illos poterunt incuſari. Qui enim fidus eſſe non tenetur: perfidus fieri nequit. Neque uinculum rumpere poteſt; qui nullo vinculo tenetur (y). Sufficere haec poſſunt ad oſtendendum, quantum ueritatis ac iurium Arauſinorum interſit, primam principatus huius originem probe intellectam eſſe. Et, D niſi prorſus fallor, nemo hactenus fuit, qui hanc ſpartam ante nos occupauerit. Neque enim in grandi rerum Auriacarum uolumina RISVS aliud egit, quam ut ad codicem uitae S. Vilelmi, hactenus ineditum, prouocaret: cuius tamen auctoritatem impugnare audet *Petrus de* MARCA (z). Sed nos in docendo hoc Arauſini *principatus* ortu uel antiquos probataeque fidei ſcriptores adhibuimus; uel recentiores Gallos: quorum illi quauis exceptione maiores ſunt; hi uero conciues ſuos in ruborem dabunt, in utroque non uideam, quid nobis in hac cauſa amplius reponi queat.

A ſupremo dominio an excidere potuerint principes crimine feloniae?

§. VII. VIII.

[II] ſupremi dominii uſus ex ORDINE SVCCESSIONIS probatur in Arauſino principatu.

§. VIII. Quamuis uero haec ſatis eſſent pro *ſummo dominio*, Arauſinis principibus adſerendo: cum tamen aliqua ſuperſint, unde exercitium quoque *ſupremi iſtius iuris* in Arauſino principatu cognoſci poteſt, circa haec non minus occupabimur. Et uero ſuccedendi ratio, quae antiquiſſimis etiam temporibus in Arauſinis obtinuit, omnino hic obſeruationem meretur. Ex hiſtoriis principum noſtrorum conſtat, in Auriaco principatu non ſolum *mares*; ſed etiam *foeminas* rexiſſe: atque nunc *ſanguinis* lege; iterum libera ultimo imperantium *uoluntate* ac *teſtamento* ſucceſſionem factam eſſe; mox uno, iterum pluribus; idque uel diuiſim, uel communi iure ſummam rerum tenentibus. Placet e quam plurimis caſibus unum tantum ſeligere; ne praeter cauſam aliquid ſcripſiſſe uideamur. *Tiburga* Auriaca princeps, quae an. 1150. obiit, *Rambaldum III.* et *Vilelmum III.* filios teſtamento heredes nominauit, *Tiburga* filia praeterita. Huius autem filios, e *Bertrando Bauſcio* prognatos, Rambaldus III. quod improlis eſſet, heredes inſtituit, neglectis nepote ac nepte ex fratre Vilelmo III. (a). Vnde non ſolum ſucceſſionis foemineae ac teſtamentariae; ex aſſe et ſemiſſe; diuiſim ac coniunctim factae, peti exempla poſſunt: ſed etiam inſignia iura *Bauſciano-Auriacae* gentis hinc intelliguntur in uarias *Prouinciae* atque *Languedockiae* regiones, quorum memoriam principes noſtri hodieque non ſine cauſa recolere

imperio paruerat: nunc in ſtruncta *Legionis; Caſtiliae; Aragoniae; Nauarrae* ac *Cataloniae* regna ac reſpublicas iret. Neque alio titulo condita haec regna ſunt, quam bellica occupatione. (u) CHIFLETIVS in Vindiciis Hiſpaniae id docet cap. XIV. Ambroſii *Moralis*; Roderici *Santii*; *Villadiegii* aliorumue auctoritatibus nixus. Conf. Aduerſiones Dn. Praeſidis *in die Einleitung des Pufendorffs*, c. II. §. 3. p. 243. (x) Verba eius in libro ſaepius citato *Liu. II. chap.* 8. p. 785. haec ſunt: *il eſt notoire, que par leurs rebellions & felonies ceſte uille eſt tombée ſouvent en commis & par droict de reverſion a eſté reunie & incorporee a la Couronne.* (y) Legatur in ſimili fere caſu D. Praeſ. *Lotharingia uindicata* contra iniquas adſertiones Gallorum *cap.* II. §. 4. (z) En ſon hiſtoire de Bearn. *Liu.* VIII. *chap.* 2. p. 686. (a) Proderit luculentioris doctrinae cauſa hic tabulam dediſſe: unde plura diſcuntur a] ratio ſuccedendi in Arauſinis, b] translatio principatus in ſtirpem Bauſcianam, c] iura Bauſcianorum in uarias Galliae Narbonenſis prouincias, d] error *Puteani*, *Caſſanis Cheſnei* ſcribentium; Arauſionem partem eſſe prouinciae. Controuerſia haec a nobis ex Hieronymo *Zuritas* Ioh. Bapt. *Gueſnaeo*. Caeſare *Noſtradamo*; Nicolao *Vignierio*; N. de *Claperiis*; *Catelio*; *Fauino* aliisque expedita eſt, alia forte occaſione in lucem edenda. Habuit certe *Bertrandus*, quod PROVINCIAM, matris *Stephanae* iure, peteret a] quod ſui hereditas ad eum pertineret, b] teſtamentum eius hereditatem firmaret, c] Conradus et Fridericus Imperatores ſententiam pro ipſo dixiſſent, d] imo eundem etiam *inueſtitura* ſolenni heredem deſignaſſet. Sed ſuccubuit in optima cauſa, propter potentiam partis aduerſae. Quotquot autem ſcribunt, *Bertrando* a Prouinciae Comitibus Arauſionem conceſſam fuiſſe, ut poſtulatae hereditati ſatisfieret: illi in manifeſto errore ſunt, 1) quia is non ſuo ſed uxoris Tiburgae nomine poſſedit Arauſionem; 2) pactis Stephanae matris cum Prouinciae Comitibus ſuper litigata hereditate nunquam ſubſcripſit.

(b) Po-

§. VIII. lere poſſunt (b). Aſt uero ut ad inſtitutum redeam, natura *ſucceſſionis* Arauſinae bene intellecta, neque ut *feudum*, neque ut *Alode* Galliae regno Arauſionem paruiſſe, ſatis erit manifeſtum. In *feudis* nullum *teſtamento* locum eſſe, non ſolum Longobardicae leges iubent: ſed etiam, quod non ita nuper, exemplis undique conquiſitis, oſtendit uir illuſtris, *Samuel* STRYKIVS (c), omnium fere gentium haec praecepta ſunt. Neque aliam olim quoque in Germania atque Gallia conſuetudinem fuiſſe, e moribus iſtorum populorum probauit *Ioh.* SCHILTERVS (d). Nemo igitur Arauſionenſem Principatum propterea in numero habebit *feudorum*. In *Alodialibus* autem maior forte aliquibus dubitatio uidebitur, annon iſthuc Arauſio referenda. Verum enim uero, dummodo rem penitius aeſtimemus; facile quoque erit, ad hunc ſcrupulum euellendum. In Gallia A quondam *alodiales* regiones uel illae dictae ſunt, ubi *proprietas* penes poſſeſſorem fuit; *dominium* uero penes regem: uel illae, ubi poſſeſſor et *proprietatem* habuit et *ſupremum* dominium, id quod e ſententiis ueterum in Gallia ſcriptorum erudite ac luculenter docuit *Carolus du* FRESNE (e), Galliae Regi a conſiliis. Si ergo *hoc* poſteriori ſenſu *Arauſinum Principatum* pro Alode habeas; neque ſummum imperium B rectoribus illius inficiaberis. In iſto autem priori ſignificatu, quo minus Arauſionem pro Alode uentilemus, plurima iubent. Obſtat enim famoſiſſima LEX SALICA (f) *de Alode*, ubi a *terrae Salicae*, etiam *alodialis*, hereditate foeminae prorſus excluduntur. Cum ergo *foemineae* ſucceſſioni in Arauſinis nullo non tempore locum fuiſſe, e ſupra dictis conſtet; ideoque Arauſinus principatus a Salica, id eſt, Francica Alode noua ratione eximetur. §. VIII.

Lud. opuſc. tom. I.

§. IX.

(b) *Poſtulata Principum Arauſinorum in* PROVINCIAE ET LANGVEDOCKIAE *ditiones.*

Comites PROVINCIAE.
Gilbertus Com. Prouinc. m. 1115.

Phaidis *uxor Alfonſi Com.* Tholoſani. — *diuidunt inter ſe* Prouinciae *Comitatum ſorores.* — Dulcia *ux. Raymun. Berengarii Com. Barcin.*

Raymund. Bereng. tutor ex fratre nepotis. — Berengar. *qui* Stephanum *in ius uocauit a.* 1140. — *Giſelbert. Com.* Prouinciae *teſtamento parentis m.* 1140. *Virburga.*

Raymund. Bereng. Stephanam ad pacta ſuper Prouinciae *hereditate coegit.* — Stephana *patris iure heres; ſed a patruele ui excluſa*

Principes BAVSCIANI.
Vilelmus Hugo Princeps de Beaux

Raymund. *de* Beaux *factus Stephanae maritus*

Principes ARAVSINI.
Rambald. II. Princeps Arauſionenſis m. 1115.

Tiburga m. 1150. *principatum inter filios* diuiſit, *excluſa filia.*

BERTRANDVS *iure heres et* Bauſcianae *et* Prouinciae *ditionum; ſed altera iniuſte excluſus. Maritus factus Tiburgae.* — TIBVRGA *uxor Bertrandi.*

Rambald. III. improlis † filios ſororis heredes nominat excluſis nepotibus ex fratre.

Vilelmus II. m. 1174.

Tiburga † ux. Rambaldi de Guirano. Sua donat Ord. Hieroſolymitano. — *Vilelmus III. †* 1171. — *Rambald. IV. m.* 1185. *improles.*

Hugo. a Rambaldo auunculo heres inſtitutus princeps Arauſinus. — *Guilielmus Bertrand. Gerbertus. Atque hi demum cum fratre heredes eſſe debebant a) Prouinciae b) Bauſcianorum c) Arauſionenſium, extincta Vilelmi III. propagine* 1185. *in Rambaldo IV.*

(c) In diſſertationibus de Alodiis principum et de principe teſtatore. (d) In commentatione de natura ſucceſſionis feudalis cap. II. §. 7. p. 15. (e) Tom. I. Gloſſarii mediae latinitat. in h. u. (f) Titul. X. de Alodis, in Codice LL. Francicarum, quas edidere Heroldus et Lindenbrogius. Verba ſunt: *de terra uero Salica*, quamuis Alodiali, *in mulierem nulla portio hereditatis tranſit: ſed hoc uirilis ſexus acquirit. Hoc eſt filii in ipſa hereditate ſuccedunt.* Confer. Dn. *Praeſidis* diſſertatio de iure Anglorum in Galliam Cap. II. th. 4.

(V)

§. IX. X.

(III.) *Quod Arauſini principes REGES ARELATENSES effecti ſint an. 1214.*

§. IX. Neque etiam illud praetermittendum A eſſe, exiſtimauerim, in aſſertione ſupremi dominii apud Arauſinos; quod *Vilelmus* princeps eorum an. 1214. a Friderico II. Imperatore *regno Arelatenſi* donatus atque in regalem dignitatem euectus ſit, cuius rei teſtes ſunt Gallici ſcriptores *Caeſar* NOSTRADAMVS (a); *Andreas du* CHESNE (b); *Ludouicus* MORERIVS (c), aliique. Nemo enim a me unquam impetrabit, ut credam, Germanicum Impera- B torem Galliae regis uaſallum aut ſubditum, Arelatenſi regno donaſſe, quod tot ſanguinolentis bellis contra aemulationes Gallorum tueri, Caeſares noſtri conſueuerant. Potius illud credibile eſt, Imperatorem noſtrum *Vilelmo* hoc beneficium contuliſſe, partim quod eum Gallorum aduerſarium noſſet, partim, ut eidem uires adderet, *Arauſionenſia* iura contra impetus uicinae Galliae defendendi. Quod ſi hoc C eſt, *Arauſinos* iterum habebis a dominio Galliae Regis immunes.

(IV.) *Quod partem ditionis donauerint ORDINI HIEROSOLYMITANO Sancti Iohannis.*

§. X. Praeter ea, quae hactenus pro *ſupremo Arauſinorum imperio* allegauimus, illud quoque cauſam noſtram nouo et luculento argumento confirmat: quod Rambaldus et uxor Tiburga, agnatis atque cognatis praeteritis, partem, quam in Arauſinis habuerant, pietatis ergo, Ordini Hieroſolymitano, ſuo arbitratu circa an. 1160. D donauiſſe, reperiantur. *Ludouicus* MORERIVS (d) donationem hanc poſt alios plures enarrauit. Inde *Iac. Aug.* THVANVS (e), nummos ſe quoque uidiſſe ſcribit, ubi unum latus Arauſionenſia inſignia referat, alterum uero ſigilla Ordinis Hieroſolymitani. Neutrum ex his facere licuiſſet ſubditis Gallici imperii. Non illud, quod bona ſeculari uſu eximere, opus ſummi dominii ſit: alterum non, quod mone- E tam ſua auctoritate ac ſymbolis ſignare, in ciue crimen habitum laeſae maieſtatis (f).

Sed Fridericus II. Caeſar irritam fecit donationem Hieroſolymitanis factam (g). Partim, quod durum uideretur, conſanguineos praeteritos fuiſſe; partim crederetur eo tempore, Pontificem ac Imperatorem iurisiurandi ſacramento abſoluere poſſe. Quae ualidiſſima iterum ratio eſt, Arauſinos Galliae regibus non ſubiectos fuiſſe: quod Galli ciuibus ſuis conceſſuri non ſint, de priuilegio in Galliae territorio Romanum Imperatorem implorare.

§. X. XI.

(V.) *Quod Gallici ſcriptores rem inauditam habeant, Arauſinum an. 1239. Andegauenſi iurisiurandi ſacramento ſe addixiſſe.*

§. XI. Porro etiam in quo Gallici adſertores PVTEANVS (a) et CASSANVS (b) de ſubiugata Arauſione uictoriam quaerere ſolent: illud ipſum poſteros omnes docebit, ſupremo dominio principes Arauſionenſes inſtructos fuiſſe. Cum enim ad *Carolum* Andegauenſem, Ludouici IX. Galliae regis fratrem, *Prouinciae* Comitatus, matrimonii cauſa, deuolutus fuiſſet: omnes fere ſcriptores, ceu rem miram, neque eousque auditam, annotant, *Vilelmum Arauſinum* principem clientelari uinculo ab eodem adſtrictum fuiſſe. Ita NOSTRADAMVS (c), CHESNEVS (d), infiniti alii. Perditum ergo ac uno ictu deſtructum eſſe, perhibent ſupremum ius, quod hactenus tanta cura adſeruerimus principibus Arauſinis. Sed, pace illorum, res ſalua eſt, et proficit iuri noſtro, quod eidem ipſi obeſſe, exiſtimant. Eccur enim tanta ſolicitudine, ceu rem nouam, annotarunt hanc clientelam ſcriptores Galli? ſi ante haec tempora quoque Arauſinus principatus Galliae regno obnoxius fuit. Deinde Caroli Andegauenſis ea tyrannis fuit, contra ultimum e Sueuica ſtirpe Cunradinum declarata, ut nihil mirum ſit, eundem iura Arauſinorum uiolenter inuaſiſſe. Poſt nondum ſatis conſtat, an Vilelmus clientelam exhibuerit Andegauenſi, qua Arauſinus princeps: an uero qua dominus aliarum prouinciarum, extra tractum Arauſionen-

(a) En ſon hiſtoire de Prouence *Part. II. p.* 182. Verba eius ſunt: *floriſſoit du temps*, de alio quodam ſcripſerat, *Guilhelm des Baulx Prince d' Orange ſurnommé Delcoarnas, lors qu'il fut inſtalé Roy d' Arles et de Vienn. par l' Empereur Frideric ſecond.* (b) En ſon Hiſtoire de Bourgogne *Liu. IV. p.* 638. *Guillaume de Baux*, ait, *auſſi Prince d' Orange uiuoit l' an.* 1206. *et fut celuy auquel Frideric I. ſurnommé Barbaroſſe donna le Royaume d' Arles, eſtant a Metz l' an.* 1214. Manifeſto errore lapſus eſt *Cheſneus*; quod *Friderico* I. tribuat id, quod contigit ſub *Friderico* II. (c) Plenius hic ceteris in dictionario *ſub b. n. p.* 66. inquit: *Guillaume eut à titre de donation de l' Empereur Frideric II. le Royaume d' Arles, par une Bulle d' Or d.* 1214. *confirmée par une autre du* 29. *Septembr. ſuiuant.* (d) Loco proxime citato ita ſcribit: *une fille nommée Thibour laquelle fut mariée a Rhambaud Guiran et qui mourant ſans enfans donna à l' Hopital de S. Iean de Ieruſalem le quart de la ville d' Orange, qui auoit un autre quart ſur la même ville, eut un fils nommé Rhambaud, qui mourut ſans enfans et qui donna ſa portion et le quart, qu'il auoit ſur Orange, au même Hôpital.* Verba *Piſii*, qui idem docet, hic addere ſuperſedeo. (e) Lib. XXXI. §. 46. ita hoc explicat: *partem principatus Hieroſolymitanos equites habuiſſe, nummis plerisque patet, quibus in antica parte Arauſionenſis principis, in poſtica Hieroſolymitani ordinis inſignia inſculpta uiſuntur.* (f) Legatur Melch. *Goldaſtus* in Catholico Rei Monetar. *Tit. XV. p.* 63. et ipſe Imper. Fridericus I. *lib. II. tit.* 56. Inprimis ſi expendetur, quod in monetis ſuam imaginem non Galliae regis adhibuerint Arauſini. Deinde, quod ceſſerint haec iura Hieroſolymitanis. Aſt in alterum nequibat hoc ius transferri. Inde non eſt, quod haec excuſet *Ren.* CHOPPINVS *Lib. II. tit.* 7. §. 15. *p.* 158. de domanio Franciae. (g) *Lud.* MORERIVS *l. c. p.* 66. ad annum 1214. *die* VII. Ianuar. ubi tandem ait: *caſſa ces donations par ſes Bulles en conſequence de quoi, Guillaume II. ſe mit en poſſeſſion actuelle de l' autre moitie d' Orange, la quelle neanmoins il reſtitua de ſon pur mouuement à l' Hopital par acte du* 6. *Octobre* 1215. *a condition, que les Princes auroient tout droit de Commis et de Retention: que l' Hopital ſeroit tenu de lui* RENDRE HOMMAGE *et quae ſequuntur.* (a) En Traitez touchans les droits du Roy Tres-Chreſtien *chap.* de la *Principauté d' Aurange p.* 257. (b) En la Recherche des droits du Roy de France *Liu. II. chap.* 8. *p.* 773. (c) En ſon Hiſtoire de Prouence *Part. II. p.* 201. *et Part. III. p.* 232. 222. (d) En ſon Hiſtoire de Bour-

gogne

§. XII. XIII.

ſionenſem (e). Tandem GODOFREDVS (f), ſcribit, Prouinciae Comitem S. R. Imperio clientelare obſequium feciſſe. Vt adeo Germaniae, quam Galliae propinquiorem Arauſionem fuiſſe, exiſtimare liceat.

(VI.) PRIVILEGIA *Academica debeant Imperatori.*

§. XII. Atque hoc idem illud argumentum eſt, Gallicis adſertoribus κατ᾽ ἄνθρωπον opponendum. Scribit enim THVANVS (g); priuilegia Arauſianam Academiam a Friderico II. Imperatore accepiſſe. Hinc ſane manifeſtum eſt, nullo modo Arauſionem Galliae regibus, qui iura Academias erigendi in regno ſuo ſemper exercuerunt, probante id CHOPPINO (h), unquam paruiſſe. Ceterum aduocari Caeſaris auctoritas a minori Principe, qualis Arauſinus fuit, facile poterat, pro auctoritate uniuerſi ſtudii literarum ab eodem per orbem declaranda (i).

(VII.) *Titulus* EMTIONIS *ſupremi domini.*

§. XIII. Tandem redarguunt Scriptores Galli; quod anno demum 1436. *ſupremum Arauſionis Imperium* Ludouicus, e Cabillonenſi ſtirpe oriundus, princeps Arauſinus pro quindecimmillibus libra- A rum emerit a Renato Rege (l) Siculorum. Aſt uero e ſuperioribus, puto, manifeſtum ſatis erit; ſummum dominium quingentos abhinc & quod excedit annos penes Arauſionenſium principes iam fuiſſe. Cum tamen uetuſtiſſima iura nouis tum quoque titulis firmare, contra potentes aduerſarios e re noſtratibus uideretur (m): hinc facinus illorum augebitur, quotquot hodienum ſupremo principum Arauſio- B nenſium imperio aliquid detrahere, contra manifeſtas temporum, ac hiſtoriae rationes, plusquam temerario conatu, moliuntur (n).

§. XIV.

(VIII.) *Eirationes a Galliae regibus factae.*

§. XIV. Quod ſupereſt, publicorum etiam monumentorum fide conſtat, Galliae reges excitatam Arauſionenſibus, ſuper dominio ſupremo litem ſolennibus uerbis aliquoties eieraſſe. Contigit id ſub *Vilelmo*, primo e ſtirpe Naſſouia prin- C cipe Arauſionenſi an. 1559. in pace Cameracenſi (o): atque an. 1606. ſub *Philippo Vilelmo* (p). Inſigniora enim tantum attingimus, omiſſis pollicitationibus aliis,

minus

gogne *p.* 638. (e) Hoc imprimis tenendum eſt, quod conſtet, Vilelmum Arauſinum *alias* ditiones uxoris cauſa poſſediſſe, ab Arauſino ſummi iuris principatu prorſus diuerſas. (f) in Annalibus *ad an.* 1236. Fridericus, uerba eius ſunt, *Imperator ſe contulit ad oppidum Hagenau, in quo biemauit. Ibi adfuerunt Comes Tholoſanus et Comes Prouinciae. Recepit autem Comes Tholoſanus Marchiam Prouinciae ab Imperatore, homagium ſibi praeſtans.* Aſt uero *ſubfeudum* prouinciae habere uelle Arauſinum principatum, id contra temporum iſtorum rationes eſt et dignitatem Arauſinis hucusque aſſertam. Potius ita ſentiendum, quod plura in hiſtoria Prouinciae arcana lateant, unde termini Arauſini ampliores reddi poſſint. (g) *Lib. XXXI. hiſt. ſui temporis p.* 501. *Arauſio, ait, Imperio Franco-Germanico olim ſubiecta fuit, ut ex bulla aurea, Academiae eius inſtitutionem complectente, conſtat, aliaque praeterea, qua priuilegiorum eccleſiae primariae Friderico II. an.* 1225. *conceſſorum confirmationem ſanxit.* (h) De domaniis *lib.* 3. *tit.* 27. *p.* 389. uerba ſunt: *regii plane muneris eſt, ſcholaſticas uniuerſitates inſtituere; non procerum Galliae.* (i) Hypotheſes enim monachorum tempore Friderici II. fuerunt: *Caeſarem eſſe caput orbis Chriſtiani.* Vnde ab eodem honores omnes, tanquam lumen de ſole, principes ac reges, ſaluis eorum iuribus ſupremis, petere ac impetrare queant. Propterea nolim cum Thuano a priuilegii Academici conceſſione ad ſubiectionem Arauſinorum concludere. Quamuis contra Galliae reges firmiſſimum hoc argumentum ſit, Arauſinos a Gallica clientela abſoluendi. (l) Verba THVANI *Lib. XXXI. p.* 501. haec ſunt: *Ludouicus Cabillonius Renato Siciliae regi* XVCIↃ *librarum commodauit* 1436. *cum captiuus a Philippo Burgundione detineretur. Viciſſim Renatus ius ſupremi imperii obligauit.* Indignus mihi ſinceri ſcriptoris elogio *Thuanus* in hac cauſa uidetur; quippe qui non uenditum, ſed obligatum tantum ait ius ſupremum Arauſinis; et neſcio, quam tergiuerſationem exprobret idem noſtratibus pecuniae non receptae. Apertior CASSANVS eſt, qui uenditum quidem ſummum Arauſinis imperium fuiſſe ait: uerum dubitat, in facultate id fuiſſe Renati. Qua de re nos ſuperius §. VII. ſcripſimus. (m) Errat in eo *du Pui*, quod *p.* 260. libri ſaepius citati, exiſtimet, Arauſionenſium principes ſupremum dominium ex hac uenditione Renati ſibi demum adſerere uelle. Verum enim uero diſtinguendae hic omnino ſunt *conſilii* rationes a norma *iuris.* Quando enim potentiſſimi aduerſarii animum emtione placauit noſter: non perdidit ideo priſtinum ius, quod, ante tot ſecula a maioribus defenſum, acceperat; ſed nouo titulo, quod habuerat, *conſilii* ergo firmauit. (n) Sufficere haec poſſunt pro aſſertione ſupremi imperii principum in Arauſinis. Quae enim aliae ſupremitatis notae ex iure de non adpellando: e facultatibus monetandi: inſularum in Rhodano: praeſidii: fortalitii ceteriſque regalibus, quibus et gauiſi fuerunt principes noſtri et adhuc dum gaudent, addere nunc poſſemus: illa ſcientes atque lubentes praeterimus. Partim, quod res haec per hactenus dicta ſatis luculenter expoſita ſit: partim ne cum Gallis nos abſque cauſa committamus: qui haec priuilegiis Galliae regum accenſere malunt, quam inſignia ſupremi dominii exiſtimare. In quo numero ſunt *Caſſanus*; *Bodinus*; *Choppinus*; *Molineus*; *Puteanus* multique alii. (o) Inter potiſſimos teſtes *loc. Aug.* THVANVS ſit, auctor Gallus. Is *Lib.* XXII. *p.* 459. rem ita narrat; *quamquam bellis poſtea inter Carolum V. et Henricum II. ſubortis, regii magiſtratus manus in principatum* Arauſionenſem *iniecissent et Gratianopolitanus Senatus per id tempus de adpellationibus cognouiſſet: tandem pacificatione ultima* 1559. *rurſus* SVPREMVM *Arauſionenſis principatus* IMPERIVM *Naſſouio iuxta Madritana pacta reſtitutum eſt et Vilelmus magiſtratus denuo inſtituit, qui citra prouocationem cum* SVMMA POTESTATE *ius dicerent.* Addantur *Franciſcus* BELCARIVS *Lib.* XVIII. *rer. Gallic.* §. 48. *p.* 570. *Alfonſus* VLLOA *lib.* II. in vita Caroli V. *p.* 70. *Franciſc.* GVICCIARDINVS *Lib.* XVI. hiſtoriar. ſui tempor. *p.* 611. *Dau.* CHYTRAEVS chron. ſui tempor. *tom.* II. *p.* 74. Qui iidem in pactis etiam *Madritanis* an. 1526. Galliae regem omnia poſtulata in Arauſinum principatum eieraſſe conteſtantur. (p) METERANVS haec poſt alios plures luculenter prodidit *Lib.* XXVII. §. 302. *Philippus Vilelmus, ait, uxorem duxit principis Condaei ſororem, regii ſanguinis primariam uirginem. Cui inſuper rex principatum Arauſionenſem tribuit cum omnibus libertatibus, praerogatiuis ac iuribus ſupremis.* RENVNTIATIONE *etiam facta omnium praetenſionum, quae regnum Galliae in eum habere arbitrabatur.*

(q) Huc

§. XIV. minus ſolenniter factis (q). Quae tamen non in eum finem adfero, ac ſi *ſuprema* principum noſtrorum *iura* nouo hoc praeſidio opus haberent (r), quippe quae per ſuperius dicta firmiſſimo talo ſtant: ſed ut agnoſcant adſertores Galli, quam impii in piiſſimos regum ſuorum manes ſint, qui hactenus defenſa in dubium uocare moliuntur. Det uero praepotens Numen, ut *ſummum dominium*, quod per diuina ac humana iura ſaluum ac integrum eſt: contra omnes etiam fortunae ac uiolentiae caſus inconcuſſum perſiſtat.

(q) Huc refer factas nouiſſime de ſupremo dominio principatus Arauſini conteſtationes Gallorum ſub ultimo defuncto rege Vilelmo. Hoic enim 1660. Gallos eripuiſſe Arauſionem; anno autem 1665. iterum reſtituiſſe: rurſos 1672. ſubtraxiſſe; reddidiſſe 1678. iterum 1685. occupaſſe; anno denique 1679. in Ryſuicenſi pace uiolentae poſſeſſioni nuntium miſiſſe, *D. Praeſes* plene ac luculenter expoſuit in diſſertatione: DE FATIS ARAVSINI PRINCIPATVS SVB GVILIELMO REGE BRITANNIARVM. (r) In primis ne tergiuerſentur ſua philoſophia Galli: regni bona eſſe inalienabilia; ſucceſſorem non teneri factis praedeceſſorum. Quae omnia tela per ſuperius dicta declinantur. Quamuis aliter paulo in Ryſuicenſi pacificatione philoſophati ſint Gallici legati. Vrgentibus enim dum noſtratibus *Parium* Galliae iſta pace conſenſum: non ſine magna indignatione rem exceperunt: Regem, ad Procerum ſuffragia adſtrictum, in Germania nouimus, non in Gallia, quae unum regem ac unum ſolem ueneratur. Ita pudet eos dogmatis olim tanta contentione defenſi.

OPVSCVLVM VI.

DE

IVRE ADLEGANDI ORDINVM S. R. I.

Von

Reichs-Geſandſchafften.

Menſ. Decembr. 1703.

VIRO ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLNTISSIMO

DOMINO HENRICO RVDIGERO AB ILGEN

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO REGI PORVSSORVM

A SANCTIORIBVS CONSILIIS ET RELIQVA

S. P. D.

VIR ILLVSTRISSIME,

Feres aequo animo conatum meum, non aliquo inconſideratae temeritatis *impetu excluſum; ſed* TVO *in literas meas admodum ſingulari* fauore *ueriſſime prouocatum.* E NOMINE TVO *huic monumento decus ac* lumen *paro. Quod improbare non potes: qui aliis* opuſculis *meis, inter ſcholae umbras natis*, aulae *grattam, grauiſſimo* iudicio TVO *conciliaſti; meque ut opinioni* TVAE *uel aliquod pretium facerem, ad maioris induſtriae operas hoc incitamento ſubinde impuliſti. Et uero ut alias ad laudem ſatis eſt, in hoc ſcriptionis argumento non offendere: ac maius longe, faſtidio non deſpici: ſic difficilis ac plane ardui muneris, ita in eo uerſari, ut labor confectus praemio et monimento honoris decoretur. Quae dum ita ſcribo, nihil uiribus meis adrogo, quas tenuiſſimas eſſe, et ſentio mecum et lubens fateor: ſed publica*

tantum

tantum fide teſtor, quod intelligam beneficia TVA, ſuoque pretio illa aeſtimem, a TE in hominem peregrinum, nullis nominibus, officiis nullis TIBI cognitum, adeo prompte cumulateque collata. Neque uero ſine ratione fit, ut publica rerum documenta TE exiſtimatore pretium ſuum accipiant, cum iudicia TVA non ſolum aequiſſima ſint et Reipublicae commoda utilitatesque unice prae ſe ferant, nullo amore ſtudioque infecta: ſed eam quoque ueri perſpicientiam habeant, quae docere poſſit, nullam TIBI literarum, nullam ciuilis doctrinae partem praecluſam eſſe. Quae gentium et populorum iura nos docemus, TV tractas atque exerces et perite quidem ſcienterque, quod olim adoleſcens in umbris noſtris multa cum ſolertia et IPSE ſis uerſatus. Memini, cum ante biennium forte in conuictu TVO eſſem, me Grotianum librum in ſupellectili TVA offendiſſe, aſſidua tractatione TVA in cortice conſumtum, attritum in paginis, et, ut ille dixit, ſudore quodam Mineruae ſqualentem. Ita enim TE inſtituiſſe, dixeras, ut praeclaros quidem auctores omnes aeſtimes, ſed aliquos tantum in deliciis habeas, illos maxime, qui pragmatici ſint, neque in triciis ſcholarum aut otioſis quaeſtiunculis oleum perdant, ſed ad rerum uſus faciant, in quorum TE Grotium, cui adſuetus fueris iuuenis, uirum deinde ſemper repoſuiſſe. Eodem ſcilicet elogio manes Grotianos uenerari uoluiſti, quo ipſe uiuus Tullii officiorum libros honeſtauit, dum alia puerum, alia uirum ſe in iisdem illis legiſſe, maturo certe iudicio exiſtimauit. Comitatur hanc laudem TVAM et nouo quodam lumine eam diſtinguit expedita dicendi ſcribendique celeritas et mira facundia. Ea enim copia, uis ac facilitas orationis TVAE, ut ſiue ſermone, ſiue literis magni momenti negotia tractes, utrobique natiua quaedam et curiis attemperata uenuſtas compareat. Profluere, aiunt, calamo TVO edicta, mandata, reſcripta, publicas generis cuiusuis literas modo extemporaneo, neque tamen nullum uerbum minus adpoſite prolatum, nullum repetitum ſit et, quod maximum eſt, in prolixiſſima quauis ſcriptione non uertas ſtilum, non deleas, non reuoces, non emendes; ut, cum deproperata alias ſcripta raro praeſtent, TVA tantum celeritas nihil officiat elegantiae et munditiae orationis. Neque uero in Germanis tantum in hac laude es. Idem nitor, eadem luculentia, dignitas eadem et facilitas dictioni TVAE in peregrinis etiam linguis, Latina, Italica, Gallica, Anglica aliisque. Quorum populorum reſpublicas, literarias ac ciuiles, longis ac diuturnis itineribus TIBI cognitas, et tantum non familiares reddidiſti. Incorrupti ſolertiae TVAE teſtes ſunt diaria, commentaria, uarii generis libelli, ubi mores, ritus, iura, limites, aliaque exterarum regionum ac gentium monumenta, quod ſermone illorum habeo, qui TE familiarius utuntur, TVIS manibus congeſſiſti et adnotaſti. Et uero animus TVVS quam indefeſſus fuerit in pueritia ac iuuentute, etiam nunc intelligitur; cum laborum robore ſemel obfirmatum ingentem negotiorum molem conſuetudine quadam, nulla ſtomachi indignatione, perferre uideamus. Neque requiem aut otium quaeris: ſed inſtar refectionis exiſtimas mutationem laboris. Diem, quondam Ioui ſacrum, remiſſionem TVAM adpellare ſoles. Sed quae haec remiſſio? ubi officio audiendis literarum prolationibus, commendatione ac denunciatione nouarum cauſarum nulla non horarum momenta interrumpuntur et quaſi interpellantur. Ita enim TECVM conſtituiſti, ut nulli ad TE uiam praecludas, neque eo etiam tempore aures ad rerum negotia obdures, ubi publica quadam lege animum ab occupationibus debes relaxare. Adeo ſcilicet longus rerum uſus humeros TVOS ſtabiliuit, ut, oneribus nunquam depoſitis, dum grauiſſima etiam ſuſtines, ea uix ſentire uideare. Neque enim fortunae quodam ſaltu ad ſupremum honoris faſtigium adſurrexiſti, in quo TE nunc conſtitutum intuemur: uerum per plures munerum gradus iuiſti, non ueloci curſu; ſed cum lentitudine quadam, ut inuidi etiam dicerent, cur non ulterius procederes. Eadem ſcilicet cum Romano ſapiente TIBI laus eſſe debuerat. Renuit ille ſtatuas, declinauit praematuros in republica honores. Quod cum amicos male habere intelligeret, prudenti et canitie digno conſilio dixit: malo ciues rogare, cur Cato ſtatuas non uideret, cur maiora reipublicae munera non gereret; quam quo fortuna utraque accepiſſet, quaerere. Certe ſaepius fortunae luſus eſt, ad honores promoueri: ſed ea demum uera felicitas, dignum uideri felicitate. Vires TV uirtute TVA ac meritis, quae Principi TVO fide induſtriaque non in uno negotiorum genere, neque in paruo aliquo temporis puncto, ſed tot luſtrorum interuallis plena manu adprobauiſti. Ego, ne alicuius inſolentiae arguar, quod pagellas haſce magno RERVM ADMINISTRO inſcripſerim, illa IVSTINI ad ANTONINVM epiſtola [illegible]: do haec atque dico, non tam cognoſcendi cauſa, quam emendandi. Vale.

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO
NOMINI TVO

Halae Hermundurorum d. XV. Menſ. Dec.
anno ciɔ Iɔ ccIII.

addictiſſimus

I. P. Ludwig.

Pro-

Digitized by Google

Prooemii loco,
adparatus ſcriptorum
de iure legationum.

§. I.

Summa quaeſtionis,

Momentoſa, ſed neque dum expedita quaeſtio eſt, DE IVRE ADLEGANDI ORDINVM S. R. I. Id nempe in diſceptatione hic uerſatur: ſi qua *pax* cum exteris *nomine uniuerſi imperii* ineunda, cuius demum auctoritate ac inrerceſſu haec fieri debeat, *CAESARIS*; an *PROCERVM*; an *VTRIVSQVE* partis ſimul? Plenum eius rei arbitrium aliqui, ſed noxio admodum errore, *IMPERATORI* adſeruerunt; alii, nec minori prolapſione, primas hic et alteras tribuerunt regni *ORDINIBVS*; meliora iudicia ſunt, nihil agi in hoc genere pactionis, niſi utrique et *CAESAR* er *ORDINES* conſiliis ſenrentiisque plene ac libere inuicem conſentire uideantur.

a pauciſſimis tractatae,

§. II. Quamuis autem iurium publicorum doctores ſibi in hac cauſa nondum conſtent; atque res ipſa non leuis momenti ſir, a qua uniuerſi potius *IMPERII* noſtri ſalus ac principum *ORDINVMQVE* libertas pendet: nemo tamen, in tanra ſcribentium foecunditate, repertus eſt, qui magni ponderis et indaginis controuerſiam uel obiter tractauerit, multo minus pleno opere ex inſtituto fuerit proſequutus. Equidem, qui de LEGATIONIBVS aliquid literis mandarunt, mulrl ac fere infiniti ſunt: ſed, ſi hos omnes in ſuas claſſes diſtinxeris, neminem eorum reperies hanc noſtram occupauiſſe.

in tanta librorum de legationibus multitudine; qui in claſſes diſtinguuntur 1. Illorum, quibus tantum curae ſunt antiqua.

§. III. Horum enim alii *antiqua* legationum ſolennia apud Graecos et Romanos in deliciis habent; cuius gentis plurima reperire licet in *excerptis* POLYBII de *legationibus*; apud EVNAPIVM item; DEXIPPVM; Petrum PATRICIVM, et ſimiles, quorum libros περὶ πρεσβειῶν Dau. *HOESCHELIVS* et H. *VALESIVS* ediderunt: ut panegyricos ueteres taceam *Iſocratem*; *Demoſthenem*; *Aeſchinem*; *Ariſtidem*; *Themiſtium*, alios in orationibus de legationibus *bello et pace* ſcriptis et hiſtoricos utriusq; linguae, in hac materia non minus copioſos. In quo rerum adparatu Alexandrum ab ALEXANDRO; SIGONIVM; LIPSIVM; EMMIVM; PALMERIVM; LAZIVM et ſimiles literatores omnem operam inſumpſiſſe, equidem non miror, cum hi ſuas inrra oleas ſe continuerint: ſed uero Carolum PASCHALIVM, inſignem uirum et, dum uiueret, Galliae regis ad Rhaetos legatum, in opere ſuo de *legationibus* terminos ultra fines uenerandae antiquitatis non protuliſſe, hoc eſt, quod homini, in republica uerſato, tantum non exprobrandum eſſe, exiſtimo.

2. Generalia in politicis.

§. IV. Alii deinde rem hanc *generaliter* rractant atque e communibus politicorum regulis de *legationum* munere officioque philoſophanrur. In horum numero plerique ſunt: Albericus GENTILIS; Octau. MAGIVS; Franciſc. le VAYER, qui tres iunctim extanr Hannouiae; Hermannus KIRCHNERVS; Ioh. a CHOCKIER; Hugo GROTIVS; Iacob. SCHALLER; Iohann. RESHANIVS; Mich. RASCHIVS; Erneſt. Frid. SCHROETER; Iacob. THOMASIVS; Hermannus CONRINGIVS; Ieremias SETSERVS; Melchior IVNGKER, Hahnio praeſide, Ioh. Fridericus HORN; Ioſias Chriſtoph. NEANDER; Samuel Schelguigius; et plures alii, quorum uolumina de *legationibus* ſigillatim prodierunt.

3. Romani ac Pontificii iuris placita.

§. V. Multi porro ſunt, qui *ciuilium* in *Latio iurium* potiſſimas hic rariones habent et legum in ff. et C. de LEGATIONIBVS. Huc oculos praecipue uertunt Franc. HOTTOMANNVS; Petrus AERODIVS; Antonius PEREZ; Conradus BRVNVS; Ioh. BRVNELLVS; Gundiſaluus de VILLADIEGO; Petr. REBVFFVS; Richardus ZOVCCHAEVS; aliique interpretes legum Romanarum. Neque pauciores commentarios reperies, de praeceptionibus, quas *Pontifices* Romani in *decretis* ac diplomatibus de *nuntiis* ac Legatis *ſuis* dederunt. In grandi ac ſumtuoſo opere, quod *TRACTATVS TRACTATVVM* nomine rertia uice prodiit, de *Pontificiis* ſolum *legatis* aliquot ſcriptores congeſti ſunt, nominatim Andreas BARBATIA; Petrus Andreas Gamarus de CASALI; Aeneas de FALCONIBVS de Magliano; et Nicolaus BOERIVS. Praeterea Iohannis Thomae della TORRE; et Raphaelis CYLLENII libri; Gabrielis WAGENSEILII diſſertatio inauguralis aliaque de hoc argumento ſigillatim ſcripta, proſtanr. Taceo Martinum LAVDENSEM; Iohannem BERTACHINVM et ICtos Italos, qui in gloſſis; commentariis; conſiliis; deciſionibus; repertoriis et ſpiſſis eius-

Digitized by Google

Prooem. eiusdem generis uoluminibus aliis de po-
teſtate *legatorum a latere* ampliſſimi quo-
que ſunt.

4) *Nouiſſima ceremoniarum ſolennia.*

§. VI. Neque etiam deſunt, qui in le-
gationibus *CEREMONIARVM* ſolen-
nia deſcripſerunt. VVIQVEFORTII
hic prae ceteris induſtria laudanda, cuius
liber, qui *Ambasſiodoris* nomen fert, Gal-
lice et Germanice, uerſione tamen minus
probata, extat. Inuenies etiam aliqua
apud Fridericum de MARSELAER & Ia-
cobum HOWELIVM in libris de *legato. L'
Ambaſſadeur* de Iean HOTMANN *Sr. de Vil-
liers*, Fr. Hotomanni ICti filii; ſimiliaque
ſcripta de BASSOMPIERRE; de FALCOMBERG;
uitae Cardinalis COMMENDONI; MAZARINI;
SYLLANI ducis pluriumq; aliorum, quorum
negotia Gallico idiomate deſcripta ſunt,
non parum quoq; conferri hic poſſunt. In
Italica lingua, quae natio in hoc elegan-
tiae genere principatum tenet, *Ceremonia-
le* curiae Romanae et aliud a Gregorio LE-
TO editum extant. *Francicum Ceremoniale*
Theod. GODOFREDVS integris duobus uo-
luminibus, nitido ac ſumtuoſo opere in
forma maiori edidit. *Ceremoniale* PALA-
TINVM, quod nuper prodiit, parui momen-
ti eſt. BRANDENBVRGICVM, quod
priuata nonnemo auctoritate ſcribere ac
edere uoluit, inſtituto admodum inepto,
non tantum *SVPREMO CEREMO-
NIARVM* in iſta aula *RECTORI* tae-
dium attulit: ſed etiam plurimae huius
libelli nugae mereri uidebantur, ut is pu-
blice proſcriberetur. Inter *ſubſidiarios*
etiam libros aliqui referri poſſunt. *Victorius*
SIRI palmam hic multis praecipit in uaſtiſ-
ſimo *uiginti et plurium uoluminum* opere, in
Italia partim, partim et in Gallia ab anno
1635. ad an. 1649. ſub *Mercurii* nomine, edi-
torum. Auctor enim hic, quod is mul-
tum animi pro fide habere uideretur, a
uariis legatis ſcriptos commentarios acce-
pit, tecto ſaepius nomine ei transmiſſos.
Hos ipſe integros ſuis deinde uolumini-
bus inſeruit, ut adeo plurima eius inter
ſeculi ſui anecdota omnino referen-
da eſſe, uideantur. Maleuolentiae et ca-
lami uenalis eum aliqui accuſant: ſed haec
iudicia ille de ſe facile contrahit, qui nihil
non ſcribere audet. Fieri tamen potuit,
ut nimiam ipſe fidem rerum adminiſtris
haberet, qui Vittorio ſaepius tanquam in-
ſtrumento uſi ſunt, quo aliorum famam,
nunc inuidiae, iterum aemulationis er-
go, tecte et alieno quaſi periculo proſcin-
derent ac lacerarent. Neque Gallorum
is pepercit, inter quos egerat plurimum.
Quod cum ei quidam exprobrare uellet,
regeſſiſſe fertur: *nihil ab his timeo.* Gal-
lis certe mea aeternum occluſa. Volubi-
lia et praecipitia ingenia numne perſeue-
rabunt, grandia uolumina legere, quae
mea ſunt. Plura quoque eius generis re-
cens auctor XXX. et quod excedit *uolumi-
num*, quae Gallice ſub MERCVRII titu-

§. VI. VII.

A lo in minima forma prodierunt & quot-
annis adhuedum continuantur, e diuerſis
aulis congeſſit. PVFENDORFII rerum
praecipue Brandenburgicarum libri ſae-
pius in ſolennnia legationum excurrunt.
Vtinam omnia tempeſtiue ſcripta, cum
temporum ac rerum ſelectu. Opus, quod
uir Catonianae prudentiae Liber Baro de
PRIELMAYER de *ſacro ceremoniarum iu-
re* ex ἀρχείῳ Bauarico, cuius aulae nunc
B primarium bello ac pace adminiſtrum
agit, magno iudicio ac induſtria congeſſit,
principem ſorte hic locum meretur; dum-
modo ſcriptum, quod olim uoluerat illu-
ſtris auctor, publici iuris feciſſet. Ada-
mus CORTREIVS ordinum prouinciali-
um in hoc ducatu ſyndicus, uir uſu ac ſci-
entia iuris excellens, actuum Weſtphali-
cae pacificationis aliquot grandia uolumi-
na congeſſit ex ſchedis ſoceri ſui ac tum
C legati Magdeburgici Iohannis *Krullii*, digna
ſane, ut in publicum prodeant. Aſt uero
neque omnium horum conatus deſideri-
um expleuerint, in notitia ſolennium ac
ceremoniarum in legationibus. Plerique
enim huius tantum aut illius generis argu-
menta ſigillatim tractant; aut ſolum intra
fines eorum manent, quibus ipſimet de-
functi ſunt: nemo uero extat, qui plene;
curate; atque certo ordine adhibito, cere-
D moniarum ſolennia hactenus deſcripſerit.
Vtinam illuſtri atque excellentiſſimo uiro
Ioh. de BESSER Poruſſiae Regis conſilia-
rio intimo ac ſupremo officiorum magi-
ſtro tantum otii ac temporis ſupereſſet,
ut huius argumenti librum, quem ince-
pit, ad finem perducere poſſet. Vidi ego
apud illuſtrem uirum ingentem adpara-
tum ſolennium ac ceremoniarum, quae
in plerisque aulis regnorum uniuerſae pe-
E ne Europae fieri, adſolent; cui accedit iudi-
cium auctoris rerum uſu ſubactum; et ani-
mus uario literarum ac ſcientiarum genere
inſtructus; calamus praeterea cum in exoticis
pluribus, tum in uernacula inprimis terſiſſi-
mus; conſuetudo etiam, in ſcriptis non cum
feſtinatione properare, ſed ſumma quae-
uis elaborare induſtria: ut adeo nihil huic
deeſſe uideamus, quod nobis ſpem facere
poſſit libri in hoc genere pleniſſimi, et docti
F politi atque omnibus demum numeris ab-
ſoluti. Quo ciuilium rerum ſtudioſi hacte-
nus non ſine difficultate caruiſſe, uidentur.

Ioh. de Beſſer

5) *Vulgaria in Germanico imperio.*

§. VII. Reſtant perpauci, qui in hoc ſcri-
pturae genere imperii Germanici faciem
quadantenus reſpiciunt. Chriſtophorum
BESOLDVM; Iohannem GRYPHIANDRVM;
Matthiam BORTIVM; KOENIGIVM; SCHV-
BARTHVM; Dominicum ARVMEVM; Ger-
G hardum de STOECKEN; Petrum MVLLE-
RVM; hic forte laudare liceat; ſed illi et-
iam in iuribus imperii noſtri ſunt parciſſi-
mi. Neque in his largiores lexicographi
WEHNERVS; SPEIDELIVS; DIETHERRVS;
BESOLDVS; REYGERVS ac FRITSCHIVS, quo-
rum plerique ea, quae centies ſunt dicta, e

Prooem.

Politicis libellis non ſine nauſeae moleſtia repetunt. Quam tenuis etiam labor illorum hic ſit, qui publica Germaniae iura ſcriptis *ſyſtematibus* docuerunt: ſuis locis dicetur ſigillatim,

Laudati ſigillatim Ioh. Georgius Culpeſius et Caeſarinus Furſtenerius.

§. VIII. Solus CVLPEIVS ſupereſt, cuius luculenta de *legationibus Statuum Imperii commentatio* iuſti operis elogia fert. Equidem pſeudonymus auctor Caeſarinus FÜRSTENERIVS in *Suprematu*, quem edidit, legationum iura Principibus Germaniae ante Culpiſium uindicauit. Sed huic ſatis fuerat, ſuo ſcopo inſeruire et principum oratoribus ſolennia quaeuis adſerere, omni diſcrimine ſublato, quod inter hos ac Electorum nuntios alii intereſſe exiſtimarunt. Neque illa, quae de materia hac in quatuor uoluminibus *Actuum Pacis Nouiomagenſis* congeſta ſunt, aliud iudicium merentur. In quanto autem pretio etiam ſit Culpiſii liber: ipſe tamen ſaepius opuſculum, olim a iuuene lucubratum, inchoatum magis, quam abſolutum eſſe, neque ita politum, ut limam fugiat, cordato ac ſincero iudicio, pronunciauit. Inprimis uero, cum in Riſuicenſi pactione et principis ſui et imperii ipſe oratorem ageret, in uotis poſuit, tantum ei temporis e curis Reipublicae supereſſe, quo libellum ſuum ſecundis curis emendare atq; ſingula in eo capita ad praeſentem nouiſſimamq; rerum faciem exigere poſſet, prout auctoritati ordinum imperii Germanici id expediret. Non ſolum ſermone haec habeo ſummi quondam uiri, cui ob plurima beneficia, Hagae, dum pax fieret, in me collata, deuinctiſſimum me ſentio: ſed mihi etiam in manibus libelli exemplum fuit, quod auctor notulis ac remiſſionibus ad uolumina publicorum actuum partim correxerat, partim auxerat ornaueratque. Verum enimuero in hoc conatu, altero ſtatim poſt pacem factam anno improuiſa morte praeuentus eſt, nihilque quam deſiderium eius laboris nobis reliquit.

Iuſtinus Presbeuta.

Hoc non parum expleuiſſe uidetur Iuſtinus PRESBEVTA, qui ſuperiori anno libellum edidit de *iure legationis Statuum Imperii.* Auctor pſeudonymus eſt, litteris uero ac uſu negotiorum publicorum admodum praeſtans. Supplet enim paſſim, quae Culpiſius omiſit; et loca, ubi idem offendit, diligenter emendat, omniaque ad praxin ſolennium in imperio congreſſuum reuocat, ut adeo parum aut nihil in eo deſiderari poſſe, uideatur. Vellem quidem alicubi plenior fuiſſet in rationibus exemplisque: ſed placuit conciſum eſſe, forte, ne rerum publicarum adminiſtri granditate uoluminis a lectione abſterrerentur.

Neminem horum in opuſculo nos quicquam adiuuare potuiſſe.

§. IX. Iam uero, poſt ingentem cumulum horum ſcriptorum, qui legationis materiam ex inſtituto tractarunt, numquid forte expectari a nobis poterit, quod a nullo ex hactenus recenſitis ante traditum ſit? Ita dubitabunt omnino rerum ignari. Sed uero uti cibos bis coctos pridem ſtomachor; ita libero nunc iudicio ſcribo; me in hoc argumento non ſolum nullum ducem habere; ſed etiam a nullo ex ſupra laudatis in eodem quicquam fuiſſe adiutum. Non enim hic Graecorum aut Romanorum antiquae et uetuſtate ſepultae legationes ſcribendae, quod litteratorum eſt; ſed nouiſſimae ordinum ac procerum imperii: neque argumentum generatim e politica tractandum; ſed reſpiciendum ad id, quod ſolenne eſt moribus Germanici imperii: nec quicquam Romani etiam ac Pontificii iuris praecepta hic ualebunt; ſed omne punctum ferent inſtituta; mores; obſeruantia imperii: quid? quod neque hic quaeram, quae uel Imperator uel ordines iura habeant, ſi in propria cauſa mittant legatos; qui tantum ſcopus CVLPISIO ac PRESBEVTAE fuit; ſed quid tum iuris ſit, ſi res *uniuerſi Imperii noſtri* cum exteris principibus ac rebuspublicis tractandae et expediendae ſint. Atque id demum eſt, quod Latium et Graecia ignorat; quod politica non docet; quod non priuatae leges ſanciunt; quodq; iurium publicorū doctores aut omiſerunt hactenus, aut uix indice digito attigerunt.

§. VIII–XI.

Neglectum hoc argumentum tam utile tamque controuerſum.

§. X. Neque uero ideo hoc argumentum neglectum fuit, quod parum forte momenti aut commodi habere uideatur. Ecquae enim controuerſia uniuerſam imperii compagem magis commouere, ac illa poteſt, quae de arbitrio belli; pacis; foederum diſponit, quae munera ſunt ADLEGATIONVM *ordinum imperii.* Sed forte, quod res in expedito ſit, ideo eius tractatum nihil eſt? Verum ex recenti ſuperioris tantum ſeculi memoria conſtabit: quanta animorum contentione *ius adlegandi in Weſtphalica* pacificatione principes demum noſtri exercuerint; quantis deinde rerum argumentis et artibus in *Nouiomagenſi* pactione hos imperii *adlegatos* Caeſar declinauerit; quam idem poſt moeruerit *Francofurtanae deputationi*; et tandem quanta rerum ac partium diſcrimina fuerint circa eadem iura in congreſſu *Ryſuicenſi.* Quod ſi igitur, uniuerſo nunc orbe difficillimis undique bellis concuſſo, pax cum exteris imperio noſtro iterum ſperanda eſt; redibit denuo, quae hactenus fuit, diſceptatio: de iure ADLEGANDI ORDINVM IMPERII: ut adeo temporis quoque ratio habeatur, ſi in potiora huius rei momenta curatius aliquanto inquiramus,

Principia opuſculi et eius partitio.

§. XI. Ne uero in cauſa, toties in imperio diſceptata, res haec aliquid nobis periculi inuoluere uideatur; ea nos ratiocinia, quibus ipſi ordinum legati in publicis ac ſolennibus congreſſibus pro obtinendo iure ſuo uſi ſunt, nouis rerum et exemplorum argumentis, ad amuſſim legum et obſeruantiae imperii contuebimur.

Digitized by Google

mur. Pleraque enim, dum, inter alios peregrinatores, & ipſi in Ryſuicenſi pactione ageremus, congeſſimus inſigni quorundam legatorum beneuolentia: quibus nunc illa iungemus, quae e diuerſis temporum interuallis eandem ſententiam nouo quodam robore confirmare ac ſtabilire uidentur. Ita uero opuſculum partiemur: ut *primo* controuerſiae ORIGINEM atque progreſſum enarremus; *deinde* IVRA ORDINVM imperii noſtri firmiſſimis *argumentis* ſtabiliamus, *tum*, quae his OBESSE uidentur, e medio tollamus; *demum* rationem MODVMQVE aeſtimemus, quo ritu, ſolennibus, ordine, auctoritateque adlegati ordinum excipi ac haberi debeant. Deus adſit dicendis!

CAP. I.

Natura iuris adlegandi, eiusque origo ac progreſſio.

§. I.

Cauſa huius capitis, quod mores ius faciunt,

CVm plurima, eaque grauiſſima in publicis Imperii noſtri iuribus reperiri ſoleant, quae omne uel maximum certe praeſidium a moribus et *obſeruantia* eius ſumunt; illi demum ſolidas mihi rationes inire uidentur, qui e primis rerum cauſis controuerſias eruunt; ut, cognitis, quae olim in republica obtinuerunt, firmiori deinceps iudicio, quid nunc in ea iuris ſit, aeſtimari queat.

in LL. Romanis,

§. II. Sane *ciuilia* etiam *Romanorum* iura ipſis legibus *conſuetudine* derogant *L. 32. ff. de Legibus* et moribus iura conſtituunt *L. 1. et 3. C, quae ſit longa conſuetudo,* quae nouam quaſi legem gignunt *§. 9. I. de iure nat. gent. et ciuil.*

Feudalibus,

§. III. *Feudalia* non minus *conſuetudini* tribuunt, quod codicem horum iurium etiam nunc *conſuetudinum* nomine inſignitum habeamus. Verum nolim propterea cum *Franc.* DVARENO (a) adſerere; *inſtituta haec feudalia LEGES dici non poſſe. Quod a ſtudioſo quopiam, qui nullam habuit auctoritatem legis ſcribendae, ſcriptae ſint.* Quodſi forte in ICto Gallo excuſandum, ubi iuris Longobardici tanta, ac alibi, auctoritas non eſt (b): redarguendum tamen in *Henrico* a ROSENTHALL (c) idem etiam in Germania docente. Quamuis enim facile la[...]amur L. 32. et 33. ff. de LL. ſcripturam in *lege* requirere non priuatam; ſed *publicam*: hic tamen non ſpectandum eſſe exiſtimo, quis ſcripſerit feudalia; ſed quis ſcripta *ſua* fecerit. Cum et ipſe imperator, quae e ſcriptis priuatis, ſua fecit, *Legum* nomine cohoneſtet (d).

An in Atticis quoque legibus?

§. IV. Athenienſium uero ea lex eſt, quae omnem *conſuetudinem* in Republica eorum uidetur ſuſtuliſſe. ΑΓΡΑΦΩΙ ΔΕ ΝΟΜΩΙ, ΤΑΣ ΑΡΧΑΣ ΜΗ ΧΡΗΣΤΑΙ, ΜΗΔΕ ΠΕΡΙ ΕΝΟΣ. *Magiſtratus iudicia non reddunto ſecundum leges NON SCRIPTAS, ne ulla quidem de re.* *Inde Samuel* PETITVS (e) ait, *Athenienſes omnem conſuetudini ſiue νόμῳ ἀγράφῳ abrogant auctoritatem: nam magiſtratus iudicia reddere uel de re ulla minima non poterant ſecundum legem non ſcriptam. Qua in re diuerſi, abeunt boni Quirites ab Athenienſibus.* Verum enimuero ſunt mihi rationes ad dubitandum, hac lege Athenienſes *conſuetudines* e iudiciis ſublatas uoluiſſe. Primo enim paucas eosdem leges habuiſſe, conſtat, quod harum multitudinem crederent σημεῖον εἶναι τῦ κακῶς οἰκεῖσθαι τὴν πόλιν, ſignum corruptae reipublicae, ut ISOCRATES (f) auctor eſt. Et, ut THEOPHRASTVS (g) ſcribit, de illis tantum, quae ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, non quae ἐκ παραλόγυ. Neceſſarium igitur eſt, *moribus* eos aliquid reliquiſſe. Deinde cum plerique auctores Graeci ad diſtinctiones iuris ſcripti et non ſcripti ſaepius prouocent: difficile ad credendum eſt, hos omnes factae huius prohibitionis immemores fuiſſe. Apud Graecos inquit VLPIANVS (h) τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι, idque ad fidem PLATONIS (i) magni Graeciae doctoris, ubi ἄγραφα νόμιμα formulaeque eius generis aliae paſſim occurrunt. Quorſum etiam dicta ARISTOTELIS (k) pertinent: τῶν νόμων τῶν κατὰ γράμματα καὶ τῶν κατὰ τὰ ἔθη. Qui idem etiam alibi monet (l) *conſuetudinem* interpretem legis eſſe. Id ergo mihi Athenienſes tantum uoluiſſe, uidentur; ne iudices *priuata* forte *Philoſophorum*, quorum Attica foecundiſſima fuit, placita inſtitutaque ſequerentur: ſed nullas ſibi leges in iudiciis dictas crederent,

(a) Commentario in Conſuetud. Feudor. cap. 1. §. 3. p. 310. (b) Teſte MOLINAEO in Conſuetud. Pariſ. in tit. 1. n. 1. (c) De Feudis cap. 1. concluſ. 8. n. 6. (d) arg. §. 6. proem. Inſt. (e) In literatiſſimo Commentario in Leges Atticas Lib. II. tit. 1. p. 117. (f) In Areopagitico p. 350. (g) L. 3. ff. de LL. (h) L. 6. ff. de Iuſtitia & Iure. (i) Lib. VIII. de Republ. p. 593. & Lib. VII. de LL. p. 604. (k) Lib. VI. Politic. c. 5. (l) Lib. II. Metaphyſ. p. 306.

(m) No-

CAP. I. · §. V–VII.

derent, niſi quae ſolenni Reipublicae *ſanctione* eſſent communitae. Ἄγραφα enim Graeci ea etiam dicunt, quae parui momenti ſunt, nulla auctoritae ſcripta. Vt exemplis id CASAVBONVS (m) probat. Hinc ἀγράφους νόμους non, quod alii faciunt, leges non ſcriptas ſeu *conſuetudines* uerto; ſed leges *non ſancitas* priuatim philoſophantium. Atque *has* demum non illas e foris ac iudiciis Atticis proſcriptas fuiſſe, exiſtimo, ne magiſtratus in iudiciis philoſophando ad cerebrina iura delaberentur (*), aut, quod uniuerſae reipublicae erat ſuo arbitratu facere uiderentur. Vt adeo ſalua quoque *conſuetudinum* iura Athenis fuiſſe, per hactenus dicta conſtet.

Apud Lacedaemones.

§. V. Manifeſtior *conſuetudinum* ratio apud *Lacedaemonios*. Illi enim leges memoriae, quam literis mandari, ſatius exiſtimarunt (n). Ne ergo earum multitudine animos ciuium uel onerarent nimium, uel confunderent, pauciſſimis ſanctionibus, PLVTARCHO auctore (o), rempublicam adminiſtrarunt; pleraque reliquerunt *moribus* ac uſui (p), quod nos *conſuetudinis* uoce hactenus adpellauimus.

Apud Hebraeos.

§. VI. Sapientiſſimi etiam Numinis ea uoluntas fuit, ut reſpublica Iudaeorum *moribus* potius, quam legibus bene uiueret. Nullae huic ante Moſen leges ſcriptae. Auita maiorum exempla ad uitae probitatem excitabant (q). Ipſae etiam tabulae Legum Moſaicarum pauciſſimae ſunt: ut poſtea quoque plurimum *conſuetudini* ac moribus datum fuiſſe, ſciamus.

Praeſertim apud Germanos in iure priuato.

§. VII. Nulla autem gens a *legibus* magis abhorruit, patriarum conſuetudinum tenaciſſima, quam Germani. Notum eſt TACITI (r) elogium de maioribus noſtris: *plus in Germania probi mores ualent, quam alibi bonae leges.* Inde eſt, quod Monachi ſcriptores, ne Germanica reſpublica ſine legibus eſſe uideretur, ipſas etiam *conſuetudines legum* nomine inſigniant. Anton. Dadinus ALTESERRA (s): *eſt hoc ex CONSVETVDINE Francorum, quae ſaepius LEGIS Salicae nomine uenit.* Imo *LEGIS CONSVETVDINARIAE* mentio fit an. 1642. in diplomate Burgundico (t). Et AVCTOR praefationis Legum Alemannicarum (u) *Longa conſuetudo pro lege eſt;* et mox: *Conſuetudo eſt ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur.* Neque etiam ſeculo V. et ſequentibus primi Germanorum legislatores Graecorum aut Romanorum, hominum peregrinorum, codices exſcripſerant aut ingenii ſui figmenta obtruſerunt: ſed in literas tantum ea retulerunt, quae pridem *moribus* cuique populo conſtiterant. Auctor praefationis apud Ioh. HEROLDVM (uu): *Theodericus rex Francorum iuſſit conſcribere leges Francorum; Alemannorum, Boioariorum et unicuique genti, quae in eius poteſtate erat, ſecundum CONSVETVDINEM ſuam.* Neque uero omnia maiorum inſtituta tum ſcripta ſunt: ſed, quod Paulus HACHENBERGIVS (x) bene obſeruat: *traditam ſibi a maioribus CONSVETVDINEM ſumma etiam principes religione obſeruarunt; ut rudes auitorum mores ipſis politioribus LL. tabulis anteponerent aut aequarent.* Quae uerba exſcribit Iac. OTTO (y). Quorſum etiam faciunt, quae Ioh. Iſaacus PONTANVS (z) in hoc argumento congeſſit. Imo cum modica harum legum uolumina ſint a Petro PITHOEO (aa); Iohanne HEROLDO (bb); et LINDENBROGIO demum (cc) edita: facile ad probandum, ἀγράφοις νόμοις plurimas cauſas in Germania relictas fuiſſe. Haec facies iuris Germanici *conſuetudinarii* fuit, usque dum, multis ſeculis poſt, *canones pontificum*; et, ſerius multo, antiquae *Romanorum* leges, *illi* uafritie et fraude cleri; *hae* artibus profeſſorum academicis, locum in patria inuenirent, ubi ciues ab antiqua patriae ſuae conſuetudine ſenſim deſueſieri coeperunt. Sane *Friderici I.* tempore ordines Germaniae pontifici ſcripſerunt: *duo ſunt, quibus noſtrum regi oportet imperium: leges ſanctae imperatorum et VSVS BONVS praedeceſſorum et patrum noſtrorum*, teſte RADEVICO (*). *Suevici* et *Saxonici Iuris* monumenta duo quidem auctores collegerunt, utroque libro, *Speculi* nomine, quo titulo tum omnium fere diſciplinarum libri inſcripti ſunt: ſed hoc priuato inſtituto factum eſt. Quae omnia dudum ante me expediuit Hermannus CONRINGIVS (dd); cuius libro plurima quidem addi poſſent, ſed alio nos uocat inſtitutum. Hodienum tamen infinita fere in Germania ſupereſſe ueterum conſuetudinum genera, quae in iudiciis obtine-

(m) Notis ad Athenaeum Lib. V. p. 383. (*) Ex quo fonte Excell. D. *THOMASII* doctrina fluit: *iudicialem conſuetudinem ius non facere*, in Differt. de Iure *Conſuetudinis & Obſeruantiae* §. 65. (n) §. 10. *I. de iure nat. gent. & ciu.* (o) In uita Lycurgi p. 306. (p) Nicol. CRAGIVS in Republ. Lacedaemonior. Lib. III. p. 171. (q) Iohannes SELDENVS Lib. I. c. 10. de Iure Nat. et Lib. I. cap. I. de Synedriis Ebraeorum de his ex inſtituto. Conferri etiam huc poſſunt SIGONIVS; SPENCERVS alii, ſed ultimo nolim calculum ubique addere. (r) de M. G. c. IX. n. 16. (s) De Originib. Feudor. pro morib. Gall. cap. I. p. 287. (t) Apud DV CHESNEVM in Hiſt. Burgund. (u) Statim ab initio. (uu) In praefatione L. Salicae p. 2. (x) In Germania media Diſſ. III. §. 2. (y) In notis ad Beatum Rhenanum Lib. II. p. 293. (z) Lib. VI. Origin. Francic. cap. 17. p. 505. (aa) edit Pariſ. 1579. (bb) Baſileae 1557. (cc) Francofurti, ubi iunctim extant. (*) Lib. I. de geſt. Friderici I. c. 16. p. 209. (dd) In libro de origine Germanici

(ee) Per-

CAP. I.

tineant, origine eius iuris pleriſque ignota A, celeberrimus quondam iuris anteceſſor ſentit (ee) idque inter deſideria *iurisprudentiae* noſtrae ponit, ea a nemine adhuc congeſta atque tractata fuiſſe.

Magis in iure publico.

§. VIII. Sed in *publicis* Germaniae iuribus plura longe *conſuetudinum* genera ſunt, nulla imperii lege definita. In cauſis enim *priuatis* iuriſprudentiam Romanam ſequimur, tot regulis, legibus, caſibus, diſtinctionibus, limitationibus excultam: B uerum publicae imperii noſtri controuerſiae nullum ex illo iure praeſidium habent. Explodunt enim tempora noſtra illorum doctrinas, qui iura priuatorum, cum iuribus imperantium aut miſcent aut confundunt; qui duodecimum *Codicis* librum pro iuris publici principio habent in Germania (ff); qui ex *l. 9. ff. ad L. Rhodiam de iactu* imperatorem mundi dominum ſalutent (gg); qui C contra inuaſores Gallos ex *L. Iulia* aut *Cornelia* actionem produnt (hh); qui agnatum decem gradibus remotiorem in regno ſucceſſiuo a ſucceſſione excludunt (ii), quod §. *ult. Inſtitut. de ſucceſſ. cognat.* hoc praecipere uideatur (ll); qui pacta cum Anna M. Britanniae regina eludi poſſe exiſtimant beneficio Senatusconſulti Velleiani (mm). Quod ſi ergo Romani iuris nulla in *publicis* imperii negotiis au- D ctoritas ſit, pauciſſima iuris ſcripti in *A. Bulla*; *Receſſibus Imperii*; *Pace Publica et Religioſa*; in *Pacificatoria formula* Weſtphalica; et Caeſareis *Capitulationibus* remanebunt (*): cetera cauſarum argumenta ex *uſu* ac *obſeruantia* imperii diiudicabuntur. Agnouerunt hoc ipſi etiam imperii legiſlatores Germani; quod e ſupra memoratis publicis imperii legibus nulla ſit, quae obſeruantiam & *CONSVETV-* E *DINES* imperii non commendet. Loca ante me Ioh. Georg. CVLPISIVS (nn) congeſſit, in opuſculo huius argumenti. Neque uero *ſupplementa* tantum legum publicarum e moribus et obſeruantia imperii eruenda ſunt: ſed optima *interpres* ipſarum quoque legum (oo) eadem eſt *conſuetudo*.

§. VIII. IX.

Adplicatio dictorum ad materiam praeſentem

§. IX. Haec omnino praefari debui; cum *iura adlegandi ordinum*, de quibus omnis futura nobis diſputatio, publica quidem imperii lege conſtituta eſſe uideantur; ſed maximis tamen difficultatibus inuoluta ſint, quae nonniſi hiſtoriae ope, quam conſuetudinis *promam condam* dixeris, explicari poſſe, exiſtimo.

Theologi inepti doctores ſunt hiſtoriae ciuilis.

Id dolendum eſt, in tanto hiſtorias tractantium numero, nullum reperiri, qui curatam *conſuetudinum* imperii Germanici habuerit rationem: atque hoc tamen eſt, quod *ciuilium* rerum cultoribus ſtudium hoc tantopere commendat. LEHMANNI quidem induſtria maxime laudanda eſt, ſed auctor glaciem fregit, iure publico tum temporis nondum, ut nunc, exculto: neque is ultra *Friderici V.* imperium limites hiſtoriae protulit. VORBVRGERI conatus praematura auctoris morte intercepti ſunt, an. 877. finiti. BOECLERVS, pragmatico inſtituto ſeculi tantum IX. et X. hiſtoriam congeſſit. Cuius induſtriam DIETERICVS uoluit imitari, aliquot Caeſarum uitis promulgatis. Ceteri fere omnes non merentur in hoc argumento laudari. Sunt enim pleríque eorum aut *Theologi* aut Medici aut meri Philoſophi. Et utinam hoc genus hominum manus ab hiſtoriae ciuilis tractatione omni aeuo cohibuiſſet. Sit Theologorum ex hiſtoria exempla noſſe, ad uirtutis imitationem proponenda: ciuilium certe rerum obſeruatio extra ſphaeram eorum eſt. Et ſi uel ambitionis cauſa uel lucri ergo extra oleas hic uagari uelint · ſapientia tamen ultra crepidam eſt, rerum gnaris faſtidioſa. Quis prudens Bartolum et Baldum Eccleſiaſticae hiſtoriae interpretes elegerit? et quis ciuilem Germanici imperii hiſtoriam, expectabit a Theologo, patrii iuris ignaro. Franciſcus BALDVINVS (pp) librum ſcripſit de *iurisprudentiae*

(ee) Perilluſtris atque Excellentiſſimus Dn. Ioh. Fridericus de RHETZ Lib. I. Iur. Publ. tit. I. p. 14. Voveant mecum eruditi omnes et incolumitatem uiri, ad extremam ſenectam uicini, et ut alia quoque praeclara huius argumenti ſcripta in lucem prodeant, quae hactenus manu exarata inter priuatos parietes deliteſcunt. Addantur, quae erudite, ut ſolet, Ioh. Nic. *HERTIVS* congeſſit in *diſſert. de lege, clauſula, ne abrogari poſſit, munita*. (ff) In quo errore *Bartolus*; *Baldus*; *Imola* et poſt hos alii fere ICti omnes usque ad ſeculum XVI. ſunt uerſati. Vt mirum omnino ſit; poſt melioris lucis ortum, *Reinkingium* adhuc cum illis caecutire uoluiſſe. (gg) quem inueteratum errorem e contextu iuris ciuilis profligauit Iacob. *Gothofredus* peculiari diſſert. ad h. l. ſcripta: e genuinis autem iuris publici fundamentis *Conringius* eum diſcuſſit in diſſert. de Imperio Romano-Germanico. (hh) *TABORIS* ICti quondam conſilio uid. eius comment. ad tit. Cod. de Metatis et Epidemeticis Part. I. c. ult. n. 4. p. 65. et part. II. cap. ult. n. 6. p. 139. (ii) quod impedimentum Henrico IV. regi Galliar. factum eſſe a rerum ignaris, auctor eſt *THVANVS* Lib. LXXXI. p. 169. Et bonam cauſam peſſime defendiſſe non neminem ſcio, qui *Longeuillano* principi idem in Auriaca ſucceſſione uoluit obiicere. (ll) An uero imperator ibi *determinatiue* loquatur, ego cum *Vinnio* admodum dubito; quicquid Myns̄ingerus; Weſenbecius aliique ſentiant. (mm) Ita referunt, aliquem ICtum Annae minoris Britanniae principi ſuaſiſſe, ut promiſſionem, Maxim. I. Caeſari factam, ita eluderet in fauorem noui ſponſi Caroli VIII. regis Galliar. Philip. *COMINEVS* Lib. I. de bello Neapol. p. 284. (*) Quamuis his etiam legibus conſuetudines multum derogaſſe Exc. *D. Thomaſius* oſtendat in diſſert. de morum contentione cum iure ſcripto. (nn) Diſſertationum uolumine altero de *obſeruantia imperiali, vom Reichsherkommen* agit. Quamuis auctor materiam hanc nondum exhauſerit, quin plura in genuinis hiſtoriae et rerum Germanicarum monumentis ſuperſint, magno diſcentium fructu eruenda. (oo) nobis aliquid eius rei explicatum eſt *in dem entwurf eines füglich an einander hangenden* Iuris publici S. R. I. (pp) Extat opuſculum in libro, qui

CAP. I.

§. X.

cum *hiſtoria* coniunctione. Ego neque utiliter ciuilem doceri hiſtoriam poſſe, exiſtimo, niſi animus docentis iuris publici ſcientia plene ac ſufficienter imbutus ſit. Sed haec ſtrictim atque ea cauſa ſcribimus; ne quis exiſtimet, nos in *iure* circa *adlegationes* principum Imperii fruſtra caput, quod hiſtoriei fere argumenti eſt, praemiſiſſe.

Adlegandi vocabulum argumento noſtro uindicatum.

§. X. Ante uero quam ad rem ipſam ueniamus, de nomine tituloque noſtrae diſſertationis, ne quem nouitas uocabuli offendat, pauca commentabimus. *Adlegandi* uerbum ueteribus Romanis idem fere ac *legandi*; utrumque ſignificabat *mittere*. Ea tamen inter *ſimplex* et *compoſitum* differentia animaduertitur; quod dignius omnino habitum fuerit, *legari*, quam *adlegari*. Hanc uero an gnauiter oſtenderit *Robert.* STEPHANVS(qq), nolim aſſerere. Ita enim ſcribit: *adlegare eſt proprie grauioris negotii cauſa quempiam mittere interceſſorem; interpretem; ſequeſtrem; internuntium. Sed hoc in PRIVATIS rebus; uti legare in PVBLICIS.* Conuenit cum hoc iudicium NIZOLIANVM(rr): *allegatio priuata quaedam legatio.* Neque aliter Fr. HOTTOMANNVS(ss): *allegatio dicitur in priuato negotio, quod in publico legatio.* Equidem LIVIVS(tt) de Antiocho rege ſcribit: *amore captus uirginis, Chalcedenſis Neoptolemi,* quem ATHENAEVS(uu) inter illuſtres ciues numerat, *filiae, cum patrem primo ADLEGANDO, deinde coram ipſe rogando fatigaſſet, impetrata re, nuptias fecit:* ſed quamuis regis negotia haec fuerint et *Carolus* SIGONIVS(x) ſcribat: *adlegando fatigat, id eſt, per legatos ſolicitat;* ipſum tamen negotium *priuatum* eſt, *adlegatio* quoque ad hominem priuatum facta. Nolim certe cum literarum magiſtris, quod Pet. VICTORIVS(xx) uult, pro *adlegare* reponere *ablegare.* Recte enim H. GLAREANVS(yy): *quomodo rex ABLEGAT patrem liberum et quem paulo poſt ſit rogaturus.* Quicquid tamen eius rei ſit, id mihi facilius ad probandum: *adlegandi* nomen in noſtro argumento adhibitum, neque adpellatione, neque ſignificatu nouum aut claſſicis ignotum eſſe. *Adlegare* dicit CICERO aliquot in locis, pro, *nuntios* aut *legatos mittere. Petit a me Rabonius et amicos ADLEGAT*(zz). *Neceſſarios iſtius ad eum adlegatos eſſe dicebat* (a): et PLAVTVS(b); *ego ſi adlegaſſem aliquem ad negotium:* neque aliter TERENTIVS(c); *tu ne credas a me adlegatum hunc ſenem.* Deinde eiusdem etiam uocis hic uſus eſt, ut idem ea uelit, ac *nouos legatos aliis legatis ſubmittere.* Iterum enim TVLLIVS(d): *legati in caſtra ueniunt Syllae, ſtatim Chryſogonus homines nobiles adlegat iis.* Vt adeo certus ſim, ius hoc ordinum imperii, quo eis facultas eſt, *Caeſareis legatis ſuos etiam adiungere legatos*, ſi cauſa uniuerſum imperium tangat, non meliori nomine, quod rei ſuae et priſtino Romanorum uſui magis proprium aut uicinum fuit, exprimi potuiſſe, quam uerbo, quod adhibuimus, *ADLEGANDI.* Ceterum in *publicis* etiam cauſis, alio quamuis ſenſu, *adlegandi* uox a TACITO(e) ſumitur: *legati Sinopen uenerunt, munera, mandata regis ſui Scydrothemidi regi ADLEGANT.* Vt adeo nullam cauſam habeat *Anton.* NEBRISSENSIS(f); hunc uerbi huius uſum licentiae tribuere ICtorum: quamuis et ipſe *Guilielm.* BVDAEVS(g), quod latinius eſſe, dicat, *legem* proferre, quam *allegare*, huc quodammodo reſpexiſſe uideatur. Subſtantiue eosdem uox eadem ſenſus habet. CICERO(h): *omnes ad iſtum ADLEGATIONES; omnes aditus arduos, ac potius interclusos uident.* Idem alio loco(i): *o dii immortales! quanta iſte cupiditate, quibus ADLEGATIONIBVS*, id eſt, legationibus et interceſſionibus amicorum, *illam ſibi legationem expugnauit.* Qui uero factum ſit; quod aDlegare, non aLlegare ſcripſerim: eius rei cauſam *Claudius* DAVSQVIVS(l) reddet. Neque enim in ſimilibus uerbis, quod ueteres lapidum inſcriptiones docent, D ſemper in L uertitur, ut *aDlabi aDloqui.* Quid? quod clarior ſic origo ſit, compoſitionis ex *ad* et *lego*, ſi nulla litera mutata. Accedit quod uulgaris ſcriptura uerbum *aBlegare*, a noſtro non diſtinguat. Cum in ſolo PLAVTO(m) multa loca ſe offerant, ubi, *aLlegare* pro *aBlegare* in variis editionibus exſcriptum eſſe, reperitur. Quamuis uero ex his ſatis conſtet, *adlegandi* uerbum latinitati purioris aeui uindicatum

qui duobus uoluminibus ſub titulo prodiit, *Artis hiſtoricae Penus* Baſil. 1579. 8. Praeterea de hoc argumento *Bodinus*; Franciſc. *Patritius*; Ioh. Iouian. *Pontanus*; Sebaſt. *Foxius*; Anton. *Viperanus*; Franciſc. *Robortellus*; Chriſtoph. *Milaeus*; Vbertus *Folieta*; Dau. *Chytraeus* aliique cum ueterum fragmentis coniunctim hic prodierunt, quos utinam illi legerent, qui tanta leuitate, ad quarumuis gentium hiſtorias docendas, proſiliunt. Addi his poſſunt Gerh. Ioh. *Voſſius*; Sebaſtianus *Maccius*; Ioh Mich. *Brutus* et alii forte, qui de arte hiſtoriae ex inſtituto ſunt commentati. (qq) in Theſauro Latinit. ſ. h. u. (rr) Ciceroniano h. u. (ss) In Commentario in Cic. orationem in C. Verrem Lib. III. p. m. 523. (tt) Lib. XXXVI. c. 5. (uu) Lib. X. Deipnoſoph. p. 439. (x) ad leg. 36. c. 5. (xx) Lib. XXIV. Variar. Lect. cap. 11. p. 658. (yy) In annotat. ad Lib. XXXVI. c. 5. p. 104. (zz) Orat. III. in Verrem p. 236. (a) In ead. p. 240. (b) Epid. IX. 43. (c) Andr. V. 3. 28. (d) In Orat. pro S. Roſcio Amerin pag. 170. ubi tamen *Lambini* alia coniectura eſt, nobis minus probata. Quod *Plautus* Amphit. III. 40. dicat, alium ego iſti rei *adlegabo* (e) Lib. IV. Hiſt. n. 84. (f) In Lexic. ſ. h. u. (g) In commentar. Graec. Ling. p. 159. (h) In Verrem. I. p. 115. (i) In eadem oratione p. 94. (l) In Orthographia ueteris nouique Latii uolum. II. tract. I. p. 9. (m) Luc. Philippus PAREVS in Lexico Plautino congeſſit in uoce *allegare.*

§ X

CAP. I.

Vocis adcapitulandi natales.

DEPVTATIONIS uox in hoc argumento improbata.

tum eſſe, eo etiam ſenſu, quo *adlegare* idem eſt, ac aliis *legatis* nouos *legatos ſubmittere* uel adiungere: non tamen hac induſtria opus fuiſſet, cum QVINTILIANI (n) nobis conſilium admodum probetur, licere in *rebus* nouis *uerba* noua effingere. Qua in re publica Imperii noſtri conſuetudo praeire poterat. Cum enim *Pace* WESTPHALICA (o) ceteſis ordinibus eo inter alia proſpiceretur; ut illorum quoque adſenſus, quem antea Electores in hoc negotio requirere noluerant, in *perpetua capitulatione* neceſſarius eſſet: in comitiis quidem 1654. hoc ius in *perpetua capitulatione* omnibus regni commune eſſe proceribus largiti ſunt Electores (p); ſibi tamen facultate retenta, perpetuae iſti capitulationi ex ſuo tantum arbitratu *noua* ſemper pacta addendi, quibus Caeſar adſtringeretur. Id quod *ADCAPITVLANDI* uoce, *nouo* ac tum demum nato *iuris termino*, ut *Iac. Bernh.* MVLZIVS (q) ſcribit, denominarunt. Eadem igitur cauſa, qua tum *ADCAPITVLANDI* verbum effictum; nobis *ADLEGANDI* nomen inuenire licuiſſet, omni etiam antiquitati, quod tamen aliter e ſuperius dictis conſtat, ignoratum. DEPVTATIONIS uocabulum, quod alii in praeſenti argumento adhibuerunt, *Carolus du* FRESNE (r) in utriusque Linguae theſauro latiſſime expoſuit. RIGALTIVS (s) quoque et *Ioh.* MEVRSVS (t) plurima loca congeſſerunt: e quibus patet, *deputatos*, Graece non minus Δεπουτάτους, illos dictos fuiſſe: qui ex utroque ordine uel *ſacro* ad miniſteria in templis obeunda; uel *militari* ad ſaucios curandos aut arma fabricanda ſelecti nominatique ſunt. Quem uero eadem uox praeſenti tempore inter gentes uſum habeat, *Fredericus de* MARSELAER (u) his uerbis prodit: *qui a ſubditis ad principem ueniunt, DEPVTATI, non legati ſunt.* Quae *Franc. le* VAYER (x) pluribus ueterum dictis exemplisque comprobauit. Quare ordinum iuribus omnino conducere, exiſtimauerim, ut deputatiouis nomen in hoc cauſae genere deprecentur: ne quis inde *imperii adlegatis* ſolennia ac honores legationis diſputet, quod aliquoties factum eſſe, inferius enarrabitur. Ceterum quotuplicia *deputationum* genera in imperio noſtro ſint, peculiari libro *Abasuerus* FRITSCHIVS

A (y) docuit, neque noſtra refert, ea hic retuliſſe. Nam *adlegationum* iura ordines noſtri modis ac rationibus aliis, quod ſuo loco dicam, exercere poſſunt: ut adeo *imperii deputationem* ſemper ſequi, non teneantur. Sed haec de nomine tituloque ſufficiant. Qui enim *ORDINVM* ſeu *STATVVM IMPERII*, quibus *ADLEGATIONVM* iura adſeremus, ſtylo imperii noſtri ueniant, uulgaris ac B obuiae ubiuis tractationis eſt in iure publico: ut adeo toties recocta adponere, operae pretium non ſit.

§. XXI.

Adlegationum Imperii definitio ac definitionis expoſitio.

§. XI. Id uero nunc ordo exigere uidetur, ut *adlegandi iura* curatae, quantum fieri poteſt, *definitioni* includamus, unde conſtet, de quo nobis futura ſit diſputatio. *Eſt itaque adlegatio imperii noſtri Caeſareae legationi adiuncta legatio, quae ordi-* C *nibus, iure regni, competit in cauſa, uniuerſum imperium concernente.* Sed cum omnis in iure definitio, aut ſi mauis, regula facile ſubuertatur *L. 202. omnis definitio ff. de R. I.* ſingula hic nobis ſigillatim exponenda ſunt, ut omnia firmo loco ſtare uideantur. Adlegationem autem *IMPERII* diximus, ut conſtet, argumentum hoc non *generatim* tractatum iri, quod facit ius *publicum uniuerſale*: ſed prout *peculiares* D imperii Romano-Germanici rationes uolunt. Omnino enim hic cum excellentiſſimis ICtis *Vlrico* HVBERO (z) et *Ioh. Nic.* HERTIO (*), cuius elegantiſſima ſcripta cuiuis nunc literato in deliciis ſunt, faciendum eſſe, exiſtimo, qui ius publicum *uniuerſale* et a *Politica* diſtinguunt (a); et a *peculiari* iure publico imperii Romano Germanici (b). Quas diſciplinas plerique inter ſe commiſcent, et, ut liberius E dicam, turpiter confundunt. Generis loco ſtat *LEGATIO*. Superius enim monui, *deputationis* titulum, hactenus adhibitum, minus ſolennem et honorificum minus eſſe. Quamuis enim *legati* uerbum etiam ſubditis datum fuerit, ad principem in publica cauſa miſſis *l. 1. ff. de Legationibus*; imo ipſe Imperator Romanis ciuitatibus modum praeſcripſerit, *legationem* ad illum decernendi *l. 6. C. de Legationibus*: uſu ta- F men hodierno ſuus uocabulo huic honor eſt, proprius uelnti neque cum reliquis ita communis. Atque hunc, quod inferius fiet, Imperii quoque *adlegatis* uindicamus. Neque ſupra memorata criticorum

(n) Lib. VIII. Inſtitut. Orat. c. 3. p. 359. (o) Artic. VIII. §. 3. (p) Acta Comitiorum hic conſulantur, quae in tomis *LONDORPIANIS* & *Theatri Europaei* extant. (q) In Repraeſentatione Maieſt. Imperat. Part. I. c. 12. §. 13. pag. 169. (r) In Gloſſariis medii aeui, quae ſtudia publica et ciuilia in imperio noſtro mirum adiuuant. (s) In Gloſſario pereruditο. (t) In Gloſſario Graeco barbaro h. u. (u) In legato Lib. I. diſſert. 2. p. 9. (x) In Libro de legatione cap. VII. p. 68. (y) De Deputatione Imperii, *Von Reichs*-Deputation*en in* 4. (z) In *Oratione*, qua diſſeritur, quamobrem *Ius publicum* olim in Academia Franeccerana profeſſione publica non ſit honoratum. (*) In diſſert. de iurisprudentia uniuerſali Sect. II. uol. I. pag. 64. (a) Vt *Lipſius* quoque et *Boeclerus* diſtinxerunt. Vnde conſtat, quam inſolenter agant, qui iuris publici doctrinam ſub titulo *Politicae ſpecialis* ignaris emtoribus adponere audent, quaeſtuoſo errore, in *Notitia Boecleriana* ſatis profligato. (b) Vtinam huius rei ſemper memor fuiſſet *Mullerus ab EHRENBACH*, cuius libri publica diuerſorum regnorum iura inuicem non diſtinguunt.

rum obſeruatio (c) nobis oberit, qui *legationem* ab *adlegatione*, ut *ſpeciem* a *ſpecie* diſtinxere. Quid enim de illa ſentiamus, multis ibidem rationibus explicatum eſt. *Caeſareae* autem *legationi* hanc noſtram *ADIVNCTAM* ſcripſimus: ut conſtet, nihil hic alterutram partem iuris habere. Neque Caeſaris arbitrium ſine ordinum conſenſu; neque horum ſuffragia ſine auctoritate illius operari, potius nulla conſilia, niſi ſociata utrinque, locum reperire poſſe. Atque hanc etiam uim eſſe exiſtimauerim particulae *AD*, infinita fere exempla in Latio clarum faciunt. Quibus adlegandi iura uindicabuntur, hos *ORDINVM* nomine ſignaui, quos ſtylo curiali *ſtatuum* uoce adpellamus. Nihil enim hic facultatis cetera imperii *membra*, ſiue illa in Germania, ſiue extra eam (d). Id etiam ſequentia ſtatim uerba confirmant: quod ordinibus ius adlegandi *IVRE REGNI* competat; quo omnes excluduntur, qui titulo non gaudent *ordinum S. R. I.* Praeterea in his etiam uerbis diſtinctio latet *legationum* et *adlegationum* Imperii. Ius enim *legationum* ſingulis non ſolum *ordinibus* competit: ſed etiam omnibus aliis, qui in uaſto imperii corpore *iurisdictione territoriali* non deſtituuntur. Atque haec iura ante me tractarunt uiri ſummi CVLPISIVS (e) et HENNINGIVS (f). Sed *adlegandi* facultas illis tantum propria eſt, qui in *ſocietate regiminis* imperii Germanici ſunt, hoc eſt, ut illuſtris uiri *Henrici* COCCEI (g) ore loquar, qui *iure* uel *gubernatione regni* gaudent; quamuis nulla peculiaris territoria aut territorialia iura habeant. Id quod neminem hactenus ex inſtituto uideo docuiſſe. Exemplo unico rem illuſtrabo. Olim, quod magnae eruditionis ICtus *Ioh. Nic.* HERTIVS (h) contra alios probat, Epiſcopi Germaniae iure regni gauiſi ſunt, et partem reipublicae in comitiis habuerunt, nulla autem territoria aut territoriorum iurisdictionem. His ergo certum eſt, iura *adlegationum* competiiſſe, uniuerſi imperii ergo: quamuis nullas *legationes* decernere potuerint territorii cauſa, qualia nondum poſſederunt. E contrario dux Mantuae *legationum* iura, intuitu territorii, ſuſtinet: adlegandi iure omnino deſtitutus. Vnde patet, *legationum* et *adlegationum* iura multipliciter differre. Illa e *ſuperioritate territoriali* fluunt; haec e iure regni in *comitiis*: illa in *propria* cauſa exercentur; haec *communi* nomine *uniuerſi* imperii: illa etiam *non ſtatus* habent; *non* uero *haec*: illa domini territoriales decernunt *abſque* interceſſu *Caeſaris*; qui *neceſſarius* eſt in his; illa *aequius fert* Caeſar; non

A haec, quae ſaepius magnae aegritudinis cauſae ſunt: illa procerum poteſtatem in territoriis ſignant; haec Caeſaris temperant auctoritatem. Tandem et cauſam adlegationis in definitione addidimus, quae *IMPERIVM VNIVERSVM* concernat. Non enim omnes Caeſaris legationes ordinum *adlegationibus* temperantur. Decernit eas ſolus imperator, ſi forte extero regi humanitatis, amicitiae, B gratulationis officia exſoluenda aut alia ſolennium genera praeſtanda ſunt. Summatim, ubi nullum publicae ſaluti periculum, ibi decorum magis eſt, ut ſoli Caeſari ſparta legationis exornanda relinquatur: quod ſi uero aut bellum indicendum aut pax ineunda, tum demum imperii noſtri rationes uolunt, ut Caeſaris aeque ac procerum auctoritate ſingula decernantur. Atque hoc demum et moribus Im- C perii, et publicis etiam legibus conſtitutum eſſe, nunc demum ex omnium temporum adparatu, quantum fieri poterit, eruemus.

Origo ac progreſſio iuris adlegandi in Germania.

§. XII. Vti uero forma imperii Germanici diuerſis temporibus etiam diuerſiſſima fuit: ita in hoc inprimis argumento neceſſarium eſt, ut hae probe inuicem diſtinguantur. Triplicem autem patriae noſtrae ſtatum reperio; *libertatis*; *ſubiectionis*; et eum, qui cum utroque fuit *com-* D *mixtus*. *Iſte* in temporibus ante Carolum M. quaerendus eſt; *ille* in uictrice domo reperitur Carolingorum; *hic* in Cunrado I. et Henrico aucupe conſpicitur. Inde a poſteris imperatoribus aliquot ſeculis ordinum libertas non leuiter obſcurata, in memorabili tamen interregno iterum illuceſcere coepit, ſplendore, quod ſperamus, aeternum duraturo. Nihil igitur nos impediat, ſi, pro hac imperii noſtri E diuerſitate, *adlegationis* quoque argumentum diuerſiſſimum offendamus.

Temporibus ante Carolum M.

§. XIII. Quae antiquiſſima Germaniae facies fuerit, cum alibi, tum in hac etiam materia optime TACITVS (aa) prodidit: *de minoribus rebus principes conſultant; de maioribus omnes.* Ergo etiam de bello, pace, foederibus, quae materia *adlegationum* ſunt, omnes, id eſt uniuerſa plebs, conſultabant. Nam bella, pacem, foe- F dera, pacta cum exteris alia quaecunque in maximis eſſe rebus, quis non intelligit? Et idem alio loco (bb) expreſſam belli et pacis mentionem facit, rerum ſcilicet in plenis comitiis pertractandarum: *de adſciſcendis principibus; de PACE denique et bello plerumque in conuiuiis deliberant.* Vt adeo certum ſit, Germanos pacis, belli ac *legationum* iura, non *regibus* (cc) conceſſiſſe; ſed publica haec negotia plenis, quod noſtra aetate fit, comitiis ſuffragiisque omnium

(c) Cap. I. §. 10. (d) Excluduntur ergo ab hoc iure principes Itali; Rex Bohemiae; Ordo Equeſtris et alii non ſtatus, de qua re ſuo loco. (e) In libro de legationibus Imperii, ſuperius laudato. (f) Hunc enim illuſtrem ſcriptorem ſub pſeudonymo Presbeuta latere, ſermone accepi aliorum. [g] In Iurispublici prudentia cap. XX. §. 11. [h] De ſpecialibus Germ. Rebuspubl. Sect. I. §. 4. [aa] In Libello de Morib. Germ. c. 11. [bb] de Morib. Germ. c. 22. (cc) An uero reges habuerint, quod Tacitus uult, nolim nunc definire.

CAP. I.

omnium ciuium reſeruaſſe. Et ſane memorabile eſt, quod *Dio* CASSIVS (dd) de *Ariouiſto*, Germanorum rege habet. Hunc enim, cum Caeſar in publica eum cauſa ad colloquium euocaſſet, ei reſpondiſſe, ſcribit: *ſi quid mihi Caeſar uult, ad me ueniat. Non tantum, quia ipſo Caeſare me non inferiorem exiſtimo: ſed etiam, quia qui ab alio aliquid uult, ad eum ueniat, neceſſe eſt.* Diſcemus enim exinde cum hoc, Germanos negotia cum exteris nonniſi per *legatos* tractaſſe; tum etiam illud, noluiſſe Ariouiſtum, ſigillatim cum Caeſare in colloquium deſcendendo, ſiniſtram de ſe opinionem excitare; ac ſi ſua, non procerum auctoritate quid ageret, contra maiorum inſtituta. Inde legatos noſtros nusquam Ariouiſti aut alterius *regis* aut *regios legatos* dictos fuiſſe, lego; ſed, ſolenni ac conſtanti elogio, *Germanorum legati* Graecis et Romanis ſcriptoribus audiunt. C. SVETONII (ee) locus hic euolui inprimis meretur in Claudio Caeſare: *GERMANORVM LEGATIS orcheſtra ſedere permiſit, ſimplicitate eorum, et fiducia motus, quod in popularia deducti, cum animaduertiſſent Parthos et Armenios ſedentes in ſenatu ad eadem loca ſponte tranſierant, nihilo deteriorem uirtutem aut conditionem ſuam praedicantes.* Imo eundem locum non *regis ſui*; ſed ciuium, id eſt Germanicae nationis dignitate tueri uoluerunt iidem legati. Quod TACITVS (ff), quamuis de alio tempore luculenter ac his uerbis prodit: *quinam in orcheſtra ſederent, rogitantes. Poſtquam audiuerunt, earum gentium legatis id honoris datum, qui uirtute et amicitia Romanorum praecellerent: nullos mortalium armis aut fide ANTE GERMANOS eſſe, exclamant.* Et uero non infimo loco *legatos* Germanorum apud Romanos fuiſſe, ex alio *eiusdem auctoris* argumento (gg) conſtat: *eſt*, inquit, *uidere apud Germanos argentea uaſa LEGATIS et principibus eorum muneri data* a Romanis. Sed omnem rei dubitationem eximit *Germanorum legatio*, a I. CAESARE (hh), ad quem miſſa fuit, luculenter deſcripta. Hanc enim in plenis *comitiis* de publico belli ac pacis negotio decretam legatamque fuiſſe, clariſſimis uerbis conſtat. Caeſar Germanos inuadere ſtatuit. *A quibus cum paucorum dierum iter abeſſet, LEGATI ab IIS uenerunt, quorum haec fuit oratio; Germanos neque priores populo R. bellum inferre, neque tamen recuſare, ſi laceſſantur.* Reſponſo a Caeſare accepto: *haec ſe ad SVOS relaturos, dixerunt.* Ceterum id etiam ex eadem hac narratione patet, Germanos non ſolum, in cauſa uniuerſae patriae *communi*, *adlegationum* iura exercuiſſe: ſed ſingulas quoque ciuitates, *iure territoriali* legationibus, ſigillatim ac ſua non imperii auctoritate decretis, ſibi conſuluiſſe. *A compluribus ciuitatibus*, pergit de ſe CAESAR (ii), *ad eum LEGATI ueniunt, quibus PACEM atque amicitiam petentibus liberaliter reſpondit.* Habes ergo hic ordinum Germaniae et legationes *territoriales*; et *adlegationes* imperii (kk). Vnum adhuc locum ex *Ammiano* MARCELLINO (ll) addo, unde imperii Germanici legationes pariter dignoſcuntur. *Alemanni*, inquit, *perrupere Germaniae limites hac ex cauſa ſolito infeſtius moti. Quum legatis eorum certa et praeſtituta ex more munera praeberi deberent, minora et uiliora ſunt attributa: quae illi ſuſcepta furenter agentes, ut indigniſſima proiecere, tractatique aſperius ab Vrſatio magiſtro officiorum, regreſſi factumque exaggerantes ut contumelioſe deſpectas GENTES* (non uero regem) *concitarunt.*

§. XIII. XIV

§. XIV. Quamuis uero poſtea prouinciae Germanicae in *poteſtatem exteri regis* Caroli M. iure belli et uictoriae deuenerint: mirum tamen obſeruatu, tum etiam ueſtigia iuris *adlegandi* apud bonae fidei ſcriptores in Germanis reperiri. Equidem ita ſentio alias; Carolingicam hiſtoriam parum aut nihil lucis dare poſſe iuri publico noſtri imperii; ut potius in craſſiſſimos omni tempore errores inciderint, quotquot noſtrorum Caeſarum iura ad menſuram Carolingorum exigere uoluerunt. Pridem exploſi ſunt, qui noſtris Caeſaribus, inepto inſtituto, eam poteſtatem adſeruere, quam Octauium olim Auguſtum apud Romanos conſtat habuiſſe: ſed eadem dementia noſtratium eſt, quod alibi doceo (lll); ſi *noſtris* imperatoribus uindicent, quae *Carolingici* imperatores in uictrice illa domo gentis Germanicae, iure meritoque exercuerunt. Sed uero qui ita ſubducunt rationes: hoc iure *Carolingici* in Germania abſque procerum regni adſenſu uſi non ſunt; ergo eodem neque noſtri Caeſares hodienum, excluſis iisdem proceribus, utentur, quorum

In aeuo Carolingico.

(dd) Lib. XXXVIII. Hiſtor. Rom. p. 81. (ee) In uita Claudii Caeſaris *Lib. V. c. 8.* In aliis autem regnis haec formula erat: legati Mithridatis; Philippi; Iugurthae; principum aliorum. (ff) Annal. XII. §. 6. (gg) De morib. Germ. c. 5. (hh) Lib. IV. de Bell. Gall. cap. 2. Conferri etiam cum hoc poteſt locus *AGATHIAE* lib. I. de Bello Gothico p. m. 391. ubi idem de Gothis reperitur. (ii) Lib. IV. de B. Gallico cap. 4. (kk) Quod ſi enim regem habuerunt Germani, quod *Taciti* fide plurimi credunt, neceſſum eſt, hunc aut nullum plane ius habuiſſe, legatos mittendi, aut *regali* legatis ordinum *adlegatos* fuiſſe ſubmiſſos. Quod ſi autem nullus Germanis rex fuit, fruſtra eſt diſputatio. Niſi quod certum ſit, idem in ſingularibus prouinciis obtinuiſſe, quarum aliquae regiam poteſtatem haud dubie agnouerunt. (ll) Lib. XXVI. Rer. Geſt. p. m. 519. (lll) *In dem Grundſatz an einem ſüglich an einander hangenden* Iure publico.

CAP. I. rum nunc poteſtas longe adſtrictior eſt; illi certe neque temporum neque rerum ordinem turbant, ſed aequa lance imperii noſtri formam metiuntur. Idem nunc de noſtro argumento iudicium eſt. Quod ſi enim in aeuo Carolingico clariſſima *ad legationum* ueſtigia ſe offerunt: hodie certe in uado erit, quicquid ea in re pro *ordinum* iuribus profertur. Sed forte de

Sub Carolo M. Carolo M. non eſt, quod dicam, Nam *Ioh. Henr.* BOECLERI (mm) adſertum ex infinitis fere locis exemplisque conſtat: *Carolus M. imperii formam uere regiam habuit; leges tulit; bella ſuſcepit et finiuit. LEGATOS miſit SVO nomine et recepit*; Et licet ANONYMVS (nn), coaeuus ſcriptor de Carolo M. recenſeat: *an. 787. Wormatiae generalem populi ſui conuentum habere ſtatuit. In quo, cum omnia, quae in Italia geſſerat, coram optimatibus ſuis narrando commemoraſſet, et ad extremum de LEGATIS Taſſilonis, qui ad ſe Romam uenerant, mentio facta fuiſſet, INIVIT CONSILIVM, ut experiretur, quid Taſſilo de promiſſa fide praeſtare uellet*, ut adeo Carolus M. legationis iura cum ordinibus communia hic feciſſe, uideatur: mallem tamen credere, ab ipſo conuentum hunc regni ordinum *ſolennitatis* aut conſilii ergo inſtitutum fuiſſe, absque ulla lege neceſſitatis. Propius forte ad inſtitutum facit, quod MONACHVS Benedictinae formulae ad an. 811. de pace cum Daniae rege facta memorat, atque conſentit in eo REGINO (*) abbas Prumienſis: *congredientibus ex utraque parte utriusque GENTIS, FRANCORVM ſcilicet et Danorum XII. PRIMORIBVS ſuper fl. Egidoram* (Eidoram), *datis uiciſſim ſecundum ritum ac morem ſuum ſacramentis PAX firmatur. PRIMORES autem de parte Francorum hi fuerunt, Walach filius Bernhardi, Burchardus &c. omnes Comites. Imperator uero cum Hemmingo* Daniae rege *pace firmata et PLACITO GENERALI ein Reichs-gutachten ſecundum CONSVETVDINEM Aquis habito in tres partes regni exercitus miſit* (oo). Et, tribus fere annis poſt, IDEM (pp) clarius longe ſcribit: *de conuentu Aquisgranenſi miſſi ſunt quidam Francorum* et *SAXONVM PRIMORES trans Albim fl. ad confinia Nordmannorum, qui PACEM cum eis, ſecundum petitionem regum illorum facerent. Qui cum pari numero, nam XVI. erant, de primatibus Danorum occurriſſent, iuramentis utrinque factis PAX CON-*

A *FIRMATA.* Multa hic certe ſuadere uidentur, ut firmiter credamus, *Carolum* etiam M. *legationum iura*, in cauſis maioris momenti, non *ſuo* tantum arbitratu, ſed *ordinum* quoque auctoritate conſilioque decreuiſſe. Non de quouis *legationum* genere loquor. Ex infinitis enim ſolius EGINHARDI (qq) locis patet, quoties extero principi uel gratulationis uel amicitiae uel ſolennium officiorum cauſa (rr)
B legati miſſi ſunt, hos omnes ſolum Carolum *ſuo*, nón *imperii* nomine legaſſe. Quod ſi etiam BOECLERVS noſter (ss) huc tantum intelligi poſſet, non haberem, quod ipſi opponerem. Sed de his demum *legationibus* nobis ſermo eſt, quae de bello; pace; finibus; libertate; ſalute uniuerſi imperii ſuſceptae ſunt. Atque has in publicis regni comitiis tempore Caroli M. decretas fuiſſe; illuſtre exemplum mihi hic
C uideor reperiſſe. Primo enim hi legati, ab hiſtorico non legati *Caroli* audiunt; ſed *primores Francorum.* Deinde *idem* de illis dicitur, quod de legatis *Danorum*, ſed hos poteſtatem hanc regi ſuo tum non feciſſe, fere extra controuerſiam. Poſtea numerus etiam legatorum indicio eſt, eum non ab *Imperatore*, qui duos tantum aut tres, rariſſime plures miſerat; ſed regni *ordinibus* inſtructum fuiſſe. Tandem
D clariſſimis etiam uerbis proditur, *de CONVENTV*, id eſt *Comitiis* regni legationem hanc miſſam. Sit tamen *conſilii* ergo, non uero aliqua *neceſſitatis* lege id Carolum M. feciſſe: noſtris certe Imperatoribus hodie *praecepta* eſſe poſſunt, quae in regno quondam Carolino, legibus non ita adſtricto (tt), pro *libero* ſummi imperantis *arbitratu*, cum regni ordinibus ſunt communicata In *LVDOVICO PIO*, Ludouico Pio.
E filio Caroli M. luculentiora ueſtigia ſe offerunt; in maioris momenti legationibus ſuffragia et auctoritatem ordinum multum ualuiſſe. In *excipiendis* legationibus id plurima exempla docent. *An. 815. Imperator generalem populi ſui conuentum in loco, qui dicitur Padrabrunna habebat. Ibi ad eum omnes Orientalium Slauorum LEGATI ueniunt* (uu). *An. 823. Francofurti in generali conuentu congregato Ori-*
F *entalium Sclauorum, hoc eſt, Obotritorum; Soraborum; Wilſorum aliorumque LEGATIONES excepit. Fuere in eodem conuentu et LEGATIONES de Nordmannia* (xx). Imo ad externas legationes audiendas peculiaria ab Imperatore Comitia ſcripta fuiſſe, patet. *An. 823. menſe Maio conuentus habitus*

§. XIV.

(mm) In hiſtoria Seculi IX. et X. p. 19. (nn) cum Eginbardo iunctim editus ad an. 787. p. m. 79. (*) Lib. II. Chron. pag. 39. (oo) Scriptor mox laudatus ad ann. 811. p. m. 118. (pp) ad ann. 813. quod ſane exemplum admodum memorabile eſt. (qq) In uita Caroli M. p. m. 15. 16. 19. 20. Addantur annales anonymi rerum a Carolo M. geſtar. p. 79. 80. 83. 87. 90. 92. 101. 102. 107. 108. 113. 116. 118. 120. (rr) Cum enim Carolus M. non perderet imperium, ſed hoc inſigniter augeret: non opus fuit, ut ordines regni in hiſce negotiis cauſae ſuae inuigilarent. (ss) in allegata hiſtoria Sec. IX. & X. (tt) De regnis, a Carolo M. deuictis, intelligi id uelim. Vt adeo non obſtent, quae *Hottomannus* diſquirit de libertate Francorum. (uu) Anonymus annalium rerum geſtarum ſub Ludouico p. 126. edit. Lipſ. 1616. in 4to. (xx) Idem pag. 147.

CAP. I. §. XIV. XV.

habitus eſt, in quo non uniuerſae Franciae occidentalis primores; ſed de orientali Francia, Boioaria, Alemannia, contermina Burgundia et regionibus Rheno adiacentibus, adeſſe iuſſi ſunt. In quo LEGATIONES barbarorum auditae ſunt (yy). Cuius rei cauſam in alio exemplo aperit hiſtoricus (zz): *An. 825. LEGATOS Bulgarorum Aquisgrani uenire praecepit, habiturus ibi conuentum. Erat enim LEGATIO Bulgarorum de terminis ac FINIBVS inter Bulgaros ac Francos conſtituendis.* Vnde patet, legatis, finium regundorum ergo *miſſis*, ex decreto *Comitiorum* reſponſum fuiſſe. Legationes etiam pacis aut finium cauſa non a ſolo Imperatore, ſed Ordinum adſenſu, in comitiis adhibito, *decretas* fuiſſe, alio exemplo ſcimus. *An. 827. Imperator apud Compendium conuentum habuit, in quo de iis, qui ad Marcam Hiſpanicam MITTENDI erant,* en, quis elegerit legatos? *qui uel qualiter agere deberent*, habes inſtructionem legatorum, *imperauit* (a). Etiam poenas a legatis, male officium adminiſtrantibus, in Comitiis ſumtas eſſe, eodem auctore conſtat. *An. 828. conuentus Aquisgrani factus eſt, in quo LEGATI in Marca Hiſpanica culpabiles inuenti, iuxta merita, honorum amiſſione multati ſunt* (b). Quae omnia ſatis docent, *legationum* iura in cauſis uniuerſi imperii, ordinibus cum Caeſare tum communia fuiſſe. Neque *LVDOVICVS Germanicus* ab hoc negotio regni optimates excluſit. Illuſtrem ualde locum habent *annales* FVLDENSES (c): ad an. 845. *HLudouicus tempore autumni in Saxonia apud Padraprunno* (*Paderborn*) *generale placitum* (comitia) *habuit, ubi fratrum et Nordmannorum Sclauorum quoque Bulgarorum LEGATIONES ſuſcepit; audiuit; abſoluit.* Et iterum an. 848. *Hludouicus generale placitum habuit apud Moguntiacum, in quo LEGATOS fratrum ſuorum; Nordmannorum Sclauorum audiuit, abſoluit* (d). Legatos pacis ac finium cauſa aduenientes, in procerum quoque conſeſſu regem audiuiſſe, docemur (e). An. 873. *rex in uilla Biſenſtat prope Wormatiam placitum habuit. Illuc uenerunt Sigfridi Danor. regis LEGATI, pacis faciendae gratia inter illos et SAXONES. Et ut negotiationes utriusque regni, inuicem transeuntes et mercimonia deferentes, emerent et uenderent pacifice. Quae omnia rex ex ſua parte rata fore permiſit.* Neque procerum ſuffragia neglecta ſunt, quando legatio, finium cauſa, ad exteros facta eſt. *An. 873. rex cum apud urbem Mediomatricorum generalem conuentum habuiſſet, Danici NVNTII poſtulant, Hludouicus ad Eidoram fl. legatos mitteret, qui pacem ſtabilem Danis confirmarent* (f). Poſt Ludouici Germanici mortem an. 875. de hoc iure, filiis ſucceſſoribus cum regni proceribus communi, eo minus dubitandum eſt; cum, quod Carolingorum auctoritas ex eo tempore quotidie decreſceret: tum, quod Galliae rex Carolus Germanos ad defectionem a filiis Ludouici Germanici, uariis conſiliis ac machinationibus, incitaret. *Miſit* enim an. 876. Galliae rex *LEGATOS ad optimates Hludouici* iunioris in Germania, *ut proprium dominum deſererent et ad ſe uenirent, uenientibus plurima beneficia promittens* (g). Vt tempori parcamus, unus nobis locus ſufficiat, unde patet, quod pacis cauſa tum legationes et exceptae fuerint in *Comitiis* et decretae. An. 888. rex Arnolfus *generalem Conuentum habuit. Aduenientibus ibidem undique nationum LEGATIS, Nordmannorum ſcilicet ab Aquilone Slauorum, pacifica optantes. Quos rex audiuit et abſoluit. Inde*, de comitiis loquitur, *edictum eſt, in exercitum ire ad Obotritos* (h). Paria habet AVENTINVS (i): *in Comitiis Stephanus Pontifex per LEGATOS Romae auxilium ferre contra Saracenos et alios poſtulauit. Ex hoc tempore*, ſcribit *Godofredus* VITERBIENSIS (k), *ſingulae Germaniae prouinciae ſingulos reges nitebantur creare.* Vt adeo nullo argumento opus ſit, ad probandum, pacis ac belli iura, qua cauſa *legationes* fieri adſolent, Germaniae imperatores inde in *ſocietate* ordinum regni exercuiſſe.

Ludouico Germanico.

Ludouico iuniore et ceteris Carolingis.

§. XV. Poſtea uero *STIRPE Carolingica*, quod nos credimus (l), in *Ludouico* infante apud Germanos an. 912. extincta: nouam reſpublica noſtra faciem *iure* induit. Cum enim *uictrix* domus Carolina in Germaniis exaruiſſet, ex *Hug.* GROTII (m) doctrina, ſinguli mihi populi Germanici *ſui* iterum iuris facti fuiſſe, uidentur, ac ſi nullo unquam tempore imperio *unius* paruiſſent. Neque uero illi iuris huius adeo ignari cenſendi ſunt: quin crederent nobiscum, morte ultimi Carolingorum regis, omnem generalis ac conſociati hactenus imperii nexum in Germania prorſus diſſolutum eſſe atque ſingulis in ea gentibus datam facultatem, *peculiarem* ſibi rempublicam ſigillatim conſtituere, a reliquis omnino ſeiunctam. Inde

Extincta an. 912. domo regnatrice Carolingica.

Sub Conrado rege.

(yy) Idem p. 130. (zz) Idem p. 156. (a) Idem p. 163. (b) Idem p. 164. (c) In Annalib. Francor. ad an. 845. p. 19. edit. Freher. (d) Iidem p. 21. et alia exempla p. 22. 24. loguntur. (e) Iidem annal. p. 37. (f) Iidem p. 37. 98. (g) Iidem p. 40. (h) Iidem p. 50. (i) Lib. IV. Annal. Boicor. p. 270. (k) Chronici part. XVII. p. 468. edit. Piſtor. (l) Quamuis enim cum aliis pluribus *Gottfridus* VITERBIENSIS *Part. XVII. Chron. p. 472. edit. Piſtor.* et *Otto* FRISINGENSIS (Lib. VI. Chron. c. 6.) Cunradum pro filio fratris *Ludouici infantus* habeant: contrarium tamen facilius longe adſeritur. Extinctam enim ſtirpem Carolingicam ſub eodem, *Chronicon* LAVRISHAMENSE (*pag. 60. edit. Freher.*) teſtatur. Et Carolingos in GALLIA iura ſuccedendi tum in regno Germanico propterea noluiſſe, poſt ueteres auctores, notat AVENTINVS (*Lib. IV. Annal. Boicor. p. 290.*) (m) Lib. II. de iure B. et P. cap. VII. §. 10.

CAP. I.

dubia, an is fuerit Germaniae rex?

Inde eſt, quod *CVNRADO*, ab orientalibus Francis in *regem* Germaniae electo, praeter ſolos *FRANCOS*, populum eligentem, alius nullus obtemperare uoluerit: ſed ſinguli ſingulos rectores eodem ſibi iure creauerint, quo *FRANCI* Conradum. Ita *SVEVI Burkhardum*; *BOII Arnulfum*; *SAXONES* ac *THVRINGI Ottonem* ſibi duces ſumpſerunt imperio Cunradi necquicquam ſubiectos (n). Vt adeo, niſi prorſus fallor, *Cunradum* e catalogo *regum* Germaniae, cuius *unicam* tantum prouinciam rexit, eapropter expungendum eiſe, exiſtimem. Etenim quo demum argumento ille *GERMANIAE REX* dicetur? Qui neque *rexit* Germaniam, neque ulla eam regendi iura habuit (o). Neque uero dimouent nos ab hac ſententia iſtius aeui ſcriptores, qui Cunradum *regis Germaniae* titulo honorant, ſupra autem *memoratos prouinciarum* duces rebelles ac immorigeros dicunt (p). Monachi enim inepti rerum geſtarum interpretes ſunt, *ciuilis* diſciplinae et publicorum Germaniae *iurium* ignari. Quos poſteriorum temporum hiſtorici nullo iudicio, ut in aliis pluribus, ita hic quoque ſunt ſequuti. Haec autem qui ſecum conſiderabit, is facile nunc intelliget, penes quem tum fuerit ius *legationum* imperii. Scilicet cum *imperium* eo tempore nullum extiterit, *commune* uniuerſae Germaniae; ſed ſinguli populi ſingulas *reſpublicas* conſtituerint: mirum non eſt, *legationes* nullas, *uniuerſi imperii* cauſa, decretas aut ſuſceptas fuiſſe. Quod ſi ergo *Cunradus rex legationes* miſit, orientalis tantum Franciae intuitu id fecit, non Germaniae, quam nunquam ſub ſua ditione habuit (q). Atque ad eius exemplum reliquis etiam ducibus ſingularum Germaniae prouinciarum integrum fuit, absque ullo Cunradi uel alterius cuiusuis interceſſu, iure *legationis* defungi (r). Idem fere dicendum eſt de ſucceſſore eius, *HENRICO aucupe*.

§. XV.

Sub Henrico aucupe.

Quamuis enim is maiori Germaniae parti ſit dominatus; *Francorum* quippe ſuffragiis rex electus eſt; *Saxones* atque *Thuringos* iure auito ſubditos habuit; *Sueuorum* uires bello fregit: *Boii* tamen ducem ſuum, Arnulfum, dominum agnouerunt, Henrici aucupis imperio non obſequentem. Neque aliquid iniuſti habuit hoc Arnulphi dominium: quo enim iure ceteri Germaniae populi *Boios* tum obligauerint, ut, relicta peculiaris reipubliicae forma, cum illis coirent ſub imperium *unius*? Atque hoc ipſum quoque *Henricus auceps* probe intellexit. Inde, cum imperio ſuo Arnulphum minime addictum uideret, non inſtar ſubditi eum adpellauit, aut obſequii ſui admonuit; ſed qua fieri poterat, humanitate orauit eum, a *regali* tantum uerbo ſibi temperaret accederetque imperio Germanico, ut foederatus, retento pleniſſimo dominio in prouincia Boioariae. Dignum eſt *Ioh.* AVENTINVM (s) hic conſulere, plene ac dinſtincte omnia explicantem. Ex his ergo ſatis inde manifeſtum eſſe, exiſtimo; nullam *Henrico* aucupi cauſam relictam fuiſſe, qua *legationis* iura in Boioariae prouincia exerceret. Potius plura exempla in Boicis annalibus ſuperſunt: Arnulphum & eius parentem legatos, Boiorum nomine & miſiſſe & excepiſſe. In ceteris autem Germaniae prouinciis dominio Henrici ſubiectis, exemplum apud WITICHINDVM (t) extat, unde colligi poteſt, legationes uniuerſi imperii cauſa in plenis *Comitiis* ab eodem decretas, auditas dimiſſasque fuiſſe, ad priſtinam imperii Germanici conſuetudinem ſub Carolingis, quod ſuperius explicauimus.

§. XVI.

(n) *Sigebertus* GEMBLACENSIS Chronographiae ad an. 914. edit. *Piſtor.* Neque paruae autoritatis eſt in domeſtico argumento AVENTINVS Lib. IV. Annal. p. 291. Vt adeo LIVTHPRANDVM (Lib. II. Hiſtor. c. 7.) oppido falſum eſſe, cenſeam, qui inter laudes regis *Cunradi* refert, ei principes, in textu nominatos, omnes ſubfuiſſe. Quam enim aliter de *Saxoniae* duce ſcribit WITTEKINDVS lib. I. p. 640. edit. *Meibom.* (o) Non enim proceres uniuerſae Germaniae; ſed *Franciae* tantum orientalis optimates Cunradum *elegerunt*, teſtibus *Sigeberto et Auentinio* ll. cc. Inde Chronicon LAVRISHAIMENSE l. c. habet: *Cunradus regni partem circa Rhenum tenuit.* Et *Franciae tantum orientalis* regem eum ſalutant alii, ut *Otto* FRISINGENSIS *Lib. VI. c. 16.* Sed uero nullo teſtimonio ſcimus, cunctas Germaniae prouincias in Franciae populum hanc poteſtatem tranſtuliſſe ac reſignaſſe, ut *ſolo Francorum* ſuffragio rex fieret *uniuerſae* Germaniae. (p) Quod poſt alios omnes facit *Sigebertus* l. c. (q) Atque hac etiam cauſa nulla tum a Conrado *comitia* imperii habita ſunt. Quod ſeiunctae inuicem respublicae Germaniae, ſub nullo rege coniunctae neque alio uinculo ullo inuicem cohaeſerint. (r) Sicut hodieque iure territoriali, cuius incunabula hic quaerenda ſunt, hanc facultatem principibus noſtris ſcimus conuenire. (s) Ita autem ille (Lib. IV. Annal. Boior. pag. 293.) Henricum aucupem, Arnulfo Boio locutum eſſe, ſcribit: *nihil mihi minus cordi, quam dominandi libido. Boioriae ergo regnum, ut poſſides, tibi relinquo. Omnium etiam opum eccleſiaſticarum te curatorem atque patronum eſſe, iubeo. Modo nomen REGIS inutile abdicato. CVNCTA ALIA TIBI HABETO. Quid ultra deſideras? quae concupiſcis? quae poſtulas? Vniuerſa tibi fauore meo ſine ui, ſine armis obtinere licet.* (t) Lib. I. Annal. p. m. 640. hiſtoriam ita refert: *rex*, de Henrico aucupe loquitur, *contra aliquos hoſtes, Hungaros certamen inire praeſumſit. Et, conuocato omni populo, tali ratione eos eſt affatus. Veſtra nunc uirtute pacatum uidetis imperium. Supereſt, ut contra communes hoſtes Auares* (Hungaros) *ſimul conſurgamus. Conſulite igitur nobis ipſis et quid ſuper hac re NOBIS ſit FACIENDVM ELIGITE. Pacto itaque cum populo peracto, LEGATI Hungarorum adierunt regem pro ſolitis muneribus: ſed ſpreti ab Henrico, in terram ſuam uacui ſunt reuerſi.* Vnde clarum eſt, res belli, pacis, foederum, quarum rerum cauſa legationes ſunt, penes proceres quoque regni fuiſſe.

CAP. I. *Sub Ottonibus,*

§. XVI. Ad tempora nunc uenimus, ubi prouinciarum in Germania *libertas*, contra Romanos et Francos tot ſeculis defenſa ſeruataque, aliquot Caeſarum dominatu attrita & tantum non prorſus euerſa eſt. Inter ereptores patrii iuris principio fere *Ottonem* reperio. Principem cetera laudatiſſimum, modo non incrementa gentilitiae domus ſuae ex iactura is ſumpſiſſet uniuerſae Germaniae. Cum enim *Saxoniae* atque *Thuringiae* prouincias hereditate parentis accepiſſet; a *Francis* (u) ſolenni formula in *regem* electus eſt: *Boii* autem, quod hi ſoli ad *abſolutum* in Germania *dominatum* regi obeſſe, poterant, ab eodem multis bellis afflicti ſunt; *regnatrix* ibi domus Arnulfi de patrio ducatu, ingenti impetu, *deiecta*; Boica ditio *fratri* regio *Henrico* in beneficium data; aliaque, nullo ordinum *interceſſu*, facta ſunt, ut praeter *Saxonicam*, id eſt regalem familiam, alia nulla inter Germanos regnare uideretur. Ratio inſtituti non patitur, ut in probatione eorum occuper. Ea mihi regula nunquam ex animo excidet (x): Saxones imperatores non maiorem in Germania poteſtatem iure habuiſſe, quam olim habuerunt Carolingi; ſed his potius longe minorem. Iam uero *legationis* negotia Carolingi, quod ſupra (y) demonſtraui, in Comitiis, procerum conſenſu adhibito, tractarunt: ergo nullo iure hanc ſibi facultatem poſtea *Ottones* ſumpſerunt, *legatos* in cauſis uniuerſi imperii *ſuo* tantum nomine auctoritateque excipere & amandare. Neque uero, quod *BOECLERVS* (z) facit, negligentiae hiſtoricorum hoc tribuere uelim, ac ſi illi, imperitia reipublicae, his memorandis minus fuiſſent intenti. Sane *Lambertus* SCHAFNABVRGENSIS (aa) in tanta hiſtoriae breuitate *ſex* et plurium legationum mentionem facit, quas Otto I. Imperator ſolus audiuerit dimiſeritque. Vt alios praeteream, qui idem annotarunt (bb). Quod uero eius temporis ſcriptores hunc Ottonis dominatum inter genera oppreſſae reipublicae neſciant referre; doctrinae noſtrae non officit. Hanc enim & rationum argumenta firmant & Boiicorum annalium teſtimonia, quae AVENTINVS (cc); BRVNNERVS (dd); ADLZREITTER (ee) aliique ex ſchedis uetuſtiſſimis protulerunt. Quae omnia a nobis eum in finem ſcribuntur: ne ordinum iura circa *legationes imperii*, uiolento quorundam imperatorum dominatu ſepulta, omnino perdita atque amiſſa eſſe uideantur. Atque iisdem deinceps fluctibus respublica noſtra ad tempora fere interregni agitata eſt. Potentiores enim Caeſares Ottonis dominatum in exemplum traxerunt: procerum uero mentes in priſtinae libertatis imaginem fuerunt intentae. Quae perpetua diſſenſionum ac diſſidiorum in imperio noſtro materia fuit: donec in famoſiſſimo interregno Principes ac ciues imperii noſtri uincula ſeruitutis iterum excuterent, priſtino territoriorum ac prouinciarum iure, fauſto ſidere, recuperato. Ex quo tempore deinceps luculentiora iterum ueſtigia ſe offerent *ADLEGATIONVM* imperii. Non patitur inſtitutum; ut omnium Caeſarum peculiarem hic rationem habeamus. Vnus enim et alter caſus ſufficient ad probandum, ordines noſtros *adlegationum* iura, in cauſis, uniuerſum imperium concernentibus, nullo tempore ita neglexiſſe, ut illa a Caeſaribus uel praeſcribi, aut derelictionis ergo ab iisdem occupari potuerint. *Henrici IV.* et *Friderici I.* hiſtoriae multum hic lucis dare poterunt. Tum enim oppreſſa ordinum libertas iterum ſe oſtendere coepit: quod ira Romanorum pontificum Imperatores noſtros intra limites contineret moderati imperii. Peccant ſane, qui principes noſtros, *Henricis* aut *Fridericis* infeſtos, rebellionis, perfidiae, criminum aliorum poſtulant (ff): quorum plerique mihi potius mereri uidentur, ut inter adſertores patriorum iurium contra uiolentiam regum Germaniae referantur (gg). Sed neque haec per epitomen tractari poſſunt, ut ſatis ſit, alii occaſioni hoc argumentum referuari. Non tamen ſperni debet confeſſio Henrici IV. imperatoris, tantae ferociae principis. Cum enim

Et qui his in imperio ſucceſſerunt.

Henrici IV. confeſſio ius pacificandi eſſe ordinum imperii, non Imperatoris an. 1075.

(u) Omnis populus Francorum et Saxonum Oddonem elegit ſibi in principem, ſcribit WITICHINDVS Lib. II. Annal. p. 642. (x) Superius data §. 3. (y) Integro §. 14 praecedente. (z) Verba eius ſunt: *Comitia parce memorant horum temporum hiſtorici; imperitia reipublicae, agendarum rerum momentis formulisque parum intenti* in hiſtoria Sec. IX. et X. p. 318. (aa) an. 944. *NVNCII Graecorum uenerunt ad Imperatorem cum pretioſiſſimis muneribus.* ann. 960. *uenerunt LEGATI Ruſſicae gentis ad Regem Ottonem; deprecantes; ut aliquem ſuorum epiſcoporum transmitteret, qui oſtenderet eis uiam ueritatis.* an. 961. *uenerunt LEGATI Apoſtolici ad regem Ottonem inuocantes eum Romam in adiutorium Papae.* an. 967. *Otto Imperator miſit legatos ad principes imperii, ut Ottonem filium ſuum in Italiam mitteret cum dignitate regali:* an. 973. *Otto Imperator ſenior cum iuniore uenit Quidilinburg, ibi celebrauit S. Paſcha. Illucque uenerunt LEGATI plurimarum gentium uidelicet Romanorum; Graecorum; Beneuentorum; Italorum; Vngarorum; Danorum; Slauorum; Bulgarorum; Ruſſorum cum magnis muneribus.* (bb) Wittichindum; Helmoldum; Continuatorem Reginonis; aliosque. (cc) Lib. IV. Annal. Boioar. p. 310. (dd) Annal. Boioar. Tom. II. p. 36. (ee) Part. I. lib. XIII. Annal. Boioar. gent. (ff) In uetuſtioribus annalibus id factum eſſe, miror. Illorum enim conditores; reipublicae, in qua rerum, ab imperantibus geſtarum, momenta ſcribere uoluerunt; nullum intellectum habuerunt. Modo non eodem errore horum nunc temporum ſcriptores peccarent; ubi ciuilium ac publicarum rerum ſcientiae non ita peregrinae ſunt. (gg) Henricorum *ſuperbi et leonis* exempla huc faciunt, in Germaniae principe aliter paulo ac uulgo factum, deſcripta.

CAP. I. § XVI.

enim hoſtes illius pacem tentarent mitterentque hoc fine ad eum legatos, eos ante audire recuſauit, quam fieri hoc poſſet in imperialibus comitiis. Addita ratione, ne, qui belli ſocii fuiſſent, a pacis arbitrio excluderentur. Claris uerbis hoc teſtatur LAMBERTVS Schaffnaburgenſis ad annum 1075. quem hic exſcribemus: *Rex ait, ſe necquicquam eis inſtam ſatisfactionem negaturum. Praecipitanter autem ſententiam ferre nec uelle nec DEBERE: DONEC PRINCIPES REGNI IN VNVM CONVENIRENT. Et quorum tam uirtute bellum tranſigendum, quam conſilio pax reparanda eſſet* et quae ſequuntur. In *Henrico V.* Caeſare *ADLEGATIONIS* ordinum imperii noſtri ſpecimen admodum inſigne reperitur: hic eo minus omittendum, quo cauſa eius illuſtrior eſt in iure publico Germaniae. Solennis fuerat *Henrici IV.* controuerſia cum pontifice Romano de iure *Epiſcopalium inueſtiturarum* in Germania. Marcus Antonius *de* DOMINIS(hh); CONRINGIVS(ii); ZIEGLERVS(kk); MEIBOMIVS (ll); SCHILTERVS (mm) alique momenta eius litis explicarunt. Nobis uero illud tantum hic curae eſt, quibus tandem *interceſſoribus* bellum hoc an. 1122. ab Henrico V. filio eius, ita finitum ſit, ut clienteiaria haec iura in manus pontificis Romani concederentur. Et ſane noſtra multum refert, noſſe, pacem hanc cum ſupremo ſacrorum antiſtite eo tum ordine factam fuiſſe, ut *LEGATIONES* eius cauſa non *a ſolo* Caeſare; ſed in *plenis* ordinum *comitiis* ſuffragiisque decretae; inſtructae; ſuſceptae atque dimiſſae ſint. Quod argumentum hoc *uniuerſum* imperium tangere atque communem propterea *ordinum conſenſum* poſtulare uideretur. Ita enim hiſtorici rem enarrant. *Robertus de* MONTE (nn): *optimates regni cum Epiſcopis id elegerunt, ut inter Imperatorem et apoſtolicum controuerſia de inueſtituris finiretur. LEGANTVR inde* e comitiis *Romam ex parte Imperatoris*, ergo alii forte legati fuerunt, legationi Caeſareae ab ordinibus adiuncti. *Donnus papa uiſa et recepta legatione Caeſaris libenter aſſentit. Mittuntur ex latere Apoſtolici ad ordinandam rem tanti negotii. Henricus Imperator cum Epiſcopis et OPTIMATIBVS REGNI uenit Wormatiam, ubi occurrerunt ei* in pleno conuentu *LEGATI ſedis Apoſtolicae. Tandem PAX fit inter Imperatorem et Apoſtolicum.* Gotfridus VITERBIENSIS(oo): *Imperator collecta GENERALI CVRIA apud Wormatiam inueſtituram Epiſcoporum, ſcilicet annulum et baculum in manus LEGATI Apoſtolici publice reſignauit.* Otto FRISINGENSIS(pp): *igitur imperator, patris metuens exemplum, congregato iuxta Wormatiam maximo PRINCIPVM CONVENTV inueſtituram Epiſcoporum LEGATO Apoſtolicae ſedis reſignauit.* Gobelinus PERSONA (qq): *ann. 1122. 19. Kal. Octobr. imperator reſignauit electiones et inueſtituras Epiſcoporum. Ita tamen, quod Epiſcopi Teutoniae regni regalia ab Imperatore reciperent. Et iſtam reſignationem recepit Apoſtolicae ſedis LEGATVS Wormatiae coram PRINCIPIBVS regni.* Cunradus a LICHTENAV ſiue Abbas Vrspergenſis (rr) hiſtoriam hanc non ſolum habet; ſed etiam, pace facta, e *comitiis* Babenbergenſibus *LEGATIONEM* ad pontificem miſſam fuiſſe, his uerbis memorat: *Imperator colloquium cum principibus habuit. ubi CVNCTIS in ſua VOTA concordantibus, inter multa MORE MAIORVM compoſita, LEGATOS deſtinauit.* Et ne quid ſua auctoritate Imperator feciſſe uideretur, *Huld.* MVTIVS addit (ss): *hae obligationes Imperatoris et pontificis*, circa ius inueſtiturae Epiſcopalis, *in maxima populi corona ante urbem Wormatiae in campo iuxta Rhenum lectae ſunt et PARIBVS DATAE. Poſt hunc alterum conuentum habuit Bambergae, ubi de LEGATIS, Romam mittendis, actum eſt.* Nolo cumulare teſtimonia auctorum. Satis enim exinde clarum eſſe, exiſtimo; *LEGATOS* in hac cauſa non niſi *ordinum conſenſu* principio Romam miſſos: a pontifice deinde alios non ad Imperatorem; ſed ad *imperium amandatos*: neque hos a Caeſare tantum; ſed etiam ab ordinibus *auditos* et, conſilio utriusque partis, reſponſione accepta, iterum *dimiſſos*: imo concordiae renouandae ergo, cum Pontifice *nouos* eorundem principum ſuffragiis *ſelectos* fuiſſe. Summatim pax haec, non a ſolo Imperatore; ſed *uniuerſo imperio* facta, nobis argumento eſſe poteſt, quod priſtina *adlegationum* iura ſaepius quidem in Germania noſtra obſcurata fuerint, nunquam tamen prorſus amiſſa. In hiſtoria FRIDERICORVM plurima quoque occurrunt, quae pertinent ad hoc argumentum. Ipſe enim *Fridericus I. Imperator* ad annum 1157. agnoſcit teſtaturque claris uerbis, quod legatos nonniſi in principum conuentu atque adeo in *comitiis* ab Imperatore audiri moris ſit in Germanico imperio. Loquatur plenae fidei auctor

Adlegationis inſigne ſpecimen ſub Henrico V. in pace cum pontifice R. de inueſtituris Epiſcopatuum Germaniae 1122.

Friderico I. an. 1157. in comitiis legationes ſuſcipiendae.

(hh) Lib. VI. de republ. eccleſiaſtica cap. 7. (ii) De Conſtitutione Epiſcopat. German. (kk) De Epiſcopis et de iure maieſtatis. (ll) De iure Inueſtiturae epiſcopalis. (mm) De libertate eccleſiarum Germaniae. (nn) In adpendice ad Chronograph. Sigberti pag. 618. *edit. Piſtor.* (oo) Part. XVI. Chronic. p. 506. *edit. Piſtor.* (pp) Lib. VII. cap. XVI. Chron. (qq) In Coſmodromio Aetat. VI. cap. 58. pag. 267. *edit. Meibom.* (rr) In Chron. ad ann. 1122. p. m. 281. (ss) Lib. XVI. Chron. pag. 134.

auctor RADEVICVS (*), quem plene audiemus: *Cum nuper in curia eſſemus*, ait Imperator, *uenerunt legati apoſtolici, adſerentes, ſe talem legationem noſtrae adſerre maieſtati, unde honor imperii non paruum accipere deberet incrementum. Quos, cum prima die aduentus ſui honorifice ſuſcepiſſemus et ſecunda, VT MOS EST, ad audiendam legationem eorum cum PRINCIPIBVS noſtris conſediſſemus, ipſi legationem apoſtolicis litteris conſcriptam nobis praeſentauerunt. Ad quam non ſolum imperialis maieſtas noſtra indignationem concepit, uerum omnes PRINCIPES, qui aderant, furore et ira ſunt completi, quod legatos mortis ſententia damnaſſent, niſi hoc noſtra intercepiſſet praeſentia.* Haec de legatione, a Caeſare nonniſi in comitiis idque ex lege ac publico imperii iure ſuſcepta. Sequitur eiusdem imperatoris legatio in orientem deſtinata, iterum nonniſi ex ordinum imperii comitiali conſenſu. Grauis ſcriptor OTTO Friſingenſis (**) hoc ita enarrat: *Rex ad Manuelem Graecorum Imperatorem pro imperii inuaſore debellando in Graeciam legatos ordinandos deſtinat ſicque PRIMATVM SVORVM CONSILIO* Anſelmus *et* Alexander *comites eandem legationem ſuſcipiunt.* Taceo ſimilia exempla *legationum* in comitiis expeditarum in PHILIPPO et OTTONE Caeſaribus. In FRIDERICO II. Caeſare *adlegationis* iura imprimus ſunt illuſtria. Nam filius eius non *imperatoris*, ſed *imperii* legatus dicitur apud *Petrum de* VINEIS (***), ſcribam Caeſaris, in libello uere curiali, ne quis de iuris publici dubitet ueritate. *Cum enim*, inquit, *Henricus illuſtris rex Sardiniae, SACRI ROMANI IMPERII in Italia GENERALIS LEGATVS, dilectus filius noſter, Padi dominium poſſideret* & quae ſequuntur. Leguntur quoque exempla alia legationum ab imperio ſuſceptarum miſſarumque apud GODOFREDVM monachum ad ann. 1229. ceterorumque. Quae nolumus cumulare.

Ann. 1153. in comitiis inſtruendi et mittendi legati.

Sub Friderico II. 1230 filius eius imperii eudis legatus.

Poſt tempora interregni ſub Rudolpho Habsburgenſi.

§. XVII. Poſt tempora interregni, in quo et communia *regni* et ſingularia *territoriorum iura* ciues noſtros ſibi recuperaſſe, ſuperius ſcripſi, *adlegationum* etiam clariora longe monumenta reperiuntur. *Rudolfum* certe nullam *legationem* uel decreuiſſe, uel ſuſcepiſſe, ſine *ordinum* imperii *adſenſu*, plurima exempla produnt. Sic Ottocarus *LEGATOS* ſuos non ad *Caeſarem* miſit, ſed ad *comitia* imperii. Neque tamen illum aegre id accepiſſe reperio. *Huldarici* MVTII (ii) calamo, qui ceteris ſcriptoribus plenior hic eſt, rem hanc deſcribemus. Ita autem ille: *Rudolfus Norimbergam uocauit omnes Germaniae principes et magiſtratus. OTTOCARVS rex Bohemiae non uenit ad comitia. Rudolfus non diu poſt alium conuentum Auguſtae indixit. Conueniunt PRINCIPES; CITANT regem Bohemiae. Rex Bohemiae ſuos LEGATOS miſit. Iubet imperator, reddant LEGATI rationes rebellionis ſui regis. Legatus exorſus, Rudolfi electionem nihil ualere. PRINCIPES, AVDIENTES legatum haec dicere, IVSSERVNT e conſpectu ire hominem. Rudolfus ex DECRETO PRINCIPVM mittit ad regem Bohemiae LEGATVM Henricum, Burggrauium Norimbergenſem, datque in mandatis CONSENSV omnium imperii principum imperatorem in conuentu, Auguſtae celebrato, ſtatuiſſe, ut Auſtriae ducatum reſtituat. Ottocarus deſpicit haec PRINCIPVM decreta et reſpondet legato.* Idem *Ottocarus NVNCIOS ad ſe propter REMPVBLICAM miſſos ſuſpenderat, contra ius gentium.* Imo plus eſt, quod idem poſtea enarrat (ll). Scilicet pontificem Romanum ab *imperio Germanico* ſuppetias contra Turcas petiiſſe: neque *imperatoris*; ſed *ordinum* auxilia *legationibus* imploraſſe. *In Germaniam MISIT Cardinalem Tuſculanum, qui Herbipolin conuocauit omnes magiſtratus eccleſiaſticos et ſeculares. ADERAT quoque Imperator Rudolfus.* Idem fere dictum ac ſi imperium maius tum Imperatore habitum. *LEGATVS Apoſtolicus*, ad ordines imperii a pontifice amandatus, *petiit in eo concilio pecuniam.* Patet ergo ex his, ſub Rudolfo Caeſare regni ordines, imperii *uniuerſi* cauſa, *legationes* et audiuiſſe et ablegaſſe.

Ludouico Bauaro.

§. XVIII. Neque eodem *legationum* iure ab ullo e poſteris imperatoribus *ordines* regni excluſi ſunt: ut potius ab hoc tempore, usque ad noſtram aetatem, clariſſimis exemplis proditum ſit; in hoc genere negotiorum principum imperii eandem fere ac ipſius Caeſaris auctoritatem in Germania fuiſſe. Vnus tantum aut alter caſus nobis ſufficiant. De *Ludouico Bauaro* Caeſare ſcribit *Henricus* monachus in REBDORFF (mm): *iterum Ludouicus ſolemnes NVNTIOS mittit de CONSILIO PRINCIPVM ad Papam. Quibus reuerſis in Alemanniam principes conueniunt et rem definiunt.* Idem quoque de eodem Caeſare Albertus ARGENTINENSIS (nn): *in diebus illis Spirae conuenientibus principe*, Caeſare Ludouico, *aliisque multis Epiſcopis conuocatis miſſiſque PER EOS litteris et NVNTIIS ſcilicet Epiſcopo Curienſi et Gerlaco Comite de Naſſaue ad Papam pro abſolutione principis.* Et ſtatim poſt idem ait: *NVNCII principum ad papam uenerunt.* Quid? quod

(*) Lib. I. de geſtis Frider. I. Imperatoris cap. 10. p. 482. (**) Lib. II. de geſtis Frid. I. Imperatoris cap. 11. p. 451. (***) Lib. V. epiſt. cap. 20. (ii) Lib. XXI. Chron. p. 193. *edit. Piſtor.* (ll) Libro eodem p. 199. (mm) Annalium libro ad ann. 1339. p. 426. *edit. Freher.* (nn) In Chronico ad ann. 1336.

CAP. I. *Carolo IV.*

quod magis eſt, de *Carolo* IV. illud etiam *Huldaricus* MVTIVS (oo) refert; Caeſarem *LEGATOS* pontificis nonniſi in comitiis audire uoluiſſe. *Miſit*, uerba eius ſunt, *Innocentius LEGATOS ſuos in Germaniam ad Carolum Imperatorem pro ſubſidio Camerae. Conuocauit Imperator principes multos Moguntiam. Quibus congregatis, IVSSIT Imperator apoſtolicos LEGATOS coram PRINCIPIBVS mandata ſua exponere.* Neque *Sigismundus* bellum contra Huſſitas prius uniuerſi imperii nomine decernere potuit, quam *pontificis LEGATI* ordines in Comitiis ea cauſa compellaſſent. *Venit etiam Norimbergam* ad Comitia Imperii *pontificis LEGATVS, Iulianus Cardinalis ſancti Angeli, qui principes adhortatus eſt ad bellum ſuſcipiendum*, idem (pp), ſcribit. Neque aliter *Aeneas* SYLVIVS (qq): *Sigismundus Norimbergam profectus, principum auxilia ad bellum Huſſiticum comparat. Martinus quoq; Pontifex maximus Iulianum Cardinalem S. Angeli, literis ac moribus excellentem cum ea LEGATIONE in Teutoniam mittit.* Quam etiam rem ita enarrat *Zacharias* THEOBALDVS (rr). Solennis etiam illa cum Pontifice Romano, de *iure ſacrorum*, facta conuentio, certiſſimos nos facit *adlegationum* imperii. *Concordatorum nationis Germanicae* titulo ea uenit in diſciplina iuris publici imperii. Originem horum pactorum ſiue a temporibus *Henrici V.* repetas cum CONRINGIO (ss), et SCHILTERO (tt); ſiue, quod communiter fit, illud pactum ita ſalutes, quod inter *Fridericum V.* Caeſarem et *Nicolai V.* pontificis legatum, ann. 1447. in Germania initium fuit; ubique reperies, ordinum imperii conſenſum adhibitum fuiſſe. Diu in Germania non aliud huius formulae *exemplar* habuimus, ac illud, quod pontificii iuris doctor *Georgius* BRANDEN (uu) Romae edidit et ineptiſſimo commentario auxit, hoc tamen a ſolo pontifice Nicolao V. anno poſt, 1448. ſcriptum fuit: donec uir ſtupendae doctrinae, *Georgius Guilielmus* LEIBNITIVS (xx), illud quoque promulgaret, quod ipſe Imperator et pontificius legatus Iohannes Sancti Angeli diaconus anno praecedente 1447. confecerunt. In utroque tamen *principum imperii* mentio fit. Verba *prioris* exempli haec ſunt: *nuper ſiquidem chariſſimus in Chriſto filius noſter Fridericus R. Romanorum Eccleſiaſtici et Seculares PRINCIPES inclitae nationis Germanicae ex VNA et dilectus filius noſter Iohannes de latere LEGATVS ex ALTERA partibus concluſa fecerunt.* Leibnitiana autem editio ita habet: *inter ſanctiſſimum patrem Dominum Nicolaum V. Apoſtolicamque ſedem et nationem Alemannicam. per reuerendum in Chriſto patrem Iohannem Cardinalem, AD NATIONEM GERMANICAM de latere miſſum, plena poteſtate munitum: et pro natione Alemannica per dominum noſtrum Fridericum Romanorum regem, plurimorum ſacri Romani imperii ELECTORVM ALIORVMQVE eiusdem nationis tam Eccleſiaſticorum, quam ſecularium PRINCIPVM conſenſibus accedentibus, concluſa et acceptata ſunt.* Et quamuis illuſtriſſimo uiro, *Henrico* COCCEIO (yy) facile largiamur, non omnes principes imperii calculum ſuum concordatis hiſce addidiſſe, quod paralipomena ANONYMI ad Vrſpergenſem (zz) ſatis docent: interim tamen extra controuerſiam manet, pontificis *legatum* in hac uniuerſi imperii cauſa non ad *ſolum* Caeſarem; ſed ad *ordines* ac *principes* Germaniae miſſum fuiſſe; ipſum etiam pacis huius negotium, eorundem interceſſu, confectum. Eundem ſibi tum in Germania morem tenendum eſſe, credidit rex Hungariae *Matthias*. Qui ſub eodem Caeſare *legatos* ad publica imperii *comitia* delegauit, ut de auxilio contra Turcas Germanos implorarent. *Chriſtophorus* LEHMANNVS (a), diligens ac iudicioſus ſcriptor hiſtoriae comitiorum ſub Friderico Imperatore, ita rem enarrat: *Kayſer Friderich hatt im iahr 1478. einen Reichstag nach Nürnberg gelegt, darauff Kayſerliche Maieſtæt nicht perſœnlich und deſſhalben die Stænde und Stædte in ſchlechter anzahle erſchienen, und hatt die Hungariſche BOTTSCHAFFT im nahmen Kœnigs Matthiae der CHVRFVRSTEN, FVRSTEN, STAETE Botten Verſamlung umb hülfe wider die Türcken beworben et quae ſequuntur.* Orationem autem ipſam, qua Hungarici *legati principes* imperii noſtri compellarunt, *Marquardus* FREHERVS (b), promulgauit. Anno 1455. inſtructa eſt in comitiis imperialibus legatio ad *Poloniae* regem Caſimirum, nulla Caeſaris interceſſione (*). Taceo *Gallicas*. Nam earum legationum, quas Galliae rex ex hoc tempore et deinceps ad ordines imperii Germanici amandauit accepitque ab ordinibus

Sigismundo.

Tempore Concordatorum nationis Germanicae 1447.

§. XVIII.

1336. pag. 127. *edit. Urſtiſ.* (oo) In Chronico German. lib. XXV. pag. 332. *edit. Piſtor.* (pp) Ibidem. (qq) In hiſtoria Bohemica cap. XLIIX. pag. 156. *edit. Freher.* (rr) Cap. LXXI. Belli Huſſitici pag. 138. (ss) De conſtitutione epiſcopor. Germ. (tt) Lib. IV. de libertate eccleſiar. German. et in inſtitution. Iur. Canonici ſub finem in notis ad concordata German. (uu) In libro, cui titulus: *Super concordatis inter ſanctam ſedem Apoſtolicam et inclitam nationem Germaniae collectanea*, Romae 1600. 4. (xx) In Cod. Iuris gentium part. I. n. 158. p. 396. (yy) in Iurisprud. publ. cap. XVIII. §. 26. (zz) edit. Baſil. pag. 130. Quamuis admodum mirer, nullum ſe hiſtoricum ullam horum concordatorum mentionem feciſſe. Praeter ſolum HEDIONEM, quem et LIMNEVS [*ad Capitul. Caroli V.*] et STRAVCHIVS [*in diſſertation. Exotericis*] exſcripſerunt. (a) In Chron. Spirenſ. cap. 115. pag. 906. (b) Tom. II. rer. Germ. p. 166. ſeq. (*) Teſtantur ea de

CAP. I.

bus iterum in Galliam, plura exempla acta-que congeſſit conduxitque GOLDASTVS(**). Cum ex his, tum ex aliis pluribus exemplis (c) conſtat, *legationes*, uniuerſi imperii cauſa, ab exteris principibus decretas, in Germania a ſolo Caeſare neq; auditas neq; dimiſſas eſſe: ut potius ſatis manifeſtum ſit, procerum imperii ſuffragia in utroque munere Caeſarem conſuluiſſe.

Sub Maximiliano Caeſare.

Ad *MAXIMILIANVM* uenio, qui Friderico *parenti* in imperio ſucceſſit. Sub hoc enim uniuerſae Germaniae *legationes* Caeſari cum *ordinibus communes* fuiſſe, plurima exempla docent. Quorum nos aliqua hic enarrabimus. Ann. 1498. Iohannes Albertus Rex Poloniae *legationem* ad *conuentum* S. R. I. decreuit, auxilii ergo contra irruptiones Turcarum. *Nicolaus* ROSENBERGER (d) *legati* munere tum defunctus eſt: qui orationem ſuam, etiamnum extantem (e), non ad Caeſarem ſolum, ſed *uniuerſos*, haec enim uerba eius ſunt, *Sacri Romani imperii illuſtriſſimos Principes cuiuscunque ſtatus et eminentiae* direxit. Ann. 1501. quo magis eſt, Galliae rex ad Conſtantienſia comitia *legatos* inſtruxit, qui Caeſarem Maximilianum coram ordinibus imperii, poſt alias cauſas a *Melchiore* GOLDASTO (f) enumeratas, accuſarent, quod Imperator ſibi belli, pacis, foederum, id eſt, *legationum iura* ſolus arripiat, quae omni tempore ad principum ac ordinum ſuffragia fuerint adſtricta. Neque Caeſar hanc *ordinibus* a Gallo tributam facultatem negauit: ſed obiectam criminis ſuſpicionem aliis rationibus a ſe declinare uoluit. Ann. 1509. ordines in hoc iure ſuo confidentiores facti ſunt, qui Caeſari auxilia contra Venedos ſolicitanti, ea in *Wormatienſibus* comitiis propterea denegarunt: quod Imperator per *ſuos* tantum *INTERNVNTIOS* bellum illud declaraſſet, principum imperii conuentu non ſalutato (g). Atque hoc tantum in extero etiam rege Galliarum potuit: ut ipſe anno poſt 1510. *legatum* Ludouicum HELIANVM (h) ad *conuentum Germanorum* Auguſtam mitteret; qui auxilia uniuerſi imperii contra Venetos multis uerbis officiisque expetiit. *Siccine*, inquiebat, *dormitis o Germani? parumper expectate et dum uos, conſultationibus uacantes, differtis negotium, Veneti nocturnis ſcalis Veronam aggrederentur. Vos potentia magni, uos armis incliti, uos deniq; uiribus et fortitudine cunctis nationibus metuendi, tantam ignominiam contra maiorem ueſtrorum conſuetudinem tolerabitis? O uos Germani proceres, PENES QVOS IMPERIVM non ſolum Romanorum, ſed totius quoque orbis, iure tam diuino quam humano, cur tantundem a uirtute degeneratis auorum?* Idem quoque argumentum *Michael* COCCINIVS (i) grandi oratione et eleganti poëmate BEBELIVS (k) ſunt proſequuti. Vnde ſatis manifeſtum eſt, ordines imperii noſtri Maximiliano Caeſari non alia cauſa auxilia contra Venetos negauiſſe; quam quod *ſibi* tantum *iura legationum* in iſta re ſumpſerit, quae hactenus materia fuerant *comitiorum*. Plurima etiam eius generis ſcripta in Anti-Turcicis REVSNERI ſuperſunt et inter haec *diuerſarum legationum* commentaria proſtant ad *ordines* imperii de auxilii imploratione contra Turcas. In qua uero cauſa aliquis ius habet *excipiendi legatos*: in ea quoque *mittendi* eosdem facultatem habebit. Cum haec ex illo, prona conſecutione, prouenire uideatur.

§. XIX. XII.

Tempore REGIMENTI 1500. et Caroli V. Caeſaris.

§. XIX. Nihil ergo a priſtinis imperii conſuetudinibus alienum eſt, quod in Carolo V. Caeſare exempla *legationum*, ab imperii ordinibus *decretarum*, occurrant: cum ſub auo eius Maximiliano I. tot caſus extent uarii generis lagatorum, qui omnes a regni proceribus in comitiis *excepti* atque auditi ſunt. Et uero qua cauſa *ſolus* tum Imperator *legatos* miſerit nomine uniuerſi imperii? cum omne *legationis* argumentum, hactenus ex *moribus* et conſuetudine, nunc uero publica imperii *ſanctione* ad ſuffragia procerum regni eſſet adſtrictum. Promiſerat iam ann. 1495. in Comitiis (l) *Maximilianus* I. ſe neque belli neque foederum materiam abſque ordinum auctoritate tractaturum. Eidem pacto fidem dedit *Carolus V.* ann. 1519. in *Capitulatione* (m), nullo prorſus caſu excepto, quod auus eius feciſſe, uidetur.

de re Polonici ſcriptores in iisque *NEVGEBAVERVS lib. V. Polon.* p. 339. (**) Parte XX. Politicae imperialis, quae omnino conferri meretur cum hoc argumento. (c) Tunc enim prouentus imperii uix ad legationum ſumtus ſuffecerunt. Inde Caeſar imperii, quam ſui cauſa maluit legationes decernere. Quod *Auguſtinus* PATRITIVS [in deſcriptione Comitiorum 1471. p. 143.] probe aduertit. (d) Cuius *literae credentiales* cum oratione, in comitiis Friburgenſibus recitata, iunctim extant. (e) *Frebero* editore Tom. II. Rer. German. p. 235. (f) In uolumine *der Reichs-Handlungen* pag. 52. *Verantwortung des Römiſchen Königs auf die Klage, ſo der König in Franckreich uber Ihn auf dieſen Reichs-Tag zu Coſtnitz den Churfürſten, Fürſten und Standen gethan hatt.* (g) *Ferner ermeſſen die Stende, als ob ſie dieſer Hulffe zu thun nicht ſchuldig waren, daſs des Kayſers Vertrag, Krieg und Fürnehmen ohn Ir Rath, Wiſſen und Willen aufgericht. Wie denn in ſolchen Sachen Rath erfordern, wo im H. Reich Hülffe begehrt, löbliches Herkummen und gebraucht ſey* GOLDASTVS *Reichs-Handlungen* p. 85. ſeq. (h) *Frebero* editore tomo II. rer. German. p. 266. (i) *Libro de bellis Italicis pag.* 289. Niſi quod inter floſculos oratorios, non uero genuina rerum argumenta referri debeat, dum ita ordines alloquitur: quando Imperatori dicetis? O Caeſar omnia noſtra tua ſunt, utere his pro arbitrio tuo. (k) Quod pariter apud *Freh.* tom. II. rer. German. p. 209. extat. (l) R. I. Worm. 1495. *Handhabung des Land-Friedens* §. V. *auch ſollen Wir ohn Wiſſen und Willen jehrlicher Verſammlung keinen Krieg oder Vehd anfahen, Einigung mit frembden* Nationen *oder Gewalt machen, die dem Reich zu wider ſeyn möchte.* (m) Artic. VI. „Wir ſollen und wollen für uns ſelbſt in des" *Reichs-Hendeln* kein Bundniſs oder Einigung mit fremder Nation oder ſonſt im Reich machen.

CAP. I. §. XIX.

Accedit, quod *REGIMENTI Imperii* (n) munus ab anno 1500. in hoc inprimis uerſari debuerit, ut de recuperandis finibus imperii aut fortiora aut *mitiora* remedia eius adſeſſores cogitarent. Vltimum uero hoc quid aliud eſt, quam *LEGATIONES mittere ad res repetendas?* Atque hoc curae etiam principum *electorum* quodammodo datum eſſe, uidetur. Promittit enim *Carolus V.* (*) ſe reſtituere uelle omnes ditiones, quae Hiſpanico et Auſtriaco patrimonio ad *imperium* pertinere, iudicatae fuerint, quamprimum principes *electores* eum de reſtitutione admonuerint. Admonitio autem haec in uniuerſi imperii cauſa fieri debebat per *LEGATOS.* Inde ergo nemini ignotum eſſe potuit, penes ſolum Caeſarem non ſtare, in hoc rerum genere aliquid decerni. Quapropter Romani Pontificis; Bohemiae et Hungariae regis *LEGATI* Turcici belli cauſa ann. 1524. in *Comitiis* comparuerunt; quod ſuo etiam calculo adprobare debuit Imperator (o). Qui idem claris uerbis alio tempore cum pontifice pepigit, ut *LEGATVM* ad ordines in *Comitiis* 1541. ablegaret (p). *Ferdinandus I.* Caroli frater et in imperio ſucceſſor, ex his aliisque cauſis uidit, neque *legationes*, ad fines recuperandos, alio quam uniuerſi Imperii nomine auctoritateque mittendas eſſe. In *Auguſtanis* enim *Comitiis* 1559. (q) ubi huius argumenti ſedes eſt, ipſe *ORDINIBVS* auctor fuit, ut *LEGATIONEM* et *nomine* et *ſumtibus* uniuerſi imperii *DECERNERENT*, quae ad *Galliae regem* ablegaretur, ad *repetendum* Lotharingicas ciuitates *Metin; Tullum; Virodunum*, partem etiam *Leodienſis* Epiſcopatus aliaque dominia, Germanico imperio olim a Gallia iniuſte erepta. In iisdem comitiis 1559. etiam alius *legationis* ad *Moſcouiae* regem, *uniuerſi imperii* nomine, adornandae, argumenta reperiuntur. Viſum enim eſt ordinibus noſtris, *Liuoniae* cauſam agere contra ſaeuitiam Moſcorum: quod prouincia illa Germanici quondam iuris fuiſſet. Vniuerſi ergo imperii auctoritate *Hiſpaniae; Angliae; Daniae; Sueciae; Poloniae* reges compellantur pro auxilio ad bellum Moſcouiae inferendum (r). Sed, hoc negotio parum ſuccedente, ſeptendecim annis poſt, in *conuentu Ratisponenſi* 1576. S. R. Imperii *legatio* ab ordinibus decreta fuit; quae *Czarum* Moſcouiae de bello finiendo ſufficienter admoneret. Formula conuentionis *Caeſaris* ac *Procerum* de iſta *legatione* legi quoque

Sub Ferdinando I. LEGATIO IMPERII ad regem Galliae 1559.

Ad Czarum Moſcouiae 1576.

(n) Legantur *paragraphi*, prima ac ultima "in der Ordnung des Regiments 1500. Wir, Caeſar, Churfürſten, Fürſten und andere Reichs-Stænde geben dem Reichs-Regiment alle des Römiſchen Reichs Sachen; Gericht; Frieden; Handhabung; Widerſtand wider die Anfechter des Reichs. (*) In Capitulat. Art. X. "und ob wir ſelbſt ichtwas dem heiligen Reich anſtændig, nicht verliehen, "noch mit einigem rechtmæſſigen Titel bekommen wære, innen hætten, das ſollen und wollen Wir "demſelben Reich ohne Verzug, auf der *Churfürſten geſinnen*, wieder auſtellen und folgen laſſen." (o) 1524. *Nürnberg* §. 30. Item "als auf gegenwærtigem Reichs-Tag Pæbſtliche Heiligkeit desgleichen auch unſer Bruder, der Kœnig zu Bœhmen und Hungarn bey unſerm Oratore, auch Churfürſten, Fürſten und Stænden des Reichs &c. ſo haben Churfürſten, Fürſten und Stænde Hulffe bewilliget. (p) R. I. *Speyer* anno 1541. § 12. zu welchem Reichs-Tag Wir auch die Pæbſtliche "Heiligkeit erſuchet und bey ihr erhalten haben, daſs Ihr Heiligkeit, vermœge des "Hagenauiſchen Abſchiedes, ihren LEGATEN inſonderheit hieher verordnet hatt, nemlich Cardinal Contarenum im H. Reich Fried und Einigkeit helffen und zu fürdern. (q) Merentur ipſa uerba legi *R. I. Augſpurg* im *Neben-Abſchied* §. 1. ſeqq. "Als wir uns mit Churfürſten, Fürſten, Stænden erinnert, welcher maſſen Unſere und des H. Reichs Stiffts, Fürſtenthum "und Stædte, *Metz; Tull; Verdun;* ein Theil des Stiffts *Lüttig* und anders mehr dem H. R. angehœrig, von Kœnig Henrichen zu Franckreich eingenommen und gebrauchet worden. Demnach Uns, "als Rœm. Kæyſer gebühret, mit zuthun Churfürſten, Fürſten und gemeiner Reichs-Stænde" communi nomine et auctoritate Caeſaris et imperii "auf die Wege zu trachten, damit das dem Reich "wieder herzu gebracht werden mœge. So hat Uns, auch Churfürſten und Stænden gut angeſehen, ut ſciamus, modum etiam recuperandi ab utraque parte decernendum, die Wiedereinræumung *durch eine Schickung in Unſer und gemeiner Reichs-Stænde Nahmen* nachbarlichen und gütlichen zu ſuchen. Neque electio oratorum Caeſaris eſt, niſi, quod hic factum, haec facultas ei ab ordinibus tributa. "Und haben darauf Churfürſten und Stænde ſich einer INSTRVCTION Unſrer und des *H. "Reichs Geſandten* Verhaltung verglichen, dieſelbige Uns zugeſtellet, und darauf zu unſerm gnædi"gen Gefallen geſtellet; daſs Wir dem H. Reich zu gutem zwo Perſonen, ſed harum tamen ratio "Caeſari habenda ad decreta procerum, eine der alten Catholiſchen Religion, die andere der Aug"ſpurgiſchen Confeſſion verwandt, wo mœglich Fürſtlichen Standes, wo nicht, doch NB. Stænde "des Reichs zu dieſer Schickung mit unſerer Credentz und berührter des Reichs-Inſtruction in Un"ſerm und gemeiner Stænde Nahmen verordnen wolten. Die Unterhaltung gemeiner Schickung ha"ben gemeine Stænde auf ſich genommen." Ex hoc igitur Receſſu regulae formandae: *Legationes uniuerſi imperii cauſa a proceribus decernantur; Legati eorundem procerum decreto, eligantur; neque alii quam Status imperii; inſtruantur iidem ab ordinibus; alantur ab iisdem;* reduces facti, quod poſtea ſequitur, vel in plenis iterum comitiis uel horum nomine a Deputatis audiantur. (r) *R. I. Augſpurg* 1559. §. 8. 9. ſeq. "Ferner, nachdem auf gegenwærtigem Reichs-Tag fürgebracht worden, "was unverſehnliche Krieges-Beſchwerden gemeinen Stænden in Liefland durch den Groſs-Fürſten "in Moſcau zugefüget worden, darinnen ſelbige auch noch verhafft ſeyn ſollen. Wenn wir nun "ſammt Churfürſten, Fürſten und Stænden mit dieſen Landen Mitleiden tragen, ſo wollen Wir gemeldten Moſcowiter ſchrifftlichen erſuchen, gegen die Lieflænder, als dem Reich angehœrigen "Mitgliedern ſeine Kriegs-Ubung abzuſtellen, und was er denſelben Landen abgetrungen, wiederum reſtituiren. Daneben Wir dann die Kœnige in Spanien; Engelland; Dænnemarck; Schweden; "Polen; auch die See-Stædte durch Unſere Schreiben um Hülffe erſuchen und ermahnen wollen. "Die Antwort ſolle entweder dem Reichs-Tag oder einer deputation, nehmlich allen 6. Churfürſten;

Google

CAP. I.

que mereretur (s). Inprimis enim ſanctio illud habet: ne alius, quam S. R. Imperii *Princeps* legationi praeficeretur, partim dignitatis ergo, partim memoriae et doctrinae cauſa, *legationem* non *Caeſaris* eſſe; ſed *uniuerſi imperii*. Polonos, Maximiliano II. Caeſare, ad Germaniae ordines legationes miſſuros fuiſſe, teſtatur SVLIKOVIVS (t). Qui tamen poſt conſilia mutauere ad inuidiam Caeſaris euitandam.

Ad Belgas et Hiſpaniae regem 1594.

§. XX. Belgicae prouinciae ſub tyrannide Hiſpanici dominatus auxilia *Germanorum* diu ac ſaepius in ſolennibus *comitiis* litteris ac *legationibus* implorarunt. Proſtat typis publicis LIBELLVS SVPPLEX, IMPERATORIAE MAIESTATI ET S. R. I. ORDINIBVS IN COMITIIS 1570. (u) OBLATVS. Et ſane ad preces Belgarum factum eſſe, exiſtimo, ut in illo *Spirenſi conuentu* (x) conſilia ſuſcepta atque ſolenni *receſſui* inſerta ſint, de *RECVPERATIONE* prouinciarum, S. R. Imperio a uicinis ereptarum. Quemadmodum ergo *LEGATI* Belgici ad *PROCERES* Imperii noſtri ablegati; ab iisdem ſuſcepti et auditi ſunt: ita etiam rerum ordo exigere uidebatur, ut, nonniſi ſuffragiis eorundem, dimitterentur. Atque hoc factum eſſe, in *Receſſibus* Imperii anno 1594. (y) et anno 1598. (z) reperimus. In utroque enim *LEGATIO* decernitur, no- … mine

§. XX.

(t) … Lud. opuſc. tom. I.

ſten; denen Biſchœffen zu Münſter, Paderborn, Oſnabrück; und Hertzogen zu Braunſchweig; Jülich; Pommern geſchehen. Ratio in §. XV. redditur: davon die meiſten als dem Lande Liefland næher geſeſſene eigentliche Erfahrung davon einnehmen kœnnen."

(s) *R. I. Regenſpurg 1576. §. 109.* "Und dieweil auch nachgehends für gut angeſehen, dem bedrængten Liefland zu Troſt und Beyſtand die anſehnliche Legation in die Moſcau abzufertigen. Als ſind Wir aus rathlichem Bedencken und Bewilligung gemeiner Stænde entſchloſſen, eine Fürſtliche Perſon zu erſuchen, ſolche Legation Uns und dem H. Reich zu Ehren und zu Gefallen auf ſich zu nehmen, und laut einer ſondern inſtruction bey Unſrer Reichs-Hof-Cantzley zu verfaſſen. Es ſollen auch noch drey andere Perſonen, denen des H. Reichs Ober- und Gerechtigkeiten, denn auch ſonſten alle Gelegenheit am beſten bewuſt, zugeordnet werden. Es haben auch die anweſende Stænde und Botſchafften ſich dahin verglichen; ſolche Legations-Koſten auf S. Andreae gewiſslich zu erlegen." (t) *In commentario rerum Polonicarum p. 21. ſeqq.* (u) *Libellus* in minori forma *octaua* editus eſt 1570. Merentur autem uerba ſupplicia, Caeſari et ordinibus imperii noſtri a Belgis exhibita, per epitomen inde exſcribi: *ea nos*, de tyrannide Hiſpanorum in Belgio ſermo eſt, *principes illuſtriſſimi, nolite arbitrari, ad nos nihil pertinere. Pertinent enim ad uos ueſtramque Germaniam ut maxime. Nos uero Belgae, inuicte Caeſar, principes Germaniae illuſtriſſimi, omnium hominum miſerrimos, patria profugos, bonis omnibus exutos, ſumma ignominia et paupertate afflictos, nolite negligere. Cogitate PARTEM GERMANIAE eſſe BELGIVM. Legibus, conſtitutionibus imperii, antiquiſſimo iure SVBIACERE. Brabantiam imperii feudum eſſe. Antuerpiam imperii Marchionatum cenſeri. Geldriam; Friſiam; Groningam; Tranſiſelanam; Cameracenſem iuriſdictione imperii contineri. Hollandiam; Selandiam; Hannoniam ceteraſque Belgii ditiones BOIOARIAE ducibus, quaſi AVITA BONA* [uid. Germaniam Principem uol. I. Lib. III. c. 3. p. 46.] *hereditate quondam ceſſiſſe. Nolite aſpernari, quae inter nos eſt, nominis, linguae, commerciorum neceſſitudinem. Et, ut omittamus uetera, cogitate CAROLVM V. nuper ex FLANDRIAE meditullio ad imperii gubernacula, tanquam GERMANVM natione, euectum fuiſſe; et hunc non ita pridem uniuerſam illam ditionem inter S. R. I. ORDINES ac limites Auguſtae in publicis Comitiis, Germaniae principibus aſſentientibus, retuliſſe; eoque nomine LEGATOS ex Belgica prouincia miſſos fuiſſe: TRIBVTVMQVE imperatum repraeſentaſſe; ac etiamnum hodie inter Brabantiae ducem ac Epiſcopum Magdeburgenſem, uter eorum in COMITIIS digniori loco ſedere debeat, in iudicio eſſe. Nolite igitur, ſanctiſſime Imperator, principesque illuſtriſſimi, ſocios neſtros; qui ueſtram fidem miſericordiamque ſupplices, aduerſus nandiitam hominum ſuperbiſſimorum tyrannidem implorant, contemnere.* (x) R. I. *Speyer 1570. §. 105.* "Wir haben zu bedencken geben; wie doch die Stænde Land und Leute, dem heiligen Reich nun eine Zeithero von fremden Potentaten gewaltiglich entzogen, durch fügliche Mittel heran gebracht, auch weiterer Schmæhlerung und Abfall fürgebauet werde, et quae ſequuntur. (y) *R. I. Regenſpurg 1594. §. 42.* Fürders aber, daſs bey dieſem Artickel erregte Niederlændiſch Kriegs-Weſen betreffend, ob Wir wohl neben Churfürſten, Fürſten und Stænden in Hoffnung geſtanden, es ſolte die darunter ſo vielfæltig gepflogene Handlung einmahl ihre Würckung erlanget haben: ſo hat doch die Erfahrnuſs das Gegentheil und auch dieſes erwieſen, wie hoch dem gantzen Heiligen Rœmiſchen Reich daran gelegen, daſs dieſer Kriegs-Unruh einmahl geſteuret werden mœge. §. 43. Zu welchem effect uns die anweſende Stænde zu erkennen geben, wie das beſte Mittel, daſs die Friedens-Handlung nochmahls fürgenommen würde. §. 44. Darauf denn die Stænde ſich mit uns und Wir uns mit Ihnen verglichen, daſs Wir etliche aus des Reichs Churfürſten; Fürſten; Stænden, ſo uns zum theil benahmtlich gemachet worden, gleicher Anzahl von beyden Religionen zu uns ziehen, uns mit denſelben einer anſehnlichen Schickung zu beyden Theilen zu vergleichen. §. 46. Dieweil Wir denn dieſes erwogen; ſo wollen Wir, krafft gemeiner Reichs-Verſammlung aufgetragenen Gewalts, förderlich mit den Stænden zur Berathſchlagung greiffen, wie und worauf die NB. inſtruction der pacification zu richten, und was dieſem Werck anhængig, damit die Sache mit Unſerer und des Reichs Auctoritæt ins Werck komme. §. 49. Dabey und neben dem bedacht worden, auf den Fall, da das Niderlændiſche Kriegsweſen alſo nicht gedæmpffet werden ſolte, daſs Wir alsdenn unſerm Neven und Churfürſten, dem Ertz-Biſchoffen zu Maintz auferlegen ſolten, einen gemeinen Reichs-Deputation-Tag auszuſchreiben, darauf vollſtændige relation vernommen, und was darunter zu thun, ſchlieſslich gehandelt werden ſolte. Und demnach obangeregte Schickung von gemeiner Stænde wegen des H. Reichs fürgenommen werden ſolle, wird für billich geachtet, daſs auch die darzu gehœrige auflauffende Unkoſten gleichmæſſig gleich von gemeinen Stænden insgemein getragen und erſtattet werden. (z) *R. I. Regenſpurg 1598. §. 27.* Und da wir wohl auch auf die bey nechſt gehaltenem Reichs-Tag bedachte LEGATION in die Nieder-Burgundiſchen Lande zu Erhandlung eines Friedens, fürnehmlich aber und zuforderiſt Abſchaffung der benachbarten …

CAP. I. § XX.

mine et auctoritate *uniuerſi imperii*, pro impetranda ab Hiſpanis pace, adornanda. Quod etiam inſtitutum anno 1603. in *Ratisponenſibus* COMITIIS (aa) repetitum eſt. Non opus eſſet, poſt publica documenta, quae produximus, rerum dictarum fidem hiſtoricorum teſtimoniis ulterius corroborare. Cum tamen et illi in promptu ſint, nihil ab inſtituto alienum eſſe, credimus: eos quoque huc adducere. Ad *Francofurtana comitia* 1562. et Hiſpanici et foederati Belgii LEGATOS ſe contuliſſe, *Franciſcus* HARAEVS (bb) his uerbis prodidit: *Francofurti comitia habebat Ferdinandus. Ad ea cum aliorum regnorum legati, tum a Turca ſplendidiſſima legatio aduenit. Brabantini etiam legati mittuntur. Proficiſcitur quoque eo regis nomine dux Arſchoti, priuatoque officio Egmondanus et Orangius. Propoſiti fuere pro Belgis libelli, quibus ſocietas, religionisque, quam haberet imperium, libertas flagitaretur. Quae res illum effectum ſortita, quod rex Belgarum ſtudia deinceps magis ſuſpecta haberet.* Quatuor annis poſt 1566. in *Auguſtanis comitiis*, Belgii foederati ordines *Caeſareae maieſtatis* PRINCIPVMQVE auxilium denuo expertiiſſe, ut conſilio auctoritate ſua Philippo regi perſuaderent, *ut ne ſanguinem fidelium effundere pergeret atque in ſe iram Dei accerſeret*, Erneſtus EREMVNDVS (cc) teſtatur et idem confirmat Caſpar ENS (dd). In *Spirenſi S. R. I. conuentu* Beligicorum oratorum preces iterum a Michaele Caſparo ALVNDORPIO (ee) deſcribuntur: *auditi in his comitiis legati, et inter hos Belgae ob religionem exules, qui, porrecto libello ſupplice, patriae ſuae reſtitui petebant, et lamentabili calamitatum ſuarum iam praeteritarum commemoratione futuras denunciabant.* Taceo plurimas alias ſolicitationes, quibus Caeſar et ordines imperii a Belgis in eadem cauſa fatigati ſunt. His uero ſubditis ac conciuibus ſuis imperator ac proceres omnino aures porrigere debebant, ad ſubueniendum eorum calamitati. Poſt alia igitur officiorum genera LEGATIONES adornabantur, pro ſalute oppreſſorum in Belgio. Nos hic unius tantum mentionem faciemus, quae prae aliis ſolenniter decreta fuit. *Hugo* GROTIVS (ff) eam an. 1597. ita deſcribit: *ſed et Imperator principesque Germani et primae ciuitates locum magnificae* LEGATIONI *popoſcerant, quod ordines tantae auctoritatis parata, excuſabant. Quare alteras literas miſere Carolo Nutſelio ferente, acerbius interrogantes, haecne Germanicae cognationis reuerentia? hanc tot beneficiis gratiam referrent? ut amicis negaretur, quod apud omnes gentes etiam hoſtibus licuiſſet. Neque uero* LEGATOS *duntaxat de pace acturos, ſed de multis grauibus rebus, quae tractari Batauorum haud minus, quam Germaniae intereſſet. Interpretabatur id Nutſelius de priſtinis foederibus inſtaurandis. Nec minae aberant, neminii maieſtatem imperii impune ludibrio fore. Humiliter ad haec ordines, honori Germa-*

Teſtimonia hiſtoricorum de allegationibus S. R. Imperii in Belgium.

Anno 1562. B

Anno 1566. C

D

Anno 1597.

---

ten Stænde vielfæltige und hœchſte eingefuhrte und beklagte Beſchwerungen an uns beneben denen uns zugezogenen Churfürſten, Fürſten, Stænden, zumahl nichts ermangeln laſſen, und dervvegen, vvie Ihnen bevvuſt, bey uns nicht angeſtanden: ſo vvollen Wir doch neben abgedachten Stænden an allem unſerm vermœglichen Fleiſs nichts ſpahren, ſolch fürhabend nützlich Werck zu rechte zu richten. Dievveilen aber noch vvenig Stænde den in beruhrtem Reichs-Abſchied zu ſolcher praeparatorie LEGATION bevvilligten halben Million erleget; und aber bedencklichen fallen vvill, ohn dieſelben viel Auslage zu thun; ſollen die Stænde ſchuldig ſeyn bey poena dupli pro quota zu bezahlen. (aa) *R. I. Regenſpurg* 1603 § 28.--35. Als Wir denn vor andern puncten Churfurſten und Stænde gnædigſt erinnern laſſen, vvie Wir mit Zuziehung dero Deputirten des Reichs die Kriegs-Empœrungen in den Nieder-Burgundiſchen Landen durch anſehnliche Legationen vvieder zur gevvunſchten Ruhe zu bringen. Aber alles von einem Theil abſonderlich vvenig reſpectiret vvorden. §. 29. So haben vielgedachte Stænde dieſe Berathſchlagung ſich mit ſonderm Fleiſs angelegen ſeyn laſſen. Und ob vvohl ſie nicht in geringen Zvveiffel geſetzet, nach demmahl unſern ſonderbahren Abgeſandten von den Reichs-Stænden von keiner Friedens-Tractation zu hœren, ob man ſolche LEGATIONES kœnte fortſetzen oder nicht: vielmehr fernern deſpect zuvor zu kommen dieſelbe anſtehen laſſen vvolle. §. 30. Nichts deſtovveniger haben Sie es dahin ermeſſen, daſs man zu billigmæſſiger recuperation des Reichs vielmehr alle gutliche; als ſchærffere Mittel belieben thæte, auch gantz begierig vvære, ſolche lang vorgehabte Legation nicht allerdings von handen zu ſtellen; ſondern nochmahlen in Unſerm und des Reichs Nahmen neben und mit Zuziehung anderer Stænde, gleicher Anzahl von beyden der Catholiſchen und Augſpurgiſchen Confeſſion, die vvir nützlich darzu befunden, fortzuſetzen. Dergeſtalt, daſs vvir uns mit Ihnen zu ſolcher anſehnlichen Schickung vvohl-qualificirter Perſonen vergleichen mœchten. Nach dem, vvas vermœge deſſen im Jahr 94. aufgerichteten Reichs-Abſchied verfertigten und verglichenen inſtructionen, vvelche vvie auch die Credentialien vviederum zu erſehen, und mit Gutachten der Deputirten gæntzlich abzureden, mit mehrerm einverleibet. §. 32. So viel die Unkoſten zu ſolcher Abordnung betreffen thut, ſintemahl die vielervvehnte Legation dem heiligen Reich und deſſen Stænden zu gutem, auch aus derſelbigen Gutachten geſchicht, daſs derovvegen Rœmer-Monat erleget vverden mœchten. §. 33. Wenn nun ſolche vorgeſetzte Meinung der Stænde uns gantz nothvvendig befunden vvorden, ſo vvollen vvir darauf die nothvvendige Anordnung thun, damit Wir der Deputirten Stænde Gelegenheit, und vvas ſie vor Perſonen zu ſolcher Legation vorzunehmen bedacht, erkundigen, auch die inſtruction erkleret und extradiret, und alſo die Legation zum fœrderſten mit unſerm und des Heiligen Reichs autoritæt vollzogen vverden mœge. Inde manifeſtum eſt; iura neque decernendi; neque inſtruendi; neque adornandi legationem in cauſis uniuerſi imperii Caeſarum eſſe. (bb) Annalium Belgicorum tom. III. p. 16. (cc) In origine Belgicorum tumultuum pag. 80. edit. Lugd. B. (dd) Lib. II. Mauritiadus, in quibus bellum ciuile Belgicum deſcribitur pag. 81. (ee) Tom. II. Sleidani continuati Lib. X. p. 45. (ff) Annalium Belgic. Lib. VI. pag. 40.

Germanico et reuerentiae datum demonſtrabant, ut praemonerentur, ne ſe irrita LEGATIONE fatigarent: rerum ſuarum et quid ipſis expediret, non alios ſe peritiores. Sed eiusdem legationis argumentum plenius tractat Eman. METERANVS (gg). Aliam quidem anno poſt *Euerhardus* REIDANVS (hh) enarrauit: *inter haec uicinae nationes Germanicae conuenerunt et conſultare coeperunt de prohibenda terris ſuis bellantium Hiſpanorum et foederatorum ui. Mittuntur ad Mendozam et Mauritium legati iisdem mandatis. Mendoza contemtim reſpondit. At Mauritius, poſtquam LEGATI acceſſere, abunde,* inquit, *foederati patres honorem, quem IMPERIO deferunt, oſtendere, reſtitutis ante aliquot annos, LEGATORVM poſtulato, Germanicis urbibus.* Sed haec forte ad foederatos quosdam imperii principes pertinet, qui iure *territoriali* finibus ſuis contra Belgas hac *legatione* proſpicere uoluerunt. Quapropter noſtrae non adeo conſiderationis eſt, cum in *iure legationum* uerſemur, *uniuerſi imperii* cauſa adornandarum. In quo genere *illa* excellit, quam Grotio et Meterano deſcriptam eſſe, diximus. Sed meretur haec propterea ad fidem METERANI (ii), qui ceteris hic curatior ac plenior eſt, paulo ſolicitius expendi. Poſtquam enim *imperii legationem* Belgici ordines eſſent deprecati: Carolus Nutſelius de Sondersbuhl non ad Caeſaris ſolum, ſed etiam ad *ordinum* auctoritatem, cuius utriusque offenſam Belgae, contemtores, mererentur, prouocauit. Mandati etiam literas et *Caeſaris* et *principum* ſeorſim ſcriptas, illis oſtendit (kk) et codicillum, quo legatio inſtructa ſit, quem a Germaniae *principibus* confectum atque a *ſingulis ſigillatim* adprobatum eſſe, docet (ll). Belgae iterum in *duabus* epiſtolis declinatae legationis cauſas produnt, una ad Caeſarem, altera ad *proceres imperii* transmiſſa (mm). Manifeſto igitur liuore Cardinalis BENTIVOGLIO (nn) omnem defenſi Belgii contra Hiſpanos cauſam in principum Euangelicorum machinationibus reponit, contra Romanorum ſacrorum ſocios et fautores potentiae Hiſpano-Auſtriacae: cum tot exemplis proditum ſit, non ſolum uniuerſos utriusque religionis ſocios conſilia haec in ſolennibus comitiis adprobaſſe; ſed pleraque etiam auctoritate ac interceſſu Caeſaris ſuſcepta fuiſſe. Id uero potius ſentiendum eſt; *iura ADLEGANDI*, hoc eſt, imperii legationes ſua auctoritate adprobandi, (oo), eo *euidentiora* eſſe, ordines noſtros tunc uoluiſſe: quod in *Caeſare adgnatio* cum Hiſpanis; in *Catholicis* principibus *religionis* fauor ſuſpicionem eis excitaret, ne *partium ſtudio* illa infecta eſſet, in Belgii imperiique detrimentum. Qua in re cum Caeſar nequicquam ſe difficilem exhibuerit erga ordines, quorum potius conſilio auctoritateque omnia fecit: hinc intelligitur, Imperatorem ex moribus ac inſtitutis imperii cognouiſſe, *legationis* argumentum non ſolius *Caeſaris* negotium eſſe; ſed materiam ſolennium imperii *Comitiorum.* Vt adeo, quoties futuro tempore ſe caſus tulerit, ubi uniuerſi imperii cauſam Caeſaris tantum *legatis* ordines committere, non e re ſua ducunt: ſaluum ipſis ac integrum eſſe pateat, iuri ſuo *adlegando* proſpicere, ut legati uel utriusque partis, *communi* ſcilicet Caeſaris ac ordinum *nomine* ac mandato inſtruantur, uel, ſi res neque ſic extra omnem periculi metum fuerit, Caeſareae *legationi* alii quoque ab ordinibus legati adiungantur *ADLEGENTVRQVE.* Quam ultimam *adlegationis* ſpeciem in hiſtoria recentiorum temporum nunc offendemus.

Iura ADLEGANDI in bello TRICENNALI.

§. XXI. Seculum enim, noſtro proximum, reſtat, ubi *adlegationum* iura inprimis diſputata ſunt, magno *Caeſaris* ac *ordinum* adparatu. Bellum *tricennale* utrosque in partes tam contrarias tamque diuerſas diſiecerat, ut fieri non poſſet, tantopere diſſidentes per ſe ac ſua ſponte in concordiam redire. *Imperator* uiribus ac fortuna

(gg) Lib. XVIII. "Der Beſchreibung Niederlændiſcher Kriegs-Hændel pag. 37. Nach dem, inquit, zu mehrmahlen die General Staaten der vereinigten Niederlanden der treflichen und anſehnlichen LEGATION vergewiſſert vvaren: ſo im nahmen und vvegen des Reichs und Rœmiſcher Kayſerl. Majeſt. vermœge der letztern Reichs-Abſchieden, ſolten an ſie abgefertiget vverden, und aber beſorgten, daſs durch dieſelben Ihnen ein Friede mœchte aufgetrungen vverden, und ſolches zvvar aus gutem, doch unverſtændigem Eyfer: als haben ſie Mittel geſuchet, dergleichen ſtattliche Legation abzukehren, et quae ſequuntur, omnino hic euoluenda. (hh) Annal. Belgarum Lib. XV. p. m. 431. (ii) Lib. XVIII. p. 37. "Er vvære dahin von der Kayſerl. Majeſtæt und den Stænden des Reichs abgefertiget: Welches Kayſerl. Majeſt. und das Reich zu einem Schimpff und Verkleinerung aufnahmen muſten. (kk) Meteranus l. c. Er uberlieſſerte zvveen Brieffe. Einen von Kayſerl. Majeſtæt: Den andern von Maintz, Sachſen, Saltzburg, Neuburg, Cœln und Nürnberg unterzeichnet." (ll) Neben dieſen Brieffen legt der Geſandte bey einen Auszug ſeiner Inſtruction. Daſs ſolche durch die Fürſtliche Ræth zu Franckfurth concipiret und folgends an alle Fürſten uberſchickat vverden müſſen, den alten datum zu entſchuldigen." (mm) Meretur ſane utraque legi apud Meteranum. (nn) En ſon Hiſtoire de la Guerre de Flandre Liu. IV. p. 170. interprete Antonio *Oudino.* Quae infamia etiam *Famiani STRADAE* eſt, in diuerſis locis annalium Belgii. (oo) *Adlegatio* enim ordinum a Caeſarea legatione uel *ciuiliter* diſtincta uel *naturaliter.* *Illam* dico, cum ordines conſilio, *conſenſu* auctoritateque ſua ad *legationes*, imperii cauſa adornandas, cum Caeſare *concurrunt*; *hanc* cum Caeſareae legationi *nouos legatos* et ipſi, imperii nomine, adiungunt. *Ibi una* perſona *duas* ſuſtinet et Caeſaris et imperii: hic *duo* munera *duas* etiam perſonas uolunt. Summatim, *ibi duas* perſonas, fictione *ciuili*; *hic* re ipſa duas, conſideratione *naturali.*

CAP. I.

§. XXI.

tuna ualentior ſibi uiſus, *procerum* libertati in iure tam ſacro, quam ciuili coepit inhiare. Pro qua adſerenda exteri reges a Germaniae principibus in auxilium uocati uireſq; eorum *patriae* libertatis ereptoribus oppoſitae ſunt. *Duae* igitur *ciuitates ex una facie* (pp), duo imperia ex uno; ſuae cuique leges; conuentus, *legationis*, belli ac pacis iura cuiq; fuerunt. His turbis maiores in patriis omnium temporum annalibus non reperio. Difficillimi operis erat partes, toties, tanto tempore et tam grauiter colliſas, iterum coniungere. Id omnes uiderunt, futuram Germaniae pacem in duobus potiſſimum momentis conſtituendam. *VNVM* erat, ut *Gallis* ac *Suecis* adiutoribus, pro ope ac opera Germaniae ordinibus lata, ſatisfieret; *ALTERVM*, ut noſtri imperii *ciuibus* iura *libertasque* tam intra fines cuiusque *territorii*; quam in *communibus* uniuerſi imperii cauſis, non e priſtinis tantum moribus ac obſeruantia illibata eſſent; ſed iam publica et pragmatica ſanctione extra omnem aleam ponerentur. *NEVTRVM* ex his committi poterat ſolius *Caeſaris* arbitrio, qui *utrique* infeſtiſſimus erat. Non *ILLVD*; quod exteri reges in *ſocietate ordinum* paciſci uellent: partim, ut, his iuncti, uirium ſuarum confidentiores eſſent; partim etiam, ne, *proceribus* relictis, turpis tantum lucri cauſa in Germania bellum geſſiſſe, uiderentur. Neque *HOC*. Quis enim, pace Imperatoris, *legem* expectaret? quae ordinum auctoritatem eueheret, ut Caeſaris deprimeretur.

Diſſidia adlegationis in pace Weſtphalica.

Is autem finis erat, quem foederati in ea pacificatione pro ſcopo ſibi praefixerant. Facile igitur ad intelligendum erat, argumentum pacificationis tale eſſe, quod et *Caeſaris et Ordinum* ſuffragia, id eſt, *legationes* et *ADLEGATIONES* poſtularet.

[illegible]

Diu multumque per *decennium* et amplius diſputatum eſt, quibus *INTERNVNTIIS* ac *legationibus* pax imperio noſtro reſtituenda. *Caeſar* ſuum eſſe uolebat, *legationes* ad pacem, imperii cauſa tractandam, adornare. Titubarunt ad haec proceres, quaſi patrii iuris incerti: pacificationi tamen et ipſi intereſſe, cupierunt, ab exteris regibus in hoc ſuo poſtulato ſtrenue adiuti. Omnibus igitur artibus, machinationibus, inſidiis, praeſtigiis, Caeſari utendum fuerat, ut hanc ordinum petitionem, quantum poſſet, declinaret.

Dubitatur de CAVSIS ab adlegatione tractandis.

Nunc enim *MATERIAS* ineundae pacis ita *diſtingui*, uoluit: ut *imperii uniuerſi* grauamina in *comitiis* tractarentur; *ſingulorum* principum cauſae remitterentur ad ordinaria patriae iudicia: cum *exteris* uero regibus imperii nomine paciſceretur *ſolus* Imperator. Hoc conſilio non procedente, quod *foederati* in omnibus rebus cauſam *communem* facerent, alterum et poſtremum ſolennis *pacificationis* argumenta fieri et ipſe adprobauit, *primi* tantum generis controuerſiae; quoniam exteris arcana imperii proderent, inde abeſſent. Cum neque ſic obtinere poſſet, omnia demum cauſarum momenta; ſiue ea Germanicum *imperium* idque uel *uniuerſum*; uel *ſingulos* in eo ciues ſeorſim tangerent: ſiue *exteros* etiam reges, in publica ac uniuerſali pace componi, etiam Caeſar, quamuis aegerrime, largitus eſt.

Adlegatio an uniuerſorum?

Sed hac lite expedita de *INTERNVNTIIS* ipſis, ad pacificationem adornandis, quaeſitum. Principio hanc ſibi ſpartam *ſolus* imperator uindicauit: deinde principes tantum *Electores* in ſocietatem admittere uoluit: poſtea, ſolis ciuitatibus excluſis, omnibus imperii *principibus* locum fecit: tandem conceſſit, ut *hae* quoque negotio pacificatorio intereſſent.

Vnde legenda adlegatio? an per collegia; circulos; deputatos.

Neque uero is controuerſiae huius finis fuit. Quaerebatur enim adhuc, *ADLEGATI* imperii an per tria comitiorum *collegia*; an per *circulos* et pagos Germaniae; an uero per *deputatos*, idque uel ordinarios uel extraordinarios *ELIGI* debeant.

Vbi adlegati conuenire et agere debeant?

Atque primo demum genere adprobato, uehementius de *LOCO* diſputatum eſt, ex quo imperiales *adlegati* pacificatoribus operam ſuam adiungerent. Caeſar imperii adlegationem *Francofurti* ſubſiſtere, petiit, quorſum Caeſarei legati e *Monaſterienſi* et *Oſnabrugenſi* urbibus pacificatorios ſingularum *ſeſſionum* actus tranſmittere; atque inde ſuffragia imperii adlegatorum per celeres curſores iterum accipere deberent. Alii locum magis uicinum *Hakotium*, qui inter Monaſterium et Oſnabrugam interiacet, elegerunt, unde imperii *adlegati* cum Gallicis aeque ac Suecicis atque ipſis etiam Caeſareis legatis de rebus tractandis communicare poſſent. Plurium uero ſuffragiis effectum eſt, ut ordinum quoque adlegati Monaſterium et Oſnabrugam; loca, ubi de pace tranſigi debebat, ſe conferrent.

Suffragiis adlegatorum quae autoritas?

Tandem non minima concertatio de auctoritate *SVFFRAGIORVM* fuit, quae procerum dicerent *adlegati*. *Conſilii* tantum rationes, quod Caeſar uoluit, an uero *deciſionis* uires, quod adlegati iure poſtularunt, ea haberent.

An ea in publico congreſſu dici debeant?

Poſtquam uero etiam in hoc conceſſit Imperator, *ultimum* demum fuit, quod de ipſo *CONGRESSV* diſceptatum. Caeſar imperii *adlegationem* cum ſuis, id eſt, Caeſareis tantum legatis conuentus Oſnabrugae inſtituere poſſe, exiſtimauit: ſed ipſi *adlegati* in *publicis* quibusque congreſſibus, praeſentibus Caeſaris et exterorum regum legationibus, comparere atque uniuerſi imperii cauſam agere uoluerunt. Tandem inter nimium et parum haec ſententia adprobata eſt: conuenirent, imperii ergo, Germanorum *adlegati* publice priuatimque, quoties et cum quibuscunque uellent.

(pp) Quod olim de Romanis *LIVIVS* ſcripſit Lib. II. cap. 44.

Digitized by Google

CAP. I.
uellent, modo hoc non fieret in praeſen-
tia Caeſareorum; ne, his in faciem con-
tradicendo, auctoritatem imperatoris
ipſum imperium, in oculis exterorum,
proſtituere uideretur. Inde in iisdem ae-
dibus *tria conclauia triplici legationi* ita
deſtinata ſunt; ut *Caeſarei* legati in *uno*:
in altero *regii*: atque ordinum Germa-
niae *adlegati* in *tertio* ſuos conuentus ha-
berent; et quoties opus eſſet, una pars al-
B teram, deliberandi cauſa, ſeorſim, exclu-
ſa ſemper tertia, conueniret. Atque ita
tandem effectum eſt, ut, quod hactenus
conſuetudinis et obſeruantiae erat, nunc
publica et pragmatica S. R. I. *ſanctione* con-
ſtitueretur. Nam circa *ADLEGANDI*
iura in ipſa huius pacis formula ſibi clariſ-
ſimis uerbis ordines Germaniae proſpe-
xerunt (a): *Vt autem prouiſum ſit, ne poſt-
hac in ſtatu politico controuerſiae ſuborian-
C tur, omnes et ſinguli Electores principes, et
ſtatus imperii in antiquis ſuis iuribus*, ſed
inter haec facultatem *adlegandi* ſemper
fuiſſe, hactenus demonſtratum eſt, *uigore
huius transactionis ita ſtabiliti ſunto, ut a
nullo unquam, ſub quocunque praetextu de
facto turbari poſſint. Gaudeant ſine contra-
dictione iure ſuffragii in omnibus deliberatio-
nibus ſuper negotiis imperii, praeſertim
quando PAX aut FOEDERA FACI-
D ENDA aliaue eiusmodi negotia*, inter quae
etiam imperii legationes ſunt, *peragenda
fuerint. Nihil horum aut quicquam ſimile
poſthac unquam fiat uel admittatur, niſi de
comitiali liberoque omnium imperii ſtatuum
ſuffragio et conſenſu.* De genuina ſanctio-
nis huius interpretatione inferius agetur.
Vt uero et monumenta conſtent hactenus
E dictorum et conſilia pateant, quibus tan-
dem ad ita ſtatuendum deuentum ſit; cla-
rioris doctrinae cauſa, hiſtoriam rei, ad-
iunctis ſcriptorum teſtimoniis, per epito-
men enarrabimus.

Hiſtoria iuris adlegandi ab an. 1600.

§. XXII. Germaniam ab ingreſſu ſecu-
li *decimi ſeptimi*, bello ciuili implicitam
ſibi iterum reſtituere, uariis *legationibus*
diuerſo tempore neque ab iisdem imperii

in Colonienſi conuentu 1610.

principibus tentatum eſt. Ad *Colonien-
ſem* conuentum, praeter Caeſaris et Ger-
maniae *principum legatos*, Galliae etiam
F Angliae et Belgii oratores anno 1610. con-
ceſſerunt, ut *Iuliacenſis* cauſa, quae ordi-
nariis Germaniae iudiciis committi non
poterat, expediretur, ne, quod praeſentie-
bant prudentes, in funeſtum bellum affli-
ctae aliis caſibus Germaniae erumperet.
Sed nihil tum effectum eſt, quam ut Cae-
ſar ſuſpicionem iudicis, proteſtantibus

A male cupientis, de ſe magis augeret, teſte *§. XXI. XXII.*
Gotardo ARTHVSIO (b). Hinc anno poſt *Anno 1611. in*
1611. principes *Electores Norimbergae* con- *Norimberg.*
greſſi ſunt, atque operam ſuam Caeſari
obtulerunt pro tranquillando ſtatu Ger-
maniae. Sed parum ab eo auditi ſunt (c).
Neque minus huc pertinet principum in *Ann. 1613. in*
comitiis 1613. mota querela; Caeſarem *ad-* *Comitiis Ra-*
legandi iura, ſua tantum auctoritate depu- *tisponenſibus.*
tatis committere, a partium ſtudio non
B alienis; cum tamen, deputatos nomina-
re, ad munus *adlegationis* obeundum, opus
ſit *uniuerſi* imperii. Litteras ipſas ho-
rum grauaminum exhibet *Oſeas* SCHA-
DAEVS (d). His autem cum parum pro- *Anno 1619. in*
ficeretur apud Caeſarem, poſt plures con- *Noribergenſi.*
greſſus *Halae* Sueuorum; *Rothenburgi* ad
Tubarim; *Kreilshemii* ac alibi inſtitutos,
tandem anno 1619. principes *Noribergae*
conueniunt, atque Caeſareis legatis non
C obſcure oſtendunt, diſſidia imperii non
pro Caeſaris arbitrio componenda; ſed
procerum quoque ſuffragia in imperii *ad-
legatione* audienda eſſe, ad quae hactenus
ſaepius fruſtra prouocarint. Momenta
rei habes apud *Nicolaum* BELLVM (e). In *Anno 1620. in*
uaſtiſſimo autem tot membrorum corpo- *Mulhuſano.*
re optari magis, quam ſperari poterant
idonea atque unanimia procerum impe-
rii ad pacem, patriae reddendam, conſi-
D lia. Hinc ſoli principes *Electores Mülhu-
ſii* hanc uniuerſi imperii cauſam agere at-
que *adlegationis* officio, ceterorum nomi-
ne, eapropter defungi uoluerunt, quod
prolixe enarrat *Carolus* CARAFFA (f).
Sed qui legerit in *Michaele Caſp.* LVNDOR-
PIO (g), quid reliqui imperii ordines ad
literas et conſilia Mülhuſana reſponderint,
E ei facile erit ad iudicandum, illos iuris ſui
non adeo ignaros fuiſſe, quin ſcirent, *ad-
legationem* imperii comitiorum argumen-
tum eſſe, non principum Electorum ſigil-
latim. Imo ipſe Imperator, fortunae, quae *Anno 1622. in*
in cauſa Bohemica ei fauebat, confiden- *Ratisponenſi.*
tior factus, iura *adlegationum* anno 1622.
in *Ratisponenſi* conuentu uoluit eludere.
Illos enim tantum imperii Principes eo-
rumque *adlegatos* ad eum conuocauit,
quos genti ſuae amicos ſciuerat, reliquis,
pro arbitratu ſuo, excluſis. Sed haec cau-
F ſa fuit, quod imperium decreta ibi con-
tra mores facta, iure meritoque ſperneret.
Acta publica habes in uoluminibus LON-
DORPIANIS (h); iudicium noſtro con- *in Mulhuſano*
forme, apud *Hiobum* LVDOLFVM (i). Poſt *1627.*
aliquot ergo annos Electorum *adlegati*
cum Caeſareis legatis iterum *Mülhuſae* con-
ueni-

(a) Inſtrumento Pacis Weſtphal. Osnabr. Artic. VIII. §. 1. 2. (b) Pleniſſimo rerum in hoc conuentu geſtarum ſcriptore *Mercurii tom. VIII. Lib. VII. p. 1--48.* (c) Acta publica per epitomen excerpſit Hiob *LVDOLFVS* in theatro orbis lib. XI. cap. 2. p. 351. (d) Part. IV. Sleidani Continuati Lib. II. pag. 131. 137. *Man gedachte durch* Deputationes *allenthalben durchzudringen. Auch die Catholiſchen Stände bey ſolchen* deputationen *zu* perpetuiren, *und die Euangeliſchen zu* excludiren. (e) *Im Oeſterreichiſchen Lorbeer-Krantz* Lib. III. p. 211--224. (f) In Commentariis de Germania ſacra reſtaurata pag. 279. ſeq. (g) In hiſtoria belli ciuilis in Germania Lib. II. paginis ac locis diuerſis. (h) Volum. I. Lib. VI. Actor. publ. (i) *In der Schaubühne* Lib. XXIII. cap. 2. pag. 114.

Der

CAP. I.

uenіunt 1627. ut pacis negotium promouerent. A Sed cum Caeſar exercitus haberet, tot uictoriis nobilitatos, ut iam *toti Germaniae auderet et poſſet imperare*, uerbis ſcribo *Nicolai* CARAFFAE (k), neque ibi aliquid effectum eſt. Potius, *triennio* abhinc elapſo, Caeſar, excluſis imperii *adlegatis*, cum Daniae rege ſolus pacem iniit

in Lubecenſi 1629.

Lubecae 1629. Quam in exteris quoque deſcripſit *Galeatius* GVALDVS (l). Haec ergo Caeſaris tantum, qui eam dederat, non pax B *imperii* fuit, cui nihil cum illa fuerat commune. Intellexit hoc ipſe Imperator. Ne igitur, ſine imperii adlegatorum interceſſu, is aliquid pepigiſſe uideretur; principum

in Ratisponenſi anno 1630.

Electorum congreſſum anno 1630. *Ratisponae* inſtituit, ubi de pace deliberationes eſſent habendae. Argumenta tractandorum in uoluminibus LONDORPIANIS (m) reperiuntur: hiſtoriam exhibet *Adolfus* BRACHELIVS (n). Sed cum proteſtan- C tium ibi cauſa deterior fieret, maiori aſſeſſorum parte Romanis ſacris addicta: illi

in Lipſienſi 1631.

alio conuentu *Lipſiae* habito ſibi conſuluerunt; foedere inuicem facto, pro tranquillitate in Germaniam reducenda. Monumenta eius rei in LONDORPIANIS (o) uoluminibus extant: hiſtoriam, poſt alios plures, deſcripſit *Samuel* PVFFENDORFIVS (p). Caeſar, ut partium ſtudii ſuſpicio-

in Francofurtano conuentu 1631.

nem a ſe amoueret, *Francofurtum* eodem D anno *legatos* miſit, qui pacis cauſam cum imperii *adlegatis*, a principibus utriusque religionis aduenientibus, agerent conficerentque, quae hiſtoria plene habetur in THEATRO *Europaeo* (pp) et Matthaeo LVNGVITIO (q), diligente harum rerum ſcriptore. Verum enimuero ſero nimis erat, eo tempore mitiora remedia adhibere, quo cauſae ſuae proteſtantes auxiliis Suecorum, quorum exercitus iam E tum in Germania ſtabant, pridem proſpexerant. Cuius rei nuntio allato, *adlegati* pacificatores iterum inde diſceſſerunt. Cum uero aliquot annos Germa-

Anno 1633. adlegationibus ad VVallenſteinium.

nia peſtifero hoc bello arſiſſet, anno 1633. *Wallenſteinius* ſupremus Caeſareorum exercituum dux id ſibi ſumſit, *pacis leges* Suecis ac ordinibus imperii noſtri praeſcribere. Ab utrisque enim legatos petiit audiuitque. Neque is illud improbauit, ſi principum noſtrorum *adlegati* tractatibus etiam cum Suecis, imperii cauſa, intereſſent, quod latius enarrat PVFENDORFIVS (r). Vt adeo mirer, Caeſarem ad Weſtphalicam pacificationem ordinum *adlegatos* omnium difficillime admiſiſſe: cum eo iam tempore hanc iisdem facultatem conceſſiſſet. Proceribus autem ſuſpecta Wallenſteinii fides fuit, ut parum eius pollicitationibus attende- B rent.

§. XXII. XXIII.

Anno 1634. in Francofurtano congreſſu.

Francofurti anno poſt, 1634. Suecici legati cum *adlegatis* ordinum conuenerunt, ut de pace uniuerſi imperii cauſa tranſigeretur. Excluſerunt *pacificatores* Caeſarem ab iſto colloquio, quod firmiter crederent, modo ordinibus cum Suecis conueniſſet, Caeſaris deinde uoluntatem ſiue mitioribus ſiue fortioribus remediis conciliandam eſſe. Merentur acta publica hic legi, in uoluminibus LON- C DORPIANIS (s). Absque dubio enim imperii *adlegati* potiſſima publicorum diſſidiorum capita tum compoſuiſſent; niſi clades *Norelingica* interueniſſet, cuius terrore perculſi pacificatores, irrito euentu diſceſſerunt.

In pace Pragenſi 1635.

§. XXIII. Quae uero clades Francofurtanum conuentum diſſoluerat: illa cauſa fuit, pacis tandem *Pragae* cum Electore Saxonico confectae. Multi enim exinde D Suecorum fortunis in Germania male ominari coeperunt. Saxo, ne, hunc euentum expectando, duriores forte conditiones ab Auſtriacis acciperet, omnes caſus praeuertere uoluit, pacemque, in oppido *Pirne* coeptam, *Pragae* per *adlegatos* ſuos abſoluit ſubſcripſitque. Hiſtoria eius a pluribus deſcripta eſt *Samuele* PVFFENDORFIO (t); *Galeatio* GVALDO (u); *Adolfo* BRACHELIO (x) aliisque. Sed non eadem omni- E um iudicia de hac pacificatione fuerunt. Publicorum enim Germaniae iurium gnari nullum *auctoritatis* ueſtigium repererunt, qua ſolus Elector Saxoniae eam ſibi facultatem ſumeret, *uniuerſi imperii* cauſa cum Caeſare paciſci et iure *ADLEGATIONIS*, nomine ceterorum principum, defungi. Laudandus ſane *Epiſcopi Praemislienſis, Pauli* ſcilicet PIASECII (y) candor; qui de hac pace his uerbis ſcribit: *Elector Saxoniae ſtatim ut intellexerat de illo*

Der Kayſer ſchreibet einen Reichs-Tag nach Regenſpurg, den Er keinen Reichs-Tag; ſondern Chur- und Fürſten-Tag genennet. Rationa adiuncta: *weil Er dahin neebſt den Churfürſten und etlichen eurer Kayſerl. Majeſt. gantz zugethane Furſten verſchreiben.* (k) In Commentariis Germaniaa ſacraa reſtauratae p. 323. (l) *In hiſtoria de Ferdinando tertio Imperatore* Voluminum eius generis I. Lib. VI. pag. 303--311. Petierant enim principes Electores *adlegatos* ſuos Caeſareae legationi adiongere; ſad ab ea auditi non ſunt. (m) Tom. IV. Actuom Publicor. Lib. I. cap. I. §. 17. ſeqq. (n) Lib. IV. hiſtoriarum ſui temporis p. 198. (o) Tom. IV. actuum publicor. Lib. I. cap. I. §. 44. ſeq. (p) Lib. III. rerum Soecicarum. §. 15. (pp) Volomine II. p. 427---437. et actorum Londorpli tom. IV. a §. 1. (q) *Im Schwediſchen Lorbeer-Krantz* Part. III. cap. 22. *Von dem* Compoſitions-Tag *oder Friedenshandlung zu Franckfurth am Mayn.* (r) Lib. V. rer. Suecicar. §. 53. *Exinde placuit*, uerba auctoris ſunt, *ut e trium foederatorum Copiis bini ad Fridlandum mitterentur. Apud hos iſte magno cum aſſeueratione iactabat; ſe ueniſſe, ut cum Suecis et Imperii principibus pacem aeternam concludat. Hanc in ſua manu eſſe.* (s) Tomo IV. Lib. I. cap. 57. p. 371. Negotia autem uniuerſi imperii ibi tractata eſſa, propoſita tum argumenta docent. Qualia fuarant [1] de ſatisfactione Soecorum, [2] Gallorum e prouinciis Germaniae, [3] da inſtauratione Germaniae libertatis, [4] de immunitate puriorum ſacrorum at quaa ſont generis eiusdem. (t) Rer. Suecicar. Lib. VII. §. 43. (u) Hiſtoria Ferdinandi III. Parta I. Lib. IX. p. 545. (x) Lib. V. hiſtoriar. ſui temporis p. 19. (y) In

Chro-

CAP. I.

illo conflictu Norlingensi tractatum pacis; quem hactenus legati Caesaris cum ipsius consiliariis Lutomeritii lentis colloquiis traxerant, nempe ueritus, ne tota belli moles cum poena laesae maiestatis in suum caput recideret, feruentius promoueri curauit. Tandem Pragae conclusit NON PRO SVA PARTE TANTVM; sed pro TOTA GERMANIA. Ita autem pacificatio Pragensis magis concitauit incendium in Germania bellicum, quam restrinxit. Exhorruerunt enim omnes ad tantam nouitatem, quod contra morem receptum patrium sine comitiis generalibus uel aliquo conuentu Germaniae ordinum legitimo, unus solus Elector Saxoniae pro omnibus talia praesumserit. Hinc alii hoc factum Saxonis Monarchiam ſpirare dixerunt, quam ille in cauſis *proteſtantium* affectet. Et ſane ſi Elector Saxoniae intra fines propriorum cum Caeſare diſcriminum pepigiſſet, non habuiſſent reliqui Germaniae principes, quod aegre hanc pacem ferrent. Aſt uero cum ipſe de reſtitutione *bonorum eccleſiaſticorum* in uniuerſo imperio; de *toleratione* puriorum *ſacrorum*, *de amneſtia*, de uiginti rebus aliis, *communem* belligerantium *cauſam* concernentibus per ſuos *adlegatos* cum Caeſarea legatione transigeret: hoc demum fuit, quod rerum gnaris iniquum atque S. R. Imperii libertate ſatis indignum eſſe, uidebatur. Quisquis igitur ſub *Iuſti* ASTERII (z) nomine lateat, ſiue Grotius is ſit (a), ſiue peregrinus alius: non ſane e peregrinis argumentis, ſed domeſticis ac genuinis publici Germaniae iuris principiis manifeſte is oſtendit: *Pragenſem* pacem non ſolum uitiis pluribus infectam; ſed nihil eadem actum eſſe, quod alium ullum, multo autem minus uniuerſi imperii ciues deuincire et obligare queat. *ADLEGANDI* enim iura e numero illorum eſſe, quae nomen auctoritatemque maioris imperii partis exigant, et hactenus audiuimus et plenius infra erit declarandum. Vt adeo fruſtra omnino auctor VINDICIARIVM (b) ſit, qui cauſam Saxonicam uariis tegumentorum generibus uoluit contueri.

Ab anno 1635. ad initium pacis Weſtphalicae 1642.

§. XXIV. Ipſe euentus contrarium docuit. Nemo enim in Germania uel ciuium uel principum exterorum repertus eſt, qui pacem hanc reſpiceret, diſcederet ab armis, et cum Caeſare in concordiam rediret. Quid? quod ipſi pacificatores intellexerint, pacem *Pragenſem* non imperari poſſe Germaniae proceribus: ſed conſiliis, perſuaſionibus, rogatibus eos acceſſendos eſſe, ut et illi, ſuo iudicio, eidem libere ſubſcriberent.

§. XXIII. XXIV.

Conueniunt ergo cum hac tum aliis cauſis *principes Electores* eorumque *adlegati* Ratisponam, quorſum etiam Caeſarei oratores ſe conferunt. Ibi, rege Romanorum electo, iterum de pace conſulitur, inter *Caeſaris* legatos et *adlegatos* imperii Septemuirorum. Quae conſultationes in uoluminibus LONDORPIANIS (c) reperiuntur. Sed neque hoc conſentaneum erat moribus Germaniae, ut *ſoli* principes *electores*, nomine concilium ſuorum, *adlegationis* ſpartam occuparent et uniuerſi imperii cauſa paciſcerentur. Non ergo uel *Vittorius* SIRI (d), uel *Iuſtus* ASTERIVS (e) ſuo iudicio errasſent, ſi ex hoc tantum argumento (f) auctoritatem congreſſionis iſtius impugnauiſſent.

In Ratisponenſi conuentu 1636.

Ex hoc autem tempore illud ab Electoribus actum eſt, ut munere *conciliatorum* pacis inter *Caeſarem* et *Suecos* defungerentur. Crediderunt enim ſua ſe auctoritate facile effecturos, ut reliqui Germaniae ordines *Pragenſes* tabulas, ſuffragiis fere Electorum Ratisponae adprobatas, agnoſcerent, modo cum *Suecis* formulam conuenti procuraſſent. *Brandenburgico* Marchioni *Sigismundo* haec prouincia data; ut principum Electorum nomine, cum *Bielkio* Sueco colloquium de futura pacificatione inſtitueret. Quam etiam ſpartam, ſibi commiſſam, aliquot congreſſibus *Vierradi* et alibi inſtitutis, is pro uirili obiit, teſte *Samuele* PVFENDORFIO (g). Vbi etiam *Bielkii* iudicium moribus imperii conforme eſt, quo demum Marchioni reſpondit: *literas circa ſummam negotii exhibendas, quas ab ipſo Caeſare, non a ſolis Electoribus profectas, oporteat.* Cum neutra pars ſine altera de rebus uniuerſi imperii transigere poſſit, quae et Caeſaris *legatos* et *adlegatos* procerum

Internuntio Brandeburgico principe 1637.

Chronicis geſtorum in Europa ſingularium ad an. 1634. pag. 471. et ad ann. 1635. p. 485. (z) Hoc enim nomine tractatus inſcriptus eſt: *Deploratio pacis Germanicae ſiue diſſertatio de pace Pragenſi tam Infauſte, quam iniuſte inita Pragae Bohemorum* edit. Pariſ. 1639. 4t. (a) Iudicio *Hornii* in orbe Politico et *Placcii* in Catalogo Pſeudonymorum. (b) *Vindiciae pacificationis Pragenſis bufgeſetzt durch einen getreuen Chur-Sachſiſchen Patrioten* 1635. 4t. et aliud ab hoc ſcriptum anno ſequente prodiit: *Gegrundete Ablehnung etlicher, wider den Pragiſchen Friedens-Schluß* mouirten dubiorum *von einem Liebhaber des Friedens* 1636. 4t. (c) Parte IV. Act. publicor. Lib. III. cap. 89. p. 580--627. (d) Siri memor. recond. Volum. VIII. p. 408. (e) In *examine Comitiorum Ratisponenſium* 1637. edit. Hanou. 1637. 4t. Quae ſuſpicio inter eruditos ſit, quis lateat ſub hoc nomine, ſupra expoſitum eſt. (f) Non enim diffiteri poſſumus, utrumque magis ad *electionem* regis Romanorum, in iſto congreſſu factum, abſentibus licet Palatino ac Treuirenſi Electoribus, quam ad alios caſus reſpexiſſe. Iudicium ſuum *Aſterius* his uerbis ibi prodidit: *nunc tandem erumpit ſecreta pacis Pragenſis machinatio. Adparuerunt artes ſubdolae transactionis et priuata conſpiratio, authoritate publicorum obuelata in apertum prodit. Hac de cauſa lugent germani Teutones; ingemiſcunt uicini; obſtupeſcunt exteri.* (g) Lib. IX. Rer. Suecic. §. 54. *Maioris*, inquit, *uidebatur Brandenburgici interpoſitio, Electoralis collegii nomine ſuſcepta, qui Sigismundum Marchionem* DELEGAVERANT*, expediendis, quae tractatui praeparando requirunt.*

CAP. I.
Anno 1638. cum Daniae rege.

§. XXIV. XXV.

omni iure poſtulare uideantur. Ipſe ergo A Imperator anno poſt *legationem* ad Daniae regem; futurae pacis conciliatorem, adornauit, quae de ſua uoluntate ad idonea pacis remedia Suecos aeque ac Gallos certiores redderet. Verum enimuero tum demum illud arcanum proditum eſt, Caeſarem *imperii adlegatos* inuidis oculis intueri. Inde eius legati ad Suecos ita loquebantur: *Caeſarem uniuerſos ordines in gratiam publico edicto recepturum* B *ante tractatus, fauori captando et ne iſtud ipſi inuito extortum uideatur, neue proteſtantes eo nomine Suecis obſtringantur* (gg). Sed non ex illo ſolum argumento germaniae proceres pacificationi *adlegando* intereſſe poterant, ut ſuae tantum cauſae proſpicerent: uerum ut in illis etiam ſuffragia atque autoritatem ſuam interponerent, quae *uniuerſi imperii* nomine Gallis C ac Suecis in ipſa pace concederentur. Hinc miror, Caeſareos ad euentum *priorem* reſpondiſſe, ut *poſteriorem* declinarent. Hoc enim iudicio illa accipio, quae ſtatim poſt Suecis, imperii *adlegatos* in futura pace deſiderantibus, regeſſerunt: *Ordines imperii Caeſarem immediate admittere non poſſe: ſed tantum per Suecicos legatos deſideria ſua exponerent. Eos quippe* (1) *ſuos ſubditos eſſe,* (2) *aut ſibi Pace Pragenſi re*-D*conciliatos aut a toto imperio damnatos,* (3) *arma aduerſus principem ſuum gerere.* Neque ueram *adlegandi* cauſam Sueci attingunt; reiicientes ad (1) et (3) *Caeſarem caput quidem ipſorum, eosdem imperii uaſallos eſſe: ſed non eo modo ſubiectionis teneri, uti iam, ſtabiliendo dominatui, obtendatur;. ad* (2), *Saxonem, ceteris utique libertatis eminentia non ſuperiorem, Pirnenſi et Pragenſi pace cum Caeſare ſub clypeo* E *tractaſſe* (h). Grauiter magis et propius ad momenta iuris publici in Germania dictum fuiſſet: eos *Germanorum mores eſſe, ut pax in cauſa uniuerſi imperii, neque Caeſaris tantum, neque Ordinum; ſed utriusque ſimul partis auctoritate,* id eſt, *legando, tractaretur.* Et ſane nondum cauſas rerum in pace tractandarum bene diſtinxerant partes litigantes. Agebatur enim de *COMPENSATIONE* Suecis et Gallis facienda, pro ſumtibus in bello Germanico factis. Haec certe nonniſi ordinum *adſenſu* fieri poterat, publica Germanorum lege extante, ne Imperator ab imperio aliquid auellat. Deinde *CONTROVERSIAE* ſingulorum ex ordinibus expediendae fuerant, qui multae ſuſpicionis cum Caeſarem, tum alios imperii iudices arguebant, ut adeo ad ſolennia ordinum ſuffragia iudicisque prouocarent. Poſtea Germaniae *LIBERTAS* in *ſacris* aeque ac *ciuilibus* publica tandem ſanctione inſtaurari debebat. Quod minime omnium ſolius Caeſaris arbitrio erat relinquendum. Singula autem haec quamuis imperii *adlegationem* requirerent: *ſigillatim* tamen conſiderari merebantur, in argumentis pro *iure adlegandi* proferendis. *Primum* ac *tertium* ex rei ipſius natura, *alterum* uero ex ratione tantum *iudicis* imperii *adlegatos* uoluiſſe, uidentur.

Anno 1640. in Norinbergenſi Congreſſu principum Electorum.

§. XXV. Haec autem cum pacificatores *inuicem diſtinguere* uel nollent, uel neſcirent, mirum non eſt, aliquot annos de *admittendis* ad futuram pacificationem imperii *ordinibus*, aut ordinum *adlegatis* magna animorum contentione, inter Suecos et Caeſareos atque ipſum etiam arbitrum pacis, Daniae regem diſputatum fuiſſe: neque tamen poſt longum interuallum aliquid effectum eſſe, ut potius plures circumſtantiae prodant, neutram partem ſibi in ſua cauſa conſtitiſſe. Quod cum uiderent principes Electores, illi iterum NORIBERGAE congrediuntur, non *pacis* faciendae cauſa: ſed ut de modo ac ordine colloquerentur, quo *imperii proceres* futurae pacificationi intereſſent. Caeſaris enim legato, qui ad illos etiam conceſſerat, clariſſimis uerbis dixerunt: *neque ſuum, neque Caeſaris eſſe, imperio, tam exitiali bello concuſſo, pacem dare: ceterorum quoque imperii ordinum adlegatos uocandos, remque communi ſuffragio atque conſenſu tractandam eſſe* (i). Neque Caeſar ipſe ab hoc conſilio alienum ſe exhibuit; quin potius in id conſentiret, ut ſolennia imperii COMITIA, eius rei cauſa *Ratiſponae* indicerentur. Sed quemadmodum *exteri reges* ſine ordinibus Germaniae hactenus paciſci noluerant: ita nunc *ordines imperii* nonniſi in ſocietate cum Suecis trans-

In comitiis Ratiſponenſibus 1640

(gg) *Pufendorf.* Lib. X. rer. Suecicarum §. 63. (h) Samuel *Pufendorfius* Lib. X. rer. Suecicarum §. 72. pag. 347. Neque maioris momenti ſunt, quae Dani, pacis conciliatores, contra imperii adlegationem pro Caeſare apud *eundem* §. 85. urgent: *Caeſarem ſalua dignitate et propria ſecuritate non poſſe permittere, ut omnes ordines cum inimicis regnis iterum coniungantur: multo minus, ut cum ſubiectis ſibi, uelut pro tribunali diſceptet et apud exteros reges cauſam dicat. Magis decorum Sueciae reginae, ſi ſua tantum negotia curet idque Caeſarem aequiori animo ferre poſſe.* Contra Sueci ad haec demonſtrare; *quantum praeiudicii rebus proteſtantium fiat, ſi pax Pragenſis etiam oblique a regina probetur. Nec ullum deinceps remedium fore, id iugum, quo nunc premuntur, excutiendi, ni haec occaſio arripiatur. In eo Suecorum conſcientiam uerti. Sed et Curtium Caeſareum legatum conceſſiſſe, ut ordines per ſe ipſos poſſint agere. Qui non adpendices, ſed ſocii foederis, quorum dignitati et gentium iuri repugnet, ſi non audiantur. Non quaeri nouos in imperio tumultus: ſed aequam et honeſtam pacem.* (i) "Daſs die Churfürſten kein ander Mittel ſehen, als daſs mehr Fürſten des Reichs und "vornehmlich aus den zehen Kræyſen die auſſchreibenden beruffen werden müſten. Das Churfürſt-"liche Collegium kœunte hier allein nichts thun. Kæyſerl. Maieſt. mœchte ſich gefallen laſſen, ei-"nen Reichs-Tag auszuſchreiben: welches das ſicherſte und beſte Mittel zum Frieden wære." Videantur acta publica apud *Londorpium* tom. IV. Lib. 4.

CAP. I. §. XXV.

transigere uolunt. *Illud* rationem *iuris* habuerat, ne pax Suecis a ſolo Caeſare data, ab imperii proceribus aliquando impugnaretur; *hoc* uero, quo minus fieret, *prudentiae* tantum rationes non patiebantur, nulla autem iuris argumenta prohibebant, Caeſarem et imperii ordines e maximis diſſidiis, ſine ulla alicuius *internuntii* aut cauſae adiutoris, quam ſpartam ſibi Sueci ſumpſerant, opera, in concordiam inuicem redire. In id ergo unice laborandum fuerat Caeſari in his *comitiis*, ut ordinum animos omni remedio placaret. Id eſt, grauamina et querelas eorum in ſacris aeque ac ciuilibus audiret conſultaretque de illis, quae turbarum ſedationem afferre atque contraria ſtudia emollire uidebantur. Etenim ſi Imperator tum temporis in *ea* conceſſiſſet, quae in ipſis *Weſtphalicae pacis tabulis* poſtea, *quinto* et *octauo* articulis, ordinibus largitus eſt: nullus dubito, quin mentes omnium, quamuis tantopere exacerbatas, ſibi iterum conciliaſſet. Qua re compoſita, facile deinceps fuiſſet, ad *ſingulares* quorundam ordinum cauſas liteſque in iiſdem etiam comitiis, Caeſarum ac procerum ſuffragio, decernendas. Atque tum demum, inteſtino bello ſublato, morbo e uiſceribus depulſo, inſtaurata Caeſaris ac procerum fiducia, *pax* cum *exteris* non eam difficultatem habuiſſet, ut tam graui Germanici imperii iactura illam mercaremur. Quamuis enim, patriae moribus, pax haec ſolius Caeſaris arbitratu tractari necquicquam deberet: ordines tamen uniuerſi imperii cauſam cum exteris regibus uel in *comitiis* ſtatim expedire uel *communi* Caeſaris et ſua auctoritate *legationem* inſtruere; uel *Caeſareae* legationi ſua *mandata* committere; uel huic etiam peculiares *adlegatos* ſuos adiungere potuiſſent, ut ſic omnia coniunctis atque concordibus conſiliis; congreſſibus; colloquiis; ſuffragiis mutuoque et Caeſaris et ordinum nomine, auctoritate ac harmonia conficerentur, neque ſciſſum in partes *imperium* aegrimoniam ſuam peregrinis quoque gentibus proſtitueret, ingenti dignitatis et fortunae patriae detrimento. Verum enimuero uulnera reipublicae Caeſar *tegere* ac diſſimulare maluit, quam iis ſanandis aperta remedia quaerere. Quo comitia haec ſucceſſu deſtituta et inſecuta pacificatio infinitis diſcriminibus expoſita eſt. *Coëuntibus Ratiſponam ordinibus*, PVFENDORFII (k), uerba ſunt, *tandem propoſitio ſit de tranquillando imperii Statu. Dicis gratia de inſtauranda iuſtitia addebatur ſopitis inter arma legibus. Conſultatione coepta, omnibus quidem uidebatur, primo loco de PACE agendum. Sed mox adparebat, omnem operam inanem fore, abſente parte aduerſa. Igitur deliberabatur, quomodo, quo et per quos eadem inuitanda foret. Proponebant aliqui, ut foederati Ratiſponam inuitarentur. Sed Caeſar id abnuebat, ueluti ſuae dignitati parum congruens, re uera, quod metueret, ne uniuerſi ordines, conſilio cum exteris ſociato, fortius pro libertate loquerentur. Aliis placebat Noribergam iis adſignari, ut e uicino cum ipſis agi poſſet. Sed Caeſari non conſultum uidebatur.* Id quod etiam e commentariis legatorum, quae *protocolla* dicimus, abunde liquet (m). Diu et per *integrum* fere *annum* (n), in *COMITIIS* hiſce de pace, imperio reddenda, deliberatum fuit. Et uero Caeſar, qui eodem hoc tempore cum *Gallis COLONIAE*; *HAMBVRGI* autem cum *Suecis* eandem tractauerat, cum *neutro* principe aliquid expediuit, quod *RATISPONAE*, *Procerum imperii* ſuffragiis, non eſſet adprobatum. *Literae*, liceat artis uocabula adhibere, *ſalui conductus*; *commeatus*; argumenta *amneſtiae*; *grauaminum*; *locus die Maalſtatt*; *tempus* initii in pacificatione faciendi, pluraque alia maiori fere *ordinum* quam *Caeſaris* auctoritate decreta ſunt (o). Qui id unice quaeſiuit, ut *ordines* a pacis negotio abeſſent, contenti, Caeſareos *legatos* omnia, uel *Coloniae* uel *Hamburgi* tractanda, cum aſſeſſoribus *Comitiorum Ratiſponenſium* communicare; eorum *ſuffragia* colligere et audire; ad eaque uniuerſam pacificationem inſtituere ac temperare. Verum enimuero poſtquam Caeſar inter *ſpem* et *metum* per *decem* fere *menſes* in hac materia relictus fuiſſet, *ordinibus*, deſideria *ADLEGATIONEM* imperii nomine inſtituendi, obtegentibus ac diſſimulantibus; tandem, poſt longum interuallum, principes Electores ſuo Collegio propoſuerunt, conſultandum omnino de *ADLEGATIONE imperiali* adornanda (p). Atque hoc tandem *arcano* ſemel ab ordinibus prodito, dici non poteſt, quam moleſte id habuerit Caeſareos, quas illi in formas ſe flexerint, ut hanc *imperii adlegationem* quouis remedio declinarent. Neque tamen eadem omnium ſuffragia fuerunt. In *Principum* ſenatu AV-

Prima in Ratiſponenſibus comitiis d. 27. Iul. 1641. de iure adlegationum propoſitio.

(k) Lib. XII. rerum Suecicarum §. 81. p. 426. (m) Habentur ea in uoluminibus *LONDORPIANIS* Tom IV. lib. 4. p. 1151. (n) *Initium* comitiorum Ratiſponenſium 1640. d. 12. *Auguſti* factum: deliberatio autem de imperii *adlegatione* anno demum 1641. die 27. menſis Iunii. (o) Integris *duobus* tomis IV. et V. materia haec tractata eſt, innumeris fere ſcriptis; ſeſſionibus; colloquiis, quae exhibent uolumina *LONDORPIANA*. (p) Vtinam *Londorpianis* uoluminibus, praeter Senatus *principum* (*des Fürſtlichen* collegii) protocollum, etiam *Electorum* commentaria (*des Churfürſtlichen* collegii) inſerta eſſent. Et plenius conſtaret de his comitiis 1640. et 1641. *Ratiſponae* actis. Quod uero huc pertinet, e *Seſſione II. d.* 17. 27. *Iunii* patet, ubi *Salisburgenſi* ea fuit propoſitio: "Sey bewuſt, was geſtalt hiebevor von dem Churfürſtlichen Collegio hieher [ins Fürſtliche] Andeutung" beſche-

CAP. I. *Seſſio Comitiorum CII. et in hoc argumento I.*

§. XXV.

AVSTRIACA (q), et BVRGVNDICA (r) uota, ceu rem nouam et hucusque inaudicum, ordinum *adlegationes* exploſerunt; ut parum abeſſet, quin maior pars de inſigni hoc procerum imperii iure ſubdubitaret (s). Neque aliter e ſuffragiis plurium tum colligi et concludi poterat; quam ut *adlegationis* argumentum in alio iterum conuentu tractaretur, quam primum ſcilicet reliqui ordinum *delegati* a principibus ſuis *mandata* eius rei cauſa accepiſſent (t). Cum autem *decendio* poſt, communi *trium imperii collegiorum* nomine, ad *Sueciae* Reginam literae ſcriptae ſint (u), in quibus *ADLEGATIONI ſaluus conductus* ab ordinibus expetitus fuit: mirum certe *tres* ex hoc iterum tempore *menſes* lapſos eſſe, *quinquaginta* etiam conuentus (ſeſſiones) interea *Ratisponae* habitos: neque unicum de imperii *ADLEGATIONE* uerbum principum oratores, poſt primam deliberationem, modo deſcriptam, amplius commutaſſe. Sed hoc in *Principum* collegio ſilentium necquicquam mouit *Electores*, quin illi interim omnia pararent, quae *ADLEGATIONI* neceſſaria eſſe uidebantur (x). Quorum ſuffragiis cum reſiſtere neſciret Imperator, maluit, ſolis Electoribus *ADLEGATIONIS* ſpartam committi, quam tot ex uniuerſis Germaniae ordinibus circa eandem occupari. Hoc uero cum ceteri *principes* intellexiſſent, acriter conqueſti ſunt, *Electores* ſibi, conſpiratione cum Caeſare facta, id arrogare, cuius arbitrium ab uniuerſi imperii proceribus expectandum ſit. Nihil ergo cunctantur in principum conuentu de ſuo circa *ADLEGATIONES* iure, poſt *trium menſium* interualla, nouas deliberationes inſtituere. Varias iterum in partes itum eſt ab oratoribus principum, propoſitione a *Salisburgenſi*, conſeſſus moderatore (y), facta. Fuerunt, qui dicerent, pacem tractare, imperii cauſa, nullius, quam Imperatoris eſſe, cui etiam omnis hic cura relinquenda (aa): alii, qui

Altera in iisdem comitiis de eodem iure deliberatio d. 27. Sept. 1641. Seſſione comitiorum CLII. in hoc argumento II.

"beſchchen, daſs mau io allen Reichs-Rathen zu bedencken, OB und WIE dia zukünfftigen Friedens-Tractaten in Haupt-Handlung von denen STAENDEN zu deputiren? (q) Verba fuerant: Wegen der Reichs-Deputation hielten ſie es Kæyſerl. Maieſt. diſpoſitiou anheim zu geben. (r) Votum hoc, fide *protocolli*, ita ſe habet: *quaedam ex iure communi conditiones* naturaliter; *quaedam* "ciuiliter *eſſe impoſſibiles.* "Vtrasque iu teſtamentis reiiei. Ita ſibi uideri has deputationes. Quan"do ad tractatus generales paeis peruentum fuerit, hane dieendam eſſe infinitam. Atque ita depu"tatos earere ſuperioribus, a quibus depeudeant, quod eſſe contra naturam depntationis. Et quan"do praeter legaros Caeſaris etiam alii deputati a Statibus mitterentur, VIDERETVR CAPVT A "MEMBRIS ESSE SEPARATVM et diſerepans. Quod de iure eſſe nequeat. Ceuſere igitur, nul"los deputatos a ſtatibos mittendos; ſed Imperatori torum hoc negotium committendum, qui omnia ad ſalutem imperii diriget.„ (s) Alii enim Caeſari hanc curam demandandam aſſe, cum *Burgundico* et *Auſtrieco*, diaerunt, in quo uumero fuerant, *Veſoutieus*; *Paſſauienſis*; *Churienſis*; delegati *Precletorum*: alii, ne Caeſarem offenderent, uel maiori parti ſeotentiam reliquerunt; uel ſe nondum, ad eam dieendam, inſtructos eſſe, excuſaront, quod fecerunt "Meklenburgenſis; Wor"matienſis; Hennebergicus; Conſtantienſis; Hildesheimenſis; Friſingenſis; Osnabrugenſis; Ver"denſis; Monaſterienſis; Fuldenſis; Kemptanus; Bertholsgnadenſis; Stabulenſis; Corbeienſis. Quod mihi clariſſimo indieio eſt, pleroſque ordinum iuris huius incertos fuiſſe, ut mallent aliorum prius ſententias audire, quam dicere ſuas. (t) *Concluſum,* fide *Protocolli*, hoc fuit: *bey der Propoſition* de iure adlegandi *wæren die mehrere dahin gengen, daſs ſie von ihren Herren Principalen, deruber zu votiren, noch uicht ieſtruiret wæren. Dahero noch zur Zeit kein concluſum in dieſem punct zu machen.* (u) Datae ſont Ratisponae 1641. d. 4. Iulii, ubi haec uerba habentur: ut Regina *tum Electorum, quam aliorum principum et ciuitatum imperialium ad pacificationem deputatis ſalui conductus literas tranſmittere uelit.* Inſecuti poſtea ſilentii de *ADLEGATIONE* non aliam cauſam fuiſſe, reperio, quam quod in *principum collegio* iura ſua circa hoc argumentum partim neſciuerint; partim noluerint ſcire; ſatius fore rati, ſi odium inde apud Caeſarem excitatum, potiores principes Electores ſuſtinerent. Quos ſatis nouerant, *adlegandi* iura haudquaquam neglecturos. (x) Dolendum hic eſt, *Electoralis collegii protocollum* nondum de his comitiis editum fuiſſe: cum tamen potiſſima *ADLEGATIONIS* monumenta ſuam ibi ſedem habere, uideantur. (y) Fide *Protocolli* apud LONDORPIVM Lib. I. Actuum Publicor. p. 719. tomo V. "Hætte das directorium bey Ableſung "des Reichs-Abſchiedes befunden, daſs zwar die General-Tractaten mit denen auslændiſchen Cro"nen, wie hiebevor bey der re- und correlation beſchloſſen, eheſtens vorgenommen werden ſollen: "allein wolte es circa modum etwas diſcrepanz geben. Dann des Churfürſtlichen Collegii Deputir"te bey ſolchen Tractaten allein und des Fürſten-Raths gantz nichts gedacht, da doch vor dieſem, "nach Anleitung des Churfürſtlichen Raths, die Erinnerung in dieſem Fürſten-Rath gebrauchet und "darauf concludiret worden, daſs zu ſolchen General-Friedens-Tractaten auch zugleich aus dem "Fürſten-Rath deputiret werden ſolte, und alſo nicht zu verantworten ſtünde, ſo der Fürſten-Rath "praeteriret würde. Auf dieſe nun des directorii und der deputirten Erinnerungen, ſey zwar von "denen Churfürſtlichen Deputirten, ſonderlich aber denen Kæyſerlichen Herren Commiſſarien der "Vorſchlag geſchehen, es ſolte des Fürſten-Raths hierbey gedacht werden: Daſs nehmlich denen "Fürſten des Reichs, ſo viel denen beliebet, frey ſtehe, die ihrigen zu ſolchen Tractaten abzu"ſchicken, und die Kæyſerlichen Herren Commiſſarii auch ſchuldig ſeyn ſolten, mit ihnen SO WOHL "IN PVBLICIS, als wegen anderer particular-Intereſſe deswegen zu communiciren. Wære alſo "das directorium angeſtanden, ob es bey ſolcher Erleuterung verbleiben oder andere formalia ein"geſetzet werden ſollen, daraus man zu ſpüren, daſs zwiſchen Chur- und Fürſten eine Gleichheit "gehalten, und beede zu denen allgemeinen Friedens-Tractaten gezogen würden.„ (aa) Votum BVRGVNDICVM hoc fuerat, fide *protocolli*, apud Londorpium: "Circa materiam deputando"rum ſe exiſtimare, nullos a ſtatibus imperii ad tractatus pacis generales delegandos eſſe. Idque mul"tis rationibus in nupero uoto, qood iam repeteret, comprobaſſe. Multos quidem principes hoc pe"tiiſſe; ſed nondum deciſum fuiſſe. Nullos igitur eſſe mittendos ex rationibus a ſe allegatis. Quod ſi au-

CAP. I.

qui, hoc negarunt, *Electores* nihil hic prae ceteris Germaniae ordinibus *praecipui* habere, dixerunt, quare omni conſilio eo laborandum, ne principes reliqui ab *ADLEGATIONE* excludantur (bb). Cui ſententiae maior etiam pars calculum adiecit ſubſcripſitque (cc). Quo ipſo deinde effectum eſt, ut in horum *COMITIORVM RECESSV*, quem dicimus (dd), omnibus imperii *principibus*, nulla tamen *ciuitatum imperii* facta mentione facultas data ſit; *ADLEGATOS*, imperii nomine, ad *pacificationem Weſtphalicam* inſtruendi.

In ipſo receſſu Ratiſpon. 1641 d. 10. Octobr. ius adlegandi definitum.

Deputatio Francofurtana 1642. ad an. 1645. circa adlegationis iura.

§. XXVI. Gratiſſimum tamen Imperatori fuit: de *ADLEGANDI* iure in *fine* horum comitiorum tractatum eſſe. Quod enim is potiſſimas difficultates in *modo* adornandae *legationis* uerſari, uideret: facile ad iudicandum fuit, nullum otium ad expediendum haec diſcrimina, eo tempore, fore, quo plerique legatorum abitum Ratiſpona iamiam paraſſent. Caeſar uero, ne ab omni *pacis* cura animos imperii *principum uacuos* redderet, iiſdem, ut etiam aliquid agere uiderentur, *iudiciorum* Germaniae *emendationem* commendauit, admonuitque de *CONVENTV*, eius rei cauſa, *die 1. menſis Maii anno 1642. Francofurti inſtituendo* (ee). Quantopere autem arcanam huius congreſſionis cauſam obtegere uoluerat Imperator; rerum tamen gnari facile intellexerunt, nihil hic agi, quam ut ordines, rerum *forenſium* tricis irretiti a cura pacis maximi momenti abſtraherentur. Addiderunt alii intempeſtiuum ſatis eſſe, Germania bello ardente, de *forenſi* iuſtitia deliberare; leges inter arma ſilere, uulgi etiam ſermone dici (ff). Prae ceteris uero *Saxones* et *Brandeburgici* tergiuerſationes Caeſaris, in iure *adlegationum* ſupprimendo odorari uidebantur, qui ſuos oratores, nonniſi poſt longum interuallum et preces a Caeſare ſaepius

§. XXVI. Iſte conuentus an tempeſtiue de emendatione rerum forenſium inſtitutus?

Cur rerum gnari eum declinarint?

pius

ſi autem deputandi quidam forent, ab utroque collegio id fieri debere, utrumque enim habere uotum deciſiuum. „ Sed qood Burgundicus legatus Auſtriacorum partibus manifeſto ſtudere uideretur, neque res ipſa adhuc integra, multo minus in poteſtate *collegii principum* eſſet, parum illud habuit auctoritatis. (bb) Votom SALISBVRGENSE ita ſe habet: „Hielten dafür, das die Sache dahin zu richten, das man in ſachen, das allgemeine anliegen betreffend, gebührende Gleichheit zu halten; und nicht den auswærtigen Cronen zu dieſen Gedancken Anlas zu geben, als ob die Chorfürſten in dergleichen Handlungen, der Vorzog vor den Fürſten gebühret. ALTENBVRGENSE ſic erat: Hielten dafur, weil dieſes ein commune negotium, daran allen und jeden viel gelegen, man ſolte dahin ſehen, das die Furſten-Ræth in dieſem Fall nicht imparis conditionis, als der Chorfürſten-Rath gehalten werden möchte. CVLMBACENSE huios tenoris: Wegen der General-Friadens-Tractaten ſey ſolches Werck denen geſamten Stænden von Kæyſerl. Maieſt. proponitet; von Ihnen deliberiret; und von Ihnen an auswærtige Kronen geſchtieben. Solte nun der Fürſten-Rath ausgeſchloſſen werden; Würde es ein gar ſeltſam anſehen gewinnen. Quod enim omnes taogit, ab omnibus debet adprobari. Wære auch der Kæyſerl. Wahl-Capitulation gemæs. MEKLENBVRGICVM: conformirten ſich mit Saltzborg; Altenburg; Culmbach, iedoch das dia deputirte aus jedem Crays genommen würden. HASSIACVM: Weil das ius pacificationis den Furſten-Stænden nicht weniger, als den Churfurſtlichen competirte, wolle ſich gebühren, die Fürſtliche Stænde von ſolchen Tractaten nicht auszuſchlieſſen. WETTERAVICVM: Wie Saltzborg, mit erinnerung, das der Grafen bey den depotirten nicht vergeſſen werden möchte. „ (cc) Verba *Concluſi* in iſto conuentu haec ſunt: Sey geſchloſſen; weil die künfftige Friedens-Tractaten die Stænde insgemein concernirten, als ſolte die Deputation und Handlung nicht allein von denen Churfürſten, ſondern auch von denen Furſten fürgenommen werden, damit ſie alſo in gleichheit gehalten werden möchten. „ (dd) R. I. Ratiſpon. 1641 d. 10. Octobr. §. 11. in hoc argumento ita ſe habet: Wir wollen uns auch mit unſern und des Heiligen Reichs Churfürſten dahin entſchlieſſen und vergleichen, das dieſelbe, wie Sie es rathſam und gut beſinden, entweder insgemein: oder abſonderlich die Ihrige zu den bevorſtehenden Friedens-Handlungen, ein und andern Ort abordnen mögen. Wie dann auch allen und jeden Reichsfürſten hiemit verſtattet und zugelaſſen ſeyn ſolle, unde patet, hanc clauſulam, confecto fere receſſu, demum additam fuiſſe. die Ihrige dahin eben ſo wohl und zwar zu dem ende abzuſchicken, ne hoc magis de *legatione* territorii cauſa, quam *adlegatione* imperii ergo dictum eſſe, uideatur, *damit ſie mit den Kayſerlichen Commiſſariis*, hoc nomen forte adhibitum, ut intelligatur, quando miniſtri Caeſaris cum Germaniae ordinibus agant, tunc eos non *legatorum* titulos mereri, quod ceu *Principis* mandatarii cum ſubditis agant, in quo ratio uerſatur Commiſſariorum, *des Heil. Reichs*, habes hic *adlegationis* officium *und Ihrer Principalen Nothdurfft*, quod ius eſt legationum territorialium *in zeiten* communiciren *mögen*. (ee) R. I. Ratiſpon. 1641. §. 90. Wievvohl vvir denn den punctum Iuſtitiae gern erlediget geſehen; ſo haben ſich doch Churfurſten und Stænde dahin verglichen, das dergleichen Iuſtiz-Sachen auf einen Reichs-Deputations-Tag ausgeſtallet vverden. Solches aoch mit unſerm Willen anietzt beſchehen, und das Ausſchreiben hierzu auf dan erſten May 1642. von unſerm und des Reichs Ertz-Cantzlern zu Meintz Lbd. nach Speyer oder Franckfurth an die deputirte Churfurſten und Stænde aosgefertiget vverden möchte. §. 19. Wir vvollen unſere Commiſſarien mit aller Vollmacht darzu inſtruiren.

(ff) Samuel PVFENDORFIVS Rer. Suecicar. Lib. XV. §. 59. p. 532. Viſum inde conuentum Depotatorum, de qoo in Comitiis Ratiſponenſibus decretum fuerac, ad Kalendas Auguſti 1642. Francofurtum ad Moenum indici. Eius cauſa praeſcribabatur inſtauratio publicorum iudiciorum. Sed quia inter arma ſilent leges, plerisque ſatius uidabatur, ſoper reducenda pace agitare: quae ſtabilita, deinceps facile iuſtitiam paritura ſit. Id quod et ordines circuli Franconici et alii peculiaribus congreſſibus cenſuerant. Ceterum *CATALOGVS* deputatorum habetur in THEATRO EVROPAEO Tomo IV. pag. 975. Fuerant autem hi: (I) *Commiſſarii CAESAREI*; *Adlegati* (II) *ELECTORVM* a) Moguntini b) Colonienſis c) Bauari d) Saxonis e) Brandenburgici (III) *PRINCIPVM* a) Auſtriaci b) Burgundici c) Wurzburgenſis d) Monaſterienſis e) Conſtantienſis f) Haſſo Darmſtadienſis g) *ABBATIS* Weingartienſis h) *COMITIS* Fürſtenbergici (IV) *CIVITATVM* i) Colonienſis k)

Nori-

CAP. I.

Quo iure aliud congreſſionis argumentum ſumpſerint?

Diuerſae ſententiae de iure adlegandi? An Electorum tantum?

pius repetitas, *Francofurtum* delegarunt (gg), neque ad *forenſia* tantum, ſed etiam ad *pacem* tractandam inſtructos. Horum exemplo ceteri etiam deputati idem ſentire uidebantur. Omnium fere adſeſſorum, in *tribus ſummis* S. R. Imperii *ſenatibus* ea ſententia erat, ut, ſepoſita nunc *rerum forenſium* cura, de *ADLEGATIONE*, imperii nomine decernanda, conſultaretur (hh). Sed non unus omnibus modus arridebat, quo demum Caeſareis legatis ab imperio *ADLEGARETVR* (ii). Alii enim principibus Electoribus hanc ſpartam tantum relinquendam eſſe, cenſuerunt, quam illi, nomine uniuerſi Imperii, exornarent (kk); ne adlegatorum numerus e *tribus collegiis* lectus nimium excreſceret et cauſa eſſet confuſionum ac impedimentorum pacificationis. Alii, admiſſis *principibus*, ſolas ab hoc negotio *ciuitates* remouendas eſſe, exiſtimarunt (ll). Non ſolum quod magnae cauſae magnos adiutores uellent: ſed etiam dubium ſatis, utrum illae ſententias *conſilii* an *deciſionis* ergo, in ſolennibus imperii conuentibus unquam dixerint (mm). His uero in *adlegationis* ſocietatem quoque adſumtis: noua dubitatio ſuborta eſt, an per *circulos* adlegaretur; an uero e tribus ordinum regni *ſenatibus* (nn). Et ſi hoc, an *deputationis ordinariae* ratio habenda; an uero alii, nouo inſtituto, pro ſententia plurium eligen-

§. XXVI.

Horum et principum tantum?

An trium S. R. I. Senatuum?

Circa modum adlegandi diſceptationes.

Noribergenſis. Non tamen hos omnes eſſe, certus ſum. (gg) Meretur aulae Brandeburgicae iudicium de Francofurtana deputatione ex *Samuelis* PVFENDORFII *Lib. II. Rerum Brandeburgicarum* §. 1. et ſeqq. p. 50. -- 62. hic exſcribere. *Ad conuentum*, inquit, *Deputatorum, qui Francofurti ad Moenum habebatur, legatos mittere; parum curae erat. Reiecta huc fuerant, quae ad inſtaurandam iuſtitiam facerent. Sed Moguntinus; Colonienſis; Bauarus et Saxo Electores iudicauerant, iuſtitiae uigorem haud rediturum, niſi reſtituta pace. Eoque ordinibus denunciatum fuerat, ut eos, quos miſſuri ſint mandatis ſuper reducenda pace inſtruerent. Aſt Elector* BRANDEB. *indicabat, operam ludi conſultationibus SEPARATIS, non adhibita altera parte. Nedum iſtum congreſſum huic parandae ſuffecturum. Eoque cum operam ſumtusque in caſſum conſumere haud placeret, Moguntino omiſſam miſſionem excuſabat. Sed cum hic non ſolum repetitis literis, ſed et Caeſar inſtaret, ut, eum conuentum per legatos obire, ne differret, demum Matthaeum Weſenbecium eo mittere ſtatuit, ne reipublicae curam abieciſſe argueretur.* (hh) *Idem* Rerum Suecicarum Lib. XV. §. 60. p. 532. de Francofurtana *deputatione* inquit: *Sed cum inde ad conſultationes in ſenatu Principum accederetur, plerique de PACE agendum, contendebant, Auſtriacis plane aſpernantibus. Nec conuentibus Deputatorum alia tractari ſueuiſſe, quam quae proximis comitiis huc reiecta ſint. Et quanquam Moguntinus aliis ordinum ſignificarit, etiam ſuper pacis negotio hic agendum; ad Caeſarem tamen nihil relatum. Ex aduerſa etiam parte neminem adeſſe; Communes tractatus hoc ipſo impediri; Mediatores turbari; hoſtes tardiores ad pacem reddi, nix alli diſtincta ſuper pace mandata eſſe. Et ſi ceteri de pace agere uelint, proteſtatione interpoſita ſuffragium ſibi ſuum reſeruaturos et omnia prius ad Caeſarem relaturos. Aſt reliqui omnes, excepto Burgundo, de PACE prius quam de IVSTITIA agendum contendebant. Hanc eſſe pacis filiam et quae praecipue per bellum collapſa ſit. Grauiſſimum malorum primo loco tollendum, inde reliquis faciliorem medicinam fore. Conuentibus Deputatorum praecipuam eſſe materiam tranquillitatem imperii. Et ſi leges de hoc ſileant, ipſam neceſſitatem urgere et periculum in mora eſſe. Ita reliquorum in collegio principum ſententia aduerſus Auſtriacos et Burgundos praeualebat, adſtipulante etiam Electorali collegio.* (ii) Cum obtinuiſſet maior pars contra Caeſarem et Auſtriacos, ut de PACE prius ageretur, quam de inſtauratione *iuſtitiae*, in ſummis iudiciis imperii conuulſae: iterum diſceptabatur, ſi etiam de *pace* conſultandum, an *pax externa* primum quaerenda; poſt cogitandum de *internis*: an uero *hoc* argumentum *illud* ſequeretur. Auſtriaci iterum *poſterius* uoluerunt; ſed plurium ſuffragia elegerunt *prius*. Sam. Pufendorf Lib. XV. Rer. Suec. §. 61. p. 233. (kk) Iterum PVFENDORFIVS Lib. XV. Rer. Suec. §. 63. p. 53. ita de his: *Mouebatur inde quaeſtio, an et quomodo collegium principale pacis futurae tractatibus intereſſe, debeat? Auſtriaci et Burgundici latius ducebant, uniuerſi principum collegii nomine miſſionem, (ADLEGATIONEM) omittendam, ac ſingulis ordinibus, quibus terrarum aliquid ademtum, integrum relinquendum, quibus mandatis ſuos inſtruere uelint. Caeſarem per ſe obſeruaturum, quae e ſalute imperii ſint. Iis controuerſiis pacem difficiliorem reddi. Neque dum expeditum, num iſti principum deputati una cum Caeſareis et ELECTORALIBVS legatis conſultationibus adeſſe, an duntaxat deſideria ſua ad Caeſareos referre ac horum deciſionem expectare debeant? Haſſis tamen monentibus, non tam quaeri num principibus mittendi ADLEGANDI ius ſit, quam an expediat. Aſt caeteris omnibus hae rationes tanti non uidebantur, ut ideo principum collegio ius ſuum negligendum ſit. De poteſtate belli et pacis, cum Caeſare omnes ordines participare nec circa ius ſuffragii uni prae reliquis praerogatiuae quid competere. Quae ab anno 1623. conuentibus Electoralibus acta ſunt, potius iniquitati temporum condonanda, quam ut Electoribus poteſtas in fraudem collegii principalis concedenda ſit. Eſſe Electoribus eximia quaedam iura ac gradum dignitatis eminentem, in ceteris principes ipſis aequales in hac praeſertim cauſa. Vnde concludebatur: a principibus e collegio ſuo ad inſtantes pacis tractatus cum plena ſuffragii poteſtate mittendos.* Idem Lib. II. Rer. Brandenburgicar. §. 3. p. 52. *Electorales indicarunt, inuidioſum nimis principibus hanc facultatem, ADLEGANDI,* iura *abnegari*. (ll) Idem et Vrbici pro ſe contendebant, inquit PVFENDORF Lib. XV. Rerum Suec. §. 62. pag. 533. et §. 64. p. 534. Inprimis teſtabantur Vrbici, ſuum collegium per principes non poſſe repraeſentari. Non deterius ſibi circa talia ius, quam principibus eſſe. (mm) Hoc uero nunc extra dubitationem poſitum eſſe, ex *Artic.* VIII. *Inſtrum. Pac. Oſnabr.* §. 4. conſtat. Ceterum litem, eis antea motam, enarrauit *Pufendorfius* Rer. Suec. Lib. XVII. §. 91. Merito autem prudenterque *a tribus* imperii *collegiis adlegatio* adornata. Quod ſi enim *Electores* tantum negotium ſibi ſolis uindicare uelint, fieri poſſe, ut ratio ab ipſis rerum geſtarum olim exigatur, bene indicauit Brandenburgicus legatus Weſenbecius *Rer. Brandeb.* Lib. II. §. 4. p. 52. (nn) *Pufendorfius* Rer. Suecic. Lib. XV. §. 64. p. 534. *Quanquam autem nonnulli cenſerent, ex ſingulis CIRCVLIS ſingulos tantum deputandos: contradicebant tamen reliqui ob diſcrepantia inter ordines ſacra et quod inferioris gradus ordines, Praelati, Comitesque praeteriri ſe nollent. Inprimis teſtabantur Vrbici ſuum colle-*

CAP. I. eligendi (oo). Voluerunt etiam aliqui: *ADLEGATIO* Francofurti remaneret, plures autem decreuerunt, ut ad ipſa pacificationis loca, uel Monaſterium, uel Oſnabrugam ſe conferret (pp). De *argumento* quoque diſceptabatur, cuius demum tractationi *adlegatio* intereſſet. Neque enim in omni *pacis* materia *adlegatorum interceſſu* opus eſſe, ut potius illa tantum ab iiſdem reſpicienda ſint, quae cum exteris regibus agerentur. Cetera arbitratui relinquenda eſſe Imperatoris (qq). Sed hoc ipſum erat, quod illi impugnabant, qui nullum futurae pacis articulum conficiendum eſſe, dixerunt, inconſultis A *ADLEGATIS* imperii (rr). His altercationibus *conuentus DEPVTATIONIS FRANCOFVRTANAE* per integrum *triennium* extractus eſt. In quo cum multa diſceptari, nihil autem confici, prudentiores intelligerent, ſumtibus parcendis, plerique inde diſceſſerunt (ss). Quos ceteri omnes ſequuti ſunt, nuntio allato, Caeſarem in *adlegationem* ad ipſos pacificatores ab imperio decernendam, deB mum conſenſiſſe (tt). Hoc uero quomodo ab Imperatore tandem obtentum ſit, iam nunc, ad fidem publicorum monumentorum, non minus explicabimus.

§. XXVI. *Finis conuentus Francofurtani 1649. poſt exactum triennium.*

§. XXVII.

collegium non poſſe a principibus repraeſentari. Mox poſtulabant, ut ordines COLLEGIATIM ad tractatus pacis mitterentur. Idem rerum Brandenburg. Lib. II. §. 3. p. 52. *Aſt principales, Auſtriacis exceptis, initio delectos e ſingulis CIRCVLIS eo mitti uoluerant et cum electores tam multitudinem, uelut ſecreti incapacem et confuſioni facilem repudiarent: praeſentem deputationem*, per collegia lectam, *in locum tractatuum transferendam contendebant.* (oo) *Rer. Brandenburgic. Lib. II. §. 3. p. 52. Electores* Francofurtanam *deputationem in locum tractatuum transferendam. §. 14. p. 61.* Propoſitum a Moguntino, neceſſarium ſibi uideri, legatos ad tractatus pacis mitti. Sed quaeſtionem eſſe, num miſſio ad modum *collegii* ſit adornanda ac Monaſterium an Oſnabrugam eundum? Caeſareorum mens erat, ut *extraordinaria* deputatio, cui anno 1636. Moguntinus et Brandeburgicus deſtinati erant, ceſſaret et negotia per *ordinarios* deputatos Moguntinum ac Bauarum obirentur, adhibito Saxone, ubi eadem euangelicos ſpectent. Nec eo minus deputationem *Francofurti* continuandam. Rerum Suecicar. Lib. XV. §. 63. p. 534. Ordines, ne electoribus in ſuas partes tractis, Caeſarea ſententia praeualeret. Vnde in eum caſum certas cauteias meditabantur, puta, ut *arctior* quaedam deputatio e numero ordinum Oſnabrugam et Monaſterium mitteretur. (pp) *Rer. Suecic. Lib. XV. §. 64. p. 535.* Porro ſuper translatione deputationis ad loca tractatuum multa Francofurti diſceptatio, Caeſareis differentibus, Caeſari plenam in pacis negotio directionem competere. Principales contra, quare conuentus hic ad loca tractatuum transferendus ſit, multa adducebant. Conuentu Francofurti continuato, ſcopum ſuum non aſſecuturos ordines. Relationes a locis tractatuum non ſat mature aut perfecte Francofurtum allatum iri, multa negotia tantam moram non ferre. Electorales Francofurti ſubſiſtendum, contendebant. Penes Caeſares eſſe, de *loco* deputationis ſtatuere. Tum Monaſterium an Oſnabrugam eundum. Illic Suecos, hic Gallos offenſum iri. Ad utrumque locum deputatis miſſis parum concordibus conſiliis actum iri. Veniebat poſt reſponſum *a Caeſare*, ut deputatio Francofurti continuaretur, quod ipſe in uicina conferre ſe uelit, ut eo melius conſilia ordinum exquirere poſſit. Tandem, ne Caeſar offenderetur, decernebatur, conuentum Francofurtanum ad tempus ſuſpendere. (qq) *Rer. Suecicar. Lib. XV. §. 66. p. 535.* Dum iſta agitantur, apud tractatus pacis nonniſi controuerſias cum *exteris* regnis diſceptandas eſſe cenſebant: reliquas omnes ex pace religioſa aut profana promanantes et quae ordines inter ſe ſpectent, aut ſi quae alio remedio uideantur opus habere, ad receptos in imperio conuentus remittenda; ne *exteris* regibus arbitria *rerum imperii* deferri, uideantur. Id quod ſalua auctoritate Caeſaris et ordinum fieri nequeat. In hoc cum electorales Caeſareis conſpirarent, illi, ut per *Auſtriacos* in conſeſſu principalium id proponeretur, faciunt, utque ſuper hoc decretum fieret, poſtulant. Spem eſſe, exteros priuatas illas lites parum curaturos. (rr) Rer. Suecic. Lib. XV. §. 66. pag. 535. "Pleriſque tamen ordinum uidebatur, ſuper hoc in praeſens nihil concludendum; ſed expectandum, quod exteri reges" propoſituri ſint. Iam nuper in comitiis 1641. permiſſum, ut cuilibet ordinum liceat ſuas que-" relas eo deferre. Cauendum, ne, dum facultati tractatuum conſultum itur, ab eorun-" dem ſcopo aberretur. Vt autem Caeſarei iſthaec negotia ſubtrahere tractatibus pacis," inprimis autem imperii adlegatis ſubtrahere cupiebant: ita uiciſſim oſtendebant, Hiſpa-" nos ita luculenter de imperio meritos, ut eorum cauſam cumprimis circa Burgundi-" am ac Belgium negligere ac a pace imperii ſeparare non poſſint. Sic ergo in fauorabilibus ad-" legationi fines ſui muneris proferre; in odioſis autem pro arbitratu ſuo reſtringere ac con-" trahere uolebant Caeſarei. Quod cum aduerterint ordines, merito hos conatus eluſerunt." (ss) Rer. Brandeburgicar. Lib. II. §. 14. pag. 61. *Enimuero cum hoc conuentu nihil ad ſummam profici rerum ordines imperii animaduerterent, et non alio fine eundem extrahi, quam ne ſolidum e colloquiis de pace fructum Germania reportaret.* Id enim unice quaerebant Caeſarei, *adlegationem* ordinum aut impedirent aut eluderent. In quem finem tot friuolae quaeſtiones circa modum adlegandi excitatae ſunt, quibus rerum ignari irretirentur, ut omitterent cogitare de iure *adlegandi.* Quod ſudes in oculis fuerat Caeſareorum. *Vnde et Elector Weſtenbecio iniunxerat, quantum poſſet, finem conuentus urgeret, quod dudum ibi tempus fruſtra teratur. Sed is ad finem ultro uergebat, plurium ordinum legatis iter in Weſtphaliam* Monaſterium et Oſnabrugam *ingreſſis. Mox Electorales Francofurtanum conuentum plane diſſoluendum; principales in Weſtphaliam transferendum; concludebant.* (tt) Rer. Suecicar. Lib. XVI. §. 39. p. 571. *In conuentu Deputatorum Francofurtano, poſt inanes diſceptationes Caeſar tandem annuit, ut ordines tractatibus pacis ad formam collegii intereſſe, poſſent: cum ſatius uideretur, ultro concedere, quod prohiberi non poterat. Nam aduerterat, quicquid contra niteretur, ordines utique iſthuc miſſuros, ADLEGATVROS. Idque peculiari propoſitione Deputatis promulgat: hoc tamen lege, ut cō miſſis auctoritate Caeſarea et praerogatiuae Electorum fraudi ne ſit, neu ab ordinibus ablegati congreſſibus Caeſareorum legatorum cum extraneis ſe ingerant: ſed tantum conſilio et opera ipſis praeſto ſint: longius ne progrediantur aut tractatus extrahant. Placebat ergo deputatis, uniuerſam diſceptationem in locum tractatuum remittere. Vrbici etiam contendebant, Deputationem Francofurtanam ad locum tractatuum*

utique

CAP. I. *Ius adlegandi a pacificatoribus Oſnabrugae et Monaſterii ordinibus contra Caeſareos adſertum ab anno 1643.*

§. XXVII.

§. XXVII. Patuit ex hactenus dictis, in quas non formas ſe uerterit Imperator, ut *adlegationem* imperii ad Weſtphalicam pacificationem declinaret. Nunc uero illud etiam exponendum eſt, quibus tandem internuntiis effectum ſit, ut idem ab hac indignatione primo remitteret, mox et ipſe conſcenderet in ſententiam illorum, qui pro *adlegatione*, ab imperii Ordinibus adornanda, ſteterunt. Exteri reges in hoc praecipue numero habendi. Nam et *SVECI* (uu), et *GALLI* (xx) omnia remedia adhibuerunt, quibus *adlegationis* negotia promouerent facilitarentque. Inde eſt, quod non ſolum ea cauſa *Caeſarem* fuerint dehortati, ne is *adlegatos* interpellaret (yy): ſed etiam cum *ſingulos Ordinum*: (zz) tum *uniuerſos*, quod in Francofurtana *Deputatione*, modo deſcripta, contigit (a), ad decernendam imperii *adlegationem* ſerio ac ſaepius liberaliſſimis ad pacem inuitationibus excitauerint. Et, quod magis eſt, ne exteri reges praeter rationem *adlegationes* ab ordinibus expetiiſſe, uiderentur; iuſtitiam cauſae (*) huius peregregio ſcripto contuiti ſunt, publici iuris facto,

utique transferendam, quod Caeſar ipſis conceſſerit, eodem, quo Electores modo tractatibus pacis adeſſe; et haec Deputatio uniuerſos ordines repraeſentet, ad quam ſinguli ordinum ſua negotia deferre posſint. Tandem Deputati, morae pertaeſi, unus poſt alterum diſceſſere ac demum Bauarum abeuntem omnes ſequuti ſunt. Ita conuentus iſte per triennium extractus, tandem ſolutus eſt. (uu) Suecorum enim mentio hic primum facienda, quod illis, in iure *adlegationis* promouendo, potisſimus locus deberi, uidebatur. PVFENDORFII, hoc eſt *Archiui Suecici* idem ſequimur. Principio 1640. cum de futura pace actum eſſet, Suecici legati *literas* publicae *fidei* et liberi *commeatus* a Caeſareis expetierunt, his uerbis ſcriptas: *ut futurae pacificationis* ergo et Sueci et eorum *foederati*, quo nomine *ordines* Germaniae intelligebant; legatos mittere poſſent (*Rer. Suecic. Lib. IX. X. et XI.*) Sed *confoederatorum* nomen aſtringebant Caeſarei, uocabulo *NONDVM RECONCILIATORVM*. Cum enim Caeſar pleroſque ordines partim *Pragenſi* pace 1635. partim etiam in *Comitiis* Ratiſpon. ſibi iterum conciliare inſtituiſſet; hos omnes a *pacificatione* et Suecorum ſocietate excludere uoluerat. Senſerunt hoc Sueci, neque prius literas agnouerunt, quam reſtringens formula *NONDVM RECONCILIATORVM* in illis deleta eſſet, quod anno 1640. contigit (*Rer. Suecic. Lib. XII. §. 81. p. 426.*) Hoc cum conſecuti eſſent, iam nunc quosuis ordinum ad *pacificationem* liberaliſſime inuitant. Spem habuerat Caeſar, fore, ut in *ſuis* tantum cauſis, e *territoriali* iure, ordines agerent inter pacificatores. Contrarium autem mox adactus, *uniuerſi imperii* nomine eoſdem non minus pacificationi adfuturos; tum demum ab anno 1643. aegerrime hoc uiſus eſt tuliſſe. [*Rer. Suecic. Lib. XV. §. 43. pag. 535.*] (xx) Idem, quod de Suecis diximus, etiam de Gallis repetendum eſt, quod prae aliis VITTORIVS SIRI plenius enarrauit. (yy) Certe legatis Caeſareis libere confeſſi ſunt Sueci; ſe nulla ad tractandum mandata habere, niſi id detur a Caeſare, ut omnes uniuerſi imperii ordines, pro arbitrio cuiusuis, pacificationi intereſſent. Plena ſunt huius altercationis ſcripta in uoluminibus LONDORPIANIS; THEATRO *Europaeo* et ſcriptoribus aliis. Hoc argumentum a Suecis ſubinde repetebatur: qui ſocii belli fuerint, illos a pacis ſocietate excludendos non eſſe. AVCTOR *Arcanorum* Pacis Weſtphalicae cap. I. p. 43. *Et uero tam Sueci, quam Galli uno ueluti ore in ſcriptis loquuntur, ad praeliminarium conſummationem actionemque principalem, ipſum de pace tractatum neceſſario requiri, ut adſint omnes imperii ſtatus, electores, principes, ciuitates.* Idem p. 53. habet *replicationem* Caeſareorum contra *adlegationem* imperii. (zz) Literae inuitatoriae in diuerſis principum imperii ſcriniis paſſim reperiuntur. Publice exſcriptas exhibent uolumina LONDORPIANA *Tomo V. actorum publicor.* Et GALLIAE quidem Regis diplomata in hoc argumento Lib. II. c. 78. p. 903.--906. extant; in uerſione tamen nonnihil Germanica admodum inepta. Verba ita ſe habent: "Es iſt kein einiger von allen Reichs-"Stænden, von allen auch kein Abgeſandter allhier: Wo ſind diejenige, um welcher willen der "Krieg unternohmen worden? Wo ſind die Schreyer nach der Amneſtie? Wo ſind diejenige, die "bey dem Frieden Gelegenheit geſuchet das Rœmiſche Reich wieder in vorigen Stand zu ſetzen. "Dieſes haben die Frantzoſen und Schweden geſuchet. Aber die Oeſtreichiſche haben es anders gedeutet. Man muſs die Larue abziehen und in dieſem conuent jeder bekommen, was er haben ſol-"le. Es trete derowegen herzu der Furſten-Stand! Es kommen herbey alle Teutſchlands-Stæn-"de! Man muſs ſolches alles mit dem Kayſer und den Stænden vornehmen. Denn das Friedens-"und Kriegs-Weſen ſtehet keinem allein zu. Wir bitten Ew. Hoheit im Nahmen unſers allerheiligſten "Kœniges, daſs ſie ſich weder offene noch priuat Geſchæffte von dem Friedens-Werck wollen abhalten "laſſen. Wir haben Ew. Hoheit und allen Stænden des Reichs ein ſicheres Geleit ausgebracht. Der "Kayſer wolte lang nicht, nachgehends aber lieſs Er es zu. "Ihr müſſet zuſehen, daſs ihr dasjenige "nicht in den Wind ſchlaget, was nun langſam heraus gebracht. Denn ſoltet ihr an dem dritten "Ort euch aufhalten wollen, ihr würdet das wenigſte erfahren. Allein begebet euch zu dieſem "Haupt-Conuent ſelber. Es iſt hier um euer Recht, Haab und Gut zu thun. In ſolchen Dingen "muſs man Mund an Mund thun und alles gegenwærtig handeln;" et quae ſequuntur dat. Monaſterii d. 6. April. 1644. SVECORVM inuitationes recenſet PVFENDORFIVS Lib. XV. Rer. Suecic. § 55. p. 530. his uerbis: "iam quoque opportunum uidebatur, ſaluum conductum, pro ordinibus a Caeſare obtentum, transmitti, eosque ad tractatus pacis inuitari: monente id quoque Haſſiaco legato, "quod ab ordinibus iſthoc expectari, conſtaret. Diploma Riuredii imprimitur parcendae ſcripturae. "Addebantur quoque a legatis Suecicis literae uti itineris. In epiſtola inuitatoria exponebatur acceſſum Oſnabrugam, hactenus differendum, quod, Ordinibus abſentibus, queis iunctim cum Cae-"ſare belli ac pacis iura competant, a ſe nihil agi potuit. Reginam ſeparatos tractatus ſemper periculoſos iudicaſſe. Hoc igitur modo tum inuitabantur: " Bipontinus; Saxones; Magdeburg; Brandenburg; Luneburg; Wurtenberg; Baden; Haſſia; Hohenloh; Oetingen; Naſſau; Rheingrauius; a ciuitatibus Noriberga; Auguſta; Argentoratum; Ratiſpona; Vlma; Lubeca; Hamburgum et ſeptem aliae. (a) Hac de re iam ſuperius actum eſt. Legantur Commentaria Rer. Suecicar. Lib. XV. §. 59. p. 532. §. 66. Rer. Brandenburgicar. Lib. II. §. ad. 21. Sed neque dum expedita ratione habita differentiae legationum imperii. (*) Hoc enim ſubinde Caeſarei obgeſſerunt Suecis ac Gallis. AVCTOR Arcanor. pacis Weſtphalicae p. 53: "replicabant Caeſareani et "Gallorum poſtulata ab aequitate aliena exiſtimabant. Ipſum fere annum ab inuitatione per ipſos facta,

CAP. I. ɩcto, quod etiam nunc extat (b). Meretur id, propter argumenta, pro imperii *adlegatione* facta, hic omnino conſuli; quamuis certum etiam ſit, latuiſſe illos pleraque, quae nos, ex obſeruantia ac moribus imperii noſtri, hactenus uidemur attuliſſe. Omnium autem maxime miror, qua demum re factum ſit, quod ordines imperii in exercendo *adlegationis* iure, adeo timidos, mobiles et inconſtantes ſe exhibuerint (c): ut, poſt tot inuitationes exterorum regum, poſt quas non factas ab iisdem pollicitationes, contra omnia pericula, ab offenſione Caeſaris inde metuenda, *adlegare* tamen antea nollent, quam Imperator literis liberi commeatus ipſam quaſi *adlegationem* tacite approbauiſſet (d). *Caeſar* ... Anno igitur 1645. ordinum tam *legati* quam

ADLEGATI demum ad loca tractatuum paulatim acceſſerunt (e). Religionis *Proteſtantium* ſocii magnam partem *Oſnabrugas* uenerant: contra *Monaſterii* maior numerus erat legatorum principum, *Romanis* ſacris addictorum (f). Porro praeſentium *legatorum* alii erant in catalogo *Francofurtanae deputationis* (g): alii uero, praeter eam, acceſſerant, a *Caeſare* ad pacificationem *inuitati* (h). In hac igitur diuerſiſſimorum *legatorum* praeſentia, quos ſine ullo diſcrimine ordines partim *Monaſterium* partim *Oſnabrugam* miſerant, fieri non poterat, quin ingens ſequeretur rerum iuriumque confuſio ac perturbatio. *Primo* enim *Francofurtanae DEPVTATIONIS ſocii* alios quosque *procerum* excluſos uolebant, a deliberationibus *rerum* §. XXVII. *dem an. 1645. in adlegationem S. R. I. conſentit.*

facta, et nullos interea aut pauciſſimos ſtatus comparuiſſe. Inſtructiſſimos adeſſe Caeſareos et ele-" ctorales duos, quorum alter a collegio electorali communiter deputatus comparuerit. Cum his" congredi ſi renuant Galli, ſane hoc in Caeſareae M. et ipſorum Electorum principum ac ſtatuum" contemtum redundare, qui hanc tractandi uiam elegerint. Porro non refragaturum Caeſarem, ut" ſuo tempore ac loco communi ordinum adſenſu robur accipiant, quaecunque ab electoralibus fue-" rint acta. Cum autem obligatio iure gentium reciproca ſit, ut Chriſtiani regis plenipotentiarii" uiciſſim declarent eorundem confirmationem non a rege ſolum; ſed ab VNIVERSIS GALLIAE" ORDINIBVS obtentum iri. Porro ad aduerſarios non pertinere, quis Caeſari et ordinibus mo-" dus arrideat, congreſſum hunc accedendi. Nec debere Gallos eſſe de ſuffragii iure ſollicitos, et quae ſunt generis eiusdem. (b) Non memini, hos Suecicorum legatorum codicillos unquam editos fuiſſe. Operae igitur pretium exiſtimo, ex illis potiſſima argumenta, ad fidem KRVLLIANORVM monumentorum per epitomen hic recenſere. Ita autem illi pro *ADLEGATIONE* imperii rum concludebant: 1] ex *IMPERII RECESSIBVS 1555. und aber aus* et 1559. §. 8. *Ferner nach dem auf* patere, *pacis* ac belli curam Caeſari ac ordinibus iunctim committendam. 2] Qui ſocii fuerint in bello, illos neque in *pace* ceu unico finiendi bellum remedio, negligendos eſſe; 3] boni cuiusuis ciuis partes eſſe, ad incendium extinguendum, etiam non uocatum, adcurrere; ſimiliter neque ſtatuum imperii opem ſpernendam in *belli* ardentis *flamma tollenda*; 4] *leges* concedere, non ſolius eſſe Caeſaris, neque igitur *pacem* facere, quae inſtar pragmaticae in imperio ſanctionis ſit penes eundem. 5] Ordinum contra Caeſareos ſuſpicionem ita grauem eſſe, ut eximi illis nequeat, niſi, bona eorum pace, diſſidia componantur. 6] Ordinum ſuffragia Caeſarem in rebus longe minoris momenti conſulere; nullam ergo cauſam patere, cur idem in grauiſſimo ac ſummo arduo negotio ſententias eorum reformidet. 7] Summatim exteros reges nonniſi in ſocietate ordinum paciſci, uelle. Videret ergo Imperator, quo conſilio ac conſcientia pacem miſerae Germaniae diutius inuideret. (c) Hoc plurima *argumenta* produnt. *Primo* enim ter et amplius ab exteris coronis *uocati*, moras tamen fecerunt *adlegandi*: deinde quod *iura* adlegandi neſcirent, fieri non potuit, ut in *modo*, inſtruendi adlegationem, conſpirarent: poſt aliquibus [*Rer. Suec. Lib. XVI.* §. 43. p. 545.] manifeſtum eſſe, uolebat, iura ad pacificationem *legandi*, penes *ſolum Caeſarem* eſſe: tandem prudentioribus etiam illud diſputatum, an, quod *iuris* in imperio, nunc quoque *conſilii* ſit. In *ultimo* genere *Bauarum* imprimis et *Saxonem* repono. *Illum*, qui *Electorali* dignitati ſuae metuit, ſi omnis pax coram exteris regibus tractaretur, Palatinae domui amiciſſimis: *hunc*, quod *Pragenſis* pacis, a ſecum Caeſare quondam factae, ruinam animo facile proſpiceret. Quae conſilia *Puſendorfius* prodidit in utriusque uoluminis adlegationibus ſaepius hactenus repetitis. (d) Rer. Suecicar. Lib. XVII. ad ann. 1644. §. 44. p. 573. Vbi hoc ita enarratur: *Porro Monaſterii ad diem X. Ianuarii legatos ordinum, iam ante biennium ad pacificationem ſolenniſſime inuitatos, expectandos inter Gallos et Suecos conuenerat. Et uero hi nondum comparebant.* Licet ante ſesquiannum ordinibus haec a Caeſare facultas iam facta eſſe, conſtaret. *Quaerebatur, an differendum pacis negotium? Et uidebatur id omnino. Ordines hactenus, quare ſibi ad tractatus utique accedendum ſit; hanc rationem iactaſſe; quia ſocii reges id ualde deſiderent et abſque illis pacem facere, nolint.* Et ſane plurimae eius generis *dubitationes*, quibus ordines ordinumque legati ſuam in *adlegandi* iure ignorantiam tum prodiderunt, in principum archiuis ſuperſunt. Quae ſine opprobrio ac dedecore maiorum, publicam lucem nullo unquam tempore uidebunt. Socordia tamen Germanorum fuit, *publicorum* Germaniae *iurium* optimos interpretes Suecorum adminiſtros tum habuiſſe. Quo tamen nomine *Hippolytum a LAPIDE* non intelligo, qui ordinum potentiam effert: ut Caeſarem deprimat proſtituatque. Quod non hominis ſinceri, ſed maleuoli eſt. Et huius argumenta in hoc genere inferius diſcutiemus. (e) Exhibet nomina eorum *Rerum Suecicar.* Liber XVII. §. 52. p. 576. hoc ordine. Bauarus; Colonienſis; Circuli Franconici, nomine Bambergenſis; Baruthanus; Norimbergenſis, hi *Monaſterium* conceſſerant: *Oſnabrugam* ſe contulerant Darmſtadinus; Wurtenbergicus; Argentoratenſis. Alii in locis aliis nominantur. (f) Rer. Suecicar. Lib. XVII. §. 80. p. 587. (g) De qua actum eſt §. 26. pag. 359. (h) Artes Caeſareorum per epitomen enarrat PVFENDORFIVS Lib. XVII. Rer. Suec. §. 69. p. 583. "Equidem Caeſaris mens ab initio, ABSQVE ORDINVM interuentu pacem" tractare. Vnde hisce ſubmouendis arcanae artes tentatae. Cum plane excludi non poſſent, primo" certi ELECTORES deſignari, qui conſilio Caeſareis adſiſterent. Poſt cum DEPVTATI ordinum" Francofurti negotio pacis manum admouerent, ſuper ea proroganda laborabant, ut penes ſe ſolos" Monaſterii et Oſnabrugae rerum moderamen eſſet. Sed cum ALII ORDINES haud eo ſecius ad" "tractatus

CAP. I. *annon deputati poſſint adlegare?* §. XXVII.

tum uniuerſi imperii (i). Sed hi illis in hoc poſtulato obſtabant; quod *comitia* 1642. (k) *deputationi Francofurtanae* ſolam rerum *forenſium* curam demandauerint, non uero omnes publicae pacis cauſas (l). Hanc enim bene confici, *omnium* ordinum intereſſe. Quapropter nemo eorum a tractatione huius argumenti excludi poſſe, uideatur (m). Quod etiam ſententia plurium adprobatum eſt (n). *Deinde* utrum ſatius ſit, deliberationes in *TRIBVS* ordinum *COLLEGIIS* ſeorſim habere: an, omni *collegiorum* diſcrimine ſublato, in *uno ſenatu* de pace conſultare (o): an uero, quod aliqui tantum uoluerunt, omnes *adlegationis* ſpartam, principibus ac ciuitatibus excluſis, *ſolis Electoribus* committere (p). Inter *tres* ſententias *prima* placuit (q): ut in *tribus* imperii ſenatibus pacis deliberationes ſeorſim inſtituerentur. Poſt neque in *LOCO*, ubi congreſſus *adlegatorum* habendi, ſtatim poterant conuenire (*): *Galli* eosdem in

an per tres curias? *an electores tantum?* *Quo LOCO?*

"tractatus pacis aditum molirentur, tandem ut ea deputatio Monaſterium TRANSFERRETVR, "licet aegre conſentiebant: quod cum paucis, quorum plerique ipſorum partibus addicti habeban-"tur, melius ſibi conuenturos ſperarent, reliquis ſuffragiorum numero obruendis. Idem §. 80. p. "587. A Caeſare mox literae totum per imperium emittuntur, per quas Ordinibus exponit: Cum "regionum propoſitio ordines non parum tangat, quorum iuribus ipſe nihil derogatum uelit; ut, ſi "id factum nondum ſit, SVOS ocyus idoneis cum mandatis ad tractatus mittant, eosque in eo, qui "nunc eſt, ſtatu cum tribus imperii collegiis contineant, ſuisque commiſſariis conſilio ac ope fide-"liter adſiſtant." Exiſtimauerant enim Caeſarei, minus ſibi nocituram *adlegatorum* multitudinem, quam *paucos*, inuicem contra Caeſaris poteſtatem bene conſpirantes. (i) *Rer. Suecicar. Lib. XVII. §. 69. p. 583.* Quaeri, inter alia, an res per ſolos deputatos ordinarios expedienda; an quidam extra ordinem adiungendi et quinam illi ſint? Cum Caeſaris conſenſu deputatio Francofurtana Monaſterium translata ſit. *Auctor* ARCANORVM *pacis Weſtphal. cap. I. p. 57.* Siue omnes ordines compareant, quod uoluerant Galli, ſiue aliqua ordinum deputatio, nihil hoc ad Gallos pertinere; ſed contentos illos eſſe debere, etſi non ut *ſinguli*, ſed uelut *uniuerſi* per certam aliquam at legibus imperii definitam *deputationem* comparere ordines uelint. Atque ut inpoſterum nulla hac de re difficultas eſſet, ſtatutum eſſe, *deputationem* ordinariam, quae *Francofurti* ſubſtiterit, ad loca *tractatuum* in Weſtphaliam debere transferri? nec tamen interea prohibitum fore, reliquis *extra* deputationem ordinibus, rerum cuique *priuatarum* ſuarum cauſa, uenire aut mittere, quos libuerit. Adde PFANNERVM in hiſt. P. W. Lib. VI. (k) Quod ſupra a nobis p. 359. ſatis enarratum eſt. (l) *Rer. Suecic. Lib. XVII. §. 69. p. 583.* Super *deputatione* quidem uidebatur, promouendae *iuſtitiae* illam deſtinatam, non tractatibus *pacis*. Nec plus ſibi *poteſtatis* arrogare, excluſis ceteris, poſſe, neque reliquos in tanti negotio momenti decretis ſuis adſtringere, ni *peculiaribus* ad hoc mandatis inſtruatur. Nec per ſolam *loci* mutationem in *deputationem* plus poteſtatis collatum, quam ea antea habuerit. Neque *paucos iſtos tantum* onus in ſe ſuſcepturos, ut ad rationes reddendas obſtringi uelint, ſiue incaſſum abrumpantur tractatus ſiue ad finem perducantur; aliis, ubi leges pacis diſplicuerint, cum hiſce expoſtulaturis, uti circa *Pragenſem* pacem factum. Imprimis *Luneburgicus* teſtabatur, ſuos principes, ne, ſi ceteri quidem uelint, id *onus* ſibi imponi paſſuros. *Auctor* ARCANOR. P. W. c. 5. p. 71. extare ſanctiones, quibus prohibeantur ea tractare *deputati*; quae ſint uniuerſi imperii. (m) Supererat, ut hicce ordinum conuentus comitiis par haberetur, eoque et conſultationes per tria collegia electorum, principum et urbium inſtituerentur: cum utique per comitia *totum imperium* longe melius praeſentetur, quam per deputatos, quorum auctoritas a comitialibus decretis dependeat. Nec eo minus ordines ius ſuffragii hic habituros, quod a Caeſare uocati non ſint; cum uocatio id ius ipſis haut quicquam tribuat, ſed quod ordinum numero cenſeantur. Hinc conſequens uidebatur, abſentes non amplius morari, quibus et mittendi facultas fuerit et obligatio ſeruandae patriae ultro adcurrendi. Ita absque uitio a praeſentibus conſultandi initium fieri poſſe, ut tamen abſentibus liberum ſit, ſuos huc mittere, ratis manentibus, quae interea hic tranſacta ſint, *uerba ſunt in Commentario Rer. Suecic. Lib. XVII. §. 70. p. 584.* (n) Exteris regibus, cum ordinum ſententiis, qui omnes uocari, cenſuerant, conſpirantibus, tandem locum fecit ipſe Imperator. Qui non ſolum nihil amplius oppoſuit, quin omnium ordinum *conſultationibus* et *pacificatoribus* intereſſent: ſed etiam abſentes quoque, nouo libello promulgato, ad ſolemnem pacis conuentum iterum inuitauit. Scilicet maluit uideri Caeſar, quod ſuo arbitratu hoc feciſſet, quam interceſſo aliorum *Rer. Suecic. Lib. XVII. §. 80. p. 587. ad ann. 1645.* (o) Ita enim tempori parcendum eſſe, exiſtimarunt, ne id, ſi *tria* collegia ſigillatim deliberarent, nimium protraheretur. *Abſonderlich die gewöhnliche re- und correlations-Tage.* Quia totius imperii interit, tractatus ocyus abſolui: diſpiciendum, annon ſatis ſit, electores ac reliquos ordines conſultationes ſuas unum intra collegium reuocare. *Rer. Suecic. Lib. XVII. §. 69. p. 583.* (p) Multae rationes eſſe uidebantur, ut electoribus *adlegationis* iura ab uniuerſo imperio committerentur. Inter praecipuas numerabant 1] magnas res *magnos adiutores* uelle, 2] potiſſimum *imperii robur* ſe in illis principibus oſtendere, 3] eos pro *patriae libertate* magis certaturos eſſe, in quos maximus libertatis fructus redundet, 4] *numerum* adlegatorum, lucrandi temporis cauſa *contrahendum eſſe*, 5] aequiori animo Caeſarem *adlegatos* habiturum, ſi omnes *electorali dignitate* coruſcent, 6] quibusuis ordinibus, quorum aliqui *tenuiſſima territoria* poſſideant, ſine diſcrimine admiſſis, auctoritatem Caeſaream proſtitui et conculcari. Et quae ſunt generis eiusdem, a PVFENDORFIO; ANONYMO, auctore arcanorum Pac. Weſtphalicae; PFANNERO aliisque prolixe, in locis, hactenus citatis, enarrata. (q) *Rer. Suecicar. Libr. XVII. §. 80 p. 587.* Ordinum legati, conuento habito, ita decernunt: omnes ordines, quibus hactenus uotum et ſeſſio in comitiis fuit, ad conſultandum cum pleno ſuffragii iure admittendos. Conſultationes per *TRIA COLLEGIA*, facta hinc inde communicatione; ad concluſionem deducendas. Tum, refragantibus licet Auſtriaco, Bauaro et Burgundo ceteri peruicerunt, ut ob rationes ab Oſnabrugenſibus adductas *TRIA* imperii *COLLEGIA*, inter ſe diuiſa, in utroque loco reſideant. (*) Rer. Suecic. Lib. XVII. §. 69. p. 583. ad ann. 1645. *Primo quaeri, qua ratione ordines permouendi ſint, ut Monaſterium ſe conferant. Quod ſi iſti Oſnabrugam deſerere nolint, ut deputatio ſit diuidenda, quaeri, quinam Oſnabrugae, quinam Monaſterii manere debeant. Quomodo communicationes rerum praepoſitarum et ſuffragiorum inſtitui*

per tria collegia.

CAP. I. § XXVII.

in *Monaſterienſi* urbe fieri (r); Sueci in A *Oſnabrugenſi* (s) uoluerant, noſtratium alii *peculiarem* locum, qui inter utramque ciuitatem, aequali fere ſpatio, interiaceret, commendarant (t): alii *adlegatorum* alios Monaſterium; alios Oſnabrugam pacis cauſa eundum eſſe, dixerant, ut tamen neutrius partis conſultationes legis uim haberent, niſi ab uniuerſa adlegatione ex utroque loco ſuam firmitudinem ac robur accepiſſent. Quorum ſuffragiis maior etiam pars deprehenſa eſt, ſubſcripſiſſe (u). *Demum* cauſas ſibi habere uiſus fuerat imperator, quin ordinum *adlegatis* hoc daret; ut, *Caeſarea legatione* PRAESENTE ipſi pacificationis *conuentus*, uel Monaſterii uel Oſnabrugae, frequentarent (x). Hi ergo, ne in omnibus deſideriis Caeſarem fruſtrari, uiderentur, hac in re a ſuo iure aliquantum receſſerunt. Is enim utriusque pacificationis modus ac ordo, ſuffragiis utriusque partis adprobatus fuit: ut, quoties Caeſarei legati *praeſentes* eſſent, principum *adlegati* in *nullo* congreſſu *comparerent*. Quod ſi autem *adlegati* cum exteris regibus uel ſua uel imperii cauſa, colloqui uoluerunt, quod ſaepius contigit: id *peculiari congreſſione* factum eſt, cui neque Caeſareis licuerat intereſſe (y). Verum enim uero, quod imperii *adlegati* tum Caeſareae legationi reliquerunt; illud hodie nullum Germaniae ordinibus *praeiudicium* adfert. B Egerant in Weſtphalica pace tam Galli, quam Sueci pro *libertate* ciuium imperii (*). His ergo ordinum patronis illi facile ſua committere poterant: quod in alio tamen caſu, ubi *exterorum* aliquis cum *Caeſare* contra principum iura conſpirat, alios etiam mores, id ſcilicet poſtulat, ut ordinum *adlegati* Caeſareae legationi, quoties haec rerum, imperii cauſa tractandarum, conuentus habet, omni tempore et loco adiungi iure meritoque exigant. Vltimum fuit, quod de *SVBSCRIPTIONE pacis* controuerſum eſt. Hanc enim *adle-*

An Caeſareis praeſentibus congregari poſſint cum hoſtibus?

Subſcriptio adlegator.

ſiſti queant, et quo intermedio loco, ſi res ferat, congreſſus ſit habendus. (r) Hac etiam cauſa, quod *Galli* Suecis dignitate omnino *praeferri* uellent. Vnde ſatis manifeſtum fit, *adlegatos* potius ad illos, quam *Suecos* amandandos eſſe. Qua etiam cauſa factum eſt, quod plures adlegati *Monaſterii*, quam Oſnabrugae conuenerint, inprimis quod Catholicae religioni addicti a Suecorum congreſſione prorſus abhorrerent. (s) *Rerum Suecicar. Lib. XVII.* §. 78. 80. Hi, qui e principum claſſe Monaſterii erant, decernebant, non melius in compendium has diſputationes mitti, quam ſi et iſti Monaſterium ſe conferant. Oſnabrugenſium non paucis hoc poſtulatum haud diſplicebat. Poſt Suecorum ſententia exquirebatur. Sueci uerebantur, ne ordines, ſemel Monaſterium delati, a Caeſareis ibi omni modo ſiſterentur. Vbi facile fieri poterat; ut praecipua capita Monaſterii ſub Catholicorum directione deciderentur, leuioribus Oſnabrugam reiectis. Igitur ne uel paucos ad Monaſterium ſe conferrent, monebant. (t) Vel *Coloniam* [*Rer. Suec. Lib. XVII.* §. 70.] uel *Lengerichum*, qui pagus aequali ſpatio a Monaſterio et Oſnabruga diſtat [*Pfanner* hiſt. Pacis Weſt. Lib. II. §. 11. p. 93.] Hunc enim Caeſarei et Electorales conceſſerant; de iure modoque adlegandi deliberaturi. Irrito tamen conatu, quod reliqui Germaniae ordines ſententiae eorum non ſubſcriberent [*Rer. Brandenburgic. Lib. II.* §. 71.] (u) Quia *Oſnabrugae* e principum claſſe *Catholicus* nemo, *Monaſterii Euangelici* pauci erant; placebat Wurzburgenſem, Monaſterienſem, Paderbornenſem, Hildeſienſem, Oſnabrugenſem ac Mindenſem *OSNABRVGAM* ſe conferre: Luneburgico, Saxonico, Franconicorum comitum ablegato ac Norimbergenſi *MONASTERIVM* uiciſſim ituris. Vrbicis et aliis ordinibus pro re nata huc aut illuc ſe conferre, liberum fore. Quae et Oſnabrugenſibus probabantur. Ita quidem haecce controuerſia, quae per aliquot menſes agitata fuerat, tandem componebatur. Sic *Rer. Suecicar. commentarii Lib. XVII.* §. 80. *p.* 587. PFANNERVS *Lib. II. hiſtoriae pacis Weſtphal.* §. 21. *p.* 109. Neque ſucceſſu conſilium caruit Oxenſtirnii, extorto Monaſterienſibus conſenſu, ut ordinum curas ambos in locos diuidi, admitterent, modo, quo utrimque conſulta ad inuicem referenda eſſent, ad aliam tranſactionem remiſſo. (x) Principio pacificationis nullum huius litis momentum fuerat. Quamdiu enim *calamo* tractata ſunt pacis negotia, prae *adlegatis* ordinum legati nihil *praecipui* poterant habere. Sed cum inter pacificatores *colloquia* inſtituerentur, tum demum adlegatorum praeſentiam Caeſarei non tulerunt. Indignabantur, *Imperatoris* adminiſtris ordinum *deputati* in exterorum regum facie obloquerentur. *Rer. Suecicarum Lib. XV.* §. 65. 66. *Rer. Brandenburgicarum Lib. II.* §. 26. Alio loco *Rer. Suec. Lib. XVI.* §. 62. *p.* 553. *et lib. XIIX.* §. 44. 46. 48. *p.* 622. Hinc Caeſarei *ſubſcriptionem* pacis ſoli quoque imperatori uindicare uoluerunt: adprobationem ordinum in ſequentibus imperii comitiis accedere poſſe *Lib. XIIX. Rer. Suec.* §. 120. *p.* 663. (y) *Rerum Suecicarum Lib. XX.* §. 82. *ad ann.* 1648. *p.* 809. Vt temporis compendium fieret, placuit, Euangelicos Suecis, Catholicos Caeſareis, ſeparato conclaui praeſto eſſe, ut, ſi quae a Caeſareis dubii quid habentia proponerentur, Sueci ſtatim in Euangelicorum ſententiam exquirere, ac ad Caeſareos referre poſſent, cum Catholicis communicandum, ut ſic utrique parti, ex tempore mentem ſuam declarandi, facultas foret. Ita utrinque placita ſcripto concepta, mox ſubſcriptione firmanda, Sueci conſentiebant etiam, praeſertim cum iudicarent, ordines hoc actu ſimul oſtendere uelle, ius ſibi eſſe, in partem ſanciendae pacis ac decernendi belli cum Caeſare uenire. Idem enarrat PFANNERVS *Pacis Weſtphalicae Lib. V.* §. 12. 13. 14. *p.* 574. In Suecorum aedibus Caeſarei, Euangelici, et ex pontificiis Moguntinus, Treuir, Boiarus, Bambergius, Herbipolenſis, Badenſis, Spirenſis, atque Oſnabrugenſes conuenere. Placitum ut conuentus inſtituerentur et quae agerentur, Caeſarei Catholicis, Sueci proteſtantibus, iiſdem utriſque aedibus et diuerſis conclauibus moraturis referrent. (*) *Auctor* ARCANORVM PAC. WESTPHAL. *cap. XI. p.* 167. Et Sueci et Galli ſuis in replicis ſaepe ſtatum uel *iuribus Statuum* fecerunt mentionem. Praecipue etiam inter coronas haſce et *Proteſtantes* de mutuis auxiliis repetitae ſunt frequentes reciprocae promiſſiones. Et de *Suecis* idem *ſcriptor p.* 134. prodit: *iura Ordinum* imperii inconcuſſa uelle Suecos, quia in quiete imperii ſuam ſecuritatem collocent; nec tamen ſe immixturas fuiſſe coronas exteras, niſi prouocatas a Ferdinando II. qui e Germania aduerſus eas bellum mouerit, absque ordinum conſenſu. Foederum ius Ordinibus ſemper illibatum eſſe debere; et quidem etiam *contra imperatorem*; ſi quid is contra imperii decus committere moliretur.

CAP. I. *adlegatorum* NOMINIBVS confirmari, omnino e re eſſe uidebatur (z). Sed praeter ſua tamen nomine aliud *nullum*, imperii cauſa, conſpici, noluerunt *legati Imperatoris* (a). Ne uero irrita uideretur *adlegatio* aut pax, huius auctoritate deſtituta, parum firmitatis haberet (b): placuit e numero quoque *adlegatorum* ad ſubſcriptionem deligere (c). Supererat adhuc, ut, quorum *adlegati ſubſcripſerant* A *paci* Weſtphalicae; eandem quoque iidem RATAM haberent (d). Quod ut fieret, Sueci imprimis urſerunt (e). His uero quamuis Caeſarei reſponderent; curandum, ut *Succiae* quoque *ordines* pacis formulam adprobarent (f): nihil tamen inde effectum eſt. Sed Germanici imperii *proceres ſoli* formulam pacificatoriam, codicillis ſigillatim ſcriptis, ſua auctoritate con- §. XXVII. RATIHABITIO.

(z) Rerum Suecicar. Lib. XVIII. §. 120. p. 655. *Circa* SVBSCRIPTIONEM *inſtrumenti pacis Regiis placebat, eam non a Caeſare ſolum, ſed et ab Ordinibus faciendam, ut hoc modo ad euictionem contra quemis etiam ipſum Caeſarem, ſi contra faxit, praeſtandum, ſe obſtringerent.* (a) *Rer. Suecic. Lib. XVIII. §. 120. p. 653. ad ann.* 1646. Contra Caeſarei *ſoli Caeſari* ſubſcriptionem uindicabant, recepto antiquitus more. Ac Caeſarem ſolum utique pacem cum Turca, Dano, Gallis, Mantuano non ita pridem ſubſcripſiſſe: *adprobationem* Ordinum in ſequentibus comitiis accedere poſſe. Quod ſi Regii ſuo petito inſiſtant, Caeſarem pari iure poſtulaturum, ut et utriusque regni Ordines ſubſcribant. (b) *Enimuero ingens* diſcrimen *inter* imperii et regnorum *ordines Caeſareis demonſtrabatur. Hanc quippe* ſubſcriptionem *ad res belli et pacis pertinere, in cuius partem* Ordines imperii *ueniant. Vnde et eosdem pro iure ſuffragii in hiſce tractatibus tantopere pugnaſſe, atque id demum obtinuiſſe. Itur qui ſimul cum Caeſare tractauerint, eosdem una cumillo ad* ſubſcriptionem *admittendos. Turcica bella, aduerſus regnum Hungariae geſta quibus imperium auxilia ſubmiſerit, eoque Caeſarem pacem cum Turca, uelut Hungariae regem, ſubſcripſiſſe. Circa tractatus Danicos, Mantuanos et ſimiles uel Ordinum imperii pacem interfuiſſe uel eorum praeteritionem commune imperii* grauamen *eſſe, non minus ac* Pragenſem *negotiationem, tantum malorum cauſam. Nec opus eſſe, ratihabitionem in comitia differri, cum praeſens conuentus ſat celebris ſit. Caeſari et ſociis regibus id commodo cedere, cum Ordines arma arripere teneantur aduerſus quemcunque, qui pacem infregerit. Denique ſi exemplum eiusmodi ſubſcriptionis non extet, hanc deinceps inter exemplo fore: per quam ius belli et pacis, ordinibus competens, aduerſus Caeſaris contradictionem luculenter adſeruatur. Et in hac re Ordinum legati cum Regiis conſpirabant, qui et Suecis Oſnabrugae eandem impenſe commendarant, ac iam formulam conceperant, ut citra moram ſubſcriptione defungi poſſent.* Rerum Suecicar. Lib. XVIII. §. 120. ad ann. 1646. p. 656. (c) Hos enarrat ANONYMVS auctor Arcanor. Pac. Weſtphal. cap. XXXI. p. 467. his uerbis: *Oritur et alia inter legatos difficultas. Quinam uidelicet imperii ſtatus nomine eſſent inſtrumentis obligatione ſubſcripturi, ſtatuiturque eos praecipue ad hoc denominandos, qui hactenus Monaſterii et Oſnabrugae ad negotia pacis cum Plenipotentiariis, Galliae Sueciaeque tractanda deputati fuiſſent. Nimirum ex* ELECTORALIBVS *(1) Moguntinus (2) Bauaricus (3) Brandenburgicus: e* PRINCIPVM *ſenatu (1) Auſtriacus, (2) Bambergenſis (3) Herbipolitanus (4) Saxo Altenburgicus (5) Coburgenſis (6) Culmbacenſis, (7) Brunſuico-Cellenſis. (8) Calenbergenſis (9)* COMITVM *Wetterauiae: e* CIVITATVM *curia (1) Argentinenſis (2) Ratiſponenſis (3) Lubecenſis (4) Norbergenſis et alii, qui uellent. Atq; horum etiam principales duntaxat ad ratificandum inſtrumenta obligandos. Quae deinde ſubſcriptiones et ratificationes uniuerſum imperium non minus ſtringerent, quam ſi ab omnibus et ſingulis ſtatibus fuiſſent factae. Hoc enim ita concluſum, foederatorum regnorum legatis, ſub ſigillo Cancellariae Moguntinae adhibitis, ab his acceptatum fuit. Tandem ergo omnes in ſubſcriptionem conſentiunt eamque tam Caeſareani, quam coronarum et deputatorum ſtatuum extraordinariorum legati tandem perficiunt Monaſterii die 24. Octobr. 1648. ita, ut una eademque hora Sueci Caeſareanos Lamberg et Grane, quo Galli Naſſonium et* Volmarum *accederent et lectis inſtrumentis, Caeſareani primum, deinde coronarum legati, propriis in* domiciliis, *quo uiciſſim Caeſareani accedebant, denique et Statuum* DEPVTATI, *conſueto congreſſuum loco, ſubſcriberent.* Saxonicus *uero 18. demum Nouembr. eidem inſtrumento Pacis, quod prius non fecerat, ex ſpeciali mandato ſubſcripſit.* Eadem habent Rerum Suecicar. Commentaria Lib. XX. §. 196. pag. 851. ad an. 1648. et eodem libro §. 209. p. 854. Conuentum ad ſubſcriptionem regiorum in *Caeſareis*; Caeſareorum in *regiis* aedibus; ordinum *ſeperato* conclaui peregere. Poſtquam Caeſarei et regii ſubſcripſerunt; inde utraque inſtrumenta a Secretariis legationum Ordinibus congregatis hora 9. ueſpertina ad ſubſcribendum oblata ſunt. Vbi non Deputati ſolum; ſed et ceteri, qui aderant, manum ac ſigilla ſua, ingenti cum gaudio, adpoſuerunt. Addatur LONDORP. Tom. VI. Lib. III. c. 263. (d) *Rer. Suecicar. Lib. XX. §. 138. p. 831. ad ann.* 1648. Circa *ratificationem* ordinum ea difficultas mouebatur, quod ſi a *ſingulis* ſolennis ratificatio, cui uniuerſae pacis leges inſcriptae forent, edenda ſit, nimius *inſtrumentorum numerus* ſit futurus: nec tamen congruere, ut *unicum* inſtrumentum per *totum imperium* ad omnes ordines circummittatur. Vnde *placuit* ordinibus, ut uel ratificatio ad proxima COMITIA differatur, uel ſupra certa *formula* plenipotentiae pro legatis conueniatur, a principibus adprobandas, per quam *legatis* facultas detur, non ſolum tractandi et concludendi, ſed et nomine principum ſuorum ſubſcribendi et *ratificandi*. Nec eo ſecius proximis *comitiis* pacem ad modum pragmaticae imperii ſanctionis Receſſui inſerendam. Quorum poſterius reginae non diſplicebat; ſed prius uelut ſibi aut ſucceſſoribus parum tutum repudiabat. (e) *Ibidem* uerba Suecicorum *legatorum* habentur; *Solennem* ordinum ratihabitionem *circa praeuium pactum neceſſariam uiſam: multo magis circa principale negotium eandem requiri. Neque uero* Ratificationem *in antecessum formari poſſe, ut poſt inſtrumentum eidem inſeratur, cui propter prolixitatem uix idoneum ſpatium relinqui poſſit. Quia porro reginae conſtabat, quid difficultatis circa ratificationem apud alios tractatus extiterit: legati uetabantur, Oſnabruga diſcedere, antequam ratificationes hinc inde traditae forent: idemque ut fierent, ordinum legatos monendos.* (f) *Rerum Suecicar.* Lib. XX §. 166. p. 841. ad an. 1648. hoc ita enarrat: *perlecto* pacis inſtrumento, *ſtatim de* ratificatione *ſermo iniectus, Caeſareis et ordinibus imperii contendentibus, ad maiorem Germaniae ſecuritatem,* Ordinum *quoque* Sueciae *uel ſaltem ſenatus regni ratificationem opus eſſe. Id quod pace inter Caeſarem et Danum factum. Nam ſi forte poſt obitum reginae ad electionem res redeat, incertum eſſe, num ſucceſſor hac pace teneri uelit. Et quia ordines imperii ſimul cum Caeſare ſubſcribant, par eſſe in Suecia idem fieri. Vnde poſtulabant ratificationi praeſenti hanc conditionem addi, ut proxime conuentu ordinum regni haec pax firmetur. Enimuero demonſtrabant*

CAP. I.

confirmarunt (g). Hos autem cum Suecis obtuliſſent imperii *adlegati*, non poterant non ab eorum regina ſimiles iterum *libellos* et ipſi expectare, quos etiam eodem tempore, quo ſitos Suecis exhibuerant, acceperunt (h). *Vno* formulae ratihabitionis Sueciae *exemplo* rectori ſenatus ordinum, antiſtiti *Moguntino*; *altero* autem Saxoniae duci Electori tradito, quod is primarius principum proteſtantium eſſe, uideretur (i). Atque ita *ADLEGATIONIS* negotium in *pace* W. confectum fuerat (k). Cuius exemplum cum aliud nullum in Germanicis annalibus extat, tam plene ac copioſe deſcriptum, non poeniteat nos, in illo enarrando, multum operae poſuiſſe.

Adlegationis §. XXVIII. Didicerant proceres imperii noſtri in Weſtphalica pacificatione, quantum momenti pendeat a *iure adlegandi*. Quod ergo in ipſis *pacificatoriis* tabulis (l) ſibi clariſſimis uerbis tributum uiderant: eodem prima quauis occaſione uti, e re ipſorum fore, exiſtimarunt. Difficilioris fere eſſe uidebatur, pacem *exequi*, quam concluſiſſe. Nouus igitur illa cauſa conuentus *Noribergae* inſtituendus fuerat. Ab hoc uero ſuos excludi adlegatos, non paſſi ſunt principes imperii (m). Et licet Imperator omnem rurſus operam adhibuerit, qua *adlegationem* poſſet impedire: nihil tamen inde profecit (n). Sed ordines propoſiti admodum tenaces, nouam *adlegationem* ad Noribergenſem congreſſum inſtruxerunt (o): quamuis Caeſar

§. XXVII. XXVIII. *iura in conuentu Noribergenſi ab anno 1649. ad ann. 1650.*

Aa 3

bant legati Suecici, *in Suecia* moris non *eſſe, excepto, ſi cum* Danis *negotium ſit, ab alio, praeter regem, eiusmodi concluſa ſubſcribi. Vnde a regina poſtulatum haud iri, quae ipſius eminentiae fraudi ſint.* (g) Rer. Suecicar. Lib XXI. §. 1. p. 898. *Ordines inprimis Euangelici contendebant, ratificationes, uelut fundamentum pacis, ante omnia inuicem tradendas. Si quis poſtea eidem ſe opponat, uelut turbatorem quietis publicae, iunctis uiribus in ordinem redigendum. Aderant uero ordinum ratificationes, eorum praeſertim, qui arma geſſerant, quas ſimul permutari par erat. Tandem* anno 1649. d. 8. Februar. *ratificationum mutatio hoc ordine peracta eſt. Hora 2 pomeridiana uterque legatus* Suecicus in *Caeſarei* hoſpitium *uehebantur, quos ordines imperii ſequebantur, in anteriore camera ſubſiſtentes, quoad in conclaue, ubi Caeſarei cum Suecis agebant, euocarentur. Oxenſtirna* Inſtrumentum *pacis libri forma in membrana deſcriptum, ac holoſerico inuolucro tectum, adpenſo in capſula e ſolido auro ſigillo Caeſareis pangebat. Inde, datis dextris, ſe mutuo legati amplexati ſunt. Mox et ordinum ratificationes Caeſareis exhibebantur: Reigersbergio nomine omnium ordinum dextram porrigente.* Copiam complurium diplomatum in hoc argumento faciunt uolumina LONDORPIANA *Tom. VI. Lib. IV. cap.* 47. 48. *ſq. pag.* 460. 461. (h) Rer. Suecic. Lib. XXI. §. 11. p. 901. *Ordines* ad *Sueciae legatum* uehebantur ac ad ſuas quoque ratificationes, cum Suecis commutandas, paratos ſe oſtendebant. E quibus tamen Oxenſtirna prius quaerebat; num *ratificationes* forma conuenta conceptae et ſi quid daficiat, illae emendandae ac poſt correctae iuſto tempore exhibendae ſint? Tum, an hoſce *pro uniuerſis ordinibus* habeant, qui hic congregati adſtent? Quorum utrumque cum Reigersbergius affirmaſſet, ac data dextra promiſiſſet, pacta pacis ſancte ſeruatum iri, *ordinum ratificationes porrigebat*, ſimul alterum *regiae* ratificationis *exemplum* ex Oxenſtirnae manu recipiebat. (i) Rer. Suecicar. Lib. XXI §. 11. Sed de *TERTIO* ratificationis Suecicae exemplo, quod *Saxoniae* Electori tradendum erat, inter Moguntinum et Saxonicum diſceptatio oriebatur. Quorum ille ferebat: inſtrumentum in *Moguntina cancellaria* deponendum ad ordines utriusque religionis ex aequo pertinere, eoque *duplici* inſtrumento opus haud eſſe, nec id in imperio *uſu* receptum, ac directorio fraudi cedere. Saxonicus contra id haud inconueniens cenſebat in eiusmodi tractatione, in qua *Catholici* unam, *Euangelici* alteram contrahentium partem conſtituerent; declarabat tamen, id Moguntino Directorio haud praeiudicio fore. Vnde conuentum tandem, ut *inſtrumentum* illud *Saxonico* per ſcribam transmitteretur. *Ceterum ipſam formulam ratihabitionis Ordinum exhibet* PVFENDORFIVS Lib. XXI. §. 11. p. 902. ad an. 1649. (k) Non uero *uno* ſtatim *tempore omnes ratihabitionis* formulae ab ordinibus Suecorum adminiſtris exhibitae fuerunt: ſed aliae aliis citius aut ſerius transmiſſae. PVFENDORFIVS Lib. XXI. §. 44. p. 913. ad an. 1649. *inter haec complurium ordinum ratihabitiones adhuc deerant, monente licet ſubinde Oxenſtirna et mirante, quorſum illa tergiuerſatio ſpectaret. Tandem cum ipſe Monaſterium acceſſiſſet, complures exhibebantur, inter quas Auſtriaca erat.* Neque tamen hoc impedire poterat *permutationem* formularum. Omnes enim ordinum *adlegati* fidem ſuam ad eam formulam adſtrinxerant, quae ab *ordinum Deputatis* in Suecorum manus, imperii nomine, tradita fuit. (l) *Articulo VII. Inſtrum. Pac.* §. 1. 2. uerba ſuperius exſcripta habentur. (m) Rer. Suecicar. Lib. XXI. §. 45. pag. 913. "Inquirebatur tunc inter ordines, num, qui" "inſtruebatur, conuentus Noribergenſis ab ipſis adeundus eſſet? Id quod Electorales conſultum indica-" "bant; Principales diſſentiebant, quod uererentur, ne hoc ipſo Monaſterienſis conuentus diſſol-" "ueretur. Sed quis ubicl in Electoralium ſententiam concedebant, concluſum: NORIBERGAM" "utique mittendum, ut tamen Weſtphalicus conuentus continuaretur, quem tolli, ordinibus initio" haud placebat, mutua communicatione inter utrumque ſeruata. (n) Rer. Suec. Lib. XXI. §. 45. p. 913. ad an. 1649. Sed Caeſarei aliud plane uidebantur ſpectare. Nam uti Weſtphalicum conuantum" "ſolui, haud aegre ferebant: Ita omni modo impedire conabantur, ne ordines iterum Noribergae uelut" "iuſtum imperii corpus congregarentur. Vnde cum intelligerent, ab ordinibus iſta agitari, proponebant" bant de conuentu, Francofurtum transferendo, ut illos, a regiis diuulſos, eo facilius ad placita ſua" "componere poſſent, ſaltem quoad perſpicerent, quomodo res Noribergae proceſſura eſſet. Sed cum" "omnes id conſenſu aſpernarentur; ſtudebant, ordinum legatos, quantum poſſent, Monaſterii detinere" "here, uelut hoc conuentu durante, alius legitime inſtitui non poſſit. Quod, etſi ab initio ipſis ordi-" "num legatis probatum, fruſtra tamen fuit, uno poſt alterum, iuſſu ſuperiorum, diſcedente. (o) Rer. Suecicar. Lib. XXI. §. 62. pag. 918. Inter haec Noribergam Ordinum legati uenerant, ſed initio parum concordes. Ipſa etiam RECESSVS Noriberg. loca aliquot conferri hue poſſunt §. 27. 30. Vbi argumenta quoque deſcribuntur rerum ab adlegatis tranctandarum. "Es ſeyn zu ſolcher des puncti amne-" "ſtiae gentzlicher Abhandlung und Entſcheldung als MEDIATORES Chur Coeln und Chur Brandenburg:" "als DEPVTATI aber an Seiten der Catholiſchen Chur Meintz u. Chur-Baeyrn, Bamberg und Coſtnitz: von"

"Augſpurgi-

CAP. I.

ſar *ſolos* iſthuc *Electores* inuitaſſet (p). Ceterum per *tres* imperii *ſenatus* ab ordinum adlegatis deliberatum atque ab iis, quae concluſa fuerunt, eodem modo *ſubſcriptum* eſt (q): ut adeo nulla fere huius adlegationis diuerſitas ab illa fuerit; quam in Weſtphalicis congreſſibus paulo ante enarraueramus.

Adlegationis veſtigia in conuentu deputatorum Francofurtano ab an. 1654. ad ann. 1661.

§. XXIX. Sed neque ſic omnia imperii diſſidia ſublata fuerunt, quin *nouis* conuentionibus poſtea opus eſſet. Igitur, ut finis tandem diſcordiarum fieret, *an. 1652.* publica imperii *COMITIA* indicta ſunt, *RATISPONAE* per *triennium* habita. Horum argumenta poſt alios *Tobias* PFANNERVS (r) recenſuit: quorum aliqua eo faciunt (*), ut conſtet, res *belli* et *pacis* in imperio noſtro materiam eſſe, non niſi in ſocietate ordinum tractandam uel in *comitiis* uel extra haec per ſolennes *adlegationes*. Quod enim in communi omnium ordinum *conſilio Ratisponae* tum expediri nequibat: id, decreto *Comitiali* (s), aliquibus ex ordinum numero *delectis*, demandatum eſt. Hinc *FRANCOFVRTANAE*, quod dicitur, *DEPVTATIONIS* an. 1654. initium tactum, ubi reſidua *Weſtphalicae pacis* negotia expediri et abſolui debebant per imperii *ADLEGATOS*, qui iſthuc fuerant amandati (t). Ad *SEPTEM* fere annos iſte *adlegatorum* conuentus durauit: qui neque Caeſaris

§. XXIX.

"ſpurgiſchen Confeſſions-Verwandten aber Sachſen-Altenburg; Lüneburg; Würtenberg und Nürnberg. (p) Rer. Suecicar. Lib. XXI. §. 62. pag. 918. Cum Noribergae patriae amantes iam "agnoſcerent ordinum diſſenſus, hortatibus demum Directorem Moguntinum impulerunt, ut utriusque religionis ordines in *hortum* quendam conuocaret, adpoſitis bellariis, ne, ubi ſenatus, ſpeciem congreſſus iſte haberet. Vbi quid circa praeſentem negotiationem faciendum, conſilia conferebantur. "Cur Senatum conuocare dubitaret Moguntinus, rationes adferebantur, quod Caeſar Electores nominatim huc conuocaſſet, non item Principes ac ceteros ordines. Et quia Moguntinus conuentus nondum exſpirauerat, haud congruere uidebatur, eodem tempore diuerſis locis duo ordinum corpora "conſtitui. Sed reponebatur: ob temporum conditionem ac ſummum in mora periculum ſolenni inuitatione haud opus eſſe, cum ipſa neceſſitas quemlibet huc euocet: ac eam rem non magis Electores, quam reliquos ordines tangere, nec hos, tuendis propius commodis ac iuribus, hinc excludi poſſe; nec minus iure ſuo ipſis, quam Electoribus uti, fas eſſe. Monaſterio pleroſque legatos diſceſſiſſe; qui reſtent, in procinctu ſtare; unde ab iſtis parum ſubſidii expectandum. Ex aeque ſu a Principibus ſuis mandere inſtructos, quam Monaſterienſes. Vnde decernebatur, ut ordines in ſolita "COLLEGIA digeſti, quod tractatione Weſtphalica factum, de negotiis imperii conſulerent, ac, ut leges pacis implerentur, operam darent. (q) Ea res ordinibus haud mediocrem ſcrupulum iniiciebat, ut ſtatim per tria imperii collegia nouas conſultationes ſuſciperent et cum per Deputatos Piccolomineum fruſtra ad ſubſcriptionem inuitaſſent, tandem decernerent; ſe una cum Suecicis Plenipotentiariis ſubſcripturos. Ad quem actum, imperii nomine obeundum, ex Electoralibus Moguntinus ac Bauaricus, e Principalibus Bambergenſis et Saxo-Altenburgenſis, e Ciuitatibus Noribergienſis et Francofurtanus deſtinebantur. Ita ſubſcriptio in aedibus Erskenii ſuſcepta ac promiſere ordines ſe omnem lapidem moturos, ut Caeſarei quoque ad ſubſcriptionem adducantur., Ita Rer. Suecicar. Commentar. Lib. XXI. §. 83. p. 985. Conferatur etiam Lib. XXII. §. 4. 11. 29. ad an. 1650. Ipſa uerba ſcripti RECESSVS *Execut. Pac. Norib.* 1650. §. 68. hoc teſtantur: "Demit nun alles dasienige, vvas obgeſetzt, von aller intereſſenten Principalen beſtætiget, und ſeinen rechten uigor haben mœge: ſo ſollen der Kayſerl. und zu Schvveden Kœniglicher Maieſtæt RATIFICATIONES, ſo vvohl auch der anvveſenden Herren Churfürſten und Stænde hierzo deponirten Ræthen, Geſandten und Bottſchafften unterſchriebener und verſiegleter executions-Schluſs allhier commutiret und ausgevvechselt, darauf alſo bald die exauctorations-ordres ausgehen. Der Churfürſten und STAENDEN RATIFICATIONES in ebenfalls bereits verglichener Form, von dato innerhalb vierzehen Tagen, ohnfehlbar zur Hand geſchafft und ausgegeben vverden. §. 69. Diſs zu vvahrer Urkund haben vvir dieſen Executions-Haupt-Receſs eigenhændig unterſchrieben, vvie denn im Nahmen aller Churfürſten und Stænde, die hiezu, Krafft ebſonderlich derentvvegen den 23. ſtyli noui gemachten, und uns heut dato unter deſs Chur-Meintziſchen Directorii ſigill und Unterſchrifft augeſtellten Reichs-Schluſs und hiernach benennte Ræthe, Geſandten und Bottſchafften, als vvegen CHVR-Maintz; Beyern; Sachſen: Der FVRSTLICHEN halben Oeſterreich; Bamberg; Beyren; Altenburg; Coburg; Wolfenbüttel; Zell; Würtenberg: STAETTISCHER vvegen Nürnberg; Franckfurth, gleichmæſſig unterſchrieben und mit ihrem Petſchafft beſtætiget, auch hieran des Kayſerl. Generals Excell. von vvelchen vvir ein gleichlautendes Exemplar, unter deroſelben Hand und Siegel empfangen, ausliefern laſſen. Geſchehen Nurnberg d. 16. Iun. 1650. (r) In Hiſtoria Comitiorum imperii annis 1652. 1653. 1654. celebratorum edita Vlmae 1694. Oct. (*) *Gallica et Suecica* grauamina huc pertinent. Illae enim coronae, pro Weſtphalica *pace* implenda ac conſeruanda, non *Caeſaris tantum*, ſed *ordinum* conſilia auctoritatemque ſibi implorandam eſſe intellexerunt, publica diplomatum fide in *Volumine VI. Londorpii.* (s) *R. A. Regenſpurg* ann. 1654. §. 191. *Den zweyten* punct, *die* caſus reſtituendorum ex capite amneſtiae et grauaminum *anlangend*; *haben wir uns mit Churfürſten und Stænden dahin verglichen, daſs dieſer gantze* punct *mit einem* ordinarie deputations-Conuent *nacher unſer und des Heiligen Reichs Stadt Franckfurth gegen nechſtkünfftigen erſten Octobr.* 1654. *anzuſehen, ſolle verwieſen werden*, et quae ſequuntur. (t) Ex principum et adlegatorum nomina exhibentur in uoluminibus LONDORPIANIS Tomo VII. Lib. VII. cap. 7. pag. 1054. hoc ordine: I. *ELECTORALES*, ſingulorum electorum. II. *PRINCIPVM* atque in his 1] Auſtriaci, 2] Wurzburgenſis, 3] Monaſterienſis, 4] Bauari, 5] Altenburgici, 6] Colmbacenſis, 7] Luneburgici, 8] Sueco-Pomerani, 9] Brandeburgo-Pomerani, 10] Wurtenbergici, 11] Meklenburgici, 12] Caſſelani, 13] Furſtenbergici, 14] Comitum Wetterauiae. III. a *CIVITATIBVS*, 1] Argentoratenſis, 2] Ratisponenſis, 3] Noribergenſis. Proderit forte ſchema inſpexiſſe ordinis tum ab aſſeſſoribus obſeruati.

Caeſa-

CAP. I. ſaris morte, quae interuenerat, diſſolutus eſt (t*). Quamuis autem parum aut nihil iſtis congreſſibus efficeretur: illud tamen noſtro inſtituto inſeruit, Sueciae regem *in bellis* cum *Dano*; *Brandeburgico* Electore atque ipſo demum *Caeſare* ad *Francofurtanae deputationis* principes ſocios plus ſimplici uice annis 1657. et 1659. per literas et legatos ſolenniter prouocaſſe: ut, decreto imperii *ADLEGATORVM*, aduerſae parti pax imperaretur (u). Et quamuis nonnulli *DEPVTATORVM* hoc argumentum, uariis tegumentorum generibus tum declinare uellent (x): alii tamen eius omnino loci eſſe, dixerunt, tam de conſeruanda, quam inſtauranda *PACE* deliberationes inſtituere. (y). Quod cum Caeſar, recens electus, perſentiret, nulli §. XXIX.



(t*) Ferdinandi III. Hoc enim mortuo, *deputationem* ipſo iure expirare, quidam arguerunt. Errore tamen manifeſto, quod, Caeſare mortuo, ordines ſui iuris fiant. In quorum arbitrio non ſolum poſitum eſt, interregni tempore, quaeuis imperii negotia tractare: ſed etiam ab electione noui Caeſaris manus cohibere. Ceterum conuentus *deputatorum* eousque tum dilati: quo principes Electores de Caeſare nominando conuenerant. Hoc enim negotio expedito, rector Moguntinus quosuis iterum adſeſſores ad *deputationem* Francofurti continuandam, inuitauit. Diplomata in LONDORPIANIS uoluminibus extant *Tom. X. Lib. VIII. cap. 277. p. 448. et cap. 294. p. 409.* (u) *BIOERENKLOVIO legato an. 1657. Francofurtum miſſo, iniunctum: ut ordinum legatis Francofurti demonſtraret praeſentium temporum conditionem et periculum. Quin* deputati *imperii ab* ordinibus *primitus eo fine inſtituti fuerint, ut praeſentibus belli* periculis *medicinam afferant, ubi per anguſtias temporis comitia conuocari non poſſint: illi, uelut* uniuerſi imperii corpus *referrent*, ita rerum *Caroli Guſtaui* COMMENTARIA *Lib. IV. §. 4. p. 246.* Inprimis autem legi merentur *LITERAE REGIS* Sueciae ad imperii Deputatos, in quibus pleniſſima *pacis iura* eis defert. Exhibent eas LONDORPIANA uolumina *Lib. VIII. cap. 215. p. 322.* Imo ipſe Caeſar coram his imperii *ADLEGATIS* fractae pacis cauſa accuſatus. Legi poteſt *Matthiae BIOERENKLOVII Memoriale, quod poſt CAESAREI exercitus irruptionem in Pomeraniam et apertam hanc PACIS imperii RVPTVRAM exhibitum eſt S. R. I. ordinariae DEPVTATIONI Francofurtanae d. 30. Aug. 1659. edit. 4°.* (x) *CAROLI GVSTAVI* Sueciae R. *Commentarii* Lib. IV. §. 44. p. 298. ita rem enarrant: *Bioerenklouius apud Deputatos Francofurti prolixis quidem ſcriptis exponebat querelas ſuper Auſtriacorum iniuriis: ſed quorum fructus inter inania uerborum fere ſtabat. Ac initio ipſos inter ordines diuerſae ſententiae emergebant. Quidam enim cenſebant, durante electione, omnia alia imperii negotia quantiquae momenti, quieſcere debere. Alii tempore interregni non ſoli electioni uacandum, iudicabant: ſed et alia negotia expedienda. Auſtriaci tamen, qui praecipue Sueciae deſtinatis contra nitebantur, tunc quoque acriter repugnabant. Deputatorum auctoritatem ad talia nonporrigi.* Plenius ſcriptor, neutri parti addictus, *Chriſtian. Adolfus THVLDENVS* rem eandem expoſuit *Lib. VII.* Rer. per Europam geſtarum pag. 76. 77. Verba eius haec ſunt: *ſub hoc tempus Francofurti in imperio Deputatorum conciliabulo Comes Ranzouius petit, in medium uti conſulant, quo pacto diſcordantes ad ſeptemtrionis plagam duo reges Danus et Suecus gratiam inter ſe pacemque reconciliare poſſent. Cum quidam id negotium ad hos conuentus pertinere, infitiarentur, nihil eo tempore agi huius rei potuit.* Idem mox pergit: *Suecicus legatus* Moguntino *ſcriptum exhibuit, in quo illi gratias agit, quod ordinarios imperii* Deputatos *ad conſultandum conuocauerit, ut ſuper* Danica *irruptione diſceptaretur.* (y) *Quanquam primo conuentu Francofurtano res* [de prouocatione Suecorum ſermo eſt ad imperii deputationem] *paulo confuſius ageretur, et inter feruidos eorum clamores, qui auctoritatem Deputatorum in dubium reuocabant: peruicit tamen Moguntinus, ut Bioerenklouii libellus acceptatus per dictaturam legatis communicaretur: Vsque neceſſum eſſe, in praeſens talibus medicinam adferri. Necdum alii ordines circa negotia totum imperium ſpectantia fatagunt, Electorum auctoritatem immunui.* Ita L. B. de PVFENDORF in Commentar.

CAP. I. §. XXX. XXXI.

nulli operae pepercit, ut conuentus *Francofurtanus* diſſolueretur (z). Neque tamen impetrare id potuit ab ordinibus: quam noua imperii *comitia* 1662. menſe *Februario Ratiſponae* habenda, indicerentur (a).

Iura adlegandi in comitiis Ratiſponenſibus ab an. 1663.

§. XXX. Primarium uero horum *comitiorum* argumentum tale fuit, ut *adlegationis* materiam omnino tetigiſſe, uideatur. Turcici enim *belli* remedia ab ordinum *adlegatis* quaeſiuit Caeſar (b): certiſſimo indicio, neque *pacem*, imperii nomine, cum eodem hoſte fieri poſſe, niſi ſuos quoque oratores ipſi proceres Germaniae *adlegent* Caeſareae legationi (c).

In indicio arbitrario de re imperatorio proceſſu Gallorum ann. 1664.

§. XXXI. Paulo poſt cum Galliae rex, A praeter ea, quae in *Weſtphalicis tabulis* ipſi conceſſa fuerant, noua alia iura in Alſatiae dominio poſtularet (d): imperii *adlegati* in comitiis ea de re non minus conſulti ſunt. Imo, quod Caeſaris arbitrium Gallis ualde ſuſpectum uideretur, illo excluſo, aliqui ex ordinum *adlegatis* nominati ſunt (e), ad litem iudicio ſuo dirimendam. Et quamuis ob plurimas cauſas negotium iſtud lente procederet, imo tandem ſucceſſu pe- B nitus deſtitueretur (f); poſtquam Germaniae ordines an. 1672. nouo bello cum Gallis implicarentur: id tamen noſtro inſtituto ſufficit, arbitrium controuerſiae Alſaticae penes imperii noſtri *ordines* ſtetiſſe.

§. XXXII.

---

mentar. rer. Caroli Guſtaui Lib. IV. §. 44. pag. 298. (z) Nequa enim *Deputatorum* principum *ADLEGATIS* auctoritatem hanc, res, ad bellum aut *pacem* in imperio ſpectantes, in dubium uocauit: ſed ſatius duxit, *excuſatione* facta, litem omnem declinare. Facit huc: *Breuis INFORMATIO, quam iniurioſis perſuaſionibus* contra *Imperatorem* Ferdinandum III. *eiusque filium* Leopoldum *ablegatus Regis* Sueciae *coram* Electoribus et Statibus *imperii RVPTAE PACIS inſimulare conatus fuerit.* Libellus extat in uoluminibus *BRACHELLIO-THVLDENIANIS* ad Part. III. hiſt. fere in medio. Vbi primarium purgationis argumentum eſt, Caeſarem qua Bohemiae et Hungariae regem contra Suecos arma arripuiſſe, manifeſta confesſione, Auſtriacis, qua Caeſaribus in omni bello ordinum conſenſu opus eſſe. Et qui ſibi hoc tribuiſſet *Leopoldus?* cui *Art. X. Capit.* aliter cum ordinibus conuenerat. (a) Pertinent huc litterae in uoluminibus LONDORPIANIS Lib. VIII. cap. 259. p. 416. cap. 277. p. 448. cap. 294. p. 469. cap. 321. pag. 505. cap. 334. pag. 512. cap. 342. pag. 517. cap. 346. cap. 379. pag. 536. cap. 394. pag. 557. cap. 406. pag. 562. cap. 418. pag. 577. cap. 473. pag. 638. cap. 498. pag. 675. cap. 306. pag. 681. Lib. II. cap. 40. p. 727. cap. 108. p. 784. cap. 119. p. 793. Patebit ex euolutione horum locorum, quam ſollicitum ſe exhibuerit Caeſar Leopoldus, ut *Francofurtanam deputationem*, cauſae Suecorum non iniquam, diſſiparet. Locum principio cum Noriberga commutari uoluit. Qua in re cum obſequi nollent *adlegati*, quod deputatio aſſeſſorum ſuffragiis ſtaret, neque a mandato penderet imperatoris, loco Noribergae *Ratiſponam* nominauit. Verum hoc etiam conſilio ex eadem cauſa obſtantibus deputatis: tandem pleniſſima imperii *Comitia* ordinibus commendauit, quae deputationis conuentum deglutierunt. (b) Cum enim horum Comitiorum cauſam illam eſſe, uoluerint principes imperii, ut reſidua e bello *tricennali* et Weſtphalica pace diſcrimina componerentur: Caeſar *Turcicis* motibus nihil prius haberi, decreuit. Tandem utraque materia per *uices* tractata; neutra uero ad finem perducta eſt. Inde his, non ſine acumine iſto iam tempore non nemo illuſit:

Proteſtando conuenimus:
conueniendo competimus:
competendo conſulimus:
conſulendo concludimus:
concluſa reiicimus

et ſalutem patriae proſtituimus per conſilia lenta, uiolenta, uinolenta.

Nemo igitur miretur, cur filum cito hic abrumpamus. Publica diplomata horum comitiorum in *Tomis* IIX. et IX. habes uoluminum LONDORPIANORVM, Hiſtoriam apud *Henricum* BREWERVM a THEATRI et DIARII Europaei ſcriptores. Quamuis omnino reipublicae noſtrae intereſſet, exactam *hiſtoriam horum Comitiorum* extare. Cum, quod res maximi momenti in illa occurrant: tum etiam, quod commentaria adlegatorum, plenius nunc ac olim confecta, in ſcriniis principum extent. Accedit etiam alius uſus comitialis huius hiſtoriae, ut, computatione facta rerum Ratiſponae *geſtarum* cum *ſumtibus* ibi per adlegatos factis, diſcant tandem domini rerum: an operae pretium ſit, haec comitia *aeterna fore.* (c) Pax enim et bellum e numero eorum ſunt, quae ſub eandem rationem cadunt. (d) Iura Galliae in *Alſatiam* tractarunt *Vlricus* OBRECHTVS in *Prodromo Rer. Alſaticar.* capite inprimis VIII. pag. 151. Quamuis illuſtrem ſcriptorem, polyhiſtorias laude merito ſuo inſignem, libri eius admodum poenituerit, poſtquam a Galliae rege tanto beneficiorum cumulo obrueretur. *Ioh. Iacob.* CHIFLETIVS de rebus Alſaticis pro Auſtriacis non minus ſcripſit: contra quem *David* BLONDELLVS calamum ſtrinxit, aduerſarii, quorum alter alterum *iudicio*, rurſus alter *induſtria* alterum uicit (e) *Henricus* BREWERVS *Libr.* III. *Hiſtoriae decennalis pag.* 289. nominat principes compromiſſarios his uerbis: *intercedit* pro Alſatia apud Galliae regem anno 1665. "imperium efficitque, ut "in arbitrium quoddam ex imperii Statibus ſelectum conſentiat, et tam hoc, quam trium Lotharin"giae Epiſcopatuum negotium ad amicabilem compoſitionem remittat, terminandum per Electorem "SAXONEM, AICHSTADENSEM CONSTANTIENSEMQVE Epiſcopos et RATISPONAM "uelut ab IMPERIO: et per Electores MOGVNTINVM et COLONIENSEM, Regem SVECIAE et "domum HASSIACAM uelut a REGE nominatos COMPROMISSARIOS. (f) *Vlricus* OBRECHTVS in Prodromo Rer. Alſaticar. cap. VIII. pag. 160. id breuiſſime his uerbis recenſet: *rex Chriſtianiſſimus* literis ad ordines imperii 18. Sept. 1665. ſcriptis declarauerat: "Se permittere, ut praetenſa "grauamina decem Alſatiae ciuitatum a perſonis ſtudio partium uacuis examinentur, et ut lites, quae "ſuper iis ſuperueniſſent, earum cura, componerentur, iuxta tenorem pacis Monaſterienſis atque in "eum uſum ſe rogaſſe electores Moguntinum et Colonienſem, tum coronam Sueciae, tanquam STA"TVM imperii, itemque domum Haſſiacam, ut ſe interponant ſuaque bona officia impendant illis "grauaminibus litibusque terminandis, tam ad ſuam regis Galliae, quam ad imperii ſatisfactionem. "Indeque, pergit, coeptum arbitrium, cognoſcendis tum iſtis, tum Epiſcopalium feudorum contro"uerſiis usque ad initium belli nuperi uacauit. Cum quo ſublatum eſt." Acta publica huc facientia

diligen-

CAP. I. *Iura adlegationum in pacificatione Nouiomagenſi ab 1676. ad ann. 1679.*

§. XXXII.

§. XXXII. Finito imperii bello cum rege Galliarum, iam nunc occaſio adeſſe uidebatur, qua luculentiſſimum iuris *ADLEGANDI* exemplum ponerent ordines Germaniae. Suffragia igitur multorum *Ratiſponae* in comitiis fuerunt: pacis *Nouiomagenſis* cauſam *Caeſareae* non tantum legationi committendam: uerum ſolennem imperii *ADLEGATIONEM* ad negotium hoc adornandam eſſe (g). Vt manifeſtum eſſet, *pacem* imperii non a ſolo Caeſare: ſed in *ordinum* ſocietate tractari uelle. Verum enimuero *Caeſarei* omnes uires conſiliaque eo tum contulerunt, ut imperii hanc *ADLEGATIONEM* declinarent impedirentque (h). Caeſaris auctoritatem apud exteros proſtitui; neque dignitati ordinum conſuli dixerunt, *ADLEGANDO* Caeſareae legationi. Nolle, addiderunt, Caeſarem per *legatos Neomagi* quidquam tractare, multo minus cum hoſte ante aliquid inire, quam *ordines Ratiſponae*, per celeres nuntios, ea cauſa alendos, conſuluiſſet, eorumque iterum ſuffragia audiuiſſet, ad quae paratus eſſet, in omni pacis argumento ſe ſuosque adſtringere (k). His ergo, aut aliis forte cauſis, effecit imperator apud ordines, ut plurium inter illos ſuffragia eſſent: imperii *ADLEGATIONEM* hoc caſu intermittendam (l). Quod autem praeſenſerunt cautiores, Caeſareis legatis facile fore, ad tegumentum quaerendum, ſi in pacificatione promiſſas ordinum conſulta-

diligenter congeſſit *Ioh. Georg.* CVLPISIVS *in notis ad Montambanum.* LONDORPIANA at THEATRI EVROPAEI uolumina ſaepius nominata ſunt. DIARII quoque Europaei aliquot partes huc faciunt, facili negotio euoluendae. (g) *Rerum Brandeburgicarum Lib. XV. §. 37. p. 1149. conſultatio haec ita recenſetur:* Interim Ratiſponae Bauarus et Saxo, nomine uniuerſorum ordinum, *Neomagum* mittendos, contendebant an. 1677. Sed Moguntinus, Treuirenſis, Colonienſis et Brandeburgicus contradicebant, adducto loco ex *inſtrumento pacis*, ubi extat, ut ordines ſuper omnibus, imperium concernentibus negotiis, cum uotis ſuis audiantur, ac inprimis, ſi PAX ſancienda, ea non aliter perfici poſſit ac debeat, quam cum omnium et ſingulorum ſuffragio et conſenſo, in publicis comitiis declarando. Quo ipſo uniuerſis et ſingulis ordinibus ius fuiſſe quaeſitum, ne quis eiusmodi actibus ſit excludendus, nec per maiorem partem cogi poſſit, ad ius ſuum in delegatos transferendum. Vnde ſi ſtricte inſtrumento pacis inhaerendum eſſet, id negotium in comitiis ſuſcipi debeat. (h) *Andreas* MVLLERVS Tom. III. Part. III. Valkenirii *verwirrten Europens* p. 2. 3. exhibet epiſtolam Caeſaris: „Der Röm. Kæyſerl. Maieſtæt &c. iſt allergehorſamſt angetragen worden, welcher geſtalt theils von Churfürſten und Stænden verlanget worden, daſs die zu Nimwegen bevorſtehende allgemeine Friedens-Tractaten, vermittelſt einiger DEPVTATION im Namen des Reichs gleichfalls beſchicket, und zu dem Ende bey gegenwærtiger Reichs-Verſamlung zu Regensburg die Nothdurft überleget und deliberiret werden möge. Nun wiſſen ſich Kæyſerl. Maieſtæt awar wohl zu erinnern, was in dergleichen Fælien, neben dero beſchwohrnen Wahl-Capitulation das Inſtrumentum Pacis Art. VIII. §. gaudeant &c. mit ſich bringet, wie dann dieſelbe ihres höchſten Orts biſs anhero nichts unterlaſſen haben, was zur Erlangung eines ſolchen beſtændigen allgemeinen Friedens und Fortſetzung der Tractaten gedeylich ſeyn könte, allermaſſen S. Kæyſerl. Maieſt. friedliebendes Gemüthe, ſowol aus demienigen, weſſen ſie ſich gegen die Schwediſchen Geſandten erklæret, als auch aus dieſem in Abſchrifft beygehenden Antwort-Schreiben an Engelland genugſam zu erkennen. Weilen es aber mit beſagter Deputation 1) ſchwer und langſam hergehen und 2) keiner ſich praeſentiren laſſen würde, 3) der Mediations-Punct auch noch nicht feſt geſtellet iſt, folgends das Werck noch vielen difficultæten unterworffen; hiebey auch 4) nicht auſſer acht zu laſſen, weil dieſesmahl nicht in locis imperii, ſed extra fines eiusdem, tractiret werden ſolle; ob nicht verkleinerlich falle, daſs man wegen geſamten Reichs eine fœrmliche Deputation dahin abſchicke? da bevorab 5) nicht abſeitig zu beſorgen; gleich wie die Cron Franckreich die von einigen Herren Churfürſten bey den Pyrenæiſchen und Aachiſchen Frieden angebothene Bemittelung wenig erkannt, ſondern mit Hindanſetzung derer den Frieden geſchloſſen; dann auch 6) als Kæyſerliche Majeſtæt vor einigen Jahren dero Reichs-Hoffrath in Franckreich abgeordnet, Sr. Kœniglichen Majeſtæt Ihme ausdrücklich bedeutet haben, daſs man das Reich in der Mediation nicht einmahl benennen ſolte; alſo auch dieſelbe die itzo vorhabende Reichs-Deputation oder Geſandtſchafft faſt ſchlecht reſpectiren dürfften. Als werden Churfürſten und Stænde bey der Regensburgiſchen Reichs-Verſammlung ſelbſt vernünfftig zu überlegen wiſſen, ob bey itzerwehnten Umſtænden dergleichen Abordnung vorzunehmen e re et dignitate imperii oder nicht beſſer ſey, die Berathſchlagung noch zur Zeit zu ſuſpendiren." Eadem habentur in THEATRO EVROPAEO *Part. XI. pag.* 1013. Conferri etiam huc poſſunt alia diplomata hac de re ab ordinibus prolata in DIARIO Europaeo Part. XXXVI. pag. 394. atque in *Adpendice* pag. 537. ſqq. (k) Pergit auctor VALKENIRIANAE *Continuationis Tom.* III. *Part.* VIII. *pag.* 3. „Immittelſt wollen Kæyſerliche Maieſtæt nicht ermangeln, ſich dahin zu bemühen, damit die Tractaten mit gutem effect angetretten werden mœchten, auch bey deſſen Erfolg, und wenn ferner etwas fürkommen ſolte, dero Verſprechen gemæſs, die Stænde weiter zu vernehmen, und in der That zu bezeugen, wie hoch dieſelbe ihr die Beruhigung dero allgemeinen Vaterlandes Teotſcher Nation angelegen ſeyn laſſen." (l) Plenius *Samuel* PVFENDORFIVS Lib. XVII. Rer. Brandeburg. §. 26. pag. 1309. Hoc aliud documentum exhibuit Caeſarea legatio, quo auctoritatem adſumſerit, de imperii negotiis tractandi, quam ſenatusconſultum Ratiſponenſe die 31. Maii an. 1677. conditum. Cuius hic erat ſenſus: e decretis Caeſareae Maieſtatis, circa negotiationem pacis Neomagi inſtituendam et ordinum eodem legationem, Electores, Principes ac Status Caeſaris ſuper eo negotio declarationem perſpexiſſe. Ea re per tria imperii collegia in conſultationem deducta, placuiſſe, Caeſari pro ſingulari in promouendam pacem ſtudio gratias agendas, eumque rogandum, ut neceſſarium hoc et ſalutare negotium tranquillando imperio ulterius quoque cordi habeat. Tum ut iuxta dictum pacis Weſtphal. artic. 8. de omnibus, quae circa idem agentur, mature communicet, quo ab uniuerſis ordinibus iſta pro re nata maturae deliberationi ſubiici ac pro more ſuo ſententia eidem exponi queat. Sperare quoque, Caeſarem legatis iniuncturum, ut eorum ordinum legatis, qui ibi comparituri ſint, circa peruincenda ſua deſideria operam nauent. Id *SCTVM* Caeſar *RESCRIPTO* confir-

CAP. I. ſultationes negligerent (m): id etiam ſatis conſtat, poſtea eueniſſe. Illa enim pax *Neomagi* properata et, ordinibus Ratisponae inconſultis, a Caeſareis demum confecta eſt (n). Quam tamen *comitiali* decreto illi poſtea adprobarunt (o).

Iura adlegationum in deputatione Francofurtana ab 1681. ad 1682.

§. XXXIII. Vt uero ex noſtrorum temporum annalibus patet, Nouiomagenſem *pacem* noui ſtatim *belli* cum Gallis initium fuiſſe (p): ita ordinum imperii omnino interfuit, ut animos circa adlegandum melius obfirmarent, ne, quod *Neomagi* A factum fuerat, hoc argumentum, excluſis atque *inſciis* proceribus, ſed, horum auctoritate, uel in plenis *comitiis* tractaretur, uel a peculiari *ADLEGATIONE*, propterea ab imperio inſtruenda (q). Equidem *prima* in *COMITIIS* remedia quaeſita ſunt, quibus Gallorum *RECVPERATORIIS iudiciis* in Alſatica et Rheno uicina ditione poſt *Nouiomagenſem* pacem inſtitutis, obuiam iretur (r), *literis* etiam et legationibus utrinque actum fuerat (s). Sed cum his parum aut nihil proficeretur: tandem § XXXIII

confirmarat. Vt ipſe de paterna circa ſalutem imperii cura ſubinde ordinibus confirmarit, ac eorum, quae huc uſque Neomagi ecta ſint, copiam iis fecerit; ita ſe deinceps huic congreſſui de omnibus, quae Neomagi agenda ſint, exacte communicaturum et, ipſis inconſultis, nihil ad ſummam rei ſpectans concluſurum: nec minus ſuae legationi iniunctur[um], ut ordinum ibi legatos circa aequa ſua deſideria obtinenda pro uirili fulciant. (m) *Libero ſermone id expoſuit ſcriptor rer. Brandenburgicar. Lib. XVIII. §. 26. pag.* 1309. Aſt cum Caeſarea legatio nihil minus, quam ad normam iſtius ſenatusconſulti Ratisponenſium comitiorum, Neomagi proceſſiſſet, non e re uiſum, aduerſus agendi modum ab iſta adhibitum proteſtationem in hunc ſenſum interponere. Ordines ſenatusconſulto Ratisponenſi uoluiſſe communicata deliberationi *comitiali* ſubiicere, ac ſuper iis Caeſari ſententiam ſuam exponere. Aſt uti a Caeſare debitam communicationem haud factam, ita nec ordines ante abſolutos tractatus de iis conſultare nec ſententiam ſuam Caeſari exponere potuiſſe. Quin Caeſaream legationem inſciis ac non conſentientibus ordinibus circa ſummam rerum et maximi momenti negotia propria auctoritate tranſegiſſe, non ſine grauiſſimo iſtorum praeiudicio, eorundemque iuribus magnopere laeſis. (n) *Idem ſtatim poſt ita pergit:* cum itaque legatio Caeſarea directo aduerſus commune ordinum decretum egerit ac ſuſcepta, proprio auſu, negotiatione, libertatem et iura omnium ordinum enormiter uiolauerit ac inſuper in maiorem imminutionem iſtorum iurium in fine pacis Gallicae addiderit proteſtationes et contradictiones, quae forte nomine imperii contra hanc pacem interponendae ſint, non recipiendas, ac nelituras; omnia autem hoc modo aduerſus Auream Bullam; Caeſaream capitulationem; conſtitutiones imperii; Weſtphalicae pacis articulum octauum a Caeſarea legatione admiſſa ipſo iure inualida et irrita ſint, *et quae ſequuntur*. (o) *Rer. Brandenburg. Lib.* XVII. §. 31. p. 1320. Ceterum relatione ad ordines, ſuper pace firmanda Ratisponae facta, is euentus ſecutus eſt. Commonicabant Caeſarei ordinibus pacem, addita excuſatione, ob iniquitatem temporum eam, inconſultis ordinibus, fuiſſe abſoluendam; ac Caeſarem eo facto capitulationi, iuribusque ordinum praeiudicium adferre nulla, nec id in exemplum trahendum. Qua modeſtia quosdam ordinum, ei auſui indignantium, demulcere ſtudebant. Ita ratihabitio pacis in comitiis probabatur. (p) Cauſas habes, poſt alios plures, apud *Ahaſ.* FRITSCHIVM *in notis* ſubitaneis ad inſtrumentum *pacis Nouiomagenſis*: e primis autem principiis eas eruit *auctor* ANONYMVS *ſtaterae belli et pacis parte I. et II. edit. Bruxellis* 1684. (q) Manifeſtae enim ordinum querelae fuerunt, Caeſarem ſibi magis, quam imperio in Nouiomagenſi pacificatione conſuluiſſe. Multi etiam uariae de Caeſareis eorum adminiſtris ſuſpiciones excitabant. Quae omnia ordines eo adducere poterant, ut libere et conſtanter adſererent, res imperii ab uniuerſis proceribus in poſterum expediendas neque hanc ſpartam Caeſareis iterum relinquendam eſſe, quam ipſi ſemel male adornaſſent. (r) Vix *Neomagi* ſubſcripta fuerat pax et nouas in Germania turbas poſtulata Gallorum excitarunt. Non *armis* coeptum fuerat hoc bellum; ſed omnia tum ex *inſidiis* acta ſunt. Iuſtitiae tegumento, cuius uirtutis maximus ſplendor eſt, omnis iniquitas inuoluta. *Tria in tribus* prouinciis, a Germania auulſis, *recuperatoria iudicia* inſtituit Galliarum rex. Vnum *Veſontii*; alterum *Briſaci*; tertium *Metis*. Iſthic *Burgundiae*; illic *Alſatiae*; hic *Auſtraſiae* limites, partim uetuſtate obrutos, partim pactis ſolenniſſimis mutatos, ſibi in iudiciis adſeruit, ubi idem et *actorem* et *iudicem* egit, ut ſcilicet forenſis proceſſus faceret epitomen. Non egerat tam cito regius *aduocatus*, quam *iudices* pro rege reſponderant. Cauſas uis? Vterque unum ſpiritum, unam animam duxit. Ita infinita imperii ſubditorum multitudo aut regionibus ſpoliata, aut in Galliae regis obſequium redacta eſt. LEONANDI *regis typographi* labor eſt, quo *ſententias* in hiſce iudiciis contra miſeros ac infelices ciues noſtros latas, in aliquot uolumina congeſſit. Sed puduit plerarumque ipſos Gallos in pace Riſuicenſi. Hac autem excuſatione iudices illos culpae crimine liberarunt: condonandum id regiis adminiſtris, ſi in fauore pro rege ſuo circa nimium ipſi peccarent. (s) Exhibent eas ZECHIVS *in Europ. Heraldes adpendice* pag. 1194. ſeqq. ubi et ſpoliatorum *grauamina* et Caeſaris per legatum Hanricum *Mansfeldium* Comitem factae interceſſiones et ordinum *literae*, Pariſios ad regem tranſmiſſae, leguntur. "Man hat auf dem Reichs-Tag allerſeits geſchloſſen, daſs, wie alle attentata von Franckreich dem Frieden ſchnur ſtracks zuwieder lauffen; ſelbige zuſammen getragen, "und von Kæyſerlicher Majeſtæt durch Abſchickung in dero und des geſammten Reichs Namen bey "dem Kœnig die remedirung zu begehren ſey. Endlich ſind euch an die Kœnige in Franckreich und "Engelland Schreiben abgefaſſet worden. Der Kayſer hat zwar circa modum dem Reich vor für"träglicher ermeſſen, wenn die contenta ſolcher Schreiben an Sie, als Oberhaupt dirigiret wurden, "darauf Sie denn, im Namen der Stænde, deren Innhalt an die beeden Kœnige gelangen, und die "Antwort urgiren zu laſſen ſich erboten. Anzaige nachdem der Kœnig in Franckreich ſo vieler Chur- "und Fürſten dieſer contrauention wegen Abgeordnete, ohne fügliche Antwort zurücke reiſen laſ"ſen: ſolches auch dismahl dem Reiche nicht ohne Beſchimpffung geſchehen kœnnte. Man hat aber an Seiten des Reichs nicht nachgegeben, biſs daſs die Schreiben abgelaſſen worden. Sie wurden dem General-Poſtmeiſter zu Brüſſel, vermittels eigener Staffeta, zugeſchicket, und durch dieſen das eine an den Kæyſerlichen Ambaſſadeur am Franzœſiſchen Hof zur inſinoation, das andere in Engelland ſpédiret." Habes etiam in eodem uolumine reſponſorias tam ab Angliae, quam a Galliae regibus ordinibus iterum factas. Etiam, qui nomine imperii, ſubſignauerint literas ad eos

ſos

CAP. I.

Adlegatorum denominatio.

Locus ac tempus horum congreſſuum 1681, 1682.

tandem, uoluntate Gallorum (t) factum eſt, ut proceres imperii *ADLEGATOS* nominarent, qui, Caeſareae legationi adiuncti, controuerſias, e Weſtphalica pace reſiduas, componerent conficerentque (u). *Menſe* igitur *Maio* anni 1681. S. R. imperii *ADLEGATI* in comitiis Ratisponenſibus nominantur, quorum *duo* ex *ELECTORVM*; *ſex* e *PRINCIPVM*; *duo* e *CIVITATVM* ſenatibus adlecti ſunt (x), ad hanc ſpartam uniuerſi imperii cauſa exornandam. *Locus*, congreſſibus facien- A dis, deſtinatus eſt *FRANCOFVRTVM* ad Moenum (y). Quamuis autem hactenus *adlegationi* conſtituendae et ipſe Imperator conſenſiſſet; plura tamen poſtea acciderunt, quae Caeſareae auctoritati ualde aduerſa eſſe, exiſtimauit. Principio diſplicuit *CAESARI formulas mandati* ac *fidei* (*die Inſtruction und Vollmacht*) ad legatos ab imperii *proceribus* accepiſſe (z). Deinceps aegre eundem habuit, uelle *ADLEGATOS* congreſſibus, cum legatione Gallica inſtituendis, *PRAESENTES* eſſe,

§. XXXIII.

Impedimenta adlegationis ex parte Caeſaris

ros reges, dicitur ibidem. *Die Schreiben wurden durch folgende deputirte Reichs wegen geſiegelt von denen CHVRFVRSTLICHEN; FVRSTLICHEN theils Catholiſcher Seiten durch Oeſterreich; Saltzburg; Conſtanz; Augſpurg; Bayren und die Schwabiſche Praelaten: Proteſtirender Seiten: Magdeburg; Lautern; Weimar; Zell; Anhalt und die Wetterauiſche Grafen. REICHS-STAEDISCHEN theils von Catholiſchen Cöln und Augsburg; von proteſtirenden Ulm und Dortmund.* (t) Ita *DECRETVM COMMISSIONIS CAESAREAE in comitiis Ratisponenſ.* d. 31. Jan. 1681. "Der Rœmiſ. Kæyſerl. Maieſtæt Principal-Commiſſarius ſolle denen Stænden nicht verhalten, welcher geſtalt von dem am Frantzœſiſchen Hof haltenden Kæyſerlichen Abgeſandten berichtet worden, was maſſen, auf ſeine bey dem Kœnig der contrauentionen pacis halber genommene priuat-audienz einige Kœnigliche Erklærung ertheilet worden, daſs ſeine Kœnigliche Majeſtæt erbœthig: gewiſſe Deputatos zu benennen, und ſelbige in eine in dem Rœmiſchen Reich gelegene Stadt, als Speyer, Worms, Meintz oder Franckfurth, vvohin man ſich hierüber vergleichen vvurde, zu ſchicken, vvelche mit denen Kæyſerlichen über eine und andere Strittigkeiten ſich zu vernehmen Vollmacht haben vvurden, auch von dem Tage an biſs zu Ausgang der Zuſammenkunfft mit aller Thætlichkeit innen zu halten." Quod ultimum tamen a Gallis obſeruatum non eſt, uid. *auctor* Staterae B. at P. part. I. pag. 301. "Kæyſerliche Maieſtæt hat dabey allergnædigſt beobachtet: vvie daſs bey dieſem Werck das Heilige Reich ſo vvohl insgeſamt; als in particulir intereſſiret ſey, habes cauſam adlegationis, alſo auch Kæyſerliche Maieſtæt anbefohlen; daſs oberzehltes Frantzœſiſches Anerbiethen Churfurſten und Stænden vorgetragen vverden ſolle: damit ſie nicht allein, ob ſolcher congreſs anzunehmen, ſondern auch vvas auf ſolchen Fall diene zu praemittiren, ſo denn, vvo, vvenn, und vvie dieſe Sache anzutretten und zu vollführen ſeyn mœchte, ihre Gedancken und Gutachten aufs fœrderlichſte erœffnen vvolten." (u) REICHS-GVTACHTEN dictat. Ratisponae d. 21. Mart. 1681. Poſtquam maior uotorum pars FRANCOFVRTVM nominaſſet, ubi congreſſus inſtituendi: illud etiam addiderunt, "man vvolle ferner überlegen, vver von Reichsvvegen vorberührter Conferenz mit beyzuvvohnen." (x) REICHS-GVTACHTEN Ratiſpon. an. 1681. d. 31. Mart. "dem Kæyſerlichen Principal-Commiſſario bleibet ferner nicht verhalten, vvie man eine enge und in vvenig Perſonen beſtehende Deputation, aus bevvegenden Urſachen, und niemand an ſeinen competirenden ordinari Deputations-Rechten und ſonſten im geringſten zum Nachtheil, vor dieſesmahl am zuträglichſten erachtet: alſo ſeind in allen dreyen Reichs-Collegiis CHVRFVRSTLICHEN theils 1) Chur-Meintz und 2) Chur-Sachſen, FVRSTLICHEN theils 3) Oeſterreich 4) Saltzburg oder Bamberg, und 5) Bayren, ſo dann 6) Pfaltz Lautern 7) einer aus dem Fürſtlichen Hauſe Sachſen, Weimar 8) einer von dem Hauſe Braunſchvveig, Grubenhagen; des Rœm. REICHS STAEDTE 9) Cœln und Regensburg zu vorberührter conferenz erkieſet, und deſſen allerſeits gebührend berichtet vvorden." (y) *Decretum Commiſſionis* Caeſareae d. 2. Maii 1681. "Nachdem Ihre Kæyſerliche Maieſtæt vvegen Zeit und des Orts, vvënn oder vvia, der mit der Cron-Franckreich dero contrauentionen halber vorvveſender gütlicher congreſſus fortzuſetzen, und zu vergleichen von Reichs vvegen allerunterthænigſt anheim geſtellet vvorden," ergo neque de *loco*, neque *tempore* congreſſus decerni poteſt a Caeſare, niſi ordines imperii hanc ei dent largianturque facultatem. "und Kæyſerliche Maieſtæt vernehmen durch dero Geſandten von Pariſs, daſs daſelbſten Franckfurth oder Meyntz zu dem congreſs beliebet vverden mœchte, und beyde Miniſtri de St. Romain und d'Harlays hierzu verordnet vvorden ſeyn, daſs darauf Kayſerliche Maieſtæt nicht alleine gebilliget, daſs dieſe Tractaten in der Stadt Franckfurt angeſtellet, und zvvar auf nechſt inſtehenden Iohannis-Tag ihren Anfang nehmen ſollen, auch zu der Gevollmæchtigten Kæyſerlichen Abgeſandten ihren Reichs-Rath von Strattmann, und vvegen dero Ertzhauſes Oeſterreich Badern und Bammersvvamb allergnædigſt denominiret. Und vvird demnach an deme ſeyn, daſs die übrige zu ſothanem congreſs von Reichs vvegen erkieſete Deputirte, erheiſchender Nothdurfft nach, hierzu inſtruiret vverden, thun." (z) Commentaria ZECHIANA pag. 1224. hoc ita enarrant: "Bey Concertirung der Reichs-Vollmacht ereignete ſich der meiſte ſcrupel darinnen. Indem die Herren Churfurſten praetendirten, daſs der Stænde Deputirte neben denen Kayſerlichen Herren Plenipotentiariis, bey allen, das Reich, deſſen Stædte und Glieder betreffenden propoſitionen und Handlungen zu erſcheinen, und mitberathſchlagen und tractiren zu helffen befugt ſeyn ſolten. Welches aber der Oeſterreichiſchen Geſandtſchafft alſo furkæme, ob ſuchte man dem Kæyſerl. Reſpect dardurch etvvas zu nahe zu tretten. Sintemahlen dieſen daher abhielte, daſs dero Kæyſerlicher Plenipotentiarius zu Franckfurth am Mæyn, als in dem nach der Hand bederſeits beliebten loco congreſſus mit denen dahin kommenden Reichs-Deputirten zuſammen deliberiren, dieſer aber, vvas abgeredet und geſchloſſen vvorden, hernach allein an die Reichs-Commiſſarien bringen, ihre Erklærungen annehmen, und ſodann der Verſamlung der Deputirten vvieder erœffnen, und alſo allenthalben das Wort und Directorium führen ſolten. Geſtallt dann auch die vor die Reichs-Deputirte in der Chur-Meintziſchen Cantzley verfaſste und zu Rath gebrachte Vollmacht vor ein neuerliches und unerhœrtes vveſen gehalten vvorden; beſage der ad acta übergebenen Anzeige. So viel die von der Chur-Meintziſchen Cantzley verfaſste inſtruction vor die Reichs-Deputirte betrifft, iſt ſolches eine gæntzliche Neuerung und für gevviſs, daſs in der Chur-Meintz. regiſtratur keine formula oder Exempel ſich befinden vverde, daſs hiebevor in denen Fællen, da ein Kæyſer und das Reich mit frembden Po-

"tentaten

Digitized by Google

CAP. I.

S. XXXIII. *ex parte principum S.R.I.*

eſſe, quod poſtulatum, cum magna Caeſareae auctoritatis coniunctum ſit deminutione (a). Poſtea idem et illud improbauit, quod *Electorum adlegati HONORES* exigerent, qui *PRIMARIAE* dignationis legationibus tribui ſoleant (b). Qua in re Gallorum (c) quoque et *principum* oratores cum Caeſareis conſpirarunt, ne in hoc caſu Electores aliquid eximii aut praecipui prae ceteris ordinibus habere

"tentaten in eine Handlung kommen, eine ſonderbahre inſtructino für des Reichs-Deputirte wære ausgefertiget vvorden: ſondern daſs allzeit das Oberhaupt mit dem Reich fur einen Mann geſtanden, "und die Inſtructiones zur Handlung von einem Rœmiſchen Kayſer pro uniuerſis, iedoch mit Gutfinden der Reichs-Stænde, ausgefertiget vvorden ſey, ſo auch der Reichs-Stænde Auctoritæt æhnlicher "ſcheinet." (a) ZECHIANA Commentaria his uerbis hanc controuerſiam exponunt: "So viel den

Caeſareor. argum. pro declinanda adlegatorum congregatione cum Gallis.

"modum tractandi betrifft, iſt nicht ohne, daſs alles, vvas von Reichs vvegen gehandelt und geſchloſſen vvird, mit Rath und Gutachten, auch Einvvilligung der Stænde zugeſchehen pfleget, inmaſſen dieſes und nicht mehrers der §. 9. gaudeant &c. in dem Munſteriſchen Friedens-Schluſs diſponiret. Wenn "aber einmahl eine Sache zvviſchen dem Kæyſer und denen Stænden verglichen, ſo iſt ein Rœmiſcher "Kæyſer ſolus ſupremus executor, und verrichtet von Amts vvegen dasienige, vveſſen Er ſich mit dem "Reich vereinbahret, es beſtehe nun ſolches in promulgatione legum, in Abſchickung der Geſandren, "oder in andern Handlungen, geſtalt es dann auch alſo und nicht anders bey denen Weſtphæliſchen "Friedens-Handlungen, ohnerachtet die Stænde gleichſam in Form eines Reichs-Tags gegenvværtig "gevveſen, gehalten vvorden. Es ſoll aber von der Kæyſerlichen Geſandſchafft nichts gehandelt, vveniger geſchloſſen vverden, es ſeye denn vorhin allezeit mit denen Reichs-Deputirten deliberiret, concertirt, und vvie es zu proponiren, zu handeln und zuſchlieſſen ſeye, von denenſelben mit gutbefunden vvorden. Zu geſchvveigen, vvas es für Unglimpf, Verzœgerung, Confuſionen, Contradictionen und andere ohnzehlbahre Inconuenientien haben vvürde, vvenn zu allen propoſitionen und "Handlungen mit denen zvvey Frantzœſiſchen Geſandten, neben der Kæyſerlichen Geſandſchafft alle "Reichs-Deputirte allezeit mitgezogen, oder auch ex Deputatis Deputati dazu gemachet vverden ſollen. Welches dem Gegentheil nur Zeit zugevvinnen, Miſstrauen zvviſchen Haupt und Gliedern "zu ervvecken, die conferenz und Handlung zu embrouilliren, dieſelbe endlich inutil und "fruchtloſs zu machen, und darob doch, pro more ſuo dem Kæyſer und dem Reiche "die Schuld beyzumeſſen, eine ervvünſchte occaſion Handel und Spiel ſeyn vvürde. Sed

Reſponſio ordinum.

"repuſuerunt ad haec ordines: gleich vvie den Churfürſten unvermuthet vorkommen, daſs "denſelben beygemeſſen vverde, als ob ſie etvvas zu Abbruch des Kæyſerlichen hœchſten reſpects "gethan: alſo hat man vor nœthig erachtet, dagegen œffentlich zu conteſtiren. Man lebe der Zuverſicht, Kæyſerliche Maieſtæt vverden die durch den Weſtphæliſchen Frieden beſtættigte gerechtſame "in hoc caſu allergnædigſt conſideriren, daſs, vvenn ſchon neben der Kæyſerlichen Geſandſchafft auch "des Reichs Deputirte den vorbeſtehenden Handlungen beyvvohnten, der Kæyſerlichen auctoritæt, vvas "derſelben gebühret, kein Abbruch geſchehen kœnne. Sintemahlen 1) die Deputation mit Einvvilligung Kæyſerlicher Maieſtæt angeordnet, und die deputirte totum imperium praeſentiren. Und "obgleich ſolches zu Munſter nicht geſchehen, ſo ſey ſolches auf dieſen Fall nicht zu ziehen, maſſen "damahlen die Stænde nicht in corpore, ſondern nur in particulari gevveſen. VVenn ſich die Reichs-Deputirte 2) der conferenz mit den Frantzoſen enthalten ſolten, müſsten Sie nur Conſiliarii ſeyn. Vber-das 3) auch Kæyſerliche Maieſtæt die Reichs-Stænde nach dem Nimvvegiſchen Frieden verſichern "laſſen, daſs ſelbiger modus zu einiger conſequenz nicht gezogen vverde. Ferner 4) vvie Kæyſerlicher Maieſtæt ihrem reſpect nichts abgehet, vvenn ſolches des Reichs-Verrichtungen den Reichs-Collegiis und dem Chur-Meintziſchen Directorio überlaſſet; alſo kan man nicht begreiffen, vvie "dieſer modus der conferentz ſelbiger nachtheilig ſeyn kan. Abſonderlich da 5) ſolche in imperio "in einer Reichs-Stadt in Beyſeyn ſo vieler Reichs-Stænde, mit der Cron Franckreich Miniſtris vorgehen ſolle. 6) Der von Kæyſerlicher Maieſtæt vorgeſchlagene modus, die Kæyſerlichen Geſandten "zu Miniſtris der Reichs-Deputation machte, 7) den Auslændern die impreſſion gebe, daſs der Kayſer "gar keine Gevvalt hætte, vveil deſſen Geſandten in allen Dingen Befehl von den Reichs-Deputirten "hohlen müſten." Plura uide argumenta in utramque partem per ſuffragia principum prolata in aduerſariis ZECHIANIS pag. 1227-1230. Samuel de PVFENDORF *Rer. Brandeburgicar.* Lib. XVIII. §. 33. ad an. 1681. pag. 1416. *Id ſcilicet uidebantur agere Caeſarei, ut ipſi ſoli cum Gallis tractarent; Ordinum delegati otioſi ſpectatores eſſent.* Tandem a ſuo rigore Caeſarei multum remiſerunt, teſtimonio *diplomatis* des Kæyſerlichen Commiſſions-Decret 1681. d. 10. Septembr. "Kæyſerliche Maieſtæt laſſen endlich al-

temperamentum,

"lergnædigſt geſchehen: daſs die Reichs-Deputirte bey Erœffnung des Congreſſus oder der erſten propoſition: vvie auch dem Schluſſe deſſelben nechſt der Kæyſerlichen Geſandſchafft bey der Kœniglichen Frantzœſiſchen erſcheinen mœgen. So vvollen auch Kæyſerl. Maieſtæt, vvenn etvva auch nachgehends einige Nothvvendigkeiten vorfallen mœchten, vvelche die Zuziehung der Reichs-Deputirten zu denen Conferentzien mit denen Frantzœſiſchen Gevollmæchtigten erfordern ſolten, ſolches "thun. (b) DECRETVM COMMISSIONIS Caeſar. d. 10. Sept. 1681. ita rem prodit: VVie Kæyſerliche Maieſtæt erſehen, vvas groſſe difficultæten in den Ceremonialibus ſich unter den Stænden ereignen: als thun ſolche ſelbigen hiemit zu bedencken anheim geben: ob nicht, zu Abhelffung aller "difficultæten ein zulængliches Mittel ſeyn kœnne, daſs, vvie ſothane Deputation a toto imperio, uti "corpore auf gevviſſe particular-Stænde geſchiehet, und dieſe mithin Delegati, einfolglich dero nacher "Franckfurth abſchickender Ræthe delegatorum ſubdelegati ſeynd; alſo auch ſelbigen BOTT-SCHAFFTLICHER character aufgetragen, noch dergleichen tractament von ihnen praetendiret vverden mœchte. VVenn nun hierdurch einem ieden ſein ius in ſaluo erhalten, auch alle hinderniſſen itzo abgeſchnitten vvürden, alſo vvürde dieſes expediens deſto annehmlicher fallen. Commentaria ZECHIANA p. 1238. Zvviſchen den Kæyſerlichen und Churfürſtlichen Miniſtris hat es darüber Spaltung gegeben, indem dieſe von ihnen das praedicat Excellenz, den Vortritt und rechte Hand "praetendiret, vvelches aber die Kæyſerlichen vervveigert, vveil es nur Reichs-Deputirte, und bey "ſolchen Fællen dergleichen Formalitæten nicht in Ubung vværen." (c) Galli tamen ſecundo tantum legato parem cum primo honorem negarunt. Primo autem digniorem in aedibus ſuis locum et excellentiae uocabulum conceſſerunt. Vt tamen ſcripto ſibi caueatur, Caeſareos idem factu-

Digitized by Google

CAP. I. habere uiderentur (d). Iidem quoque noluerunt, Electorum adlegatos *peculiarem ſenatum (ein abſonderliches Collegium)* conſtituere (e); ſed in eadem cum principum oratoribus curia ſedere (f): quod omnes omnium ordinum adlegati unam §. XXXIII.

Bb 3 hic


ros et ni hoc fiat, eos horum acceſſu plane abſtenturos. *Rerum Brandenburgicarum* Lib. XVIII. §. 33. 1681. p. 1417. et §. 91. p. 1429. ubi elegans diſceptationis digreſſio. (d) Res ipſa iam ex iis patet, quae ex commiſſione Caeſarea ſupra allegauimus. (e) *Commentaria Rer. Brandenburgicar.* Lib. XVIII. §. 33. an. 1681. p. 1416. ſed et ſuper *SESSIONE* certabatur. *Electoralibus* peculiari menſa; *Principalibus* eadem cum iſtis ſedere ac penitus iisdem exaequari cupientibus, eminente circa hoc Brunſuicenſium feruore. Plenius ZECHIANA Commentatio p. 1235. rem enarrat: "Es haben die Braunſchvveigiſchen Hæuſer, ſo vvohl auch Bamberg, VVürtzburg, Freyſingen, Regensburg und Anhalt, und endlich a" potiori auf die obſeruantz angetragen und urgiret, daſs, vvie zu Nimvvegen Kœnigliche, Chur-" und Fürſtliche Geſandte an einem Tiſch geſeſſen, alſo ſolches auch dermahlen gehalten" werden mœchte. Dagegen hat das Chur-Meintziſche directorium angezeiget, das Chur-" fürſtliche Collegium lieſſe ſich keine Maas und Ordnung vorſchreiben, wohin es die ſeinige ſetzen" ſolte, begehre aber auch den Fürſtlichen kein Ziel zu ſetzen. Worüber die meiſte Fürſtliche [illegible]" geringe ombrage gefaſſet, zumahlen da das Calenbergiſche uotum dahin erœffnet worden, ob wæ-" re ſolches ſchema dem Fürſtenſtande hoch praeiudicirlich. Dieweil daſſelbe 1] wider die obſer-" uanz; indem zu Nimwegen alle an einem Tiſche, ſo gar pêle mêle geſeſſen, anitzo aber ſchæme-" ten ſich die Churfürſten, nicht allein mit den übrigen Reichs-Deputirten an einem Tiſche; ſon-" dern auch 2] ohne Tiſch auf eben der Seite zu ſitzen 3] durch die verſchiedene latera ſeſſionum" die diſtinction der Collegiorum, auch folglich 4] einen mercklichen Unterſcheid und Vorzug vor" denen Fürſtlichen Geſandten einzuführen. Da doch alle Reichs-Deputirte einerley committentes" auch einerley inſtruction und Vollmacht, per conſequens einerley characterem, auch eigentlich zu" reden, keine Churfürſtliche, Fürſtliche und Stædiſche; ſondern Reichs-Deputirte nacher Franck-" furth geſchickt wurden. 5] Hætten auch die Churfürſtlichen ſchon gloriret, daſs ſie hierdurch den" Fürſtlichen ein groſſes abgewonnen." (f) Triplici ſchemate ſeſſionis opus eſſe uidebatur. Conuenerant enim aut imperii *ADLEGATI* ſolum: aut *HIS* iuncti *CAESAREI*: aut cum *VTRISQVE* oratores Galli. Sed haec melius *lineis*, quam uerbis exprimi poſſunt.

SCHEMA SESSIONIS IN DEPVTATIONE FRANCOFVRTANA cIↄIↄcLXXXI.

Schema I. in *ſolius* deputationis conuentu.

Schema II. in conuentu *Caeſareorum* et *Deputatorum*.

Schema III. in conuentu *trium* generum legationum ſimul.



Aduertendum praeterea in his *ſchematibus*: quod ſi *unus* princeps *plures* adlegatos miſerit, illos a *tergo primi* ſedere debere, ne ordo deſcriptus interrumpatur.

(g) Primo

CAP. I.

§. XXXIII. XXXIV.

Tandem ex parte Gallorum.

hic auctoritatem, uniuerſi ſcilicet imperii faciem prae ſe ferre u[illegible]erentut. Tandem neque cum Gallorum *legatione* noſtratibus conuenit. Illius enim adminiſtri *HONOREM* a Germanis flagitarunt, qui *peregrinis* debebatur (g). Tum *Gallico IDIOMATE* utebantut, eum noſtrates non alium quam ſermonem *Latinum* uel ſcribere uel legere uellent (h). Demum cum Galli *Argentoratum* aliaque, *poſt* decretam Pariſiis legationem occupata (i), reſtituere nollent: noſtrates, niſi illis commoda *poſſidentis* relinquerent, in hoc caſu ne latum unguem concedere potuerunt (k). Quod ipſum Gallis gratiſ[illegible]m fuit: qui inde occaſionem arri- A puerunt, *Francofurtanum* conuentum diſſoluendi, culpa reiectae compoſitionis in Germanos hoc tegumenti genere translata (l). Atque ita ſolennis haec Germanorum *adlegatio* omni ſucceſſu caruit (m), plurimas autem tricas, circa modum rationemque iuris *ADLEGANDI* tum excitatas, poſt ſe reliquit (n).

Francofurtanae deputationis diſſolutio 1682. die 1. menſ. Dec.

Adlegationis iura Ratiſponae ab ann. 1682. ad ann. 1684. induciae cum R. Galliarum.

§. XXXIV. Iterum ergo concludendae *pacis* argumentum Francofurto *Ratis-* B *ponam* migrauit, inter diuerſa in imperio de cauſis reiectae iſtius *deputationis* iudicia, publice priuatimque excitata (o). Neque uero idem ſenſerunt proceres horum comitiorum. Alii enim *fortioribus* contra iniquitates Gallorū remediis agendum

(g) Primo enim Gallici legati San-Romanus et Harlaelaeus *HOECHSTAE*, oppido Moguntinae ditionis ad Moenum fluuiom ſito, moras nectebant, poſtulantes, ut Caeſarei primo loco Francofurtum ingrederentur, quo ipſi, tanquam poſterius uenientes, ab his primam uiſitationem acciperent. Id quod Caeſarei abnuebant. Ita rem deſcribunt *Commentaria Rer. Brandenburg. Lib. XVIII.* §. 33. *an.* 1681. *pag.* 1416. Sed aliud argumentum ſuppeditant monumenta ZECHIANA pag. 1238. "Die Frantzöſiſchen Geſandten haben von dem Kæyſerlichen Grafen von Roſeoberg ond Strattemann "die erſte uiſite deswegen begehret, dieweil der Ort ihrer Zoſammenkunfft im Reich, und die Kæy"ſerliche gleichſam Wirth und zu hauſe wæreo, daſs Ihnen alſo das Gaſt-Recht nicht verſaget wer"den kööte. Dargegen aber fürgewandt wordeo; daſs bey dieſer Gelegenheit die Stadt Franckfurth "als ein neutraler Ort zo halten, und auch vorhero bey der conferenz zu Cöln die Frantzöſiſche Ge"ſandte Duc de Chauoe den *Kæyſerlichen*, die eher da geweſen, die erſte uiſite unweigerlich gegeben "hætten. Der Ausgang war hierbey dieſer, daſs weil die Frantzöſiſchen zu erſt eingezogen, ſie auch die *Kæyſerlichen*, als letzt angekommene, zu erſt beſuchet." (h) Propoſitiooa a Gallis in *Gallico* idiomate facta, noſtri in *Latino* lingua illis reſponderunt, facta ſimul declaratione, oullum ab imperio in poſterum diploma acceptum iri, niſi quod ſermone *Romano* ſcriptum eſſet prolatumque. Curant ergo Galli, ut, quae ipſi ſcripſerant, *Latinis* deinde uerbis ab *interprete* redderentur. Sed cum noſtri non *verſionem*, ſed *authenticum* Latino ſcriptum uelleot: cootrouerſia haec componi nequiuit. *Monumenta* ZECHIANA p. 1241. Elegans quoque digreſſio in hoc argumenti genere apud *Samuelem* PVFENDORFIVM Lib. XVIII. Rer. Brandeburg. §. 48. p. 1425. ſeqq. et *Iacobum Bernhardum* MVLZIVM Part. II. Repraeſentat. Maieſtatis Caeſar. cap. 8. p. 388. (i) Promiſerat Rex Galliarum Mansfeldico Comiti, qui Caeſaris tum in aula regia oratorem egerat, *ferias armorum* ac diſceptationum ſe in Alſatia Auſtraſiaque imperaturum, ex eo tempore, quo *legatio* decreta fuiſſet, quae lites haſce *Francofurti* cum *Germanis* tractaret componeretque. Sed, urbe *Argentoratenſi*, poſt hoc tempus, intercepta, fidem Galli turpiter fefellerunt. Quo nuntio ad noſtros perlato, ipſi noluerunt ante congreſſus inſtitoere cum Gallicis legatis, quam haec aliaqoe in integrum reſtituta eſſent. Legantur hic COMMENTARIA *Rer. Brandeburg.* Lib. XVIII. §. 62. p. 1449. ad an. 1682. ZECHIANA *Monumenta* p. 1253. LONDORPIANA uolumina ad annum 1682. THEATRVM *Europaeum* Tom XII. p. 410. (k) Confundunt igitur cauſas cum occaſionibus, qui propterea Francofurtanum conuentum abruptum eſſe, exiſtimant, quod ordinum adlegatis in cultu *ſolennium* ac *ceremoniarum* non coouenerit. Quod Galli in culpa ponunt, ut hanc a ſe amoueant. Conſulatur diploma Galliae legatorum, quo ipſi cauſas ſui diſceſſus exponunt, eitatis auctoribus inſertum. (l) Ita omnino eſt. Diſſolui enim *Francofurtanum* conuentum, Galli admodum optarunt. Vt ſic malae cauſae ſuae conſulerent. Hoc enim ſperare utique poterant. Quod *bella Turcica* Auſtriacis ſilentium imponerent In controuerſiis Alſaticis. Deinde *diſſidia ordinum* ea tum eſſent, ut facile praeuideri poſſet, in fortioribus contra Galliam remediis imperio non conuentum iri. Igitur ad plena comitia controuerſiam ſoam remitti, malebant Galli; quam Francofurti eandem tractari, ubi facilius fieri poterat, ut paociores in perniciem Gallorum conſpirarent. Tandem *iuſtitiae* aliquod *tegumentum* in eo repoſuit Galliarum rex: quaſi ſcilicet, oon tam facile eſſet, poſtulatis eius in Alſatia Auſtraſiaque uno conuentu reſpondere; ut potius *recuperatoriis* Gallorum iudicia plures congreſſus iure fatigareot. (m) Non *deputati* ſolum Francofurtano conuentui interfuerunt: ſed etiam aliorum principum *adlegati*, qui titulo miniſtrorum fide dignorum, *adcreditirter Miniſters*, fuiit inſigniti, *Iacob. Bernh.* MVLZ *Part. II. Repraeſent. ac. Caeſ. M. cap. VIII. pag.* 400. Hue cum aegre ferrent imperii *deputati*, quaſi his tantum *adlegationis* ſparta ab imperio commiſſa eſſet; *Brandeburgicus* cis, ceterorum nomine, reſpondit ordinumque iura firmiſſimis argumentis et polita oratione contuitus eſt, qua euicit, cuiuis e proceribus Germaniae integrum eſſe, *praeter deputatos ordinarios*, ſuos extra ordinem miniſtros, S. R. imperii *ADLEGATIONI*, quoties quis uellet atque e re ſua duceret, adiungere. Vir illoſtriſſimus atque excellentiſſimos *Melchior* RVCQVIVS, *Regi Poruſſiae a ſanctiori conſilio et ſupremus Halberſtadiani principatus rector*, inter multas alias uirtutes, ob miram dicendi facundiam, qua in maximi momenti legationibus excelluit, ſedulo commendandus, hoc tum officio iuſſo principis ſoi defunctus eſt. Quem honoris cauſa hic oominare liceat, quod plurima ſint, quae in hoc argumenti genere didici, cum quinqoennio abhinc hac de re colloquium haberemus. (n) Ita omninb eſt. Quoniam ex illis cootrouerſiis, quas recenſuimus, nullam prorſus compoſitam eſſe ſcimos. (o) Nolo extra limites inſtituti mei abire. Cui tamen uolupe eſt, plura *Francofurtanae deputationis* ooſſe, is, praeter ſupra laudatos auctores conſulat FASCICVLVM actuum publicorum, qui ſub hac epigraphe prodiit: *Wahrhaffter* *TEVTSCHER FRIEDENS-RATH, welcher in der* Conferenz *zu Franckfurth eroffnet und publiciret worden*, edit. 1682. 4t. Alius libellus, ſed minoris momenti, hunc titulum prae ſe fert: APOLLO conſulirt in dem Parnaſſo uber die Conferentz-Tractaten zu Franckfurth 1683. 4t. Accedit LONDORPIANORVM *Voluminum XI. cap.* 84. Franckfurtiſche *Conferentz-Acta* pag. 353-400.

CAP. I. §. XXXIV. XXXV.

dum eſſe, ſuaſerunt (p): alii, iique prudentiores, his reiectis, de *mitioribus* cogitarunt (q). Quorum tandem conſilia euentus adprobauit. Nam *uiginti* annorum *INDVCIAE d. XV. Aug. 1684.* cum rege Galliarum ab imperio factae ſunt (r). In his autem condendis, egregia iterum *iuris ADLEGANDI* ueſtigia reperiebantur. Maior certe *ordinum* pars Caeſari *auctor* fuit ad illas accipiendas (s). Quorum ſuffragiis, cum omnes, concordibus fere animis, Gallica bella diſſuaderent, et ipſe tandem *locum* fecit *imperator* (t). Sed qui in *DECERNENDIS* induciis potiſſimum locum habuere: illi etiam in hiſce *perficiendis* (u), eundem maſcule contuiti ſunt. Inde eſt, quod *ordinum ADLEGATI et CONFIRMAVERINT* eas (x) et, quod Caeſareos admodum male habuit, *RATI FORMVLAM* a Gallicis *legatis* acceperint (y), a rege propria manu ſubſcriptam.

§. XXXV. Quemadmodum uero in modo deſcriptis *uicennalibus induciis* conuentum fuerat, ut *limitum* regundorum controuerſiae cum Gallicis legatis amice tractarentur (z): ita neque ab hac ſparta ſe excludi, paſſi ſunt procerum *adlegati* (a). Cum igitur ad has componendas illi et *delecti* *Adlegationis iura in proceſſu limitum regundorum ab ann. 1685. ad ann. 1688.*

(p) Inde conſilia de *perpetuo* in Germania *milite* alendo: de *foedere* cum ordinum inter ſe, tum etiam cum *exteris* pangendo contra uiolentiam Gallorum. Conſulantur hic *comitialia* monumenta in *XII. Tomo* THEATRI *Europaei ad ann.* 1683. *LAXENBVRGICI* foederis inter *Caeſarem* et ſuperiorum Germaniae *circulorum* ordines, Waldeccio internuncio, hac cauſa initi, momenta expendit PVFENDORFIVS *Lib. XVIII. Rer. Brandeburgic.* §. 58. et 64 *ad annum* 1681. (q) *Brandeburgici* Electoris haec inprimis conſilia fuerunt, quae magna linguae et calami libertate *Gothofredus de* IENA Ratiſponae expoſuit. Didicerat enim princeps, longo rerum uſu edoctus, praepotenti *hoſtis* minas armorum imperii noſtri ludibrio fore, qui ſatis noſſet, *uires* noſtras *inteſtinis* partim diſſidiis diſtractas eſſe, partim bello *Turcico*, quae Germaniae tum imminebant, conuulſum iri. Imprudentiae igitur arguendi ſunt, qui *Ienana* ſuffragia tum improbarunt et neſcio cuios non ſuſpiciosius tacite incuſarunt. Ceterum ſupremum apud nos diem obiit c I ɔ I ɔ cc III., uir illuſtris *octogintaannos* natus, in mira tamen ſenſuum ac animi rectitudine et integritate, ut iuuenis mortuus eſſe, uideatur. Vigebit inter bonos fama eius, nunquam intermoritura, cum ob rerum munerumque amplitudinem, tum etiam ob ſapientiſſimi conſilii liberalitatem, qua *quinquaginta millium* imperialium fructus *nobilium VIRGINVM CONTVBERNIO* dicauit, legauitque, rariſſimo temporum et factorum noſtrorum exemplo. Sed honoris cauſa haec ſcribo, cum a *grandaeno* ſene multum in publicarum rerum notitia mihi uidear, didiciſſe. (r) Exhibent formulam induciarum *Ioh. Chriſt.* LVNIGIVS *in ſylloge negotiorum publicorum* ad annum 1683. p. 863. SAVRIVS *in theatro pacis part. II. ſub finem.* (s) Omnia enim remedia quaeſiuit imperator, ut *ordines* ad *bellum*, Gallis indicendum, irritaret. Sed cum illi aut pacem aut *inducias* uellent, tandem hiſce conſiliis ipſe locum fecit, maxime, nuntio allato, *Luxenburgum* a Gallis expugnatam eſſe. Vid. PVFENDORF. *Rer. Brandenburg. Lib. XVIII.* §. 232. ad ann. 1684. (t) Neque enim alia cauſa, ad inducias accipiendas, motum ſe eſſe, quam quod *ordines* in illas inclinaſſent, ipſe quoque confeſſus eſt imperator. *Auf Gutbefinden der Churfürſten, Furſten und Stände des Reichs, mitbelieben Ihre Kayſerliche Maieſtat, den Stillſtand mit Franckreich auf zwantzig Iahr,* auctor THEATRI *Europaei Tomo XII. ad annum* 1684. *pag.* 628. 629. (u) Ordines enim fuerunt, qui primas *induciarum* cum Gallis lineas fecerunt, quas auctor THEATRI *Europ.* exhibet *Tomo XII. pag.* 629. a Caeſare poſtea demum confirmatas. (x) Si dici debet, quod res eſt, ordines Gallo ante fidem de *induciis* dederunt, quam eas Caeſarei legati adſenſu ſuo adprobauerant. Non igitur mirum eſt, Caeſareos tantum legatos de induciis cum Gallicis oratoribus tractauiſſe. Imperium enim calculum ſuum iisdem pridem addixerat. Qui in ipſis induciis propterea dicuntur: *Der tranſigirende Theil, das H. R. Reich Articulo induc. XV.* (y) Merentur in hoc argumento expendi uerba auctoris THEATRI *Europ. Tom. XII. pag.* 635. quae haec ſunt: *Die Frantzöſiſche Königliche* ratification *war durch den Frantzöſiſchen Geſandten* Crecy *dem Chur Meintziſchen* Directori *inſonders eingehändiget worden. Woruber ſich die Kayſerlichen* Commiſſarii *ſehr miſvergnugt bezeuget, und es für eine Sache gehalten, welche Ihrer Kayſerlichen Majeſtat hohen* reſpect touchirte. *Wie denn auch darauf erfolget, daß der eine Kayſerliche* Commiſſarius *ſich daruber mit* Crecy *in eine* conferentz *eingelaſſen, und denſelben erſucht, ſolche* ratification *von dem Chur-Meintz.* Miniſtro *wieder zurücke zu fordern, und ſolche den Kayſerlichen* Commiſſariis *zu überreichen, weilen ſelbige im Namen des Reichs* tractiret *hatten. Were auch niemahls der Gebrauch geweſen, ſelbige an das Reich* a part *auszuliefern.* Quod negatur. Exemplum enim in Monaſterienſi pace ſuperius extat. *Worauf der Frantzöſiſche* Miniſter *geantwortet: daß er beſtellet worden, die* ratification *an das REICH auszuantworten, davon Chur-Meintz das* directorium *hatte. Zu dem hatte 1] Chur-Meintz ſolche* ratification *begehret, 2] Franckreich auch dem Kayſerlichen* Ambaſſadeur *eine* e part ratification *für das Reich zu Nimwegen ausantworten laſſen, welche ſelbige angenommen. Worauf der Kayſerliche* Commiſſarius *wieder* repliciret; *daß 1] des Chur-Meintziſchen* Miniſters *ſuchen ein* priuat-*Werck ſey, 2] hatten die Kayſerlichen* Miniſters *niemahls die ihnen dem Reich ubergebene* ratification *ausgehaſſert. Weil es eine offenbahre* nouitet *geweſen, welche anietzo hierdurch ergröſſert würde. Daß der Herr* Crecy, *ohngeachtet er mit den Kayſerlichen Geſandten allein* tractiret, *ſolche vorbey gegangen, und ſeine* addreſſe immediate *an den Chur-Meintziſchen* Miniſter *genommen.* Mr. Crecy *hats aber* dupliciret: *1] Chur-Meintz hatte das directorium vom geſammten Reich, darunter auch der Kayſer begriffen 2] genug wäre, daß die Kayſerliche* ratification *zu Nimwegen für das Reich angenommen worden.* Controuerſiam hanc per epitomen quoque PVFENDORFIVS enarrat *Lib. XVII.* §. 133. *ad ann.* 1684. p. 1509. Qui tamen in eo differt e commentario priori, quod *Caeſari* quoque formulam *ratihabitionis* a Gallis exhibitam eſſe, ſcribat, quod auctor illius ſatis aperte negat. (z) Artic. Induciar. his uerbis: *Et quo induciae iſtae eo magis ſeruari poſſint, neque ullis caſibus obnoxiae ſint, ſtatim poſt hunc tractatum ratihabitum, utrinque nominabuntur commiſſarii ad limites imperium inter et Galliam deſignandos. Ita ut exinde nulla controuerſia in detrimentum armiſtitii oriri queat.* (a) Prodit hoc AVCTOR *Theatri Europ.* Tom. XII. p. 783. Demnach das den 10. Nov. 1684. ausgelieferte Reichs-Gutachten dahin ausgefallen: daſs den Kayſerlichen Commiſſarien ad deſignandos li- ... mites

CAP. I. *lecti* fuerint (b) et ad *conſultandum* admiſſi (c); neque hoc in *hiſtoria adlegationis* omitti debet; quamuis, cum Galli an. 1688. repentino impetu inuaſiſſent Germaniam et hae et aliae de firmanda pace deliberationes expirauerint. (d).

§. XXXVI. Impetu a Gallis an. 1688. in Germaniam facto (e), non Caeſaris tantum; ſed *ordinum* maxime fuit, remedia quaerere: ut patria ab imminente interitu eriperetur (f). Inde eſt, quod, *horum* etiam auctoritate, bellum contra Gallos et decretum fuerit (g) et ſolenniſſime

§. XXXV. XXXVI. *Adlegandi in ra in denunciatione belli contra inuaſores Gallos* 1689.

"mites cum Gallia noch mehr Reichs-Deputirte zuzugeben ſeyn: Als haben Ihre Kæyſerl. Maieſtæt es "fur diſsmahl dabey bevvenden laſſen. Io allergnædigſter Zuverſicht, es vverde damit, vvie bey dem zu "Franckfurth iuogſthin obſeruirten methodo gehalten vverden. Daſs den Kæyſerl. Commiſſarien die Tra"ctaten principaliter zo uberlaſſen, und der Reichs-Deputirten Gutachten dabey vernommeo vverde. Sed poſtulatis Caeſareaelegationis in Francofurtana deputatione nunquam locum fecerant ordinum *adlegati* ut adeo neq; in exemplum haec trahi poſſe, oideantur. (b) AVCTOR *Theatri Europaei* Tom. XII. p. 785. ad an. 1685. "So viel die perſonas betrifft, vvolteo einige, daſs Ihrer Kæyſerl. Maieſtæt dieſe Sache "allein zu übergeben; andere aber, daſs eine REICHS-DEPVTATION an adiungiren ſey. Und ver"ang ſichs mit der Reſolution biſs auf den Iunium 1685. Wievvohl einzig und allein das Fürſtliche "Collegium einen Schluſs machte, und zu ſolcher Grantzſcheidungs-Sache OESTERREICH und "HESSEN-CASSEL benamte.„ (c) Sic de loco huius congreſſus, inter Caeſarem et ordines diu deliberatum eſt. Illo *Spiram*: his *Ratiſponam* ſut *Francofurtum* denominantibus. (d) "Weil in"deſſen die grauamina an Seiten Franckreich ſich ie længer ie mehr hervor thaten; ſo vvurde anno 1686. "der puoctus ratione loci et tractatus executioois armiſtitii vviederum in deliberation gezogen, und "endlich den 26. Octobr. ein REICHS-Gotachten dahin eræffnet: daſs, ob vvohl man, vermœge eines "Reichs-Schluſſes den 10. Nou. 1684. ſuper executione armiſtitii andersvvo, und zwar per deputationem "zu tractiren, beliebet; dennoch aber, nach der Sachen reiffer Uberlegung, anitzo, aus erheblichen "Urſachen rathſamer ſey; daſs ſothaner Tractatus in der Stadt Regensburg vorgenommen vverde. "Welches biſs dato noch verblieben, und weiter nichts in dieſer Sache gehandelt vvorden.„ Ceterum cauſas, cur *limitum* regundorum controoerſiae cum Gallicis legatis ab imperio non tractatae ſint, plures eſſe, horum temporum monomenta ſatis prodiderunt. *Primo* anim *FOEDDVS AVGVSTANVM*, 1686. cum Succis aliisque a Caeſare initum, Gallis facile ſuſpicionem excitara poterat, armataa contra illos Germaniae. Quam *deinde* belli *TVRCICI* finis, qui tum adeſſe uidebatur, non leuiter adauaerat. Acceſſerant *poſt* praematurae minos *COMMINATIONES* noſtrorum contra uicinos populos Gallos. Ipſi etiam Galli *tum* irritauerant noſtrates non ſolum *Aurelianenſis* in *PALATINATVM* facto iniquiſſimo poſtulato: *ſed* etiam *MVNITIONIBVS* in uicinia Germaniae, *Huningana* et *Trarbacenſi*. *Denique*, quod Galliae rex importuniſſimis uerbis imperium urgeret; ut *induciae* cum *pace* commutarentur: prudentiores *facile* diuinarant, Gallos Germaniam improuiſo imperatu inuaſuros. Et utinam infelices illi diuinatores fuiſſent, neque funeſtiſſima bella ab an. 1688. patriam noſtram adflixiſſent. Conferri hic merentur *Rer. Brandeburg. Commentaria Lib. XIX.* §. 30. 49. 51. 58. ad annum 1680. et 1687. (e) Argumenta, quibus *iuſtitiam belli* huius inuoluere noluit rex Galliae, *trium* generum fuerant. *Primum*, quod fratri regis, duci *Aurelianenſi* in poſtulata Palatinatus hereditate non ſatisfactum: *alterum*, quod, plurium ſuffragiis antiſtes *Colonienſis* electus, *Furſtenbergius*, ob ſuſpicionem amicitiae cum Gallo, ad hanc ſpartam non fuiſſet promotus: *tertium* tandem, quod paſſim iactaſſent Caeſarei, fore, ut, bello cum Turcis finito, nouum contra Gallos inchoetur. Quamuis aotem ſingula horum momenta ſatis confutata fuerint; *primum*, quod *Palatina* cauſa non *armis*, ſed in *iudiciis* imperii conſuetis tractari debeat; *ſecundum*, quod iura *canonica* electionem reiiciant, uel *corruptis* ſuffragiis uel de perſona *inhabili* factam; *tertium*, quod *priuatorum* hominum ſermones non publica *imperii* noa ſint: nihil tamen inde profecerunt noſtrates, cum hoſtis ante has belli cauſas, more ſolenni declaratas, iamiam armis Germaniam inuaſiſſet. Meliorum ſcriptorum defectu interim legantur: *ANONYMI des Allarten Teutſchlandes: de l' hiſtoire abregée de l' Europe; de l' Europe uiuante; de la Mercure hiſtorique; du Voyageur Politique; Verfolg der Niederland. Orlogen continnatio voluminum Aizmaenorum* et ſchedae generis eiusdem. (f) Ipſe imperator, nuntiata ordinibus Gallica inuaſione, eosdem officii ſui, in adſeruanda patriae libertate, in *Ratiſponenſibus comitiis* grauiſſima oratione admoonit. Quae inter acta comitialia extat. *DECRETVM*, quod dicitur *CAESAREAE COMMISSIONIS d. 1. Nov. 1688. in Ratiſponenſibus Comitiis* tale erat: Kæy"ſerlicher Maieſtæt Principal-Commiſſarius ſetzet auſſer Zvveiffel, es ſey den Stænden alleſamt bekannt, "vvie vvenig Franckreich nicht nur allein von dem 1684. gemachten Stillſtand vollzogen: ſondern "auch, vvie offt und viele daſſelbe in der That davvider gehandelt, und nun das Rœmiſche Reich mit "Krieg überfallen habe, VVie dannenhero Kæyſerliche Maieſtæt ſolches aller VVelt zu erkennen zu "geben: alſo haben ſie ſolches hieſiger Reichs-Verſammlung desvvegen vorzuſtellen, damit dieſelbe "ſolches alles, der Sachen VVichtigkeit nach, ohne einigen Zeit-Verluſt, in reiffe Berathſchlagung "nehmen, und Ihrer Kæyſerlichen Maieſtæt mit einem Reichs-Gutachten ſchleunigſt an die Hand ge"hen mœgen, vvie dieſer Zvveck erreichet den Bedrængten geholffen; fernere Vergevvaltigung ab"gevvendet, und das Rœmiſche Reich von dem angedroheten Untergang errettet vverden mœge. Et "in alio eiusdem generis DECRETO d. 21. Aug. 1688. Ratiſponae: Die Nothdurfft vvære, VON GE"SAMTEN REICHS VVEGEN dem Kœnig in Franckreich alles nachdrücklich vorzuſtellen. (g) Sententia ordinum imperii, in tribus comitiorum ſenatibus his uerbis prodita eſt. "REICHS-GVT"ACHTEN den 14. Febr. 1689. Nach dem ſich Franckreich ſelbſten für einen Reichs-Feind dargeſtellet: "alſo ſelbes und deſſen Helffers Helffer nunmehro auch ex parte imperii, und zvvar nach allerſeits ein"helligem Schluſs, formaliter dafür zo declariren. Der abgenœthigte Krieg vvider ſie für einen all"gemeinen Reichs-Krieg zu halten, und im Reich zu publiciren, folglich derſelben Kron, mit Ver"vverffung aller zu Trennung der Gemuther erſonnenen ſpargimenten, und zumahlen vvegen pericli"tirung der Religion Beſchaffenheit intendirten impreſſionen mit rechtſchaffen-einmuthig-hertzhafft- "und unzertrennlicher Zuſammenſetzung aller, von GOTT verliehenen Macht eylfertig und ta"pfer nach dem Exempel der Stænde, vvelche biſs zu mehrern concurrenz und Verfaſſung des Reichs "des Vaterlands defenſion nicht ohne guten Succeſs zum voraus allbereits angetreten entgegen zu gehen; et quae ſequuntur deinceps.

CAP. I. §. XXXVI. XXXVII.

niſſime in comitiis promulgatum (h). Cum uero *imperii* uires, *Turcicis* armis diſtractae (i), hoſtilium copiarum robori non ſufficere, uiderentur: foederum pactiones, cum exteris regibus ac rebuspublicis, per ordinum quoque *adlegatos*, quaeſitae ſunt (k). Vt, quorum ſumtibus atque impenſis bellum hoc poſtea geſtum eſt confectumque; eorum non minus conſilio, adſenſu, auctoritate idem ſuſceptum fuiſſet.

Adlegatio S. R. I. ad pacificationem Riſuicenſem 1697. exemplo ualde momentoſo.

§. XXXVII. Reſtat, ut de *nouiſſima* demum *S. R. I. ADLEGATIONE* dicamus, ad pacificationem *NEOBVRGI* (a) conficiendam, ab ordinibus decreta. Meretur illa prae aliis omnibus expendi, cum quod his longe illuſtrior fuerit; tum quod pleraque iuris *adlegandi* momenta in ſe complectatur. Quamuis autem ea hactenus a nemine deſcripta ſit (b): dabimus tamen operam, ut e noſtris commentariis, Hagae, beneuolentia uariorum legatorum (c) congeſtis, eius potiora argumenta hic recenſeamus. *Gallico* bello, quod ultimum ſuperioris ſeculi fuerat, ad *pacem* propendente (d): ſat magnas ſibi rationes habere, uiſi ſunt ordines imperii, ne haec, ſine eorum *interceſſu*, a Caeſare iniretur. Non poterat igitur in *Ratiſponenſibus comitiis* futurae pacificationis tam cito denunciatio fieri (e) ab oratoribus Caeſareis (f): ut illico *ordines* de *adlegatione*, uniuerſi imperii cauſa, in Belgium adornanda; conſultationes inſtituerent. Equidem plura fuerunt, quae eius generis *ADLEGATIONI* tum officere atque obſtare, uidebantur. *Primo* enim, ex quo princeps *Hannoueranus*, quem Caeſar *S. R. I. electorem* fecerat, huic quoque *ſupremo* ordinum *ſenatui intereſſe* uoluit; intermiſſi ac ſuſpenſi fuerunt ſolennes in comi-

Quae obſtiterias adlegationi an. 1697.

(h) *Literae*, in quibus Galliae regem imperii uniuerſi hoſtem Caeſar ac *ordines* declararunt *d. 3. Apr.* 1689. ſcriptae ſunt, quas praeter ſupra laudata uolumina exhibet THEATRI *Europaei Tomus XIII. ad annum* 1689. *pag.* 617. Merentur in his iſta praecipue uerba attendi: *Wir haben nicht allein krafft unſers allerhœchſten Kayſerlichen Amts uns gemüſſiges befunden*, *unſere* mandata auocatoria et inhibitoria *durch das geſammte Reich zu* publiciren; quo iure ante promulgatum ab ordinibus in comitiis bellum, a Caeſare hoc factum ſit, nolo dicere, *ſondern auch von geſammten Churfürſten, Fürſten und Stænden bey der in unſerer und des Heiligen Reichs Stadt Regenſpurg für wæhrender Reichs-Verſammlung geſchloſſen, und an uns vermittelſt eines Reichs-Gutachtens gebührend gebracht worden, daß die Cron Franckreich für œffentlichen Reichs-Feind zu* declariren &c. *Und meinen Wir, auf Churfürſten und Stænden einſtimmiges Gutbefinden und Einrathen* &c. (i) Hac enim occaſione bellum hoc ſuſceperat Gallus, ut Germaniae libertatem, exercitibus noſtris in oriente conſtitutis, facilius profligaret. (k) Sic *ordinum* uoluntate factum, ut Caeſar proceres *ITALIAE* officii ſui contra Galliam admoneret; ſub grauiſſima poena *amiſſionis feudorum*; *ſi*, ut uerba habent diplomatis, *contra expreſſam hanc Caeſaris et TOTIVS IMPERII ſanctionem iniuſtiſſima bella Gallorum fouerent*. Sic exteros quoque reges ac reſpublicas *ordinum adlegati* in comitiis per literas implorarunt, ut foederi contra Galliam accederent. *Sacri Rom. IMPERII PRINCIPVM et ſtatuum conſiliariorum et legatorum, in comitiis Ratiſponenſibus congregatorum, LITERAS ad regem POLONIAE ſcriptas* Ratiſponae in Comitiis d. 4. Maii 1689. publica typis promulgatas, exhibet *Ioh. Chriſtian.* LVNIGIVS *Part. II. Sylloges actor. publicor. p.* 341. (a) *Neaburgum* Auriaci principis, nunc Boruſsiae Regis, palatium eſt, *Riſuico* uicinum, qui pagus inter Hagam et Delfas intermedius ab utraque ciuitate uno et altero lapide diſtat. *Neaburgenſis* igitur pacificatio potius dicenda; quam Riſuicenſis: quod non *hic*, ſed *ibi* ea peracta eſſe, conſtet. (b) Nam *Abaſueri* FRITSCHII *adnotationes ad inſtrum. pac. Riſuicenſis*, fama ac nomine tanti uiri fere indignae ſunt: *Adrianus* MOETIENS, Hagenſis bibliopola congeſſit quidem *Les Actes et Memoires des Negotiations de la paix de Ryſwick*, quatuor uoluminibus in 12mo. Hagae 1699. ſed nonniſi uulgaria ac ubiuis uere obuia monumenta nactus eſt; quibus uolumina iſta impleuit: *du* MONTII *Memoires Politique, pour ſeruir a parfaite intelligence de la paix de Ryſwick*, ſat quidem titulos grandes habent: ſed redit mihi in memoriam *Coloarenſis* legati de hoc inſtituto iudicium. Is enim, cum eum du *Montius* adiiſſet, ſubſidia petiturus ad exactam hiſtoriam pacis Riſuicenſis, inſigni candore reſpondit; *bone du Mont! tune pacis huius accuratum hiſtoriam; ſed exactam quoque nobis promittis? Parcas quaeſo poſteritati; parcas famae tuae! Alios homines, aliud ingenium haec ſparta exigit. Hominem iatiam publicerum, Germanici imperii empiricis callentiſſimum ea uult. Sed quis haec expectabit a magiſtro, qui, linguam Gallicam docendo, panem quaerit. Deinde potiſſimae in hac pacificatione difficultates inter Germanos fuerunt. Quorum tu neque literas intelligis.* Poſterorum cauſa hanc hiſtoriam recenſeo, ut ſibi caueant a ſubitaneis in hoc genere ſcriptis Gallorum. (c) Horum nomina honoris et gratiarum ergo in praefatione laudaui, arcanis *Huberti Languetti epiſtolis* facta. (d) Extulit ſe ea gloria Gallorum rex: quod nullam inter tot praelia, ab hoſtibus unquam ſuis *pacem rogauerit*; ſed illis eandem uel *dederit*, liberali quadam largitione, uel lege quadam *imperauerit*. Sed *Riſuicenſis* pacificatio finem impoſuit huic ambitioni ac intolerabili arrogantiae. Pro *illa* enim *Galli* multis atque *ſupplicibus uerbis* non unum tantum aut alterum; ſed plures Europae principes *orarunt*. *Sueciae* rex Holmiae; *Germani* in Turgonia Heluetiorum; *Sabaudus* Turini; *Belgae* Traiecti ad Moſam, alii alibi nullis non rogatibus per oratores *Gallos* tentati ſunt, ut *pacem* toties & tam *anxie* a *rege* ſuo *quaeſitam* promouerent. (e) *Anno* 1697. *d.* 3. *Martii*. Miror tamen, neque de *loco* pacificationis, neque de *tempore*, neque de ipſo pacis *conciliatore* eligendo, proceres imperii a Caeſareis conſultos fuiſſe. Cum haec omnia firmiſſimo iam ante talo ſteterint; quam pacificationis *ſignificatio* facta fuerit in comitiis. Sane in *Weſtphalica* pace omnia illa argumenta in ordinum ſocietate fuiſſe, ex illis patet, quae *cap. I. §. 15. p.* 5q. recenſuimus. (f) Summa capita DECRETI COMMISSIONIS CAESAREAE, ut uocant, *Ratiſponae d.* 3 *Martii* 1697. haec ſunt: *Kayſerl. Maieſtæt ſetzen auſſer Zweiffel, daß Churfürſten und Stænden zur Genüge bekannt, was maſſen eine zeithero in Holland mit einem Frantzœſiſchen Abgeordneten, zum allgemeinen Frieden Unterredung gepflogen worden. Ob nun ſchon ſelbige Kayſerliche Maieſtæt* [illegible]

nicht

Digitized by Google

CAP. I. §. XXXVII. XXXVIII.

comitiis congreſſus (g). Hi quoque, adlegationis cauſa, neque inſtaurari tunc poterant, niſi cunctis ante electoribus quadam ſtipulatione adlegatis; nihil deliberatum iri, quam quod ad pacis negotia promouenda aliquid conferre uideretur (h). *Deinde* et ceterorum *principum ſenatus* a plerisque adſeſſoribus deſertus fuit: quod orator Auſtriacus, *rector* eius, Boicum nuntium ante audire nollet, quam *fidei formulam* (*die Vollmacht*) is ab ipſo accepiſſet (i). Ab hac tamen rei inſolentia mox receſſit: cum *Salisburgenſis* in eo eſſet, ut, ſpreta Auſtriaci opera, ſummi *rectoris* munere in curia principum defungeretur (k). *Poſtea*, quod olim fecerat *imperator*, in eo quoque tunc fuit, ut omnia experiretur tentaretque, quae ad impediendam et declinandam S. R. I. *adlegationem* aliquid conferre uiderentur. Eo fine, quae genera *diſſuaſionis* ſuperius a nobis enarrata ſunt (r); ea et alia plura Caeſarei hic iterum recoxerunt adduxeruntque, ut animos deliberantium deflecterent a conſiliis pro S.R.I. adlegatione. Publici potius monumenti fide, quam meis uerbis ſingula haec per epitomen recenſebo (s).

Pro decernenda adlegatione argumenta.

§. XXXVIII. Verum enimuero neque minores cauſas ordinibus eſſe, creditum fuit, ut imperii *adlegatio* ad Riſuicenſem pacificationem ab illis decerneretur. Alii enim conſuetas pro *adlegatione* adornanda rationes hic quoque protulerunt (t). Alii uero practer has, Riſuicenſi pacificationi peculiares eruerunt; quod illa inprimis rerum tractandarum argumenta complecteretur, quae arbitrio Caeſareorum tuto

---

nicht alſo beſchaffen hielten; daſs darauf der Frieden getroffen werden kœnte: ſo haben dennoch Ihre Kayſerliche Majeſtæt die Kœnigliche Schwediſche Mediation *fur ſich und das Reich*, quod ultimum probe aduertendum, *angenommen. Wie demnach Kayſerliche Majeſtæt ſich allergnædigſt geſichert halten, es werde dieſe Reichs-Vaterliche Sorgfalt Churfurſten und Standen ſonders lieb ſeyn; als wolten Sie der Stande vernünfftige Meinung und Rath jederzeit gerne vernehmen, was bey An- und Fortſetzung ſolcher Handlung von wegen des Reichs und der Stande in deren Angelegenheiten weiter zu beobachten ſeyn mœchte. Sie insgeſammt und jeden inſonderheit verſicherend, daſs von Kayſerlicher Geſandſchafft nichts unterlaſſen werden ſolle, was dem Reiche erſprieſslich ſey. Im ubrigen erinnern Kayſerl. Majeſtæt Churfürſten und Stande ihre daruber fuhrende Meinungen fürſichtig abzufaſſen und in enge zu halten.* Varia de hoc *decreto* inter ordinum legatos *Ratisponae* iudicia fuerunt. Alii non absque cauſa illud *ſero nimis* prolatum, exiſtimarunt; ne *ordinibus* ſpatium eſſet *adlegationem* ad pacis negotia *iuſto tempore* inſtruendi. Alii liberam Caeſareorum *confeſſionem*; quod ſcilicet de *loco*; *tempore*; *conciliatores* prima *formula* pacis tractandae, *inconſultis ordinibus*, conuentum ſit, aegerrime tulerunt. Plerisque ipſae literae Caeſaris diſplicuerunt, quod illae *praeſcitum* magis, quam *conſenſum* procerum Germaniae ad pacificationem uelle, uiderentur. Contra mores, hactenus in imperio ſatis oſtenſos. (g) Habuerat enim *Nouemuiratus*, poſt principes alios plures, *Bauarum*; *Colonienſem* atque *Treuirenſem* infenſiſſimos hoſtes. Vt parum abeſſet, quin ſumma imis ea cauſa in imperio commiſcerentur. (h) Praeſenſerunt ordines aut prudenter potius diuinarunt, fore, ut Hannouerانus hanc occaſionem ſumeret, locum in *electorum ſenatu*, aliquibus licet inuitis, occupandi. (i) Fide protocolli: *Der Kayſerliche* Commiſſarius *befraget ſich, warum Oeſterreich nicht zu Rath gebe. Selbigem wird geantwortet: Weil Bayern in der weltlichen Furſten-Banck die oberſte Stelle fuhre, und ſich bey des Furſtlichen* Collegii directorio *mit Vorweiſung der Vollmacht nicht legitimiret hatte.* Sed regeſſerunt Boii, ad haec *ſolennia* nullis ſe legibus aut *moribus* teneri. Quibus ſufficiat, *FIDEI FORMVLAM* ſupremo trium imperii ſenatuum rectori, *Moguntino*, oblatam fuiſſe. Quae tamen uno forte caſu aut altero *Auſtriaco* exhibitae ſint, in exemplum trahi non poſſe; quod nemo ad illa obligetur, quae mero facientis arbitrio ſubſiſtant. (k) Plurium ergo iudicia fuerunt; Auſtriacum oratorem hoc tantum uſum fuiſſe tegumento, ut moras ac impeditionem faceret deliberationibus, in principum collegio de S R. I. adlegatione. (r) Argomenta *adlegationem* diſſuadentia ſupra in aliquot locis habuimus. *Conferri* poſſunt cap. I. §. 25. pag. 354. ſeq. §. 28. pag. 374. §. 12. pag. 381. (s) *Caeſareorum* argumenta haec fuerunt: 1] *daſs es mit der Reichs*-deputation *langſam zugehen würde*, 2] *keiner ſich darvon ausſchlieſſen laſſen wurde; Wurden vielmehr alle deputiret ſeyn wollen*, 3] *die Reichs*-deputation *derowegen auch zu Nimwegen 1677. unterlaſſen worden ware*, 4] *die Franckfurthiſche* Deputation 1682. *fruchtloſs abgegangen ware*, 5] *man jetzo extra fines imperii* tractire, *und deſswegen die Reichs*-Deputation *Kayſerlicher Majeſtat ſehr verkleinerlich ſeyn worde*, 6] *da man jetzo mit ſo vielen Kronen und Potentaten zu thun, ſelbige ſich deſto weniger füge*, 7] *daſs es mit den Vollmachten und* inſtructionen *ſich ſtoſſen worde, ſelbige auf ſo viele* caſus, *die bey dem Frieden vorkommen mochten, zu ertheilen*, 8] *würde die concurrenz der Reichs*-Deputation *mit den auslandiſchen* puiſſanceen *viel Anſtoſs finden*, 9] *durffte ſich auch ſolche ſo bald nicht* reſoluiren *kœnnen*, 10] *auch würden endlich die Ceremonialia unumgængliche Schwierigkeiten finden.* Oculatiores qui eſſe uoluerunt, admodum mirabantur, Caeſareos ab *adlegatione*, toties hactenus ab imperio adhibita, nunc tantopere abhorrere. Et ſane fuerunt, quo iure non dixerim, qui, praeter hactenus recenſitas, arcanas cauſas alias ſubolere ac prodere uoluerunt. Vtpote Caeſareos declinare adlegationem, 1] ne haec in cauſis *Argentoratenſi*, 2] *Palatina* intercedat, 3] ne grauamina *proteſtantium* in *Alſaticis* ac *Rheno* uicinis ditionibus tueretur, 4] ne cauſam agat illorum, qui in *Sileſia* de *ſacris* purioribus *oppreſſi* conquerantur et quae ſunt generis eiusdem. (t) Pro decernenda *adlegatione* ſuperius argumentati ſumus *cap.* 27. *pag.* §. I. 366. Quae in praeſenti caſu pro eadem adducta ſunt, e publico monumento recitabimus: "Es wære 1] "ein Churfurſtliches Collegium per unanimia deſſen einig worden. 2] Der euentus habe dem Reich "in dem Nimwegiſchen Frieden gewieſen, daſs man Kayſerlicher Maieſtæt die Friedenshandlung nicht "einſeitig allein übergeben kœnne, 3] Ihre Kayſerliche Majeſtæt wurden dadurch ſich in gutes Ver- "trauen bey den Standen ſetzen, 4] alle ſeparation unter denſelben verhuten, 5] keine Verantwor- "tung auf ſich laden, 6] ſich weder bey dem Reich, noch bey den auslandiſchen Puiſſanceen einige "inuidiam zuziehen, 7] die Kayſerliche Macht und Hoheit würde auch durch die aſſiſtenz ſolcher "anſehnlichen Geſandſchafft des Reichs in facie des geſammten Europae gezeiget, 8] würde dadurch

die

CAP. I. tuto nequirent committi (u). Praeterea fuerunt nonnulli, qui ſuſpicione quadam attingere uoluerunt, cur aliàs imperio non infrequens iuris adlegandi exercitium, tantam nunc Caeſareis formidinem incureret. Quaſi ſcilicet illis in animo eſſet, pacem inire, quam imperii adlegatis minus adprobatum iri, quadam praeſenſione intelligerent (x). His ergo et aliis tandem cauſis effectum eſt, ut in tribus procerum Germaniae curiis *menſe maio anno* 1697. S. R. I. *adlegatio* ſolenniſſime decerneretur (y). Ne tamen Caeſareorum argumenta, aduerſus hoc inſtitutum allata, ordines inſuper habuiſſe, arguerentur; reſpondere de ſingulis hiſce illi e re ſua eſſe, exiſtimarunt (z). Quo ipſo tamen ſententiae, ſemel probatae, neque mora, neque impeditio ulla iniecta fuit. §. XXXVIII.

§. XXXIX. Quamuis autem ſolennibus comitiis *firmiter* iam *conſtitutum* eſſet, Caeſareae legationi ab ordinibus omnino *ADLEGANDVM* eſſe: de ratione tamen ac *MODO* adlegationis, Hagam adornandae, nouae ſubortae ſunt diſputationes. *Primo* enim illud conſultatum eſt, *QVINAM* ex ordinum numero ad ſuſcipiendam S. R. I. *adlegationem* deligendi ſint. *Alii* e ſingulis Germaniae *CIRCVLIS* XXXIX.

Deliberationes circa MODVM decretae adlegationis d. 18. Maii 1697.

Quonam ORDINI adlegandi?

per ſingulos circulos?

die geſammte Handlung beſchleuniget, da es im gegentheil ſehr langſam hergehen würde, wenn" die Kæyſerliche Geſandſchafft uber alle puncta, von dem Haag aus, von dem Reichs-Tag zu Regensburg Reichs-Gutachten einhohlen und erwarten wolte, 9] wære alles den Reichs-Geſetzen gemæs, davon man bey jetziger Gelegenheit abzugehen keine Urſache finde, 10] wolten auch die Churfürſten bey dem Fürſtlichen Collegio ſich aus dem Mistrauen und heimlichen Vorwurff ſetzen, als wenn ſie mit Kæyſerlicher Maieſtæt dergleichen Dinge allein an ſich zu ziehen gedæchten, „ et quae his ſimilia fuerunt, pro exercendo iure adlegandi in medium prolata. (u) In horum numero fuerant 1] inſtauratio *pyriorum ſacrorum* in Palatinatu et Alſaticis ditionibus, neque enim a Caeſare exigi poterat, ut conſilia ſuae religioni infenſa moleſtaque capeſſeret. 2] *Sileſiorum* grauamina in literis, toties repetitis, prolata de proteſtantium ſacris partim extinctis, partim impeditis contra ea, quae illis Weſtphalicae tabulae pollicitarentur. Qua iterum in re Caeſar non idem et actorem et reum agere poterat. 3] Calamitas, admodum luctuoſa, *profugorum ex Gallia*, Hugenottorum et Waldenſium. Ili enim bona ſua facultatesque repetebant, quibus ob hoc ſolum crimen priuari eſſent, quod alio, ac rex, ritu Deum coluiſſent. Quam quaeſo cauſam, qua religione in ſe Caeſarei ſuſcepiſſent? 4] Acceſſit, quod animos ſumpſiſſent ordines Germaniae, libertatis amantes, fore, ut, Belgis, Anglis ac Suecis praeſidia et adiumenta cauſae huic adferentibus, nunc tandem difficultates ſuperarent, in Francofurtana deputatione ann. 1682. in iuris adlegandi exercitio eis excitatas, 5] durum nimis creditum fuerat, ut, qui tot impenſas in bello Gallico fecerint, nunc ab omni *pacis* negotio excluderentur. (x) *Eius generis ſcrupuli pungebant ordines:* Caeſareos pacem, imperio damnoſam, iam ante biennium cum Gallicis legatis *Steckborniae* in Turgouia confeciſſe; praeſentem pacificationem tantum in ſpeciem ſuſcipi; his figuris tegi conſilia Romanenſium; de corio imperii et in hoc proteſtantium maxime, ludi; Auſtriaca territoria protendi cum decrementis limitum imperii; Argentoratenſem imperii ciuitatem uenditam pro caſtellis Briſaco et Friburgo, quae ſint in patrimonio Auſtriacorum; pontificios adminiſtros non iam ſibi religioni ducere, fidem fallere, ſacrorum cauſa; ſecretiora conſilia eorum famoſum auctorem prodere, ſcripto in meditullio comitiorum euulgato, cui titulus, *interpres pacis Weſtphalicae in argumento ſacrorum;* haec praeludia eſſe pragmaticae ſanctionis in pacificatione proxima conuellendae; has artes pridem Ieſuitarum fuiſſe, qui plerisque aulis nunc dominentur; inter ſeculi infortunia numeranda, orbem nunc a clero regi; Caeſareos de loco, tempore, conciliatore pacis ſtatuiſſe, proceribus inconſultis; eorum arcana dogmata eſſe, quiduis audere, quod difficile non ſit, inique etiam facta iuris poſtea tegumento induere; his atteri libertatem ordinum, publicas imperii ſanctiones proſterni, infima ſummis miſceri in imperio; et quae reliqua ſunt. „Sed hanc infamiam adminiſtri Caeſarei peregregio ſcripto diſſiparunt, quo ab omni culpae obiectatae crimine ac ſuſpicione apud aequos iudices ſe feliciter exemerunt. (y) Iuſto tamen ſerius hoc decretum promulgatum eſt: quod illo tempore de pace cum Gallis Caeſarei legati pridem *Riſuici* tractauiſſent. Inprimis autem digerere non poterant uiri ſinceri, Moguntinum *directorem* tanti momenti negotio *ſex hebdomadum* moras, nulla cauſa idonea, inieciſſe. Is enim a die XII. menſis *Martii* uſque ad XXII. diem *Aprilis* paſchalibus feriis in otio et quiete indulſit. Quo temporis ſpatio nulli Ratiſponae congreſſus frequentati ſunt. Nonneminis ergo hoc de iſta religione iudicium fuit: Moguntinum *rectorem* aut dogmatis *Chriſti* ſeruatoris noſtri oblitum eſſe; aut uniuerſi imperii ſalutem tergo *bouis* et aſinae ceruici *poſthabere*. Has enim belluas e puteo, etiam in ſabbatho, extrahi, officia uelle Chriſtianorum. Tandem uero *die* 29. *Maii* 1697. ordinum ſententia (das Reichs Gutachten) his uerbis prodita eſt. "Nach dem die drey Reichs-Collegia in Anfag gebrachte materiam pacis zu gehœriger deliberation gezogen, hat man beſchloſſen; daſs die denen "Stænden des Reichs bey dergleichen Friedens-Tractaten zukommende concurrenz beſſer nicht, als "durch Abordnung einer Reichs-Deputation ad locum congreſſus beobachtet werden mœge, um die dabey obwaltende wichtige Angelegenheiten beſtens mit obſeruiren zu kœnnen. Und ſey man über "der quaeſtione quomodo? bereits im Werck begriffen. (z) Es hætte avvar vvider die Reichs-Deputation viel in conſideration kommen wollen (conf. cum his ſupra h. §. lit. g. ſq.) Wenn aber erwogen werde, daſs quoad 1) man in ein oder zweyen ſeſſionen alles ſecundum obſeruantiam ausmachen, ad "2) man die Deputation ia ſo groſs machen kœnte, daſs alle Stænde, welche darunter zu ſeyn, Luſt "hætten, darzu kæmen, ad 3) die Friedens-Handlungen an Nimmwegen nicht nach des Reiches Verlangen abgelauffen vværen; weil ſelbiges dabey keine Deputation gehalten hætte, ad 4) die Urſachen, "welche den Gang der Deputationen hinderten, zu remoniren wæren, ad 5) inſtrumentum pacis, das "Ius der Stænde circa deputationes in Friedens-Handlungen nicht ad loca intra fines imperii aſtringirte, ad 6) vveil man mit ſo vielen Puiſſancen zu thun hætte, die Deputation deſto nœthiger vvære, "ad 7) die Vollmachten und inſtructiones ſchon in der Franckfurter Deputation anno 1681. eingerichtet vvorden vværen, vvelche nach dem ietzigen Zuſtand leichtlich zu ændern vværen, ad 8) vvürden die Reichs-Deputirte ſich ſchon bey denen Ihnen zukommenden iuribus und praerogatiuis ge-

"gen

CAP. I. §. XXXIX.

ad ordinum ſine diſcrimine uoluntates?

LIS (a), aliquos nominandos eſſe exiſtimarunt. *Aliorum* ſuffragia fuerunt, *ARBITRIO* omnium ordinum hoc relinquendum eſſe, quotusquisque eorum *adlegationi* uellet intereſſe (b). Quidam,

pro belligerantium ſelectu?

illorum hic prae ceteris rationem habendam, crediderunt: qui uel *magni FOEDERIS SOCII* fuerint (c); uel quorum

per tres curias S.R.I.?

CAVSAS et iura pax propius tangat (d). Tandem maior conſultantium pars uoluit, ut e *tribus* imperii *CVRIIS* (*aus allen dreyen Reichs-Collegiis*) *aliqui* ad ſuſtinendam S. R. I. adlegationem adoptentur (e). Sed *pluresne*, an *pauciores* adle-

Quo NVMERO adlegandi?

gandi? iterum controuerſum erat. Quidam numerum contrahendum (f); plures eum adaugendum eſſe (g), cenſuerunt. Qui hoc ipſo ſibi iudicia contraxerunt maleuolorum. Hi enim, quosdam comitiorum adſeſſores, in *adlegandorum* multitudine adprobanda, propterea ſic liberales fuiſſe, exiſtimarunt, ut ſuam ambitionem promouerent, qua firmiſſimam ſpem conceperint, fore, ut et ipſi deinde tanto adlegatorum numero a principibus ſuis facilius adſcriberentur (h). Plurium itaque ſuffragio factum eſt: ut *quatuor* ex *ELECTORVM*: totidem e *CIVITATVM*; e ceterorum uero *PRINCIPVM* numero *quatuor* et *uiginti* nominarentur (i), qui *adlegationis* munera obirent. Noua poſt neque leuis momenti

Quo DIGNATIONIS gradum tenere debeant adlegati?

contentio fuit; quo *DIGNATIONIS* gradu tituloque cohoneſtandi eſſent imperii *adlegati* (k). *Electorum* adminiſtri ſupremae amplitudinis nomina, regum ac rerum-

---

"gegen die Auslænder zu manteniren vviſſen, 9) vviſsten die deputirten Stænde ſchon aus ihren inſtru-"ctionen, vveſſen ſie ſich bey dem Frieden reſoluiren kœnten, ad 10) die meiſten ceremonialia vværen "bey der Franckfurter Deputation verglichen: Man kœnte um dieſes Umbſtandes vvillen ſich nicht "aus dem Gebrauch ſeines ſo vvichtigen rechtes ſetzen laſſen.„ (a) His autem ſuffragiis obſtabant: 1) quod ita *potentiores* principes, duces ſcilicet ac praefecti circulorum, hanc *ſpartam* ſoli *occupaturi* ſint, infirmioribus ac *inferioribus* ordinibus ab hoc iure *excluſis*, 2) in ſuperiori Rheno de praefectura (dem Ampt der Kreyſs-Directoren) eae lites inter *Palatinum* electorem; *Bipontinum* et *Caſſelanum* principes ſint, quae adlegationi non minus impeditionem facere poſſent, 3) in Weſtphalico etiam, *Cliuiae* ducatus poſſeſſores Saxoniae elector difficulter agniturus ſit adlegatos, uetere poſtulato, in memoriam reuocato, 4) in *adlegationibus* imperii par ex utriusq; religionis ſociis numerus deligendus ſit, quod per circulos fieri nequeat, (5) electorum etiam praerogatiua hoc caſu euertatur. Atque bis tandem cauſis locum fecerunt ordines; ut ab eius generis conſilio abſtinerent. (b) Argumenta pro hoc ſuffragio facere, uidebantur: 1) quod ordinum inuito nemini *ius* ſuum, imperii cauſa *adlegandi*, *auferri* poſſit, 2) *R.I. Ratiſpon.* 1641. §. 11. cuius uerba ſuperius adducta ſunt, *omnibus ordinibus* facultatem det iuris *adlegandi*, 3) etiam deputatis certo numero delectis, integrum tamen ſit, etiam illis, qui *deputati non* ſint, ut *adlegatos* mittant; qui caſus e Weſtphalica pacificatione in memoriam reuocandi ſint. Vid. ſuperius pag. 354. 356. 4) Euenire poſſit, ut in adlegatione *illi* nunc *praetereantur*, quorum cauſa inprimis in hac pacificatione agenda ſit; exemplo electoris *Treuirenſis*, in integrum reſtituendi. Sed ne nimis excreſceret *adlegantium* numerus et omnis ratio ordinis turbetur, ab hac quoque ſententia diſceſſum eſt. (c) Sed ita legationes *imperii* ac *territorii* turpiter inter ſe neque ſine periculo commiſceri, a prudentioribus exiſtimatum fuit. Ordinum enim, qui ſocii *magni foederis* fuere, territorii iura ſunt, ut *legationes* amandent, a quibus *adlegandi* facultas prorſus differt Vid. *pag.* 315. 316. ubi diſcrimen hoc eſt edoctum. (d) Iterum *legationum* et *adlegationum* iura ſic commixta inter ſe fuiſſent, quouis caſu omnino diſtinguenda uid. p. 315. 316. Acceſſerat, quod negotia huius pacificationis alios *aperte*, alios clam et non niſi per *latus tangat*. Quod inter ſe diſtinguere uelle, plurimum operae faceſſat. (e) Commendare hunc ordinem uidebantur 1) *trium* in imperio *curiarum*, tot ſeculis obſeruatum *diſcrimen*, 2) *ſalua infimis* etiam ordinibus iura circa adlegationes, 3) par adlegatorum numerus, hoc modo facile habendus e principibus utrorumque ſacrorum. (f) Ne numerus iuſto maior 1) deliberationibus *impeditionem* faceret, 2) adlegationis *dignitatem* minueret, 3) imperii *Germanici faciem* coram exteris regibus ac rebuspublicis *proſtitueret*. (g) Argumenta, ad ſpeciem efficta, haec fuerant 1) adlegationis *magnitudine* uires *poteſtatemque* imperii Germanici, coram exteris oſtendi, 2) *nulli* ordinum adlegandi facultatem *denegari* poſſe, 3) ad pacificatorii negotii inſignia momenta *multis* magnisque *adiutoribus* opus eſſe. Inprimis autem Pontificiorum ſacrorum legati pro adlegantium multitudine admodum laborarunt: quam noſtrorum ſacrorum principes omnino aequare, debuerunt. (h) In hac uero opinione omnes decepti ſunt. Conſultius enim eſſe, uidebatur, et, qui ab initio magni foederis, anno ſcilicet 1690. *belli* iſtius negotia *Hagae*, in pleno omnium foederatorum conuentu tractauerunt, iisdem etiam *pacis* iura pactionesque non minus committerentur. Atque haec cauſa plurimos uiros ad legationum munera tum promouit; quorum uirtutes doctrinaeque non illae fuerunt, quae talem prouinciam promererentur. (i) Ordine ſequente. I. *ELECTORALES* 1) Moguntinus, 2) Bauarus, 3) Saxo, 4) Brandeburgicus. II. e *PRINCIPVM* numero *primum* ex ordine *eccleſiaſtico*, 5) Auſtriacus, 6) Salisburgenſis, 7) magiſter Teutonicus, 8) Wertzburgenſis, 9) Spirenſis, 10) Conſtantienſis, 11) Hildesheimenſis, 12) Leodienſis, 13) Monaſterienſis, 14) Praelati Sueuici: tum e *ſeculari*, 15) Magdeburgicus, 16) Neuburgenſis, 17) ſiue Bremenſis, ſiue Bipontinus, 18) Cobergenſis, 19) Gothanus, 20) Culmbacenſis, 21) Cellenſis, 22) Guelferbytanus, 23) Caſſelanus, 24) Badenſis, 25) Wurtenbergicus, 26) Gluckſtadienſis, 27) Anhaltinus; 28) Wetteraniae Comites. III. e *ciuitatibus* 29) Noriberga, 30) Auguſta, 31) Colonia, 32) Francofurtum. Vnde patet, conſuetum imperii *deputatorum* numerum hic obſeruatum non fuiſſe. (k) Plerique *adlegationem* imperii et *legationem* territorii confundunt inter ſe ac commiſcent; quae tamen ut in aliis ubique caſibus, ita hic quoque inuicem probe diſtinguendae. Non ergo huc pertinent *Furſtenerii*; *Wicquefortii*; *Culpiſii* aliorumque libri, qui de *hoc* genere legationis ſcripſerunt, cum nobis de *illo* omnis futura ſit diſputatio. Quamuis enim id etiam detur potiorum *principum* legatis, ut *excellentes* adpellentur, quoties *peculiaria* principum ſuorum negotia tractant: tamen iisdem illis honor *huius tituli* denegatur, ſi *uniuerſi* imperii *adlegatione* defungantur. Quam recte aut ſecus id fiat ſuo loco

CAP. I.

§. XXXIX.

rerumpublicarum legatis propria, ſibi deferri poſtularunt (l). Sed cum eadem ceterorum quoque principum oratores adfectarent (m): maior fere conſultantium pars eo inclinauit, ut ab *eius generis titulis* ſe omnes continerent, atque *ſubdelegatorum* adpellatione cuncti inſignirentur; ne praecipui iura partis unius alteram offenderent, omnes uero diſſidiis, periculi pleniſſimis, implicarentur (n). Sed hoc conſilium illis ualde improbatum, qui *dignationem electorum* omni caſu, maxime autem in ſolenniſſimis ſummorum uirorum ex uniuerſo prope orbe conuentibus, inter *alios* S. R. I. *proceres eminere* debere, maturo et publicis ſanctionibus conformi iudicio reputarunt (o). Atque his rerum prudentiſſimis exiſtimatoribus ipſi etiam *principes electores* ſubſcripſerunt (p); imperata ſuis *adlegatis* formula, ut *ſupremum* honoris; qui legatis defertur, gradum et ipſi maſcule contuerentur (q). Tandem *fidei* ac *mandati* tabulae pro *adlegatione* in comitiis confectae ac prolatae ſunt, concordibus procerum uerbis ſententiisque (r).

Formulae mandati ac fidei adlegatorum.

---

loco explicabitur. (l) Neque immerito. Nemo fere hoc tempore in dubium uocat; principes electores quoties ſuas cauſas agant: *ſupremo* honoris *gradu* legatos inſignire poſſe. Non tantum, ut alii fere omnes exiſtimant, quod *electores* ſint aut *regali* proximam dignitatem eis A. B. tribuat, aut unus et alter *caſus* id doceant; ſed, quae mea doctrina eſt, quod ipſi ſummos olim *prouinciarum* Germaniae *praefectos* ſeu *capita* egerint atque, *ducum* adpellatione, ſinguli in ſuis prouinciis poteſtatem habuerint *regali* analogam (*conf. ſuper.* §§. 15. 16. *pag.* 323. 326.) Quam ſane Germaniae proceres alii nulli ſibi poterant arrogare. Vt adeo fruſtra ſint, qui eminentiam principum electorum in A. B. quod fere hactenus factum, nelint reponere. Iam uero hunc honoris gradum iidem etiam in *comitiis* tenuerunt uniuerſi imperii. Nihil ergo intereſt, ſiue *ſuas*, ſiue imperii *uniuerſi* cauſas agant electores: utrobique enim auctoritate polluerunt, ceteris cunctis Germaniae proceribus, non ſolum maiori; ſed etiam ipſi *regali* perquam uicina. Ex quo fonte iura, *ſupremo dignationis* gradu *adlegandi*, mihi quidem prona conſecutione fluere ac promanare uidentur. (m) Habent illi, quod ex noſtra doctrina, ſpecioſe argumententur: pleroſque Germaniae *principes* nunc *ducum* et *marchionum*, iisdem ſcilicet cum *electoribus* titulis uti; ergo iiſdem quoque *iuribus* cum illis dignos eſſe: inter quae facultas ſit, ſummae dignationis *legatos* ſiue *adlegatos* inſtruendi. Verum enimuero *adpellatio* quidem haec eadem eſt: *ſignificatio*, ſi mores priſtinos, ſupra *deſcriptos*, intuearis, admodum diuerſa. Inſtas? neque *electores* uniuerſarum *prouinciarum* hodienum *capita* eſſe, quae olim fuerint. Fuiſſe tamen, ſufficit; priſtina in multis rebus *auctoritate* illorum, perpetuo uſu, hodienum *ſalua*. *Recentioris* uero aeui principes, ſimili adpellatione *ducum*, *marchionum* accepta, in omnium *praerogatiuarum* ſocietatem ab electoribus *admiſſos* eſſe, in nullis rerum monumentis reperimus. Potius id egerunt *ueteres* ac primarii illi *principes*, ut noua *curia* conſtituta, *durch Formirung eines eigenen* collegii, imo noua quoque adpellatione, *der Chur-Wurde*, a cunctis aliis praecipue recentioribus principibus diſtinguerentur. (n) Maleuolorum iudicia fuerant; ita ſentientes *ambitionem* propterea fouiſſe, quod crederent, praeter *ambaſſiadores*, qui Hagae iam fuerant, electoribus aliis adhuc miniſtris opus fore, qui *adlegationis* munere, abſque *primariae dignationis* gradu defungerentur. Cuius ſpartae pleroſque comitiorum adſeſſores ſpem tenuiſſe. (o) Ita *electorum legati* Hagae Comitis unanimi ſententia exiſtimarunt; Ratiſponenſium comitiorum adſeſſoribus grauiſſime obiurgatis, quod cautiores non fuerint, in ponderandis praerogatiuis electorum. Argumenta fuerant 1) iura tum diſſimulari non poſſe; quando ab aduerſa parte in dubium uocetur. Parum ſic abfore, quin *principum* adminiſtri glorientur, ſe in *contradictorio*, quod dicitur, contra electorum legatos obtinuiſſe, 2) de electorum praerogatiuis otioſos ſermones eſſe, niſi in illuſtri occaſione exerceantur, 3) *legatos* electorum ab *adlegatis* eorum nullo dignitatis gradu differre, utroſque *ambaſſiadorum* nomina ſuſtinere, poſſe 4) in ipſa *adlegatione* electores a reliquis principibus per ſingularem *curiam* (*durch ein eigenes* collegium) diſtingui, certo indicio, horum dignationem cum illorum honore commiſceri nolle, 5) eosdem adminiſtros electorum Hagae *duas* ſuſtinere *perſonas* poſſe et *legatorum* et *adlegatorum*, ſi eadem ſit dignitas utriuſque. Non operae pretium eſſe, ſumtus augere in duplicis generis legatione. (p) *Boici* oratoris, uiri *ſeptuagenario* maioris ut in aliis pluribus; ita hoc etiam caſu prouidentiſſima cura extollenda eſt. Magni enim conſilii et infucati iudicii ſcripta ipſe Bruxellas miſit, in iisque electori *incommoda* ſententiae Ratiſponenſium adſeſſorum, longa ſerie, expoſuit euicitque ſua ibi auctoritate; ut eius arbitrio daret ſecretior ſenatus, quibus uerbis ſententiisque is Boici ad comitia delegati exprobrare audaciam uellet, decreti in tanto argumento, inſcio electore, aut ſanctiore eius concilio, Ratiſponae facti. Neque Hagae digerere poterant *legati* electorum, quod *Comitiorum adſeſſores* ſibi arrogarent; in legationibus ſolennibus modum rationemque illis praecipere: quibus tamen et dignitate et munerum amplitudine cum hic, tum alias multis paſſibus ſint inferiores. (q) Id enim fieri omnino poterat, ſalua fide eorum, quae *delegati* Ratiſponenſes pepigiſſe uidebantur. Hos certe nonniſi, ſub *ſperati* a principibus ſuis, in hanc reliquorum principum ſententiam conceſſiſſe, ſatis conſtat. Ceterum hoc aduerſione dignum, Brandeburgicos legatos *tres* perſonas ſuſtinuiſſe: *legatorum* et *adlegatorum* imperii idque et *electoris* cauſa et principatus *Magdeburigici*. Sed *Moguntinus*; *Colonienſis* aliique; diuerſarum prouinciarum cauſa: diuerſas legationes inſtruxerunt. (r) Aegre quondam tulerat imperator, has formulas non *Caeſaris*, ſed *ordinum* ſcribi auctoritate (*conf. ſuper.* §. *XXXIII. p.* 384.) Hoc uero tempore ullum ab dubium imperator motum eſſe, quin procerum ſuffragiis hae formulae conficerentur, non reperio. Summa erat: "Demnach des H. R. Reichs Churfürſten, Fürſten und Stände für rathſam befunden, aus dero Mittel zu erkieſen, welche denen zwiſchen Kayſerlicher Maieſtät und dem Reich, " auch übrigen hohen Alliirten eines, und der Cron Franckreich andern theils, auf das Fundament des " Weſtphaliſchen, an Nimwegen beſtättigten Friedens veranlaſſten Tractaten von Reichs-wegen bey- " zuwohnen, und deſſen intereſſe mit zu beobachten hätten: und alsdann aus dem Churfürſtlichen " Collegio (nominantur deputati ſupra a nobis enumerati): als wird denenſelbigen von geſamten " Reichs wegen, Krafft dieſes vollkommene Gewalt ertheilet, auf daſs Sie die ihrige mit gnugſamer " Vollmacht (exempla eorum habes apud Adrianum MOETIENS *Tom. IV.* in locis diuerſis) fürderſamſt "

Die Vollmacht der Reichsdeputation.

CAP. I. MEMBRA adlegationis.

an diſtinctis inuicem curiis collocanda?

§. XL. Inſtructa iam *adlegatione* imperii, nihil ſupererat, quam ut delecti ad eam ſparta hac, ſibi comitiali decreto commiſſa, condigne defungerentur (s). *Primum* uero in hoc conuenire oportuerat adlegatos; utrum per *ſingulas* ordinum curias congreſſus *ſeorſim* inſtituerent (t): an uero, hoc diſcrimine reiecto, *omnes* in *uno* conclaui iunctim comparerent deliberarentq; (u), quod etiam ſuffragiis plurium fuerat adprobatum (x). Deinde quem quisq; adlegatorum locum occuparet, fuerat definien- §. XL.

absque ullo praelationis iure?

"zu denen Tractaten abordnen, und neben den Kæyſerlichen Plenipotentiariis daſelbſt erſcheinen, "und, nach ausvveiſs der ihnen diſsfalls ertheilten inſtruction, iuxta ſtilum imperii tractiren, und "vetrichten zu helffen, vvas zu Wiederbringung eines ehrlichen Friedens und gemeiner Wohlfahrt "gedeyen mag. Was nun mit der Cron Franckreich durch ſie, oder in ein oder des andern Abvve-"ſenheit oder alda nicht erſcheinen, durch die übrigen, doch, daſs die abgehende uota zu Obſerui-"rung der paritæt ſeinem Religions-Vervvandten Theil immittelſt adcreſciren ſollen, nebſt Kæyſerli-"cher Geſandſchafft, nach Anleitung obangeregter inſtruction geſchloſſen vverden vvird: Solches ſol-"le ſo vvohl von den deputirten Principalen, als auch von übrigen ſæmtlichen Reichs-Stænden, ieder-"zeit ratificiret, angenommen, gehalten vverden. Signatum Regensburg d. 15. Iunii 1697. Churfl. "Meintz. Cantzeley. Hactenus formula fidei. Die Vollmacht. Cuius aliud exemplar, Latinis uer-"bis ſcriptum, Galliscis legatis oblatum atque exhibitum fuit, a cancellaria Moguntina nouminus ſub-"ſcriptum. MANDATI etiam der INSTRVCTION capita potiora recenſebimus: Obvvohlen der "Rœm. Kæyſerl. Maieſtæt; auch Churfürſten und Stænden des H. R. Reichs nichts hœher angelegen "gevveſen, dann daſs der ſo theuer ervvorbene Weſtphæliſche Frieden aufrecht und unverbrüchlich "gehalten vverde: ſo hat man doch nicht verbüten kœnnen, daſs die Cron Frnnckreich nicht ſo bald "nach dem Nimvvegiſchen Frieden unter dem praetext der reunionen dem Rœmiſchen Reich viele "anſehnliche prouinzien entzngen, das zvvantzig-iæhrige armiſtitium gebrochen, und das Reich mit "Gevvalt überfallen, und ſolchen Krieg noch biſs ietzo fortgeſetzet hat. Wenn nun deſsvvagen von "Kæyſerlichet Maieſtæt und den hohen Aliirten eines und der Cron Franckreich andern theils, zu Ryſ-"vvick eine Friedens-Handlung veranlaſſet vvorden, da man dann von dem Reich, vvegen der ihm "zukommenden concurrentz, eine REICHS-DEPVTATION als von &c. recenſentur nomina deputa-"torum, beliebet: als træget man zu den deputatis Statibus das gute Vertrauen, es vverden ſelbige, "vvas zur Reichs Wohlfahrt dienet, an Ihnen nichts ermüden laſſen, ihre Miniſtros zeitig dahin beord-"nen, daſs ſie ſich bald auf den Weg hegeben; ſich bey dem Chur-Meintziſchen directorio legitimiren; "unter ſich nach verglichenem ſchemate in einem Gemach erſcheinen; denen Friedens-Handlungen "ſelbſten aber mit den Kayſerlichen beyvvohnen; keine Dinge, die zu ſolchen Friedens-Tractaten mit "Franckreich nicht gehœren, annehmen; in andern aber, die in propoſition geſtellte puncta den Kæy-"ſerl. entvveder per directorem Moguntinum, oder per ſubdelegatos überbringen laſſen; mit denenſel-"bigen ſich endlich vergleichen; das Verglichene entvveder durch den mediatorem oder durch die "Kæyſerlichen den Frantzoſen einhændigen, und dero Erklærung dagegen ervvarten; damit alles mit "beydes Kæyſerl. und des Reichs conſens abgehandelt und geſchloſſen vverden mœchte. Zu ſolchem "Ende vvurden ſelbige alles dasienige zu beobachten haben, vvas in dem Weſtphæliſchen zu Nimvve-"gen beſtættigten Friedens-Inſtrument; dem an. 1650. gemachten Executions-Receſs; allhier geflogener "Compromiſs-Handlung; dem an. 1680. dictitten Reichs-Gut-Achten; den an. 1680. an die Cron Franck-"reich vom Reich abgelaſſenen Schreiben; vvie nicht vveniget auch der ann. 1683. gethanen Kriegs-"Erklærung; ſo dann den 9. Auguſt. und 30. Octobr. 1690. gemachten, und von Kæyſerl. Maj. adpro-"birten Reichs-Gutachten enthalten. Abſonderlich bey der reſtitution der Stædte und Haupt-Ve-"ſtungen Straſsburg und Luxenburg &c. beſtehen, daſs kein aequiualent dafür angenommen vver-"de; und in ſumma man einen vvahren, dem inſtrumento pacis WESTPHALICO, nach ſeinen "vvahrhafftigen, denen gehaltenen protocollis und acten gemæſſen Verſtande in omnibus, ſo vvohl "in eccleſiaſticis als politicis vœllig conformen Frieden erhalten mœge. Im übrigen haben auch die "deputati ihre Berichte und relationes an die allhieſige Reichs-Verſammlung, als COMMITTEN-"TEN durch aldaſig-an allhieſiges Chur-Meintziſches Reichs-directorium nebens invvendiger Auf-"druckung deſſelben Inſiegels und ſignatur in tertia perſona, zu dirigiren. Davon dann der Kæyſer-"liche Commiſſarius durch ein gevviſſes remis gebührende Nachricht, und hingegen von dieſer in "ſolchen Fællen jenem ebenmæſſige notification ertheilet vverden ſolle. Dieſe ertheilte inſtruction "ſolle von der Reichs-Verſammlung, vvenn es die Nothdurfft erfordert, erlæutert oder veræn-"dert vverden." Signatum &c. An uero ſingula huius mandati momenta obſeruata ſint; et an obſeruari potuerint, ſalua adlegatorum praeſertim electoralium auctoritate, doctiorum iudiciis relinquo. Noluiſſe enim hos ab arbitratu *comitialium adſeſſorum* pendere, ſupra pag. 406. indicatum eſt.

Der INSTRVCTION derſelben.

(s) *Fidei* ante formula per *ſcribam* transmiſſa Moguntino. Sciendum uero, quod duplicis generis formulas *mandati* ac *fidei* habuerint adlegati. *Vnias*, quas ſupra recitauimus, in publicis imperii comitiis generatim ſcriptas: *alterius*, quas ſinguli principes, in adlegatione (p. 404.) nominati, ſuis iterum adminiſtris, quorum opera in adlegando uti uoluerant, tradiderunt. *Eine* general-*Vollmacht und* inſtruction *des geſammten Reichs: und* vvieder eine ſpecial-Vollmacht und inſtruction *von den* deputirten *Furſten inſonderheit, in deſſen Nahmen die* deputation *zu verwalten*. Vnde intelligitur, imperii adlegatos non a *comitiorum adſeſſoribus* pendere debuiſſe, quaſi ſcilicet horum eſſent *ſubdelegati*: ſed quemlibet adlegatorum in caſibus dubiis ſuum potius *principem* iure conſuluiſſe, praeterito conuentu comitiali. (t) Id *electoribus* plura ſuadebant: 1) enim neglecto *curiarum* diſcrimine, facilius erat, ut ipſi cum ceteris quoque principibus non maiori dignationis gradu haberentur, 2) ab aliis credi poterat, nullas, in *adlegatione* minimum, electorum prae ceteris Germaniae proceribus praerogatiuas eſſe, 3) cauendum erat, ne, impugnantibus haec iura principibus, aliquid relinqueretur, atque praeiudicium ſic fieret aequiſſimo electorum poſtulato. (u) Vt in aliis imperii conuentibus ſudes in oculis reliquorum principum eſſe ſolet, electores *ſeiunctam ab illis curiam* conſtituere: ita hic eo grauius hoc ſentire uidebantur, quod plurimi crederent, *adlegatos imperii* eodem loco cenſendos eſſe. Omnes enim ordinum adlegatos uniuerſi imperii faciem auctoritatemque prae ſe ferre. Acceſſerant argumenta ab utili; expeditiores fore conſultationes, ſi in uno concilio ac coetu fierent, difficiliores et lentas magis, ſi in diuerſis. (x) Quamuis enim ordo, quo ſedere inter conſultandum deberent adlegati, in comitiis curate definitus fuiſſet, qui lineis potius, quam literis hic deſcribi poteſt:

Electo-

CAP. I.

niendum (y). Sed cum, omni dignationis delectu remoto, ipſi pacificatores ſederent, irent, redirentque (z): neque *adlegatis* conſultum eſſe uidebatur, morem hunc, prouidentiſſime conſtitutum, ullo

A

caſu migrare. Poſtea nulline *adlegatorum* conuentibus adeſſe poſſent, praeter delectos in Ratisponenſibus comitiis (a): an uero quorumuis ordinum adminiſtris facultas relinquenda, ut eos pro arbitratu frequen-

§. XL. *An illis alii quoque ordinum adminiſtri queant adſidere?*

Electorales quatuor.

Menſa direct. Mogunt.

Principes eccleſiaſt.

Principes ſecular.

quatuor ciuitates.

ab eo tamen adlegatio, ob plures cauſas, poſtea receſſit, noluitque, ut, omni diſcrimine ſublato, quo quis citius conuentum frequentaſſet, eo meliorem quoque locum occuparet. Quod ut faceret, hae rationes eſſe, uidebantur, 1) ad electorum praerogatiuas ſufficere poterat, in comitiali *ſchemate* eos a ceteris principibus aliquo ſpatio *diſtinctos* eſſe; quem ordinem ſuo ipſi arbitratu nunc tollerent, 2) omni *praelationis* honore ſublato in *pacificatione*, id exemplum quoque in adlegatione, nullo praeiudicii metu, illi imitabantur, 3) *paucitas adlegatorum*, plerique enim Hagam ſerius iuſto uenerant, ſuadere uidebatur, ut quiuis aliorum principum, *non deputatorum*, miniſtri in adlegatorum conuentu admitterentur. Sed aliter uix conueniri poterat, quo *illi loco* ſederent; *transuerſa* enim *ſcabella* (*Quer-Schemmel*) illi noluerant occupare. Quo uero ordine ſedebant, eo etiam calculos dabant dicebantque nota, pondere potius, quam numero aeſtimata. E re tamen omnino fuerat, ut rector adlegationis, *Moguntinus* firmum fixumque locum retineret, quo commodius proponere deliberanda, ſententiasque adlegatorum colligere atque in calamum coniicere poſſet. Ob quam cauſam duos ex utraque latere adſeſſores habuit, *Ottonem et Mollenem*, adminiſtros Moguntinos, qui ſumma rerum deliberatarum capita in commentaria (protocolla) referrent. Habes in hoc etiam generc ſeſſionis delineationem:

Menſae huic ſine ullo locorum diſcrimine adcubuerunt adlegati et alii principum S. R. I. adminiſtri in aedibus Moguntini.

adſeſſ. eius | *Moguntinus rector* | adſeſſ. eius

(y) Satis ordo ſedentium in comitiali decreto definitus fuerat, quod ſupra enarratum eſt. Sed cum aliorum quoque principum adminiſtri, praeter numerum adlegatorum, hisce conuentibus intereſſent: ad quaeuis praelationis diſcrimina, inter illos euitanda, ab iſto ſchemate diſceſſum fuit. (z) Hoc prouidentiſſime fecerat conciliator pacis (le *Mediateur*). Summa litterarum, quas, omnium pacificatorum conſenſu, ideo euulgauit, haec fuerat: in *titulis* quisque legatorum utatur pro arbitratu; neuter alterum ad eosdem agnoſcendos compellat: eant redeantque legati omni praelationis ſublato diſcrimine et quae ſunt generis eiusdem. Multa etiam priuata conuentione compoſita ſunt. (a) Argumenta ita ſentientium fuerant: 1) imperii ordines omnem poteſtatem ſuam in deputatos tranſtuliſſe, 2) deputationem fruſtra fore, ſi praeter eam omnium ordinum adminiſtri eandem ſibi facultatem ac ipſi deputati uelint arrogare, 3) nullam ſic diuerſitatem uideri inter deputatos atque illos, qui deputati non ſint, 4) in Francofurtenſi deputatione anno 1681. easdem fuiſſe dubitationes, 5) eadem *pacificatoriae* deputationi iura eſſe, quae *comitiali* ſint. Sed hanc omnino ceteros ordines a numero et conuentu deputatorum excludere. Verum enimuero in hoc omnis cardo mihi uerſari, uidetur: an deputatis iura adlegandi *priuatiue*, an uero *poſitiue* tantum deferantur? aut, quod idem eſt, an propterea conſtitutus ſit numerus *deputatorum*, ut hi, *neceſſario* adlegare, tenerentur; reliquis tamen ordinibus, extra eum, *libera* facultate relicta, uellent, nollent et ipſi ordinariis adlegatis ſuos, praeter ordinem, adiungere: an uero uniuerſi imperii procuratio *definito* adlegatorum numero adlegationem ita commiſerint, ut ceteros eodem iure prorſus exuerent priuarentque? Atqui facile foret, ut, ſententia ordinum, in comitiis haec ipſa declararentur.

(b) Iis

CAP. I.

frequentarent (b), illi maxime, quos cauſa nouiſſimi belli propius tetigiſſet (c), fuerat concludendum. Quo in argumento docti rerum exiſtimatores ſe liberales admodum exhibuerunt (d).

Abſentibus quibusdam adlegatis, an legitimi conuentus facti?

§. XLI. Dubitatum autem et illud eſt, an munere ſuo ante defungi nequirent imperii adlegati, quam *uniuerſi* eorum Hagam adpuliſſent (e). Sed cum aliquorum nimia in itinere cunctatio minus probaretur, *pleriſque* praeſentibus, congreſſus ſolennes fuerunt inſtituti (f).

Quo iure congregari cum Gallis uoluerins Caeſarei praeſentibus adlegatis?

§. XLII. Maximi momenti quaeſtio illa fuit, in Weſtphalicis etiam conuentibus mirum agitata (g): quo modo demum conſiliorum inter Caeſareos ac imperii adlegatos eſſet communicatio. *Trium* generum *conuentus* inter utroſque inſtitui poterant. Primo cum ſoli eſſent (h); deinde ſi in ſocietate aut foederatorum (i); aut Gallorum hoſtium (k), colloquia haberent. Quamuis autem imperii adlegati in *unum* cum Caeſareis *locum congregarentur*, quoties ſolennes foederatorum conuentus acti fuerunt: in *primi* tamen ac *tertii* generis congreſſionibus hoc fieri nequibat. Caeſarei quidem, quoties ſoli fuerant, congreſſiones cum noſtratibus non declinarunt (l): ſed quod his ſupremum legatoriae dignationis gradum deferre nollent (m); neque noſtratibus e re uiſum fuit, de iure hoc quicquam eapropter §. XLI. XLII.

(b) Ita arguebant hi: 1) deputationem in comitiis non *priuatiue*, excluſis ſcilicet ab adlegatorum contentu ceteris, ſed 2) *poſitiue* potius conſtitutam, ita, ut deputati principes *neceſſario*, reliqui ex *arbitrio* adlegent, 3) nemini inuito ius ſuum auferri; ſed tabulas Weſtphalicas uelle, ut cuncti ordines ad pacificationes imperii pro arbitratu ſuo adlegent, 4) in eadem pacificatione praeter *deputatos* Francofurtanos (*uid.* §. 25. *pag.* 352–357.) alios quoſque procerum oratores (§. 27. *p.* 369.) ſine ullo diſcrimine interfuiſſe. Sed in his dubitationibus *primum* et *alterum* negatur; *tertium* limitatur, niſi quis iura ſua ultro in alium tranſtulerit; *quartum* non admittitur, quod expeditum ſit, deputationem Francofurti expiraſſe, neque tranſlatam fuiſſe in Weſtphaliam. (c) Sed hi ſuos mittere *legatos* poterant *territorii* ſui cauſa, negata licet *adlegandi* facultate in argumentis uniuerſi imperii. (d) Aliud igitur eſt, ſi ipſi adlegati plures in ſocietatem adlegationis [illegible] uelint, quod *Hagae* factum eſt, ubi omnium ordinum adminiſtri in conuentibus deputatorum admiſſi fuerant: aliud uero, ſi maiorem numerum, quam definitum fuerat, declinent adlegati. Vbi ſane nullas idoneas cauſas uideo, quibus eorum conuentibus principum *non deputatorum* miniſtri ſe ingerere poſſint. Quod enim ſemel placuit; id diſplicere deinceps non debet. Modo tamen in decernendo numero adlegatorum ordines ſufficienter auditi ſint. (e) Hoc impedimentum Caeſareis gratiſſimum fuerat; quod, adprobata etiam a Caeſare imperii adlegatione, ſuo tamen fructu ea ſic deſtituta eſſe, uideretur, ſuſpenſo ſcilicet hoc iuris exercitio. (f) Neque aliter exiſtimari poterat. Mandati enim formula omnem dubitandi cauſam hic facile eximebat: quae nullam abſentium adlegatorum habendam eſſe uoluit rationem. "Was durch Sie oder in ein und des andern Abweſenheit oder nicht erſcheinen, durch die übrige geſchloſſen wird; ſolches ſolle von dem ſæmptlichen Reich angenommen und ratificiret ſeyn." Quamuis autem propterea *adlegationem* imperii non negauerint Caeſarei: multum tamen eius auctoritati apud hos eadem de cauſa deceſſit. Saepius enim in ore habuerunt maleuoli: deputationem non *integram*, neque *legitimam* eſſe. "Die Reichs-Deputation wære, bey ſo vieler Abweſenheit, noch nicht eroeffnet." Quod cum noſtrates confutauiſſent, tandem etiam petierunt Caeſarei, ut Moguntinus, *fidei formulam*, die Reichs-Vollmacht illis exhiberet. Cum noſtrates hoc ſatis eſſe, dicerent: pacis conciliatorem eam accepiſſe. (g) Euoluantur hic loca ſuperiora §. 21. pag. 343. et §. 26. p. 358. (h) *Legati*, Boicus, Saxonicus, Brandeburgicus aliique, qui principio tractatuum, cauſas principum ſuorum Hagae Comitum egerant, ante decretam in comitiis Ratiſponenſibus *adlegationem*, a Caeſareis ſaltem ad colloquia inuitati ſunt, ut, quod de uniuerſi imperii ſalute foret, in futura pacificatione obſeruanda, id inuicem praemeditarentur. Quod Caeſarei prouidentiſſime fecerant, partim ne argumenta pacis, omni procerum auctoritate neglecta, ad ſe trahere uiderentur: partim etiam, ut hiſce in conſiliorum ſocietatem adſumtis, ſolennem imperii adlegationem eo facilius deprecarentur. Verum adeſſe Caeſareis deinceps, principum adminiſtri recuſarunt, ne, ab illis pro arbitratu aduocati, ab auctoritate eorum pendere uiderentur. (i) Potiſſimum magni foederis caput fuerat: ut ſingula pacis argumenta *communi confoederatorum* principum, conſilio tractarentur. In uno itaque conclaui in palatio *Neuburgico* et Caeſaris et Hiſpaniae Britanniaeque regum et Belgii foederatorum et illorum Germaniae ordinum, qui formulae foederis ſubſcripſerant, adminiſtri congregati fuerunt. Quod Caeſarei aegre ferre non potarant: cum, *territorii* cauſa, ius legationis nulli principum unquam, in dubium uocauerint. Sed *imperii adlegatis*, Hagam accedentibus, tum demum dubitatio orta eſt, an hi quoque hos frequentarent congreſſus? Conſenſerunt Caeſarei, et, quod magis eſt, *ciuitatum* quoque *adlegatos* in itinere, Riſuicum inſtituendo, adiuti ſunt. Hi enim, quod *tergeminos* equos non haberent, ſed *biiugis* tantum ueherentur, a portarum cuſtodibus in uia repulſi; ſed, Caunizio forte eis obuiam facto, huius demum auctoritate ſunt intromiſſi. Et cum Hiſpanicus legatus dubitare de iure uellet, quo Germaniae principum, non confoederatorum adminiſtri Riſuicum uenirent: repoſuiſſe ei Caunizius fertur, *imperii* nomine id fieri, cuius hi adlegati ſint. Imperium autem in perſona Caeſaris magno foederi ſe addixiſſe. (k) Principio nulla confoederatorum cum Gallis colloquia: ſed literis omnia tractata ſunt, non ſermone. Verum parcendi temporis ergo, placuit, tandem ſermonis communicatio. (l) Hoc enim principio factum eſſe, paulo ante enarrauimus. (m) Argumenta Caeſareorum fuerant 1) *capitis* dignitatem ſperni, ſi *membra* huic omni honoris gradu uelint aequari, 2) etſi adminiſtris *electorum* alias hanc illi dignationem largiantur, quoties ſcilicet iure ſui *territorii* agunt; recuſari tamen eandem nunc merito, quod imperii nomine hic adſint, 3) in ipſis Ratiſponenſibus comitiis ordinum adminiſtris uiſum eſſe, quam deputatorum adhiberentur. Quodſi ergo electoris miniſter aditum rogauit a Caeſareis: hi repoſuerunt; quamnam ille perſonam agere uellet, *adlegati*? an uero *legati* electoralis? Hoc caſu *ſupremo* dignitatis gradu is excipiendus fuerat: illo non item. Verum exceperunt noſtri ad 1) non ſperni dignitatem, quae legis ſcriptae temperamento colatur, ad 2) electorum eminentiam etiam in adlegatione immunem eſſe, ad 3) prolapſionem miniſtrorum ab ipſis principibus contractam fuiſſe.

(n) His

CAP. I. §. XLII.

Quid regeſſerint Caeſarei adlegati?

pter remittere (n). Id omnium iniquiſſime factum eſſe, ab arbitris, rerum intelligentibus, creditum fuit: *caeſareos legatos*, quoties cum Gallicis oratoribus negotia tractarunt, imperii adlegatos excluſiſſe, tot interceſſionibus eorum flocci factis. Equidem repoſuerant Caeſarei; admodum deſpicatui fore adlegatorum praeſentiam imperatoriae maieſtati; imo proteri eam et conculcari, ſi principum oratores, in facie Gallorum, Caeſareis adminiſtris ſint contradicturi (o) et quae ſunt generis eiusdem. Sed regeſſerunt noſtrates; fruſtra in contemptum Caeſaris accipi, quae publica imperii ſanctione ſint expedita; *adlegationem*, tantis ſumtibus atque impenſis inſtructam, omni ſic fructu deſtitui; ipſis *adlegatis* ne otioſorum quidem *teſtium* iura relinqui, qui rebus gerendis *praeſentes* ſint, a quibus illi, manifeſta iniquitate, nunc excludantur (p). Quanto autem opere pro tuitione iurium ſuorum laborarent *adlegati* (q), nihil tamen iis proficere ac obtinere potuerunt, *ſolis* Caeſareis congreſſiones cum oratoribus Gallicis ſedulo continuantibus. Ne ergo in pacificatione prorſus nihil feciſſe, uiderentur noſtrates, petierunt a Caeſareis, ſermone illa ſibi referrent, quae proximo quoque congreſſu cum Gallis fuerint deliberata (r), ſaluo ceteroquin iure alia forte occaſione exercendo. Quamuis autem hoc facere, prompti admodum eſſent Caeſarei; iterum tamen in dubium uenerat: quo ſolennium cultu una pars ad alteram, huius colloquii cauſa, accederet. Caeſarei enim, negato adlegatis debito honore, illis uiam ad ſe praecluſerunt (s). Tundebat pectora ordinum, in hoc iterum caſu a iure ſuo eos repelli. Sed, neceſſitate coacti, luctum hoc ſolatio leuarunt, quod contra quaeuis in ordines praeiudicia, ſerio ac ſaepius conteſtati fuiſſent (t). Hominem itaque in hac cauſa priuatum, mandati ac fidei formulis inſtruxerunt adlegati, qui, eorum nomine, in collocu-

Quare adlegati in collocutionem non ipſi uenerint cum Caeſareis ſed opera uſi fuerint mandatarii?

(n) His rationibus ſe tuebantur noſtrates 1) Caeſarem ſupremi gradus legatos [*Ambaſſadores*] electorum colere, quoties *ſuam* illi cauſam agant: ergo *eundem* iisdem deberi *honorem*, qua adlegatis, 2) plusquam ſcenicos *luſus* fore, ſi *duas perſonas* iidem ſuſtineant et dignitatem nunc habeant, iterum exuant eandem induantque, 3) electores in adlegatione iura etiam *ſeparatae curiae* propterea defeodiſſe, ne *eminentia* eorum cum reliquorum ordinum dignitate commiſceretur. *Willio* ergo, ceu priuato homine, internuntio utebantur noſtrates, quoties ad Caeſareos aliquid uel deferre uoluerunt, uel ab iisdem illa repetierunt, quae fuerunt cum Gallis conſultata. (o) Caeſarei haec arguebant: 1) Caeſarem ſic ad pupilli ſortem redigi, cui opus ſit tutela adlegatorum, 2) quamuis fere rempublicam ſuis ſchematibus regi; haec uero exteris prodere, uelle, non conſilium fore prudentis, 3) alterum Caeſari oculum eripi, ſi ordines in ſocietate eſſe uelint huius generis expeditionum, 4) nihil mirum exterorum aliquos de Caeſarea dignitate abiecte loqui, ſi haec ab ipſis ordinibus tantopere proſtituatur, 5) exempla pacis Weſtphalicae ſupereſſe, in qua ab hoc ſibi poſtulato ordines temperauerint pag. 343. 6) remoras iniici deliberationibus cum Gallis, ſi his adlegati uelint intereſſe, 7) faſtidium excitatum iri Gallis, ſi Caeſari ordines, his uero Caeſar contradicendo tempus utrique perdant, 8) Gallus haec diſſidia, ut ſemper alias; ita et nunc in rem ſuam uerſuros et quae reliqua ſunt. Reſpondebant noſtri ad 1) et 3) non *figuris* hic agi, ſed candide ac ſincere, ad 2) fruſtra tegumentis ea inuolui, quae publicis imperii ſanctionibus prodita ſint, ad 4) tempore Weſtphalicae pacis aliam rerum faciem alios mores obtinuiſſe, ad 5) parum curari iudicia maleſanorum, ad 6) moram inſigni adlegationis commodo facile compenſari, ad 7) adfectatum hoc faſtidum fore, ad 8) utriuſque partis meliorem potius concordiam fore, ſi ſua cuique iura illaeſa maneant. (p) Adlegarunt pro ſua ſententia obtinenda ordines 1) adlegationem, ſemel decretam, in pacificationis ſocietate eodem fere loco habendam ac Caeſaream legationem, 2) ipſam pacis formulam una parte a Caeſare et *imperio* confectam dici, 3) fidei libellos a Gallis pro adlegatione fruſtra ſcriptos eſſe, ſi haec nullam inſtituere cum illis queat rerum deliberationem, 4) adlegatos ſic apud rerum intelligentes in maxima deſpicientia fore, 5) male tantos adlegationis ſumtus collocatos eſſe, ni maior eius foret auctoritas, 6) in conſultationibus etiam maxima ab imperio damna, uel auerti, uel contrahi eidem poſſe, cuius propterea omnino interſit, ut cauſam ſuam proprio ſermone aduerſus hoſtes tueantur, 7) multa huius pacificationis argumenta fore, ubi Caeſarei a partium ſtudio nequeant abeſſe, Vſus ſacrorum in Palatinatu; Briſacum et Friburgum ciuitates in hoc potiſſimum numero ponebantur. (q) Electores certe noluerant amplius Riſuicum ſe conferre, niſi in eodem conclaui cum Caeſareis et Gallis congregarentur: ut et audirent hoſtes Gallos et cum iisdem de cauſis imperii ſermone conferrent. Sed Caeſarei repoſuerunt, ſe hoc nunquam conceſſuros, quanta etiam ex hac colliſione pericula ac damna in cauſam communem redundauerint. (r) Multi fuerunt, qui hoc neque a Caeſareis expeti, multo minus expectari poſſe, exiſtimarunt. Credendum potius, hos ea tantum narraturos eſſe, quae ſua e re fore, iudicauerint: cetera diſſimulaturos in perniciem ordinum imperii. Potius igitur *arbitri* pacis, *Sueci*, operam hic implorandam eſſe et ſi is ob negotiorum multitudinem hoc declinauerit, praeſtare, ipſos *Gallicos* adminiſtros audiri. Verum priori tamen ſententiae maior conſultantium pars ſuffragiis ſuis adhaeſit. (s) Hac de re euoluenda eſt pag. 407. 409. § 40. Ita uero factum eſt, ut nullus adlegatorum, durante pacificatione, aedes ullius tantum ex Caeſareis inuiſeret. Atque hoc ipſum, quam animos quoque utriusque partis diſiecerit, a rerum gnaro facile intelligitur. (t) Hoc iterum iterumque fecerunt noſtrates non ſolum in ipſa pacificatione; ſed etiam poſt eandem in plenis deinde comitiis *REICHS-GVTACHTEN*, *Regenſburg* an. 1697. d. 26. Nou. *Das Reich* ratificire *den zu Ryſwick den* 30. Octobr. *geſchloſſenen Frieden. Doch ſo, daß alle dasjenige, ſo an Seiten der Kayſerlichen Geſandſchafft im Haag bey wehrender dieſer Friedens*-negotiation circa modum tractandi *mit der Reichs-deputation nicht beobachtet worden &c. Dem Reich weder jetzo noch ins künfftige* praeiudicirlich *ſeyn, und zu keiner* conſequentz *gereichen ſolle. Und wie man zur Kayſerlichen Majeſtaet der Zuverſicht lebet, es werden dieſelbe, was vergangen, nicht gut heiſſen: alſo ſeyn dieſelbe, deßwegen eine anlaͤugliche Erklaͤrung zu thun, allerthaͤnigſt zu erſuchen.*

CAP. I. §. XLIII. XLIV.

tionem cum Caeſareis ueniret et quae ab his uel *ſermone* uel *literis* accepiſſet; in adlegatorum coetu iterum exponeret atque proferret (u). Duplicis tamen generis iacturam ita ſenſit imperium. Vnam, quod uir ſummus, rerum ſcientia ac uſu edoctus, *liber baro de* SEILER, a cuius ore pendebat mandatarius adlegatorum, tanta negotiorum mole obſeſſus eſſet diſtractusque, ut uix tempus ac otium ei ſuppeteret, quo conſulta Gallorum Willio plene enarraret (x): alteram, quod neque omnia mandatarius adlegatorum memoria comprehenderet, ut plene repetere poſſet res a Caeſaris legato auditas (y).

Iura adlegationis in confectione formulae pacificatoriae.

§. XLIII. Ceterum in eo tamen adlegationis auctoritatem obſeruarunt Caeſarei; quod nihil neque literis neque ſermone concluſerint, niſi adlegatorum ſuffragiis idem fuiſſet adprobatum (z). Summa quidem capita formulae pacificatoriae ſuis manibus Caeſarei ſcripſerant (a): ſed ſcripta iudicio ſtatim adlegatorum oblata (b): ſingula deinde momenta horum pondere expenſa (c), ipſe codicillus rerum uerborumque additamentis auctus, atque tamdiu ultro citroque transmiſſus eſt, quam opus fuerat, ut adlegationi cum Caeſareis plene conueniret (d). Id quum factum eſſet, tum demum ſententia uni-
A uerſi S. R. imperii, id eſt, Caeſaris ac ordinum formula prodita (e) atque aduerſariis Gallis exhibita eſt. Vno atque altero exemplo rem docebimus. Scripſerant Caeſarei in rubrica formulae: *pax inter CAESAREM ab una et GALLIAM ab altera parte;* addiderunt adlegati: *inter Caeſarem et IMPERIVM ab una.* In ipſo contextu poſuerant Caeſarei: *pacis huius fundamentum ſit pax MONASTE-*
B *RIENSIS,* repoſuerunt adlegati *WESTPHALICA*, quippe quae et *Oſnabrugenſem* puriorum ſacrorum cauſa, complecteretur (f). Et plura alia rerum argumenta in medium proferri poſſent, ubi Caeſarea *legatio* in ſententias *adlegatorum* conceſſit. Vt adeo *horum* non minor in hoc genere auctoritas ac *illius* fuiſſe, uideatur.

Adlegandi iura in ſubſcriptione formulae.

§. XLIV. Verum quorum ſuffragiis ſen-
C tentiisque pax *confecta* fuerat: eorum quoque *nominibus* et *ſigillis* eadem erat comprobanda corroborandaque. *Pacificatoria* ergo *formula*, utrinque ex pacto conuentuque, maiori tamen aemulatione munditiae, quam adcurationis (g) per ignauos librarios ſcripta, in uno conclaui *omnes* et *Caeſaris* et *ordinum* legati atque *Galliae* regis oratores congregati ſunt (h). In horum corona eam dimidia ex parte

(u) Emanuel *Willius*, Saxoniae, tum electoralis conſiliarius aulicus, qui nullo neque legati neque adlegati munere inſtructus, in comitatu uixerat legati Saxonici, adlegatorum ſuffragiis delectus eſt, ut hanc nuntii ſpartam exornaret. Extant haec commentaria in uoluminibus *Moetianis*, in quibus aliqui iudicium, plures ſelectum deſiderarunt. (x) Hunc enim illuſtriſſimum uirum merito cardinem dixeris, quo omne pacis negotium ſtetit fuitque peruolutum. Siue Caeſari cum Gallis; ſiue cum alterutro horum imperii ordines; ſiue etiam hi inter ſe diſceptarint, Seileriania conſiliis ſententiisque opus eſſe, uidebatur. Idem praeterea erat, qui non ſolum expadiit confecitque negotia: ſed etiam, quae acta fuerant, in literas retulit, non per librarios, ſed ſua manu ad Caeſarem ſcriptas. Atque haec propterea moneo, ut cauſae poſteris conſtent, quare pacis negotia non ea plenitudine et copia prodita fuerint adlegatis, atque ex uſu rei eſſe uidebatur. (y) Vir enim fuit, ſenectae uicinus, cuius etiam uires, nouiſſimo caſu, in quem eum maleuoli demiſerant, fractae debilitataeque priſtino uigori non amplius reſponderunt. Habent tamen ab hoc imperii adlegati, quantum fere illis de pacificatione cum Gallis conſtat. Vnde facile nunc ad intelligendum, quam curta ſupellex plerorumque principum archiuis in pacificatorio argumento. . (z) Hoc de progreſſu tractatuum intelligi debet. Locum enim pacificationi deſtinatum; conciliatorem pacis et alia plura Caeſareos adprobauiſſe, notum eſt, inconſultis proceribus imperii. (a) Interprete fere atque auctore Seilero. Huic enim cum ſingulorum principum; tum uniuerſi imperii adlegati ſuos libellos obtulerunt, rerum cum Gallis tractandarum. Quos ipſe diſpoſuit deinceps ordinauitque, ut pacificatoriae formulae imaginem acciperent. (b) Rectori adlegationis Moguntino, qui ea cum ceteris adlegatis per *publicam dictaturam*, quod dicitur, communicauit. (c) In conuentu adlegatorum in aedibus Moguntini. Quod ſi res maius deliberandi ſpatium uelle, uideretur: ſingula ſuffragia a ſingulis adlegatis domi ſcripta atque Moguntino transmiſſa ſunt. (d) Intellexerunt enim Caeſarei, nihil agere Caeſarem, quoties in hoc argumenti genere, proceribus excluſis, e *plenitudine poteſtatis*, quae olim dicebatur, uelit decernere. (e) Ante enim, quam Caeſari cum ordinibus conſtaret, nihil ad Gallos delatum eſt. Quorum potius querela fuit, plus temporis conteri, ut capiti cum membris conueniret, quam ut controuerſiae inter abiuratos hoſtes conficerentur. Hanc igitur moram ut tollerent Galli, peremtorios terminos fixerunt *d.* 31. *menſis Auguſti*, et poſtea *d.* 20. *Septembris* [*uolumina Moetiana Tom. II. pag.* 47.] Quod cum non ſine maxima iniuria et deſpicientia cum imperii, tum Suecici maxime conciliatoris factum exiſtimaretur: uterque a noſtratibus neglectus eſt. Sed Galli cauſae tegumentum inde nacti ſunt, ut pacta, ante nobis oblata atque inter haec Argentinae reſtitutionem, pro arbitrio reuocarent. (f) Eius generis ſtricturae ac reprehenſiones contra Caeſareos ab adlegatis uix ſcribi poterant: ut illico a Belgicis typographis, lucri cupidiſſimis, promulgarentur. Non ſine imperii deſpicatione et commodo aduerſae partis, Gallorum, qui lites Caeſaris et ordinum in rem ſuam uerterunt. (g) Galli exemplum formulae, quod habuerant, tot librariorum mendis ſpiſſum, uix praelegere poterant pacificatoribus. Ne ergo codex, tot lituris maculatus, poſteris adſeruaretur, altero poſt pacem concluſam die eum curatius deſcribi iuſſerunt, abolito priori. (h) Fores enim conclauis hoc tempore adpertae fuerunt; cum ut negotio adlegati intereſſent, tum ut praeſentes omnes, qui in comitatu legatorum fuerant, de rebus transactis publice teſtarentur.

(i) Diſ-

CAP. I. §. XLIV.

Quo iure ſubſcribere eidem noluerint principum proteſtantium legati?

parte Caeſarei, reliqua Gallici legati, claris uerbis publice recitarunt (i). Quod cum factum eſſet, illi iurisiurandi religione eandem coluerunt (k). Tum a ſingulis *ſubſcriptio* rogata fuit. Quae tamen quosque adlegatos merito in dubitationem poterat adducere; cuius momenta breuiter ſummatimque expendemus. *Ratisponenſium comitiorum* adſeſſores hoc mandati genere inſtruxerant quosque adlegatos: ne *paci* ſubſcriberent, niſi quae congrua eſſet formulae Weſtphalicae in *ſacris et profanis* (l). Sed huic ualde derogauit *paragraphi quartae clauſula*, quam Gallici legati, tantum non extremo temporis momento, quo pacificatorii codicilli a librariis iam deſcribi debebant, iisdem inſeruerant: *ut ſcilicet, quos ſacrorum ritus Galliarum rex, tempore belli, in Alſaticis ac Rheno uicinis regionibus imperauiſſet, ſublato uſu puriorum; iidem illi etiam deinceps ibi uigerent, licet ditiones Germanico imperio hac pace reſtituerentur* (m). Quod ſi igitur recte iura praecipiant; *diligenter fines mandati cuſtodiendos* L. 5. ff. mandati uel contra, et, *ſi mandatarius hos exceſſerit, tum negotium ex parte mandantis nullum eſſe L. 10. C. de procuratoribus:* A aequi certe ac iuſti limites, me iudice, omnes illi transgreſſi ſunt, quotquot ex imperii adlegatis huic paci ſubſcripſerunt (n). Et ſi quando pontificiis hominibus propter religionis nimietatem, qua plerorumque iudicia corrupta eſſe ſolent, condonari id quodammodo debeat (o): illi tamen omnium turpiſſime ſe dederunt, qui, dum in ſocietate puriorum ſacrorum eſſent, hac, intempeſtiuo metu, B neglecta, *pactioni* huic funeſtiſſimae ſuos etiam *calculos*, *nomina* ac *ſigilla* addidere (p). Vnanimis uero ceterorum adlegatorum probitas ac perſeuerantia ſerae poſteritati commendandae, quod, mira animi conſtantia obfirmati, inter illa hoſtium tela quam fidentiſſime ſteterint, neque declinauerint ſolum poſtulatam ſub- C ſignationem; ſed etiam manifeſtam eius iniquitatem mira ſermonis ubertate aduerſae parti exprobrauerint (q). Ita factum; ut ipſi etiam Galli in uiam redierint, noſtratibus *ſex hebdomadum* ſpatio ad deliberandum dato, quo tempore *comitia* uniuerſi, ſinguli autem *principes* ſuos conſulere poſſent, quid ſibi in eo rerum ſtatu putarent faciendum. Interim pacificatorium inſtrumentum a ſolis etiam *ſubſcri-*

(i) Differunt tamen utriusque partis exempla in hoc: quod ſui principis *nomen* quaelibet praeferat nomini alterius. Hinc ignaui hominis iudicium eſt, *Hiſpanos in praelationis* lite contra Gallos uiciſſe. Quod in Riſuicenſi pacis tabulae nomen *illius* regis principio recitet, poſtea demum huius. (k) Iuteiurando in animam principis. (l) Patet hoc ex ipſius mandati uerbis, quae ſupra deſcripſimus. (m) Varii diuerſorum principum adlegati in culpae huius ſuſpicionem uenerunt. Alii principem Palatinum accuſarunt, quaſi is per literas admonuerit Gallos, ut Romani coetus ſacris in ditione ſibi reſtituenda proſpiceret. Alii has preces, neſcio quos clericos Galliae regi feciſſe dixerunt. Multi etiam ipſius Romani pontificis literas prodere uoluerunt, in quibus Galliae regi hoc conſilium ſuggeſſerit. Plures uehementiam noſtrorum quoque hominum arguerunt, quod hi Sileſiorum et Hugenottorum cauſas tam confidenter agere, neque Argentinam recipere uoluerint, niſi ritibus ſacrorum in integrum reſtitutis. Nam hoc ipſo facile eſt ad credendum, noſtros pontificiis ſtomachum nimis commouiſſe; quibus ultionis cupiditas haec remedia commendauerit. (n) Prodiderunt ipſi adlegati cauſas declinatae a ſe ſubſcriptionis. Quarum ſumma capita ſunt, 1] clauſulam quarti articuli legibus repugnare imperii pragmaticis, utpote *paci religioſae* 1555. *Weſtphalicae* 1648. *Capitulationi Caeſareae*; tandem ipſius etiam *Ruuicenſis inſtrumenti* articulo III. ubi baſis et fundamentum eius pacis pax Weſtphalica dicatur, 2] aduerſari eam *formulis mandati* generis cuiusuis, ad quas adlegatorum poteſtas ſit adſtricta: *imperii* ſcilicet uniuerſi 3. principum Auguſt. confeſſ. praecipue et cuiusque principis ſigillatim. Hos enim non aliam pacem ineundam eſſe, praecipere, quam quae Weſtphalicae ſanctioni ſit exacte conformis. *Script. Hagae d. 4. Nouembr.* 1697. Exemplar harum literarum habes in uoluminib. *Moetianis Tom. IV.* p. 143. (o) Si iura ſpectes; eodem culpae crimine in hac re pontificii quoque tenebantur. Nam et horum conſcientias illae imperii ſanctiones tangunt, quas ab *Auguſtana* pace religionis ad praeſens usque negotium enarrauimus: imo horum quoque *formula mandati* fuerat [*ihre* Inſtruction *und Vollmacht*] ne pacem adprobarent, Weſtphalicae ſanctioni aduerſam. Sed quo non pectora flectis ſacra religio? (p) *Culpiſium*; et qui eius exemplum imitati ſunt, comitum *Wetterauiae* ac *Francofurtanae* ciuitatis adlegatos e culpae crimine omnino abſoluerem, ſi ob metum inuaſionis Gallorum, quibus ditiones eorum prae aliis expoſitae fuerant, ſubſcriptioni locum feciſſent. Sed uero cum Gallici legati *ſex hebdomadum* ſpatium et illis ac ceteris *proteſtantibus* dederint: intra quod tempus principum ſuorum uoluntates conſulerent, expectarentque mandata eorum: neſcio ſane, qua demum cauſa illi acti fuerint, ut, hoc remedio abiecto, et ſuam exiſtimationem laederent et principibus ſuis ac uniuerſis puriorum ſacrorum ſociis, ſubſcribendo, peſſime conſulerent. Multorum ſane iudicia fuerunt, intempeſtiuam honoris aemulationem fuiſſe; ut nomina; ut tituli; ut ſigillis paulo ante acquiſita nobilitas in ſolenni hac formula oſtentarentur. Sed melius ſpero de uiro tot meritis conſpicuo. Id uerum eſt, in grauiſſimam eum offenſam apud principem ſuum propterea incurriſſe, apud quem antea tantum poterat. Multi in hoc moerore cauſam praematurae mortis ponunt, quae uirum uix quinquagenario maiorem, in tanto ſenſuum ac corporis robore, altero poſt Riſuicenſem pacem anno, rebus humanis eripuit. (q) Wolfgangi L. B. de *Schmettau*, quem, in hoc rerum argumento, alibi (*in dedicatione Epiſtol. Langueti p. VI.*) non noſtris, ſed Wurtenbergici fere legati uerbis laudauimus, prae ceteris hic candor agnoſcendus eſt. Is enim, ut Culpiſio admodum familiariter utebatur; ita omnes hic curas intendit, quo et hunc et alios, ne ſuis *nominibus* purioribus ſacris officerent, in partibus contineret. Argumenta aduerſus ſubſcriptionem proteſtantium prolata, praeter ea, quae paulo ſuperius lit. n. protulimus hae fuerant: *Actum fere de Oſnabrugenſi pace, palladio puriorum ſacrorum, ſi pontificii, noſtratibus inuitis, ſuis ſuffra-*

ſcriptoribus pontificiis (*), *imperii* cauſa, factis corroboratum eſſe, errore quidem manifeſto, ab aduerſariis fuit exiſtimatum (r).

Iura adlegationis in ratihabitione formulae pacificatoriae.

§. XLV. Taeduit iam poenituitque noſtrorum ſacrorum adlegatos, in tanto legum et ſanctionum imperii apud conciues neglectu; in tam graui ac intolerabili inſolentia hoſtium exterorum: in tanta denique munerum ac officiorum ſuorum contemptione ac deſpicientia *Hagae* Comitum diutius commorari et luctuoſae pacis euentum ſui conſpectu turbae hominum quotidie ueluti in memoriam reuocare. Maturarunt ergo ſinguli abitum. Neque aliquot hebdomades praeterlapſae fuerunt: quo plerique iam diſceſſerant (s). Verum enimuero ſua omnino intereſſe, crediderunt Gallici oratores; ut pax non a Caeſare ſolum, ſed etiam auctoritate ordinum imperii *ratihaberetur*. Sed hoc plurimum contentionis habere uidebatur. *Ratiſponenſia* enim *comitia*, ubi hoc rerum ſtatu *rati formula* ſcribenda fuerat, perſonabant paſſim uocibus ac literis ſto- A machi et querelarum pleniſſimis. Riſuicenſem pacem ipſis imperii iuribus nullam eſſe: quippe quae Weſtphalicam ſanctionem aperte atterat, clam uero ac re ipſa deperdat, euertatque. Iura ſacrorum noſtrorum, a maioribus ſanguine parta, uno hoc caſu proſterni. Templa, ſcholas, coetus noſtros praecipiti caſu ad interitum ruere, niſi haec procella, pacem imperii a ſolis pontificiis confici poſſe, mature B auertatur. Olim aduerſarios praeſtigiis et machinis nec niſi per latera nos petiiſſe; nunc pectora noſtra palam ferire. Haec mercedis loco numeranda, ſumtuum ac impenſarum in nouiſſimo bello. Hos fines ſanctimonia foederum quaerere pontificios, ut aliorum ſacrorum foederatos tandem deglutiant. Expergiſci demum de ſomno debere ſocios noſtrae fidei (u): ne ſomno ac ſopore iura amiſiſſe, a poſte- C ris olim coarguerentur. Dum ita efferueſcerent in comitiis animi ordinum plerorumque, odio ac indignitate rei admodum commoti; nihil prius habuit imperator, quam ut remedia inueniret, quae ſeda-

---

ſuffragiis eam tollere queant; quod in hoc caſu nunc ſentiatur, in ceteris quoque metuendum eſſe, inprimis ſi in ditionibus proteſtantium aut pontificius princeps ſuccedat, ut in Palatinatu exemplum ſit, aut princeps noſtrorum ſacrorum, quod in Saxonia factum, in caſtra tranſeat pontificiorum; decreſcere quotidie uires ac numerum proteſtantium, qui a tempore Weſtphalicae pacis mirum attenuatus ſit, contra quotannis fere augeri coetus pontificiorum; Tutorem pacis Oſnabrugenſis; Sueciae regem implorandum, ut ſuo ipſe interceſſu cauſam noſtram ſubleuet; ſi huius opes non ſufficiant, foedus rogandum eſſe cum ceteris Europae principibus, qui eorundem ſacrorum ſocii ſint, ut ſua ipſi auctoritate iura noſtra contueantur; ſatis eſſe, ut declinata ſubſcriptione iura nobis integra maneant, quamuis cauſa per uim aduerſae partis nunc opprimatur; praeterea etſi ſubcriptio nobis extorqueatur, Cæſarem tamen ac ordines pontificios prius compellendos eſſe, ut ſolenni formula in comitiis declarent, in alio caſu nullo hanc quarti articuli clauſulam damno fore ſacris proteſtantium. (*) Neque tamen diſſidiis caruerunt ipſorum quoque pontificiorum ſubſcriptiones. Inter quae unum et alterum non indignum commemoratione. Cum *Ottoni* atque *Mollio*, *DEPVTATIS* Moguntinis, Boicus cum alias, tum ſubſcriptione etiam praeferri uellet, quippe qui ſummum *PRIMARII* legati munus gereret: illi autem ſuperiorem locum occupaſſent non ſolum, ſed etiam ſua nomina Schoenbornio ita adſtrinxiſſent, ut nullum inter illa et hoc ſpatium eſſet, cui Boicus ſuum infereret: is ergo, ne huic hominum generi, quod infra dignitatem ſuam fore, merito credidit, loco ceſſiſſe, argueretur, conſilium ex arena cepit, poſuitque et in altero, ſiniſtro ſcilicet latere, in quo Gallici legati ſubſcripſerant, nomen ſuum titulumque, et ne opus eſſet illico filum, quod ſigilla imperii legatorum tangebant, retrahere; ipſe alterum, unde Gallorum ſigna pendebant, in ſubſignando non minus adhibuit. Quod cum quidam aduertiſſent, per iocum dixerunt: *Boioariam faſciis Gallorum ſe inuoluiſſe; Chur-Bayren bienge an dem Frantzöſiſchen Schnurlein.* Sed quod cum facetiis accenſitum fuit, id hoc rerum ſtatu, inter genera diuinationum ſolet referre. Idem ob eandem cauſam ſubſcripto nomini uerba adiunxit, *legatus extraordinarius* et *plenipotentiarius*; ut ſcilicet et ſuum honorem a dignatione aliorum deputatorum diſtingueret, iuraque electorum tueretur, quibus integrum ſit, ut ſupremo legationis (*ambaſſiadorum*) honore etiam *adlegatos* ſuos exornent, praeferantque cunctis aliis, adeoque Moguntinis deputatis, qui hoc non gaudeant gradu dignationis. Sed ignauus interpres Gallus haec uerba ita uertit: de Prielmeyer *Ennoyé* extraordinaire. Peſſime itaque hoc habuit Boium, quod crederet, hanc fraudem inſtinctu uel Caeſareorum, qui *adlegatis* ambaſſiadoris honores conſtanter negarunt, uel Moguntinorum ob cauſas enumeratas factam eſſe. Verum cum poſtea intellexiſſet, ab interprete ex errore peccatum fuiſſe, ſatis ei fuit, ſphalma illico emendari. (r) Cauſae ſatis manifeſtae ſunt 1) leges ac pragmaticae imperii ſanctiones non *plurium* ſed *omnium* ſuffragiis poſſunt mutari, 2) ſi controuerſia ritus ſacrorum tangat, una pars nihil agit, diſſentiente altera, 3) formula *mandati*, qua inſtructa fuit adlegatio, his uerbis huic caſui proſpexit: *Keinen andern Frieden zu ſchlieſſen, als welcher dem Weſtphaliſchen in allen puncten gemäß ſey; auch die Obſeruirung der Paritæt unter den Religions Verwandten allerdings in acht genommen werden ſolle.* Ceterum nomina illorum, qui e pontificiis adminiſtris paci *ſubſcripſerunt*, in ipſa pacificatoria formula licet intueri. Id etiam ſciri debet; non adlegatos et illos ſolum, qui ſocii magni foederis fuerant; ſed quorumuis principum imperii adminiſtros ſine ullo fere diſcrimine nomina ſua pro arbitrio ſubſcripſiſſe. (s) Principio quidem ſpem ſibi fecerant Galli, fore, ut principum quoque *proteſtantium* adlegati, intra ſex illa hebdomadum ſpatia mandata acciperent, ad *ſubſcribendum* Riſuici pacificatorio inſtrumento. Sed decollauit ſpes illa. Quoniam adlegati *quarti articuli* clauſulam non ita exhorruerant, quam ipſorum principum aulae eandem fuerunt execrati. Illico igitur principes noſtrorum ſacrorum ſuos adminiſtros auocant et omne controuerſiae momentum ad Ratiſponenſia comitia remittunt. Hos mox pontificii etiam ſequuntur: ne ipſi haec imperii Germanici diſcrimina alere et adprobare aut in perniciem noſtrorum cum Gallis conſpirare, uiderentur. (u) In hanc rem actus comitiales conſuli poſſunt, quorum partem Antonius FABER literis promulgauit. Inprimis

primis

CAP. I. ſedationem adferre uiderentur. (x) Dolere ſe ſcripſit, euentum nouiſſimae pacis uotis omnium minus reſpondiſſe. Verum ſuos ab omni culpae ſuſpicione eximi: cum, quod penes illos non fuerit, Gallorum inſolentiae reſiſtere (y); tum etiam, quod nihil officiorum omiſerint, quibus meliorem imperio pacem conciliarent. Cauſas uero, quae cuncta ſucceſſu deſtituerint, ipſos oratores plene ac ſolide enarrauiſſe (z); quod ſcriptum de ſiniſtra quauis opinione eos purget apud aequos praeſertim et doctos rerum exiſtimatores. Maximum praeterea innocentiae argumentum eſſe, quod eadem pax neque felicius illis ceſſerit, quorum fortunae cum Auſtriacis arctiſſimo uinculo fuerint coniunctae. *Lotharingicam* cauſam et hereditatem *Palatinam*, a principe Aurelianenſi exactam, aliaque ſatis indicare, quam parum attenderint Galli arbitrio conſiliis-

A que Auſtriacorum. Tempori aliquid dandum eſſe, quod deſperatae ſaepius cauſae medelam adferat. Diutius nunc in armis ſtare contra uictorem hoſtem, idem fore, ac grauiora damma expectare et haec contrahere uelle imperio. Formulam ergo pacis tempeſtiue, ordinum decreto, *ratihabendam:* ne Galli in mora occaſionem ſumant, patriam, fere inermem, milite obruendi (a). Hanc fidem ſuam teſtari Cae- §. XLV.

B ſarem: *nolle ſe, ut funeſta clauſula, alio caſu ullo, Oſnabrugenſibus tabulis quicquam deroget* (b); *potius uerae huius ac pragmaticae legis ſanctionem aeternum ſartam ac integram fore, nullo unquam tempore, ratione nulla conuellendam.* Blando hoc ſermone placati ac deliniti procerum animi, multum a coepto remiſerunt feruore et, quod magis eſt, pacem, tot execrationibus a plurimis exploſam, ſcripta *formula*, *ratam* eſſe uoluerunt (c): facta tamen ab

 Augu-

primis illod *ſcriptum* legi meretur, quo ADLEGATI *proteſtantes* cunctas pacis, infeliciter confectae, cauſas, magna calami libertate adſeſſoribus comitiorum, id eſt, ferae poſteritati, plene ſufficienterque enarrarunt. Nolim tamen CAESAREOS uoo audiri, qui culpae, ſibi obiectae ſuſpicionem, in peculiari rerum geſtarum *commentario* a ſe non minori faeundia amouerunt. (x) Facile enim Caeſari ad intelligendum fuit, quantum ſparſa inter ordines diſſidia bono communi olim officere et a Gallis, exemplo priorum ſeculorum, in commodom ſuum perniciemque Caeſaris uerti queant. Neque tempora nunc eſſe, fidiſſimos ordines ſine periculo offendendi. Horum enim breui iterum auxilio opus fore, ſi aliud nihil, aduerſam Hiſpaniarum monarchae ualitudinem protendere ac tantum non elatis uerbis diuioare. (y) Veriſſimum hoc eſſe, uno et altero exemplo docebimus. Caeſarei legati in omnibus congreſſibus id egerant, ut *iura* imperii in Alſatiam; Argentinam ceteras ditiones prolixis commentationibus tuerentur: contra refutarent poſtulata Gallorum in Palatinatum; Lotharingiam ſimileſque prouincias. Repoſuerunt Galli *fruſtra* de *IVRE* diſquiri, poſtquam res ad *arma* deuenerit. Regis ſui iura *diſputare* nunc uelle, idem fore, ac *regem* iniuſtitiae arguere ac reum dicere ſanguinis, iſto bello profuſi; imo idem plane, ac ſpoliatorem uocare homicidam, praedonem, immaniſſimum tyrannum. Neque ad haec magis ſe exhorreſcere poſſe, quam ad *iurium* concertationes in pacificatorio conuentu. Regem ſua iura ante defendiſſe *Ratiſponae* et *Francofurti* annis 1654. (pag 375.) 1663. (pag. 379.) 1664. (pag 380.) 1682. (pag. 383.) quam arma arripuerit. Iſtam ſcenam fruſtra nunc reduci. Non tam *iuſtificis* argumentis, quam *utilibus* nunc opus eſſe. Niſi alterutra pars tyrannidis incuſari debeat: utrique id relinquendum, quod *iure* bella geſſerit. Sed in quantum una iam uiribus altera infirmior ſit: in tantum de iure nunc remittendum. Quid offerat rex pro redimenda pace Caeſari ac imperio, id ex formula potiorum capitum (*dem Friedens*-proiect) manifeſtum eſſe. Caeſaris et imperii nunc fore, aut accipere oblata aut bellum continuare. Inſtiterat Caeſareorum nomine Seilerus: praeſcindi interim poſſe ab hac philoſophia. Rectae tamen conſcientiae officium eſſe, ut Gallici legati aut reſpondeant ad argumenta, aut ſi hoc facere non poſſint, ea regi ſuo exponant exquirantque eius uoluntatem. Regeſſerunt ad haec Galli: conſcientiam eorum regem uno *uerbulo* inſtruxiſſe; ut ſcilicet ad ulteriora quaeuis Germanorum deſideria unica uocula reſpondeant NON. Hoc ſidus illud eſſe, quod inter ſyrtes ac ſcopolos in oceano tot cauſarum omni tempeſtate uenerentur. Oculis in coelum eleuatis, inclamauit ad haec Caeſaris legatus: eſt Deus orbis uniuerſi iudex. Hunc teſtor, quam temere iuſtitia conculcetur. Galli his parum aut nihil commoti, fruſtra ad *futuri* orbis iudicia prouocari, cum in *praeſente* nunc agamus. Alia plura in hoc genere ſcribi hic poſſent, niſi alio nos uocaret inſtitutum. (z) Promulgauit hoc ſcriptum *Antonius* FABER III. uoluminum. Quod paulo ſuperius commendauimus. (a) *Decretum*, quod uocant, *COMMISSIONIS CAESAREAE* d. 20. Nou. 1697. Ratiſponae: "Kæyſerliche Maieſtæt hætten zwar wünſchen mœgen; daſs bey "dieſem Tractat nach derſelben und des Reichs gerechter intention beſſere und billigere conditiones "zu erheben geweſen. Gleichvvie aber dero Geſandſchafft auf Gutbefinden der Reichs-Deputirten "bey denen bekannten widrigen Coniuncturen der Noth nachgehen müſſen: alſo haben Kayſerliche "Maieſtæt der Reichs-Verſammlung forderſamſtes Gutachten der RATIFICATION halber gnædigſt "zu erfordern, nicht umhin ſeyn wollen. Allermaſſen dann Kæyſerliche Maieſtæt ſolches Gutachten "ehiſtens erwarten.„ Signatum &c. (b) Decretum Commiſſ. Caeſar. d. 21. Decembr. 1697. "Obſchon alle Kæyſerlicher Maieſtæt, ſeit ihrer 40. jæhrigen Regierung, geführte conſilia und actiones "die Stænde aller Sorge überheben kœnnen; hætten ſie doch kein Bedencken tragen, hiermit allergnædigſt zu erklæren; daſs alles, vvas in der Riſvvickiſchen Friedens-Negotiation wider das inſtrumentum P. Weſtphalie. oder ſonſt circa modum tractandi et communicandi an Seiten der Kæyſerlichen Geſandſchafft vorgegangen ſeyn mœchte, ſolches wider dero intention geſchehen ſey, und den Stænden "auf keine Weiſe præiudicirlich, und eben ſo vvenig in einige conſequenz gezogen werden ſolle; "als &c. Plenius in duobus aliis decretis Caeſar. Commiſſ. d. 15. Ian. et d. 11. Febr. an. 1698. Ratiſponae: "Seine Kæyſerliche Maieſtæt verſichern die Stænde, daſs ſie im übrigen auf das inſtrumentum pacis "Weſtphal. halten; einen ieden dabey kræfftig zu ſchützen, und nach deſſen Inhalt die iuſtitz ohne "Unterſcheid der Religion zu adminiſtriren, nicht unterlaſſen werden.„ (c) *Hac formula*: Poſtquam in tribus imperii collegiis, ſuper decreto commiſſionis Caeſareae 20. huius menſis dictato, uti et ratio-

CAP. I. § XLV.

Dubitationes in commutandis rati formulis ſubſcribendaque adlegatione, quo iure confectae ſint?

Auguſtanae profeſſionis ſociis contra clauſulam memoratam obteſtatione, ne haec purioribus ſacris praeiudicium adferre queat (d). Diſceſſerant interim Haga Comitum plerique adlegati: ut ergo quis eſſet, qui *rati formulam*, imperii nomine, *Riſuici* cum Gallis commutaret: Moguntinus (e) hanc ſpartam *Cunrado Norfio*, antiſtitis Colonienſis adminiſtro, ſuo arbitratu (f), exornandam, commiſit. Sed cum Gallici legati ante abitum ſuum hoc munus *ſilentiario* detulerint: neque a uiro maioris dignationis id imperii cauſa poterat expediri. Vtrinque ergo *ſecretioris* argumenti *ſcribae* in aedibus *BONDEI*, *inter pacis arbitros primarii legati* (*), conueniunt atque *RATI FORMVLAS* ultro citroque accipiunt, recipiuntque (g). Quamuis Galli nullo iure exemplar, Moguntini electoris manibus ſubſcriptum uellent (h). Nam, uetuſtiſſimis *comitiorum* moribus, cuiusuis generis ac momenti diplomata orator Moguntini, nomine et principis ſui et imperii, ſubſcribit: quos hac occaſione migrare uelle, operae pretium non uidebatur (i). Atque haec ſufficiat ſcripſiſſe *de ORTV PROGRESSVQVE ADLEGATIONIS.*

CAP.

rationibus a deputatia imperii Hagae Comitis huc transmiſſis, deliberatio rite inſtituta fuit, concluſum eſt, pacem proxime lapſa die 30. Octobr: in arce Riſuicenſi inter S. Caeſ. Maieſtatem et *imperium* ab una, et S. R. Maieſtatem Chriſtianiſſ. ab altera parte initam, cum articulo ſeparato, ſub eodem dato, itemque articulo includendorum, de quo die 9. Nouembr. conuentum eſt, *ex parte imperii RATAM HABENDAM* atque adprobandam eſſe, quemadmodum eam praedicta tria collegis hiſce omni meliori modu *adprobant* ac *ratam* et firmam habent, Sac. Caeſaream Maieſtat. rogando, ut et ipſa hanc pacem ratihabere et confirmare clementiſſime dignetur. *Signatum Ratiſponae d.* 26. *Non. an.* 1697. (L. S.) Electoralis Moguntina cancellaria. (d) "Inde uerba des Reichs-Gutachten d. 26. Nou. 1697. Ferner vvird des Kæyſers Principal-Commiſſarii Hoch-Fürſtlichen Gnaden dasienige, was die Augsburgiſchen Confeſſions-Vervvandten Stænde des Reichs ihrer Religions-Angelegenheiten halber in allen dreyen Reichs-Collegiis anzeigen laſſen, hiermit communiciret, mit dem Erſuchen, damit Ihre Kæyſerliche Maieſtæt derſelben Anliegen daraus erkennen, und darauf allergnædigſt reflectiren mœgen." (e) Hae formula: Nos Lothar. Franciſcus, Dei gratia S. Sedis Moguntini Archiepiſcopus &c. notum facimus praeſentibus, quod cum grauibus de cauſis e re noſtra duxerimus noſtram ad tractatus pacis miſſam legationem reuocare et ad alia negotia adhibere, neceſſum ſit, ut ratificatio imperii cum ratificatione Gallica permutetur, illudque ex parte directorii, nobis ab imperio concrediti, curetur et perficiatur: nos plenariam poteſtatem damus honorabili conſiliario noſtro fideli Iohanni Cunrado Norff, electorali Colonienſi Conſiliario et Reſidenti Hagae Comitis, ut noſtro nomine ſupradicto actui permutationis aliisque eapropter inſtituendis colloquiis interſit, dictamque ratificationum permutationem, iuxta datam ipſi inſtructionem, perficiat, ut cara patria noſtra pacis concluſae fructibus plene fruatur. Promittentes, nos ratum et acceptum habituros, quicquid praeſatus plenipotentiarius noſter in hoc negotio facturus. In cuius rei fidem literas haſce manu noſtra ſubſcripſimus noſtraeque cancellariae ſigillo muniuimus. Bambergae d. 2. Decembr. 1697. (f) Equidem d. 2. Decemb. 1697. Hagae mandatum Moguntini, Norfio factum et ipſi adprobarunt ordinum adminiſtri: "man kœnnte an Seiten anweſender Chur-und Fürſtlichen Geſandten und Plenipotentiarien gar gern geſchehen laſſen, daſs der Herr Reſident Norff, vermœge der Vollmacht und Ordre, ſo er von Ihrer Churfürſtlichen Gnaden zu Maintz diſsfallſs erhalten, die ratificationem imperii über den geſchloſſenen Frieden extradire, bæthe auch die Hochanſehnliche Kœnigliche Schvvediſche Mediation dienſtlich, ihme hierunter zu aſſiſtiren, damit das Reich eine Original-Ratification dagegen von der Kœnigl. Frantzœſiſchen Geſandſchafft gleich wie bey denen Münſteriſchen, Nimwegiſchen und Armiſtitien-Tractaten geſchehen, empfange, ob gleich das Reich bey denen beyden letztern, nicht wie allhier per deputationem concurriret habe. Im übrigen, quod probe aduertendum, laſſe man dahin geſtellet ſeyn, in vvie vveit Chur-Mcintz ab imperio zu dieſer ratification bevollmæchtiget ſey, da man noch keine Nachricht von Regensburg habe, und dieſen punct zu der Erklærung, die droben geſchehen wird, ausgeſtellet ſeyen laſſen." (*) Huius uiri memoria animum meum numquam ſubit, ſubit autem quam ſaepiſſime, quin eius uenerer humanitatem; candorem; prudentiam integritatemque, magnis multiſque rebus ſpectatam. Habent omnino Germani, quod ſerum eius et tardum nimis ad pacificationem acceſſum non in ultima cauſa ponant pacis, infeliciter confectae. Vir illuſtriſſ. et tantum non atauis regibus editus, ſaepius ingemuit et nullis non querelis deplorauit: Argentinam perditam et puriorum ſacrorum in Germanis palladium hac pace concuſſum eſſe. Nihil equidem in ſolertia *Lilienrothii*, hominis magni conſilii, deſiderari debebat: ſed omnem Europae pacandae curam ab auctoritate, ſtudio, uigiliisque unius uiri pependiſſe, inter exeuntis ſeculi portenta referebatur. Tantam certe rerum et negotiorum molem plures adiutores [illegible]uiſſe, multorum iudicia fuerant: neque tractatam, ſed deproperatam pacificationem. Qui factum quoque neſciuerant, ut in extremo demum puncto Bondeus in tractatibus intereſſet, qui tamen, regis ſui mandato, primas ac alteras in illis habere debuerat. (g) Librariorum ſiue uera, ſiue ſimulata incuria factum fuerat: ut in exemplo pacificatoriae formulae Pariſiis deſcripto, *Boici LEGATI* nomen poſtponeretur *Moguntinis DEPVTATIS.* Cum uero *praelationis* diſcrimina inter eos dudum fuiſſent, ſupra a nobis expoſita pag. 419. ſui Boicos adminiſter officii eſſe credidit, contra hunc ordinem apud arbitrum pacis publice ac ſolenniter deteſtari, ne ſilentio iuri ſuo praeiudicium attuliſſe uideretur. (h) Subſcripſerat enim uicarius tantum Moguntini in comitiis, *die Chur-Meintziſche.* Quare noluerunt Galli, ut *authenticum* darent; *copiam* uero tantum reciperent. (i) Arguit iniquitatis hoc poſtulatum 1] quod obſeruatione imperii alius ſubſcribendi modus plane ignotus ſit, 2] formulae mandati ac fidei allegatorum eadem ratione fuerint deſcriptae, nihil dubitationis mouentibus Gallis, 3] Comes de Crecy, qui tantopere in comitiis fuerat uerſatus, hunc imperii morem ignorare non poſſet, ut adeo Galli nodum in ſcirpo quaeſiuiſſe, uiderentur.

CAP. II.

Ordinum iura circa adlegationes imperii.

§. I.

Ius adlegandi argumentis adſtruitur ordinibus S.R.I.

PLene cumulateque *adlegationis hiſtoria* enarrata: facile nunc erit, ut *ARGVMENTA* eruamus, quibus *adlegandi iura* contueamur. Quo enim prolixiores fuimus in *primo* membro rerum tractandarum: eo breuioribus nobis eſſe, nunc in illis licet, quae dicenda in noſtro inſtituto (a), ſuperſunt. Vnde intelligetur, quam uerißimum ſit Conringianum dogma: *hiſtoriam* non ſolum omnis iuris, publici maxime optimum praeſidium eſſe: ſed ipſarum quoque *legum* ſcientiam hiſtorici uere argumenti (b). Propterea nihil mirum uideatur; ſi *huic* capiti e *primo* omne repetatur adiumentum. Vt uero id, unde publici in Germania iuris momenta pendent, *trium* fere principiorum oritur ex aliquo, *legibus* ſcilicet; *moribus*; ipſa *regnandi* forma: ita nos imperii quoque *adlegationes* ordinibus non ex uno tantum aut altero eorum, ſed e *ſingulis* generibus adſtruemus.

Primum argumenti genus eſt ab OBSERVANTIA repetitum.

§. II. Patriis moribus perpetuo fere omnium ſeculorum uſu receptum fuiſſe, ut in *legationibus*, uniuerſi imperii cauſa decernendis, *ordinum* quoque ſuffragia audirentur: in capite praecedente ab *ortu progreſſuque* rerum Germanicarum fuſe oſtendimus. Quemadmodum uero *procerum auctoritas* in S. R. imperii legationibus multifariam poteſt interponi: illi enim aut *Caeſareae legationi* ſuos quoque oratores ſeorſim *adlegant*; aut uiros *eosdem* cum *Caeſareis* munere legationis *inſtruunt*; aut omnem *legandi* facultatem *ſoli Caeſari*, beneficio quodam, concedunt; aut denique rem in ipſis *comitiis* tractant: ita in has quoque claſſes recenſita *adlegationum exempla* non ſine ratione diſponenda ſunt. Vt conſtet, in neutro *adlegationis genere* illuſtriores nobis caſus defuiſſe. Obueniunt tamen praeter illos, quos tanto numero recenſuimus alii ad-

Additamenta quorundam

A huc, quibus hic locum faciendum eſſe, exiſtimamus. DIPLOMA (bb) Friderici I. Caeſaris, quo inducias pepigit cum Wilhelmo, Siciliae rege, 1177. principio huc referendum. In illo enim claris uerbis dicitur: *inducias non ſolum CAESARIS; ſed etiam REGIS ROMANORVM atque imperii tandem PRINCIPVM ADSENSV; IVREIVRANDO; SVBSCRIPTIONE* confirmatas ac communitas fu-

exemplorum Friderici I. an. 1177.

B iſſe (c). Significantiora in hoc caſu uerba ſunt DIPLOMATIS (d) *foederis Alberti regis Romanorum* cum *Philippo rege Galliae an. 1299. d. 8. Decembr.* Haec enim ita ſe habent: *cum auctoritate et decreto noſtro regio et ELECTORVM, PRINCIPVM et baronum regni Allemaniae* ita paciſcimur. Et mox iterum ſub finem: *Ceterum cum omnium ELECTORVM PRINCIPVM praedictorum ADSEN-*

Alberti anno 1299. quod admodum illuſtre.

C *SVS, AVCTORITAS, propter quorundam abſentiam, haberi non poſſunt:* uult rex Franciae, *quod, TRIBVS ex Electoribus ipſis ſuam in praemiſſis AVCTORITATEM praeſtantibus et ADSENSVM, propter aliorum auctoritatem, non praeſtitam, tamen contractus hic nullatenus differatur, ſed bona fide nihilominus conſummetur.* Neſcio ſane, an hodienum imperator principum, aut, qui horum uices ge-

D runt, *adlegatorum* iura clarioribus uerbis profiteri queat, ac in laudato libello ante *quadringentos* iam annos feciſſe uidimus Caeſarem Albertum (e). Et uero ante hoc tempus, ſcilicet abhinc *quingentis* annis DIPLOMA (f) *Ottonis* IV. Caeſaris reperio; in quo imperator *Wolphgerum* patriarcham Aquileienſem hac formula inſtruit; *uolentes, quod noſter et IMPERII LEGATVS, quicquid tractauerit nos per omnia ſumus habituri.* Verum ſatis exemplorum eſt, unde ſufficienter intelligitur, moribus Germanici imperii con-

Ottonis IV. an. 1209.

(a) Partes dicendorum in §. XI. prooemii p. 304. ſummatim enarratae ſunt. (b) In famoſo diſſidio cum Tabore ICto. (bb) Habetur id in codice iuris gentium LEIBNIZIANO *in Prodromo part. I. p. 2.* (c) Neque eſt, quod aliquis exiſtimet, haec uel *ſolennitatis*, uel *teſtimonii* ergo facta fuiſſe. Primo enim alii ibidem *teſtes*, qui in Caeſaris animam iurauerunt, recitantur, utpote, Henricus comes de *Dieſſa*, alii: a quibus *principum fidelium* imperii ioſiorandum curate diſtinguitur, ut hoc non *Caeſaris*, ſed *imperii* ergo factum eſſe, intelligatur. Deinde eiusdem momenti aeſtimatur ibidem principum imperii iuramentum, ac ipſius regis Romanorum, quod intra menſtrui ſpatium Caeſar promittit: at uero hoc non *ſolennitatis*, ſed *neceſſitatis*; non *teſtimonii*, ſed conſenſus ergo praeſtandum fuiſſe, nemo dubitauerit. (d) In codice diplomatico LEIBNIZII part. I. diplom. XXV. pag. 42. (e) Plura ex hoc diplomate diſco: quod *adſenſus imperii* clariſsimis uerbis in hoc foedere neceſſarius eſſe, dicatur; quod ne *abſentes* quidem *principes* ex aliqua iuris ratione, ſed arbitrio tantum paciſcentium in hoc negotio excludi poſſe, creditum ſit; quod *trium* imperii *curiarum* mentio fiat, utpote 1] *Electorum*, 2] *Principum*, 3] *Baronum*: non uero *CIVITATVM*; non *EQVITVM* S. R. I. An colligi hinc poſſit: *Comites* ac *Barones* diſtinctam a principibus curiam effeciſſe? immediatam imperii *nobilitatem ciuitatesque* nullo tempore ulla *regni iura* habuiſſe? prudentiorum iudiciis relinquo. (f) In medium id produxit *Berohardinus*

CAP. II.

conſtitutum fuiſſe, ut Caeſares, non ſine ordinum uel *adlegatorum* adſenſu in cauſis uniuerſi imperii paciſcerentur.

Alterum argumentum ex LEGIBVS imperii,

§. III. Sequitur, ut de publicis imperii *LEGIBVS* diſquiramus, quid illis in iure *adlegationum* proditum eſſe, uideatur. Superius iam oſtenſum eſt (g); *moribus* cuncta fere reipublicae noſtrae negotia regi: *legibus* uero definita eſſe quam pauciſſima. *Adlegationis* tamen argumento neque *has* deeſſe, reperiemus. Pertinet huc e *primo capite* inprimis CONSTITVTIO REGIMENTI *imperii an. 1500* (h), cuius *adſeſſores* uere ac omnino dici poterant per[...]i ordinum *adlegati*. Deinde eadem *adlegandi* iura plures etiam *comitiorum* RECESSVS explicant (i); utpote *WORMATIENSIS* 1495. (k); *SPIRENSIS* 1541. (l); *AVGVSTANVS* 1559. (m); *SPIRENSIS* 1570. (n); *RATISPONENSES* 1576. (*), 1594. (o), 1598. (p), 1603. (q), 1641. (r), *NORIBERGENSIS* 1650. (s), et tandem Ratisponenſibus 1654. (t), qui nouiſſimus eſt inter tot minus ſolennia hodiernorum comitiorum decreta (u). Quid Weſtphalicae tabulae circa ius *adlegandi* praecipiant, ſupra (*). edoctum eſt. Praeterea Caeſarum quae uocantur CAPITVLATIONES ordinum *adlegatos* agnoſcunt. *Caroli V.* (x), ceterorumque imperatorum cum ordinibus pactiones utpote *Ferdinandi* I (y); *Maximiliani* II (z); *Rudolfi* (a); *Matthiae*, (b); *Ferdinandorum* II (c); III (d); et IV (e); atque *Leopoldi* (f), de foederibus, pace, belloque, nonniſi ordinum adſenſu ineundis, non exertis quidem uerbis determinant definiuntque (g): ſed *Ioſephina* omnium manifeſtiſſime praecipit, cauſas uniuerſi imperii, *adlegatorum* ope, a Caeſareis tractandas eſſe (h). Vt genuina ac tantum non primaria ſedes hic reponi poſſe, uideatur.

Conſtitutione regimenti 1500.

Receſſibus comitiorum.

§. III. IV. Inſtrumento pac. Weſtph.

Capitulationibus Caeſarum.

§. IV. Supereſt, ut iura *adlegationum* ex ipſa quoque imperii noſtri *forma* breuiter ſummatimque demonſtremus. Bene *Hugo* GROTIVS (i) philoſophatur: *pleroſque reges, ELECTITIOS maxime, regnum*

Tertium argumentum a forma regnandi,

quae electitia eſt.

dians CORIVS, qui anno 1499. obiit, in hiſtoria Mediolanenſi part. II. ad annum 1209. (g) Cap. I. §. 7. et 8. (h) Siue enim *pax* ineunda; ſiue *bellum* declarandum; ſiue alia quaedem *diffidia* cum exteris maxime componenda fuerint: hoc muneris fuerat *REGIMENTI* S. R. I. Videantur, quae *cap. I. §. 19. p. 335.* ſcripſimus. Hodie ſane, ſublato *regimento*, ſingula haec per S. R. I. *adlegatos* expediri ex hiſtoria adlegationis facile intelligitur. (i) Quamuis hi *adlegationes* non tam praecipere, quam adprobare uideantur. (k) *In der Handhabung des Landfriedens §. V. auch ſollen wir.* Vid. cap. I. §. 19. p. 335. (l) Cap. I. §. 19. p. 335. litera p. (m) Cap. I. §. 19. p. 335. litera q. (n) Cap. I. §. 20. p. 338. litera x. (*) Cap. I. §. 19. p. 336. litera s. (o) Cap. I. § 20. p. 338. litera y. (p) Cap. I. §. 20. p. 338. litera z. (q) Cap. I. §. 20. p. 339. literis aa. (r) Cap. I. §. 25. p. 354. lit. p. (s) Cap. I. § 28. p. 373. Siue tamen huc eum referas, ſiue paulo inferius aliorſum, parum intererit. (t) Cap. I. §. 29. p. 376. literas. (u) Pertinent huc ſententiae *comitiales*, quas capite I. §§. 31. 32. 33. 34. ceterisque usque ad finem fuſe recenſuimus. Toties enim in noſtrae aetatis comitiis tractata fuerunt argumenta *adlegationum*. (*) *Cap. I. §.* 21. *p.* 343. 344. Vt autem uerum fatear; admodum miror, imperii ordines *adlegationis* momenta, in Weſtphalica pacificatione tanta animorum contentione diſputata, in formula huius pacis non pleniori ſententia declaraſſe. Sed moribus forte placuit magis, quam ſcripta lege haec definiri. (x) *Artic. VII. Wir ſollen und wollen für uns ſelbſt, als Roemiſ. koenig, in des Reichs-Handeln kein Bündniß oder Einigung mit fremder Nation oder ſonſten im Reich machen, wir haben denn zuvor die Sechs Chur-Fürſten erfordert und Ihren Willen ſaemmtlich oder des mehrentheils uns Ihnen in ſolchem erlangt.* Neque eſt, quod aliquis dicat, *rem* quidem cum proceribus communicandam; ſed *expeditionem* rei Caeſari ac eius adminiſtris relinquendam eſſe. Illud enim hic repono, quod interpretes iuris Romani colligunt *ex L. 2. ff. de iurisdictione:* omnia conceſſa intelligi, ſine quibus res obtinere nequeat, cuius mihi ſit facta poteſtas. (y) Artic. X. "Wir ſollen und wollen kein Fehde noch Krieg in oder auſſerhalb des Reichs anfangen "oder unternehmen ohne Vorwiſſen, RATH, (habes ius adlegandi) Bewilligung der Reichs-Staende "zum wenigſten den Sech Churfürſten." (z) Artic. IV. (a) Articulo VI. (b) Articulo VI. eodem. (c) Itidem Artic. VI. (d) Artic. VII. ubi *pax* Pragenſis, abſque imperii *adlegatorum* interceſſu, a ſolo Caeſare facta, ea propter his uerbis ſub cenſuram mittitur; "Wie dann der "Modus, ſo bey tractation des Pragiſchen Friedens iſt gehalten worden, ins künfftige zu keinem Praeiudiz "oder conſequenz angezogen noch ausgedeutet werden ſolle." (e) Artic. VII. (f) Artic. X. ubi aduerti meretur, quod, cum in *Ferdinandi I.* capitulatione, praeter electores, omnium quoque *ordinum adlegati* ad compoſitionem rerum uniuerſi imperii requiri uideantur; in Leopoldina eadem clauſula, quae in ceteris capitulationibus omiſſa fuerat, his uerbis iterum repetatur: "Wir ſollen und wollen auch "in des Reichs-Handeln kein Verbündniß machen, wir haben dann der Churfürſten, Fürſten und Staenden Bewilligung hierzu erlanget. Da aber publica ſalus eine mehrere Beſchleunigung erforderte, "da ſollen und wollen wir der lieben Churfürſten ſaemmtliche Einwilligung, und zwar auf einer collegial Zuſammenkunfft, und nicht durch abſonderliche Erklaerungen, biſs man zu einer gemeinen "Reichs-Verſammlung kommen kan, wie ſonſten in allen andern, des Reichs Sicherheit concernirenden Sachen, alſo auch in dieſer erlangen." (g) Huc tamen iura quoque adlegandi pertinere, plurima produnt. *Primo* ipſius naturae dictamen eſt, ut qui dat finem, *media* etiam largiatur, quae ad iſtum requirantur. *Deinde pax Pragenſis* propterea in Ferdinandi III. *capitulatione* illegitima cenſetur, quod inita fuerit abſque imperii adlegatione. *Tum* Ferdinandi I. lex fuerat, ut non ſolum praeſcitum et conſenſum ordinum; ſed etiam *conſilia* eorundem in tractatione adhibeat eius generis negotiorum. (h) Articulo XIII. ſub finem: "Wir ſollen und wollen auch keinen Frieden, "ohne Churfürſten, Fürſten und Staende ZVTHVVNG und Einwilligung ſchlieſſen. Atque hoc idem eſt a *Caeſareis* pacificatoribus in cauſis uniuerſi imperii ab *ordinibus adlegandum eſſe*. (i) Variis locis hanc quaeſtionem tractat et expedit Lib. I. cap. 4. §. 10. p. 92. Lib. II. cap. 6. §. 4. p. 173. et cap. 14. §. 2. p. 260. Lib. III. cap. 20. §. 5. p. 584. Quae uberius facile exponi poſſent, niſi in *hypotheſi* magis, quam *theſi* opera noſtra uerſaretur.

CAP. II.

regnum non in PATRIMONIO, *ſed tanquam in* VSVFRVCTV *habere; neque ualere, ut imperium aut eius partem alienent* PACISCENDO. *Quod ſi tamen aliquid alienandum ſit; id per partium legatos, quos ordines uocent*, qui nobis *ADLEGATORVM* nomine hactenus uenerunt, *expedire debere. Secus quoties imperans faciat, actum non tantum uitioſum eſſe; ſed ipſo etiam iure nullum.* Cum ergo inde ab ultima *Cunradi I.* aetate rerum gnaris conſtet, *imperii Germanici* faſces quouis tempore *ELECTIONE* delatas fuiſſe: nemo inficias ibit, eodem etiam hic iudicio pronunciandum eſſe: Caeſarem in imperio noſtro nullo unquam tempore paciſci aut obligationem in illis rebus contrahere potuiſſe, quae, aliquo tantum modo, in *detrimenta ciuium* abiuerint: ſed, fere inſtar *uſufructuarii* in iure Romano *L. 10. de uſufructu et L. 4. C. titulo eodem* cauere potius debuiſſe, ne ullam laeſionem ex *uſu proprietati* adferat: quoties autem imperium legitime obligari debuerit; toties *ordinum intercesſu*, id eſt, *adlegatorum autoritate*, opus fuiſſe. Cadunt ergo omnes uenditiones; oppignorationes; donationes; ceſſiones, ſolo Caeſarum arbitrio, inconſultis regni ciuibus eorumque *adlegatis* cum in *Germania*, tum in *Italia* et *Arelatenſi* regno factae. Et ſane fruſtra ſunt, qui *legem*, talia *prohibentem*, hic deſiderant, aut, poſt *capitulationes*, Caeſaribus praeſcriptas, eorum demum poteſtatem in hoc genere reſtrictam eſſe, perhibent: *imperii* enim *forma* perpetua *lex* eſt, quam normam imperantes nunquam impune queunt tranſilire. Quaeſo enim! quid demum alienaſſet *electitius* imperator abſque ordinum conſenſu? Omnes certe imperii ditiones aut in *principum ditione* fuerunt; aut in *domanio* Caeſaris. Ibi *proceres*; hic poſteros in regno *ſucceſſores*; utrobique uniuerſum imperium manifeſta iniquitate adfeciſſet. Aequiſſimus ergo harum rerum aeſtimator fuit MAXIMILIANVS I. Caeſar; cuius diploma eodem nobiscum argumento utitur, quod *Ioh. Iac.* CHIFLETIVS (k) deſcripſit: *ſucceſſione*, uerba ipſius codicilli ſunt, *non acquiritur imperium; ſed libera procerum* ELECTIONE. QVARE *nec uendere, nec* ALIENARE QVICQVAM *poteſt imperator. Recipiendi et recuperandi ius ſemper eſt ſucceſſori et electoribus.* Quamuis an etiam ultimum hoc *electitio regi* fas ſit, admodum dubitem. *Perduntur* enim ſaepius iura; ſi *intempeſtiue requi-*

Lud. opuſc. tom. I.

A *rantur.* Intereſt ergo talis reipublicae, ut caueat, ne uel per *mitiora* remedia imperans regni arcana parti aduerſae prodat; per *fortiora* autem proceres bello inuoluat, quod nunquam ſine periculo peioris euentus ſuſcipitur. Exemplum noſtrae aetati ante oculos obuerſatur in *Sarmatis*; quorum ditiones bello concuſſae ſunt: quod, Liuoniae recuperandae ergo, *rex* eorum, *ſua*, non regni *autoritate* cum *Sue-* B *cis* inchoauit.

§. IV. V. VI.

§. V. Neque eſt, quod aliquis illud obiiciat, a *forma* imperii ad poteſtatem *imperantis* nulla colligi poſſe argumenta. Quamuis enim non negem, fieri potuiſſe, ut ciues *electo* etiam principi *liberrimam* regnandi *facultatem* detulerint: id tamen nullo caſu praeſumendum eſſe, exiſtimo; ut potius conſtantem *de iure praeſumtio-* C *nem* habeam, omnia *electitia* regna *arctiſſimis* legum uinculis imperantem adſtrinxiſſe. Probandi itaque onera parti aduerſae imponenda ſunt; quoties haec frena *electitii* imperii laxat. Exempli cauſa in Germanis quaeritur: an *Caeſaris tantum* ſit, uniuerſi imperii nomine, pactiones cum exteris conflare, foedera ferire aliaque facere, quae ſunt generis eiusdem: an uero in huius *iuris ſocietate ordines* quo- D que eorumque *adlegati* numerandi ſint: *pro* his certe tamdiu pronunciandum eſſe, exiſtimo, donec probent luculenter Caeſarei, hanc poteſtatem a proceribus Germaniae in ſolum translatam fuiſſe imperatorem. Atque utinam cuncti iurium publicorum doctores intelligerent, quam expedita haec uia ſit, ad iura regni, principibus noſtris condigne adſerenda. Verum animi ſcribentium ex illis, quae ſu- E perius (l) de forma imperii noſtri diſputauimus, antea firmandi atque ad hos ſenſus quaſi praemuniendi ſunt; ne auctoritate ac numero aliter ſentientium ab hoc tramite dimoueantur.

Admodum adſtricta.

§. VI. Illud etiam ad defendenda haec iura facit: quod aut ſimiles aut minoris longe momenti caſus ſint, quos Caeſar ordinibus inconſultis, fruſtra expedit; quam imperii aeſtimantur adlegationes. In ho- F rum numero *primum* eſt, ius *excipiendi legatos* in comitiis ciuium imperii. Superius plurima eius generis exempla adlata ſunt (m), quae moribus Germaniae id teſtatiſſimum eſſe, euincent. Quid? quod etiam formulae ſolennium ac ceremoniarum extent (n), quibus exterorum principum legatis in comitiis uel *a ſolo Caeſa-*

A caſibus ſimilibus aut minoris momenti, quam iura adlegandi ſunt.

Facultate excipiendi exterorum legatos in comitiis.

Ee *re* (o)

(k) *In uindiciis Hiſpan. cap. XII. p.* 127. (l) Capite I. §. 15. p. 323. et ſequentibus. (m) Capite I. a principio ad finem uſque. Addi poteſt illis alius caſus, quem *Martin.* CRVSIVS enarrat *Annal. Suen. Lib. I. Part. II. p.* 9. Singula uero ita accipi ac diſtingui inuicem debent, ut Carolingorum temporibus *arbitrii*, poſtea *officii* Caeſarum fuiſſe credatur, *legatos in procerum conſeſſu* audire ac dimittere. (n) Congeſſit eas *Pancratius* LAMPADIVS in uolumine der Politiſchen Reichs-Hændel Artic. XLVIII. p. 192. "Von Legationibus fremder Potentaten auf den Reichs-Tægen. Offtmals, inquit, trægt ſichs" "zu auff den Reichs-Tægen, daſs auslændiſche Potentaten und Communen ihre Legaten und Wer-" "bungen

CAP. II. §. VII. VIII. IX.

re (o); uel ab *ordinibus tantum* (p); uel *ſimul* ab *utraque* (q) parte excipi iterumque dimitti debeant. Atque haec iura exteris quoque regibus in imperio noſtro ita cognita ſunt perſpectaque, ut *Henricus II.* Galliarum rex, inter cauſas belli hanc etiam reponat: *quod Carolus V. et frater eius Ferdinandus Gallicos legatos, contra mores Germanorum, a comitiis arceant* (r). Merentur uerba in ipſo contextu enarrari: *darum practicirens die beyde Brüder auff* B *den Reichs-Tægen dahin, daſs man unſere Geſandten, wider den alten Brauch, davon abhælt und ausſchlieſſet.* Quod ſi ergo ordinum eſt, legatos exterorum principum *imperii cauſa* excipere, audire ac dimittere: nemo, opinor, dubitabit, eorundem etiam fore, imperii nomine *adlegare*. Cum *illa* ſparta ſoli Caeſari facilius ac longe minori periculo, quam *haec* relinqui potuiſſe, uideatur.

Iure belli.

§. VII. Belli et pacis iura e numero illorum ſunt, quae ſub eandem cadunt rationem, argumento etiam *Nou. 105.* Quodſi ergo ſatis manifeſtum ſit, cum moribus, tum publicis ſanctionibus, *bellum* uniuerſi imperii non a *ſolo* Caeſare, ſed in *ordinum ſocietate* comitiali ſententia decerni, quod, poſt alios plures, *Iuſtinus* PRESBEVTA, aut, quod uerum eius nomen eſt, *Henr. Henninges* (s), erudite ac luculenter de- D monſtrauit; nemo erit, me iudice, qui *pacis* iura ea propter ab iisdem comitiis remouerit. Bellum, dicis, imperio facile adfert *periculum:* ſed pax *damnum*. Quod ibi *metuitur;* hic *ſentitur*. Suſcipitur *bel-* A *lum;* ut *pax* obtineatur. Cuius ergo nutu *illud* inchoatum: eius quoque auctoritate *haec* conficiatur. Iniquiſſime fieret; ſi demum e diuerſorio diſpelleretur; qui fidus moleſti itineris comes fuerat. Id uolo, ut qui belli *onus* ſua uoluntate ſenſit; eum iniurioſe deſeri in *fructu* pacis. Aeque enim *pacis* arbitria habet: qui *belli* iura eſt moderatus.

Foederum.

§. VIII. Neque *foederum* pactiones aliunde, quam a *comitiis* pendent in imperio Romano. *Leges* iterum ac *mores* hic loquuntur: quos iuſtis uoluminibus *Eberhardus a* WEIHE (t); *Chriſtophorus* BESOLDVS (u), aliique in hoc argumenti genere ex inſtituto congeſſerunt. Quod igitur ſtatim ſupra dixi; id etiam hic repetendum eſſe, exiſtimo: fieri non poſſe, ut iura *legationum* ſoli Caeſari tribuat; qui belli, pacis, foederum *pactiones*, quarum C cauſa *legati* delegantur, nonniſi in *ordinum* ſocietate conflari, intellexerit. *Adlegationibus* itaque locum faciendum, hoc etiam caſu luculenter euincitur.

Legum ferendarum.

§. IX. *Pacis* faciendae iura ad *legislatoriam* poteſtatem refert *Franciſc. Baco de* VERVLAMIO (x). Quaſi ſcilicet, qui condere in republica *leges* non poſſet: neque de *pace* in eadem iure tranſigeret. Equidem non inficior, ingentem eſſe inter *pacem* ac *leges* diuerſitatem. Verum enimuero exemplum in *Weſtphalica* pactione habemus; quae *legis* et pragmaticae in imperio ſanctionis robur accepit (y). Eius igitur generis *pace* proceres regni a ſolo Caeſare obligari non poſſe, certum eſt.

"bringen an die Kæyſerl. Maieſt. und die Stænde, oder aber an die STAENDE ALLEIN abfertigen; "darum davon zu ſagen, wie ſelbige gehœret und abgefertiget werden. (o) Idem: wenn fremde "Legaten ſich auf den Reichs-Tag bey dem Reichs-Marſchall anmelden, haben ſie nur bey Kayſerl. "Maieſt. zu thun, nimmt ſich das Reich nicht an, auch die Stænde nicht. Es ſey denn, daſs der Kæy"ſer ihre Werbungen den Stænden offenbahret, und deren Bedencken darunter erfordert. (p) Idem: "Da aber die Legaten fremder Potentaten bey den Stænden allein zu thun, werden dieſelbe in bey"ſeyn aller Stænde und Ræthe gehœret, auch nach gehaltenem verglichenem Bedencken daſelbſt beant"vvortet. Caeſare inconſulto. Doch vvo die Sachen alſo vvichtig, daſs die Stænde ohne Vorvviſ"ſen Ihr. Kayſerl. Maieſt. darinnen etvvas zu antvvorten Bedenckens, pflegen ſie die Geſandte entvve"der an die Kayſerl. Maieſt. anzuvveiſen, oder ſich doch mit Ihrer Maieſt. einer Antvvort zu verglei"chen. (q) Idem: Hætten aber die Legaten bey Ihr. Kayſerl. Maieſt. und den Stænden ſæmmtlich "zu ſchaffen; ſo pflegen ſie ihre Credenz abgeſondert an beyden Orten, als zu Kayſerl. Majeſt. Reichs"Hoff und dann zum Meynziſchen Kantzler, der Stænde halber zu übergehen. Und darauff benen"nen Ihr. Kæyſerl. Maieſt. den Stænden eine Stunde, vvenn ſie die Geſandte zu hœren erſcheinen ſol"len. Daſelbſt ſitzen Ihr. Maieſt. auch Chorfürſten, Fürſten und Stænde, hœren die VVerbung an, "und fertigen den Legaten mit einer Antvvort ab; daſs man ſeine VVerbungen ervvegen, und ihm zu "gebührlicher Zeit beantvvorten vvolle. Die Stænde erbieten ſich gegen Ihr. Kæyſerl. Maieſt. die "VVerbung in Berathſchlagung zu ziehen, und Ihr. Kayſerl. Maieſt. vvas zu antvvorten in Beden"cken anzuzeigen, bitten Copiam deſſen, vvas der Legat übergeben. Hernach bedenckt man die Sa"che in den 3en Collegiis, und vvird daraus ein einhelliger Schluſs gemacht, und Kayſerl. Maieſt. zuge"ſtellet. Wo dann Kayſ. Maieſt. ſich ſolches gefallen læſt, oder ſich ſonſten mit den Stænden vergleichet; "ſo benennet man den Legaten eine Stunde, und vvird Ihm Beſcheid, auf die Form, als man ſeine "VVerbung gehœret, gegeben. Und ſolches etvva mündlich oder ſchrifftlich." (r) Primum diplomatis, ſi anno exarati, exemplum apud me extat, hoc titulo inſcriptum: *LIBERTAS, Sendſchrifften der Kænigl. Majeſt. in Franckreich Henrich des andern &c. &c. an die Churfürſten, Stænde und Stædte*, atqui ciuitates iam ſub *ſtatuum* nomine comprehenduntur, *des H. Røm. Reichs teutſcher Nation, darinnen ſie ſich ihrer jetzigen Kriegs-Rüſtung halben aufs kürtzeſte erklæret.* Additur in fine: *HENRICVS* II. *Francorum rex, VINDEX LIBERTATIS GERMANICAE et principum captiuorum* 1552. in 4t. Conferantur in hoc genere GOLDASTVS *in den Reichs-Handlungen* ad ann. 1507. p. 52. (s) Extat lucubratiuncula in *obſeru. ſelect.* tom. III. obſeru. 8 p. 155. (t) Hoc enim uerum eius nomen eſt; quod ſub adpellationibus Wahremundi ab Ehrenberg recondere adſolet in *libro de foederibus.* (u) In notiſſimo de Iure *foederum* libello. (x) In hiſtoria Henrici VII. Angl. R. p. 307. (y) *R. A. Regensburg* 1654. §. 2. *für ein gegebenes fundamental-Geſetz des Reichs &c.*

(z) *In-*

CAP. II. §. IX. X.

eſt. Quod ſatis expeditum ſit, in facultate imperatoris non eſſe, ius *legum* aut pactionum, quae *legis* uim habent, ferendarum (z). Accedit, quod cum paces hodie non ita conciſae ſint ac olim fuere; ut finium tantum regundorum diſcrimina componant; ſed de rebus praeterea aliis iisque grauiſſimis praecipere ſoleant, utpote de uſu *ſacrorum*, patriae ac ciuium *libertate*, honore et facultate imperantis: noſtra certe aet[illegible]lamiani dogmatis facilius prodet uer[illegible] Quemadmodum uero neque *pacis confectio* Caeſari competit: ſic neque penes eundem erit iſtius *interpretatio*. Recte igitur his annis fit; quod reconditi *quartae* paragraphi ſenſus *Riſuicenſium* tabularum, non niſi in *comitiis*, in illo ſcilicet *adlegatorum* conſeſſu, diſputentur.

Additamentum de iure exterorum regnorum circa adlegationes, Romani.

§. X. Ceterum ne a patriis moribus in hoc genere quaeuis aliorum regnorum inſtituta abhorrere uideantur; illorum quoque hic rationem haberi poſſe, exiſtimauerim. De gente Romana prodit DIONYSIVS *Halicarnaſſenſis* (a): *populum ſub ipſis etiam REGIBVS ius trium maximarum rerum habuiſſe, creandorum magiſtratuum; legum ferendarum; belli denique ac PACIS.* Atqui pleraque haec tueri nequibant, niſi legationes uel *communi* et ſua et regis nomine inſtruerent uel regiis oratoribus alios e republica *adlegarent*. Et, niſi prorſus fallor, ille *Fecialium* ordo, quem tractandis eiusmodi negotiis aluerat reſpublica Romana, et regum et ciuium auctoritatem ſecum tuliſſe, quoties hac ſparta apud exteros defungeretur, non ſine cauſa exiſtimo.

Lacedaemonii.

Manifeſtior res de *Lacedaemoniis*. Ab his enim ſolenni uſu obſeruatum: ne *pax* cum ullis fieret uel ab ipſis *regibus*, niſi auctoritate *magiſtratus*. Inde eſt, quod reges eorum, ab exteris pacis cauſa ad ſe *delegatos* illico remiſerint ad ſenatum; a quo *legationes*, pacis ac foederum ergo iterum *inſtructae* atque ad exteros principes amandatae fuerunt. Loca ueterum ſcriptorum, poſt alios *Nicolaus* CRAGIVS (b) maximam partem congeſſit, quem hic conſuli uelim.

Franco-Galli.

Franco-Gallorum haec quondam inſtituta fuiſſe; ut fas *regi* non eſſet, uel pacis uel foederum uel belli cauſa *legationes* decernere, regni *proceribus* inconſultis, ſcriptores uno ore confitentur. *Vincentius* LVPANVS (c) ait: *tanta huius curiae apud Francos authoritas, ut ſenatus prope Romani ſpeciem habeat. Reges bellum ſuſcepturi aut pacem facturi authorem fieri curiam uolunt. Apud quam edicta recitantur. Quorum nulla ratio habetur, quam in ſupremo conſeſſu promulgata ſint.* Inde eſt, quod in *pacificatoriis* quondam formulis non tantum *regis*; ſed etiam *regni* Galliae mentio facta fuerit, pari ratione cum ſtylo imperii Germanici. Quorſum *Franciſcus* HOTTOMANNVS (d); *Philippus* COMINAEVS (e); *Johannes* BODINVS (f); *Johannes* SLEIDANVS (g); pluresque alii faciunt, quorum teſtimonia alii exſcripſerunt (h). Cauſas igitur non plane nullas mihi noſtrates habuiſſe, uidentur: qui haec iura non ita expiraſſe exiſtimarunt, ut non a regis Galliae legatis in *Riſuicenſi* pacificatione merito ſuo peterent, curandum eſſe, ut quoque *ſenatores regni* aeque ac *rex* ipſe paci cum Gallis *ſubſcribant* aut minimum *rati* formula eandem adprobent. Quamuis ſatis cognitum ſit, Gallicos legatos hoc poſtulatum, rege ſuo indignum, alto ſupercilio tum exploſiſſe.

Scoti.

De *SCOTIAE* regibus *Georgius* BVCHANANVS (i) idem prodit: *Robertus rex* Scotiae, *repugnantibus regni procereribus fruſtra aſſentiebat. Neque enim ipſe pacem uel inducias facere poterat, niſi ex ſententia publici conuentus, neque firmas polliceri, ſine publico decreto.*

Sueci.

SVECIAE etiam reges in rebus maioris momenti nullas *pactiones* iure confeciſſe, *proceribus regni* inconſultis, iſtius populi legibus fulſit *Michael Wexionius* GYLLENSTOLPE (k). Hinc forte eſt, quod Germani in Oſnabrugenſi pacificatione petierint, ut formulae *ſubſcriptores* eſſent *ſenatores regni* (l). Et quamuis hoc facere declinauerint Sueci; ſincere tamen poſtea confeſſi ſunt; quoties illis cum *Daniae* regno controuerſia ſit, toties pacem antea fieri non poſſe, quam *utriusque* regni proceres eam ſubſignatione adprobauerint (m). Quid? quod facile ad credendum ſit; hoc etiam caſu non *regios*; ſed *regni legatos* auditos eſſe. Quondam certe omnes

(z) *Inſtrum. pac. Weſtph. Artic. VIII. §. 2. Conringius; Stamlerus; Zieglerus* aliique congeſſerunt teſtimonia, quae hanc doctrinam moribus ac legibus ſtabiliunt firmantque. (a) Lib. IV. hiſtor. Rom. p. 203. (b) *Lib. IV. de republica Lacedaemoniorum cap. 6. p. 424. 425.* (c) *Lib. II. de magiſtratib. Francorum* titulo *Parlamentum* p. 213. Nolim tamen defendere, quod is calculum ubique recte ponat. Sufficit enim in hoc eum non erraſſe, quo regalem poteſtatem ordinum interceſſu circumſcripſit. (d) *Franco-Galliae cap. XXV. p. 210.* (e) *Lib. X. de reb. geſt. Ludou. XI. pag. 306.* (f) *Lib. I. de republ. cap. IIX. n. 95.* (g) *In deſcriptione Gall. p. 30.* (h) Autor in politica imperiali GOLDASTI part. XIV. p. 647. atque ex hoc *Dominicus* ARVMAEVS *de Comitiis cap. IV. p.* 124. 125. (i) Nolim ea probare, quae autor de *iure regni* habet, ubi conſtat, eum *regalem* poteſtatem iuſto minoribus limitibus circumſcripſiſſe. Verum caſus, qui huc faciant, ex *hiſtoria rerum Scoticarum* depromi poſſunt, quorum *Lib. VIII. p.* 261. unum, alterum *Lib. IX. p.* 313. enarrauit. (k) *In politica capite V. p. 427. 429.* Cuius libri exemplar forte fortuna quondam ad me peruenit, cum uolumen, Sueciae regis edicto, proſcriptum eſſe atque auctorem ipſum eapropter multis calamitatibus adflictum, conſtet. (l) Prodit hoc e ſecretioribus Sueciae regni ſcriniis ipſe PVFENDORFIVS *Lib. XX. rer. Suec. §. 166. p. 841.* (m) Eiusdem ibidem fide. Conferantur ea, quae ſuperius ſcripſimus cap. I. §. 27. p. 364.

CAP. II. §. XI.

mnes ſanctioris concilii adſeſſores non *regis* aut *regii*, ſed *regni* conſiliarii (*nicht Konigliche*, quae adpellatio facinoroſa fuerat; *ſondern Reichs-Rathe*) denominati ſunt. Contrariae uero rationes nunc contraria quoque nomina uolunt. Laeſae enim maieſtatis reus arguitur, qui ſupremos rerum in Suecia adminiſtros alio, ac *REGIORVM conſiliariorum* titulo ſalutat. Poſtquam ſcilicet regnum hoc, patrum aetate, in aliam formam tranſiit. Supereſt, ut etiam in hoc numero ponamus regnum *POLONORVM.* Illorum enim res eam hodie faciem habent: ut, ad componenda cum Suecis bella, *legatis regni* opus ſit, ad *regis* ſui oratores, ſi et ipſe pacem a ſeptemtrionali plaga rogare aut expectare uelit, omnino adiungendis. Inuoluit *rex* periculoſiſſimo bello rempublicam. Haec ab omni criminis ſuſpicione ſe eximit. Ad arma, inſciis regni ſenatoribus, ſolum iuiſſe regem, ait. Quem neque in coepto iam bello uel adiutum fuiſſe, niſi ab hominibus factioſis. Haec momenta ſunt; quibus uictoris animum per *legatos* iam tentant Poloni. His precibus placatum iri, nulla eorum culpa, laceſſitum heroem, confidunt. Niſi tamen uelint, ut, republica ſalua, regis cauſa perdatur, communi opus eſt conſilio et *legatorum* principis ſui et *adlegatorum* reipublicae. Quod dum faciunt, nullos regni ſui mores migrant, nullas uiolant leges. Vtriuſque enim rationes ſuadent, ut eius generis *legationes* et regis et regni procerum auctoritate inſtruantur. Et, quod magis eſt, *legationum iura* in magni momenti cauſis omnino ſunt penes proceres regni. Prodit hoc *Nicolaus* CHVVALKOVVSKI (n) his uerbis: *ius mittendi legatos*, in rebus ſcilicet leuioribus, *regi conuenit; niſi de foederibus, bello aut PACE aliiſque rebus REMPVBLICAM concernentibus, tractandum ueniat. Sed eiuſmodi functiones nonniſi NOBILIBVS POSSESSIONATIS utriuſque nationis committendae ſunt. Quorum INSTITVTIONES inter ſenatus-conſilia inſerera et in comitiis praelegere, cancellarii tenentur. Poſt reditum LEGATI reddant oportet, rationem in ſcripto tempore COMITIORVM atque haec omnia, ad requiſitionem ORDINVM reipublicae iuramento firmare, tenentur, quod ſcil. contra INSTRVCTIONEM, ex cancellaria datam, nihil cum extraneis principibus tractare ſibi praeſumpſerint.* Plus ergo noſtris *Caeſaribus* relictum eſſe uidetur, quam *regibus* Poloniae. *Illi* enim habent ius *legationis* in uniuerſi etiam imperii negotiis; ſed ita tamen, ut integra ſit ordinibus facultas *adlegandi*: *hic* uero eodem iure in huius generis caſibus prorſus deſtituitur. Quos adnota[illegible]orici *Stanislaus a* KOBIERZYC[illegible] *Iohan. Demetrius* SVLIKOVIVS (p); *Stanislaus* ORICHOVIVS *Okſzi* (q); *Paulus* PIASECIVS (r); *Veſpaſianus a Kochovv* KOCHOVVSKY (s); *Caſimirus* ZAVVADSKI (t) et alii plures in deſcriptione rerum, quae aetate illorum contigerunt.

Poloni.

Autoritates doctorum pro adlegationibus S. R. I.

§. XI. Doctorum tandem publici in imperio iuris de *adlegationibus* ſententiae in medium adducendae ſunt. Non ea cauſa, ut in numero eorum iuris hic aliquod praeſidium reponam, quod fruſtra fieri probe intelligo: ſed ut, qui recte aut ſecus inter illos doceat, rerum ignaris conſtet. Equidem non reperio, ullum doctorem ante Weſtphalicas de adlegationibus ordinum conteotiones (u) hac de re aliquid praecepiſſe. Neque enim facile ad credendum eſt, adeo diffidenter ac timide, quod ſupra (x) queſti ſumus, in adlegationis negotio ordines proceſſiſſe; ſi publici iuris doctrina animi eorum uel leuiter praemuniti ac praeparati fuiſſent. Quae autem *Tobias* PAVRMEISTER (y); *Daniel* OTTO (z); *Iuſtus* GEBHARDVS (a); *Dominicus* ARVMAEVS (b); *Chriſtophorus* BESOLDVS (c), primi ſcilicet harum literarum inſtauratores in hoc argumenti genere ſcripſerunt: illa uel de ordinariis imperii *deputationibus*; uel de *legationibus* in comitiis aut *territoriis* principum agunt, ut nihil fere ſit, quod exinde queat huc transferri. *Primus* omnium, qui ordinum iura circa *adlegationes* fuit profeſſus, nobis occurrit *Iacobus* LAMPADIVS (d). Viderat enim ac praeſenſerat uir, rerum uſu edoctus, fore, ut tricennale bellum, quo tempore ipſe ad clauum reipublicae ſederat, non niſi ordinum uel *adlegatorum* interceſſu, in Germania finiatur. Quare opus eſſe, credidit, ut tempori inſer-

(n) In breui, ſed elagante libello *iuris publ. regni Polon. lib. II. cap. 7. p. 147.* Fertur iam noua opuſculi aditio, priori auctior ſub prelo eſſe. (o) *In hiſtoria Vladislai Lib. III, p. 137. 173. 333.* Tarſiſſimus ſcriptor uel ob ſolam uenuſtatem ſermonis commandandus. (p) In commentario rer. Polonicar. p. 69. 84. 102. 103. (q) Annalium Polonicorum Lib. V. p. 36. (r) In chronicis geſtorum in Europa ſingularium p. 5. ſq. (s) Annal. Polon. ad ann. 1657. (t) In hiſtoria arcana rerum Polonicar. ab 1669. ad ann. 1672. (u) Capita I. a §. 21. ad 27. ſuperius. (x) Cap. I. §. 27. p. 363. (y) De iurisdictione imperii Romani lib. II. cap. 2. a §. 115. p. 509. (z) Cap. XIV. iuris publici p. 508. (a) De Sacro Rom. Imperio §. 28. 29. et in quaeſtionibus quoque iuris publici. (b) In iure publico locis ſupra citatis. (c) In libro de regalibus et in peculiari opera de legationibus. (d) Merentur ſana uerba eius axſcribi. Ita autem *part. III. de republ. Rom. Germ. cap. 20. §. 1.* philoſophatur: ſed nec foedera ici, nec indici bella, nec iterum coire concordia nec ulla reipublicae *negotia* cum *exteris expediri* poſſunt, ſine interuentu *legatorum*. Ex quo intelligitur, *iis iur legationis* competere, quibus de republica [*cauſis uniuerſi imperii*, *ne territoriales legationes intelligere*, *uideatur*] cum exteris agere fas eſt. Is enim legatorum finis legatorum iura determinat.

CAP. II. §. XI.

ſeruiret, atque hoc argumentum, hactenus A ab aliis neglectum, doctrinae iuris publici *primus* innecteret. Proximus ab hoc eſt *Hippolithus a* LAPIDE (e) aut quicunque demum auctor ſub hoc nomine latet (f). Hic quamuis uitus ubique contra Caeſarem ſpargat, publica eius propterea lege proſcriptus: in hoc tamen argumento nihil fere abire deprehenditur ab aurea ueritate; ut mirer, eum uerbis reprehendiſſe *Iohann. Henr.* BOECLERVM (g) et *Ioh.* B *Heluicum Sinold.* SCHVZIVM (h). Diſtinguit enim Hippolithus inter legationes in *particulari* negotio et in re communi *totum imperium* concernente. *Ibi* et Caeſari et ordinibus haec iura *ſigillatim* competere: non *hic*, ubi *communis* utriuſque partis auctoritas ſit, quae inuicem eo caſu concurrat. Exemplis poſt ſententiam ſuam roborat firmatque, quae ſuperius a nobis iam declarata ſunt. Hoc ſcripto- C rum par ceteri fere omnes exſcripſerunt *Philippus Andreas* BVRGOLDENSIS (i); *Philippus Reinhardus* VITRIARIVS (k); *Gabriel* SCHVVEDERVS (l); et minorum gentium alii. *Ioh.* SCHILTERVS (m) adlegationis tantum meminit, 1682. decretae (n). Cetera ſyſtemata, quantum memini, hoc argumentum penitus ignorant aut euitandarum difficultatum cauſa ſicco pede praetereunt. Quod in LIMNAEI uoluminibus et *collegio* SCHVZIANO admodum miror. Cum quod illi ſcriptores tanto rerum adparatu res alias tractent; tum etiam quod ea fere aetate ſcripſerint, in qua *adlegationis* argumenta inter Caeſaris ac principum imperii adminiſtros ualde diſceptata fuerunt. *Iohannis Bernharndi* MVLZII (o); *Iohannis Georgii* CVLPISII (p); et *Iuſtini* PRESBEVTAE (q) operas ſuis locis ſuperius laudauimus. Sed aliud eorum inſtitutum fuerat, quam ut hanc materiam ex ſua dignitate pertractarent. Atque adeo uerum eſſe in fine reperimus, quod principio noſtri opuſculi profeſſi ſumus, a nullo horum nos uel quidquam in noſtra lucubratiuncula adiuuari potuiſſe. Dici enim poteſt de plerisque, quod aliorum ſcriptorum ſpoliatores ſint et tantum de alieno uiuant. Nihil ergo mirum, quod illa, quae pater patratus eorum Limnaeus neglexit, fruſtra quaeſiueris (r) apud progeniem, ex eius utero formatam.

terminat. Caeſari igitur, *imperii* nomine mittendi legati ius conuenit, niſi de foederibus aut omnino de bello aut pace quid innouet. Quorſum enim hic pertineret, legatos mittere; quibus non poſſet agendi poteſtatem committere. Didicimus autem paciſci cum exteris de rebus imperii aut bellum mouere, non ſolius eſſe Caeſaris. Sed et an Caeſaris in aliis legandi poteſtas prorſus illibata ſit; dubium fortaſſis faceret paragraphus *darauf dann die Churfürſten* &c. R. I. 1594. (e) *De ratione ſtatus parte I. cap. 14. ſect. II. p.* 273. Verba eius ſunt: *in* particulari *negotio non imperatori modo; ſed etiam ordinibus iura* legatorum *competunt. In re uero* communi et totum *imperium concernente legati, nonniſi* ordinum *et totius* imperii *auctoritate mitti poſſunt aut debent.* Liberum enim ordinibus eſt, ſiue ſuam auctoritatem in Caeſareos etiam legatos transferre; ſiue his proprios *adlegari* malint. *Olim ſtante* regimento *eidem haec poteſtas fuit communicata. Ita an.* 1500. legatis, *ad Papam deſtinatis iniunctum eſt: zu handeln alles, nach laut einer* inſtruction, *ſo unſer verordnet Regiment, in vollkommlicher Form, wohl wird wiſſen zu ſtellen.* Sublato ergo regimento, eadem ad ordines omnes reuerſa merito cenſetur. Neque huius generis legatos ſolus audire poteſt imperator; ſed in publicis imperii conuentibus R. I. 1500. tit. *Wie man mit den Königen zu Hungarn und Polen* &c. (f) Siue *Paulus* CHEMNITIVS Pomeraniae D. Cancellarius is ſit; quod *Chemnu* in Selauonica lingua *lapidem* ſignificet et ipſe Oxenſtirnio multum adiutus eſſe credatur: ſiue *Drauſens von* ROSENECK, reginae a conſiliis, quod codex libri Mſc. in eius literaria ſupellectili repertus eſſe, dicatur. (g) *Lib. XIX. iuris publici cap. I. p.* 260. (h) *Lib. II. Praelect. iuris publ. tit. II. poſitione XXIV. p.* 417. (i) *In diſcurſib. ad inſtrum. pac. Weſtph. part. I. diſcur. X. §. 12. p.* 260. *et idem ſub Franciſci* IRENICI *larua P. I. diſc. X. p.* 122. (k) *Lib. III. iuris publ. tit. 2. §. 71. et 72.* (l) *Part. ſpecial. ſect. I. cap.* 28. §. 4. 5. (m) *Lib. IV. tit. XI. §. 7. p.* 396. iuris publ. (n) Cap. I. §. 35. p. 383. nos plene enarrauimus, cum *Schilterus* argumentum uix duobus uerbis attingat. (o) Plenioris cunctis aliis in deputatione Francofurtana 1632. Quamuis in hoc fere caſu ſubſtiterit *part. II. cap. 8. toto.* (p) *Cap. V.* de legationibus imperii. Qui certe in eo ſibi non conſtat, quod Caeſarum arbitrio iura legationis in imperio ante ſeculum et quod excurrit ſtetiſſe, exiſtimet. Aliter nos calculum poſuimus atque in ordinum ſocietate imperii legationes ſemper decretas fuiſſe, aut decerni tamen debuiſſe, a primis reipublicae noſtrae incunabilis per plenae fidei documenta oſtendimus. (q) Eundem cum Culpiſio ſcopum habet, diuerſum a noſtro, quod ſupra ſcripſimus *Prooemii §. 8. p.* 303. (r) Citant aliqui in iure adlegationis *Lehmannum* Lib. VII. chron. c. 124. Sed perperam. Quod in eo loco de legationibus agat comitiorum; materia, parum hoc faciente. Plura argumenta alia pro facultate exercitioque iuris adlegandi e ſuperioribus repetantur *Cap. I. §. 27. p.* 363. 364. §. 28. *p.* 374. §. 32. *p.* 382. §. 39. *p.* 403. Quorum hic nullam mentionem facio, cum facilia ad euoluendum eſſe uideantur.

ÇAP. III.

Argumenta, quae adlegationibus ordinum uideantur obeſſe.

§. I.

Cauſa huius capitis.

POſtulat rerum ordo, ut iam illa quoque in hoc argumento conuellamus; quae *iuribus adlegandi* aduerſa eſſe ac nocitura uidentur; ne euitaſſe haec tela, quam firmo, quod decet, pectore ea excepiſſe dicamur. Vt nihil deſit, quod ad pleni operis menſuram deſiderari, queat. Multi certe ex ignorantia hic peccant; plures ex nimio placendi ſtudio, ut ſenſus ubique foueant Caeſareorum. Nos nihil prius habemus, nihil antiquius ueritare, cui etiam, in confutandis ſecus ſentientium opinionibus, unice litabimus.

Argumenta aduerſus iura adlegationum. Imum quod ea ſint e genere impoſſibilium.

§. II. Eſſe quaedam, quae *fieri nequeant*, uel ex *natura* rei uel *iuris* praeceptione uel denique *uiribus* et facultate facientis, leges etiam Romanae tradunt, *L. 135. ff. de R. I. et L. 15, ff. de Conditionib. Inſtitutionum.* Cuncta haec *impoſſibilium* genera ordinum *adlegationibus* fere obeſſe, iudicium *Burgundici* quondam legati in comitiis fuit 1641, cuius nos uerba ſuperius (s) recenſuimus. Nunc cauſam huius ſententiae ad mentem aduerſariorum exponemus, ne obiter tantum eandem exiſtimemur inſpexiſſe. Deſcribunt quidam doctores *ἀδύνατα*, quorum *contrarii* caſus neceſſarii ſint. Credidit ergo Burgundus, neceſſe adeo eſſe, ut ſoli *Caeſari* facultas relinquatur, in cauſis uniuerſi imperii *legationes* amandandi; ut *impoſſibile* eaptopter ſit, ordinum hic *adlegatos*, contrario prorſus uſu, in ſocietatem adſumi. *Rem eſſe*, uerbis eiuſdem utor, *et naturaliter impoſſibilem et ciuiliter. Illud*, quod *natura* deputationis (*adlegationis*) uelit, ut ab aliquo pendeat: cum *adlegati* contra carituri ſint in pacificatione ſuperioribus. *Hoc*, quod *ciuili* doctrinae aduerſum ſit, caput a membris eſſe ſeparatum aut diſcrepans. Condonari haec philoſophia in publicis imperii iuribus Burgundo, homini quippe peregrino, poſſet; niſi quidam ipſius quoque Germaniae principes in eandem ſuffragiis (t) tum ſuis fere conceſſiſſent. Indigno certe facinore, quod patrii iuris adeo ignari fuerint. *Prima* enim quaeſtio admodum inconueniens et tantum non prorſus *Domitiana* eſt; ſcilicet omnem *deputationem* pendere ab eo, qui eandem decernat: ſed deputationem imperii a nemine pendere, adeoque fieri ac decerni non poſſe. Idem certe, quod olim iureconſultus Domitio reſpondit et mihi ad Burgundicum ſuffragium reponendum eſſe, intelligo: *aut ſtulte quaeris, aut neſcio, quid quaeris. Pendet* ſane *deputatio* imperii ab auctoritate *comitiorum*, ubi decreta fuit: quodſi autem *omnes* comitiorum ciues pactioni, imperii cauſa tractandae, *ipſi* interfuerint; tum non *deputatorum* nomine adpellabuntur, ſed *adlegatorum*, quam uocem prae illa in hoc negotio ſuperius (u) commendauimus. Neque maius pondus *alterum* habet, quod dicitur: *a capite membra contra naturam diſcrepare; et ciuili uinculo aduerſum eſſe, ut in partes abeant ſubditi ac imperantes. Principio* non eum in finem inſtruitur *adlegatio*, ut in partes ipſa abeat a Caeſareis *legatis*, ſed quo utrique potius in ſalutem ac commodum uniuerſi imperii inuicem amice conſpirent. Quodſi uero *deinde* Caeſarei aliquid ſuſcipere aut machinari uideantur, quod dignitatem membrorum imperiique ſalutem conuellat, aut uniuerſae compagis nexum concutiat; tum demum pro tuitione iurium ſuorum uires conſiliaque ordinum *adlegati* eis nulla iniquitate obiiciunt. *Praeterea* ingens inter caput *naturale* ac *ciuile* diuerſitas. *Illud* membra regit, quae omni ratione aut *coimperandi* facultate deſtituta ſunt: non uero *hoc*, quod ſubditos habet, qui intelligunt, quoties in nimietate imperii illud peccet. *Tandem* inter *ipſa* quoque *ciuilia* capita immenſum, ſi iura imperii ſpectes, diſcrimen eſt. Alia *membris* nihil praeter *obſequii* gloriam relinquunt: alia uero haec in ipſius *regiminis* admittunt *ſocietatem.* Atqui in *hoc*; non autem in *illo* numero maieſtas imperii Germanici reponenda. Fruſtra igitur ex *illo* genere concludit *Burgundicus* legatus: quo cum Germania noſtra nihil commune habere, intelligitur.

2. Capitis imperii omnem rationem tollunt.

§. III. Eadem expoſitione opus eſt in dogmatibus REINKINGII (x). Is enim plurima iura, ab ordinibus in litem tracta, ſolo hoc nomine ſe Caeſari unice uindicaſſe exiſtimat, quod imperator *caput* audiat imperii: proceres uero *membrorum* adpel-

(s) Cap. I. §. 25. p. 355. (t) Capite I. §. 25. p. 356. (u) Cap. I. § 10. p. 311. 312. (x) Haec perpetua fere eius argumenta ſunt; in eadem hac chorda ad nauſeam usque oberrat. Lib. I. claſſ. V. cap. 6. §. 65. p. 121. ceteris.

CAP. III.

adpellatione acquieſcant. *Wærennur ein-geleibte Glieder der Keyſerl. Maieſtæt* (y). Quemadmodum enim a capite motum omnem reliqua membra habeant: ita etiam imperium auctoritatem ſuam arbitrio debeat imperatoris. Vnde ſequitur, quod Burgundicus legatus dixit, *os* imperii, id eſt, *legationes* non in *membris*, ſed, quod ordo naturae doceat, in ſolo *capite* quaerendas eſſe. Verum enimuero utinam rerum ignari ſecum expenderent, quae priori paragrapho docui, neque hiſce imperiorum titulis, quos *ciuilium ſchematum* adpellatione *Hugo* GROTIVS (z) et *Ioh. Henr.* BOECLERVS (a) ſignant, turpiſſime deciperentur. Accedit, quod *metaphoricae* eius generis locutiones oſcitantia priorum temporum maximam partem irrepſerint, ex ignauia ciuilium ſcientiarum, neque a rerum gnaris, niſi cum ſumma circumſpectione, adhibeantur.

3. *Caeſaris maieſtati obſint.*

§. IV. *Maieſtatem* Caeſari Romano competere, ita teſtatum eſt, ut etiam illud conſtet, hoc ipſum nomine iure praecipui (b) quondam adpellatum cultumque fuiſſe. Vnde principio ſtatim intelligitur, hac uoce *dignitatem* Caeſaris non uero eius *poteſtatem* ullo tempore eſſe definitam. Quis enim illud aſſeruerit; reliquorum Europae regum poteſtatem Caeſarea adſtrictiorem atque ita legibus coercitam fuiſſe; ut titulo propterea maieſtatis indigni fuerint exiſtimati. Unicum certe Poloniae regnum contrarias rationes docet. *Hereditarii* enim reges eorum, quos populi iſti olim fuerant uenerati, regali *dignitate dem Titel Kœnigl. Würde* acquieuerunt; hodie autem illorum princeps *maieſtatis* honore ab omnibus digniſſimus reputatur, cuius tamen omnis fere facultas ad nutus atque ſuffragia nobilitatis nunc eſt alligata. Fruſtra igitur ſunt, qui *adlegandi* iura ordinum noſtrorum hoc argumento impetunt: *quod ea Caeſaris MAIESTATEM euertere uideantur* (c). Nam *poteſtatem* Caeſaris ordinum adlegati ſuis ſuffragiis temperant: *dignitate* eius prorſus illibata, in qua tamen unice uerſatur adpellatio *maieſtatis*. Vnde illorum quoque temerarii in hoc genere conatus coarguendi ſunt; qui *maieſtatis* honorem Caeſari diſputant, quod eius iura in imperio tot legibus et pactionibus circumſcripta eſſe, aduertant, manifeſto tranſitu ab uno rerum genere in aliud. Haec mea ſententia eſt. Alii forte dicerent; quamuis *maieſtatis* ratio in *poteſtate* reponenda ſit, licet illud dici nequeat, *omnem* ei poteſtatem delatam (d) fuiſſe. Plures etiam expeditiſſimum eſſe, exiſtimabunt; ſi cautiones, ſupra factae (e), hic quoque repetantur: ſcilicet, haec priſtina reipublicae ſchemata eſſe, unde fruſtra conſecutio fiat ad praeſentem imperantis facultatem. Dominis rerum nulla quidem in ſenſus uocum *Grammaticos* iura eſſe: ſed *ciuiles* earum ſignificatus ab arbitrio eorum, legibus et ſanctionibus pendere. Nihil inde noui eſſe, eandem principum titulos *adpellationem* habere; *ſignificationem* uero admodum diuerſam. Haec ergo omnia ſuo loco relinquo, modo ſufficiant ad demonſtrandum, ucros Caeſareae *maieſtatis* ſenſus *ordinum adlegationibus* non extingui.

§. IV. V.

4. *Formam tollant imperii monarchicam.*

§. V. Ex ipſa quoque Romani imperii *forma* aduerſarii ſcopulos eruunt, unde impedimenta inferant ordinum *adlegationibus*. *Tullium*, inquiunt ipſi, olim dixiſſe; *legatos imperii Romani faciem ſecum ferre*. Germanici ergo imperii *adlegatos* re ipſa nunc exteris prodere, quod hactenus inter maleuolorum iudicia fuerit relatum, Germaniam non regi imperio *unius*. Fruſtra Caeſarem imperii *monarcham* dici; fruſtra Germanos Romanae *monarchiae dignitatem* ſic adſectare: quamuis hae locutiones ſolenni ac perpetuo noſtrarum curiarum uſu, legibus etiam pragmaticis omnium temporum ſanctionibus adprobatae ſint. Summatim aut *remittendum* ordinibus de adſectato *adlegandi* iure: aut *aliam* imperio *formam* ſuperinducendam eſſe. Plures doctores olim iam in huius contentionis ſocietate fuiſſe, reperio. Cunctos fere eam in rem auctores, qui *ordinum* iura fictuiti ſunt; ut tamen ſalua eſſet *Caeſaris monarchia*, undique congeſſit atque in *politicis imperialibus* iunctim exhibuit *Melchior* GOLDASTVS (f). Hodie enim pauciores ſunt, qui curam reipublicae noſtrae hoc caſu habere, adſolent. Proſtrata enim monarchicae formae dignitate, alias fere quasque Germanico imperio adfingunt: nullo fere ordinis, dignitatis, iurium ac legum obſeruato delectu. Sic *mixtas*; *irregulares*; *monſtroſas*; *ariſtocraticas et democraticas* in ore et calamo diuerſorum reperies, quorum anteſignanos egerunt *Hippolithus a* LAPIDE; MONZAMBANO; RELFENDSO aliique. Equidem fateor,

(y) *R. A.* 1541. in principio et 1566. §. *demnach* Aur. B. et centum locis aliis. (z) Lib. II. de I. B. et P. cap. 7. §. 4. (a) In utiliſſima diſſertatione de notitia reipublicae. (b) Cauſa haec in manifeſto poſita. Cum enim orbis uniuerſi reges uno uelut ore profeſſi fuerint: *Caeſaris dignitatem regali longe* maiorem *eſſe*; illam quoque peculiari titulo deſignarunt et, quod Caeſar *maiori* regibus loco *ſtaret*, *MAIESTATEM* adpellare potuerunt. (c) *Haec* fuit in ore ac calamo Caeſareorum. Exempla e primo capite repetas, ubi plurima ex hoc loco congeſſimus. (d) Loculenter id explicant Germani. *Es wære genug zu dem Weſen der Majeſtæt; wenn ſelbige die hœchſte Gewalt hætte, ob Ihr gleich nicht alle Gewalt, ohne Unterſcheid zukæme.* (e) Cap. hoc III. §. 3. (f) *Partibus XIV. XV. XVII. XIIX.* potiſſimum, qui libri eruditiſſimorum hominum antea euoluendi ſunt, quam de monarchiae apice Germanicum imperium deuoluamus.

CAP. III.

teor, me olim quoque in his diſputatiunculis publici iuris ſcientiam et tantum non apicem huius doctrinae quaeſiuiſſe. Intellexi autem poſtea, nihil fere praeſidii in illis reponendum; quod eadem harum uocum et ſcholis et aulis *adpellatio* ſit: *ſignificatio* utrobique toto coelo diuerſa. Deinde etiam illud prudentiorum exemplo didici: ita in iuris huius doctrina philoſophandum eſſe, ut cura etiam habeatur reipublicae. Eo itaque hoc etiam caſu contendendum eſt; ut *iura* inconcuſſa ſint: neque *monarchiae* faſtigium quicquam de ſuo decore dimoueatur. Scilicet *monarchias* alias liberioris, alias *adſtrictae* magis poteſtatis eſſe, et rationes prudentum admittunt et tot regnorum exempla comprobant. Non igitur e numero monarchiarum, in quo hactenus perſtitit, propterea exturbanda eſt reſpublica noſtra; quod non ex *iſto*, uerum ex *hoc* genere eſſe, uideatur. Praeſerent igitur ſecum ordinum *adlegati adſtrictioris* monarchiae faciem; nihil autem propterea de ſua dignitate uel *imperanti* detrahent uel iuribus ciuium ſubditorum. Praeterea *ſummam* in republica poteſtatem *monarchae* ſatis eſſe; quamuis *cunctarum* rerum facultas penes eum *non* ſit, e proxima paragrapho hic quoq; cenſeo eſſe repetendum. Tandem cum *leges* imperii ſtent pro facultate adlegandi: fruſtra hae curiarum *formulae* obiici ſolent; quas potius omnes prudentes ad limites publicarum imperii ſanctionum temperant et adſtringunt.

5. Exemplis aduerſentur priorum ſeculorum.

§. VI. Praeterea *exemplis* impetunt iura *adlegandi*. Nam ante tricennale bellum et Weſtphalicas pactiones uix caſum extare, ubi proceres in *legationibus imperii* conſulti ſint, ſua quidem opinione exiſtimant. Quod ergo olim in imperio moris ac conſuetudinis ſuerit: in illis neque hodienum mutationem praeſumi, niſi imperii leges uſusque negotiorum publicorum id manifeſto doceant. Quod enim mutatum non eſt: illud cur ſtare prohibeatur? Quid, quod una hirundo non faciat *uer*: neque ex uno aut altero caſu aeſtimari poſſint iura imperantium; imprimis ſi tot alia in contrariam partem extent. Fateor haec magnam ueritatis opinionem habere apud illos, qui rerum, in imperio geſtarum, tantam peritiam non habent. Et neſcirem ſane, quomodo euitari queat hic ſcopulus, niſi, curatioris politicae atque hiſtoriarum tractatione, ſuperius iam (g) pectora animosque contra haec tela obfirmaſſemus. Scilicet nonniſi cum ſumma cautione e numero exemplorum iura formari aut exponi poſſunt. Hoc enim qui ſecerit; in abyſſum incidet, unde nunquam eluctabitur. Non unam enim iuris, intra Caeſarem et ordines controuerſi, ſpeciem nominaueris: ubi non utraque pars ſe tueri poteſt allegatione caſuum et exemplorum. Verum aliter hic incedunt rerum intelligentes. Quiuis enim in regni adminiſtratione caſus ad *formam*, quam illud habet, exigendi et aeſtimandi ſunt. Atque tunc demum intelligitur; quid iure aut ſecus; quid bona pace aut per uim in bello factum ſit; quoties ſincere actum, quoties per inſidias et fraudulenter. Non *huius*, ſed *illius* tantum generis exempla iuris habebunt rationem. Atque praeſtat unum *ibi* exemplum: quam hic centum et plura, nullo ordine, delectu nullo, ab imperitis hiſtoricis, ingente mole, congeſta. Inprimis ſi et illud conſtet: animo iura retineri, neque derelictionis arguendum eſſe, qui potentiorem aduerſarium non interpellet. Atque ex his demum, quid reponi ad objectionem debeat, facile eſt ad colligendum. Scilicet, *quoties legationum exempla extent, nomine uniuerſi imperii a* ſolo *Caeſare, praeteritis ordinum ſuffragiis, in momento, imperantis uoluntati non relicto, decretarum: toties fraudes ac olim regnaſſe in imperio, quae nullum iuris ordinem quiuerint efficere. Quoties autem ſe caſus exhibeant, ubi legationes in* comitiis *ordinum uel decretae uel inſtructae et adornatae ſint, uel etiam Caeſareis oratoribus procerum auctoritate adlegatum; toties expediti iuris ueſtigia reperiri et certos nos eſſe poſſe, principes Germaniae oppreſſorum a Caeſaribus iurium memoriam animumque, ea, quoad fieri id poſſet, recuperandi nunquam exuiſſe.* Atque hoc illud eſt, quare exemplorum cumulus pro adlegatione a nobis adlatus, firmo eam loco ponat: a quo integrae contrariorum caſuum cohortes eandem nil quicquam dimouebunt. Alii forte controuerſiam hanc illo doctorum πολυθρυλλήτῳ componerent et Alexandrino enſe cauſam uno ictu iugularent: *ſtatum ac formam imperii hodie prorſus immutatam eſſe*, ut nihil interſit, ad praeteritorum temporum faciem oculos reflectere. Sed ita, me iudice, cum in hoc, tum in aliis publici iuris argumentis principum imperii auctoritati male conſulitur. Tum enim, quouis caſu, iuris praeſumtiones contra illos eousque ſunt: donec clariſſimis ipſi uerbis probent, quae olim habuerit Caeſar, hoc eidem hodie negatum; hoc eſt, formam imperii mutatam fuiſſe. Quod ſi uerum eſt, uix ſane extenſiuas eius generis interpretationes Caeſarei noſtratibus concedent: in quarum nimietate uulgares ſcriptores ita peccant: ut nullos non ſenſus *articulo octauo* Weſtphalicae pacis affingere uereantur. Neque tamen propterea me quis *largiorem* habebit in numero iurium Caeſareorum. Illud enim hic in animo obuerſari debet ita ſentien-

§. V. VI.

(g) *Capite I,* § 15. 16. 17.

CAP. III. §. VII

6. Ante Weſtphalicas tabulas ipſi de iure adlegandi ordines dubitauerint.

ſentientium; *nihil noui eſſe, optimam quoque cauſam peſſime defendi.*

§. VII. Neque minoris forte ponderis illud momentum eſt, quod obiici ſolet *adlegationum* patronis: *ipſos ordines imperii ad haec ſibi a Suecis ac Gallis tributa iura in Weſtphalica pactione erubuiſſe.* Id eſt, quod ſuperius conceſſimus (h); an illis facultas adlegandi ſit, admodum dubitaſſe. Cum tamen quilibet iurium ſuorum optimus eſſe uideatur interpres; *et confeſſus ſua ueluti ſententia damnetur L. 1. ff. de confeſſis.* Verum enimuero non debet alterius ignorantia alii prodeſſe *L. 5. ff. de iuris et facti ignorantia.* Sit, quod ignorauerint hoc caſu iura ſua, aut non probe expenderint ordines: parum tamen exinde patrocinii accedet manifeſtae iniquitati. Et quamuis iura non permittant, ut ignorentur *L. 12. C. de iuris et facti ignorantia*: multum tamen temporibus condonandum eſt, omni hiſtoriarum luce et ciuilis ſcientiae doctrina deſtitutis. Acceſſit Caeſarum quorundam multo tempore continuata tyrannis; qua uel memoria priſtinae libertatis in plerorumque ordinum animis extincta atque tanto exercitii interſtitio ſepulta fuit. Haec uero etiam in rem tantum ſcribo; ne in aliis etiam publici iuris dogmatibus conteſtatas ordinum in iuniori aetate *confeſſiones* pro genuino hic principio, ut plerique faciunt, ueneremur; in primis ſi, hiſtoria duce, nobis aliter de rei conſtet ueritate. Ceterum non eſt opus, ut hoc remedio dubium obiectum hic diſcutiamus. Nam praeter *Burgundici* atque *Auſtriaci* legatorum ſuffragia, quorum alter homo peregrinus et patriarum conſuetudinum minus intelligens (i); alter aperte partium ſtudioſus (k) fuerat, nullum inuenitur, quo ab alio ullo imperii principe adlegationes fuerint negatae. Multi enim iuris ſui non incerti fuerunt; alii forte, ut tempori inſeruirent, ſuſpenderunt iudicia; quidam, quod diffiteri non poſſumus, titubarunt haeſitaruntque (l). Quorum *dubitatio*, ut intelligentioribus damno eſſe, non poteſt; ita confundi tamen non debet cum expedita confeſſione. Neque enim *confitetur*, qui dubitat aut incertus eſt *L. 6. ff. de confeſſis.* Vt uero hanc ſententium diuerſitatem e ſuis cauſis eruam: ita rem accipe. Olim et nullo non tem-

A pore *adlegandi* facultatem habuerunt ordines imperii; quam tamen alia atque alia ratione, pro rerum ſtatu, illi exercuerunt. Rarius *diuerſos* a Caeſareis legatis miſerant: frequentius de *iisdem* uiris cum *Caeſare* etiam conuenerant *ordines*, qui *utriusque* nomine et auctoritate ſparta legationis defungerentur. Quam differentiam ſuperius duobus locis (m) expoſuimus. Fiebat hoc *partim*, quod de nego-
B tiis, imperii cauſa apud exteros reges tractandis, maximam partem et Caeſari et proceribus conueniſſet, qui in tuitione iurium ac dignitatis facile conſpirarunt, ut adeo nihil opus eſſet ordinibus, *adlegatos* ſeorſim inſtruere, qui *Caeſareis legatis*, quoties id opus eſſet, obloquerentur: *partim*, quod plerumque et in rebus maioris momenti perpetuo, ipſi etiam *Caeſarei legati* e numero *ordinum* ex utra-
C que curia tam ſacra quam ciuili delecti fuiſſent. Nihil certe frequentius eſt in hiſtoria illorum temporum quam hoc: *Archiepiſcopos*; *epiſcopos*; *duces* et alius generis *principes* imperii *Caeſareorum legatorum* munere defunctos fuiſſe. Vt parum abſit, quin exiſtimem, noſtrae reipublicae tum temporis cum Poloniae moribus, ſupra (n) deſcriptis, conueniſſe, quae publica lege prodidit: *alium nullum*
D *regni Poloniae legatum deligendum, quam indigenam et regni ſenatorem.* Quoties ergo Caeſar *principes* Germaniae *legatos* delegit; toties nulla cauſa fuerat *adlegationi* inſtruendae ab ordinibus; quibus ſatis fuit Caeſareae legationis ſparta conciues ſuos defungi. Tantum enim aberat, ut hi in damnum libertatis patriae aut detrimenta procerum imperii aliquid Caeſari conceſſuri aut apud exteros ſuſcepturi
E eſſent; quantum abeſt, ſuis commodis aliquem aliena praeferre. Vt uero alia rerum facies nunc etiam alios imperii mores uult; ita nouum hunc eorundum iurium ordinem nonniſi intelligentiores internoſcebant. Scilicet a primis ſacrorum diſſidiis ita in partes disiecta atque diſperſa eſt reſpublica Germaniae; ut in metu ac diffidentia ſint principes proteſtantes, quoties Caeſar etiam cum extero ac uici-
F no rege paciſcitur, ne ſcilicet in perniciem quid fiat puriorum ſacrorum: aut etiam ne damna imperii in commodum propriarum regionum uertat imperator. Auget

(h) *Cap. I. §. 27. p. 363.* (i) *Cap. I. §. 25. p. 355.* qui ne quidem Germanicam linguam multo minus iura Germanica fuerat edoctus. (k) Duas idem Caeſar tum perſonas ſuſtinuit et Caeſaris et *Auſtriaci* principis. .. In utroque ergo ſenſus fouit contra adlegationes ſuaque auctoritate paucos alios in ſententiam ſuam traxit. Olim ſane Caeſaris legati in *principum* numero nullum locum habuerunt *hereditarii* principatus cauſa; quod idem non et Caeſaris et ordinum iura tueri poſſet. Quod *prouidentiſſime conſtitutum* fuiſſe, nunc etiam noſtra tempora intelligunt in tantis, inter *parentes* ac *imperantes* ſuper eodem iure *diſſidiis*. Nondum reperi, qui Caeſarum primus hoc obtinuerit: ut et *ipſe* comitiis *praeeſſet* et in *ordinum* curia *legatum* haberet, qui, propriae ditionis cauſa, ſuffragia etiam ibi diceret, ubi de litibus actum fuit cum imperatore. Id ſcio, poſt tempora demum *interregni* priſtinum reipublicae morem migratum fuiſſe. (l) *Cap. I. §. 25. p. 355.* (m) Cap. I. §. 15. p. 334. litera o. et cap. II. §. 2. p. 425. in contextu. (n) Cap. II. §. 10. p. 433. Addatur *Salomo* NEVGEBAVER *Lib. V. rer. Polonicar. p. 300.*

CAP. III. hanc formidinem, quod Caeſar hodie non ut olim factum eſt, *principes imperii* conciues ſuos *legatos* ſumat, qui ſuo honore hoc munus non dignum ſatis habent: ſed ſuos tantum adminiſtros, quorum nutus et fortunae a nutritore ſuo pendent. Vt adeo nullam in his fiduciam quaerere aut reponere poſſint ordines: fore ut quoties uel Caeſaris uel Auſtriaca commoda cum imperii libertate ac incremento pugnare uideantur, Caeſarei legati pro alio quam Caeſare inuigilare, ſentire, ſcribere aut loqui queant. Quemadmodum ergo olim propter cauſas, modo oſtenſas, *rariſſimi* caſus fuerant, in quibus *ordines* patriae ſaluti in publicis Caeſarum legationibus aliter proſpicere atque conſulere non poſſent, quam nouis *adlegationibus*, ſeorſim, imperii nomine, inſtructis: ita patrum aetate ac noſtris temporibus *frequentiſſimum* eſt, eosdem ſuis iuribus, libertati et incrementis imperii metuere: niſi Caeſareis *legatis* et ipſi *adlegent* alios, qui in pactionibus cum exteris Caeſareos toties interpellent, quoties illi conſilia fouere uideantur, quae in damna ſiue uniuerſae reipublicae ſiue unius atque alterius conciuis euadere poſſint. Quod etiam remedium cum meliores ſaepe euentus ordinibus adprobauerint: facile ad intelligendum eſt, quare ad ea toties ac tam prompte ipſi recurrant.

7. Inutiles ſint adlegationes; exteris arcana imperii prodant; ſucceſſus pactionum impediant et quae ſunt generis eiusdem.

§. VIII. *Iuſtifica* argumenta, quae ordinum adlegationibus opponi ſolent, per hactenus dicta ſatis diruta et diſſoluta eſſe, exiſtimo. Ordo rerum nunc uult, ut de *utilibus* etiam nunc ſoliciti ſimus. Confitentur enim, qui ad haec remedia confugiunt, ordinum iuribus non aduerſum eſſe, ut *Caeſareis* legatis ſuos et ipſi oratores *adlegent*: uerum hoc e re imperii non eſſe, ſed reipublicae noſtrae inutile ac pernicioſum, exiſtimant. Plerumque uideas, haec tela intendere Caeſareos in procerum *adlegationes*. Cui uolupe eſt, pharetram eorum excurere, is diuerſa loca (o) conſulere poteſt, in primo capite ſedulo conquiſita. Verum generatim dicendum eſt, quamlibet partem optime intelligere poſſe, quid ſibi inprimis conducat et admonitiones, ab aduerſariis factas, raro ab inſidiis immunes eſſe. Vt tamen potiſſima hic rerum capita examinemus, quae adlegationibus noxiam adferre, creduntur: quid ad ſingula ſeorſim reponi queat, uidebimus. Principio dicunt, *regni ſic arcana exteris prodi.* Sed hoc fruſtra ac ſero nimis in adlegationibus cauetur aut metuitur: cum omnes bibliopoliorum anguli libris iam oppleti ſint, in quibus ſecretiores inter Caeſarem atque imperium nexus ad nauſeam usque exteris gentibus produntur. Et uero poſtquam omnium regnorum aulae *perpetuis* exterorum principum *legationibus* (p) frequentari coeperunt: parum remanet, quod inter arcana ullius reipublicae poſſes referre (q). Deinde *Caeſaris perſona indignum eſſe*, pergunt, ſi in tractatione horum negotiorum comites habeat ordinum *adlegatos*; uideri enim, in perpetua ſic curatela Caeſarem moderari falces imperii. Tale exemplum extat apud *Ioh. Demetrium* SVLIKOVIVM, *Archiepiſcopum Leopolienſem* (r). *Poloni enim legati*, inquit, *forte fortuna orando apud Caeſarem Maximilianum II.* ORDINVM IMPERII *mentionem fecerunt, ſe nimirum ad eos quoque mandata ſuorum habere. Sed cum illud magna cum* INIVRIA IMPERATORIS *fore praeuidebant: ideo ad Caeſarem dixerunt, ſe ordines non eſſe adituros, quod penes Caeſaream maieſtatem, non in cuiusquam uoluntate aut arbitrio, hoc negotium ſitum eſſe uideatur. Quae res ut imperatori placebat, ita a Polonis utilis fuit.* Verum eniuero, quicquid homines exteri ac peregrini hic iudicent, aut iudicauerint olim: nobis illa potius Auguſti uox probatur, *dignum principe eſſe, ut legibus uiuat* §. VIII. *Inſt. quib. modis teſtam. infirmantur*, multo magis uero pactis ſtet, quibus limites ſuae poteſtatis alligauit. Scurrilia ſunt, quando ordinum adlegati *curatores* Caeſaris dicuntur; quaſi ſcilicet pro cuiusuis libidine ineptire liceret in rebus tanti momenti. Tandem *adlegationis remoras iniici addunt progreſſui publicorum negotiorum.* Aſt, quod uulgi ſermone dicitur, illud hic quoque probatum eſſe, ſentio: *ſat cito, ſi ſat bene.* Conſultius certe eſt, lenta rebus tractandis conſilia adhibere, quam poſt cauſam uulneratam demum remedia quaerere. Taceo cetera, quae minoris momenti ſunt, indigna, ut confutentur, cum ne leuiter quidem doctis crucem figere queant.

§. IX.

(o) Cap. I. §. XXI. p. 342. §. XXIV. p. 350. §. XXV. p. 352--356. §. XXVI. p. 357. §. XXVIII. p. 374. §. XXXII. p. 381. §. XXXIII. p. 384. §. XXXIV. p. 393. §. XXXVIII. p. 400. ſeq. Addatur *Sigismundus* FREIBERGER *Parte IV, de ſtatu perturbatae Franciae et Germaniae diſcurſu VIII. p.* 109. *Und hatten Kayſerl. Majeſt. groſſes Recht, die Stande von der Reichs*-Deputation *abzunehmen: daß man des Reichs Heimlichkeit, Wunden und Schame nicht ſo gar frey auslandiſchen Potentaten entdecken ſolle. Es wolte aber dieſe treue Erinnerung nicht ſtatt finden. Der Eiffer in der Religion; der Eigennutz; die priuat Rache; der Hochmuth der glucklichen Waffen trange für alles, ſo fern, daß auch faſt ieder von Adel ſeine Spahne herzu truge, und bald gern ein neues Feuer darmit angezundet hatte.* (p) Les *Ambaſſadeurs* aut *Enuoyes* ordinaires uolo. Hos enim neſciuit antiquitas: neque toleraſſet, quod id hominum genus inter proditores ac inſidiatores patriae referendum eſſe, exiſtimaret. Idem H. GROTIVS lib. II. de I. B. et P. cap. 18. §. 3. (q) Eſt enim horum adminiſtrorum unica fere cura: ut regni arcana expiſcentur et in ſuis commentariis principi ſuo aliquoties per hebdomades ſingulas ea iterum enarrent. (r) *In commentariis rerum Polonic. p.* 80. 81.

CAP. III. IV. 1. *Sententiis doctorum aduerſantur.* §. IX. Supereſt tandem, ut placita illo- A rum caueamus, qui adlegationibus e *doctorum* numero aduerſantur. Quamuis enim formidinem non incutiant ſecus docentium auctoritates: hic tamen praeteriri non debent, ne fingere aduerſarios, quam habere, exiſtimemur. *Hermannus* KIRCHNERVS (s) ICt. qui ſub ingreſſum proxime praeterlapſi ſeculi uixit, his uerbis impetit adlegationes: *Principum Germaniae quisque ex ſuo principatu emittere* B *legatos poteſt ad alium principem de negotiis, quae ad principatum proprium ſpectant, quam quiſpiam aliorum regum de regni rebus. De* TOTIVS IMPERII *rebus, aut tanquam ex imperio* TOTO *emittere nullus principum poteſt. Illud enim SOLIVS IMPERATORIS eſt; cum ille ut CAPVT ET ARX ſummae rerum praepoſitus. At ſuperioribus annis ab electoribus emiſſos ad Polonum uidimus de auxi-* C *lio belli Hungarici. Hic diuerſitatem rei perpenſam uelim. Bellum Hungaricum regni eſt ab imperio ſeparati. Neque imperator quoad titulum & dignitatem regis Vngarorum a Germania agnoſcitur. Pro his ergo intercedere apud exteros, legatione miſſa, cuius amico et benefauenti rebus Vngariae principi licet.* Succinit huic *Iacobus* HOWEL (t), Anglus ſcriptor: *Qui principes ius legationis habent, mittunt le-* D *gatos NON DE REBVS VNIVERSVM IMPERIVM concernentibus; ſed tantum ſui territorii ratione. Fieret enim alias praeiudicium imperatori.* Sed condonandus forte error eſſet utrique ſcriptori. *Illi*, quod integro abhinc ſeculo ſcripſerit: *huic*, quod homo peregrinus ſit, noſtrarum rerum ſumme imperitus. Mox enim in alio loco, ſed eadem aut maiori inertia inquit: *ELECTORES coniuncti*

A *non dubitant adſerere, ſe eſſe GRANDIORES IMPERATORE, utpote ex illis orto et illorum ſuffragiis et delectu ad honoris gradum euecto. Regula huc pertinet, honor eſt in dante.* O plus quam pueriles ineptias, quae dignae magis ſunt, ut ferula orbiliorum, quam calamo confutentur. Verum enimuero quibus tandem uerbis *praegrandium titulorum* ICto, *Erneſto Friderico* SCHROETERO (u), *hereditario in Wikerſtaett &c.* B ueniam exorare debeam in pari, aut certe grauiori longe oſcitantia; illud ſane non uideo. Vixit auctor ſcripſitque non mediocri ſpatio poſt *Weſtphalicam pacem*, tot ſuper adlegandi iure diſputationibus, quod ſupra oſtendimus (x), inſignem. Incertiſſima ergo ſegnitia eſt, quod chorda oberret illorum ueteranorum. His enim uerbis ſuas nugas prodit: *Quod uero ſpecialiter attinet ad imperium noſtrum Roma-* C *no-Germanicum, in eo primario et per ſe imperatori, qui ſummae rei praeeſt, cum ius ambaſſadae dependeat a iure maieſtatis, attribuitur, ſecundum* Bornit. de Maieſt. c. 28. Bocer. Diſp. III. Claſſ. I. th. 32. *at ſecundario ratione territorii principibus. Non uero de rebus ſpectantibus ad VNIVERSVM IMPERIVM, fieret enim IMPERATORI praeiudicium, cuius ſecundum Kirchnerum officium eſt, mittere* D *Ambaſſadores in publicis negotiis concernentibus TOTVM axioma imperii.* Sic talpa talpam, coecus coecum ducit, regit, exſcribit, nullo iudicii aut induſtriae remedio adhibito. Sed quid iuuat, nugatorum claſſem augere. Satis enim uel hi docere poſſunt, quam male ageretur in iuris publici doctrina, ſi doctorum hic ſtandum eſſet auctoritate; cum ſtultiſſima quaeuis opinio in errantium numero ſic patrocinium reperiret.

CAP. IV. *et ultimum*

De

Iure circa ſolennia adlegationum S. R. I.

§. I.

Cauſa et ratio huius capitis. DEſcripto iam *adlegandi* iure propugnatoque; id tantum ſupereſſe uidetur: ut tandem de illis quoque agamus, quae circa *SOLENNIA adlegationum*, tanta animorum contentione, cum inter Caeſarem ac ordines, tum inter hos inuicem ſolent controuerti. Illuſtria huius generis controuerſiarum ſpecimina in *primo* libelli *capite* abunde extant: unde nunc illa deſumi atque *hic* in ordinem digeri inque ſuas E claſſes diſtingui debent; quod *ibi* fieri non poterat, ubi temporum ſeries obſeruata et eo quaeuis ordine recenſita ſunt, quo haec ſerius aut citius contigerunt.

An ſolennia ius faciant? §. II. Neque autem uel nunc poenitet ſententiae, proditae alias; haec nempe ſolennium ac *ceremoniarum* genera ſatius eſſe, inter *iura* referre, quam in numero *decori* reponere, unde cuiuis pro arbitrio impune liceat recedere. Imo tempeſtiue *Ioh. Georg.* CVLPISIVS (a) atque eodem

(s) In libro alias non contemnendo *de munere et officio legati libro I. cap.* 3. *p.* 24. 25. (t) In libro de *legatu paragrapho III. p.* 294. et 297. (u) In diſputatione uel ob titulorum inſolentiam commendanda *de Ambaſſiatoribus eorumque iuribus* Sectione VI. §. 3. et 4. (x) Capite I. a §. XXI. ad XXVIII. (a) In prooemio de legation. imperii.

Digitized by Google

CAP. IV. §. II. III. IV.

quoque iudicio collega noſter *Iacobus* BRVNNEMANNVS (b) aduerterunt, hanc *iuris publici* partem, quae hactenus inter deſideria multorum fuit, huic doctrinae, noſtra tandem aetate, utiliter inſerendam. Eadem de cauſa id ego in uotis habeo, ut ſiue gentium ſiue naturae iurium inſtitutores ſolennes principum ceremoniarum uſus ſibi e ſcriptoribus hiſtoricis familiares reddant (c), ut potiora tantum nobiliſſimi huius argumenti capita ciuilium rerum cultores docere queant. Hactenus uero ignara huius eruditionis fuerunt roſtra Academica. Nos *ſexennio* abhinc, quoties *pactionum* ſeculi praeterlapſi hiſtorias ac iura tradidimus; ſolennes quoque legationum ceremonias expoſuimus, non ſine gratia ac fructu auditorum. Fecimus tamen, quantum e legatorum commentariis, quae, quorundam beneuolentia, in manus noſtras uenerunt, diſcere licuerat: ſed habent omnino meliores Muſae, quod mecum uiro illuſtri *Iohanni* BESSERO longam uitam precentur, ut *ſyſtema*, cuius ſupra (d) ſpem fecimus, ad calcem perducat; unde in hac doctrina inſtrui poterunt, quotquot animum publicis negotiis tractandis aptum ac habilem reddere, uolunt. Nos intra *adlegationum* ſolennia noſtri nunc inſtituti limites habemus. Vtinam uel hanc ſpartam, ab aliis iam occupatam, reperiremus. Quod cum a nemine praeſtitum ſit, aequi bonique conatus noſtros conſulent rerum magis gnati.

Quot modis exerceri poſſint iura adlegandi?

§. III. Varios in imperio noſtro mores, diuerſis ſempet temporibus obtinuiſſe; quibus adlegandi iura *ordines* exercuerint: iam aliquoties ſcripſimus. Quae loca (e) hic omnino debent euolui. Placet tamen eadem uerbis quoque docere eruditi cuiusdam in comitiis LEGATI (f), qui hac de re ita diſſerit: *Tribus ferе aut quatuor modis* exerceri poterant iura adlegandi ordinum S. R. I. Vno, *quando ſtatus rem omnem fidei imperatoris et prudentiae COMMITTVNT, ratum gratumque habituri, quicquid is COMMVNI nomine egerit.* Altero, *cum actio pacis in loco inſtituitur, ubi COMITIA ſunt, quae expeditiſſima ratio perficiendi negotii, cum facile ita de ſingulis imperator referre ad ſtatus, eorumque ſententiam de republica habere poſſit. Hoc modo armiſtitium illud uicennale initum.* Tertio, *cum ſtatus ad conuentum et actionem delegatos* (adlegatos) *mittunt ex ſuo corpore, idoneo procuratorio inſtructos, qui repraeſentant ſtatus et uice omnium ex mandato ſuffragia ferunt; ita ante tria circiter luſtra Francofurti ad Moenum agere cum Gallis placuerat.* Et quarto *denique*, *ut ſolus imperator interſit actioni, nemo autem communi ſtatuum nomine; ita tamen, ut imperator in ſe recipiat ſtatibus in comitiis congregatis communicatum iri de omnibus, quae in conuentu illo hinc inde proponuntur, ut ſuper iis deliberare atque decernere ipſi etiam poſſint. Hac ratione Neomagi arbitror negotia tractata*, aut tractari debuiſſe, quod nos ſuperius plene expoſuimus. *Ex hiſce uiis, quae praeſtet alteri, non eſt meum definire. Id pro comperto habeo, ſi ſtatus e re ſua et dignitate duxerint, ipſis tractatibus per delegatos intereſſe, neminem ſane ius habere, id impediendi, neque eſſe, quo haec eorum auctoritas in dubium uocetur.* Hactenus *HENNIGISIVS*. Vti uero eruditae commentationi huic nemo poteſt calculum ſubtrahere: ita primum huius lucubratiunculae caput utrobique exempla ſuppeditat, in haſce claſſes omnino diſtinguenda. Vter uero e quaruor adlegandi modis alteri praeferendus aut poſthabendus ſit; id generatim nequit definiri. Quemadmodum enim fruſtra diſquireres, uigilare praeſtaret, an dormire, niſi tempora intuereris et corpora: ſic inepte primum aut alterum adlegationis genus extolleres cum deſpicatu ceterorum, inſuper habito rerum ſtatu ac facie imperii. Sunt minoris momenti pactiones, ubi iura legationis *ſoli* Caeſari ab ordinibus *tuto* committuntur: accidunt uero iterum cauſae grauiores, ubi ordinum *adlegatis* opus eſt, qui imperatorem, partium forte ſtudioſum, hoc eſt, uel *religionem* uel *propria* commoda, contra libertatem imperii, nimis fouentem tempeſtiue interpellent. Et ſane ineptum foret, hic aliquid praecipere uelle. Hoc enim illorum prudentiae relinquendum, qui arbitri rerum ſunt, earumque cauſas intime penetrant aeſtimantque. Facile enim his ad iudicandum eſt; quo demum adlegandi modo imperio melius conſulatur.

Quinam ad ſpartam adlegationis deligendi?

§. IV. Memini cuiusdam *Sueuiae* ducis, qui id muneris habuiſſe celebratur: ut imperii cauſa a Caeſare perpetuo *legaretur*. Quod ſi uerum eſt, credere quis poſſet, imperatorem *ordinarios legatos* habuiſſe, uti *pincernam*, *dapiferum*, ceteros: forte ad imitationem collegii *fecialium* apud ueteres Romanos. Neque intelligo, quid *Petrum* BIZARVM (g) mouerit, quare Mareſchallum imperii adpellet *S. R. I. LEGATVM*. Niſi quod forte exiſtimet, hoc munere *Saxonum* familiam exornatam eſſe, ut audiant principes eorum *des H. R. REICHS-ERB-GESANDTEN*. Inſtar

(b) In diſſertatione de iure ceremoniali circa legaros §. 2. p. 4. *Non uidentur igitur inepta illorum deſideria, qui optant, ut nouitium iuris publici caput de* ceremoniis eorumque iuribus *conſtituatur: manifeſto rei, toto die occurrentis, uſu.* (c) Auctores, qui conducere huc poſſunt in *prooemio* laudauimus §. VI. (d) *In prooemio §. V.* (e) *Cap. I. §. XX. p. 337. Cap. II. §. II. p. 426.* (f) *In obſeruationib. Halenſib. tom. III. obſeruat. 8. p. 198.* (g) *De bello Pannonico p. 486.*

CAP. IV. §. IV.

ſtar pontificis-Romani, qui *legatos NATOS* conſtituit. Verum enimuero neſcit hodie reſpublica noſtra, inter tot hereditaria munera, principum familiis tributa, *legatos hereditarios*. Certe ne conſultum quidem eſſet, *naſci*, non deligi legatos. Quia etiam, Grammaticorum iudicio, *legati*, nomen a *deligendo* habent, quod ipſi ex omni populo deligantur. Facilius longe *bonus* eligitur; quam naſcitur. Et cum quam plurima ſint, quae in legato requirantur, aut, niſi adſint, cum iactura rerum agendarum deſiderentur; quilibet intelligit, nonniſi pauciſſimos idoneos cenſeri, ut hanc ſpartam ex dignitate exornent. Angliae quondam regis (h) inſtitutum ſuit, ſcholam inſtaurare, ubi iuuenes iis doctrinarum generibus inſtituerentur, quae ad *legationum* munera olim probe ſuſtinenda, facere poſſent, ut hoc prytaneum ſeminarium eſſet, ex quo regii ſemper legati deligerentur. Intellexit ergo rex prudentiſſimus, debere potius cum cura *educi legatos*, quam forte ſortuna *naſci*.

Delectus legatorum, qui olim habitus?

In *adlegatorum* uero delectu proceres imperii non eundem ſemper ordinem obſeruarunt. Illo enim tempore, quo *principes* Germaniae *ipſi* munere adlegationis defungi debuerunt, qualia exempla magno numero ſuperius congeſta habentur (i), fieri non poterat, ut aliquis ex iis nominaretur, qui *inhabilis* eſſet, ad hanc ſpartam condigne exornandam. Qua cauſa contigit, ut hanc prouinciam eccleſiarum antiſtites olim frequentius occuparent: rarius principes *ſeculares*; quod hi armis, quam literis potius incumberent.

Sirps Hohenzollerano-Brandeburgica ſeminarium fuerat legatorum imperii.

BRANDENBVRGICAM tantum, aut, quod ei tum nomen fuit, *Noribergenſium Burggrauiorum* ſtirpem exceperis. Haec enim foecundiſſima principum fuit, qui *legatorum* imperii nomina titulosque geſſerunt. Vt ſub *Habsburgicis*; *Auſtriacis*; *Boicis* ac *Bohemicis* Caeſaribus *legationis* ſpartam, ueluti ſibi *domeſticam* et tantum non *hereditariam* reddidiſſe, uiderentur.

Cur legati nati dici queant?

Illis quippe adpellationibus ab aliis imperii principibus diſtincti ſunt; ut *Germanorum Tullii*; *Teutonici Rhetores*; *Oracula imperii*; *Os comitiorum*; *Oculi Caeſarum* ob miram dicendi facundiam, uariis iisque ſolennibus imperii legationibus adprobatam, audirent. Qui certe *tituli*, quid aliud ſunt; quam excellentium *imperii legatorum* encomia, exteris, nullaque gratia prouocatis ſcriptoribus paſſim adnotata.

Qui delectus nouiſſimis temporibus?

Verum poſtquam duobus abhinc ſeculis Germaniae

A principes *infra* ſuam *dignitatem* exiſtimarunt (k) in *famulatu* eſſe Caeſaris et imperii atque *uicariam* adminiſtrorum ſuorum operam in ſolenniſſimis quibusue legationibus adhiberent: factum eſt, ut, loco principum imperii, ſuis quoque *adminiſtris legationis* prouinciam demandaret imperator. Mouit autem hoc, quod alibi diximus (l), ordines imperii, ut, poſtquam e medio ſuo non amplius legatos

B a Caeſare deligi aduerterent, ipſi quoque his ſua auctoritate in quouis grauiori negotio *adlegarent*, aut, quod idem eſt, ſuos adiungerent *adlegatos*. Quamuis etiam ad hoc munus *ipſi principes imperii*, quod ſupra oſtenſum (m), in comitiis denominarentur: neque tamen id aliter illi quoque obierunt, quam per idoneos *adminiſtros*, ut hi *adlegatorum legati* dici poſſe, uideantur. Intelligitur

C itaque ex hactenus dictis, in *adlegatorum* delectu noſtris temporibus non *ipſorum principum habilitatem attendendam* eſſe; cum ineptiſſimus quoque idoneum ad gerendam legationem adminiſtrum alere poſſit: ſed alias nunc rationes habendas eſſe, quarum momenta expendemus.

Habilitas adlegandorum. Sint Status imperii.

Principio igitur nullus princeps adlegari poteſt, niſi qui ſit *STATVS* imperii. Cum enim adlegandi facultas e numero

D eorum ſit, quae ad *iura regni* pertinent: cauſa huius deſiderii manifeſtiſſima eſſe, uidetur.

Excluduntur propterea ab hoc munere. a) R. Bohemiae.

Excluduntur propterea a numero adlegandorum *Rex Bohemiae*. Quamuis enim ſerio ac ſaepius petierit imperator; ut Bohemia nouum atque *undecimum* Germaniae *circulum* conſtituat, regi uero locus detur inter *ordinum* imperii comitia: id tamen hactenus effectum non eſt; partim quod *onera* deſenſionis, Bohemiae

E tum praeſtandae, illi declinent: partim etiam, ne Auſtriacam familiam in curia *electorum* habeant, quod ſuffragiorum libertati, quoties inter ordinum ac Caeſaris iura diſſidia ſint, multum obfuturum eſſe, exiſtimant.

b) Die Reichs Ritterſchafft.

Arcentur ob eandem cauſam ab hoc munere *Equites S. R. Imperio* absque intermedio addicti. Nihil certe iuuat, hos in ordinum numero quondam fuiſſe, quod ſuo nunc loco relinquimus.

F Sufficit enim, illis hodienum iura comitiorum negari; quibus cum adlegationis munera omnino connexa eſſe, arbitramur. *Suo* tamen nomine curiam imperii nobilium (*die unmittelbahre Reichs Ritterſchafft*) territoriales, quas diximus, legationes inſtruere poſſe, nullus dubito: ut interpretes quoque habeant rerum ſuarum in

[h] De hac legatorum ac hiſtoriographorum ſchola Henrici VIII. legi poteſt *Gilbertus* BVRNETVS *Part. II. hiſtoriae reformation. Anglic. p. 152. col. 2.* [i] *Capite I. a §. XIII. ad §. XIX.* ubi per *adminiſtros* ſparta adlegationis defungi demum coeperunt. Singulare eſt illud, quod Carolus M. epiſcopum *Paderbornenſem* legarum ordinarium inſtituit ad curiam imperatoris Graeci. Quod in illo epiſcopatu ſemper futura ſit ſchola *Graecae L.* In MONVM. PADERB. *p. 202.* habetur ipſum diploma. [k] *Cap.* III. etiam hoc nobis adootatum §. VII. *p.* 445. [l] *Capite* III. loco eodem [m] *Capite I.* §. XXV. p. 352. 353. §. XXVI. p. 357. §. XXXII. p. 381. §. XXXIII. p. 383. §. XXXVIII. p. 400. §. XL. p. 407.

Digitized by Google

CAP. IV.

in pacificatoriis conuentibus cum apud aula Caeſaris, ne claſſes in Italia hybernent.

Caeſaris oratores: tum S. R. imperii adlegatos. Ita in *Riſuicenſi* pactione Baronem de *Hundbiſs* ea cauſa egiſſe, memini. Cuius etiam interceſſu factum eſt: ut cum antea Germanicum imperium ſolis *Electorum*; *Principum* ac *Statuum* nominibus abſolui atque in *pace* comprehendi poſſe, exiſtimaretur; poſtea cunctorum etiam *membrorum* iniecta mentio, ne imperii nobilitas; *ſtatuum* nomine non inſignita, inde excluſa eſſe, uideretur. Neque eſt,

c] *Principes Italiae.*

cur *Italiae* principes in ſocietate eſſe uelint adlegatorum imperii. Quoties de rebus Germanicis agitur, ne quidem ullam iuris ſpeciem habent. Sed quamuis in ipſius etiam Italiae meditullio pax ineunda ſit: nullum tamen inter imperii adlegatos locum iure poſtulabunt. Partim, quod Italica gens omnem *imperii* poteſtatem in Germanos tranſtulerit: partim, quod cuncta, quae in facultate Italiae principum ſunt, Caeſarum & imperii Germanici beneficio ac largitioni debere uideantur. Non ergo iuris ordinem uel olim migrauit imperator uel nunc migrat; quod anno 1694. Mantuano duci hyberna imperauerit; quod eundem praeſente Germanici imperii bello propter amicitiam cum Gallis hoſtibus proſcripſerit; quod tandem cunctos Italiae incolas nunc cenſu quodam aeſtimet et ad ſoluenda militaria tributa cogat. Quamuis enim neuter eorum bello huic ſe immiſcuerit, multo minus ſuo adſenſu contra Galliae regem id declarauerit unquam; imperii tamen iure fidem, obſequia, ſeruitia, tributa, Caeſar merito ab iisdem exigit. A quo onere neque Romani pontificis territoria excipimus; quod illa hodienum beneficiario nexu Germanico imperio addicta eſſe, intelligantur. Quod tamen Caeſari, Romanis ſacris addicto, ardua res ſit, crabrones hoſce irritare; non forte intempeſtiue nunc fieret, ut Caeſareorum iurium executio claſſibus foederatorum Anglorum et Belgarum demandetur, in Italico mari pro Caeſare collocatis. Veniam enim apud aequos rerum aeſtimatores is facile impetrabit; ſi hoc tempore, quo propriorum militum ſtipendiis aerarium eius exhauſtum eſt, ſummae neceſſitati conſulat exercitio iurium, quae habet in Italiam. Sed hoc arcanum iam praeſenſiſſe uidentur ſagaciſſimi Itali. Omnem quippe lapidem nunc mouent in

§. IV. V. VI.

Delectus adlegandorum.

1] *Potentiores.*

§. V. Quod uero neque e re imperii ſit; ut omnes ordines, ſine ullo *diſcrimine*, adlegentur: etiam inter hos ipſos *deinde* optio eſt facienda, uter eorum hanc ſpartam prae alio mereri uideatur. Equidem nulla hic *iuris* diuerſitas eſt; cum eadem ſuffragiorum facultas ſit omnium procerum imperii: *prudentiae* tamen regulae praecipiunt, ut delectus eorum hoc caſu diligenter habeatur. *Potentia* ac *robur* et cum his ſemper fere coniuncta *auctoritas* omnino mereri uidentur: ut principio in cenſum ueniat, qui hoc intuitu prae aliis antecellit. Magnae enim res magnos adiutores uolunt; imo ipſorum munerum amplitudo a dignitate illius aeſtimatur, qui eodem defungi adſolet. Quo igitur cauere magis uolunt ordines, ne *adlegationes* eorum uel Caeſari uel exteris deſpicatui ſint: eo maiori cura prouidere debent, ut in iis decernendis potentiorum principum ratio, prae infirmioribus aliis, habeatur (*). Quo ipſo tamen ſuaſor etiam ſim, ut his quoque unus et alter e claſſe minorum gentium adiungantur: ne maiores ſummam rerum ſoli ad ſe trahere poſſint atque ordines e ſua aequilibritate dimoueantur.

2] *Plurium prouinciarum domini.*

§. VI. Huic uicinum argumentum eſt a *magnitudine* aut *numero prouinciarum*. Quod hi praecipue *adlegari* mereantur: qui *maiores ditiones* habeant in imperio, imitatione ſcilicet Romanorum. Hi certe belli et pacis arbitria illis maxime committenda eſſe crediderunt, qui praediis et facultatibus alios anteirent. Facile fore, dixerunt, ut homo, egeſtate preſſus, pecunia corrumpatur: aut patriam ille prodat, qui dicere poteſt; *non intereſſe ſua* (n). Sed diuitum pecunias, bona ditionesque optimos fidei in patriam obſides eſſe. Eodem itaque iudicio in eadem cauſa Germani exiſtimabunt: illos ordinum ſolicitius ac maiori longe cura animique firmitate patriae dignitatem ore et calamo propugnaturos, quo maiorum quisque rerum iacturas metuerit, ſi illa naufragium patiatur. Etſi aliquis ex his tantum

Additamentum. An, praecipui iure, adlegandi facultas electoribus debeatur?

arguat; principes electores potiſſimum in adlegatorum delectu aeſtimandos eſſe: non uideo, cur ita ſentienti reliqui ordines poſſint ſuccenſere. Quod tamen non raro contigiſſe, ſuo loco (o) eſt adnotatum. Verum cauſas ſe habere exiſtima-

[*] Suffragium HALBERSTADIANVM ita arguit pro ſuo principe an. 1670. *Churfürſtl. Durchl. zu Brandenburg das allermeiſte in dem Reich, ja wohl ſo viel als 30. biß 40. Staende, die ihre* uota uiritim *ablegten, ja mehr als manche gantze Kreyſſe nach der* matricul contribuirten, *und ſoviel tauſend, als ein andrer nicht hundert in* ſimplo *beytragen; von Volck das 20ſte Theil des gantzen Reichs hergeben.* [n] Loco *Dionyſii HALICARNASSENSIS; LIVII; A. GELLII; PHAEDRAE* aliorumque in adnotationibus ad Puſendorfium a nobis congeſta et iudicata ſunt. Inde etiam eſt, quod ſuffragium Badenſe a portione *MATRICVLAE* ad dignitatem claudat adlegatorum numero intereſſe. *Sr. Hochfürſtl. Durchl. Lande waren mit einem hohen* Matricul-*Anſchlage beleget, deſſen jedoch ungeachtet allezeit ihr* contingent *bey den Reichs*-Collecten *willig entrichtet. Waren alſo billig der Reichs*-Deputation *noch zu* adiungiren. [o] Cap. I. §. XXII. p. 345. §. XXIV. pag. 350. inprimis pag. 354.

CAP. IV.

ſtimarunt reliqui principes, id cauere, ne quaedam *praecipui* iura hoc caſu ſibi electores adrogauerint: cum quondam CONRINGII diuinatio fuerit, fore, ut ſumma imperii ad horum recidat poteſtatem. Nolim tamen ego auctor eſſe principum curiae: ut inuidis oculis electorum eminentiam intueatur. Hactenus enim creditum eſt, horum praerogatiuas *Aureae* tantum *Bullae* decretis inniti: ſed, ſimeae doctrinae loca excutio, longe uetuſtiorem aetatem reperio, illam ſcilicet, ubi quinque tantum *duces* habuit Germania. Hoc qui ſecum curatius aliquantum expenderit, ei facile erit ad intelligendum; electores non tanta ſibi praecipui iura hodie adſerere, quanta ipſi ueterrimis iam temporibus tenuerint.

3] *Quem cauſa pacis propius tangat.*

§. VII. Quamuis in pacificationibus interdum quoque argumenta occurrant, uniuerſi imperii compagem attingentia; pleraque tamen ea ſunt, quae ad unius atque alterius principis cauſas ſeorſim ſpectant. Accidit etiam non raro, ubi communis patriae ſalus intelligi, aut recte aeſtimari, nequit: niſi ſingularia ciuium commoda ac damna ſigillatim cognoſcantur. Fit igitur admodum prudenter, ſi illi principes in numerum *adlegatorum* cooptentur, de quorum ditionibus, facultate ac iuribus praecipue inter paciſcandum controuertitur (*). Non ſolum, quod maiori quis cura eam rem tractet, quam ei et communis et propria cauſa duplicis quaſi generis argumenta, commendant: ſed etiam quod meliori iudicio in negotiis uerſemur, quae nobis familiaria et tantum non domeſtica ſunt. Exemplo id docebimus, ex adlegationis nouiſſimae *hiſtoria* (p) repetito. Agebatur Riſuici de urbe *Argentoratenſi*; reſtituendane ea eſſet; an cum Friburgo ac Briſaco, quod Galli mox in principio uoluerant, commutanda. Sane quo plures inter adlegatos rerum; munitionum; opportuni loci ac ſitus huius urbis ignari fuerunt; eo frigidiora quoque conſilia deprehenſa ſunt de Argentorati inſtauratione. Saepius de aliquorum inertia, qui neſcirent, quid cum metropoli hac imperio decedat, conquerentem audiui *Culpiſium*: fidiſſimum conciuium quondam ſuorum interpretem. *Clauem*, dixerat ille, *nullo pretio aeſtimari poſſe, quae arcam aperiat theſauro oppletam maeſtimabili, Argentoratum*

§. VII. VIII. IX.

A *uniuerſi imperii antemurale eſſe. Fruſtra arcem defendi, cuius claues; portae; muri hoſtibus proditi ſint. Accedere urbi, duodecim millibus ciuium frequentatae amplitudinem. Horum quisque ſi duobus tantum militibus hoſpitium praebeat: numerum hunc iuſti exercitus nomen ferre, qui ſatis uirium habeat, Rheno uicinas quasque ditiones, uiribus ac milite inermes inque tot diſperſas principatus, uno uelut ictu proſter-*
B *nere, et quae ſunt generis eiusdem.* Cognouerunt exiode procerum adlegati, quantum referat: Rheno uicinorum principum adminiſtros in conſilium adhiberi, quamuis in adlegatorum numero non haberentur. Atque hoc eſt, quare his quoque loca tum relicta ſint in ordinariis conuentibus adlegatorum.

4] *Qui in numero ſit deputatorum S. R. I.*

§. VIII. Neſciuit quondam imperium *ordinarios deputatos*. Poſtea *hereditario*
C et quodam *praecipui* iure munus hoc in quosdam principes eſt translatum. Habes catalogum eorum in receſſu nouiſſimo (q). Quamuis uero rariores caſus ſint, ubi his imperii deputatis ſparta *adlegationis* demandata fuit: illud tamen in legatorum commentariis obſeruaui, principes ſubinde huc prouocaſſe (*), ne in adlegatorum delectu praeterirentur. Quaſi ſcilicet iuris quaedam praeſumtio ſit: eum
D quoque inter *adlegatos* utiliter referendum, quem ordines dignum habuerint *deputatione comitiali*. Quemadmodum uero inter *deputationes* et *adlegationes* imperii ingens eſt diuerſitas, cum illae nonniſi in comitiis; hae autem ſemper extra ea adhibeantur; illae perpetuo iure exerceantur a principibus iisdem, non hae, quarum delatio ab arbitrio pendet ſuffragiorum: ita quoque nullo caſu eas con-
E fundi aut commiſceri poſſe, exiſtimo. Ab hac argumentatione illa non penitus aliena eſt; quando propterea aliqui principes adlegari uolunt; quoniam *regimenti* quondam adſeſſores fuerint. Equidem non nego, his olim legationis iura, uniuerſi imperii cauſa, delata fuiſſe, quod ſuperius iudicaui (r): ſed perdito et diſſoluto hoc collegio (s), adſeſſorum quoque priuilegia ac munera ſublata eſſe, ne-
F mo non intelligit. Vt fruſtra ſint, qui ea in memoriam refricent.

aut adſeſſor regimenti fuerit.

5] *Qui in amore et gratia regum exterorum.*

§. IX. Cum imperium felicius ac facilius longe exteris hoſtibus per illos conciliectur, qui in amore aut gratia eorum ſunt:

pag. 351. 352. Quibus locis iungantur ſcriptores *Acta* LONDORPIANA *ad an.* 1641. *p.* 720. PVFENDORFIVS *Lib. XI. rer. Suecic. p.* 534. 571. plene curateque IDEM *rerum Brandeburg. Lib. II. p.* 51. [*] Suffragium Badenſe fuit pro Marchione inter deputatos habendu ap. FRITSCHIVM *de deputat. conuent. p.* 13. Situirten *Ihro Hochſt. Durchl. Fürſtenthume ſehr gefahrlich und hart an denen Reichs-Grantzen, daß alſo um ihres hiebey* concurrirenden *haben* Intereſſe *willen, dero, wie bey andern Fallen und Angelegenheiten, alſo auch hierinnen ſalt zu erweiſen verlangter Eyfer anzunehmen ſey.* [p] Cap. I. §. XL. p. 407. §. XLI. p. 421. [q] *R. A. Regensburg* 1654. §. *und dieweil* &c. Conſuli poteſt de hoc argumento *Ahasuerus* FRITSCHIVS in libru de conuentibus deputatorum cap. III. et ceteris. [*] Argumentum legati Brandeburgici expunit PVFENDORFIVS *Lib. II. rer. Brandeburg.* p. 51. ad an. 1643. [r] Cap. I. §. XIX. p. 354. [s] Noticia huius collegii inſtruere poteſt diſcentem diſſertatio RECHENBERGII *de regimento S. R. I.* ſcripta.

ſunt: huc quoque oculos in delectu *adlegationum* reflectendos eſſe, exiſtimo. Prudenter arguit pro principe ſuo, in *adlegatorum* claſſem *recipiendo*, Brandeburgicus legatus: quod ipſe cum potiſſimis Europae principibus uel foedere uel pace uel intima amicitia perpetuo fere coniunctus eſſe, uideatur (t).

6) Idem numerus obſeruetur in principibus pontificiorum rituum et partorum ſacrorum.

§. X. *Eundem* ex utriusque profeſſionis cum pontificiae tum proteſtantium ſociis numerum adlegandum eſſe, leges **B** imperii (u) definiunt, tironibus non ignota doctrina. Quae cum expediti iuris ſit, non eſt, quod hic ei immoremur. Exemplum in nouiſſima pacificatione extat; ubi tanto propterea *numero adlegatum* eſt, quod *proteſtantium ſacrorum* principes, eum, quem *pontificii* iam definiuerant, aequare debuerint (x). Ibidem quoque et hoc cautum eſt; neque *abſentiam* aliquorum ex *una* parte numerum *alterius* **C** maiorem et inaequalem redditurum; ſed quodam *accreſcendi* iure, illorum ſuffragia praeſentibus ſint acceſſura (y). Hoc uero cum ſanctiſſime conſtitutum fuiſſet, facile ad intelligendum eſt; pontificios adpoſitione aut tolerantia *quarti* articuli nihil tum effeciſſe. Quod ſuperius (z) luculenter a nobis fuit commonſtratum.

Quo ORDINE adlegandum?

§. XI. Cum ingens procerum imperii ſit multitudo; confuſionis uitandae et **D** parcendorum ſumtuum cauſa *aliqui* tantum, ceterorum nomine, ſolent *adlegari*. Quo ergo *ORDINE* delectus hic inſtituendus ſit, principio ſemper in *comitiis* ſolet diſquiri. *Alii* enim per *CIRCVLOS* ſeu pagos eum fieri debere, ſuadent (a): ut *adlegatio* omnes quaſi *angulos* Germaniae attingere, uideatur; et, de cuiuscunque demum plagae finibus ac iuribus tractetur, *adminiſtri* adſint rerum **E** optime *gnari*. Legi tamen ita ſentientibus ſaepe repoſitum fuiſſe: haec uota eſſe *rectorum ducumque* circulorum (*der Kreyß-Directoren und Kreyß-Obriſten*) ut hoc praetextu auctoritatem ſuam augeant, cum irreparabili damno conciuium (*der übrigen Kreyß-Stænde*), quorum ſuffragia a nutu illorum pendere, uelint: cum tamen unius atque alterius ſtatus paria iura; eadem auctoritas; in ſuffragiis pondus idem; idem momentum (b). Ob has et plures alias cauſas ab hoc conſilio in nouiſſima deputatione, ſuperius deſcripta (c), diſceſſum eſſe, memini. *Alii*, omiſſo rerum aliarum diſcrimine, id tantum obſeruandum eſſe, exiſtimarunt, ut ex utroque cum *ciuili*, tum *eccleſiaſtico* ordine; *aus der geiſtlichen und weltlichen Banck*, ut ſermone ſcribam, qui imperio ſolennis eſt, aliqui ordines *adlegationi* deſtinentur (d). Equidem ſcripſi paulo ſuperius (e), *eccleſiarum* antiſtites fere perpetuos quondam Caeſaris et imperii *legatos* fuiſſe. Quod horum fides et conſcientia, caeca ſeculorum ſuperſtitione, longe commendatior eſſet, optimi uiri candore ex ordine *ciuili*. Sed ſaniora noſtrorum temporum iudicia ſunt. Cum fraudes; machinas; circumuentiones; argutias; praeſtigias; captiones et nullum non genus inſidiarum ſecurius non regnare aut prudentiſſimos quosque citius fallere intellectum ſit, quam ſub pallio; illo ſcilicet fucatae pietatis inuolucro, hominum clericorum. Male igitur exinde audire coepit illa in pectore antiſtibus ſuſpenſa *crux*: ut in adlegatorum delectu terrere magis uideatur, quam allicere ac inuitare. Neque iure quodam exigere poſſunt ſacri antiſtites, ut nulli deputatorum aut adlegatorum conuentus inſtituantur, ubi non e medio illorum aliqui ſoleant intereſſe. Plerique *trium curiarum* hic rationem habendam eſſe, putarunt; ut e *ſingulis* aliqui ad munus *adlegationis* promouerentur. Quamuis autem plurimi eſſent, qui hoc curiarum diſcrimen imperio admodum exitiale eſſe, opinarentur; quod perpetuis fere factionibus optima quaeque conſilia diſtrahantur, quibus adſeſſores ſuae potius curiae commoda, quam communem uniuerſi imperii ſalutem in animo et oculis ferre ſoleant: plura tamen ac potiora ſemper argumenta uiſa ſunt, quae hunc adlegandi morem tueri uidebantur; ut maior conſultantium pars in eo omnium frequentiſſime hodienum perſiſtere, deprehendatur. Exempla adlegationum his moribus atque hoc ordine per tres ſcilicet imperii curias inſtructarum, ſuis locis plene curateque recenſuimus;

1) an per circulos, die zehen Reichs-Krayſe?

2) an ex utroque cum ciuili ordine, tum eccleſiaſtico: aus den zweyen Bancken.

3) an e tribus ordinum curiis, aus den dreyen Reichs-Collegiis.

[t] Verba ſuffragii 1670. in comitiis prodita, haec ſunt; *Warum will man Ihrer Churfl. Durchl. die mit denen benachbarten Chriſtl. Potentaten und Gewaltigen in- und auſſerhalb des Reichs in Freundſchafft und vertraulicher* Correſpundenz *ſtehet, von einem und anderm Nachricht geben kænten, die* Deputation *nicht gœnnen?* [u] Artic. V. inſtr. pac. Oſnabrug. [x] Cap. I. §. XL. p. 407. [y] Legatus formula *mandati: daß die abgehenden* uota *zu* obſeruirung *der* Paritæt *ſeinem Religions-Verwandten Theil immittelſt* accreſciren *ſolle*. Cap. I. §. XL. p. 407. [z] Capite I. §. XLV. p. 419. ſeqq. (a) Anno 1641. haec ſententia, quorundam ſuffragiis admodum commendata eſt. Argumenta in medium tunc prolata recitant LONDORPIVS Tumo V. Actuum public. Lib. I. p. 385. 721. PVFENDORFIVS *Rer. Brandeburg. Lib. III. p.* 52. Idem *Rerum Suecicar. Lib. XII. p.* 534. *et* 573. [b] Ita plerique doctores. Sed qui ſingulas prouincias ſingula *capita* habuiſſe, cogitat, quae multa prae ceteris ordinibus *praecipui* atque *eximii* iura habuerant: is facile ſentiet, plerosque *rectores* ad priſtinam eorum adſpirare uelle auctoritatem. Atque huic conatui *uniuſtuis circuli* membra ſe tempeſtiue opponunt. [c] Cum plura ibi contra *circulorum* adlegationes argumenta enumerata ſint, locus hic omnino cum *Cap. I. §. XL. p.* 407. eſt conferendus. [d] Hoc Buicus legatus monuit anno 1641. Cuius ſuffragium LONDORPIVS *habet Tom.* IV. Lib. II. p. 385. [e] Cap. IV. §. IV. p. 452.

CAP. IV. *Comitum an peculiaria ſint iura?*

ſuimus: omnino hic euoluenda (f). Ceterum cum in principum curia etiam *comites* ſint; quaeſitum eſſe aliquoties reperi, an horum (*der Græulichen Bæncke*) ſingularis ratio habenda ſit? quoties per *tres* ordinum *curias* adlegati deligantur (g). Quamuis autem dubitare quis poſſet, quod eundem cum principibus coetum efficiant; imperii tamen perpetuo fere uſu obſeruatum eſſe, uideo (h), ut *peculiares* quoque e *comitum* claſſe fuerint adlegati. In *auguſtioribus* tamen adlegationibus, illos etiam nonnunquam praeteritos fuiſſe, reperio (i). Nihil fere ab hoc adlegandi modo ille differt, quando *ordinariis* comitiorum *deputatis* haec prouincia committitur. Nam horum quoque numerus in *tres* imperii *curias* diſtinctus eſſe, cognoſcitur eum ex ipſa LEGE (k); tum e commentario FRITSCHIANO (l) huius argumenti. Ceterum ſuperius (m) iam monui; inter *deputationes* et *adlegationes* multum intereſſe: ut adeo fruſtra ſint, qui, quod in catalogo *deputatorum* extent, in *adlegatorum* ideo delectu ſe praeteriri non poſſe, opinantur. Penes imperii certe ordines eſt; unum ex hactenus enumeratis *adlegandi* ac deligendi modis pro arbitrio definire.

4] e numero deputatorum.

An plures numero: an uero pauciores adlegandi?

§. XII. Etiam illud non raro inter ordines controuerſum eſt, *pluresne* adlegandi, an *pauciores*? Argumenta, quae numerum *contrahendum* eſſe, ſuadent, ſuperius enarrauimus (n). Proponi etiam poteſt foederati Belgii exemplum. Quamuis enim hoc *ſeptem* prouinciae efficiant, atque *ſingulae* earum, quoties communi nomine *legatio* decernitur, e *medio ſuo*, iure quodam, aliquem commendare poſſe, uideantur: rariores tamen caſus ſunt, ubi uniuerſim plures quam quatuor aut *tres* deprehenduntur (o) legauiſſe. Verum ſunt tamen alii, qui cum *Seruio* (p), interprete Romano, pro adlegandorum multitudine loquuntur. *Quod ex numero legatorum negotii magnitudo intelligi poſſe, uideatur.* Et ſane nouiſſima illa ad Riſuicenſem pacificationem decreta et amandata adlegatio, propter nimiam cum adlegatorum; tum ceterorum quoque, qui ſui territorii cauſa acceſſerant, multitudinem, tantum non illis VIRGILII (q) uerſibus poterat definiri:

§. XI. XII. XIII.

- - qui dicta ferant et foedera firment,
Centum oratores prima de gente Latinos
Ire placet, pacique manu praetendere ramos.

An principes, non in adlegatorum delectu nominati, ſuo tamen arbitrato adlegare poſſint?

Ceterum arcanas tantae turbae cauſas ſuperiori quodam loco (r) indicauimus. An uero praeter nominatos *adlegatos principes* aliorum etiam adminiſtri rerum tractandarum negotiis pro arbitratu queant intereſſe, licet in numerum adlegatorum ipſi nunquam recepti ſint: aliquoties quaeſitum eſſe, reperi (s). Vt mirer nullo imperii decreto hanc litem definitam fuiſſe. Quae mea ſententia in hac dubitatione ſit, memini, ſuperius (t) iam me expoſuiſſe.

Qua numeri proportione e tribus ordinum curiis adlegandum?

§. XIII. Si e *tribus* ordinum *curiis* adlegatorum delectus inſtituitur, illud quoque inueſtigari meretur; *quot* ex quaque *principes* aut *ciuitates*, ad hoc munus obeundum, denominandi ſint; ut aequa inter eas proportio ſit et comparatio. Non uero eundem ubique numerum placuiſſe, reperio. Aliquando *omnes electores*; e *principum* ſenatu *quatuordecim*; e *ciuitatibus tres* ſunt adlegati (u): iterum ex *iſta* curia *quinque*; ex *illa octo*; *duae* uero ex *hac* ad idem munus promoti fuerunt (w), quibus poſtea plures acceſſerunt (x): nonnunquam ex *iſto* genere *tres*; ex *illo nouem*; ex *hoc quatuor* ordinum denominati (y): aut, quod alibi factum, e ſingulis *curiis*

(f) *Capite* I. §. XXVI. *p.* 357. 358. *anno* 1645. §. XXVII. *p.* 371. *an.* 1648. §. XXIX. p. 375. *an.* 1654. §. XXXIII. *p.* 383. *an.* 1681. §. XXXIX. *p.* 402. *an.* 1697. Patebit e collatione horum locorum, quot argumenta hunc adlegandi morem prae aliis omnibus commendent. Quod cum ex dictis facile cognoſcatur, operae pretium non fore credidi, ut ea iterum hic exſcriberentur. (g) Euolui hic meretur ſuffragium *Wetteranici* legati an. 1641. in *comitiis* proditum atque exſcriptum LONDORPIO *Tomo V. Actorum publicor. lib. I. p.* 722. Argumenta eorum ſunt: 1] quod cum *ciuitatibus* locus detur inter *adlegatos*, is certe *comitibus* negari non poſſit, quorum dignitas longe illis ſit eminentior, 2) in eodem quidem coetu et conclaui *comites* ſedere cum principibus; ſed *locis* tamen, *ſcabellis*, *ſuffragiis* ab iisdem differre. Vt adeo diſtincta ab illis commoda ac iura habere, uideantur. (h) Exempla repetantur e *Capite* I. §. XXV. *p.* 354. *an.* 1641. §. XXXIII. *p.* 383. §. XXXIX. *p.* 402. *an.* 1697. (i) Propter cauſam, in contextu citatam. Caſus extant in *Cap.* I. §. XXIX. *p.* 375. *an.* 1654. §. XXXIII. *p.* 38. Ibidem enim e *ciuitatum* curia adlegatum eſt; non uero e *comitum* ordine. Abſque dubio, quod hi in *principum ſenatu* eſſe uideantur. (k) R. I. Ratiſpon. 1654. §. 194. *und dieweil* &c. (l) In ſaepius laudato opuſculo de *deputatorum conuentibus* ex inſtituto promulgato. (m) Cap. IV. §. IIX. p. 458. (n) Cap. I. §. XXXIX. p. 403. (o) Quamuis id etiam mihi in *Riſuicenſi* pacificatione cognitum ſit. Inuidis admodum oculis *Hollandos* adſpexiſſe ceteros Belgii ordines, quod illi e medio ſemper ſuo, aliis prouinciis excluſis, *legatos* tantum obtrudant: quaſi ſcilicet *legationis* iura ſibi ſolum ac ſuae genti uellent arrogare. *Zelandi* inprimis, e ſe commendatum oratorem praeteritum eſſe, aegerrime tulerunt et, publica conteſtatione facta ius ſuum aliis temporibus reſeruarunt. (p) Scholiaſtes Virgilii in libr. XI. Aeneidos p. 316. (q) Locus admodum uenuſtus et adpoſite hic laudatus euolui poteſt *lib. XI. Aeneidos uerſ.* 171. *p. m.* 316. Repetit eundem *Nonius* MARCELLVS *de uaria ſignificatione uerborum* cap. IV. §. 341. *Oratores*, inquit, *etiam legatos dixit Virgilius. Centum oratores &c.* (r) *Cap.* I. §. XXXIX. *p.* 403. (s) *Capite* I. §. XXVI. *p.* 357. *an.* 1642. §. XXVII. *p.* 366. *an.* 1645. §. XXXIII. *p.* 386. 387. *an.* 1682. §. XXXVII. *p.* 397. *an.* 1697. (t) *Cap.* I. §. XXXVII. *p.* 379. *an.* 1697. (u) *Cap. I.* exemplum recenſetur in Francofurtana adlegatione §. XXIX. p. 375. §. XXXIII. p. 385. (w) *Cap.* I. §. XXVI. *p.* 357. *ad annum* 1642. (x) *Capite* I. §. XXVII. *p.* 367. *ann.* 1645. (y) *Cap.* I. §. XXVII. *p.* 367. *ad ann.* 1648.

CAP. IV.

riis duo tali negotio dati ſunt (z): placuit etiam quandoque *iſtorum tres*; *illorum octo*; *harum duas* deligi (aa): nouiſſime tandem *iſthic quatuor*; *hic totidem*; *illic quatuor et uiginti* munera adlegatorum ſuſtinuerunt (bb). Quae numeri et proportionis diuerſitas ſatis nobis indicii eſt: nihil hic uel obſeruantia uel publica lege definitum; ſed omnia arbitriis atque ſuffragiis ordinum relicta eſſe. *Ordinum* ſuffragiis dico.

Penes quem iudicium huius rei? an penes Caeſarem?

Nam id ſibi nonnunquam ſumpſit *imperator*; ut adlegatos nominaret, ſibi ac domui ſuae addictos, non ſine graui, quod ſupra ſcripſimus (cc), iniuria ciuium imperii. Verum nunc perpetuo uſu (dd) id habent atque exercent ordines imperii, ut illorum ſuffragiis ſtet, numerum adlegandorum uel augere uel diminuere.

an uero ordines?

Neque *unius* curiae ciues alteri hic leges dare poſſunt: ſed *cuique* ſua facultas eſt, ſiue pauciores, ſiue plures uelit e medio ſuo adlegare, nullo reſpectu habito ad *aliam*, quo illa numero inſtruat adlegationem (a). Quod cum ita ſit, fruſtra, me quidem exiſtimante, dubitatur: *an ipſi adlegati diſtinctis ac inuicem ſeiunctis curiis, negotiis rerum tractandarum queant intereſſe; an uero, omni curiarum diſcrimine tum ſublato, unum collegium ac coetum conſtituat uniuerſa adlegatio?*

An ipſi quoque adlegati ius habeant diſtinctarum curiarum?

Quae principum ac ciuitatum ſemper deſideria fuiſſe, ſuperius aduerſum (b) eſt. Non enim, quod hi uolunt, e *prima curia adlegati*, *electorum* oratores eſſe, deſinunt, aut cum reliqua ordinum turba poſſunt commiſceri; ſed manent *electorum* adlegati: partim quod non tam ab uniuerſo *imperio*, quam ſigillatim a ſenatu *Nouemuirorum* huius principes *collegae* adlegationi deſtinentur (c); partim quod *peculiares mandati ac fidei codicillos* ab iisdem electoribus adlegatis, utpote principibus ſuis, illi accipiant (d), ita, ut non tam *imperii*, quam *electorum* adminiſtri legati queant adpellari. Neque obeſt huic ſententiae; quod tamen, communi decreto comitiali, *eaſdem omnium curiarum* adlegati formulas accipiant *mandati* ac *fidei* (e). Hoc enim, *ſalua* cuiusque *curiae praerogatiua*, fieri poteſt. *Animorum* ibi et conſiliorum *unio* praecipitur pro communi patriae commodo ac ſalute: non uero *commixtio curiarum*, ordinumque confuſio. Quid? quod hae formulae *die Reichs-Vollmachten* non tam *adminiſtros* adlegatos obſtringant. Difficile uero ad credendum, ſi Boioariae; Saxoniae et Brandeburgicus electores ipſi adlegationis ſparta Riſuici quondam defuncti fuiſſent: eo impudentiae deputatos ciuitatum, homines priuatos, prolapſos fuiſſe, ut *eoſdem* cum electoribus loci, conclauis, nominis ac tituli *honores* affectarent, cum ludibrio et infamia apud rerum intelligentes. Iam uero quis neſcit; legatos principum ſuorum iura, nomina, honores dignitatesque ita ſecum ferre, ut illis iidem, quam his deberi, uideantur.

§. XIII. XIV.

§. XIV. Ex hac doctrina prona etiam conſecutione illud patet: *adlegationis adminiſtros non a comitiorum adſeſſoribus*, quod hi nuperrime uoluerunt (f); ſed ab ipſis *adlegatis principibus* ac *ciuitatibus* dependere.

Verum adlegationis adminiſtri a comitiis pendeant; an uero ab uulis principum ſingulorum?

Non ſolum, ut modo ſcripſimus, quoniam legati *adminiſtri* neque in comitiis *delecti* (g); neque in iisdem *mandato* inſtructi ſunt, quippe quod utrumque *dominis* ac nutritoribus ſuis acceptum referunt; ſed etiam, quod ſi comitialibus illi adſeſſoribus ſurrogati eſſent, idem dicendum foret de ipſis quoque adlegatis *principibus*, ſi quando adlegationis munera hi ipſi uellent ſuſtinere. Quod autem fieri nequit; niſi dicamus, *mandantem* ab imperio fore *mandatarii*; *dominum* a ſeruitio ſui *adminiſtri*. Potius ita rerum ac iurium ordo uult: ut in delectos principes

(z) *Cap.* I. § XXIIX. *p.* 373. *an.* 1650. (aa) *Cap.* I. §. XXVIII. *p.* 374. (bb) *Cap.* I. §. XXXIX. *p.* 403. *an.* 1697. (cc) Querela fere perpetua ſub ingreſſum ſeculi, proxime praeterlapſi, fuit: *der Kayſer benenne nach ſeinem Gefallen die Deputirte. Diejenige, ſo Ihm nicht anſtünden; ſondern für das Reich ein Wort redete, nehme er zu keiner* Deputation. Conferatur *Caput* I. §. XXII. p. 345. et p. 347. *ad ann.* 1630. (dd) Capite I. §. XXV. p. 352. et iam antea §. XX. p. 337. Vbi imperator ipſe ordinibus tribuit ius *deligendi* imperii adlegatos. (a) Neque eſt, quod aliquis exiſtimet: ita unam curiam *ſuffragiorum multitudine* alteram uincere poſſe, ut decreta ſemper penes eam ſint, quae maiori ceteris numero adlegauerit. Aut enim *curiae diſtinctae* manent, aut *non*. Si *illud*, tum uota non *uiritim*; ſed *curiatim* numerantur. *Alſo daß vier und zwantzig* uota *in dem Fürſtlichen* Collegio *nicht mehr als die viere in dem Churfürſtlichen gelten.* Si uero *hoc*, tum uota non tam *numerari*, quam *aeſtimari* adſolent. Quod in Riſuicenſi pace factum eſſe, ſupra ſcripſi *capite* I. §. XXXVII. p. 397. Imo *Belgii* foederati exemplo hoc fit. In communi enim foederatorum conſeſſu arbitrio cuiusuis prouinciae relinquitur, quot quaeque mandatarios adſeſſores inſtruere uelit. Aſt uota non *uiritim* ſed *prouinciatim*, ut ita loquar, adſolent numerari. (b) Exempla euolui poſſunt in *Capite* I. §. XXVI. p. 357. §. XXVII p. 367. et 368. qui locus prae ceteris inſpici meretur. §. XXVIII. p. 373. §. XXXIII. p. 383. ann. 1681. caſu, admodum memorabili. §. XXXIX. p. 402. an. 1697. ubi utramque partem argumentis communitam eſſe, deprehenditur. (c) *Sie werden nicht von dem; ſondern dem Churfürſtlichen* Collegio *als ihren Mit-Churfürſten erwählet.* (d) *Das Churfürſtliche* Collegium *erwählet aus ſeinem Mittel die Reichs-Geſandten etliche ihrer Mit-Churfürſten, und dieſe bevollmächtigen wider ihre Miniſters, die Geſandſchafft nicht ſo wohl in des Reichs, als in ihrem der* Committenten *Namen zu verrichten.* (e) *Sie bekommen vom geſammten Reich, nicht von iedem* Collegio *ins beſondere eine* general *Vollmacht.* (f) *Capite* I. §. XXXIX. *pag.* 402. *ann.* 1697. (g) Vti enim tributa imperii ordinum auctoritate et comitiorum adſeſſoribus conceduntur; *colligendi* tamen ius, ut conceſſa ſoluantur, non illorum eſt, ſed cuiusque principis in ſolo territorio: ita in comitiis quidem *adleguntur* principes, hi uero ius *ſubdelegandi*, id eſt, facultatem habent, ut,

pri

cipes adlegandi facultate ab imperii proceribus ſemel translata, haec fidei horum unice ſit relinquenda neque deinceps ab iisdem aut reuocari aut interpellari poſſit, niſi muneria neglecti aut alii grauiorum facinorum caſus emergant. Non enim *mandatariorum* tantum partes ſuſtinent principes adlegati; ſed etiam proprio iure ſuo, qua membra uniuerſitatis, utuntur. Atque haec ſane unica differentia eſt inter caſus, quando ipſi *principes adlegati* in comitiis denominantur: aut quando, ut olim factum (h), *priuati* tantum homines deliguntur, quorum *miniſterio adlegationis* iura exercere uolunt ordines imperii. *Hos* enim omni tempore ac iure a *comitiis pependiſſe*, extra controuerſiam eſt. Quapropter hodie quoque principes adlegati adminiſtros quoque adlegationia ſuis *ſumtibus* alunt (i): ne *alieno* iure uiuere aut negotium gerere uiderentur. Olim enim uniuerſi *imperii impenſis* uixerant adlegati (k): illi ſcilicet, qui meri in hoc munere mandatarii fuerunt et omni caſu momentoque ab auctoritate comitiorum dependerunt.

Quibus impenſis uiuant adlegati?

§. XV. Idem hoc argumentum intricatiſſimam quoque litem ſoluit: *utrum adlegati electorales dignationem legatorum primi ordinis tueri queant?* Non haec illa quaeſtio eſt, quam *FVRSTENERIVS*; *WICQVEFORTIVS*; *CVLPISIVS* ac decem alii tractarunt: an ſcilicet electoribus facultas ſit, *peculiari TERRITORII* cauſa, adminiſtros in ſupremo honoris gradu *legare*? Quamuis enim hoc electoribus plurimi iam optimoque iure dare uideantur: negant illi tamen eundem honorem iisdem electoribus, quoties non *SVI* ſed *IMPERII* cauſa legationes decernunt. Id eſt, electorum *legatis ambaſſiadorum* honores conceduntur; qui uero diſputantur eorundem *adlegatis*. E ſuperioribus (l) conſtat, quanta animorum contentione duplici iam uice controuerſia haec agitata fuerit, cuius pro utraque parte momenta ibi recenſentur. Mihi ex hoc errore eius iuris dubitatio orta eſſe, uidetur; quod aliqui falſis opinionibus paulo ante (m) confutatis, plurimorum animos occupauerint: *omnes adlegatos* in *famulatu* tantum eſſe imperii; omnia curiarum *diſcrimina* apud illos *ſublata* eſſe; neque eos aliunde *pendere*, quam ab *adſeſſoribus* comitiorum; non aliis propterea quam *ſubdelegatorum* aut *deputatorum* titulis eos dignos eſſe, et quae prolapſionum genera alia ſunt. Haec uero omnia, cum, per ſuperius tradita, ſatis diſcuſſa ſint profligataque: corruet etiam id, quod eis eſt ſuperſtructum. Quod ſi enim electorum adlegati non tam imperii, quam *principum* ſuorum perſonam ſuſtinent; neque ab *alio* ullo iure pendeant, quam ab *illis*: nulla impeditio erit, quo minus *horum* quoque *LEGATI* audiant et, qui his debetur, *ſupremos* in legatione *honores*, id eſt, *ambaſſiadorum* eminentiam ac dignationem mereantur (n).

An electorales adlegati ambaſſiadorum dignationem tueri queant?

§. XVI. Quoniam illi nunc in *comitiis* imperii mores ſunt; ut, pro *numero* territoriorum, *unus* princeps *aliquot* in iisdem loca occupet et *plus ſimplici* uice ferat ſuffragia: in *Weſtphalica* pactione, quod e *Krulliano* monumento (n*) didici, *dubitatum* eſt: *an unus princeps, quod dominus ſit plurium ditionum, etiam aliquoties deligi poſſit in eadem adlegatione?* Non nego, olim ancipiti cogitatione aliquem in hoc argumento diſtrahi potuiſſe. Adhaeſerant, quod mihi certo cognitum eſt, comitiorum quondam iura *perſonis*, non *territoriis* principum. Inde eſt, quod *una Boioaria* ter et quater, ſaepe pluries, pro *numero principum*, inter quos diſtributa fuit, ſententias dixerit in comitiis: quae tamen, quam primum, extinctis aliis, ſub dominium rediit *unius*, *uno* etiam comitiali ſuffragio iure iterum acquieuit. Accidit quoque hinc, ut aliqui hoc in commodum ſuum uerterent, atque, principum perſonis extinctis, haec iura cum territoriis eorundem ſe dicerent accepiſſe. In exemplo eſſe poſſunt *Brunſuicenſes*, quibus *Lampadius* his argutiis

An unus ac idem princeps in eadem adlegatione aliquoties poſſit numerari?

pro libero cuiusuis arbitratu, *adminiſtros* nominent, qui auctoritate non comitiali, ſed principum ſubdelegantium hoc munere defungantur. (h) Exempla habes in *capite* I. §. XIX. p. 334. §. XX. p. 337. (i) Aequum tamen eſt, ut inter *inſignia* in imperium *merita* hoc referatur. Et, quoties occaſio ſe offerat, his principibus propter haec onera gratiae rependantur. (k) *Die Legations-Gelder wurden in Reichs-Geſandſchafften aus gemeiner Reichs-*Caſſa *genommen.* Exempla uide in *Capite* I. §. XIX. p. 334. §. XX. p. 337. (l) *Capite* I. §. XXXIII. p. 386. *an.* 1681. §. XXXIX. p. 402. *an.* 1697. (m) Cap. IV. §. XIII. p. 462. (n) Conferantur loca in *Cap. I.* §. XXXIII. p. 385. 386. §. XXXIX. p. 402. ſq. Ceterum quae hodie legati *ſupremae* dignationis documenta ſint, utpote *excellentiae* adpellatio; ipſe *praelationis* honor, qui principi ſuo debetur et quae alia ſunt, nolo exponere, quod *Wicquefortius* in omnium manibus ſit, unde, meliorum defectu, licet haec uocabula internoſſe. Memorat etiam PVFENDORFIVS *rer. Suec. L. XII. p.* 576. *ad ann.* 1645. Quod Boicus legatus tum *excellentiae* nomine adpellatus ſit; qui honor aliorum electorum adminiſtris *adlegatis* negari non debuerat: quod ille *unam*; hi *duas* quodammodo perſonas uideantur ſuſtinuiſſe. (n*) *Tom. I. actorum Weſtphalicorum MSC. Es wäre faſt nicht zu dulden, daſs ein Stand, ob er auch gleich mehrere* uota *auf dem Reichs-Tag hatte, in der Reichs-*deputation *mehrere Stimmen zu dem allgemeinen Friedens-Werck führete.* Verum quod in *comitiis* iuſtum eſt: de eius aequitate in *adlegatione* fruſtra dubitari, exiſtimo. Cum nullam diuerſitatis cauſam uideri poſſim: quae *hic* impediat, quod ibi perpetuo uſu iure obſeruatur.

(o) *Tec-*

iura *comitiorum* in ea ducatus portione A conſeruauit, quae cum ditione Hannouerani, mortuo principe, iterum coaluerat. Hinc denique fit, ut *Wurtenbergicus* dux (o) et *Monaſterienſis* antiſtes (p) noua in comitiis ſuffragia poſtulent, quia dominia habeant, quorum poſſeſſores fuiſſent quondam inter comitiorum adſeſſores. Quibus facile ſatisfieret, ſi reponeretur: *comitiorum iura cum perſonis principum augeri, non cum territoriis* (q). B Sed hodie, forte ex ignorantia priſtini in republica ſtatus, illi mores imperium inuaſerunt: ut auctis *territoriis*, eidem etiam principi *comitiorum iura* augeantur (*q). Quod cum hodierna obſeruantia cognitum ſit: non uideo, quid obſtet, quo minus idem princeps toties ſententiam in *adlegatione* ferre queat, quoties eandem dicit in comitiis. Atque hoc iure in nouiſſima adlegatione *bis* delectus eſt C idem *Rex Poruſſiae.* Semel, qua *Brandenburgicus* elector, atque iterum, qua dux *Magdeburgicus* (r). Neque hoc moribus ſolum, ſed etiam optima ratione fit. Quod ille omnino magis audiri mereatur, in cauſis uniuerſi imperii: qui ceteris conciuibus maiores in eo habet facultates (s). Neque opus eſt, ut *peculiaria* ſuffragia per adminiſtros quoque *peculiares* dicantur. Quamuis enim in nouiſ- D ſima *adlegatione* conſilia fuerint, ut rex Poruſſiae hoc faceret, atque *nouum* adlegatum amandaret, qui ſuffragia *Magdeburgica* ferret (t): ab illis tamen poſtea diſceſſum eſt atque haec etiam prouincia illorum induſtriae commendata, qui *electoris* legationem obierunt. Neque enim moribus repugnat; ut idem *adminiſter* plurium principum *calculos* det. Multo igitur magis *unius* principis diuerſa iura *idem* pote- E rit tractare adminiſter. Quoties uero a diſtinctis curiis conuentus ſeorſim inſtituuntur: toties id fieri nequit, non ob aliquam *iuris* aut legis, ſed ob *naturae* impoſſibilitatem, *L. 6. ff. de conditionibus inſtitutionum.*

An unus adlegatus plura ſuffragia ferre queat?

§. XVI. XVII. Quis fidei ac mandati formulis inſtruat adlegatos?

§. XVII. Miniſtri *adlegati* fidem ſuam mandato adſtringunt duplicis generis *formularum.* Principio enim, *delectu* adlegatorum facto, ſtatim deliberatio in iisdem *comitiis* inſtituitur; quibus illi uerbis ad rerum negotia, imperii cauſa tractandarum, debeant dimitti. Quemadmodum uero aliarum gentium moribus fit, ut legatus duabus epiſtolis communiatur, *una*, qua princeps ſe obligat ad omnia, quae pactionibus ille ſit initurus, nos dicimus *eine Vollmacht*, *altera*, qua fines eius mandati circumſcribuntur, quos impune egredi non debet, uulgo *eine* Inſtruction: ita in utriusque confectione conſuli olim uoluit imperator, quod ſupra uidimus (u); contra uero ab ordinibus creditum, hanc facultatem arbitrio eorum unice relinquendam eſſe. Et uero plura argumenta ordines in ſuo iure tueri uidentur. Cum, quod *adlegati* non *Caeſaris*, ſed, hoc excluſo, *ordinum* tantum auctoritatem ſecum ferant (x); et quemadmodum ſolius Caeſaris eſt, ſuis legatis formulas pro arbitratu dare; ita ordinum quoque adlegati ab ordinibus tantum inſtruendi; tum etiam, quod facilius ad credendum ſit, proceres imperii *Caeſaris ſocietatem* in *deligendis*, quam *amandandis* adlegatis toleraſſe. Cum tantum momentum non in *illo*, quam in *hoc* repoſitum eſſe, uideatur. Merito igitur ciues imperii in defendendo hoc iure ſuo firmiter perſtiterunt effeceruntque, ut, uictoria e primo certamine (y) reportata, in altero nihil contentionis aut diſcriminis reſiduum eſſet. Sed haec de *formulis COMITIALIBVS*, quarum exempla ſuperius extant (z). Praeter has autem opus eſt adminiſtris *adlegatis*, ut *DOMESTICAS* quoque ſinguli a ſingulis principibus accipiant, quibus et *fidem* probent et *mandata* diſcant, in adlegationis munere obſeruanda (a). Cum exemplum talis formulae ſuperius (b) omiſſum ſit; e re uiſum eſt, aliquod huic loco (c) nunc inſerere.

Allgemeine Reichs-Vollmacht fur die Deputirte.

Special-Vollmacht eines ieden Fürſten fur ſeinen zur Deputation geſandten Miniſter.

§. XVIII.

(o) *Teceinni* comitatus intuitu. *Scriptum* in hac cauſa proditum eſt an. 1697 in 4t. (p) Propter *Strombergenſem* Burggrauiatum. (q) Ita enim caderent omnia illa argumenta, 1] quod horum dominiorum poſſeſſores locum habuerint in comitiis, 2] quod ipſi eorum intuitu, maiorem ſummam pendant, in matricula definitam, 3] quod priuilegia non amittantur non uſu et quae alia ſunt, quibus cauſam ſuam operoſe, ſed fruſtra contuentur. (*q) Quo fit, ut hodie unus quandoque princeps *ſepties* ſuffragia ferat in iisdem comitiis. (r) Supra id uideri poteſt Capite I. §. XXXIX. p. 403. (s) Capite IV. §. VI. p. 456. (t) Capite I. §. XXXIX. p. 405. lit. o. et p. (u) Capite I. §. XXXIII. p. 386. litera z. (x) *Es ſind keine Reichs-ſondern Reichs-Stænde Geſandten.* Nam uniuerſi imperii *legatio et Caeſaris* oratores complectitur et *ordinum* ſimul adlegatos. Aſt hi quoties *imperii* adlegati audiunt, toties *imperii* uox ſolos ordinum coetus ſignificat et Caeſari oppoitur: quem alio ſenſu includit. (y) Anno ſcilicet 1681. Acquieuit enim tandem imperator atque ab hac lite his uerbis remiſit: *er hætte geſchehen laſſen, daß die* inſtructiones *und Vollmachten vor die* Deputirte *von Churfürſten, Fürſten und Stænden aufgeſetzet und eingerichtet worden.* (z) Capite I. §. XXXIX. p. 403. (a) Quod etiam ſupra oſtendimus Capite I. §. XL. p. 407. litera s. (b) Cuius mentio facta et uſus oſtenſus Cap. I. § XL. p. 407. (c) His uerbis ſcriptum: *Wir Ioſeph Clemens Ertz-Biſchoff zu Cœllu etc etc.* "bekennen hiemit, demnach Wir nechſt andern Herrn Churfürſten, Furſten und Stænden zu denen "zwiſchen der Rœmiſ. Kæyſerl. Majeſt. und dem H. Rœm. Reich auch übrigen hohen Alliirten an einem

ſu

CAP. IV.

Cui literas mandati ac fidei exhibeant adlegati. Bey wem ſie ſich zum congreſs legitimiren ſollen?

§. XIIX. Primum officium eſt mandatarii, ut, mandatum proferendo, excitet fidem. Imitantur eum hoc caſu *legatis* qui arcentur a publico conuentu, donec, *fiduciariis* literis exhibitis, *legationem* ſuam faciant *legitimam*. Conſtat, eas apud *conciliatorem* pacis mox ab aduentu prodi ab illis ſolere. Verum alia paulo ratio in *adlegationibus*. Cum enim in illis non ſinguli ſigillatim; ſed cuncti in uno corpore, communi conſilio et auctoritate, agant; opus eſt, ut ſub moderamine *unius* uniuerſi quodammodo contineantur. Pertinet haec ſparta ad *Moguntinum*, ordinum Germaniae ſupremum rectorem (d). Solenne itaque eſt, ut huic *fiduciarias* literas uel ipſi afferant adlegati, uel, ſi e primario ordine ſint, has ei per alios transmittant (e). Aſt idem quoque Caeſarei legati ab illis ſerio exigunt. Inde eſt, quod in *Riſuicenſi* pacificatione illi iterum iterumque dixerint; ſe ex mera indulgentia cum imperii adlegatione conſilia atque conſultationes communicare. Quod ſi enim ſtricto iure agere uellent, adlegatos nullos fore; cum nullius *fiduciarias* literas uiderint, Caeſareae legationi omnino offerendas. Verum regeſſerunt iſti: quo iure hoc officium ab illis Caeſarei expetant, eodem quoque ſe ab his idem expectare. Quod aeque unius atque alterius partis interſit, fraudes cauere, ne quis ſe legationi temere obtrudat (f). Alto autem ſupercilio hoc ſpreuerunt Caeſarei. Sed noſtris ſatis fuerat, horum poſtulata hoc conſilio eluſiſſe ac euitaſſe.

Quo idiomate uti debeant adlegati?

§. XIX. De iure *idiomatis* FRITSCHII et BECMANNI (g) uolumina habentur. §. XIIX. XIX Eſt enim nunc (h) ſolenne cunctis fere gentibus, ut neutra linguam alterius in ſermone et literis adhibeat; ſed illae uel per interpretes agant uel ea utantur, quae utrique peregrina eſt: ne ſibi aliquid inuicem conceſſiſſe, uideantur. Omnium ergo commodiſſime fieri creditum eſt, ſi *latine* loquerentur publici oratores, quod hoc ſermonis idioma in uulgari uſu mortalium pridem eſſe deſierit, ſcitum tamen intellectumque ſit omnibus uiris eruditis. Soli Galli hunc morem inter populos moratiores ab aliquo iam tempore migrarunt. Partim quod dicerent, ſermone *Romano* loqui, idem eſſe, ac in uernaculam concedere Caeſaris *Romani*; partim, quod, nimio in patriam linguam amore, ab eadem ullo caſu nollent deſuefieri; tandem etiam, quod maximi in legatione uiri non turpe ſibi ducerent, libere confiteri, ſe latine loqui prorſus neſcire. Male id habuit plus ſimplici uice (i) Germaniae *adlegatos*. Igitur principio congreſſuum deliberationes inſtitutae, quomodo his iuribus conſulerent imperii. In *Riſuicenſi* pacificatione plures fuerunt, qui omnino pro conſeruanda *latinitate* in tractatione publicorum negotiorum ſtrenue pugnarunt neque aduerſae parti reſpondendum eſſe crediderunt, niſi ipſa latinis uerbis loqueretur aut Gallice dicta per Germanicum interpretem exponeret. Hoc cum intelligerent Galli, uehementer ac ſeuere conteſtati ſunt; ſe *latine* doctos non eſſe, neque uel trium uerborum ſententiam dicturos ſine graui periculo, ne Priſcianus

 uapu-

ſo dann der Kron Franckreich am andern Theil zu Wiederbringung eines Friedens veranlaſſeten" Tractaten **WEGEN UNSERS HOCH-STIFTS LUTTIG VERORDNET WORDEN**, auch dem" **REICH ZU EHREN** uns darzu willfæhrig erklæret und erboten haben, jemand von unſern Ræ-" then ſo in unſerm Namen beſagten tractaten mit beywohne, abzuſenden, daſs wir dem eberſam" und hochgelahrten unſerm Rath und Plenipotentiario Iohann Conraden Norff vollkommene Macht" und Gewalt, Krafft dieſes geben haben, von unſertwegen bey gemeldten Frieden zu erſcheinen," auch mit und neben andern Gevollmæchtigten beſonder ertheilt und Ihme zugeſtellten Inſtruction" juxta ſtilum imperii zu tractiren, zu handeln und mit Kæyſerl. Majeſt. Geneſimhaltung ſchlieſſen zu" helffen, was zu der betrængten und untertrückten Reichs-Stænden und Gliedern Reſtitution auch" recht- und billigmæſsiger Satisfaction und ſonſten auch zu Erlangung eines beſtændigen Friedens und" des Reichs Tranquillitæt und Wohlfahrt gereichen kan. Was nun dieſer unſer Gevollmæchtigter" alſo thun und ſchlieſſen wird; das gereden wir in allem genehm zu halten getreulich und ohne" Geſæhrde. Deſſen zu wahrer Uhrkund haben wir dieſes eigenhændig unterſchrieben, und mit un-" ſerm geheimen Inſiegel bekræfftiget, ſo geſchehen, Bonn den 22. Iulii 1697.

(L. S.)

Ioſeph Clemens,
Chur-Fürſt.

Simon Eizenberger.

(d) Quamuis etiam imperii Germanici pax in Gallia Belgica fieret, in illo ſcilicet tractu, ubi Treuirenſis antiſtes *archicancellariatu* defungitur. Sufficeret tamen pacificatores Germanos eſſe, quorum perpetuus rector eſt Moguntinus. (e) Publicum imperii decretum hoc fuit ann. 1697. ſuperius Cap. I. §. XXXIX. p. 402. enarratum: *ſollen ſich bald auf den Weg machen, und wenn ſie ankommen, bey dem Chur-Mayntziſchen* Directorio legitimiren. Inde eſt, quod adlegatorum conuentus in *AEDIBVS* Moguntini inſtituantur habeanturque Cap. I. §. XL. p. 407. (f) Monumenta ZECHIANA *ad ann.* 1681. *p.* 1239. Commentarii rerum Brandenburgicar. *Lib. XVIII.* §. 13. *p.* 1417. (g) In opuſculis ex inſtituto, huius argumenti cauſa promulgatis. (h) Olim ſane in hac re nulla honoris aut dignitatis praerogatiua. Brandenburgicus elector Ioachimus I. in ea quondam laude fuit, ut quarumuis gentium legatos in comitiis in eorum uernacula et audire ac intelligere poſſet atque iterum imperii nomine alloqui et compellare. Neque inde contemptum, ſed gloriam Germanicae nationi ubique terrarum excitauit. (i) Ann. 1681. in Francofurtana deputatione, ubi conſuli poſſunt monumenta ZECHIANA p. 1241. et 1243. *Iacobus Bernhardus* MVLZIVS *in repraeſentatione Maieſtatis imperatoriae part. II. cap. IIX.* §. 5. *p.* 389. *ſeq.*

CAP. IV. §. XIX. XX.

uapulet aut ſcelerum argui poſſint in ſacras Orbilioſorum leges, qui crimina haec uel in pueris triſti ferula ſoleant expiare. Liberaliores longe Gallos, quorum *lingua* quasuis hominum peregrinorum errationes impune toleret et excuſet. Addiderunt, et Caeſaris legatos et plerosque adlegatos imperii Gallice intelligere. Si eandem Germanicae linguae peritiam Galli haberent: nihil ſe dubitaturos, Germanice loqui. Parem ſe humanitatem a Germanis ſibi polliceri. Et quae perſuaſiones fuerunt generis eiusdem. Remiſerunt itaque a ſuo poſtulato Germani, hac tamen lege, ut, quamuis *Gallica* lingua in *ſermone* et colloquiis regnare uideatur, alio tamen nulló quam *Latino* idiomate *ſcribantur* literae, codicilli, omne genus formularum. Sed neque hos in Latinitate ſe profectus habere, qui ad ſcribendum (k) requirantur, neſcio quâ fronte, Gallici legati inſtiterunt. Ut tamen uel aliquid dare uiderentur; *formulas* Germanis offerendas, a Gallica lingua in *Latinam* per interpretem transferri, curarunt. Verum ita ſibi ac iuri ſuo haudquaquam conſultum eſſe, dixerunt Germani. Quod non *ignorantiae* cauſa *uerſiones*; ſed *honoris* ergo, imperio adferendi, *authenticum*, uerbis Latinis ſcriptum exigerent poſtularentque. Regeſſerunt Galli; nihil noui eſſe, quod foetus, intellectu *ciuili*, pro *naturalibus* habeantur; qui *re* ipſa *adulterini* ſint. Similiter ferre ſe poſſe, ut nos formulas eorum, *Latine* redditas pro *authenticis* ueneremur: licet conſcientia eis dictitet, illas hominem mere priuatum, quo nempe uſi ſint interprete, parentem habere. Quaſi ſcilicet fas eſſet, in rebus tanti momenti inter luſus et iocos uerſari. Ceterum idoneas mihi rationes habere uideor; ut firmiter adſeram, utroque caſu ſiue *dicerent* ſiue *Gallice* dicta uel *ſcripta audirent* adlegati, multum eos dignitatis et emolumenti amiſiſſe (l). Ut adeo omni cura eo in futura pacificatione allaborandum eſſe exiſtimem, ut hoc etiam caſu honorem ac iura patriae noſtrae plene tueamur.

An congregationibus Caeſareorum cum Gallis adlegati etiam iure queant intereſſe?

§. XX. Omnium autem maxima ſemper contentione certatum eſt: *an imperii adlegati in congreſſibus quoque Caeſareorum et Gallorum poſſint congregari?* Noluiſſe hoc Caeſareos oratores atque ab ordinum adlegatione popoſciſſe, ut communes uniuerſo imperio cauſas, ſe tantum internuntiis ac interpretibus, cum exterorum legatis proponerent, tum pertractarent cum iisdem, ſuperius plene (m) recenſuimus. Quibus uero argumentis imperii quoque adlegati ſua poſtulata tueantur; nullos ſcilicet a Caeſareis cum exterorum regum legatis iure inſtitui conuentus, niſi quibus et ipſi interſint, in iisdem locis ſupra (n) a nobis pariter eſt enarratum. Et uero non uideo, quomodo hoc caſu a iure ſuo decedere poſſit imperii adlegatio, niſi fine ac fructu ſuo prorſus uelit deſtitui. In eius igitur caſtris mihi omnino hic militandum eſſe arbitror, eo ſcilicet armorum adparatu, quem ſuperius in hoc argumento iam protuli (o). Illud praeterea etiam hic in memoriam reduco: quod in *Weſtphalica pacificatione* (p) ordinum adlegati, omnium frequentiſſime cum Suecis ac Gallis congregati, de cauſis uniuerſi imperii colloquia habuerint: quamuis Caeſarei eisdem cum illis recuſauerint intereſſe.

(k) Facilius hoc mihi ad credendum eſt. Mihi enim eodem tempore dixit GRAEVIVS, illud eruditi Belgii decus, quod literarium commercium cum uiginti et pluribus Gallis habeat. Qui tamen, ſolo H. excepto, ad *latinas* literas nonniſi *Gallice* reſpondeant; quam eruditisſimi etiam ſint. Adeo ſe latinitati metuere, ut eam Galli ſuo idiomate obruant: ſicut *latinae* quondam linguae ubertas *graecam* protriuerit. (l) Eſſe enim ſolemus in uernacula *prompti* magis; in uerbis *ſignificantiores*: quorum etiam ſenſus magis *exploratos* habemos. Nihil ergo mirum, ſi ob *iſtam* cauſam Galli peregrinos quosque *uolubilitate* obruant; ob *illam*, ſi quando aliquid minus adpoſite dictum, *cauillentur*; ob *hanc* uero ſententiis ac phraſibus, in lubrico ſenſu poſitis, prorſus *fallant*. Summatim multa commoda ille ſentit, cuius lingua in colloquiis ac formulis regnat tranſigentium. Duobus exemplis rem declarabo. Summa rerum tractandarum capita, principio pacificationis Riſuicenſis, Sueco conciliatori exhibuerant Galliae regis oratores. Vltra quae cum nihil in ipſa pacificatione noſtratibus concedere uellent; hi uero arguerent, inauditum eſſe, ut, qui pacem quaerat, *idem* hoc tantum neque plus in ipſa pactione praeſtet, quam in *PRAELIMINARIBVS* iam fuerit pollicitus: regeſſerunt Galli; neſcire ſe *praeliminaria*. Quae enim ipſi obtulerint, haec *formulae pacificatoriae* nomen mereri; cuius limites egredi nollet rex Galliarum. *Sie wuſten von keinen Praeliminar-Puncten; aber wohl von einem PROIECT de Paix. Unter dieſem und jenem Wort wære ein groſſer Unterſcheid. Dann von jenes Eigenſchafft wære: daß in den Tractaten ſelber noch etwas græſſers folgen müſſe, darzu die* Praeliminaria *gemachet waren: aber ein Friedens-Project kœnne alles enthalten, warzu ſich der* tranſigirende *Theil irgend verbinden walle. Sie bedaureten ihres Ortes, daß die Teutſchen ihre Sprache nicht beſſer verſtanden hætten.* Haec ſermone habeo b. m. *CVLPISII.* Alio caſu *Caeſarei* magno adparatu cauſam Palatinam contra Aurelianenſia poſtulata egerant et cum forte nonnemo eorum diceret, cunctas Palatini filias nuntium mittere ante deſponſationem omnium honorum hereditati; ut ne minimi quidem pretii rem *iusqu' a la chemiſe electorale* iure queant expetere. Nihil ad argumenta ipſa regeſſerunt Galli. Sed ſcommate quodam eruditisſimum ſermonem interpellauit *Callierius*; ſcire ſe pileum *electoralem*; neſcire electorale *INDVSIVM.* Scilicet magis adpoſite loqui Gallos, *iusqu' a la chemiſe de l' electeur.* O diuinas argutias et legato digna ſapientia! Itane tempus; locus, ratio tum eſſe debuit; in uerbis philoſophari. (m) Capite I. §. XXVII. p. 363. ſqq. §. XXXIII. p. 383. ſqq. §. XLII. p. 413. (n) Statim citata loca hic etiam euolui poſſunt: obi argumenta in utramque partem plenisſime euoluuntur. Vt adeo opus non ſit, hanc crambem hic iterum adponi. (o) Capite I. §. XLII p. 413. litera p. (p) Capite I. § XXVII. p. 363.

tereſſe. Et in *Francofurtana* deputatione (q) id minimum conſeoſit imperator, ut, ſi non omnes, rerum tamen maioris momenti congreſſus imperii quoque adlegati frequentarent. Qua igitur fronte in *Riſuicenſi pacificatione* petierint Caeſarei, ut iidem adlegati neque cum Gallicis oratoribus congregarentur; neque ullo caſu uel ſemel ad conuentus ſolennes admitterentur: ego quidem non uideo, cum certo conſtet; Caeſarem *illud* in Weſtphalica, *utrumque* uero in *Francofurtana* pacificatione ordinum adlegatis conceſſiſſe. Et ſaoe, frequentatione ſolennium conuentuum noſtratibus negata, melius ordines ſibi conſulerent, ſi omiſſa peculiari adlegatione, Caeſarem eo tantum adducerent, ut, in cauſis imperii, *legatos* et *ſuo* et *ordinum* in comitiis conſenſu, mandato autoritateque decernat (r). Horum enim fides ac conſcientia ſic ordinibus quoque alligata eſſet obſtrictaque; ut illorum aeque ac Caeſaris emolumenta reſpicere tenerentur: cum e contrario Caeſaris nunc oratores huic tantum iureiurando, fide, ſtudioque unice ſint addicti: a quibus, quid ſibi Germaniae proceres polliceri queant, ſuperiori (s) quodam loco ſatis iam expoſitum eſſe, exiſtimo.

An adlegati nullis, quum naturae et gentium iuribus teneantur?

§. XXI. Illud quoque in Weſtphalica pacificatione quaeſitum eſt: *an Caeſaris oratores et imperii adlegati iure publico ac legibus Germaniae teneantur* (t)? Et uero id omnino negandum eſſe, exiſtimo. Principio enim, qui legem dare poteſt, ei etiam facultas eſt, ut corrigat eandem, emendet, ſuppleat, tollat. Satis autem Weſtphalicae pacis exemplum docet, hanc in uim legis publicae et pragmaticae ſanctionis a *Caeſareis* legatis et *ordinum* adlegatione confici potuiſſe. Deinde quae demum *pax* fit, ubi non aliqua legum aut iurium intercedit mutatio, finium et arcifiniorum cauſa maxime; et haec argumeota tamen ſunt, in quibus munera legationis uerſantur. Vtrique tamen et Caeſaris et *Ordinum* adlegati tum conſentiant (u), neceſſe eſt et horum maxima pars rem adprobet; ſimili quoque ratione in ſuffragiis habita ordinum, diuerſis ſacrorum ritibus addictorum (x). Denique ipſorum tamen adlegatorum poteſtas formula mandati concidi ac reſccari poteſt, quam illi tum fruſtra egrederentur (y).

In quibus argumentis Caeſaris oratores conſulere debeant adlegatos?

§. XXII. Cum *pacis* uniuerſi imperii iura *ordinibus* quoque eorumque adlegatis uendicata a nobis ſint: his certe excluſis, non integrum eſt *Caeſari* aliquid ſuſcipere, quod ad rationem *illius* quouis modo pertinere, uidetur. Sane quaeſtiones *an* pax ineunda (z)? quo *loco* tractanda? quoue *conciliatore*? ſolennibus *ceremoniis* qui fines ponendi (a)? quod argumentum *principio*, quod *deinceps* et *poſtea* proferendum (b)? *ſermone* an *calamo* agendum (c)? an *Latine* an *Germanice*? Summarum capitum (*der* praeliminarien) confectio (d), quorum principum cauſae admitti, quorum reiici (e) debeant? Quibus uerbis confici debeat *formula* pacificatoria? Quae in eadem *corrigi* aut ſuppleri debeant? et infiniti eius generis alii caſus ſunt: qui non niſi a Caeſareis in ordinum ſocietate expediuntur. Vti uero in *Weſtphalica* pactione exempla, ubi ordinum adlegati in ſingulis hiſce rebus conſulti ſunt, manifeſtiſſime prodita, extant (f): ſic mirum omnino eſt, in *Riſuicenſi* negotio adlegatorum querelas fuiſſe, quod Caeſarei iuſto plura ad ſe arripuerint, ordinum decretis multoties contra officii ſui rationes, neglectis. Sed tantum abeſt, ut hoc ordinum iuribus ulla ratione officere queat: quantum conſtat, eorum adlegatos contra quaeque praeiudicia, inde metuenda, ſerio ac ſaepius, publice priuatimque, ore et ca-

(q) Capite I. §. XXXIII. p. 387. litera a. Merentur uerba mandati Caeſarei e ZECHIANIS monumentis p. 1236. exſcribi. *Kayſerl.* Commiſſions-Decret 1681. d. 20. Sept. *Kayſerl. Majeſt. haben ein allergnædigſtes* Reſcript *abgeben laſſen; daſs ſie endlich allergnædigſt geſchehen laſſen kænten; daſs die Reichs*-Deputirte *bey Eræffnung des* Congreſſus *oder der erſten* Propoſition, *wie auch dem Schluſs deſſelben nechſt der Kayſerlichen Geſandſchafft bey der Kæniglichen Frantzæſiſchen erſcheinen mæge. Wenn auch einige Nothwendigkeiten vorfielen, welche die Zuziehung der Reichs*-Deputirten *zu denen* Conferenzien *mit denen Kænigl. Frantzæſiſ. Gevollmæchtigten erfordern ſolten, wolten ſie keines weges, daſs der gemeine Nutzen verabſaumet wurde.* Proſtant hae literae ac *ſchema* quoque ſeſſionis III. p. 390. a nobis delineatum. (r) Quod cum antiquiſſimis temporibus factum eſſe, *Capite I. d. §. XIII.* per reliquas plures demonſtrauerim; nihil, quod noſtratibus etiam nunc opponant, Caeſareos habere, exiſtimauerim. (s) Capite III. §. VII. p. 445. (t) Docuit hoc *Krullianum* monumentum MSC. p. 165. (u) Quodſi enim *ſolus* imperator pacem faciat, omnino *publicis* imperii *legibus* is tenetur. Et fruſtra eſt, etiamſi clauſulis formulam adſtringat; *ſe e plenitudine poteſtatis Caeſareae talem pacem facere; inſuper habitis ordinum interpellationibus, quas ſolenniter improbet et, ſi quae futurae ſint, eas caſſet ac tollat.* Qua uerborum inſolentia Neomagenſis pax aures ac animos ordinum offendit concuſſitque. (x) Inuitis proteſtantium ſuffragiis fruſtra articuli IV. clauſulam confectam fuiſſe in *Riſuicenſi* pactione Cap. I. §. XLV. p. 419. (y) Sic cum formula mandati nouiſſimae *adlegationis* fuerit, ne aliam ea pacem conficiat, quam Weſtphalicis tabulis ex aſſe conformem; fruſtra pontificii legati hos fines migrarunt Cap. I. §. XLV. p. 419. (z) Capite I. §. XXV. p. 354. an. 1641. (a) Actuum in uoluminib. LONDORPIANIS *Tom. IV. p.* 1117. *ad an.* 1640. (b) Etiam de hac uoluntate ordinum conuentum eſſe, actus publici docent apud LONDORPIVM *Tom. IV. p.* 1112. *an.* 1640. (c) Neque in hac re aliquid ſe ſtatuere poſſe, inconſultis ordinibus, credidit imperator. Actus uide apud LONDORPIVM *Tom. IV. Lib. IV. p.* 1117. 1690. (d) *In ſelbſten die* Praeliminar-*Puncten hat der Kayſer mit Zuziehung der Stænde bewilliget und ausgemachet*, uolumina LONDORPIANA Tom. IV. p. 897. an. 1640. (e) Conſenſu ordinum id factum eſſe, monumenta habes in LONDORPIO Tom. IV. p. 1117. ad an. 1640. (f) Capite I. a. §. XXV. ad §. XXVIII.

CAP. IV.

Quidſi utrique inuicem diſſentiant?

et calamo fuiſſe conteſtatos (g). Et ſatis mirari nequeo, aliquos non infimae auctoritatis uiros dubitare, potuiſſe; quid eo caſu ſtatuendum ſit; ſi adlegatorum ſuffragia ab arbitriis Caeſareorum diſſentiant, *quorum* uoluntates praeponderent? Quis enim adeo caecus eſt, ut non uideat, *nihil* tum ab *utraque* parte agi. Cum *unius* facultas nihil maior ſit, quam *alterius*. Et fruſtra in *aequilibritate* plus ponderis quaeritur in una lancea, quam in altera. Inanis inueſtigatio, ſi inſtat libra, ſcire uelle, quo latere ea magis propendeat. Atque id obtinet, quoties ambo res uelint, ſibi inuicem aduerſas. Quodſi uero affirmat una pars, negat altera: *huius* tum potior ratio habenda eſt, quam *illius*. Qui enim *affirmat*, is rem mutatam uult, quam alter, qui *negatiuam* ſuſtinet, in

Adlegatorum uota an deciſiua ſint?

priſtino ſtatu relinquere uidetur. Pridem enim et publicis imperii legibus et uetuſtis patriae moribus illa ſententia exploſa eſt, qus in Weſtphalica pactione quidam *adlegatos* confundere uoluerunt; cum horum non *conſenſu*, ſed *conſiliis* (*) opus eſſe, dicerent (g*). Sed hodie nemo adeo ignanus et impudens eſſe poteſt, quin importuniſſimum hunc ſermonem nobiſcum ſit exſibilaturus.

An cum morte Caeſaris expiret adlegatio?

§. XXIII. Accidit ſuperiori ſeculo, ut, in medio curſu Fracofurtanae adlegationis, Ferdinandus III. Caeſar diem ſupremum obiret. Quaeſitum igitur tum eſſe, memini (h); an eius morte uel interrupta fuerit adlegatio, uel ea penitus ſic expirauerit? Voluerant hoc omnino Caeſarei adminiſtri, cum quod ſuam auctoritatem cum Caeſaris obitu extinctam uiderent, ne ſcilicet praecipui quaedam iura imperii adlegatis relicta eſſe, uiderentur; tum, quod etiam conuentus iſte pridem ſudes in oculis Auſtriacorum fuerit, quem hac cauſa utique uoluerunt ſublatum. Verum enimuero iure eundem nihilominus perſtitiſſe, ſuperius oſtendimus (i). Quarum ſen-

A tentiam etiam nunc firmiter tenemus ac contuemur.

§. XXIII. XXIV.

An adlegatis facultas ſit, ut pacificatoriae formulae nomina ſubſcribant?

§. XXIV. Quamuis hoc demum Caeſarei conceſſerint ordinibus, ut pax, non niſi in *adlegatorum* ſocietate, tractaretur inireturque: tamen eosdem pacis quoque *ſubſcriptores* eſſe, illi uoluerunt atque ut ab hoc eos honore excluderent; uariis argumentorum tegumentis, quae ſuo loco uidimus, tam in *Weſtphalica* (k), quam
B in *Noribergenſi* (l) pactione uſi ſunt, irrito quamuis ac fruſtraneo conatu. Et ſane neſciuerant forte Caeſarei, antiquiſſimorum quoque temporum tabulas proſtare; quas iuxta Caeſarem ordines quoque, non teſtimonii, ſed *adſenſus* et auctoritatis ergo ſubſcripſerunt. Cuius rei illuſtre exemplum nos ſuperius (m) in medium protulimus. Quod cum ita ſit, aequitas omnino uoluit, ut Caeſarei adlegatorum
C quoque nominibus locum facerent. Neque etiam in *Riſuicenſi* pacificatione (n) ullum amplius ſcrupulum hac cauſa illis obiectum fuiſſe, reperio. Ceterum *Caeſarei*, an uero *ordinum* legati *prius* ſubſcribere debeant; nihil litis habet, cum adſequi nequeam, fore, ut hi illis praelationis iura ullo caſu uelint diſputare. Id tamen aduerſione digniſſimum eſt, quod exempla ſint (o), ubi, quod *Caeſarei* aut
D tergiuerſati fuerint, aut moras fecerint, cum periculo coniunctas, ordinum *adlegati*, illis haudquaquam expectatis, nomina ſua *primum* pacificatoriis libellis adpoſuerint: quos deinde Caeſarei oratores absque ulla rei inique factae conteſtatione, ſequuti ſunt (p). An uero *ſinguli* adlegatorum, an ex uniuerſo coetu *aliqui* tantum ad hoc munus delecti, ſubſcribere debeant: ordinum eſt inter ſe pro ſuffra-
E giis plurium definire. Illius rei exemplum in *Riſuicenſi* pacificatione (q) habemus: huius uero in Weſtphalicis (r) pactionibus et conuentu Noribergenſi (s). Quid uero de illis principum oratoribus ſentiendum

[g] Capite I. §. XLII. p. 414. litera t. [*] *Die Staende hatten keine* uota deciſiua, *welche allein dem Kayſer zukamen: ſondern* conſultatiua *und* deliberatiua, *die man ſo offt in* conſideration *ziehe, als ſie dem Wohlſtand des Vaterlandes erſprieſſlich zu ſeyn ſchienen.* [g*] Iure meritoque Gallici legati apud PVFENDORFIVM Lib. XVI. rer. Suecicar. §. 48. pag. 548. ad ann. 1644. *Conferrent ordines imperii operam ſuam ad pacem ac uiderent, quantopere regi pax Germaniae cordi ſit. Iniunctum ſibi non ſolum cum ordinibus* CONSILIA *conferre: ſed et absque horum* CONSENSV *in rebus Germaniam ſpectantibus nihil decernere.* [h] Capite I. §. XXIX. p. 375. ad ann. 1658. [i] Cap. I. §. XXIX. p. 377. litera t*. [k] *Capite* I. §. XXVII. *p.* 371. *literis z. a. b.* Vbi in utramque partem argumenta recenſentur. [l] Capite I. §. XXVIII. p. 374. [m] Capite II. §. II. p. 425. [n] Capite I. §. XLV. p. 419—424. [o] *Rerum Suecic. Commentaria* hoc deſcribunt *Lib. XX.* §. 179 *p.* 845. ad annum 1648. his uerbis: *maior pars cenſebat, utrumque inſtrumentum Osnabrugae ſtatim ſubſcribendum, inde Monaſterium abeundum et Caeſareis Monaſterienſibusque ordinibus, ut et ipſi ſubſcribant, eadem exhibenda.* Sed hoc forte *loci* ergo contigit. Exemplum uero magis adpoſitum *eadem* habent in *Noribergenſi* conuentu lib. XXI. §. 83. p. 925. ad ann. 1649. *Ea res*, ſcilicet dilatio Caeſareorum, *ordinibus haud mediocrem ſcrupulum iniiciebat, ut ſtatim per tria imperii collegia nouae conſultationes ſuſciperent et cum per Deputatos Piccolomineum fruſtra ad ſubſcriptionem inuitaſſent, tandem decernerent: ſe una cum Suecicis Plenipotentiariis ſubſcripturam. Ita ſubſcriptio ſuſcepta, ac promiſere ordines, ut Caeſarei quoque ad ſubſcriptionem adducuntur.* [p] Exempla euolui poſſunt in *commentariis rer. Suecic.* Lib. XXI. §. 86. p. 926. et Lib. XXII. § 4. p. 943. [q] Vbi non ſolum omnes adlegati ad ſubſcriptionem uocati: ſed etiam alii quorumuis Germaniae ordinum adminiſtri ad ſubſcribendum admiſſi ſunt. Quod intelligitur, ſi ſubſcriptorum catalogus, cum numero adlegatorum (capite I. §. XXXIX. p. 403.) conferatur. [r] Capite I. §. XXVII. p. 372. litera c. [s] Cap. I. §. XXVIII. p. 375. litera q.

CAP. IV. §. XXIV. XXV.

endum ſit, qui praeter ordinarios adlegatos his negotiis adſunt et cum aliis tum in ſubſcriptione etiam locum ſibi arrogant: id elſupra (t) traditis facile intelligitur. Aut enim ab adlegatione in conſilium adhibiti ſunt, aut ab eadem prorſus inde excluſi. *Illo* caſu, quod Riſuici factum eſſe ſtatim diximus, forte non ſine cauſa ſubſcriptionis gloria, qua ſuperbire plurimum geſtiunt, eis relinquitur: non *hoc*, ubi merito e numero ſubſcribendorum arcentur. Ceterum *decori* etiam ratio quandoque uult, ut, cum nimio *titulorum cumulo* plerumque in ſubſcriptione inſolentiam ſuam oſtendant Germanici adlegati, quadam conuentione ſtatuatur; *praeter agnomina et cognomina nihil ab ullo ſubſcriptore adponendum*. Sed quam multi hos limites intolerabili arrogantia exceſſerint (u), in Riſuicenſibus monumentis aduertimus.

De iure adlegatorum circa formulas rati, pace confectae.

§. XXV. Supereſt, ut quoque inueſtigemus, quae *adlegatorum* iura ſint, ſi formulas, quae pacem iamnunc confectam, *ratam* quoque fecerint, illi offerre aliis debeant uel ab aliis iterum accipere. Et uero nemo inficias iuerit, *ratificationem*, liceat ſermone loqui, curiis uſitato, *confirmationem eſſe, per quam ipſe princeps pactionem, a ſuo legato confectam, literis, propria manu ſubſcriptis, adprobat, atque nouo quodam robore ſtabilem efficit*. Hoc qui expenderit ſecum, ei deinceps facile ad intelligendum eſt, quod noſtri *adlegati RATIHABITIONVM* formulas non aliunde, quam ſinguli a ſingulis principibus, prout quisque alicuius uices gerit, expetere aut expectare poſſint. Id enim et ſuperius tradita doctrina (x) euincit et uſus adprobat in Weſtphalica pacificatione (y). Neque eſt, ut quis dicat, principes tamen *adlegatos* uniuerſum imperium non conſtituere. Hoc enim neque olim factum fuerat, ubi *aliqui* Germaniae proceres pactionum tabulis iuxta *imperatorem*, nomine uniuerſorum, ſubſcripſerunt (z): neque uero legitur, in hoc caſu *ratihabitionem* a plenis uniuerſi imperii comitiis ullibi expetitam fuiſſe. Summatim, quemadmodum, ſi ipſe *Caeſar* et *ordines adlegati* de pace transfigerent, certe confecta ſic pax nulla *ratihabitione*, ullo iuris tegumento, indigeret: ita cum et *Caeſar* et *princeps* nunc per ſuos *adminiſtros* agant, ratihabitio non aliunde, quam

A ab his iisdem, quorum fides alias ſufficiſſet, expectanda eſſe, uidetur. Et ſane uix operae pretium foret, ad cuiusuis pacis *ratihabitionem* comitia uniuerſi ſemper imperii cogere. Quid? quod neque haec *ipſi principes*, ſed eorum tantum *legati adminiſtri* frequentent: ut adeo tantum non abſurdum foret, *legati* pactionem ab *alio legato ratihaberi*. Quod uero de *conficiendis* et exhibendis *ratihabitionibus* ſcri-B pſi; idem quoque iuris eſt in illis requirendis et *accipiendis* ab exterorum principum ac rerumpublicarum adminiſtris. Inde eſt, quod *Sueciae* regina exemplum non ad *comitia* miſerit, ſed *Osnabrugis adlegato* Moguntino id inſinuauerit (a). Vbi illud quoque memoria dignum eſt, quod haec *triplicem* eiusdem pacis ratihabitionem in Germaniam tum transmiſerit. *Vnam* Caeſari; *alteram* Moguntino; Sa-C xoniae uero electori *tertiam*(b). Quo ipſo coetui principum, qui purioribus ſacris addicti ſunt, ius aliquod pronatum eſſe, uidetur, ut ſingularem *ratihabitionis* formulam, quoties uelint caſus, ſibi ab exteris illi expoſcere queant. Verum enimuero, quando ſoli *Caeſarei* pacem, imperii cauſa, faciunt, nullo adlegatorum interceſſu: tum dubium non eſt, *ratihabitionem* nonniſi in *comitiis* et expetendam et D accipiendam eſſe. Quod in *Neomagenſi* pactione contigiſſe, ſupra (c) recenſuimus. Eadem magis ratio eſt, ſi in *ipſis comitiis* Caeſaris et ordinum legati cum exteris paciſcantur, uti *uicennales* induciae factae ſunt (d). Non tamen uideo, quo iure tum, neglecto *Caeſaris* oratore, *ſoli MOGVNTINO* comitiorum rectori, Gallicus legatus *rati* formulam inſinuauerit (e). Ceterum *Riſuicenſis* pax in adle-E gatorum quidem ſocietate tractata, ſed, inuita eorum maxima parte, confecta eſt. Nihil ergo mirum, *ratificationis* formulas demum in *Comitiis* extortas fuiſſe: in quas nullus ex uniuerſis puriorum ſacrorum *principibus* unquam conſenſiſſet. Occurrunt praeterea in hoc argumenti genere aliae etiam quaeſtiones, utpote: an ſatis ſit, rati formulas ab adminiſtro Moguntino *ſubſcribi*; an uero *propria* ipſius *an-F tiſtitis* manu id fieri debeat; et, ſi hoc *intermittatur*, an tale exemplum pro *authentico* habendum; quodnam a Galliae rege aut *exteris* principibus aliis, eius loco, expetendum ſit. Etiam illi mores aduer-

[t] Cap. IV. §. 9. [u] Parco famae uirorum, quos titulorum amor tum in transuerſum egit. Inanis certe ambitio eſt. *Legati* munus eam ubique gentium dignationem habet, cui ſi non pleraque alia multis gradibus poſtponi debeant; nullum tamen meretur, ut ei praeferatur. Minuunt igitur magis, quam augent honorem ſuum legati, adpoſitione inferioris longe ſortis titulorum. [x] Capite IV. §. XIII. p. 462. §. XIV. p. 464. ubi communis ille plurium error confutatus eſt, qui exiſtimant, *adlegatum adminiſtrum* aliunde, quam a principe ac nutritore ſuo, qui eundem adlegauit, dependere. [y] Capite I. §. XXVII. p. 363. Quae loca multum momenti habent et omnino euolui merentur. [z] Loco admodum memorabili Capite II. §. II. p. 425. [a] Capite I. §. XXIIX. p. 374. ad ann. 1648. [b] Capite I. §. XXVIII. p. 375. [c] Capite I. §. XXXII. p. 381. ad an. 1679. [d] Capite I. §. XXIV. p. 350. [e] Rem ipſam uide in capite I. §. XXIV. p. 350. euolutam.

uertendi ſunt: an inter *Moguntini* munera, ut ſolus *ratificationem* imperii cum aliis commutet; an uero quidam ei principes *deputati adiungendi* ſint; porro an, ſi exornet hanc ſpartam antiſtes, *alium* quemuis is pro arbitrio *ſufficere* poſſit et plura (f) generis eiusdem. Quae in Ri- A ſuicenſi pacificatione (g) plene curateque recenſita atque expoſita ſunt; quorſum lectores remittimus. Vt adeo uniuerſi opusculi limites, cum nihil huius argumenti reſtare uideatur, hic omnino figere, queamus.

(f) Exempli loco, an principes proteſtantes peculiare *archiuum* habeant. Qua de re dubitare non licet. Quoniam comitiale decretum an. 1557. uult, ut *ſententiarum* exempla *quatuor* fiant. Vnum pro *Caeſareo*: alterum pro *imperiali*: tertium pro *Auguſtanae* confeſſionis foederatorum: quartum pro *Catholicorum* ordinum tabulariis. Quo iure formularum, ab exteris regibus exhibitarum cuſtodiam *Saxoniae* elector ſibi uindicet; &, ſi munere *rectoris* inter proteſtantes id faciat, an ſacris mutatis, hanc cum illis prouinciam amittat? (g) Capite I. §. XLV. p. 420. Qui locus admodum momentoſus eſt atque iterum docet, quantum interſit, in publicorum negotiorum tractatione probe et grauiter uerſatum eſſe in incorruptis ac plenae fidei rerum geſtarum documentis.

OPVSCVLVM VII.

DE CIVITATVM DISPARI NEXV CVM S. R. IMPERIO,

Von *Reichs und freyen Reichs-Stædten*,

Menſe Octobr. an. cIↄIↄccx.

CAP. I.
De ratione inſtituti.

§. I.

Diſcere debemus, non nobis, ſed reipublicae.

SI naſcimur patriae *l. 1. §. 15. ff. de uentre in poſſeſſ. mit.* ciues; patriae etiam diſcere debemus literarum ſtudioſi, profectuumque noſtrorum eam habere rationem, quo utilia demum membra ſimus reipublicae.

Cultores LL. maxime in patrii iuris ſtudio.

§. II. Legum cultor inprimis id agere debet, ut iurisprudentiae illam partem ſolicitius tractet, quae patriae iura quodammodo tangere uidetur. Quod ſi enim uel ciue indignum ſit, patria iura ignorare; quanto id fuerit olim indignius reduce in patriam iurisprudentiae ſtudioſo.

Quae cauſa eſt huius argumenti.

§. III. Egomet certe uti in academiis mihi hunc ſcopum nullo non tempore propoſitum habui: ita cum decreto illuſtris ICtorum ordinis in cathedram nunc uocer, tale etiam argumentum elegi, in B quo conſcribendo patriae iura identidem occurrerent, imo res patriae illud optime explicarent. Non quidem imperio Romano paret Argentina, ut adeo mirum alicui uideri poſſit, me, de ciuitatibus imperii differentem, de iuribus patriae aliqua inſerere; cum uero neminem lateat, illam liberam olim imperii ciuitatem fuiſſe, antequam regi Chriſtianiſſimo ſubiici ipſi contigiſſet, ſtatim apparebit, me paC triam cum eo nexu, quo imperio quondam fuerat addicta, in exemplum proponere et de iuribus quae tunc temporibus liberae ciuitati competierant, uerba quandoque facere. Huius autem libertatis eo fidentius meminiſſe ciui licet, etiam nunc: quoniam potentiſſimus rex Galliarum, in cuius arbitratu Argentoratenſium fortunae uerſantur, tanta nos clementia ſub regiis alis fouet ac protegit, ut non alius D ſed idem, qui olim fuit, reipublicae ſtatus ciui uideatur; quoniam praeterea ad declarandum uere regium animum ciuitatem iamiam a ſe occupatam, liberam

CAP. I. II.

beram regiam ciuitatem appellari iuſſit.

Excuſatio a ſtudio nouitatis in confutandis erroribus ICtorum.

§. IV. Nemo autem uitio uertat iuuenili aetati meae, quod non ſolum argumento, innumeris difficultatibus et dubitationibus obruto, me commiſerim; ſed etiam, quod in opuſculo hoc ubique patebit, a plerisque et tantum non omnibus Germaniae ICtis fecerim ſeceſſum, eorumque confutauerim opiniones, dicto enim Senecae morem gerendum eſſe exiſtimaui, qui ait: nihil aeque curandum eſt, quam ne pecorum ritu ſequamur antecedentium gregem, pergentes, non qua eundum eſt, ſed qua itur. Mihi enim et aetati meae cum a ueritate patrocinium promitto, tum apud aequos iudices ueniam.

Qui nexum ciuitatum omnium putant eundem eſſe.

§. V. Is nempe error expungendus eſt ex iuris publici libellis, codicibus ac ſiſtematibus, quos hactenus fere omnes occupauit: *Ciuitatum imperii omnium eundem eſſe locum, ordinem eundem, eademque iura paremque cum S. R. I. nexum.* Qua doctrina factum eſt, ut, omni ciuitatum diſcrimine ſublato, ſumma imis mixta ſint, peſſima rerum iuriumque perturbatione.

Quo ipſo peccant inter nimium et parum.

§. VI. Ita enim in iuribus ciuitatum recenſendis ICtos inter nimium et parum errare oportuit; cum uni ciuitati iuſto minus dederint, alteri nimium, nulli id, quod rationes exigunt noſtrae reipublicae. Scilicet, iura, LIBERIS ciuitatibus propria, communia etiam fecerunt IMPERIALIBVS; contra quandoque aliquid negarunt ciuitatibus liberis, a quo imperiales alenae eſſe uiderentur.

§. IV. - VII. I. - V.

Neruus totius argumenti.

§. VII. Dabimus ergo operam, ut clare atque ex idoneis cauſis probetur: *nexum imperii ciuitatum non omnibus eundem eſſe; ſed alium atque alium.* Quo intuitu demum conſtabit, ciuitatum imperii loca, iura, ordines, eſſe inuicem quam diuerſiſſimos. Adeo ut filum conſecutionis ab una ad alteram non tam infirmum, quam nullum ſit, niſi diſcrimine, quod doceri debet, probe obſeruato. Quamuis uero id diſcrimen negligi paſſim ſoleat, cum in cathedra librisque ICtorum, illorum etiam, qui hoc argumentum ex inſtituto tractarunt, in quo numero *Knipſchildius*, *Beſoldus*, alii; imo idem etiam plerumque ignoretur, ſiue ciuitates ſecum agant, ſiue in imperii ſolennibus comitiis: iure tamen, qui fieri debear factumque ſit olim, docendum nunc et commonſtrandum eſt. DEI numen adſit dicendis.

CAP. II.

De cauſis ciuitatum S. R. I.

§. I.

Germania quondam ciuitatum ignara; quod cauſae earundem illis deeſſent.

a) publica ſecuritas,

b) metus ab hoſtibus,

c) opificum collegia.

Germania quondam nullas urbes habuit. Quod Germanis cauſae urbium non eſſent. Armis enim, quam muris ac moenibus ſe defendere maluerunt ac hoſtibus maiores noſtri, ad bella et clades, *Tacito* et *Caeſare* teſtibus, quam promtiſſimi. Vt illis opus non eſſet, arcere hoſtes urbium et uallorum terriculamentis.

§. II. Deinde ſi opificum ſeminaria urbes ſunt, nullae olim cauſae, ob quas operae illorum a Germanis conducerentur. Quid ſutor aut ſartor hominibus nudis? Et qui ueſtitum ſpernunt, quo fine curarent armillas, periſtromata, aulaea. Idem iudicium eſt de generibus artium aliis. Fabulas itaque nobis narrant cum alii geographi, tum inprimis *Ptolemaeus*, qui tabulae Germaniae nomina adſperſerunt, quae urbium loco ſolemus habere, priſtini ſtatus in Germania fere immemores.

Vt fabulas narrent Romanorum geographi.

Cauſae urbium conditarum in Germania.

§. III. Alia tamen facies Germaniae in prouinciis Iſtro et Rheno uicinis, quas Romani deuicerunt, atque urbibus ornarunt firmaruntque, ut praeſidio eſſent aduerſus inuaſiones, a Germanis quotidie metuendas.

a) Epiſcopi qui interdicti ſunt reſidere in pagis.

b) palatia Caeſarum,

§. IV. Sub Carolingis cum Germania Chriſtiana fieret, in gratiam epiſcoporum urbes in eius meditullio conditae ſunt. Quod pontificum decreta uellent: *ne epiſcopus in uico aut pago reſideret.* Etiam Germanici reges palatia, *Mabillonio* deſcripta, extruxerunt, quibus aedes iunxerunt priuatas homines palatini, ut numerus earum in iuſtae urbis magnitudinem excreſceret.

c) ſecuritas ab Hunnis et Venedis,

§. V. Tempore Saxonicorum Caeſarum inuaſiones et Hunnorum et Venedorum habitaculis Germanorum metamorphoſin attulerunt. Eousque diſperſae fuerant aedes in Germania, ut, quo loco quis agrum et pratum haberet, eo etiam illi eſſet domicilium. Idque magno rei colonariae ex uicinitate emolumento. Verum, quod facile eſſet, ad uincendum et expilandum homines, ſigillatim habitantes: id curarunt domini territoriorum, ut aedes aedibus iungerentur, quo a pluribus uni eſſet auxilium. Vicinitas ergo cauſa fuit, ut plures in unum pagum coirent, etiam ſubditi diuerſorum dominorum. Inde eſt, quod plurimi hodieque pagi reperiantur, qui diuerſis iurisdictionibus parent, quos dicere ſolemus in uernacula:

CAP. II. III.

la: *Zwey-drey-vier-herriſche Dörffer.* Vbi errant ICti, qui litigantes illa *praeſumtione* grauant, uniuerſum pagum quondam ſub dominio unius fuiſſe.

d) multitudo libertorum apud Germanos, ſublata ſeruitute.

§. VI. Vltima cauſa urbium Germaniae ponenda eſt in frequentioribus manumiſſionibus et prorſus demum ſublata ſeruitute. Principes enim his artibus *landſaſſios* ſeruorum potentes et robore exuerunt et opibus et ſpe omni auctuum ulteriorum rei familiaris. Vnde enim uictum et cultum ſibi paraſſent homines manumiſſi, niſi ruſtici omnibus opificiis interdicerentur; opifices tantummodo in urbibus habitarent; collegia inſtituerent, quorum opera agricolae et homines uillares uterentur. Acceſſit, quod principes cereuiſiae monopolia ciuibus darent, ut illi cibaria acceperunt ab agricolis. Quapropter hodieque nulli *landſaſſio* ius uendendi cereuiſiam, niſi ex priuilegio ſingulari competit. Id quod doceri debet, cum facta non praeſumantur. Id uero plane enormiſſimum eſt, ſi ipſi landſaſſii cereuiſiam ſuam in ciuitatem uehere et ibi ciuibus uendere cupiant. Euerticulum hoc dixeris ciuitatum. Vt parum abſit, quin corruat eius generis landſaſſio conceſſum priuilegium; quod boni principis non ſit, ordinum iura inuertere ac perturbare. Sub et obreptionis ſane accuſari fidenter poteſt, niſi derogatoria clauſula in illo habeatur. *Imo neque derogatoria clauſula extenditur ad ea, quibus uerisſimiliter a principe non fuiſſet derogatum, ſi rei aut iuris exactam notitiam habuiſſet.* Petr. HENRIQVEZ Cour. 75. n. 26. Mar. ANTON. lib. 1. uar. reſolut. 46. n. 10.

Remedia ad uictum et cultum a; opificia ruricolis interdicta.

§. VI. I—VII. b) ius coquendi et uendendi cereuiſiam.

A, B (margin markers)

CAP. III.

Omnes quondam ciuitates imperii mediatas fuiſſe.

§. I.

Omnes ſub Carolingis ciuitates immediatae.

Tempore Carolingorum nemo inter ordines Germaniae fuit, qui imperatori pareret principe intermedio; quapropter neque de ciuitatibus dubitandum eſt, quod omnes tum, ſtylo, curiis ſolenni, fuerint *immediatae.*

Omnes ciuitates poſt Carolingos redditae ſunt mediatae.

§. II. Poſt Carolingos ex aduerſo omnes ciuitates factae ſunt *mediatae.* Septem enim populi Germaniae, Francica regnatrice ſtirpe extincta, redditi ſunt ſui iuris. Id eſt, ſumma rerum ad nobiles landſaſſios rediit et ciuitates, penes quos omne ex hoc tempore imperium.

§. III. Verum tamen ſingulis placuit principio, ſigillatim coire ſub poteſtatem unius. Quilibet enim populus ſuum ſibi *ducem*, id eſt, *dominum* elegit ſupremum, rationibus tamen plerisque ad ordinum prouincialium ſuffragia conſenſusque adductis, in quorum etiam numero ciuitates fuere.

Vt omnes comites prouinciales fuere, ſic etiam prouinciales nullae non ciuitates.

§. IV. Patet inde, quod iura *landſaſſiorum* eadem ſint cum iuribus ciuitatum in prouincialibus conuentibus *auf Landtægen*; ut, praeter *ordinem*, primi nihil prae alteris habere uideantur. Quamuis etiam de hoc dubitari poſſit, [illegible] urbs ciues habuit, non ex nundinatorum et opificum tantum collegiis euocatos; ſed collectos ex ipſo tribu nobilium landſaſſiorum. De quo infra.

§. V. Vti ergo omnes tum nobiles landſaſſii, adminiſtri ducis, barones et comites: ita etiam ciuitates omnes eſſe coeperunt prouinciales, quae duci, domino et principi ſuo territoriali ſunt obſequuti.

In quo rerum ordine diu perſtitere ſub imperatoribus Germanicis.

§. VI. Neque uero inde metamorphoſin paſſae ſunt ciuitates, quod duces tum prouincias ſuas, territoria, populos, in *clientelam* offerrent *regis Germaniae* ſiue Cunradi primi, ſiue Henrici aucupis, idem enim nobis hic eſt, quemcunque tamen aliquis hic nominauerit. Nam plena territorii iura permanſerant etiam hoc rerum ſtatu penes principes ſingularium territoriorum cum in alios ordines prouinciales, tum etiam in ciuitates. Vtrique primo in ducis, deinde etiam in regis ſiue Caeſaris Germanici poteſtate perſtiterunt. Tantum aberat, ut ducum iuribus auctoritas Caeſaris quicquam tum officeret, ut potius id etiam curare oporteret Caeſarem, quo principum poteſtas in landſaſſios et ciues ſalua eſſet neque conatu perduellium uiolaretur. Huc enim hodieque reſpiciunt leges publicae imperii *Alb. tit. 3.* §. 1. 2. et in primis *tit. 2. §. 8. Capitulat. Ioſeph. articulo 2. 3.* ubi imperatori non ſolum interdicitur, ne motus et querelas uel aliorum ſubditorum, uel etiam ciuitatum foueat aduerſus principem; ſed principibus potius auxilietur ad utrosque in ordine obſequioque continendos.

Vna eademque facies omnibus prouinciis.

§. VII. Is itaque ſtatus urbium Germaniae in Sueuia, Francia, Baioaria, Saxonia, Thuringia, Vandalia, Bohemiaque fuit, quae ſeptem prouinciae ſyſtema imperii Germanici conſtituunt abſoluuntque.

C, D, E, F (margin markers)

CAP.

CAP. IV.

Ciuitates etiam mediatas ſuffragii iura habuiſſe in comitiis.

§. I.

Error ICtor. in comitiis locum eſſe nonniſi immediatis.

EMouet ab hac ueritate ICtos, quod tamen *urbium imperii* mentio fiat inter ordines comitiales; uerum id nobis nunc agendum eſt, ut inueteratum errorem ICtis eximamus; *ſolos ordines immediatos in imperii comitiis comparuiſſe*, non *mediatos* ſiue prouinciales.

Contrarium probatur; quia a) ducatibus integris nulla ciuitas immediata.

§. II. Principio enim ſeptem Germaniae archiprincipes ſeptem territoria habuerunt, utpote 1) Franciam 2) Sueuiam 3) Boioariam 4) Saxoniam 5) Thuringiam 6) Vendiam 7) Bohemiam. Quae uniuerſam Germaniam ita exhauſerant, ut in hac ſpatii nihil ſupereſſet, quod non in aliquo illorum comprehenderetur.

Ciuitatibus uero etiam tum locus in comitiis.

§. III. Non itaque tum comes immediatus fuerat; non immediata ciuitas; ſed omnes duci paruerant imperioque fuerant addictae duce intermedio. Cum tamen in Germanicis *comitiis* nullo non tempore mentio occurrat *ciuitatum:* filum conſecutionis manifeſtum eſt; non alias ciuitates eſſe in comitiis potuiſſe, quam mediatas.

b) etiam mediatis comitibus et landſaſſiis locus in comitiis, c. etiam ciuitatibus.

§. IV. Deinde Cunrado II. et Friderico I. imperatoribus ingens *comitum nobiliumque* in comitiis celebratur multitudo, teſtibus *Wippone* et *Friſingenſi.* Eousque autem ſeptem Germaniae ducatus integri fuerunt, uix unus aut alter comes immediatus. Fieri itaque non potuit, hunc numerum ab aliis abſolutum eſſe comitibus, quam imperio, mediante duce, ſubiectis. Quod ergo de comitibus et nobilibus landſaſſiis uerum eſt, illud nihil ambiguitatis habet in ciuitatibus. Summatim, cui in prouincialibus cuiusque territorii conuentibus *auf landtægen*, locus fuit; illi etiam locus ſuffragiumque fuit in imperialibus comitiis, *auf Reichs-Tægen.*

c) ciuitatum nomina ſubſcripta reperiuntur in imperii diplomatibus, e. iisdem locus in comitiis.

§. V. Praeterea, integris ſeptem patriae ducatibus, ſubſcriptores, imperialium diplomatum habentur etiam conſules, a ciuitatibus delegati. Vnde iterum patet, ciuitatum mediatarum, neque enim aliae tum fuerant, in concipiendis non minus habitam rationem fuiſſe, quam ordinum imperii aliorum.

d) neque alio iure in comitiis fuere epiſcopi et ſacri antiſtites, ut nil mirum ſit de ciuitatibus.

§. VI. Eadem ratio ſacri ordinis antiſtitum, qui pari iure, quamuis regiones tantum *mediatas* haberent, comitialibus decretis interfuerunt. Me enim exiſtimante; illi ICti admodum falluntur, qui epiſcopos muneris, non regionis ergo, perhibent in comitiis ſuffragia tuliſſe. Vt enim hodieque prouincialibus congreſſi- A bus non adſunt illi antiſtites, qui ſalario uiuunt; uerum illi, qui latifundia poſſident, loco ſtipendiorum: ſic olim quoque fundi epiſcoporum, quamuis mediati, cauſa fuerunt loci ſuffragiique in comitiis. Vt adeo fruſtra ſint, qui dubitare in ciuitatibus de illo iure uelint, quod ſacris antiſtitibus ex eadem cauſa largiuntur.

Vſus nouae doctrinae multiplex.

§. VII. Ex hac doctrina plurima erro- B rum genera patent, quibus ſcatere ſolent libri et ſyſtemata ICtorum, cum uetuſtiorum, tum illorum, qui noſtra aetate uiuunt. *Primo* certum eſt, poſt ſeptem Germaniae duces, nullum ex Germaniae ordinibus fuiſſe *immediatum.* *Deinde* aeternae eousque ueritatis fuerat, ut quicquid in territorio ſeu ducatu ſitum erat, eſſet quoque de territorio ſeu ducatu. Quae tamen regula, ducatibus uel diuul- C ſis, quod Saxoniae et Boioariae ſub Friderico I. obtigit; uel extinctis, tempore interregni, quam metamorphoſin paſſae ſunt Sueuia Franconiaque, exceptiones et limitationes habet, ICtis plerumque ignoratas, in recentioribus maxime territoriis, ubi illa cauſa eſſe poteſt maximae rerum iuriumque perturbationis. *Porro* errant, qui ciuitates, quas in comitiis de- D prehendunt, illico habent pro *immediatis* easque ex matricula prouincialium uolunt expunctas. Saepe miratus ſum, controuerſiam de notis indiciisque ciuitatum imperii *immediatarum* tot grandibus uoluminibus agitatam fuiſſe, neque tamen intellexiſſe partes, quondam locum ſuffragiumque in comitiis non fuiſſe ſignum cauſamque *immedietatis*, quin potius mediatae quaeque ciuitates iure comitiali fuerint E gauiſae. Vide, ſis, ſtupendos quatuor maximorum uoluminum codices de *immedietate Brunſuici*; unum de *Hildesheimienſi*; unum de *Lindauienſi*; duo de *Erfurtenſi*; duo de *Colonienſi*; tria de *Magdeburgenſi*; unum de *Treuirenſi*; unum de *Hefordienſi*; de *Bremenſi* ſeptem; plures longe de *Hamburgenſi*; qui auctores omnes, hac face deſtituti, ſcripſerunt, quorum propterea argumenta hoc Alexandrino F enſe diſſoluuntur; *comitialia quoque ſuffragia fuiſſe penes ciuitates municipales.*

in controuerſiis momentoſis ciuitasne aliqua mediata ſit, an uero immediata?

Craſſa philoſophia ICti rerum Halenſium.

§. VIII. In exemplum hic uoco ciuitatem *Halenſem*; quam, petulanti delirio nuper quidam dixit S. R. I. *immediatam*, expunctam uero deinceps artibus epiſcoporum ex matricula et albo imperii. Po-

Digitized by Google

CAP. IV. tiſſimum adſertoris argumentum eſt: *Halam* A *quondam imperii comitiis interfuiſſe.* Quamuis autem ille ex nullo idoneo auctore id probet, ut adeo operae pretium non ſit, conſecutionis uanitatem docere: in memoriam tamen reuocandum eſt, quod hactenus euicimus, municipalibus ciuitatibus ad imperialia comitia acceſſus patuiſſe.

Gerrae, Halam fuiſſe ciuitatem imperialem.

Cetera, quæ adfert, nullarum uirium ſunt. *Error primus,* *Primo*, inquit, hiſtoricos quosdam *Halam* Venedorum ciuitatem B dicere S. R. I. *immediatam.* Verum non coaeui ſcriptoris hæc teſtimonia ſunt; ſed anilium noſtro ac ſuperiori aeuo fabulatorum. Quorum figmenta etiam ſunt, *Berolinum* et *Pragam urbes eſſe S.R.I.immediatas.* Siculae gerrae. Praga imperialibus comitiis interfuit, ſed necquicquam ideo deſiit eſſe regis Bohemiae metropolis. *alter,* Pergit *deinde*, Halam conditam fuiſſe in territorio imperatoris, Ottonis. *Repono*, C eiusdem uero Ottonis largitione Halam cum uicinia archiepiſcopatui Magdeburgico acceſſiſſe. Quod fide diplomatis nobis conſtat authentici, ubi *ſalinae Halenſes* ab Ottone antiſtiti et eccleſiae Magdeburgicae, quae uerba libelli ſunt, donantur. Hala uero tum temporis ſalinas notauit, quo uerbo etiamnunc illas adpellant Sueui *das* Haal ſiue Hal. Vrbs poſt demum acceſſit, quam ideo conditam D enatamque eſſe oportuit in territorio archiepiſcopatus. *tertius,* *Preterea* oggerit adſertor, Halenſes collectas et tributa *imperiali* fiſco intuliſſe, unde pateat, eam tum fuiſſe *immediatam.* Repono, filum conſecutionis nullum eſt. Ita enim legimus de Magdeburgo, quod archiepiſcopus ob hanc tantum cauſam imperatoriis officialibus ius indulſerit, collectas ibi a ciuibus urgendi et percipiendi, ne ipſe negotium E ſibi faceſſeret, aut de nimietate portionis querelas mouerent ciues immorigeri. Quid? quod reuerſales ſuperſint, ne hoc iuribus dominioque territoriali archiepiſcopi damno eſſe poſſit. Idem ergo repetendum eſt in Halenſibus rebus, ſi quidem ciuitas haec unquam collectas ſoluit imperatori. Sed hoc pro fabula eousque habemus, quousque nomen ſuum li[illegible]ret probetque, quod ſcripſit, improbus ad- F ſertor. *quartus,* *Porro*, priuilegia ciuitatem nactam eſſe ab imperatoribus, urget ceu argumentum *immedietatis.* Nullarum autem uirium eſt hoc filum conſecutionis; cum tironibus rerum medii aeui conſtet, etiam urbibus municipalibus priuilegia dediſſe Caeſares, exempli loco de non euocando, de inſtituendis nundinis rebusque aliis, quae limites excedunt principis territorialis. Sic ante aliquot annos contubernio pauperum Glauchenſi imperator priuilegium dedit, quo pueri, ibi educati, uniuerſim reſtituuntur natalibus. Quis uero §. VIII. eapropter Glaucham adſcribet matriculae ciuitatum imperii. *quintus,* *Poſt* grata adſertori memoria eſt ciuium rebellium tempore Caroli V. anno 1547. Ab hoc enim imperatore Halenſes non ſolum rogarunt, ut Hala archiepiſcopus priuaretur adſcribereturque urbs albo imperialium: ſed etiam hoc fine ab Italo ICto, *Franciſco de Barca*, reſponſum iuris nundinati ſunt, quo argumentum expoſitum eſt, *Halam immedietatem imperii ob temporis lapſum, per quod archiepiſcopo paruerit, non amiſiſſe, ſed, uindice Carolo Caeſare, redire in libertatem poſſe iure quodam poſtliminii.* Inde collegit adſertor, priſtinae *immedietatis* iura Halae tum recuperari potuiſſe, niſi fata huic conatui obſtitiſſent. Plura ſunt, quae maleuolum hic animum produnt adſertoris. *Primo* enim quod olim ciuibus licuit in dominos ſuos, archiepiſcopos, illud forte nefas hodieque non erit in ducem, cum utriusque eadem iura eſſe uideantur; ſed, adſertoris iudicio, Halenſes tum archiepiſcopo nuncium mittere; priſtinam recuperare immedietatem; in partes huius conatus militem trahere Caeſareum iure potuerunt, non obſtante homagii religione lapſuque tot ſeculorum: itaque facile patet, quam ſibi ſententiam hodieque promittere ab adſertore poſſint ciues, cupidi rerum nouarum. *alterum.* Deinde etiam, dum adſertor fabulam *immedietatis* Halenſis in memoriam reuocat ſuorum, alia ipſe neſcit argumenta iurium immutatorum, quam haec: *quod conditio imperialium ciuitatum hodie ſit peſſima, melior longe ſtatus municipiorum ſub principe, iuris et aequi amantiſſimo.* Quaſi uero Hala iuris neceſſitate nulla principi pareret; ſed tantum ex uoluntate et conſilii rationibus, quod res eius ſub principe ſint feliciores. Quo dogmate quid poteſt magis eſſe uirulentum? In illo libello id agit, ut praeſcriptioni patrocinium praeſtet aduerſus principem; quem domania, regalia, enſem, ſceptra, aras, focos, nihilque non amittere ac perdere dicit, ſola temporis longinquitate et ſpoliatoris diuturna detentione. Verum principi ex aduerſo ius dicit contenditque principem acquirere nil poſſe uſucapiendo aut praeſcribendo, ne ſcilicet *immedietati Halenſi* eum oporteat nuntium mittere. Adeo calamum partium ſtudio corruptum habet, ut ingenuo cuique clarum ſit, ſcribere eum et cauſas reſpondere ad ſenſus aliorum potius, quam ad aequitatem. Haec inſerui diſſertationi, cum ſtomachum non poſſint non mouere ſcripta, quae ignorantia peccant & improbitate in illum, cui fidem, poſt Deum, maximam debet ſcriptor, ſubditus, ciuis, cliens, adminiſter.

CAP.

CAP. V.

De uera ciuitatum imperialium origine.

§. I.

Aetas urbium imperialium

DIximus *capite 3.* omnes quondam urbes imperii *municipales* fuiſſe, nullas uero *imperiales* ſiue *immediatas*. Qui ergo demum factum eſſe dices, quod imperialium hodie in comitiis tam immenſa multitudo?

In Germania cis Rhenana.

§. II. Operae pretium eſt, rem aperire, plerumque a ICtis uel omiſſam uel peruerſe traditam. Scilicet uti ciuitatum exemptio in una prouincia maturius facta eſt, quam in altera: ſic etiam rerum ordo uult, ut pro diſcrimine et diuerſitate prouinciarum diuerſimode quoque reſpondeamus.

Origo ciuitatum imperii I. in FRANCIA RHENENSI Germanicae reipublicae eſt coaeua.

§. III. Germania, RHENO uicina, principio Caeſaris imperiique domanium fuit. Caruit propterea haec prouincia duce. Ducis uero inſtar ei Caeſar fuit uel huius imperiique uicarius, Palatinus, imperio uacante. Omnes itaque ordines, Rheno uicini, *comites*, *epiſcopi*, *antiſtites*, quidni *urbes* etiam Caeſari paruerunt absque duce intermedio, id eſt, quod technico iuris uocabulo ſignificamus, *ciuitates in Rheni pagis* tempore etiam poſt Carolingos ſtatim fuerunt *immediatae*.

Omnes ibi urbes praeſumuntur immediatae.

§. IV. Accedit, cum nulla ciuitas comiti olim paruerit (*amtsſæſſig geweſen*,) ſed omnes duci aut, eius loco, Caeſari absque intermedio magiſtratu morem geſſerint (*alle waren Cantzeley oder Schrifftſæſſig*); omnes in iſto confinio ciuitates credendas eſſe immediatas. Quousque pars aduerſa non euicerit, aliquam uel exemtam Caeſaris beneficio, uel, pace Caeſaris, a comite ibi demum conditam fuiſſe. Quod exempla ibi epiſcoporum docent, qui omnes hodieque uel imperiales ciuitates colunt uel easdem ex matricula imperii poſtea expunxerunt. Inſigne lumen haec doctrina adſert diſſidiis Colonienſium, Treuirenſium, Moguntiae, Spirae, VVormatiaeque cum ſuis antiſtitibus.

Vrbes Rhenanae non liberae praeſumuntur.

§. V. Quemadmodum uero *immedietas*, liceat technicis uocabulis luculentiae et breuitatis cauſa uti, *libertatem* non infert: ita etiam ibidem dici non poteſt, quod omnes propterea fuerint *liberae*. Nam imperator in *domanio Rhenenſi* loco ducis fuerat, ut adeo, quod iuris in *municipia* duces aliarum prouinciarum habuerant, id fuerat quoque Caeſaris in Rheno uicinis urbibus *immediatis*. Pariter ergo hae etiam *libertatem*, ſi quam ſibi tribuunt, probare debent, uel *reſeruatione* principio reipublicae Germanicae, uel *priuilegio* uel *longo iurium* uſu et tacita uoluntate ſummi imperantis.

II. in BOIOARIA origo ciuitatum immediatarum.

§. VI. Franciam Rhenenſem BOIOARIA excipiat, ut etiam de aetate conſtet, qua in Boioariae ducatu ciuitates fieri et eſſe coeperunt immediatae. Quod ſero factum eſſe, ſtatim patebit.

Boioaria quondam in complexu habuerat Auſtriacas ditiones, omnes utrobique urbes fuerant mediatae.

§. VII. Boioariae, quae principio etiam complexa fuerat Auſtriam, Siriam, Carinthiam, Tirolumque, ſingularis respublica, populus, territorium, quod omne fuerat ſub poteſtate ducis unius. Vti igitur archiepiſcopis et epiſcopis Boioariae territoria tantum fuerant mediata: ita etiam landſaſſii ordinesque prouinciales fuerant comites, marchiones, landgrauii, burgrauii, dynaſtiae generis alius. Quis dubitauerit de *ciuitatibus*, quod et ipſae omnes *municipales* (*Land-Stædte*,) nullae immediatae (*Reichs-Stædte*,) ipſa *Ratispona* metropolis et ſedes fuerat ducis Boioariae, ut de aliis, quae cenſus longe minoris ſunt, nihil dicam.

Immedietas Boioariæ cum aliorum ordinum ſub Henrico leone coepit.

§. VIII. Perdurauit Boioaria in hoc ſtatu usque ad funeſta inter *Hohenſtauſios* et *Welfos* diſſidia. Quam enim ruinam Boioariae Cunradus III. minatus eſt, eam intulit eidem Fridericus I. qui, proſcripto Boioariae duce, Henrico leone, regni aemulum principatum diſſoluit diſiecitque in partes, ut iam natales acciperent ordines Boioariae immediati.

§. IX. Auſtriae enim dux, itemque Carinthiae, Stiriae, Tirolique domini, a iurisdictione ducis emancipati, ex ſubuaſallis Boici ducis facti ſunt principes imperii immediati. Eadem fortuna etiam contigit antiſtitibus Salisburgenſi, Paſſauienſi, Ratisponenſi, ceteris, ut mediatas ditiones a Boioaria eximerent redderentque easdem *imperii immediatas*.

Tum ciuitatum Boioariae immediatarum a. 1178.

§. X. Plerisque uero ciuitatibus caſus hic aliquantum iniquior fuit. Solae *Ratispona et Egra immedietatem* obtinuere, reliquae uero uel priſtino duci remanſerunt uel ceſſere principibus et nouellis ordinibus atque antiſtitibus immediatis.

III. SVEVIAE et FRANCIAE ciuitatum immediatarum origo.

§. XI. In *Sueuiae et Franconiae* prouinciis principio reipublicae Germanicae inde a temporibus Cunradi I. cum alii ordines omnes, tum quoque ciuitates *mediatae* fuerunt. *Prima* enim *ducem*, altera *principem* habuerunt, neutra imperio obſecuta eſt *immediate*.

Poſt Cunradinum an. 1269.

§. XII. Verum *Cunradino*, ultimo *Sueuiae* duce et principe *Franconiae*, capite truncato Neapoli; omnes utriusque huius pro-

Digitized by Google

CAP. V.

prouinciae ordines ciuitatesque Caeſari imperioque paruerunt absque duce ac principe. In quo rèrum ſtatu ad haec tempora usque permanſerunt.

Omnes ibi ciuitates praeſumuntur immediatae.

§. XIII. Quapropter in iſtis oris, ſi ciuitas cum principe aut alio dynaſta de *immedietate* litigat: coniecturae militant in fauorem ciuitatum. Omnes enim Sueuiae et Franconiae principes, qui nunc ſunt, in ordine *comitum* fuere, quo etiam cenſu tum uenerant comes de *Wurtenberg* et Marchio *Badenſis*. Et uero nulla quondam ciuitas comiti paruit; omnes duci. Quas itaque iuniores ibi principes, antiſtites, praelati, equites, ciuitates habent; illas poſt uel ipſi condiderunt uel de imperio exemerunt.

IV. de THVRINGIAE ciuitatum immediatarum origine.

§. XIV. *Thuringia* Ottones Caeſares habuit duces: Henrico etiam ſancto paruit, qua imperatoris agnato, prouincia duce ſuo deſtituta. Cunradus II. itaque landgrauium praeſecit Thuringiae, ſed ita, ut Thuringiae ordines maiores, utpote *domini, comites, ciuitatesque* imperatori *immediate* ſubiecti eſſent, Landgrauio inter officiales Caeſaris relato.

Cunradus III. pro grauione fecit principem, ſed cui nullum ius eſſet in ordines Thuringiae immediatos.

§. XV. Et quamuis poſt Cunradus III. Langrauium Thuringiae ex officiali dominum fecerit *territorialem*; nil tamen quicquam eius territorio ceſſit, quam priſtini Thuringiae ducis domanium, comitibus, dynaſtis, ciuitatibus priſtinum ſtatum ſeruantibus *immedietatis*. Quapropter ex eo etiam tempore Landgrauius non *dux* Thuringiae uniuerſae fuit, ſed princeps tantum in Thuringia. Ea prorſus ratione, qua Auſtriae archiduces *principes Sueuiae* aut in Sueuia audiunt, ſalua tamen Sueuiae ordinum immedietate.

Praeſumtio pro urbibus immediatis.

§. XVI. Si ergo contentionis ſerram intenderit landgrauius antiſtiti, comiti, dynaſtae, *urbi* ſuper immedietate, pro urbe, comite, dynaſta, antiſtite coniecturae ualent, non contra. Quamuis in hunc errorem impegerint plurimi ICti, qui cauſas Saxonum reſponderunt adverſus epiſcopatus et comitatus Thuringiae. Neque enim Landgrauius iuris illa regula uti poteſt, *quicquid ſitum eſt in territorio, illud eſt de territorio*; quamuis axioma ueritatis ſit apertae intuitu prouinciae Thuringicae uniuerſim.

V. de SAXONIAE ciuitatum immediatarum origine.

§. XVII. *Saxoniae* prouincia quondam latiſſime patuit per *Weſtphaliam* omnem; Saxoniam *inferiorem* et tractum *ſuperioris Wittebergicum Holſatiamque*. Quae ditiones omnes fuerant ſub imperio ducis unius, quo intermedio Germaniae paruerunt.

Principio omnes mediatae.

§. XVIII. Tempore Ottonum omnes ibi ordines landſaſſii, *ciuitates* omnes *mediatae* ſiue municipales. Falluntur ICti, qui olim cauſas *Brunſuici, Goslariae, Luneburgi* aliarumque urbium Saxoniae orarunt, crediderumtque, illas ideo fuiſſe *imperiales*: quod tum Caeſarem dominum

§. XIII-XXI.

A habuerint ab eoque munitae ſint inſignibus priuilegiis. Neque enim qua Caeſares dominati ſunt Saxoniae Ottones, ſed qua *duces* ac domini territoriales.

Quae in Caeſarum poteſtate fuerunt, non qua talium ſed qua ducum prouincialium.

§. XIX. Egerat tamen iſte error, extincta Ottonum ſtirpe, ICtos Germaniae ita in tranſuerſum: ut *Goslariam, Brunſuicum* ciuitatesque alias imperatoribus adſerere mallent, quam ducibus, illasque, Caeſarum beneficio, crederent, exemtas fuiſſe. B Cum tamen ex monumentis iſtius aeui conſtet, quam tenaciſſimos fuiſſe Ottones iurium ſui territorii; ne haec cum imperialibus cauſis confunderentur. Laudare in hanc rem poſſum *diploma Ottonis I.* quo Quedlinburgenſem abbatiam patrocinio Caeſaris, uerum qua Saxoniae ducis detulit. Adeo, ut ſi imperio uideretur, alios, quam Saxones ad Caeſaris faſtigium euehere, patrocinium iſtud permaneret C apud duces Saxoniae. Vnde etiam apertum eſt atque ipſa Caeſaris confeſſione manifeſtum, Ottones necquicquam hereditario iure imperaſſe, ſed electitio. Vt fruſtra ſint, qui in tanta luce tenebras ſectentur quorundam, licet non infimi nominis, doctorum.

Quae iura imprimis diſputata ſunt ab Henricis magna rerum perturbatione.

§. XX. Extinctis Ottonibus Henricus ſanctus agnationis iure in Saxoniae *ducatu* ſucceſſit, qui ipſe, ordinum ſuffragio D factus fuerat *imperator*. Sed Cunradus II. et, qui hunc in imperio ſequuti ſunt, tres Henrici nihil iuris habuerunt in Saxones, qui ducibus iterum uſi ſunt territorialibus. Veruntamen *ſolici* imperatores uel errore decepti uel iniquitatis tegumento quaeſito, *urbes Saxonicas* plerasque habere uoluerunt *imperiales* et immediatas; quod Ottones illis imperauiſſent, fixiſſent in illis Caeſaris ſedem, quorum E exempla ſucceſſores eorundem poſſent imitari. Atque hac ratione *Goslariam, Bruſuicum, Hildeſiam* aliasque urbes expunctas uoluerunt e matricula municipalium earumque, quae ducibus obtemperarent. Equidem iurium ſuorum non ignari fuere Saxonici duces, qui ſcopulum, ad quem Caeſar peregrinus offenderat, facile exemerant, diuerſa ratione expoſita, qua Saxones imperatores Saxoniam incoluiſſent; F qua duces territorii Saxonici, necquicquam qua imperatores: ſed tamen controuerſia armis diſceptata eſt: In qua Henricus IV. iure meritoque ſuccubuit uiceruntque Saxoniae domini, quod illa imperio ſubdita non eſſet, niſi intermedio duce territoriali.

Priſtinis uero iuribus clarius Saxoniam adſeruere Henrici, ſuperbus et leo.

§. XXI. Poſt itaque omnes Saxoniae, Weſtphaliae, Holſatiaeque ciuitates *municipales* fuerunt. Quod in Henricis, ſuperbo et leone, Saxoniae ducibus eo G magis eſt manifeſtum, quo maius robur utrique fuerat, ut iure ſuo ſine interceſſu aliorum liberrime uterentur. Quid? quod illud non minus uerum ſit de epiſcopis et ſacris antiſtitibus atq; comitibus et dynaſtis quorum

CAP. V. quorum omnium ditiones fuerant Saxoniae duci clientelares.

Proſcriptis demum Henricis in Saxonia originem ſumunt ciuitates immediatae.

§. XXII. Verum enimuero Saxonia imperialium hactenus ciuitatum neſcia, tum tulit, quo cum ordines landſaſſii imperiales facti ſunt; tum municipia urbes imperiales. Henricis enim proſcriptis, non e re uidebatur imperatoris, ut tam ampla regio iterum addiceretur imperio unius. In partes itaque iuit Saxonia omnis, adeo, ut epiſcopi omnes, omnes comites, maioris etiam nominis praelaturae et *municipia pleraque* iure donatae ſint *immedietatis*. Atque ex hoc tempore quoque in Saxonia natales acceperunt *urbes imperiales*, quae ante Henricorum ducum fuerant municipia. Hoc egomet cenſu aeſtimo Goſlariam, Brunſuicum, Hildeſiam, Dortmundum, Monaſterium, Oſnabrugam et imperiales alias, quamuis non me fugiat illud, plures harum ciuitatum, antiquiores natales adſectare ad priuilegiaque prouocare Caeſarum: ſed haec, ſi miſeris ſub examen, aut inuitis territorii ducibus ſcripta ſunt aut his prorſus inſciis per ſub et obreptionem a Caeſaribus erogata.

Qui urbes in Saxonia immediatae queant praeſumi?

§. XXIII. Cum uero plures etiam tum urbes ceſſerint epiſcopis et comitibus, inde regula iuris: *num ciuitas ex caſu Henrici leonis praeſumi debeat in iſtis oris immediata*, his circumſcribi debet limitibus, niſi ciuitas iuniorem Henrico leone habeat aetatem. Ex eo enim tempore, ex quo epiſcopi et dynaſtae e ducum poteſtate exemti ſunt, id egerunt, ut pagos, quos incoluerant, uerterent in urbes ciuitatesque. Quod fieri non poterat ab iſtis niſi pace imperatoris: cuius tamen conſenſu nullo tempore in hoc inſtituto opus fuerat archiprincipi territorii ſingularis.

Quid de ciuitatibus Holſatiae?

§. XXIV. Holſatiae tamen comes omnem iſtius comitatus ditionem accepit, cum urbibus in illa comprehenſis. In quarum numero Hamburgum fuiſſe, nemo dubitat; quamuis, quo iure illa poſt Holſatiae dominatum exuerit, longinqua ſit controuerſia. Quae tamen facilius ex iurium, quam conſiliorum rationibus poterit componi. Verum id agere partes uidentur, ut moras nectant et lis alatur nullo tempore intermoritura.

Quid de tractu Magdeburgico.

§ XXV. Tractus etiam Magdeburgicus, quamuis Saxoniae Thuringiaeque pars fuerit, in hac tamen doctrina ſingulares rationes habet. Omnem enim ditionem Otto M. contulit archiepiſcopatui cum pleno territorii iure. Cum ſacri antiſtites alii eo deſtituerentur agerentque in numero ordinum prouincialium. Quicquid ergo in archiepiſcopatu fuerat, illud quoque fuerat de archiepiſcopatu. Cumque Hala et Magdeburgum ciuitates in territorio archiepiſcopi enatae ſint: Siculae gerrae ſunt illorum Ictorum, qui urbem utramque ſpecie lactant inanium, id eſt, opinione immedietatis.

§. XXII-XXIIX.

VI. et VII BOHEMIAE et BRANDENBVRGICAE prouinciae, quae ſolae neſciae ſunt ciuitatum immediatarum?

§. XXVI. Vandaliae ſiue *Vendiae, Bohemiaeque* prouinciae reſtant e numero *ſeptem* Germaniae rerumpublicarum. Atque hae illae ſunt, unde doctrinae hactenus expoſitae, optimum accipiunt firmamentum. Notum eſt, quod neque in Brandeburgico marchionatu neque in Bohemiae regno eique innexis prouinciis ulli ſint ſtatus imperiales. Vtrinque enim prouinciales ſunt epiſcopi; prouinciales comites, dynaſtae etiam et nobiles prouinciales; item omnes ciuitates.

Cauſae ſpuriae.

§. XXVII. Quaeſo? quae cauſa eſt huius diſcriminis ab aliis ducatibus Germaniae, qui omnes in ſinu ſuo, quod hactenus audiuimus, *ordines* alunt *ciuitatesque imperiales?* Caſu aut priuilegio id factum eſſe, illos dicere oportet, quos latent genuinae rerum cauſae. Alii arguent, harum prouinciarum dominos, forte potentiores, euertiſſe libertatem cum aliorum ſtatuum imperialium, tum ciuitatum immediatarum. In quo ipſos errore illud firmare poteſt usque ad pertinaciam, ſi legerint et Pragam et Brandeburgum et proceres nobileſque familias cum ſacris antiſtitibus ad comitia quondam acceſſiſſe. Qui tamen duobus abhinc ſeculis a conuentibus abfuerint imperii. Verum *capite 4.* iam comprobatum eſt, ordines etiam prouinciales loca ſuffragiaque habuiſſe in imperii comitiis. Quod eo clarius hic patet. Quoniam *Slauorum* et *Venedorum* ingens ſaepius multitudo in comitiis commemoratur: licet utrique prouinciae nulli non ordines ciuitatesque *landſaſſii* fuerint *mediati*. Quod uero poſt abeſſe a comitiis coeperint, illud propterea eſt factum, quoniam noui principes aliique ordines ex aliis prouinciis exemti nouam claſſem in comitiis uniuerſim conſtituerunt, ad quam prouinciales antiſtites, dynaſtas, ciuitatesque illi noluerunt admittere. Cum itaque comitia imperii ex illo tempore non caſtris aut populis diſtinguerentur; ſed claſſibus et collegiis: conſultum magis eſſe, uidebatur landſaſſiis et ciuitatibus *municipalibus*, abeſſe a comitiis, quam circulos, recens conſtitutos, turbare et iuris poſtliminii querelam inſtituere. Praeſertim cum ducum poteſtas in prouinciis eſſet adaucta, ut iudicio eorundem ordines prouinciales rerum imperii procurationem facilius relinquere uiderentur.

Cauſae genuinae, quare in Brandeburgico et Bohemico ducatu nulli ordines ciuitatesque immediati.

§. XXIIX. Ex alio itaque fonte cauſa eruenda eſt, quare in Brandeburgica et Bohemica prouinciis omnes ordines, etiam principes prouinciales ipſi, landſaſſii ſint, nullae ciuitates, niſi *mediatae* et *municipales*. Scilicet, utraque haec prouincia priſtinam, quam principio Germanici imperii acceperat, faciem retinuit in-

CAP. V.

integritatemque. Quaelibet enim ducem ſeu dominum ſuum nacta eſt, cui et omnes ordinum claſſes in prouinciis uti olim obſequuti fuerant, ita poſtea quoque ad noſtram uſque aetatem obſequuntur. Vnde publici iuris axiomata eruuntur, filo conſecutionis manifeſtiſſimo.

Axiomata pro marchiae Bohemiaeque prouinciarum praerogatiuis.

§. XXIX. Quicquid Bohemiae rex iure regni habet in Bohemia prouinciisque huic innexis: illud etiam eſt penes electorem Brandeburgicum in quatuor marchiis. *Deinde* aliarum prouinciarum ducatus uel *extincti* ſunt, quod de Sueuia, Francia et Thuringia accepimus, uel *in partes ſciſſi*, ut Boioaria Saxoniaeque: ſola Bohemia et marchia Brandeburgenſis ſaluae atque priſtinae ſunt integritatis. *Tum* ueritas axiomatis Ictorum: quicquid eſt in territorio, illud eſt de territorio, nullibi certius pleniusque patet, quam in marchia Bohemiaque. *Poſt* omnes aliae Germaniae prouinciae ordines immediatos et ciuitates *imperiales* intermixtas habent: uerum utrique exulant in marchia Bohemiaque. *Praeterea* in diuulſis Boioariae et Saxoniae regionibus noui duces adligantur ad nouellas litteras clientelares imperatoris: Bohemia autem et marchia iure utuntur originario, cuius nullam unquam paſſae ſunt metamorphoſim. *Itaque* multa duces aliarum prouinciarum priuilegiis debent, quae Bohemia et marchia repetunt ex iure originario, cuius nulla opus eſt renouatione. *Ad extremum* multa iura Bohemiae et marchiae ſunt, quae aliis Germaniae prouinciis ignorantur. Ab harum itaque prouinciarum iuribus ad iura aliorum ducatuum, infirmum eſt filum conſecutionis.

Origo ciuitatum immediatarum

§. XXX. Origine expoſita urbium immediatarum intra priſtinos fines Germaniae: illud ſupereſt, ut nunc quoque natales cauſasque eruamus aliarum urbium imperialium in locis aut finitimis aut peregrinis. Principio argumentum ſint urbes Alſatiae, in quarum numero et patriae iuuabit meminiſſe.

in ALSATIA ſigillatim.

ubi urbium fortuna inſtabilis fuit,

§. XXXI. Illae autem principio *Romanis*, deinde *Sueuis*, *mox Francis*, ultimo *Germanis* paruere, qua rerum commutatione factum eſt, ut alium atque alium ſtatum pleraeque ſortirentur.

ſolius Argentinae certa et conſtans,
1) ſub Romanis,

§. XXXII. Sola *Argentina* nullo non tempore et immediata et libera permanſit. *Romani* eandem caput eſſe uoluerunt uniuerſae Rheno uicinae ditionis. Inde *tractus* et *comes Argentoratenſis* nomen accepere, quod in notitia imperii hodieque ſupereſt. Quem urbis ſtatum ante me ſolicitius inueſtigauit, uir illuſtris *Obrechtus in prodromo rer. Alſat. cap. 5.*

2) ſub Alemannis,

§. XXXIII. Submouere Romanos de Alſatia *Sueui* atque ipſam Argentoratum ſui iuris reddiderunt. Quod tamen urbs praepotens eſſet, eandem non alia lege in ditionem receperunt, quam relicto eidem ſtatu priſtinae immunitatis.

§. XXIX-XL.

3) Francis,

§. XXXIV. Chlodouaei iugum poſt *Tolbiacenſe* praelium ante non ſubiit, quam uictor urbi fidem daret; dominum mutatum iri, non iura libertatis.

4) Carolingis,

§. XXXV. Quamuis uero Francorum imperia urbibus ciuibusque aliquantum grauiora fuerint; et ipſa Argentoratum aliquod ſentiret ueteris immunitatis decrementum: cum tamen illa Lothario Caeſari; hinc regi cederet Lothario; poſt in Ludouici Germanici filiorumque eius ueniret portionem, quorum regna ceteris leniora fuerunt, immunitatis Argentoratenſis iura reuiuiſcere coeperunt et redire iure poſtliminii.

5) Germanis, quibus maxima cum Gallis diſſidia.

§. XXXVI. Extincta Carolingorum in Germaniis ſtirpe in ambiguo conſtituta eſſe uidebantur iura ſucceſſionis cum in Lotharingiam omnem, tum in Alſatiam. Contentionis ſerram tum diu in armis, noſtra aetate in ſcriptis traxerunt uiri maximi, pro Gallis enim *Blondellus*, *Valeſius*, *Caſſanus*, *Puteanus*, *Auberius*, *Anton. Dominicus* aliique ſcripſerunt: pro Germanis, *Chifletius*, *Conringius*, *Culpiſius*, *Obrechtus*, alii.

Quos lenitudo uicit Germanici imperii, ut his accederet Argentoratum.

§. XXXVII. Qua rerum ambiguitate factum eſt, ut *Argentoratum* pars utraque lucrifacere et nullis non conſilii rationibus ad ſe trahere, cogitaret. Germanici ergo imperii ſyſtema, ſalua ordinum libertate conſtitutum, Argentoratenſibus, ueterum iurium tenaciſſimis tantopere ſe adprobauerat, ut demum Henrico Aucupe imperante, ciuitas haec Germanis accederet.

Sub Sueuicis ducibus ut aliae ciuitates Alſatiae, ita et Argentoratum, laxiori tamen nexu.

§. XXXIIX. Quamuis autem *Sueuiae* ducatui, a qua Franci Alſatiam olim auulſerant, Argentoratum iterum innecteretur: maxima tamen in urbe auctoritas, tot Caeſarum Ottonis II. Friderici II. Lotharii aliorumque diplomatibus firmata, penes ſenatum permanſerat, ut poſt *communes prouinciae* aut *imperii cauſas*, in comitiis parum aut nihil imperio ducis relictum eſſe uideretur. In quo rerum ſtatu facilius ſe conſeruauerat Argentoratum; quod haec urbs Galliae uicina eſſet: ut adeo dominos territorii Sueuici continuo quodam metu retineret ab iniquo in urbem conatu.

Extincto Sueuiae ducatu facta eſt imperialis.

§. XXXIX. Sueuiae autem ducibus in Cunradino extinctis, quod §. 12. *ſupra* uidimus, Argentoratum ſui quodammodo iuris facta, imperialium ciuitatum numero uere pleneque fuit adſcripta.

Alſatiae aduocata non paruit,

§. XL. Et quamuis aliae Alſatiae urbes patronos ſiue aduocatos acciperent exemplo *decem* Alſatiae ciuitatum; cum uero *Argentorato* propriae uires ac robur ſatis eſſe uiderentur ad reprimendum hoſtium iniurias; illa ſibi ſuisque fuit relicta. Erant uero illi Icti, qui perhibent Sueuiam

neque Auſtriacis Sueuiae ducibus,

poſtea

Digitized by Google

CAP. V. VI.

poſtea in Rudolfi Habsburgici Caeſaris fi- A lio ducem iterum accepiſſe. Iuniori enim illi Rudolfo quid a parente delatum ſit §. 15. c. 6. attigimus. Id ſcio, nullo unquam tempore Habsburgieis Argentoratenſem ciuitatem morem geſſiſſe. Siculae non minus gerrae ſunt, quae de iuribus epiſcopi in urbem adferunt. Adeo enim in transuerſum non egerunt ciues ſuperſtitioſa tempora, ut, qui ab imperatoribus ſe immunes conſeruauerant, ſacri B antiſtitis ſubirent dominatum. Quamuis autem Caeſarei comitis, qui egerit in imperiali palatio Argentinae, quandoque mentio occurrat: alia tamen ratio eius fuit, quam ut hoc ciuitatis uel libertati officere poſſet uel immedietati. Equidem comites Caeſareos ſiue ſcultetos plerumque in urbe iurisdictionem habuiſſe conſtat; quin uero idem hic ſentiamus, illud facit, quod Caeſarea priuilegia hic oblo- C quantur, qui omnem iurisdictionem ciuitati demandant dictantque illis poenam, qui in hoc inſtituto ciuitati obtrectent. Quod etiam SCHILTERVS uidit *cap. 12. ad Koenigshofium p. 608.* Qui tamen nos in eo diſſentientes habet, quod aerarii curam tribuat eius generia comiti. Nam ab hac etiam ſparta illum excludunt Caeſarum diplomata, quibus ciuitas Argentoratenſis ab annuorum tributorum onere D abſoluitur. Nihil ergo ſupereſt, quam ut muneri illius ea tribuamus, quae referri ſolent inter Caeſaris reſeruata. Vtpote reſtitutiones famae, natalium; largitiones ueniae aetatis, adpellationes tabellionum et alia generis eiusdem.

neque epiſcopo,

neque comiti Caeſaris.

§. XLI. Eodem modo explicare poſſemus ſtatum immediatarum urbium in Lotharingia, Belgio utroque, Burgundia regnoque Arelatenſi: ſed ne inſtituto prolixiores ſimus, hisce quidem regulae ſufficiant ſummatim, quo quaeque prouincia ex hisce Germaniae acceſſerit illa eo etiam tempore urbes ei dederit *immediatas.* Neque enim e re imperii uiſum eſt, iſtas regiones Germaniae apertas iterum committere poteſtati imperioque unius: Quapropter ordines prouinciales ciuitatesque factae ſunt immediatae. Nulla uero earum in Germanicis comitiis locum accepit, niſi ex priuilegio. In quo numero *Veſontium, Metae, Virodunum, Tullum* et plures in *Belgio* fuerant. Sunt in hac cauſa admodum ieiuni Ioh. Iac. *Chifletius in Veſontio part. 1. cap. 51.* Ioan. uan *Waesberg* in Gerardimontio, urbe Flandriae imperiali *cap. 8. Scribanius* in Antwerpia, *Bucherius* in *Belgii* deſcriptione; ut argumentum hoc Germanum, id eſt, patrii C iuris gnarum ſcriptorem expectare uideatur.

Ciuitates Lotharingiae, Belgii, Burgundiaeq; cur omnes immediatae, quaedam etiam imperiales? §. XL-XLIII. I--III.

§. XLII. Italiae et Longobardiae urbes non minus imperiales ſunt, quod ſine periculo illae credi non poſſent dominis et comitibus. Verum et ipſae *ſtatuum* id eſt coimperii iure deſtituuntur.

Idem repetendum de ciuitatibus Italiae.

§. XLIII. Qui Rigam, Regiomontum aliasque in exteris regnis ſitas urbes claſſibus adſignant imperialium: illi produnt non leuem in notitia ueteris aeui ignorantiam. Vt uix opus ſit, eos notare. Hanſeatici enim foederis ſocietatem in argumentum traxerunt, neſcii plane, exteras etiam urbes eidem fidem ſuam olim addixiſſe. Atque hiſce maculis *Knipſchildius, Werdenhagen* et uulgares poligraphi *Saurius, Munſterus, Zeilerus* grandia uolumina ſua conſpergere uidentur.

Errores Ictor. et hiſtoricor. in exteris urbibus adſignandis Germaniae.

CAP. VI.

Apologia diſcriminis inter ciuitates liberas et imperiales,

Reichs-und Freyen-Reichs-Stædten.

§. I.

PEdem ad iura nunc mouemus, quae, ubi opus fuerit, reſpondebimus. Non enim in illis uerſabimur, ubi Icti ſibi ſatis conſtant: ſed tantum, ubi uel haerent, uel minus recte docent, uel non ex idoneis rerum argumentis.

Locus tantum ſit controuerſus, ubi hodieque ſibi non conſtant Icti.

§. II. Principio acerrima inter patriae Ictos diſputatio eſt, utrum inter ciuitates haec ſit diuerſitas, ut aliae *imperiales* audiant, *Reichs-Stædte:* aliae uero cum additamento *liberae freye Reichs-Stadte oder Frey-Stædte.* Dici non poteſt, quam ho- E dieque aqua hic haereat maximi etiam nominis Ictis: quamuis noſtro iudicio res adeo clara ſit, ut magis commonitione, quam diſputatione opus eſſe uideatur.

Vtpote in differentia inter ciuitates liberas et imperiales.

§. III. Sed tamen ingenti doctorum adparatu inſtructus hoc diſcrimen explodit *Philipp.* KNIPSCHILD *lib. 1. c. 1. §. 25.* cum eoque GYLMANNVS *in ſymphorem. tom. 3.* et qui hunc exſcripſerunt *Webnerus, Mayerus, Cluten, Hoepingk, Sixtinus, Beſoldus,* F *Limnaeus* et gentium minorum alii. His fere rationibus uſi: 1) quia in imperii receſſibus nomina commiſceantur

Negant differentiam Icti plerique.

CAP. VI.

tur *Frey-Stædte* et *Reichs-Stædte*, 2) neque matricula haec nomina ſeparet, 3) catalogus earum urbium deſit, quae *liberae* eſſe uelint et quae ſolummodo immediatae, 4) hiſtoria taceat diſcrimen, 5) neque agnoſcat uſus, 6) doctores plerique in caſtris militent negantium.

Aduerſus quos diſcrimen docetur.

§. IV. Verum necquicquam nos mouent uel tela uel numeri partis aduerſae. Quin potius ſpes nobis ſit, ut ponant arma et tranſeant ad nos ſtudio ueritatis.

a) Quia ciuitates imperiales originem debent municipiis;

§. V. Principio omnes quondam Germanici imperii ciuitates municipales fuiſſe, conſtat ex *capite 5.* Quod igitur iuris princeps in ſui territorii *comites landſaſſios* nobiles aliosque ſubditos habuit: illud etiam illi iuris fuit in ciuitates. Neque opus eſt hic aliquo argumento, cum nulli non conſtet, municipia quaeque domino territorii hodieque eſſe tributaria. Cum uero ex cauſis *capite 5.* enumeratis municipia ciuitates fierent imperiales in locum ducis territorialis imperator ſucceſſit atque imperium et utrique annua tributa ſoluerunt ciuitates imperiales.

b) annua imperatori tributa pendunt imperiales: non a. liberae.

§. VI. Neque uero de iure ſolum conſtar, per quod annua tributa a ciuitatibus exegit imperator: ſed etiam exempla extra omnem litis aleam id ponunt. Cum ante trecentos annos nulla fere ciuitas fuerit imperialis, quae non annuatim cenſu ordinario auxerit Caeſaris aerarium. Imo in hoc ipſo non minima pars uerſabatur Caeſaris prouentuum domanialium.

c) immunitatem imperiales non niſi priuilegio debent.

§. VII. Et ſi uerum eſt, ut philoſophi dicunt, *quod priuatio praeſupponat habitum*: quis de annuis ciuitatum imperialium tributis poterit dubitare. Cum nulla fere earum ſit, quarum priuilegia lucem uiderunt, in quibus non diploma habeatur, quo Caeſares ab onere hoc annuorum tributorum ciuitatem hanc uel illam non ſigillatim exemerunt abſolueruntque. Vt plerumque de tempore, cauſis remediisque conſtet huius argumenti.

d) pleraeque ciuitates Caeſarei ſculteti munus a Caeſaribus redemerunt.

§. VIII. Liberas uero non ſolum illas dico, quae ab annuis tributis ſunt immunes: uerum etiam illas, quae merum et mixtum habent imperium. Verum neque hoc inſtructi fuerant ab initio ciuitates imperiales. Notum enim eſt, quod ciuitates pleraeque non aliud quondam genus iurisdictionis habuere, quam illud, quod uerſabatur in decoro rebusque ad politiam ſpectantibus *die Policey-Sachen.* Maius enim quid neque hodie *praeſumere* licet de auctoritate ſenatus. Neque alia facies imperialium: nam Caeſares, qui in loca ſucceſſerunt ducum, ciuitatibus exemptis et ipſi iudices dederunt, *ſcultetorum* nomine inſignes *die Kayſerliche Reichs-Schultzen und Reichs Schultzen-Gericht in den Reichs-Stætten*, quorum iudicio compoſitae ſunt et ciuiles cauſae et criminales, Quae ergo ciuitas imperii Caeſaris ſculteto paruit, illa non potuit haberi in claſſe

§. IV--XI.

A liberarum. Et quamuis pleraeque ciuitates a Caeſare priuilegia mercatae ſint, ut, *remoto Caeſaris ſculteto, eius perſonam gereret ſenatus*: hoc ipſum tamen argumentum eſt, eius etiam ſortis ciuitates ante *liberas* non fuiſſe, quam ipſae iurisdictionem accepiſſent.

e) ciuitates genera libertatis a Caeſare mercatae ſunt priuilegiis pedetentim ac ſigillatim.

§. IX. Non dicam de illis iuribus, quae hodie Ictis uenire ſolent nomine *regalium* et non minus pertinent ad complemen- B tum *libertatis*: Euoluat, cui id uolupe eſt, chronica et annales imperialium ciuitatum: non leges in illis ullam *libertatis* ſpeciem, quam Caeſaris largitione ciuitates non accepiſſent per priuilegia, non ſimul conceſſa, uerum ſigillatim, nunc de hoc, iterum de alio genere libertatis. Alia enim occaſione iurisdictionem ciuilem, alia criminalem; iterum alia ius legislatorium aut ſtatuta conficiendi; alia rurſus C uectigalium uſus, quae et ipſa Caeſarum fuerant; alia ius conducendi: alia libertatem templa, aras, publica aedificia alia extruendi; alia ius detractus exigendi a ciuibus ceteraque ſigillatim obtinuerunt. Qua uel rogatione uel largitione ſingulari opus illis non fuiſſet, ſi uno, quod omnia haec et alia plura in ſuo complexu habet, ſcilicet *territoriali* iure gauiſae fuiſſent aut uere meruiſſent nomen urbium liberarum. D Speciminis loco *codicem priuilegiorum Francofurtenſium* commendo, quae lucem affundent meae doctrinae.

f) liberae ciuitatis nomen publice negatum eſt imperialibus.

§. X. Quamuis autem imperii curiarum negligentia factum ſit, ut *liberae* ciuitates cum imperialibus paſſim confunderentur: quandoque tamen aduerterunt hoc diſcrimen adminiſtri reipublicae Germanicae, ut *imperiales* ciuitates interdicerent, ne titulo elogioque *liberarum* uterentur. So- E lenne eſt et pluribus ſcriptoribus teſtatum exemplum, quo *Aquisgranenſibus* ciuibus uitio criminis ſtatus uerterunt adminiſtri Caeſarei, quod *liberae* ciuitatis uerbo uterentur. A quo titulo ſibi *Aquisgranenſes* hodieque cauent, haud dubie comminatione Caeſaris edocti diſcrimen *liberarum* et *imperialium* ciuitatum.

g) exemplum liberae ciuitatis, quae ideo ab onere ſe exemtam putat, quod ferre ſolent imperiales.

§. XI. Quid uero argumentis eſt opus? Cum pragmaticum inter ciuitates *liberas* F et *imperiales* diſcrimen patriae exemplum doceat, quod ita eſt clarum, ut omnino mereatur, cui herbam porrigat pars aduerſa. Scilicet annuum tributum ab *Argentoratenſibus* an. 1458. exigit imperator Fridericus V. idque uerbis, quae ſequuntur:

Diploma Friderici V. ann. 1458.

Wir Friederich von Gottes Gnaden Rom. Kayſer etc. entbiethen den Ehrſamen Meiſter und Rath der Statt zu Straßburg, unſern und des Reichs lieben getreuen unſere G *gnade und alles gut. Erſamen, liebe, getreuen. Nachdem ihr uns und dem Heyligen Reich ohne Mittel zugehohret, und deßhalben uns und dem Reich eine Statiſteuer (regula itaque imperatoris eſt, omnem ciuitatem immediatam ſiue imperialem teneri Cae-*

CAP. VI.

ri Caeſari ad annua tributa) von euch iahr-
lich in unſere Konigliche Cammer zugeben
gebürt, und aber uns die biſsher nicht
gereichet noch geantwortet ſind: begehren
wir an euch von Rom. Kayſerl. macht; ernſt-
lich gebiethend; daſs ihr uns nuſolche auſs-
ſtehende iahrliche Statſtuern ausrichtung
und Bezahlung thut in ſechſwochen und drey
tagen, nach dem tage euch dieſer unſer
Brieff geantwortet wird. Vnd hinfort iahr-
lichen damit auch in andern gerechtigkei-
ten, ſo wir und das Reich daſelbſt haben,
gewertig ſeyt. Oder gnugſame unterricht
thut, warum ihr das vermeinet nicht ſchul-
dig zu ſyn, oder ob ihr die ſonſt iemand an-
ders richet (nam Caeſares ſaepius eius ge-
neris annua tributa imperialium ciuitatum
aliis ordinibus uendiderunt, oppignera-
runt, uel adſignarunt) *wenn und aus was*
gerechtigkeit ihr das thut. Geben zu Vol-
ckénmarket an. 1458. Verum enim uero
tantum abeſt, ut huic Caeſaris deſiderio
adſurrexerit Argentoratum, ut potius o-
mnem immunitatis cauſam reiecerit in
diſcrimen inter ciuitates *liberas* et impe-
riales. Reſponſoriae enim litterae an.
1458. his uerbis ad nuntios Argentoraten-
ſes ſcriptae habentur: *Wir Ludewig von*
Müllenheim Ritter, der Meiſter und der
Rath zu Straſsburg entbiethen Fridrich zum
Ruff unſer Vier Meiſter ein etc. Als iſt uns
geſand ein offen Brieff, darinnen unſer gna-
digſter Her, der Rom. Kayſer an unſ for-
dert Statſturn, ſo er meinet iahrlich in ſei-
ne Kayſerliche Cammer unſ gebühre zu ge-
ben und begehret an uns und die ausſtehnde
Statſture bezahlung oder unterricht zu
thun, um was willen wir ſolches nicht mei-
nen ſchuldig zu ſyn, und ob wir die ſonſt ie-
mand anders entrichten. Darauff iſt un-
ſer meinung und antwort, daſs wir ſagent:
Daſs die Statt Straſsburg ie und ie eine Frey-
ſtatt in dem Heil. Reich geweſen und noch
ſey: Daſs nun niemand in aller Welt lebe,
der furdencken mœge, daſs die Stadt einer-
ley ſteuer in deſs Konigs Cammer gegeben
habe oder ſchuldig geweſen ſey zu geben,
weder einem Kayſer noch Kunige noch ſonſt
iemanden anders, daſs auch Meiſter und
Rath der Stadt Straſsburg diſs nie keine for-
derungen noch anmuthungen gehæbet, denn
wenn ein Rom. Kunig nach Rohm ziehen
will; ſeine Kayſer Crohne zu umpfahen,
und die Statt Straſsburg um einen Dienſt er-
fordert; ſo iſt ſie ſchuldig, ſeinen gnaden
(nihil de Maieſtate Caeſaris) *ſolchen Dienſt*
zu thun nach alter gewohnheit. Geben an.
1458. Quod utrumque inſtrumentum ha-
bet SCHILTERVS *ad Koenigshofium cap.*
12. p. 613. Haud dubie ex utroque monu-
mento ſatis abunde conſtat cum inter *li-*
beras et immediatas diſcrimen, tum *liber-*
tas ciuium meorum Argentorati.

Litterae Argentoratenſium, quibus oſtendunt hanc non imperialem ciuitatem eſſe, ſed liberam.

§. XII. Ne uero aliquis exiſtimet, pa-
rum intereſſe, quo nomine ciuitas adpel-
letur, dummodo re ipſa habeat iura im-

h) liberae ciuitatis elogium iure datur praecipue.

A munitatum: id inprimis notandum eſt,
quod Argentoratum *liberae* ciuitatis elo-
gium a Carolo IV. erogauerit; acceperit-
que diplomate ſingulari. Priſtini enim
iuris memoriam inſtaurare uoluit cum ad-
uerſus obtrectatores, tum eo etiam fine,
ne quis ignorantia peccet opineturque
uerbum hoc inanium ſpecie ſuperbire at-
que in cuiusuis uoluntate poſitum eſſe,
eodem uti uelle.

§. XI.--XV.

B §. XIII. Ad extremum illud etiam ſatis
comprobat; quod non leue ab hac for-
mula pendeat momentum. Nam Argen-
toratenſis respublica neque litteras aliis
ſcripſit, neque ab aliis ſcriptas accepit,
niſi quae *liberae* ciuitatis uerbo eam ſalu-
tarent. Imo formulam iurisiurandi, qua
Caeſari fidem dedit, uerbo eodem opor-
tuerat eſſe conceptam. *An. 1350. Carolus*
4. his uerbis ſcripſit Argentoratenſibus:
C *Wir Carl von Gottes Gnaden Romiſcher*
Kayſer etc. entbiethen den Burgemeiſtern,
dem Rath und den burgern gemeinlich der
Freyen Statt zu Straſsburg, unſern und deſs
Heil. Reichs lieben getreuen unſre Gnad
und alles guts. Significantiſſime idem re-
petitur in iuramento facto Caeſari Carolo
V. *Wir Burgemeiſter und Rath dieſer freyen*
Reichs-Statt Straſsburg geloben und ſchwert,
daſs wir ſollen und wollen etc. Herrn Carln Ro-
D *miſchen Kayſer etc. als eine freye Statt des*
Heil. Reichs treu und hold ſeyn, auch alles
thun, was wir als eine freye Statt des Reichs,
nach unſern Freyheiten und alten Herkom-
men zuthun ſchuldig und pflichtig ſeyn. Als
unſ helff GOtt und die heiligen Evangelien.

i) Omiſſio uerbi, liberae habetur pro iniuria.

§. XIV, Vltimo loco teſtes medii aeui
addam, quorum iudicio diſcrimen inter
ciuitates *liberas* conſtat et tantummodo
imperiales. Et cum patriae res nunc in
E oculis uerſentur, depromam ex his ipſis
teſtimonia. Ita enim ſeculi XIV. ſcriptor
Iacob *von Kœnigshofen* in chronico Alſat.
cap. 2. p. 118. §. 202. *hievon warent groſſe ir-*
rungen in der Pfaffheit in deſs Reichs Statten
und in den Frigen Stetten. Diploma ca-
pituli Argentoratenſis an. 1452. conceptum
eſt his uerbis: *nos teſtimonium ueritatis di-*
cimus, quod ciuitas Argentoratenſis a tanto
tempore, cuius initii non eſt memoria, fuit
F *et exiſtit ciuitas * libera. Quocirco dun-*
taxat ſeruire conſueuit imperatori Roma-
norum ad ſuam coronationem non ultra. Item
quod ciuitas conſules et conſulatus et eorum
officiatos inſtituit et deſtituit, praecipit,
mandat, interdicit praecepta et mandata
publicari facit. Eadem uerba eodem an.
1452. repetit alius teſtis, a republica roga-
tus *Iacobus de Liechtenberg.* Idemque eo-
dem quoque tempore teſtatus *Henricus*
G *comes Bipontanus* et eius agnatus *Hanne-*
mannus. Quos libellos omnes exhibet a-
nonymus *libertatis Argentoratenſis pag.*
40. 41. ſeq. editus ante triennium in 4t.

k) Teſtes diſcriminis ex medio aeuo.

§. XV. Supereſt, ut reſpondeam quoque
ad argumenta *Knipſchildii* et adſeclarum
partis

Diſſolutio aduerſae partis argumentorum.

Digitized by Google

partis aduerſae, §. 3. *huius cap.* 6. recenſita ſummatim. Ad *primum*, quod recentioris aeui receſſus imperii uel minus curate loquantur uel abutantur uerbo *liberarum* in iuſto laxiori ſignificatu. Ad *alterum* et *tertium* quod filum conſecutionis nullum ſit, catalogos rerum non haberi, ergo rem ipſam falſam eſſe. Ad *quartum*, quod a ſilentio ſcriptorum nullum peti queat argumentum. Quamuis contrarium pateat ex §. 14. antecedente. Ad *quartum* et *quintum* falſum eſſe utrumque. Nam hiſtoria oſtendit cauſam diſcriminis §. 5. *huius cap.* uſumque §. 12. 13. 14. *cap. eiusd.* Ad *ſextum* recentiores Ictos coecos in his duces eſſe, quae repeti debeant ex uetuſtioris aeui monumentis, ut adeo operae pretium non ſit, enumeratione illorum tempus perdere, qui faciant nobiſcum.

DEFINITIO einer gemeinen Reichs Stadt: a) extra Germaniam uſitata, ubi ſufficit immedietas zu einer Reichs-Stadt.

§. XVI. Ceterum ut etiam definitione conſtet, quid inter *liberas* & tantummodo *imperiales* ciuitates interſit, utramque hic accipe. Eſt ergo *ciuitas imperialis, quae Caeſari imperioque paret abſque intermedio domino territorii.* Quo ſenſu etiam illae urbes imperiales ſunt, quae tamen iure ſuffragandi in comitiis, ſummatim coimperio deſtituuntur. Vtpote ciuitates ſitae extra Germaniam, Italiae, Burgundiae, aliarumque prouinciarum. Communiori uero iuris publici ſignificatu *imperiales* in Germania audiunt: *quae non ſolum domino territorii deſtitutae ſoli parent Caeſari imperioque; ſed etiam ſunt in ſocietate coimperii Germanici.* Quamuis enim unum poſſit eſſe ſine altero. Quod olim etiam mediatis, id eſt, prouincialibus ciuitatibus locus fuerit in coimperio comitiorum; hodie etiam poſtquam numerus urbium in comitiis ſemel conſtitutus et definitus ſit, fieri queat, ut urbs emancipetur a domino territorii, quae ideo imperio abſque domino intermedio paret, ſed eapropter non illico ius ſtatus aut coimperii accipit in comitiis, ut potius ad conſequendum alterum hunc gradum nouo Caeſaris imperiique conſenſu opus eſſe uideatur.

b) in Germania, ubi et ius ſtatus requiritur, quae ſignificantius diceretur eine mitregierende Reichs-Stadt.

Definitio einer 1) freyen Reichs-Stadt ſenſu extra Germaniam uſitato.

§. XVII. Sed his limitibus necquicquam continetur ciuitas *imperii libera*. Ciuitatibus enim *tantummodo imperialibus denen gemeinen Reichs-Stædten* imperator, aut, uacante imperio, uicarii ſunt inſtar domini territorialis §. 5. *h. cap.* adeoque quicquid domino territorii fas eſt in municipia et urbes prouinciales, illud etiam iuris habet in imperiales tantummodo ciuitates imperium et imperator. Id eſt, quod §. 6. 7. *h. cap.* dictum: *Imperator in illis urbibus iurisdictionem habet, annua tributa percipit, uectigalia, cenſus, mulctas, iura fiſci ceteraque generis eiusdem*, quae poſt alia argumenta intelligi queunt ex *tit.* 5. §. 1. AB. et ex diplomate Ruperti Caeſaris, quod Dn. *Praeſes* exhibet *in commentario ad AB. p.* 554. Vbi iura illa Caeſaris in communi-

A bus ciuitatibus imperii commendantur uicariis. Verum enimuero *libera* ciuitas ab hoc onere eſt immunis et *iure gaudet territoriali*, ut maioris ordinis *ſtatus* alii, ipſa ſibi lex eſt ſuorum ipſa prouentuum domina, neque Caeſari imperioque tenetur, niſi ad collectas ſummamque in matricula definitam. Qua in re parum eſt, quod liberae ciuitates differant in Germania a liberis ciuitatibus extra eandem in

B Italia. Si enim et hae ex iure territoriali Caeſaris ſiue priuilegio ſiue longo iuris uſu emancipatae ſint, inter utramque nihil intereſt intuitu libertatis ipſius. Quamuis liberis ciuitatibus in Germania illud accedat iure praecipui, quod adſcitae ſint in *ſocietatem coimperii in comitiis* atque adeo nomen mereantur *der mitregierenden Freyen Reichs-Stædte.* Eſt ergo *ciuitas Germaniae imperialis libera illa, quae 1)*

2) einer mitregierenden Freyen-Reichs-Stadt.

C *Caeſari imperioque, abſque domino territorii intermedio paret, 2) in quam ius territoriale nec Caeſar habet nec imperium 3) quaeque in ſocietate coimperii eſt conſtituta.*

Mater confuſionis ambiguitas uerbi libertatis.

§. XIIX. Verum in hac doctrina mater eſſe ſolet confuſionis; quod *libertatis* uox in iure ſit admodum ambigua. Nunc enim in *largiori* ſignificatu illis tantum ordini-

D bus tribuitur, qui pleno iure *territoriali* gaudent; iterum uero ſtrictiori ſenſu de illis dicitur, qui unam tantum uel alteram habent iuris territorialis *partem*. Hodie ſtylo imperialis curiae *primi* generis ordines habent, *die Landes Hoheit*, id eſt, uſus omnium regalium in uno complexu, *poſterioris* autem gaudere dicuntur *der Landes Herrligkeit*, ubi ab uno regali filum conſecutionis non eſt ad reliqua. Quamuis autem diſcrimen inter *Landes Hoheit*

Adpoſita diuerſitas inter Landes-Hoheit et Landes-Herrlichkeit.

Quae tamen uno ſeculo non habet uetuſtiorem aetatem.

E *und Herrlichkeit* unius fere ſeculi aetatem non excedat, ut ordo Ictorum, quod fide Dn. Praeſidis habeo, nuper reſpondit in C. de S. aduerſus domum S.V. eſt tamen hoc tempore uſus in plerisque Germaniae cancellariis receptiſſimus. Ciuitates autem deſtituuntur nomine, quo *liberae* internoſci poſſent ab *imperialibus*. Quapropter fit, ut neque in ipſis imperii receſſibus unum genus ab altero ſeiungatur. Si ta-

F men, quod res ipſa poſtulat, dicere debemus: olim *liberae* ciuitates *freye Reichs-Stædte* illae tantum dictae fuere, quae acceperant ab imperatore *ius territoriale*, aliae autem, quae unam tantum uel alteram eius partem acquiſiuerunt, eapropter nec nomen neque claſſem mutarunt, ſed utrumque retinuerunt. Intelligitur hoc ex ſtylo cancellariae et ſigillatim ex *formula homagii*, in qua primi tantum generis ci-

G uitates audiunt: *ſchwæhren dem Kayſer und dem Reich als eine Freye Stadt treu und hold zu ſeyn*; quod de alterius generis urbibus necquicquam legitur.

Num imperiales ciuitates

§. XIX. Quid vero? Litigant partes inuicem, utri claſſi ciuitas aliqua ſit adnumeranda.

CAP. VI.

...tes praeſumantur liberae? negatur.

randa. Ciuitas ſibi *libertatem* adrogat: quam negat *imperator*. Hoc caſu notandum iuris axioma: *nullam ciuitatem praeſumi liberam.* Vt adeo, quae ciuitas imperii libertatem adlegat, ſiue uniuerſim ſiue in una alteraque parte ſigillatim, illa eandem probare teneatur. Ratio eſt haec: quoniam omnes quondam ciuitates fuere municipales, ut *cap. 4.* dictum doctumque. Municipiis uero a poteſtate ducum exemptis, in locum principis Caeſar ſucceſſit et imperium. Deinde, quia ciuitates pleraeque unam uel alteram iuris territorialis partem acceperunt, ut adeo neque a *particulari* uno ad aliud, neque a *particulari* ad *uniuerſale* ulla ſit conſecutio. Sit caſus: *adrogat ſibi ciuitas* 1) immunitatem ab annuis tributis, 2) exactionem uectigalium, 3) ius *auſſer denen Policey-Sachen*, 4) ius ſtatuta condendi, 5) ius detractus *die Hebung der Nachſteuer*, 6) ius mulctarum et quae ſunt generis eiusdem: nihil dandum ciuitati, neque uniuerſim neque ſigillatim, eum in municipiis haec iura principis ſint, in imperialibus ciuitatibus imperatoris. Neceſſe eſt itaque, ut, quod ſibi adrogat ciuitas, probet, ſe id uel a principe ſuo accepiſſe uel ab imperatore. Pro utroque enim eousque militat praeſumtio.

Libertatem uero probant uel iure reſeruatiuo uel conſtitutiuo.

§. XX. In *probanda* uero *libertate* ordo obſeruandus, plerisque ICtis ignoratus. Scilicet inquirendum eſt in primam cuiusque ciuitatis originem. Vel enim imperator ciuitatem ex *nexu municipali* exemit, ducatu prouinciae uel extincto uel in partes ſciſſo: uel *ipſa ciuitas libertatem* a principe territoriali redemit imperioque *immediata* facta, adſcripta eſt matriculae imperialium. *Primum* quando factum eſt, imperator in loca ducum ſucceſſit, qui omnia iura ſibi imperioque adſeruit, ut, poſt *immedietatem*, eius generis ciuitas prae municipio nihil praecipui habere uideatur, ut *cap. 5.* eſt explicatum. Quod ſi uero in uno alteroue imperator aliquid ciuitati remiſit, illud priuilegio factum eſt, quod doceri debet, non praeſumi. *Alterum* uero ſi accidit, quod tamen euenit rariſſime, imperator nihil iuris in ciuitatem accepit, niſi quod illa ſponte ceſſerat in manus illius. Ceſſio autem haec iterum *facti* eſt neque praeſumitur, ſed pactis uſuque debet comprobari. Quapropter huius generis ciuitas *praeſumtionem* habet *libertatis*. AtqueCaeſari imperioque onus probationis incumbit, quoties aliquid iuris in eam poſtulat.

Multum intereſt inter ciuitates conſtitutione et reſeruatione liberas.

§. XXI. Summatim *primi* generis ciuitatibus *libertas* eſt *conſtitutiua*; *poſterioris* uero *reſeruatiua*. *Illa* probari debet; praeſumitur uero *haec*: *illa* Caeſaris beneficium eſt et, loqui ſic liceat, *feudum datum*, quo ſcilicet intuitu etiam apud comites et principes regio allodium eſſe poteſt, regalia autem feudum, *haec* principis territorialis largitione principium debet, et, ſi feudum adpellatur, *nonniſi oblatum* poteſt adpellari: *illa* interpretationem extenſiuam habet; non *haec*, quae in tantum ſtrictioris eſt ſenſus, in quantum iuribus obuerſatur imperatoris imperiique: *illa* in odioſis eſt; *haec* in fauorabilibus: *illa* facilius libertatem iterum amittit; haec nonniſi omnium difficillime: *illius* generis ciuitates facilius etiam alienantur; quam generis *alterius*. Ad extremum, ſi Germania recuperatorio iudicio uti uellet, libertas *illarum* facile reuocaretur, uerum ſecurae ab illo *hae* eſſent, quippe quae liberalitati principum territorialium debentur, necquicquam Caeſarum indulgentiae et improbae diſſipationi. Atque in ultima claſſe, poſt *patriam* meam, *Hamburgum*, *Embdam*, *Bremam* et generis iſtius alias habeo: ad *primam* autem refero *Sueuiae*, *Franconiae* ciuitates omnes et Rheno uicinas in Caeſaris imperiique domanio.

§. XIX. XXV.

Exemplo Argentorati.

§. XXII. Vt uero id ſigillatim exemplo conſtet, iterum ad patriae annales prouocamus. Patria enim ante *libera* fuit, quam ad imperium acceſſiſſet. Adeoque libertas ei *reſeruatiua* eſt necquicquam *deriuatiua*. Obtulit ſe imperio, ſed *ſalua* ſui *libertate*. Quapropter omnia praecipui iura et praerogatiuas meretur, quas in praecedenti §. 21. dedimus ciuitatibus, *reſeruatione* liberis. Id quod membratim docere poſſem, niſi res inſtituti eſſet prolixoris.

Vſus iurisprudentiae rectioris in hoc argumento.

§. XXIII. Ceterum quamuis ueritatis cauſa diſputem, non uero ad ſenſus utilitatesque aliorum: ne tamen operam in diſcutiendo hoc maximorum Ictorum errore fruſtra feciſſe exiſtimem, de uſu rectioris in hoc argumento iurisprudentiae aliqua ediſſeram.

a) pro Caeſaris recuperando domanio, ſi imperiales non illico liberae exiſtimentur,

§. XXIV. Principio nihil iniquum eſſet, ſi, hoc inter ciuitates cognito diſcrimine, examen iniretur: *quae ciuitas imperialis tantum ſit, quae uero praeterea ſit inter liberas.* Quod certiſſimum eſſe, credam; ignorantiam huius diſcriminis feciſſe, ut plures ſibi libertatem adrogauerint nullo prorſus iure. Hae itaque reduci poſſent ad priſtinam, in qua olim floruerant, faciem. Quod conſilium illi non ſpernent, qui hactenus ſoliciti fuerunt, de *recuperando Caeſari* domanio.

b) ne iura liberarum cum imperialibus confundantur,

§. XXV. Deinde agnoſcit ex hoc diſcrimine imperium, quid ei liceat in ciuitates uel minus. Conſilia enim circa tributa et reductionem ſcultetorum, *die Wiedereinführung der Reichs-Vogteyen und Reichs-Schultzen Aembter*, non tangunt illas, quae *reſeruatione* liberae ſunt §. 20. 21. *h. c.* Et quamuis neque illas tangere uideantur, quae libertatem *conſtitutiuam* habent; his tamen regulae iuris opponi poſſunt; *quod priuilegia amittantur abuſu, quod*

CAP. VI.

quod beneficia propter ingratitudinem liceat reuocare et quae ſunt eiusmodi. Quorum uero neutrum ferire poteſt ciuitates liberas *reſeruatione*. Imo ſi imperium in unius generis ciuitatibus iniquitatem ſentit; non illico animum abiicere debet in illis, quae ſunt generis alius.

c) ut ſciant Icti ubi uel praeſumtionibus locus ſit uel probationibus

§. XXVI. Tum recuperatoriis iudiciis inſtitutis, ante uidendum eſt, quae ciuitas libera ſit *reſeruatiue*. Huic enim *praeſumptiones* libertatis fruſtra in dubium uocabuntur. Contra uero in ciuitatibus *conſtitutione*, id eſt, largitione Caeſarum liberis uidendum eſt: a) num Caeſar largiri potuerit iura libertatis cum tanto imperialis domanii detrimento? b) num priuilegia re uera extent, quae ciuitas tenetur exhibere, c) cum priuilegia partem forte indulgeant libertatis, id eſt, genus unum uel alterum, poſt uero factum ſit, ut ciuitas ſibi uſurparet omnem complexum, d) annon amiſerit priuilegia ciuitas abuſu uel quodam genere delicti? e) num redemerit a Caeſare priuilegium ſenatus, an uero populus, et ſi huius e re ſit, ob procerum tyrannidem, priuilegia iterum tolli, quid iuſtum ſit facto? f) quis imperatorum largitor fuerit priuilegii, notum enim eſt Wenceslai diplomatibus imperiali decreto fidem omnem ſubtractam fuiſſe, g) facta largitione quis ſtatus reipublicae fuerit? h) quam cauſam prae ſe ferat priuilegium et quae ſunt generis eiusdem, unde in dubium uocari poſſunt uires priuilegiorum.

Probationes ſi ex priuilegio repetantur, quod inſtitui queat examen?

Quid dandum ſit praeſcriptioni?

§. XXVII. Verum in tot ſeculorum lapſu aduerſus recuperatoria iudicia ſufficere dicent Icti *praeſcriptionem*. Ego uero cauſas non uideo, quare ad haec tela imperium extimeſcat. Praeſcriptio enim in cauſis rerum hominumque priuatorum merito locum habet: ne ciues inertia peccent, deſidiae pleni; ne lites ſint multiplices et difficiles; ne probationis argumenta temporum aerugine obruantur; ne rerum dominia aeterno ſint incerta; ne praeſumtiones ex legibus exulent rerum derelictarum et quae ſunt generis eiusdem. Verum ſingula fere haec momenta ita ſe habent, ut cum aliis publici iuris argumentis, tum noſtro maxime *prorſus* ſint inconcinna. Quis enim poenam irrogabit reipublicae? qui ob Caeſarum deſidiam mulctabitur imperium? quas tenebras finget pars aduerſa, ubi loquuntur annales, priuilegia, imperialis tabularii plenae fidei inſtrumenta? Tandem quis animum derelinquendi adfinget imperio in tanta rerum imperialium paupertate, inque rebus ac iuribus in Germaniae meditullio?

Vbi illa nullo non tempore dormit.

§. XXVIII. Sit uero locus praeſcriptioni eius generis cauſarum. Dormiet tamen illa, ubi iura laeduntur minorennium et pupillorum. Atqui ſine his nullo tempore eſt respublica. Ita uero horum bona laeduntur. Quod imperatori, in tantis A rerum anguſtiis conſtituto, fas ſit, tributis ordinum ſuccurri. Ordines uero collectas imperii non ex reditibus ſui domanii ſoluere, ſed ciues ſubditosque *ſubcollectare*, uerbo curiali utor, iuris eſt notiſſimi. Et in his ratio habenda pupillorum, minorennium, pauperum, perſonarum miſerabilium generis eiusdem.

§. XXVI.-XXX.

Quid ſentiendum de praeſcriptione immemoriali?

§. XXIX. Neque eſt, quod *praeſcriptionem* immemorialem, anile illud terriculamentum, B recuperatoriis iudiciis opponamus. Vbi non obtinet longiſſimi temporis praeſcriptio, ibi multo magis exulat *praeſcriptio immemorialis*. Hanc enim Romani in rebus tantummodo nauci adhibuerunt, ubi operae pretium non fuerat, *tempus* probare praeſcriptionibus *longis* et *longiſſimis* definitum: uerum ubi ſatis eſſe uidebatur, *contrarii memoriam* non extitiſſe, quamuis obſcurae rei aetas non eſſet C unius uel alterius anni. Fruſtra ergo doctores ſunt, qui regalia, domanialia resque maximi momenti alias, quas longiſſimo tempore praeſcribi non poſſe, ipſi iudicant, *praeſcriptione* tamen amitti opinantur immemoriali. Qui error cum ſit communiſſimus, plenius excuti debet, quam praeſens nunc fert inſtitutum. Colligemus tamen hic calculos ſummatim.

Quid de LL. huius praeſcriptionis?

D §. XXX. Principio uerba legum recitabimus, quae pro adſerenda immemoriali praeſcriptione ſolent adlegari. Potiſſima earum eſt *l. hoc iure 3. §. 4. ductus ff. de aqua quotidiana*, ita enim ibi POMPONIVS: *Ductus aquae, cuius origo * memoriam exceſſit iure conſtituti loco habetur.* Alteram habet Scaeuola *l. 26. ff. de aqua pluuia arcenda* his uerbis: *Scaeuola respondit, ſolere eos, qui iuri dicundo praeſunt, tueri ductus aquae,* E *quibus auctoritatem * uetuſtas daret, etſi ius non probaretur.* Tertia et quarta huic congruunt *L. 1. ſi cui aqua §. 23. ff. de aqua pluuia* ubi VLPIANVS: *ſi lex agri* (in aqua pluuia) *non inueniatur, * uetuſtas uicem legis tenet.* Idem fere PAVLVS *l. 2. pr. ff. de aqua pluuia* dicit: *tria ſunt, per quae locus inferior ſuperiori ſeruit* (de aqua pluuia non minus ſermo) *lex* (conſtitutio), *natura* (ſitus), *uetuſtas* (tempus immemoriale). F Iterum VLPIANVS alio loco *l. 10. pr. ff. ſi ſeruitus uindicetur*, ita ſentit: *ſi quis diuturno uſu* (cuius memoria non extat) *et longa quaſi poſſeſſione ius aquae ducendae nactus ſit, non eſt ei docere de iure.* Addo aliam LABEONIS *l. 2. §. 7. ff. de aqua pluuia: plane ſi foſſa iure facta ſit, aut * cuius memoria non extat, agi tecum poſſe aquae pluuiae arcendae, ut reficias.* Et PAVLVS *l. 23. ff eodem* ait: *aggeres iuxta flumina in priuato facti in* G *arbitrium aquae pluuiae arcendae ueniunt, etiamſi trans flumen noceant, ita ſi * memoria eorum extet et ſi fieri non debuerunt.* Atque hae illae leges ſunt, ex quibus *immemorialem* praeſcriptionem doctores

prima, *altera,* *tertia,* *quarta,* *quinta,* *ſexta,* *ſeptima.*

non

Digitized by Google

CAP. VI

non ſolum effinxerunt; ſed etiam, multo grauiori erratione, eandem praetulere longiſſimi temporis praeſcriptioni, ut, quae *triginta*, *quadraginta* aut *ſeptuaginta*, imo *centum* annis praeſcribi non poſſent, illa iura *praeſcriptionis immemorialis* idolo extinguerentur. Quae opinio quamuis ſit *communiſſima* et omnes fere doctores habeat patronos, nobis tamen et iniquiſſima uidetur et alieniſſima a rationibus iuris Romani.

§. XXXI. Id ſcilicet demonſtrandum a nobis eſt, quae iura *praeſcribi* nequeant *longiſſimi* temporis praeſcriptione, illa multo minus praeſcribi poſſe praeſcriptione *immemoriali*. *Primo* enim leges Romanae *immemoriali* praeſcriptione notant res longe minoris momenti, utpote aquae pluuiae curſum, quam illae ſunt, quas afficit *longiſſimi* temporis praeſcriptio. Vt adeo fieri non poſſit ultimam prima eſſe minorem. *Deinde* abſurdiſſimum eſſet, res ipſas pro diuerſis earum rationibus praeſcribi decem, uiginti, triginta, quadraginta annis: rerum autem ſeruitutes maius quid uelle, id eſt, his praeſcriptionibus maiorem et magis momentoſam, *immemorialem*. Quaſi facilius eſſet, rem omnem amittere, quam rei aliquam partem modumque. Contra potius arguendum: ei, cui uitam eripere poſſum, quidni eripere poſſim libertatem. Vt adeo egomet cum illis omnino faciam, qui ita ſentiunt, ſeruitutes uel longo uel longiſſimo tempore praeſcribi, uel, ſi doceri hi termini nequeant, demum immemoriali. *Praeterea* cum rei notitia, quae forte in obſcuro loco aut peſtis tempore facta eſt, uno uel altero menſe ex hominum memoria poſſit excidere; hinc manifeſta eſt conſecutio, longe abſurdiſſimum fore praeſcriptione immemoriali uel iura reipublicae delere uel res illas, quae non niſi longiſſimi temporis praeſcriptione poſſunt amitti. Ita enim praeſcriptionis immemorialis patroni fere omnes *l. ſi arbiter 28. ff. de probation.* accipiunt, ut praeſcriptio immemorialis non inſtrumentorum, ſed hominum memoriam requirat ſuperſtitum, qui id factum eſſe uel ipſe uidiſſet uel audiuiſſet ab aliis. *Ad extremum* memini etiam ſententiae fidiſſimi praeceptoris mei, b. m. STRYKII, quem Papiniani nomine merito ſuo cum Fridericiana dolet, tum orbis fere litteratus uniuerſus. Scilicet ipſe agnoſcit uir, poſt fata etiam illuſtris, praeſcriptionem immemorialem nimium licenter doctores principibus obtruſiſſe, quaſi *regalia*, arae et foci huic idolo eſſent dicandi. Ipſe tamen ſubſtitit in huius atrio ueritatis, quam primis labris hic attigit magis, quam imbibit ac digeſſit. Haec enim eius uerba ſunt in *epiſtola*, qua praeſcriptionis immemorialis patronum, cui de partu huius fulminis gratulari debuerat, non immerito notauit: *Sane materia* praeſcriptionis immemorialis, *inuo-*

Idolum praeſcriptionis immemorialis ex iurisprudentia euertitur.

Quia a) praeſcriptio immemorialis obtinet tantum in rebus minoris momenti.

b) abſonum eſſet rem ipſam praeſcribi poſſe, non rei ſeruitutem.

c) immemorialis praeſcriptio poteſt eſſe unico etiam anno breuior.

d) ab hac ueritate quam proxime abeſt b. m. Strykius.

A *luta eſt dubiis, licet eius auctoritas ubique locorum maxima ſit, adeo, ut etiam reges principesque, quod mirandum omnino eſt, huic annorum curriculo iura eminentiora ſubmiſerint, imo in uindicandis illis, quae a ſubditis inique occupata uel uſurpata ſunt,* * *caſum exceperint praeſcriptionis immemorialis. Quod ſi autem penitius inquiratur, unde deſcendat hoc iuris uinculum, non illico patebit reſponſio* (quam nos dabimus

B inferius). *Non quidem ignotum eſt, iam tum iure Romano* * *uetuſtati hanc tributam eſſe auctoritatem ab Vlpiano Pauloque, Ictis, ut uicem legis obtineat* l. 2. §. ult. et l. 3. ff. de aqua pluu. et aquae ductu, *cuius origo memoriam hominis exceſſit, iuris conſtituti loco haberi a Pomponio* l. 3. §. 4. ff. de aqua quotid. *At uero haec ad iura priuatorum inter ſe ſpectare* (adde, talia iura, quae non merentur, ut longi aut longiſ-

C ſimi temporis lapſus a praeſcriptore probetur), *contextus ipſe docet neque inde aliquid praeſidii accedere poteſt rerum principis poſſeſſoribus.* Neſcio an maioris facere debeam candorem ſcribentis, an ſimplicem animum athletae, qui notam in ſe ſcriptam bona fide operi ſuo praemiſit. *Ad extremum* cauſae huius errationis aperiri poſſunt, quibus excluſus ſit foetus fulminator *praeſcriptionis immemorialis.*

D Abſona ſcilicet et peſſime congruens interpretatio *cap. ſuper quibusd. 26. X. de uerb. ſignif.* quod ita ſe habet: *Cum pedagia tibi* (comiti Tholoſano,) *interdixerit legatus* (apoſtolicus), *duximus illa eſſe pedagia interdicta, quae non adpareat uel imperatorum, uel regum, uel concilii Lateran. largitione conceſſa, uel ex antiqua conſuetudine, a tempore* * *cuius memoria non extat, introducta.* Inde ergo ignauorum inter-

E pretum regula iuris: *praeſcriptione immemoriali regalia praeſcribi, templa, aras, focos et nihil denique non*, a quocunque illa poſſeſſore adlegetur. Verumtamen cum omnes ita ſentiant Icti, ſuam quoque ignorantiam produnt omnes cauſae, ob quam ſcriptum eſſe capitulum conſtat. Scilicet conuenerat apoſtolicus legatus cum Raimundo Tholoſano comite cc. an. 1210. ne nouis uectigalibus uel ſubditos oneraret

F uel peregrinatores. A qua conuentione cum breui poſt diſceſſiſſet comes, ab legato papae ſacris interdicitur. Querelam inde mouet apud papam; quaſi, uectigalium ergo *excommunicatus* eſſet, quae tamen inter fiſci iura ſint referenda. Reſpondet papa, non prohiberi comitem a uetuſtiorum uectigalium perceptione, ſed tantum ab exactione illorum, quae intra hominum memoriam, nouo ipſe institu-

G to, iter facientibus impoſuiſſet. Docuit me hanc hiſtoriam *Guilielmus* CATEL *en ſon hiſtoire de Toloſe liur. 2. ad ann. 1210. p.* 260. cuius uerba recitatu ſunt prolixiora. Patet itaque, non hic de amiſſione, ſed acquiſitione regalium ſermonem eſſe; de-

§. XXXI. XXXII.

e) Cap. 26. X. de V. S. peſſime intelligitur omnibus Ictis.

Digitized by Google

CAP. VI. VII. inde comitem Tholoſanum, ſui iuris principem, non, praeſcriptione triginta aut quadraginta annorum onerari potuiſſe, uerum id ei ſatis fuiſſe, ſi non extitiſſet memoria, quo comes noua uectigalia indixiſſet; poſtea reſcriptum hoc papae in perſonam comitis, a pacto reſilientis, conceptum eſſe adeoque alios necquicquam obligare. Quo certe rerum ſtatu opus non eſt effugiis aut diuerticulis; *a papae reſcriptis principum iura non pendere; euangelicos minimum principes eiſdem diu nuntium miſiſſe*, et quae ſunt generis eiusdem, quibus b. m. doctor meus hoc fulmen euitare conatur. Eſt enim ex ſupra dictis ſatis clarum, pontificis animum hic non fuiſſe, ea quae neque longi neque longiſſimi temporis praeſcriptione amitti poſſunt, extinguere praeſcriptione immemoriali. Id quod fuerat demonſtrandum. Et qui adeo improbus adſertor fuerit papa; cum tanta rectioris dogmatis religio ſit *cap. intellecto 33. X. de iureiur.* Vt qui inde patrocinium praeſcriptioni domaniorum reperunt, cum recta ratione inſanire uideantur.

A B C

§. XXXII. Merito itaque praeſcriptionem immemorialem cerebro et figmentis tribuere poſſumus ICtorum, qui uel ignauia lapſi ſunt, uel malitia ſtudioque partium. *Primum* fieri potuit, *cum*, quod doctores in legum occaſiones cauſasque inquirere neſciant, quarum gratia condita fuit, optimo adeoque interpretationis praeſidio deſtituantur; *tum* quod curſim et quaſi per tranſennam ſcripta cum legibus ipſis ſoleant permiſcere. *Alterum* uero ut credam, mihi rerum adminiſtri ſuadent. Hi enim cum plerumque etiam ſpolia principis et reipublicae in diuitiis uel ſuis numerent uel ſuorum: principi oculos hoc glaucomate obduxere, finem omnium iurium facere praeſcriptionis idolum immemorialis. Sed haec omnia exigunt ſcenam pleniorem. Nobis enim hic illud ſatis eſt, neniam canere, quotquot imperialium ciuitatum licentioſas et uiolentas emancipationes a nexu, quo Caeſari imperioque addictae ſunt, tueri conantur tegumento praeſcriptionis immemorialis.

§. XXXII. I. II. III. Quibus ICtis fabula debeatur praeſcriptionis immemorialis.

CAP. VII.

Fabulae ICtorum, imperiales ciuitates gaudere iure territoriali.

§. I.

Argumenti difficultas inter ICtos.

AMbigui ſunt titubantque in hoc argumento ICti et quamuis unus quaeſtionem neget, alter affirmet eandem: latent tamen utrosque idoneae ad ſentiendum et reſpondendum cauſae. Quapropter quilibet eam ſibi opinionem eligit, quam ſibi utilem fore exiſtimat: quod cuique facere omnino licet, quamdiu hoc thema pro iuris habetur problemate, de quo ſentiri et diſputari poſſit in partem utramque.

Opuſculum de eo nouiſſimum.

§. II. Nuperrime, *Wilduogelio* praeſide, multi magnique nominis ICto, candidatus iuris Fridericus Heilbronnerus argumentum hoc reſpondit publice *de ſuperioritate territoriali ciuitatum imperialium.* Verum enimuero alia fere argumenta auctor non habet, quam illa, quibus olim iam uſus eſt *Knipſchildius lib. 2. cap. 5.* ut iura territorialia ciuitatibus adſereret imperialibus. Vt taceam illum prolixum quidem eſſe in origine *ſuperioritatis territorialis* inueſtiganda et uariis doctorum recenſendis opinionibus, breuem in adplicatione eiusdem iuris ad imperiales ciuitates. In neutro capite uel ipſi conſentimus uel ulli doctori.

Error ICtor. 1) quod confundant inuicem iura territorialia,

§. III. In origine ſuperioritatis territorialis commiſceri non debent ordines, de quorum *ſuperioritate* inſtituitur diſputatio: *Archiprincipes* enim eandem acceperunt

D E F

extinctis Carolingicis imperatoribus an. 912. quod dictum eſt *cap. 3. §. 6.* & plenius a *Dn. Praeſide in diſſertat. Germaniae principis ſub Cunrado I. cap. 5. uid. tom. II. lib. I. opuſc. II.* ut fruſtra ſint aliter ſentientes. *Principes* uero alii ante non conſecuti ſunt territorii iura, quam, diuulſis uel extinctis ducatibus, imperator cum imperii conſenſu eadem illis detuliſſet. Quam metamorphoſin Friderico I. imperante et poſt tempora Cunradi IV. accidiſſe Germaniae, ſcriptum eſt cap. 5. §. 7. 8. 9. 11. 12. 23. De *comitibus* uno id tempore factum eſſe, dici nequit. Cum enim non reperiam, comitem ullum, iuriſdictione ducis exemptum, intra limites ſui comitatus id Caeſari dediſſe, ut iura territorialia ab illo exercerentur: inde coniecturam habeo, comitibus quoque, exemtione facta, illico territorii iura acceſſiſſe; quamuis neminem lateat, comitibus prouincialibus eiuſlem tantum iuriſdictionem demandatam fuiſſe, omni imperio territoriali penes archiprincipes uel duces. Inde eſt, quod generis illius comitibus, quo duces aut principes facti ſunt, intuitu poteſtatis ſuae in ſubditos uaſallos nil quicquam acceſſit, quod comites ante non habuerant, quam a Caeſare principes eſſent adpellati. Imo dubito, ut exemplis rem illuſtrem, comites Holſatiae et Würtenbergi ante ſub comitum titulis uel

a) archiprincipum,

b) principum,

c) comitum,

uel etiam in ipſis comitiis minorem auctoritatem habuiſſe, quam poſt in illis nacti ſunt creati principes. Non enim mihi perſuadere poſſum primum Friderico V. alterum Maximil. I. imperantibus ſuffragia tantum curiata habuiſſe. Inter principem ergo et comitem imperialem tum nihil interfuit, quam nomen. Quapropter domini territoriorum Belgii et in ipſa Germania limitanei comites, markgrauii, operae pretium non habuerunt, nomen otioſum mercari, ſed comitis uerbo acquieuerunt. Quamuis iidem comites quandoque et *principes* et *duces* nominentur in diplomatibus, nonnunquam etiam *comites principales*, *Gefürſtete Gräfen*, ut a comitibus landſaſſiis diſtinguerentur.

d) ciuitatum.

Ciuitatum uero nulla ius territoriale habuit *ordinarie*. Quoniam exemtis ciuitatibus imperator fuit loco ducis *cap. 6. §. 5. 6. 7. ſeq.* et in primis *§. 17.* qui omnibus etiam illis iuribus defunctus eſt, quae ad regalia et territorialia ciuitatis pertinere uidentur. Scilicet imperator eius generis ciuitatum iudicia exercuit, leges tulit, indixit gabellas, cenſus percepit, priuilegiaque et contulit et ſuſtulit omniaque fecit, quae eſſe ſolent domini territorialis. Qua in re tantum prouoco ad diplomata ciuitatum imperialium, unde conſtat, Caeſares illis nuncunum regale, iterumque alterum ſigillatim conceſſiſſe. Vnde omnium clariſſime conſtat, neque ciuitates imperiales, quod Caeſarum largitione demum acceperunt, antea habuiſſe, neque uno eadem tempore accepiſſe adeoque ante illis iura territorialia tribui non poſſe, quam complexus omnium regalium doceatur.

II) Ictor. error, quod territorii iura, quae liberis ciuitatibus competunt, etiam tribuant imperialibus.

§. IV. Deinde labuntur in eo Icti Germaniae, quod ciuitates *liberas* confundant cum *imperialibus*. Quamuis enim *primo* generi ciuitatum *denen freyen Reichs-Stædten* territorii iura danda ſint, quod ſcripſimus *cap. 6. §. 17. 18.* ea tamen dari nequeunt illis, quae tantummodo in claſſe ſunt imperialium. Quis enim territorialia iura tribuet ei, qui alteri annuatim eſt tributarius, qui legiſlatorio et iudiciario iure deſtituitur, rebusque aliis, in quibus ratio uerſatur territorialium ſtatuum. Sed omne hoc imperialibus ciuitatibus deeſſe, non uno loco diximus *cap. 6.*

III) Error Ictor. quod ſingularia confundant cum uniuerſo.

§. V. Praeterea falluntur Icti, qui ab uno et altero regali inconſiderate arguunt ad complexus omnium. Summatim, quod illa, quae nomine ueniunt *der Landes Herrlichkeit* confundere cum illis ſoleant, quae complectitur uno uerbo *der Landes Hoheit*, quod *cap. 6. §. 18.* explicauimus. Sit enim, ciuitati, Caeſare largitore, datum eſſe ius monetandi, ius magiſtratuum, iudiciarium et pauca alia: non eapropter imperator excidit iuribus in iſtam ciuitatem aliis. Cum a particulari ad uniuerſale ſi non nullum ſit conſecutionis. Quamuis igitur in eccleſiaſtico iure autonomiam habeant ciuitates omnes imperiales, quae ſacris addictae ſunt euangelicis, quod fidei formula Caeſaris non ferat, hac ſparta defungi *principem ſecularem*, ut adeo *Artic. V. theſ. 16. §. 48. 49. Inſtr. Pac.* non minus ad easdem, quam ipſos imperii principes uideatur pertinere: nullum tamen inde ad iura territorialia eſt argumentum. Cum praeter iura conſiſtorii nil ciuitatibus ibi datum eſſe uideatur.

IV) Error Ictor. quod iura immediatatis confundant cum iure territoriali.

§. VI. Porro urget KNIPSCHILDIVS *lib. 2. cap. 4. n. 10.* neque ſine errore, *ius tamen ſtatuum non otioſum eſſe, ſed* iure *amictum eſſe* territoriali *Thom.* MICHAEL *de iurisd. concl. 44.* Verum ius *ſtatus* nihil confert aut detrahit iuribus *territorii*, quorſum confer ea, quae ſcripſimus *cap. 6. §. 16. 17.* Nam illac non minus ciuitates, quae Caeſari annua ſoluunt tributa, quae magiſtratuum, ſtatutorum aliisque iuribus fuere deſtitutae, imo, quae prorſus fuere prouinciales *cap. 4. toto*, nihilominus *ſuffragia* in comitiis tuliſſe conſtat: ut adeo primo iuri cum altero nihil prorſus ſit commune. Quare nec hodie inconcinnum eſt, comitem aut epiſcopum *prouincialem* eſſe ſiue *landſaſſium* et eundem tamen ſuffragii iure gaudere in comitiis. Notae ſunt controuerſiae de comitatibus Waldeccenſi, Mansfeldenſi aliisque. Quarum cauſarum patroni utinam magis uerſati fuiſſent in rebus medii aeui et minorem in legibus Latii induſtriam habuiſſent.

V) Error Ictor. quo facta miſcent cum iure.

§. VII. Ad extremum prouocat KNIPSCHILDIVS *cap. 5. n. 10.* aduerſarios, ut nominent imperialem ciuitatem, quae iure territoriali ſit deſtituta. Imo addit: ſi neque imperator, neque imperium ius *excercent territoriale* in ciuitates imperiales, neceſſum eſt, ipſas eodem gaudere. Verum, quod ad *primum* attinet, catalogus illarum ciuitatum huc pertinet, ubi Caeſar hodieque *annua tributa* uel ipſe percipit uel adſignat eadem aliis; ubi uerbum auditur imperialis ſculteti *des Reichs-Schultzen*; ubi ex codice priuilegiorum ciuitatis conſtat, Caeſares ei quaedam iura dediſſe, *einige Herrlichkeiten*, non omnia et ſingula in uno complexu, *die Landes Hoheit*. Summatim, quae ciuitas complexum eius generis iurium docere neſcit, illa ſibi fruſtra adrogat iura territorialia. Ad *alterum* uero referenda ſunt, quae *cap. 6. §. 24. 25.* et ſequentibus ſcripſi, uſurpare plura ciuitates, ſiue conniuente ſiue ignorante imperio, ſed recuperandi iura propterea necquicquam amiſſa eſſe.

VI) Error Ictor. quo nimii ſunt in enumeratione iurium, ciuitatibus competentium imperialibus.

§. VIII. Fidentior fere Knipſchildio eſt nouiſſimus diſſertator, qui omnibus ciuitatibus imperii immediatis ſingula tribuit regalia ſigillatim, neque poſt monetandi et poſtarum iura ipſi occurrit aliquid, quod

quod re ipſa illae non habeant. Verum enimuero iuſto largius eſſe hoc adſertum, illae ciuitates comprobabunt, *primo* quae hodieque deſiderant *iuriſdictionem*, quam intra moenia etiam ſua Caeſaris eſſe agnoſcunt, ſculteto eius *dem Reichs-Schultzen* demandatam; *deinde* quae *iure belli* carent, quod Caeſar eas armatae alicuius principis ſubiecerit aduocatiae, *die einem Reichs-Vogt unterworffen ſeyn*, cum, me auctore, inter munera *eines Reichs-Schultzen und Reichs-Vogts* plurimum interſit, quamuis utraque etiam ſparta pendeat quandoque ab arbitratu principis unius; *poſt*, quae Caeſari tributa ſoluunt annuatim; *tum*, quae peregrinos in publicis uiis conductores habent; praeterea uectigalia et portoria in ſua ditione ſoluunt peregrinis; *porro* peregrinos iudices habent in cauſis maioris momenti *denen Fraiſch-Fællen*. Quae ſingula exemplis comprobare poſſem, niſi mei inſtituti rationes ire iuberent per epitomas neque e re ſit, ciuitates imperiales officii ſui admonere ſigillatim.

Sunt quaedam ciuitates inſtructae ſuperioritate territoriali. Quod docetur exemplis.

§. IX. Quamuis autem ex hactenus adlegatis rationibus clare conſtet, ciuitates imperii *territorialia iura non ſecum ferre*; eſſe tamen quasdam ciuitates, quibus praecipui iure *ſuperioritas territorialis* debeatur, uel exemplo docere poſſum, dulciſſimae iterum patriae meae, Argentorati. Hanc enim ciuitatem nullo non genere *ſuperioritatis* territorialis gauiſam eſſe, plura comprobant argumenta. *Principio* Argentoratum ante etiam, quam Germanico imperio ſe addixiſſet, habuit autonomiam, quod oſtenſum eſt *cap. 5. §. 32. 33. 34. ſeq.* Adeoque ſuperioritatem non accepit ab imperatore imperioque, ſed reſeruauit ſibi illam, neque, niſi hac ſalua et integra, fidem ſuam imperio addixit; ut uidimus *cap. 6. §. 22.* Accedit, quod illa *praeſumtionem* ſuperioritatis territorialis mereatur, cum *libertatem* habeat *reſeruatiuam*, id eſt, reſeruando conſtitutam *cap. 6. §. 26.* Neque aliquid ultra petiit obtinuitque ab Argentoratenſibus imperator, quam armorum ſocietatem in expeditione Romana *cap. 6. §. 11. 12.* quo tamen ſeruitii genere ſupremi etiam in Germania ordinis principes electores tenentur, ut manifeſtum ſit, illud territoriali ſuperioritati necquicquam obeſſe uel aduerſari. Vnde intelligo, quare aliter fidem ſuam Caeſari renouare noluerit, quam hac formula, *ſalua urbi libertate* cap. 6. §. 13.

Argentoratenſium priuilegium de non praeſtando homagio imperatori.

§. X. Illud uero prorſus ſingulare, quod in mores iuerit apud Argentoratenſes, ne imperatori fidei aliquam formulam *iurarent*, aliis imperii ciuitatibus ſolenniſſimam. Ita enim habetur in *regeſtis Argentoratenſib. tit. keinem Kayſer ſwörn.* Verba ipſa ſunt haec: *zu dem erſten iſt die Statt Straßburg alſo frey, daß man in keinen geſchrifften findet, daß von den Zeiten Kayſer Otten dritten,* an. 1001. *die Statt Straßburg kheinem Kayſer oder Kunig ie geſchwohren hatt. Sondern iſt Sie eins ſolchen durch ihrer Fromkeit, Trüwe und Glouben, domit ſie ſich by und an dem heyligen Reich alzeit ehrlich, löblich, wol und gehorſamlich gehalten hat, bitz har gnediglich erlaſſen worden. Für alle andere Stætte deß Reichs, welche alle ſolche pflicht gethan haben und thun müſſen. Als man diß auch ſchin hatt und ſchrifftlich erfarung.* Eius immunitatis a iureiurando tantopere etiam ſtudioſi fuerunt, ut, poſt Smalcaldienſe foedus, Carolo V. iterum conciliati, admodum difficiles eſſent, fidem ei inſtaurare iureiurando. Qui tamen caſus ſingulares cauſas habuit, ſcilicet, ut animum hoſtilem eierarent ciues, quem oſtenderant communis aduerſus Carolum foederis ſocii. Vt adeo inde ad *homagia* ordinum imperii conſueta alia, quae nouo cuique Caeſari praeſtanda ſunt, nullum filum conſecutionis. Quo fine etiam formula acceſſit, qua conteſtati ſunt Argentoratenſes, quod tum factum ſit, id praeiudicio non eſſe aut tollere poſſe eorundem a iureiurando immunitatem. Accipe formulam an. 1547. ſcriptam, quae haec eſt: *Nachdem in recht wol und heilſamlich zugloſſen, das derjenig ſo ſich beſchwerlichs Ingangs befaren oder beſorgen muß, daß ihme ſein Handlung khünfftiger Zeit zu Nachthil oder Abbruch ſeiner habenden Freyheiten und Herkommen gelangen mög, ſich ſeines Gemüts und Meinung durch ein offentliche* Proteſtation, *wie ſich gebürt, erkleren oder erleutern, und alſo ſeine Rechte, Freyheit und Gebrauch im in alle Weg nottürfftiglich vorbehalten mög. Hierauff* proteſtiren *und bezeugen ſie die Edlen Geſtrengen, Ehrnveſten, Fürſichtigen, Erſamen und Weiſen Herren Meiſter und Rat der Stadt Straßburg, daß ſie durch ietzgethanen gegenwirtigen iren* Actum *oder Handlung, irem unuerdencklichen Herkomen,* libertet *und Freyheiten, daß ſie zuvor nie keinem Ræmiſchen Keiſern geſchworen, damit keines Wegs einigen Abbruch oder Schmelerung gethan, noch ſich dardurch andern nachkommenden Ræmiſchen Keiſern, gleichermaſſen zu* iuriren *in einigen Weg* obligirt *oder bindtlich gemacht; ſonder allein ietz regierender Keiſerl. Maieſt. unſerm Allergnædigſten Herrn, vermæg abgeredter und uffgerichter* capitulation *gehorſamlich Huldigung gethan haben wællen. [illegible] auch der hochwürdig Fürſt und Herr, Herr Anthoni Perenot von Granuelle, Biſchoff zu Arras, der Keiſerl. Maieſt. Oberſter Rath, in der gehapten Vnterhandlung zu Nærdlingen, eins Erſamen Rahts Geſanten mehrmals gnedige Vertræſtung gthan, daß gegenwertige Huldigung einem Erſamen Raht und gemeiner Stadt, in künfftigen Zeiten an dem alten*

Herkom-

Digitized by Google

CAP. VII. §. X. XI. XII.

Herkommen und liberteten, *mit nichten* praeiudiciren *oder verletzlich ſein ſolte noch würde. Solchs alles und iedes* proteſtiren, *bedingen und bezeugen ſich bemelte Herren Meiſter und Raht, in hæchſter und beſter Form, wie ſolichs von rechts oder gewonheit wegen, zum beſtendigſten geſchehen ſoll kan oder mag, vor euch Herren Notari und gegenwertigen Gezeugen.* Requiriren *und erfordern auch euch Herrn Notari, inen ampts halben diſer Handlung eins oder mehr offen* Inſtrument, *in gwonlicher Form uffzurichten und mitzutheilen, ſich haben im fall der Nothdurfft deren zugebrauchen; mit dem fernern Anhang, daß ſie dieſen Vorbehalt oder Bedingung, wegen der hæchſtgedachter Kaiſerl. Mat. oder auch obangeregtem Nærdlingiſchen Tractat oder Verſünung keines wegs zu wider, Verkleinerung oder Abbruch gethan, ſonder allein us obgehærten Vrſachen fürgewendet haben wollen, davon abermals zierlich* proteſtirend etc. Quam Caeſaris mandatarius, SELDIVS ille, rerum iuriumque Germanicorum callentiſſimus uir, tantum abeſt ut improbauerit, ut potius ſuo eandem adprobauerit calculo. Cum enim Argentoratenſes iura haec ſua eidem his uere rationibus alibi expoſuiſſent. *Deß Schwerens halb zeigt man ihm ane, im iahr 1552. daß ein Statt Straßburg von unverdencklichen iahren alſo herkommen, daß Sie nie keinem Ræmiſchen Kayſer oder Kunig geſchworen. Es hetten auch Ihr Maieſtæt Vorfahren, Kayſer Friderich und Kayſer Maximilian ſy by ſolchem herkommen bleiben laſſen. So war der Rath und die dreyzehner der troſtlichen hoffnung, Ihr Maieſt. wurde es deß Schwerens halben auch by dem alten herkommen laſſen. Es wære wohl nit ohne, es hætte der Rath nach vorhergegangener Anſuchung, vermög der abgeredten* capitulation, *der Kaiſerl. Maieſt.* commiſſarien *geſchwohren und* iuramentum fidelitatis *gethan: aber ſich dazumahl* proteſtiret *und bezeuget, daß er ſolches alles Ihr Maieſt. in krafft der* capitulation *gethan. Vnd dardurch kein umgang wider der Stadt herkommen gemacht haben wollt. Wie dann auch in der handlung dozumahl Herr von Arras, ſelber denen Geſandten ſagt: diß wer ein perſonal werck, gieng allein ietzige Kæyſerl. Maieſt. perſon an* (iuramentum eſſe de reconciliatione gratiae Caeſaris ſacta poſt diſſidia, ſacrorum cauſa, excitata) *und ſollte derhalben in künfftigen der Stadt nicht* praeiudiciren. Repoſuit Seldius, legatus Caeſaris: *So viel das ſchwærn der gemin betræffe, hætt Ihr Maieſt. das herkommen der Stadt nicht gewuſt, ſondern vermeint, es wære der Gebrauch da, wie in andern Stætten. Vnd zwiffelt er der Vice-Cantzler* (Seldius) *nicht, wo Ihr Maieſt. es bericht geweſen, Sy wird es nicht begehret haben. Er wolt es aber Ihr Maieſt. anzeigen. Verſehe ſich gæntzlich ihr Maieſt. wære es by dem alten herkommen bleiben laſſen.* Is autem cauſae ſucceſſus fuit, ut Caeſar accepta excuſatione, a iurisiurandi iuſſione deſiſteret et ciuitas in *contradictorio*, quod dicitur, uictoriam reportaret.

A negatione homagii num ſilum conſecutionis ſit ad iura territorialia?

§. XI. Quamuis uero neſcii non ſimus, iuri territoriali neque homagia aduerſari neque iuramenta fidelitatis; *deinde* etiam uinculum ſubiectionis, quod nuda promiſſione abſoluitur, infirmius non ſit eo, quod ueſtitur iuramento; *porro* fieri poſſet, ut landſaſſio aut ſubdito ordinis alius ſolennitas iurisiurandi remitteretur, cuius tamen nexus ea propter ceteris neque laxior ſit neque liberior; *poſt* tantus iuramentorum in Germania ſit abuſus, ut in uotis ſit ciuium chriſtianorum fides ſubditorum iniurata *Dn. Praeſes in iure feudali iuxta mores medii aeui ſect. I. cap. 4. §. 6. p. 70. 71. litt. x* ad *extremum* pluribus uaſallis formula iurisiurandi ſit remiſſa, quorum tamen ea propter non minora ſint officia fidelitatis *2. F. 76. pr.* Verum enimuero cum tot argumenta alia militent pro libertate et iure territoriali Argentoratenſis reipublicae; *deinde* in tanta iuramentorum ubertate, quibus Germanicum imperium ſubditos ſuos et ordinis cuiuscunque proceres tenet, non ſine graui fieri potuerit cauſa, Argentoratenſes liberos manſiſſe ab iurisiurandi officio; *tum* in *reſeruatiua* illa libertate, *cap. 6. §. 21. 22.* oſtenſa, fieri potuerit facillime, ut ciuitas inter illas conditiones, in quibus imperium Germanicum ſublit, hanc etiam eſſe uellet, ne homagii iuſto liberiori ſignificatu ſuae libertatis ſentire poſſet decrementum, aut inde metuere aliquod periculum; *tandem* in medii quoque aeui notitia illud reperiam, quod archiprincipes promiſerint imperio fidem, non iurauerint: inter argumenta libertatis et ſuperioritatis territorialis omnino etiam hoc eſſe exiſtimo, quod fides Argentoratenſium ab imperatoribus adſtringi non potuerit ullius generis formulae iurisiurandi.

Bruningii ICti iudicium de patriae iuribus iniquiſſimum in hoc argumento.

§. XII. In hoc argumento de patriae meae iuribus iniquiſſimus quondam fuerat iudex, *Ioann.* BRVNINGH, *in diſſertat. de homagio theſ. 351. ſeq.* quae etiam inter *Baſileenſes* habetur *uol. 5.* Scilicet plura ſunt, in quibus patriae iuribus obuiam it ille Ictus. *Primum* eſt, quare hoc patriae priuilegium, de non praeſtando homagio in dubium uocat, quod hoc euertat rationem nexus, quo omnes ciuitates imperio tenentur. *Repono*, de imperialibus id tantum uerum eſſe ciuitatibus, non de liberis quibusque, *von freyen Reichs-Stædten*, quae poſt alia praecipui iura etiam id habere poſſint, ne obligent ſe iureiurando. Et, ubi pacta loquuntur, fruſtra diſputatur

de rationibus ordinariis. *Deinde* dicit, Argentinam uillam fuiſſe regalem, quae haud dubie regi fidem iurauerit. *Reſp.* Neque primum uerum eſſe, neque alterum. Non illud, quia loquimur de tempore poſtcarolingico: neque etiam hoc, quia liberrimi etiam nexus ciuitas Caeſari indulgere potuit intra moenia ſua palatium, absque ullo eiusdem detrimento. *Poſt*, urget, Caeſares uix operae pretium habuiſſe, iusiurandum inſtaurare in oppido, tantopere a limitibus Germaniae remoto. Verum in eo pulchre ſe decipit auctor, partim quod Argentorato uicinae urbes Caeſari fidem iurauerint perpetuo conſtanterque; partim quod non ipſis Caeſaribus, ſed eorundem *commiſſariis* iurare ſoleant ciuitates, ut graue non potuerit eſſe id officium imperatoribus; partim, quod tantae deſidiae incuſari non poſſint Caeſares, quaſi neglexiſſent primarias urbes in confiniis; id potius e re eſſe uidetur imperii, curatiorem habere rationem urbium in extremitatibus ſitarum, quo facilius fieri poteſt, ut illae officii forte ſui obliuiſcantur, cuius eo ſolicitius debent commoneri. *Praeterea* inſtat inimicus ſcriptor, Argentinam tamen Caeſari iurauiſſe poſt Smalcaldicum foedus, HORTENSIO *lib. 6. Lud. ab* AVILA aliisque eius aeui hiſtoricis teſtibus. Verum in praecedenti *§. 12. h. c.* dictum iam eſt, iſtud exemplum ſingulare fuiſſe, quod necquicquam referri poſſit ad caſus ordinarios. Id quod in *contradictorio*, ut dicitur, obtinuiſſe Argentoratenſes, uel ipſo Caeſareo legato teſte, ſupra commemorauimus. Cetera, quae ICtus iſte habet, nullius momenti ſunt et adeo barbare ſcripta, ut enarratione uix digna eſſe, uideantur.

CAP. VIII.

Neniae ICtorum de ciuitatibus mixtis, von halben Reichs-Stædten.

§. I.

Mixtas eſſe ciuitates alii negant affirmantque alii.

INter diſcrimina nexus, quo ciuitates S. R. imperio ſunt addictae, ille etiam habetur, quando docent ICti, aliquas ciuitates non uniuerſe imperii eſſe, ſed ex parte tantum: ita ſcilicet, ut in aliquibus imperio absque intermedio pareant domino territorii; in aliis autem huic obſequantur. *Es wæren einige Reichs-Stædte, welche von dem Reich die* Regalia *hætten, im übrigen aber ſich der Landes-Hobeit anderer Reichs-Stænde unterworffen ſænden.* Negant hoc aliqui, utpote *Andreas* KNICHEN; *Ludou.* CRAMPIVS; *Hieronymus* LAMPIVS; quos etiam PAVRMEISTER laudat lib. 2. cap. ult. n. 17. 31. Verum pro hoc diſcrimine acriter pugnant alii, quorum loculos excuſſit *Philip.* KNIPSCHILDIVS *lib. 1. c. 3. n. 8. ſqq.*

Sed neutra pars ex rationibus idoneis.

Tempori et chartae parcendum eſſe puto, quin utriusque partis recenſeam argumenta. Nil enim quicquam eis ineſt, quod ſolidum queas adpellare.

Opinio ſingularis de diuerſo mixtarum ſignificatu.

§. II. Mihi ergo quae ſententia in hac ſcena ſit, breuiter explico. Ciuitates diuerſimode *mixtae* audiunt. Nos ſingulorum ſignificatuum rationes habebimus ſigillatim.

Prima illarum, quae iure deſtituuntur comitiali.

Principio illas dicunt *mixtas*, quae quidem dominio territoriali alius exemtae ſunt; ſed tamen a Caeſare imperioque nondum obtinuere ius ſuffragiorum in comitiis. In quo numero Hamburgum habent, quam ciuitatem neque matriculae inſcriptam eſſe, putant, neque iure uti ſuffragii in comitiis, PAVRMEISTER *lib. 2. de iurisd. cap. ult. n. 30.* KNIPSCHILD *lib. 1. cap. 3. n. 37.* Verum enimuero, uti egomet non audeo, mentem declarare in hypotheſi; ita de hoc genere ciuitatum dicendum eſt aliud ſummatim. Scilicet olim omnes ciuitates etiam *mediatas* et *prouinciales ſuffragium* in comitiis habuiſſe, explicui *cap. 4. §. 6.* fieri itaque non potuiſſe, aliquis exiſtimet, ut ciuitas, a ſuperioritate alterius libera, *coimperio*, quod in comitiis ſe exerit, deſtitueretur. Sed pariter indicatum eſt *cap. 5.* ut comites et nobiles animum depoſuerint, accedendi comitia; ita etiam horum exempla municipales ciuitates imitatas fuiſſe et incepiſſe a comitiis abeſſe.

Quia poſt nactae ſunt libertatem, quam mediatae ciuitates imperii comitiis coepere abeſſe.

Ciuitas ergo poſt haec tempora, quae a principe territoriali manu eſt miſſa, libertatem quidem accepit, necquicquam uero in comitiis coimperium. Ex quo ſcilicet in mores iuerat, ad imperii conuentus tantum ordines admittere, in claſſe et matricula comitiali nominatim recitatos. Ciuitas itaque, hoc modo manumiſſa, libera erit, *eine freye Stadt des Reichs oder eine nicht mit regierende Reichs-Stadt* cap. 6. §. 16. Quamuis enim illa merito exigere queat ad comitia acceſſum: Illud tamen non ipſo iure fit, ſed rite, ordine et decreto interueniente Caeſaris imperiique. Ad eandem plane rationem, qua nobilis immediatus, ad comitis dignitatem euectus, ditione etiam eius in S. R. I. comitatum uerſa, facilem et expeditam uiam habet ad locum inter coimperantes in comitiis obtinendum. Caeſaris tamen praecedente inter-

CAP. VIII. Num ciuitas libera ſue co-imperio etiam teneatur ad ordinarias imperii uniuerſ. collectas?

interceſſu. Ceterum illud etiam quaeri A ſolet, num ciuitas eius fortis *imperio teneatur ad collectas imperiales?* Non requiro hic ſingulares collectas, quae Caeſaris ſunt in ciuitatibus imperialibus, quae additam non habent libertatem, a quibus omnino abſoluuntur illae, quae non Caeſari *immedietatem* debent, ſed ſuo cum principe territoriali pacto et contractui *cap. 6. §. 9.* uerum quaeſtio inſtituitur de tributis, quae omnibus imperii ordini- B bus ſunt communia, *von gemeinen Reichs-Anlagen oder den ſogenandten Römer-Zügen.* Atque hoc ultimum eſt, quod Hamburgenſes Caeſari quondam diſputarunt, ex ea ratione, quoniam Holſatiae dux illorum etiam cauſa tributa praeſtaret imperio, ut adeo ciuitas ipſa hoc onere imperio non teneretur. Habetur haec diſputatio cum apud ICtos camerae imperialis; tum in actis Hamburgenſium publi- C cis, quae per ſummam exhibet DANKWERTHVS *in Holſatiae deſcript. cap. 12.* Plerorumque iudicio tum peſſime ſibi conſuluerunt Hamburgenſes, in eo, quod tributa imperio praeſtanda, transferri uoluiſſent in Holſatiae dominos. Notum enim eſt, Holſatiae tum aduocatos hoc uſos fuiſſe dilemmate: *Hamburgum aut ciuitas imperii eſt, aut ducis Holſatiae; primum non eſt uerum, tributa enim non ſol-* D *uit imperio, quod omnibus ordinibus eſt ſolenne; ergo alterum eſt dandum et Holſatiae ducibus concedendum ius ſubcollectandi Hamburgenſes.* Verum eſſe potuit, ut Hamburgenſis ciuitas inter alia genera libertatis, hoc quoque mercaretur a ducibus Holſatiae, ut illi priſtina imperio tributa praeſtarent, quae praeſtitiſſent antea, ut adeo imperio nil decederet in ſumma, quam ante ab Holſatis accepiſſent. Ipſa E uero ciuitas permaneret libera, *weil ſelbige von Hollſtein bey dem Reich übertragen würde.* Quod pactum ſi uerum eſſet, in imperii poſtulata H. ex conſilii magis, quam iuris rationibus putauerim conceſſiſſe. Verum id facti eſt, adeoque probari debet a parte illud adlegante. Alias enim regula iuris etiam hic ualet, *quod res tranſeat cum onere, ad quemcunque uadat l. 23.* ſi is, cui opus ff. de noui ope- F ris nuntiat.

Secundo mixtae audiunt, quae ex parte domino parent territorii,

§. III. Deinde *mixtas* adpellant eius praecipue generis ciuitates, quae ſiue in comitiis locum habeant, ſin minus, *in plurimis tamen caſibus pendeant a domino territorii,* ut adeo partim imperiales ſint, partim etiam prouinciales ſicque ex utraque parte *mixtae.* Fieri autem id poteſt multifariam et cuique claſſi peculiares ſunt rationes, ut adeo ſibi non conſtent G ICti, qui eas inuicem confundunt commiſcentque. In horum numero eſt KNIPSCHILDIVS *lib. 1. c. 3.* cum eoque tantum non omnes ICti alii.

§. II–VII. uel alio praeter ciuitatem intuitu,

§. IV. Principio fieri poteſt, ut *ciuitas non ſui* cauſa, ſed regionis ergo aliunde quaeſitae dominum agnoſcat territorii. Vt enim municipium fere nullum extra muros aliquid habet ditionis: ita neque plus dandum ciuitatibus imperialibus. Quamuis enim pleraeque earum poſtea latifundiorum dominae factae ſint, non tamen plus illae iuris accepere in iſtis, quam priſtinis fuit poſſeſſoribus. Adeoque dubitare nemo poteſt, quod ciuitas ſui cauſa imperialis et libera, intuitu tamen regionum poſtea acquiſitarum in clientela ſit principum aut ordinum aliorum. Verum enimuero tantum abeſt, ut eius fortis ciuitas inde uel in *libertate* uel *immedietate* aliquid patiatur detrimenti: quantum abeſt, de regis maieſtate aliquid decedere, ſi ipſe extra regnum, poſſeſſiones habeat, alii principi clientelares. Vt adeo fruſtra prolixus ſit in hoc argumento KNIPSCHILDIVS *lib. 1. c. 3. n. 22. 26.*

uel intuitu ipſius ciuitatis,

§. V. Si uero *ciuitas ſui* ergo alium poſt imperatorem dominum in aliquibus cauſis agnoſcit: iterum res haec inuicem meretur diſcerni. Quando enim ipſe imperator ſuo nomine praefecit ciuitati imperiali principem, ut non propria, uerum Caeſaris et imperii auctoritate ſparta hac ille defungeretur: illa ciuitas *libera* eſſe deſinit, necquicquam uero deſinit eſſe imperialis. Quorſum exempla illarum urbium pertinent, quae *ſcultetos* uel *aduocatos* habent imperiales, *wo der Kayſer noch ſeine Reichs-Vœgte oder Reichs-Schultzen hat.* Exulat itaque huius fortis ciuitas e claſſe urbium imperii mixtarum.

In qua b) alius uices gerit imperatoris et imperii

§. VI. Alia iterum ratio eſt earum, quae cum antea liberae eſſent, ex conſilii tamen rationibus eſt factum, ut ſe in tutelam alterius committerent atque tutori ſuo uel *iurisdictionem* uel ius *armandiae, aperturae,* uel aliud quid deferrent. Neque uero huius etiam generis urbem egomet expungerem e catalogo imperialium. Partim quod ciuitatis et in *libertate* et in *immedietate* limites paulo mutati et adſtrictiores redditi ſint, ipſa uero *libertas* et *immedietas* haudquam ſit deleta: partim etiam, quod illi, qui urbi aliquid de utroque diſputat, onus ſemper probandi incumbat, ut fieri non poſſit utriusque extinctas eſſe rationes.

uel c) ſua eidem praeſt auctoritate idque uel urbi debet,

§. VII. Tandem aliud iudicium illae ciuitates uolunt, quae ex parte tantum manumiſſae ſunt a domino territorii. Vti enim unum priuilegium non ſecum trahit alterum: ita ſingularium priuilegiorum conſecutio nomen non meretur *imperialis ciuitatis. Primo* enim eius generis ciuitas in tantum prouincialis manet, in quantum docere neſcit libertatem. Sit *deinde* paſſum eſſe dominum territorii, ut ciuitas *prouincialis* locum occuparet in comi-

uel d) ſibimet reſeruatae.

CAP. VIII. IX.

comitiis; hoc tantum abeſt, ut territorii A iuribus damnum dederit, quantum abeſt, omnes principes et comites, qui in comitiis ſuffragia habent, territoria poſſidere immediata *cap. 4. §. 6.* Hoc igitur genus ciuitatum iure meritoque inter prouinciales referunt *Knichen*, *Paurmeiſter* aliique, ut fruſtra ſint, quae ex aduerſo contendit *Knipſchildius*. Quod ſi enim aliquis eas imperiales dixerit, id admodum peruerſe fieret. Neque alia ratione, quam B illa, qua hodie omnes ab imperatore adpellati comites audiant *Reichsgrafen*, quamuis comitatuum ergo ſintque maneantque landſaſſii.

§. VIII. I–III. Superflua igitur adpellatio mixtarum.

§. VIII. Atque hae cauſae ſatis eſſe poſſunt ad oſtendendum, fabulas agere Ictos, quotquot in ſyſtematibus ſuis nenias nobis canunt de ciuitatibus mixtis. Nam *primi* generis ciuitates controuerſia haec prorſus non tangit. *Alterius* et *tertii* ordinis ſtatum *libertatis* mutant, non *immedietatis*, ut adeo nihilominus ſint audiantque *imperiales* §. 3. 4. 5, 6. *Vltimae* claſſis autem ciuitates municipia ſunt, necquicquam uero propter aliqua priuilegia *imperiales* dici merentur. §. 7. Ex hoc eſt, quod hactenus dedimus comprobatum.

CAP. IX.

Fabulae ICtorum de ciuitatibus hanſeaticis, von Stædten in dem Hanſebund.

§. I.

Hanſeaticae an in numero ſint mixtarum ciuitatum?

IN numero mixtarum, quas modo reiecimus, ciuitates inprimis *hanſeaticas* habent cum KNIPSCHILDIVS *lib. 1. cap. 4. n. 1.* tum alii fere omnes cum illo Icti. Quibus etiam accedit WERDENHAGEN, qui ex inſtituto grande uolumen ſcripſit de *rebus publicis hanſeaticis*. Ampliſſimas iſte liber deſcriptiones urbium eius nominis habet; ſed hanſeatici foederis ſolidas rationes nec quicquam adſequitur attingitque.

Definitio ciuitatis hanſeaticae.

§. II. *Hanſeatica* uero illa ciuitas dicitur, quae *magni foederis eſt ſocia, maritimorum commerciorum ergo cum plerisque Europae regibus et rebuspublicis inſtituti.*

Hanſe eſt ſocietas.

Nam *Hanſe* uetuſtioribus Anglis *ſocietas* fuit, quod teſte ſcimus *Skinnero in etymolog. parte 1. et 3. ſ. h. u.* Neque mirum, Anglicam linguam rei nomen dediſſe. Habet illa uetuſtiores Saxonici ſermonis reliquias. Atqui ciuitates Saxoniae inferioris foederi hanſeatico initia dediſſe, diſci poteſt ex *Cranzio*, quamuis res ipſa quoque loquatur, cum huic inprimis Germaniae plagae urbes ſint, celebres negotiis maritimis. Verbum itaque *Hanſe-Stadt*, urbem ſignificat foederatam aut foederis ſociam. Inde formula ad *hanſam*, id eſt, ſocietatem admiſſus, quam adfert FRESNEVS ſub h. u. 699. Quod etymon adeo planum et apertum eſſe mihi uidetur, ut opus non eſſe exiſtimem infelicioris mineruae partu alio. Poſt autem factum eſt, ut *hanſe* praecipuo ac ſolenniori ſignificatu pro mercatorum ſocietate acciperetur. Quapropter ſupremus mercatorum praefectus Ratisponenſium audit *der Hans-Grav.* Quod diploma oſtendit FRIDERICO II. largitore *Ratisponenſibus* conceſſum an. 1230. *ciues poteſtatem habebunt eligendi* HANSGRAVIVM, *qui diſponat et ordinet*

maxime mercatorum unde hanſeatica ciuitas foederati commercii.

C *extra ciuitatem et non intra ea tantum, quae reſpiciunt negotia nundinarum.* Inde etiam *hanſa* penſitatio pro mercibus exſolui ſolita. Ita enim charta apud FRESNEVM *p. 699. gloſſ.* an. 1127. *quisquis ad terram imperatoris pro negotiatione ſua perrexerit, a nemine eorum hanſam ſoluere cogatur.*

Cauſa et finis huius ſocietatis.

§. III. Scilicet Germaniae inferioris ciuitates in commerciis maritimis uaria ſenſerunt ab exteris regibus impedimenta et D damna. Cumque ciuitates ſingulae ſibi conſulere neſcirent ſigillatim: maxima earum pars uniuerſim coiuit iniitque foedus inuicem mutuae defenſionis, in oris extra Germaniam. Fit codex, in quo nomina ſcriberentur earum ciuitatum, quae foederi acceſſiſſent. Inſtituitur aerarium, unde rerum adminiſtri alerentur, quorum opera cum exteris regibus et rebus publicis ageretur. Mittuntur itaque E a ſocietate ſiue *hanſa* Teutonicorum mercatorum legati ad omnes Europae reges, reſpublicas, et principes, qui pro commerciis maritimis colendis augendisque contractus offerrent, nomine omnium hanſeaticarum ciuitatum ineundos. Argumenta eorum fuerant, ut ciuitatum hanſeaticarum terra marique ſingularis eſſet ſecuritas, a praedonibus bellisque libera; ut uectigalium certa et ſtabilis ratio, F quae augeri non poſſent una parte inuita; ut albinagii iura ceſſarent aduerſus hanſae huius mercatores et quae ſunt generis eiusdem. Quorum pactorum tabulas cum *Hiſpanis*, *Anglis*, *Gallis*, *Belgis*, *Suecis*, *Danis*, *Ruſſis*, *Perſis*, aliisque inuenire licet apud *Ioan.* MARQVARDVM *parte 2. de iure mercatorum* tota ad n. 1648. Poſt illa enim tempora hanſeaticae urbes multoties priſtina pacta uel renouarunt uel inie-

runt

Digitized by Google

CAP. IX.

runt noua, praeſertim in ſolennioribus pacificationibus Europae. Ita ſermone habeo domini *Praeſidis*, in Riſuicenſibus tabulis aliquod genus uectigalis remiſſum fuiſſe a Gallis ordinibus foederati Belgii. Aegre autem id tuliſſe hanſeaticum legatum, Galliſque pacta oſtendiſſe, quibus partium haec ſtudia aduerſa eſſent, ſi ante hanſeaticas ciuitates aliis populis in Gallia aliquid daretur praecipui; deinde etiam indicaſſe damna, quae inde ipſi Galli ſenſuri ſint. Ita enim hanſeaticas naues diſpelli de Gallia. Cum maiori longe compendio uina Gallica hanſeatici mercatores redemturi ſint ab Amſtelodamenſibus, a magni momenti onere liberis (*weil ſie das Faßgeld nicht bezahlen durffen*): quam praeſtito hoc tributo in Galliam ea cauſa mittere nauigia. Quo etiam factum eſt, ut Galli ſecreto atque arbitro remoto cum hanſeaticis legatis paciſcerentur.

Facies hanſeatici foederis hodierna.

§. IV. Ceterum facies *hanſeatici foederis*, quam hodie prae ſe fert, illa eſt, quae ſequitur. Sociae huius foederis urbes, quarum numerus olim centeſimo paulo fuit minor, hodie nonniſi *tres* ſunt, *1) Hamburgum*, *2) Brema*, *3) Lubeca*. Aliae enim foedere hoc excluſae ſunt delicto; aliae uel ſublatis uel deminutis commerciis illud deſeruere; plures a principibus ſuis interdictae ſunt, quin foedus porro colerent; pleraeque ſuperiori ſeculo, cum an. 1666. fatali illo incendio *aedes hanſeaticae* (*das Hanſe Hauß*) Londini conflagraſſent, poſteaque ad illas raparandas ſociae ciuitates impenſas facere iuberentur, ad declinandum eas, ipſi demum foederi nuntium miſerunt, ut poſt *trigam* ciuitatum alia non ſupereſſet. Quamuis audiuerim, aliquas huius neglectus poenitere. Coloniam maxime, quae maiorum intempeſtiuam parſimoniam hodieque incuſat. Quod huic ciuitati neque ſui cauſa neque archiepiſcopi ſui intuitu uiri rerum gnari auctores eſſe poſſunt, ut ea negligant, quae ad praeſidia auctoritatis aliquid conferre uideantur. Tres autem ciuitates iura, commoda, leges, ordines, priuilegiaque hanſeatici foederis etiamnunc rite feliciterque tuentur. Vt fruſtra Icti ſint, qui *hanſam* Teutonicam uel ſublatam eſſe perhibent uel temporum aerugine obliteratam.

Peruerſae Ictorum doctrinae

a) quod hanſeaticum foedus potius dicenda perduellio.

§. V. Iam ad peruerſas quorundam Ictorum doctrinas pedem moueo, quas ipſi de foedere hanſeatico ſolent fouere. *Primo* hanc ciuitatum ſocietatem ſiue *hanſam* perfidiae et perduellionis incuſant, ſiue *imperiales* illae fuerint ſiue *municipales*. In primo enim genere *Caeſari* imperioque iniuriam fieri opinantur: in altero domino ac *principi territoriali*, ſi ciuitas, quae in tutela uel Caeſaris uel principis agat, ſibi ipſi conſulere et inire

§. III–VII.

A uelit alieni patrocinii leges, ita *Waremund ab* EHRENBERG *cap. 2. de foed. n. 44.* aliique. Verum licet ipſe largiar, foederis iura neque imperiales habere ciuitates, niſi ſimul liberae ſint, neque municipales. Scilicet in rebus, tutelae uel Caeſaris uel principis territorii ſubiectis. Cum uero *hanſa* Teutonica non iura reſpiciat, quae intra Germaniae uel imperii limites continentur, ſed cauſas maritimas, ubi neque B Caeſaris neque principum territorii ulla auctoritas, neutrius illa dominio quicquam poteſt detrahere. Vt taceam, *hanſae* pacta omnia hos limites habere; ne illa uel in territorio Germanico foederatum obligent uel Caeſaris imperii aut principis iuribus quicquam detrahant. Quid? quod Sueciae et Daniae reges ſuis id gratis dederint municipiis, ut hac ratione *hanſae* Teutonicae et ipſae accederent, C cum in eius numero fuerit ipſa *Holmia*, certiſſimo argumento, eandem principis iuribus necquicquam obeſſe.

b) hanſa legibus imperii improbetur.

§. VI. Deinde aduerſus *hanſam* urbium Germaniae leges imperii adſerunt, quibus urbes foederibus interdicantur. Vtpote in *tit. 15. A. B.* in *capitul. Ioſephi artic. 21.* Ita ARVMAEVS *diſc. 5. ad A. B concluſ. 9.* CARPZOVIVS *in L. Reg. c. 6. ſect. 10. n. 13.* Verum leges imperii foedera pro- D hibent in cauſis ad imperium aut principis territorium pertinentibus, ſed illas *hanſam* Teutonicam non tangere, dictum eſt *c.* hoc *9. §. 5.* Deinde *Carolum quartum* in *A. B. tit. 15.* hanſeaticum foedus non improbaſſe, illud certiſſimo nobis eſt argumento. Quoniam eiusdem imperatoris auctoritate eſt factum, ut, *Brunſuico hanſa* ciuitatum delicto excluſa an. 1383. in illam Lubeca ſolenniter reciperetur. E *Brunſuicenſes tamen poenitentiam nudis pedibus nudatoque capite cereos e D. Mariae templo in praetorium portare et ibi ingeniculati ueniam precari coacti ſunt*, uerbis ſcribo alius, qui ea ex CRANZIO *lib. 9. Vandal. c. 7.* deſumpſit. Cuius rei auctor eſſe non potuiſſet Carolus IV. *ſi hanſam* urbium ullatenus improbauiſſet. Taceo, *urbes hanſeaticas* ſuperiori ſeculo multoties pacificationum tabulis inſcriptas et F auctoritate Caeſaris imperiique pacis ſocias dictas eſſe. Quod uidere licet in *Riſuicenſibus* an. *1697. artic. 72.* Vt adeo ſolenni imperii concentu *hanſa* Teutonica adprobata ſit, tantum abeſt, ut credamus, ei leges imperii unquam aduerſas fuiſſe.

c) hanſa ciuitates reddat mixtas.

§. VII. Porro multiplex damnum, quod imperii iuribus *hanſa* urbium attulerit, etiam ex eo putant intelligi, quod ita factum ſit, ut ciuitates, e puris euaſerint G *mixtae*. Hoc errore ipſe KNIPSHILDIVS labitur *lib. 1. c. 4. n. 1.* tam inſignis alioquin hanſeaticarum patronus. Si enim ciuitas, *hanſae* adſcribenda, imperialis ſit, Caeſarem in ea foederis iura amittere, ſi

autem

autem ſit prouincialis, idem damnum pati A principem territorii. Fateor, ita principes imperii hodieque philoſophari. Quo factum eſt, ut illi municipia ex albo hanſeaticarum pridem expunxerint *ſupra* §. 4. imo in Riſuicenſi pacificatione *legatus Bremenſis* inter hanſeaticos comparere dubitauerit, ne Sueciae regem, eius pacis arbitrum offenderet et lites de *immedietate* in memoriam ei reuocaret. Ex eadem Friſiae tum legatus, Auemannus in- B uido oculo articulum ſuſpexit, quo *Embda* accenſita eſt ciuitatibus hanſeaticis. Ego autem neutri aliquid ex *hanſa* iure metuendum eſſe, exiſtimo. Nam §. 5. *h. c.* iam oſtendi, quaeſtionem non eſſe de rebus iisdem. Iure quippe foederis hanſeatica etiam ciuitas manet deſtituta in cauſis, ad *imperium* aut *territorium* pertinentibus, quamuis idem in illis exerceat, quae neutro iure tenentur. Quorſum cau- C ſas maritimas refer et in locis extraneis mercatus. Sophiſmate igitur ſe irretiunt *ignorationis elenchi*, quotquot haec inuicem iura pugnare opinantur. Quodſi autem in uado ſint et Caeſaris et principis iura apud ciuitatem, *hanſae* adſcriptam: cauſa non ſupereſt, quare uel ullam ſtatus deminutionem fingere poſſimus. Aliud eſt, ſi *hanſeatica* quandoque ciuitas abuſa eſt *hanſae* priuilegiis, ad imperii uel prin- D cipis iura excutienda aut deminuenda. Tum enim ignorantia adminiſtrorum in culpa fuit, qui principi hoc glaucoma de oculis neſciuerunt remouere.

d) hanſae iurium neſcii ſunt ordines imperii.

§. VIII. Praeterea peregrinitatem *hanſae* ex imperii *RECESS. AVG. an.* 1548. §. 48. arguunt hisque ibidem uerbis: *um Bericht einzunehmen, wie es um viel gemeldte See- und Anſe-Stædte gelegen, wer dieſelbe ſeyn, wie ſie genannt, wo ſie gele-* E *gen, ob und wie ſie ſeynd dem Reich oder andern Stænden unterworffen.* Imo multo etiam poſt *Rudolfus II.* imperator anno 1606. a Lubecenſibus petiit, qua urbe hanſeaticarum rectrice, ut hanſeatici foederis inſtrumenta et catalogos ſociarum urbium Caeſari transmitterent, quarum literarum nos admonet LIMNAEVS *lib. 7. iur. publ. c. 1. n. 79. Sub et obreptionis* itaque *hanſam* ideo arguere et ita improbare ſo- F lent ICti. Verum nihil noui eſt, quod Germania Germaniam ignoret. Et utinam eſſet uir, in rebus medii aeui uerſatus, qui *errores hiſtoricos* in ipſis imperii *receſſibus* ex inſtituto adnotaret. Carolo enim quarto foederis hanſeatici rationes nec quicquam fuiſſe ignotas, illud quidem uidimus *cap. hoc* 9. §. 6. Quid? quod ex imperii adlegato *Receſſu AVG. ann.* 1548. §. 47. *et* 48. pateat luculentiſſime; non ſolum, G quod imperii ordines ſuam in hoc argumento inſcitiam agnoſcant, ſed etiam ex errore dicta reuocent cupiantque de uerioribus hanſeaticarum ciuitatibus edoceri. Scilicet indixerant ordines *hanſeaticis ciuitatibus* collectas aduerſus Turcica bella uniuerſis. Explodere autem non poterant non huius generis indictiones *hanſeaticae*. In quacunque etiam claſſe conſtitutae eſſent hae ciuitates, cauſas habuere ad improbandum et exſibilandum. *Imperiales* enim urbes in matricula fuerant notatae, quas ſummas nulla difficultate, ſine ulteriori imperio exſoluerunt; *prouincialia* tributa princeps uel dominus exſoluit territorii, cui deinceps ius fuerat *municipia hanſeatica ſubcollectandi*. De ceteris, quae extra imperium fuerant ſitae, tantum abeſt, ut imperium aliquid potuerit ſtatuere, ut potius error ſatis apertus ſit, ordines imperii tum ea haereſi obcoecatos fuiſſe, omnes *hanſeaticas ciuitates* fidem imperio addixiſſe. Ex quo multiplici errore ſatis conſtat, nullam *Rec. Aug.* eſſe in hoc argumento auctoritatem. Taceo, quod neque *imperiales* neque *landſaſſiae* ciuitates opus habuerint, ante uel a Caeſare uel a principibus territorii conſenſum petere, quam *hanſae* Teutonicae acceſſiſſent. Vt adeo neque *RECESSVS* uerus ſit neque ueritas eius obeſſe queat legitimis rationibus hanſeaticarum.

Error Rec. I. quod hanſeaticae ciuitates collectari poſſint ſigillatim.

§. IX. Neque illud in hoc argumento aliquem poteſt offendere, quod ſolae *ciuitates hanſae* fidem dederint, *nulli* uero *ordines generis* alius. Vt adeo hunc ſibi finem propoſitum habere uideatur *hanſeaticum* foedus, quo ciuitates, omni imperio abiecto, ſe adſererent in plenam libertatem. Verum enimuero quod ab hac ſocietate principes ſibi temperauerint, id cauſas longe alias habet, quam perfidiam ciuitatum. Vt enim moribus cum patriis, tum aliorum regnorum firmiſſimum eſt, mercatus et nundinationes longe alienos haberi ab infimi etiam generis nobilitate: ita etiam rem ſuo ordine indignam eſſe credidere dynaſtae, comites, principes, ut mercatorum ſocietati ſiue *foederi hanſeatico* adſcriberentur. Sortis autem paulo maioris principes ipſi ſigillatim agere potuerant cum regibus et rebus publicis extraneis, ut his ſocietate aliorum non opus eſſe uideretur.

e) Nulli ſunt principes hanſeatici;

§. X. Ceterum illud largior, infirmis omnino rationibus uti cum aliis ICtis KNIPSCHILDIVM *lib. 1. c. 4. n. 25.* in iure defendendo foederis hanſeatici. Quo fere melior non eſt ANONYMVS auctor *der vereinigten Deutſchen Hanſe-Stædte*, qui hoc tamen argumentum tractauit ex inſtituto. *Principio* dicunt, licitam eſſe defenſionem, etiam per foedera, ſi quis credat ſe oppreſſum iri *l. 3. ff. de iuſt. et iure* et ibi doctores. Sed inconcinnum hoc eſt hanſae Teutonicae, quippe quae ſocietas fundamentum habet non damni uitandi, ſed captandi lucri. Ratio autem legis naturalis primum innuit, non alterum.

f) Rationes ICtor. infirmae ſunt, quibus hanſam urbium tuentur: 1) quod defenſio ſit iuris naturalis.

Deinde

CAP. IX. X.

a) finis quodque foedus excuſet.

Deinde putant, finem bonum excuſare cuiusuis generis foedera, *Euerbard. in topica legali ſub. u. finis*, MYNSINGER *lib. 6. obſeru. 2. n. 4.* Verum aliud eſt, excuſare rem aliquo iuris colore; aliud rem habere *legitimam*. Vltimum fuerat demonſtrandum, non primum.

3) Foederum plurima ſint exempla.

Poſt moribus Germaniae conſtitutum eſſe, putant, ut ciuitates ſibi proſpiciant foederibus *Ehrenberg cap. 2. de foed. n. 229.* Veruntamen hoc dicendum eſt in ſtatu reipublicae tantum B extraordinario. Alias enim omne foedus ſpeciem rebellionis habet, quod initur ſine conſenſu domini territorialis.

4) hanſeaticarum ciuitatum pleraeque ſint imperiales.

Praeterea pleraſque hanſeaticas ciuitates eſſe imperiales perhibent, quibus foederum iura nequeant diſputari. Sed quid tum de hanſeaticis municipiis? Imo neque imperialibus foederis iura danda eſſe, niſi quae et liberae ſimul ſint, diſputauimus *cap. 7.* *Vltimum* poriſſimum refu- C gium in *praeſcriptione immemoriali* ponit

5) Omne uitium hanſae diluere tempus immemoriale.

KNIPSCHILDIVS *lib. 1. c. 4. n. 7. 8.* quo ſe tueri queant hanſeaticae ciuitates aduerſus cuiusuis generis diſputationes. Tempus enim immemoriale habere uim priuilegii MASCARDVS *de probat. concluſ. 122. n. 43.* uim conceſſionis a principe factae GAILIVS *lib. 1. obſeru. 21. n. 15. in fin.* uim regii adſenſus COTHMANNVS *uol. 2. conſil. 79. n. 72.* tantumque poſſe tempus immemoriale, D quantum imperator *Conſil.* MARPVRG. *uol. 1. conſ. 9. n. 3.* acquiri ita regalia MYNSINGER *lib. 1. obſ. 30.* etiam principis reſeruata et alia iura non praeſcriptibilia MEICHSNER *tom. 3. deciſ. 6. n. 8.* et quae neniae ſunt generis eiusdem. Has uero cum ex rationibus et legibus ipſis *cap. 6. §. 29. 30. ſeqq.* plene planeque confutauerim, non opus eſſe puto, partium ſtudio correptis uel auctoritate obcoecatis do- E ctoribus aliquid opponere. Ipſe potius largior, niſi firmiores *iuris hanſeatici* rationes fuerint, herbam porrigendam eſſe parti aduerſae, ut *hanſeaticae*, quae ſuper- A ſunt urbes, ex albo imperii expungerentur. Verum aliam nos uiam ingreſſi ſumus *§. 5. h. cap.* ut hactenus dicta cauſam non ferire aut tangere uideantur.

§. XI. L. D.

Num in hanſeaticis urbes etiam peregrinae?

§. XI. Poſtquam igitur *hanſam* ſiue nundinatoriam ſocietatem neque imperii iuribus neque territorii quicquam obeſſe, ſatis ſuperque dedimus commonſtratum, quaedam dubitationes reſtant, etiamnunc in hoc argumento breuiter explicandae. *Principio* quaeritur, num filum conſecutionis ſit ab hanſeatica ad patriam ciuitatem? Quamuis uero ita omnino eſſe uideatur, quod *hanſa* ſocietas Germanica ſit, quae reiiciat ſocios peregrinos; quod ipſe imperii *RECESS. AVG. an. 1548. §. 47. 48.* hoc argumento *Rigam*, *Dorpatum*, *Regiomontium*, *Dantiſcum*, *Elbingam* ad imperii comitia uocauerit indixeritque eis collectas, quod illae urbes in albo haberentur *hanſeaticarum*. Cum uero *Holmia* non minus in hanſeaticarum ueteri matricula extet; *deinde* clarum ſit, Germanico imperio nil quicquam iuris neque in Liuoniam neque in Poruſſiam ullo unquam tempore fuiſſe, quod plene luculenterque *Dn. PRAESES* olim in *Poruſſia uindicata aduerſus iniqua ordinis Teutonici poſtulata part. 1. §. 7.* probauit confecitque; *praeterea* ciuitatum *hanſa* nulla Germanici imperii negotia reſpicit, ſed cauſas extra imperium maritimas, ut adeo nil obſtet, quo minus peregrinae urbes eidem accedere queant. Fruſtra itaque, meo iudicio, et olim fuere et nunc ſunt Icti; qui eo, quod ciuitatem in *hanſa* Teutonica deprehendunt, eandem Germanici quoque imperii albo uolunt inſcribere. Vti enim Teutonici milites poſt Germanos etiam fuere Itali, Angli, Galli, quamuis ſumma ordinis iſtius fuerit penes Germanos: ita nihil obfuit, quo minus *hanſae*, apud Germanos inſtitutae, ciuitates etiam peregrinae adſociarentur. Hactenus de nexu hanſeaticarum cum imperio.

CAP. X.

De diſpari ciuitatum collegio et utriusque praecedentia.

§. I.

Hodie unum omnibus ciuitatibus eſt collegium.

VTi de nexuum diſcrimine plerique tacent, quibus imperio Germanico parent ciuitates diuerſimode: ita etiam temporum obliuione factum eſt, ut omni earundem ordine neglecto, idem omnibus ſit locus, honor, dignitas, amplitudo.

Quondam alius locus liberis

§. II. Quondam ut rationes utriusque diuerſae fuerant: ſic et claſſes diuerſae, diuerſa loca, ſedilia, menſae. Vnum e- F nim coetum eumque honeſtiorem in imperii comitiis *liberae* ciuitates abſoluerunt:

fuit; imperialibus iterum alius.

alterum uero hocque inferiorem conſtituerunt illae, quae fuerant tantum *imperiales*. *Die Stædte machten auf den Reichs-Tag zwey* collegia *aus: eines die freye Reichs-Stædt; das andere die bloſſen Reichs-Stædte.* Docebo hoc diſcrimen ex idoneis argumentis; et oſtendam rem planam et apertam temporum aerugine tantopere obliteratam fuiſſe.

CAP. X. *Quod probatur, quia a) ciuitatibus diuerſae in ſubſcribendo claſſes anno 1486.* §. III.--VI.

§. III. Principio diuerſitas collegii inter imperii ciuitates conſtat ex ipſo iure comitiorum. Nam in utriusque generis ciuitatum conuentu, *Eſlingae* inſtituto anno 1486. in *prima* claſſe recenſentur *die freye Stædte*; in altera *die Reichs*-A *Stædte*. Acta *COMITIALIA* ita ſe habent: *Anno 1486. haben die Stædte Bottſchafften auf gehaltenem Stædte Tag zu Eſſlingen den aufgerichteten Abſchied folgender maſſen unterſchrieben.*

Erſtlich der Freyſtædte Bottſchaffter ſo auf dieſem Tag geweſen

Als 1) Straßburg, 2) Baſel, 3) Worms, 4) Speyer, 5) Franckfurth, 6) Hagenau, 7) Colmar.

Nachgehends der Reichs-Stædte Bottſchaffter.

Als 1) Augsburg, 2) Nürnberg, 3) Vlm, B *4) Reutlingen, 5) Rothenburg, 6) Halle, 7) Gemünd, 8) Memmingen, 9) Heylbronn, 10) Dünckelſpiel, 11) Wümpffen, 12) Tauresburg, 13) Winsheim, 14) Schweinfurth, 15) Gengen, 16) Eſſlingen.* Vbi autem claſſes diuerſae, ibi ordo etiam diuerſus honoris dignitatisque.

b) ſedes ciuitatibus diuerſae. §. IV. Deinde utriusque etiam ordinis ciuitates diuerſis etiam ſedibus ſunt collocatae. Scamnum *primum* liberae occuparunt; *alterum* imperiales. Huius etiam diſcriminis teſtimonia praebent *acta COMITIORVM WORMATIENSIVM* an. 1495. quae exhibet cum prioribus LEHMANNVS *lib. 4. cap. 5. p. 289.* uerbis, quae ſequuntur: *Auf dem Reichs-Tag zu Worms haben die Stædte ſich ſelbſt wiederum in Frey- und Reichs-Stædte abgeſondert. Dann erſtlich ſind die von 1) Cœln zu oberſt auf der Banck der Frey-Stædte dar*-D *nach 2) Straßburg, 3) Baſel &c. nach alten Herkommen und Ordnung geſeſſen: und auf der andern Banck, 1) Regensburg, 2) Augsburg, 3) Nürnberg &c.* et quae ſequuntur deinceps.

c) Liberis ciuitatibus praecedendi ordinem conceſſere imperiales. §. V. Ne autem aliquis hoc diſcrimen nullius tum momenti fuiſſe exiſtimet, de lite aliquid dicendum, quae inter *Coloniam* et *Aquisgranum* orta eſt de loco et ſcamno honeſtiori. Aquisgranenſes enim legati E cauſas adduxerunt, ob quas ipſi Colonienſibus peterent loco anteferri. Quod Aquisgranum *archiſolium* eſſet, cui primas deberent omnes aliae ciuitates. Repoſuerunt Colonienſes, non hic agi de archiſolii honore, uerum de *libertate*, quae ciuitatibus imperii alias det atque alias claſſes. *Cöln ſey nicht etwa nur eine Reichs-Stadt, ſondern eine freye Reichs-Stadt. Dahero ſie von denen von Aachen zu wiſſen* F *begehret, wie dann ſie ſich achteten für eine freye, oder für eine Reichs-Stadt. Darauff die von Aachen nicht Antwort gegeben.* Ita enim Aquisgranenſibus os obturarunt, cum ipſi agnoſcerent *primam* claſſem *liberis* relinquendam eſſe ciuitatibus, adeo, ut neque *archiſolii* honor hoc diſcrimen euerteret, niſi et hoc e numero eſſet urbium liberarum. Et exinde intelligi poteſt, quare Aquisgranum *liberae* etiam urbis nomen adfectauerit, quod *cap.* 6. §. 10. diximus, id uero negatum ei ſit ab imperatore, ipſo KNIPSCHILDIO teſte *lib. 1. c. 2. n. 23.* Quamuis autem in hac cauſa tum uiciſſent Colonienſes, recruduit tamen eadem lis in foedere Smalcaldico. Quo excerpta pertinent, *deſſ an. 1541. zu Regensburg gehaltenen Stædte-Tages. Als die Geſandten von Aachen abermahls der* Seſſion *halben zwiſchen ihren Obern und die Stadt Cœln, in Krafft deſſ* C *jüngſt zu Franckfurth gehaltenen Stædte Tages* an. 1539. *um Erkanntnuß angeſuchet, iſt die Sache wider bedacht worden.* Pro Colonienſi tamen ciuitate tum quoque iudicatum eſt, ut ei Aquisgranum loco cederet. Idque iure ac merito. Quamuis priſtina praecedentiae argumenta tum non adſecuti ſint iudicii adſeſſores. Sententiam integram DATTIVS exhibet *lib. 3. cap. 12. num. 65. p. 609.*

§. VI. Praeterea inſtituto *REGIMENTO* illud admodum ſingulare eſt, eo quoque tempore datum fuiſſe utriusque generis ciuitatibus, ut peculiarem adſeſſorem *liberae* huic conſilio commendarent, itidemque peculiarem tantummodo imperiales. Formula regimenti prima, quam DATTIVS *lib. 3. cap. 12. n. 2. p. 603.* promulgauit, ita ſe habet. *Sollen von unſern und des Heil. Reichs wegen ſiebenzehn redlicher Perſonen aus dem Reich Teutſcher* nation *verordnet werden. Von uns 1. ein* praeſident; *von denen ſechs Churfürſten jeden 1. Vnd aus der gemeldten* nation *deſſ H. R. zehen. Eine aus der Provintz Meideburg* (habes Magdeburgici antiſtitis honorem ante Salisburgenſem; habes illius principatum, quem tenuit tum in uniuerſa Germania poſt ſeptemuiros electores, tum in circulo Saxoniae inferioris) *die 2. aus der Provintz Saltzburg; die 3. aus der Provintz Beſantz, die 4. aus der Provintz Bremen und Weſtphalen; die 5. aus den Niederlanden unter oder um die Maß; die 6. aus Francken; die 7. aus Bayern; die 8. aus Schwaben; die 9. aus den freyen Stædten, die 10. aus den Reichs-Stædten genommen und verordnet ſeyn.* Et quamuis in *R. I. AVGVST. an. 1500. artic. 5. 6. 7. ſeq.* formula haec aliam acceperit faciem, perpetuum tamen, ſi *Suevicae* articulum 7. exceperis, diſcrimen tenetur, quod adſeſſores regimenti ſimul in cir-

d) primum regimento adſeſſorem dant urbes liberae; alterum imperiales 1500.

CAP. X.

in circulo commendare debeant, *die Freye und Reichs-Stædte*. Qui autem factum ſit, quod in Sueuia ſola mentio tantum fiat *der Reichs-Stædte*, illud egomet alia adſequi non poſſum coniectura, quam Sueuiae pagum eo tempore nullas imperii ciuitates *liberas* habuiſſe.

e) idem agnoſcit uir ſummae auctoritatis.

§. VII.

§: VII. Ad extremum plurimum apud me poteſt ſaepe laudatus DATTIVS, qui *lib. 3. cap. 12. n. 61. 62.* eandem agnoſcit praerogatiuam *liberarum* ciuitatum prae *imperialibus*. Verba eius ſunt: *Hoc etiam iudicat R. I. ciuitates imperii, quae liberas ſe nominabant, ſedibus etiam et ſcamnis in conuentu ciuitatum imperialium (Stædte Tægen) a ceteris diſtinctas fuiſſe.* Quod haud dubie plenius explicare potuiſſet, ſi quidem id ei e re uiſum fuiſſet. In quo tamen uiro, rerum certe medii aeui gnariſſimo, illud noto, quod utriusque quidem generis ciuitatum ordinem inaequalem agnoſcat: attamen in cauſa huius diſcriminis accedat BOECLERO *in notitia imperii lib. 11. cap. 2.* Qui ait: *quid ſibi uelit hoc diſcrimen et in quo praecipue conſiſtat non reperiri potuiſſe in actis publicis.* Nos uero fundamentum, quod ille hic deſiderat, docuimus ſuperius *cap. 6.* Firmat ibi adſerta peregregie diploma, quod e *PALATINO* tabulario protulit *Ioan.* SCHILTERVS *iur. publ. tom. 2. p. 99.* Illud enim non ſolum imperialium urbium matriculam exhibet, Caeſaris iuſſu ſcriptam: ſed etiam ſigillatim indicat ſummam, quae cuique praeſtanda ſit Caeſaris aerario, ut falli deinceps in re manifeſta non poſſimus. Digniſſimum eſt monumentum, ut hic loci uerbatim inſeramus. *Reichs-Stædte* (necquicquam *Freyſtædte*) *Steuren* ad fiſcum imperatoris pertinentes. *Wir Ruprecht von Gottes G. R. Kunig zu allen Zyten merer des Richs Entbieten den Burgermeiſtern Rate und Burgern gemeinliche Unſer und des H. Richs Stat zu Eßlingen Unſer Gnade und alles gut, Lieben getruwen, umb ſolich gewinlich ſtüre, ſo ir Uns und dem Riche Jerlich pflichtig ſind zu geben, und fallend iſt uff S. Martins tag des H. Biſchoffs, da heiſſen und empfelhen wir uch ernſtlich, daß ir dieſelben ſtüre, die jr Uns von des Richs wegen uff diſen nechſten zukünfftigen S. Martins tag verfallen werdent, richtent und gebent, dem Hochgebornen Ludewigen Pfaltzgraven by Ryne und Hertzogen in Bayern U. L. Vettern und Fürſten, und wann jr das getan habent, ſo ſagen wir uch derſelben ſtüre von demſelben zukünfftigen S. M. tag von Unſer und des Richs wegen, mit dieſem Brieffe quijt und loſe. Urkunde dieſes Briefs mit Unſern Kœnigl. Majeſtæt Ingeſigel, Geben zu Amberg uff den nechſten Dienſtag vor dem H. Pfingſttage in dem jare als man zalte nach Chriſti Geburt 1402. jare Unſers Richs in dem andern jare.*

Emericus de Moſchelin.

Ciuitates, quae annua Caeſari tributa praeſtant, eſſe imperiales, non liberas, docetur ex diplomate an. 1402.

Nürnberg 2000. fl. Statſtüre uff Martins Tag. 1402.
Rotenburg uff der Tuber 400. fl. Ryniſcher Mart. 1403.
Augſpurg 800. Pf. Heller. 1405.
Winſperg L. Pf. Heller.
Ulm Gelt von Unſerm Ammen-Ampt, und die Stür uf Mart. aſſignirt Epiſcopo Spir. Rabano.
Nordlingen 200. fl. als von des Schultzen Ampts wegen by uch zu N. uff Mart.
Nürnberg, Rotenburg und Winſsheim, die halbe Juden Stüre und den gülden pfennig, die jr uns und die Juden by uch unſer Kammerknecht alle jahr Jerlich pflichtig ſint zu geben uff Michelstag, 1402. unſers Richs in dem 3.

Dns R. Epiſc. Spir. Cancell.
Iacobus de Altzey.

ſimiliter de caeteris pluribus ciuit.

Solotturn, gewœhnliche Zinſe ſo ir uns und dem Riche pflichtig ſint zu geben von Kanwerzanen by üch wonende, unfallent ſint uf S. Mart.
Francfurt 114. Pf. Heller mynder verthalbs-ſchillings Heller Franckf. wehrung jæhrl. Stüre. A. 1407.
Item Augſpurg viij. C. Pf. den von Decke verſchrieben.
Item Conſtentz vj. C. Pf. gebent itze nü iv C. Pf.
Nurnberg ij. M. gulden.
Ulme viij. C. Pf. Item j C Pf. von dem Amman Ampt.
Uberlingen 300. Pf. verſchrieben dem von Homburg.
Memmingen 300. Pf.
Biberach 200. Pf.
Ravenſpurg 180. Pf.
Lindawe 400. Pf. verſchrieben Herman von Brettenſtein.
Keinpten 166. gülden.
Santgallen 140. Pf.
Kauffburen 200. Pf.
Lukirnhe 100. Pf.
Pfullendorff 100. Pf.
Wangen 100. Pf. gefriet.
Yſeni 60. Pf. gefriet.
Buchora 50. Pf. gefriet.
Buchauwe. 40. Pf. verſchrieben dem von Helffenſtein.
Eslingen 800. Pf.
Rutlingen 400. Pf.
Rotwile 75. Pf. oder da by.
Wyle 300. Pf.
Rotenburg 400. gülden.
Nordelingen 200. gülden von dem Schulzenampte.
Gemunde 270. Pf.
Halle 600. Pf.
Heilbron 600. Pf.
Wympffen 200. Pf.
(verſchrieben Hrn. Eberharden von Hirſchhore.)
Windsheim 100. gülden.

Swynfurt 100. *fl.*
Gingen. 120. *Pf. gefryet ein Zyt.*
Boppſingen 80. *Pf. ſint verſchrieben Rudiger Tuerner.*
Dinckelſpiel 200. *Pf. dem Kempneter verſchrieben.*
Wiſſenburg 100. *Pf.*
Alun 100. *Pf.*
Wynſperg. 50. *Pf.*
Francfurt. 614. *Pf.* minus *4. ß. hell. daran gent abe* 80. *fl.*
Selſſe 30. *Pf. Straßburger Pfenninge.*
Hagenaw 300. *Pf. Straßburger.*
Ebenheim 100. *Pf.*
Sletzſtat 120. *Pf.*
Colmar 800. *fl.*
Kayſersperg
Munſter 600. *fl.*
Mulhuſen 160. *fl.*

Summatim, a quacunque ciuitate imperator annua tributa accipit, illa *imperialis* audit, non autem *libera*, in curiae medii aeui ſolennioribus libellis. Contra, quae *liberae* elogium habet, illa Caeſari tributaria non eſt annuatim. Cetera repetenda ſunt ex illis, quae ſcripſimus ſupra *cap. 6.* ex inſtituto. Atque ex his argumentis manifeſtum eſſe poteſt et diſcrimen utriusque generis ciuitatum et huius diſcriminis fundamentum. De primo dubitarunt uiri docti; in altero autem ſpem adiecerunt. Hanc utinam tuo, lector, iudicio egomet expleuiſſem.

Dum typographus ultimam ſchedam adfert ad emendandum, dn. praeſidem uiſit antiquitatum ſuae aetatis princeps ſerutator, *Schlegelius*, atque nummum exhibet Aquisgranenſem, cuius epigraphe; *urbs Aquenſis, regni ſedes. Caput omnium ciuitatum et prouinciarum Galliae*, an. 1491. Imaginem is refert Mariam cum Ieſulo, ad dextrum Carolum M. dextra tenentem baſylicam, ſiniſtra globum imperialem: altera parte aquilam *μονοκέφαλον* in ſcuto, pone crucem. Iuſſu dn. praeſidis haec addere uolui cum §. V. cap. X. apprime illuſtrent.

DISSERTATIONIS POTIORIS MOMENTI
PARADOXA.

FAlſa eſt *praeſumtio* ICtorum, quemque pagum iurisdictioni parere *unius*. Plerique enim in Sueuia plures dominos habent, *drey-vierherriſcher dörfer*. Idque ex cauſis *cap. 2. §. 5.* indicatis.

II. Principis *priuilegia* ſtrictae ſaepius interpretationis, quam latae *c. 2. §. 6.*

III. Originem iurisdictionis *territorialis* aliam fruſtra tradunt ICti, quam tempora extinctis in Germania Carolingis *cap. 3.*

IV. Suffragiorum iura in comitiis neque olim unquam indicium fuere *ſtatus immediati*, neque etiam nunc, *cap 4. §. 3. 4. ſq.*

V. Fruſtra Caeſari imperioque *domanium* aſſeritur in aliis Germaniae prouinciis, quam in Rheno uicina Francia *cap. 5. §. 3.* Non eſt ergo quod recuperatoria iudicia alii principes extimeſcant.

VI. Marchia *Brandeburgenſis Bohemiaque* id iure praecipui habent, ut regula ibi iuris, certiſſima ſit; *quicquid eſt in territorio, illud etiam de territorio.* In ceteris Germaniae prouinciis ea multoties fallit, quod in aliis extincti ducatus ſint, aliae diuulſae in partes *cap. 5. §. 28. 29.*

VII. Palatium Caeſaris neque nota eſt *immedietatis* in ciuitate neque obeſt eius libertati *c. 5. § 40.*

VIII. Maximum inter ciuitates *imperiales* et *liberas* eſt diſcrimen, *cap. 6. §. 3. ſeqq.*

IX. Praeſumtio iuris eſt, nullum magiſtratum in ciues habere iurisdictionem. *cap. 6. §. 8.*

X. Differunt in ciuitate munera *deß Reichsſchultzenamtes und der Reichs-Vogtey cap. 6. §. 8.* et *cap. 7. §. 8.*

XI. *Libera* ciuitas eſſe poteſt, quae tamen non eſt *imperialis c. 6. §. 16. 19.*

XII. Vocabula hodie diuerſa uolunt *Landeshoheit* et *Landesherrlichkeit*, uerum id diſcrimen certum non eſt in medii aeui monumentis *cap. 6. §. 18.*

XIII. Praeſumuntur ciuitatum aliae liberae, aliae ſeruae; contra, uno omnes loco habent ICti *cap. 6. §. 20. 21.*

XIV. Praeſcriptiones ipſa iuris Romani *confeſſione* locum non habent inter liberas gentes *cap. 6. §. 27.* Diſtinguit enim eandem a modis naturaliter acquirendi ipſe Tribonianus.

XV. Reipublicae nullo tempore *currit* praeſcriptio *cap. 6. §. 28.*

XVI. Praeſcriptio *immemorialis leuior* eſt longi et longisſimi temporis praeſcriptionibus *c. 6. §. 29.* per ultimas ergo, quae non extinguntur iura, illa multo magis tuta ſunt a prima.

XVII. Illam praeſcriptionem immemorialem neſcit ius Romanum, quam ſibi fingunt doctores §. 30.

XIIX. *Immemoriale* legibus eſt *hominum* memoria, non *litterarum* et monumentorum §. 31. Sed ita explodi merentur doctores; qui immemoriali praeſcriptione

ptione extincta eunt uel domania uel regalia. A Quae ita facilius amitti poſſent, quam ciuium crepundia. Contra, qui pro *immemoriali* illud habent, cuius neque hominum neque inſtrumentorum memoria ſupereſt, illi nenias cantant. Tum enim regula ualet, quod, actore ſuccumbente, reus ſit abſoluendus. Neque recuperatoria iudicia alia adprobamus, quam illa, in quibus actor iudici fidem facit, reum rem alienam poſſidere, alioque telo ſe defendere neſcire, B quam hoc, ſe rem ultra hominum memoriam poſſediſſe.

XIX. *Cap. ſuper quibusd. X. de V. S.* ex pacto decidit, non ex lege; quamuis diſſentiant omnes doctores *cap. 6. §. 31.*

XX. Qui ciuitatibus immediatis, iura territorialia tribuunt, illi neque uim territorii adſequuntur, neque rationes ciuitatum *cap. 7. §. 2. ſq.*

XXI. Argentoratum quondam imperii C *et libera* ciuitas fuit *cap. 6. §. 22.* et iure *territoriali* inſtructa *cap. 7. §. 11. 12.* Vtriusque iniquus quondam aeſtimator fuerat ICtus Bruningius *cap. 7. §. 13.*

XXII. Neque ſunt ciuitates mixtae naque recte finguntur *c. 8. §. 1. ſq.*

XXIII. Hanſae ciuitates a maritimis differunt, quamuis has miſceant hiſtorici et ICti *cap. 9.*

XXIV. Hanſeatico foederi *recte* ciuitas *accedit*, inſcio etiam principe, quamuis foederis alias iure *deſtituatur cap. 9. §. 5.*

XXV. Non improbum eſt dicere, ipſas leges imperii quandoque erroribus labi in notitia Germaniae *cap. 9. §. 8.*

XXVI. Hanſeaticas urbes neque omnes Germanicas eſſe neque imperiales. Nam et earum aliae municipales ſunt, aliae peregrinae *c. 9. §. 10. 11.* Errant ergo rerum adminiſtri, qui abhorrent ab hanſeatico municipio.

XXVII. Porusſia nullo tempore paruit Germanico imperio *c. 9. §. ult.*

XXIIX. Nulla eſt inter ciuitates proedria, eſt tamen proedria inter, ciuitatum diuerſas claſſes. *cap. 10. §. 1. 2.*

XXIX. Ciuitatibus ſuffragia negare deciſiua, idem eſt ae ſuſpendere in templo campanam ſine piſtillo.

XXX. Hodie tamen exitus huic non eſt liti. Si controuerſia ex rationibus medii aeui componenda eſſet, adderem ciuitates principum collegio, ad ſimilitudinem ſcamnorum comitum et praelatorum. Ita enim et ciuitatibus conſuleretur et uirium iuriumque proportioni inter ordines generis tantopere diuerſi.

CONSVLTISSIMO CANDIDATO

PRAESES DISSERTATIONIS

S. P. D.

Argumentum tuae diſſertationis uulgare eſt. Rationes eius admodum ſingulares. Iure queunt inter paradoxa referri. Ex aduerſo contendunt iurisconſulti publici fere omnes. Conflictui itaque tuo non ſperanda eſt arena otioſa. Probo inſtitutum. Veritatis enim prima cura eſſe debet ſapientiae ſtudioſis. Haec certe non multitudine ita ſentientium nititur, ſed rationibus idoneis. Noſtrum etiam aeuum Senecae calculos addit. Nondum hanc fortunam orbem regere, ut plures uideant ueritatem. Ipſe fateris, te aliqua horum meis debere ſcholis. Nihil diſſimulo. Quod me ſocium elegeris academici conflictus. Mihi interim de auditore gratulor candido, induſtrio, doctoque. Olim, ita ſpes meae ſunt, tibi gratulabor [illegible]minus. Si quidem intellexeris, nihil iuuenem didiciſſe, quod dediſcere oporteat uirum. Patriae tuas monumenta loquuntur, nouae doctrinae rationes non eſſe umbratiles. Nam curiae imperialis uſus patent ex illis, quae e tabulario Argentinae tuae in medium protuliſti. Haud dubie patriae tuae ſpecimen hoc erit gratiſſimum. Quo ipſo et boni ciuis elogium habes, et iurium digniſſimi candidati. Egomet tibi in utroque adplaudo. Qui et Argentinae bene cupio et amico Argentinenſi. Vale.

OPV-

OPVSCVLVM VIII.

DE OBLIGATIONE SVCCESSORIS IN PRINCIPATVS ET CLIENTELAS S. R. I. EX FACTO DECESSORIS.

Menſe Nou. an. cIↄIↄccxiv.

Q. D. B. V.

PROOEMIVM.

§. I.

Quare reſpondeamus hoc iuris argumentum?

QVatuor potiſſimum cauſae ſunt, quae ad ſcribendum et reſpondendum me adduxerunt hoc quidem genus argumenti. VNA, quod illius *uſus* in curiis adeo multus ſit et frequens, quam ipſa mors eſſe ſolet etiam principibus uiriſque illuſtribus in republica. ALTERA, quod iureconſultorum de illo ſententiae ſint multiplices, uariae et uagae, ut, quicquid fere hic ſcripſeris, adſeclas, qui idem dixerunt ante, ſis habiturus. TERTIA, quod rationes eius apud plurimos ſint perturbatae et inconcinnae mereanturque cum expendi, tum redigi in ordinem, ut huius iuris principia certiora ſint magiſque explorata. VLTIMA, quod plerique doctores praeſertim in conſiliis reſponſiſque ad ſenſus magis quaerentium diſputent, quam ad ueritatem, unice propoſitam noſtro inſtituto. Accedit, quod haec cauſa, quae et publica et forenſis, praeſidiis opus habeat iuris *naturalis, gentium, ciuilis, clientelaris, publici ſacrique*, in quibus diſciplinis cum operam poſuerim egomet in diuerſis academiis, etiam in ſingulis periculum facere uolui in conflictu hoc inaugurali.

Idque nullo iudicaturis praeiudicio.

§. II. Quemadmodum uero nihil ſcripturi ſumus, niſi, quod iuri et legibus concinnum: ita tamen noſtra hic iudicia priuata ſint neque attendenda, niſi illi, qui noſtris argutiis fecerit locum ultro. Vti enim reſpublica ingeniorum libera eſt: ſic academica eius generis problemata, uerbis et rationibus in ſchola natis, concepta, ultra hanc limites ſuos non debent proferre. Quo ipſo hoc uolumus, non praeiudicia hic a nobis expectanda, quae exemplum dent iudicaturis. Cum alia momenta ſcholae, alia curiae ſint, primaque in rationibus uerſetur tum indagandis, tum expendendis: ultima autem id ſibi proponat, quod ex uſu eſſe ſolet atque expedit cuique reipublicae ſingulari. Quae philoſophia illis relinqui debet, penes quos ſuprema reipublicae gubernacula.

Opuſculi partitio.

§. III. Vt uero diſpoſite ac diſtincte diſſeramus, opus eſt ideo, ne in hac opinionum diuerſiſſimarum ſylua, permixta certe et confuſa, diu fruſtraque oberremus, ueritatis indagatores. Illud itaque nobis diſpiciendum, ut principio conſtet, quae hic lumina ſint iuris *naturalis:* tum, quid publice priuatimque a diuerſis ſit *conſtitutum*, ſiue uniuerſim; ſiue etiam ſigillatim

de *im*

CAP. I. de *imperiis*, *principatibus*, *collegiis ſacris*, *illuſtriumque clientelis.* Quae fere capita erunt, in quae nobis diſpertienda eſt lucubratiuncula. §. IV. I. II.

Inſcriptionis expoſitio.

§. IV. Ceterum uix operae eſt pretium, definire uerba, quibus diſſertationem inſcripſimus, partim, quod ſenſus habeant luculentos, partim, quod, ſi in illis aliquid cauendum monendumque ſit, hoc fieri poſſit in ſegmentis deinceps ſigillatim. Eſt enim *ſuccedere* idem nobis, quam ſuffici in alterius locum: *obligatio* idem, quam iuris uinculum, quo aliquis tenetur. *Principatus* uoce ita utimur, ut reſpondeat iuri in republica ſupremo. *Clientelae* nobis beneficia audiunt, ſub fidelitatis nexu ſuſcepta, quae uerbo in patria nato, *feuda* ſolemus adpellare. Quod igitur, in gratiam tituli, quem breuitas commendat, ſcripſimus *de obligatione ſucceſſoris in principatum aut clientelas*, hoc uerbis amplioribus, una tamen quaeſtione ita redderem: *quae demum facta deceſſoris uel conſtringant ſucceſſorem uel minus, isque ſiue in rem publicam ſuccedat ſiue in fundum clientelarem.* Deus adſit inſtituto.

CAP. I.

De obligatione ſucceſſoris in principatum ex iure naturali.

§. I.

Quae hic uox naturae?

PRincipio audiemus, quae uox hic naturae. Sed diſſimulandum non eſt, non minora eſſe inter iuris *naturalis doctores* opinionum diuortia, quam offenduntur in ipſis legum *interpretibus* ſententiisque forenſibus, uariis omnino ac multiplicibus: neque minorem apud primos, quam alteros rerum principiorumque confuſionem.

Prima, teneri ſucceſſorem ubique, quod omne regnum ſit patrimoniale.

§. II. Principio ſunt, qui ex *facto deceſſoris* obligatum uolunt *ſucceſſorem* tantum non *ubique.* Idque ex HOBBESII (a) improbo ac pernicioſo dogmate, quoniam regnum non ſit, niſi quod imperantem inſtruat iure faciendi et obligandi, ut lubet, pleniſſimo. Regem uero, qui poteſtate utatur *adducta* conſtrictaque uel limitibus pactorum uel concilii alicuius auctoritate, illum non *regis* uerbo honeſtandum, ſed dicendum eſſe reipublicae primarium *adminiſtrum.* Hinc omne regnum habendum eſſe patrimonii inſtar, quod imperans pro ſuo arbitratu in alium queat transferre. Arguunt itaque alii, in patrimonialibus regnis ad deceſſoris pacta factaque ſucceſſorem adſtringi ubique, heredis inſtar in patrimonio priuato (b).

Regna patrimonialia quo ſenſu dicantur?

(a) Patrimoniale regnum uel dicitur intuitu *adminiſtrationis* uel *delationis* et *ſucceſſionis*; uel *utriusque.* In ultima ſententia HOBBESIVM eſſe, illud cum ex eius libro de *ciue* ſiue *imperio* cognoſcitur, tum ex illius ſic adpellato *Leuiathane.* Dicit enim, omne imperium aut *abſolutum* eſſe aut nomen hoc non mereri. Regem poteſtatis adductae non *regem* eſſe, ſed reipublicae aut ciuitatis primarium adminiſtrum. Deinde omnem ideo monarcham ſibi facere poſſe ſucceſſorem idque fieri debere, in omnibus quidem regnis, illius uoluntate uel *expreſſa* uel *tacita* uel etiam *praeſumta*: Scilicet uel regnum *uendendo*, *donando*, *nominando* ſucceſſorem uel non mutando *conſuetudinem* legis ſucceſſoriae uel *adfectu*, quem illi eſſe credamus in liberos et proximos ſanguine.

In illis qui obligetur ſucceſſor?

(b) Ipſe GROTIVS hoc fere utitur filo conſecutionis. Poſtquam enim *lib. 1. cap. 3. §. 8.* abſoluti imperii et rationes dedit et exempla, *libro 2. cap. 7. §. 12.* exinde ſucceſ- A ſionem aeſtimat et, quod *lib. 2. cap. 14. §. 10.* facit, ſucceſſoris obligationem. Sane qui regnum, quod in patrimonio eſt, uel teſtamento ſuſcipit uel ab inteſtato, illum promiſſis et contractibus teneri deceſſoris ſui, ex mente Grotiana extra dubitationem ponit *Georgius* BEYER *de oblig. ſucceſ. §. 22.* Alii contra exiſtimant, Grotium reſpicere tantum in patrimonialis regni adpellatione ad ius illud *transferendi.* Quod B ſi auctor feciſſet, eſſet omnino redarguendus, idque ex cauſis quamplurimis. Partim quod ille, qui principatum teſtamento accipit, non ideo omnium bonorum eſt heres; partim, quod populus, qui in admittendo ſucceſſore, uoluntati deceſſoris ſe adſtringit, non ideo formulam imperii adductam uertit in abſolutam, ſed ualet quoq; tum iuris axioma, quod plus iu- C ris rex teſtator transmittere nequiuerit, quã quod habuit. Neque integrum eſt ſucceſſori rempublicam onerare in gratiam deceſſoris teſtatoris, huius ſcilicet facta explendo.

CAP. I.

Quae confutatur. §. III. IV.

§. III. Verum enim uero abſit, ut uel primum demus Hobbeſio uel alterum, de *patrimoniali* regno facτis argutiis. Sequimur enim hic ex aduerſo caſtra *uiri illuſtris a* COCCEIIS (c), qui patrimonialia regna primus forte ex iurisprudentiae naturalis ſyſtematibus expunxit. Quoniam in illis dominium commiſceatur cum imperio, maieſtas cum tyrannide, reipublicae ſalus cum imperantis libidine, imperium cum dominio, ſubiectio cum ſeruitute. Cuius etiam ſententia calculos nunc habet uiri illuſtris THOMASII (d) et, qui cenſuram illius reddidit ampliorem b. m. BEYERI (e). Deſtructa autem patrimonialium regnorum definitione (f): filum quoque conſecutionis disrumpitur, quod inde nectere ſolent ad obligandum ubique principem ex facto ſui deceſſoris. Taceo, quod Hobbeſianum dogma ita quoque poſſit impeti. Si nullus uere rex eſt, niſi cum omnimoda poteſtate, regis iuſſu uel obligabitur ſucceſſor uel minus. Si primum, ſucceſſor ſane rex non erit, quia non ſuo nutu uiuit, ſed imperio deceſſoris: ſi alterum, neque deceſſor regis merebitur nomen, ut qui non omnem, utpote ſucceſſorem obligandi, habuit poteſtatem. Quare eo dimittimus hic iudicio Hobbeſium, quod eius ſubtilitate regi nolint respublicae, quibus illud Neoptolomei probetur: *philoſophandum hic, ſed paucis. Nam omnino haud placet* (g).

Patrimonialium regnorum innida nomina.

(c) Verba Cocceiana ſunt: *Pernegamus ulla iuſta regna eſſe in patrimonio. Sed id plenum contradictionis eſt. Quia res in patrimonio ut incipit eſſe, fit dominium et res priuata. Nec iam regnum erit, ſed tyrannis, non imperium, ſed dominium, non ciuitas, ſed magna domus tyranni. Dominus re ſua poteſt abuti* l. 21. C. mandat. *non rex regno,* l. 215. de V. S. *Regna non regnantis cauſa, ſed tamen regni ergo rex eſt*, cetera. Quae habet de *teſtamentis principium* §. 16. p. 37. Vnde facile eſt ad intelligendum, quod uerbo *regni patrimonialis* nobiscum utatur non transmiſſionis ſolum cauſa, ſed etiam imperii ergo, nullis limitibus reſtricti expoſitique nudae libidini imperantis.

Qui regna inalienabilia?

(d) In limatiſſimis animaduerſionibus ad HVBERI *ius ciuitatis lib. 1. ſect. 3. c. 2. §. 18. 19. p. 69.* Quamuis uiri illuſtris et de iurisprudentia naturali meritiſſimi ſententia hunc inprimis ſibi praefigat ſcopum, ne quis cogitet credatque cum Grotio eſſe regna patrimonialia, quae poſſent, inſtar patrimonii, alienari. DOMINIVM, ait, *poteſtatem infert alienandi, niſi per conuentionem ei adimatur*, IMPERIVM *non infert, niſi conuentio addatur. Et praeſumendum eſt contra alienandi facultatem, quia deuicti etiam populi non in ſeruitutem ire uoluerunt, ſed in ſubiectionem.* Exempla autem, quae uulgo hic laudantur, aut contra iuris ordinem facta aut populi habuiſſe conſenſum ſingularem ſiue tacitum ſiue expraſſum.

Diſcrimina

(e) De *obligat. ſucceſſ.* §. 23. ita philoſophatur: *Toto coelo differunt imperium et dominium. Imperium eſt ius in perſonas, earundem regendi actiones cum ui coactiua:* dominium *eſt facultas rem ſibi habendi, alienandi, conſeruandi et perdendi. In ſeruos* utrumque *et imperium eſt et dominium.* Primum, *ut in homines, ratione praeditos?* alterum, *ut in animalia, poſita in commercio. At in liberos homines, quales regulariter ſunt principum chriſtianorum ſubditi, nemo dominium adſirmauerit.* Sed tamen hoc de omni regno adfirmare nullus dubitat Hobbes, qui ideo fingit dominos dominorum et ſeruorum ſeruos.

imperii et dominii.

Patrimonialis regni utrinque expungendi ſignificatus.

(f) Siue *patrimoniale* dixeris imperium, intuitu *uſus* ſiue intuitu *alienationis.* Quae utraque coniuncta eſſe dicit HOBBES in omni imperio idque neceſſario. Nos neutrum damus. Non *primum*, quia regis eſt non perdere populum, ſed tueri; idque domi ac foris: non *alterum*, quia ſic confunditur dominium cum imperio. Imo eius generis imperium uerbo eſſet *regnum*; re ipſa ſeruitus ac *dominium.*

Hobbeſii dogmata peccant in nimio.

(g) Sunt notiſſima de hoc uiro iudicia, quod ſcripſerit ſua aduerſus peſtem monarchomachorum. Studio ergo in principes lapſus eſt neque uiam tenuit inter nimium et parum. Accedit, quod nimium hic dederit naturalibus aenigmatibus et mathematicorum lineis, quibus includi nequeunt entia moralia. Neoptolemi dicterium laudant CICERO *lib. 2. quaeſt. Tuſc. et lib. 2. de orat.* itemque GELLIVS *lib. 5. noct. Attic. c. 15. 16.*

Secunda obligat ſucceſſorem in probabili tantum facti ratione,

§. IV. Qui autem praeter deſpotica et patrimonialia regna etiam agnoſcunt alia, illi in facto deceſſoris, ſi quidem illo ſucceſſor teneri debeat, requirunt PROBABILEM CAVSAM uel rationem. Haec enim ſi adfuerit, ipſum quidem non abſque intermedio, i. e. ἀμέσως obligant, ſed ἐμμέσως per interpoſitam ciuitatem. Cuius nomine egerit princeps, deceſſor. Hanc igitur, ut ſucceſſori deferat imperium, ita etiam cum onere eidem illud deferre, explendi ſcilicet dicta factaque principis antéceſſoris (h). Verum, ut taceam, peſſimi forte exempli futurum eſſe, ſi hoc ciuitati detur cuique, facta

quae confutatur.

prin-

CAP. I. §. IV. V.

principum mittere ſub cenſuram, an conſulta fuerint reique publicae utilia, an minus, eſt certe haec ratio decidendi admodum ambigua, ut exitum uix ſit habitura. Taceo, quod iniquum ſit, omnibus hic regnis eandem dare menſuram, cum haud dubie, ubi regnum magis adductum, ibi etiam minor principis poteſtas facultasque uel rempublicam obligandi uel per hunc ſuum in principatu ſucceſſorem (i).

Grotii mens de obligatione principis ex probabili deceſſoris ratione.

(h) Eſt haec ſententia GROTII *lib. 2. cap. 14. §. 11. 12.* his ſere ab ipſo uerbis concepta: *Qui in ius regni ſuccedit tantum, non obligatur facto deceſſoris ἀμέσως, quia ius ſuccedendi non ab anteceſſore habet, ſed a populo. Obligabitur tamen per interpoſitam ciuitatem ἐμμέσως. Coetus enim ſe obligauit per principem anteceſſorem, cuius facta ſunt facta reipublicae. Non tamen in infinitum hoc abit. Sed tum ita obligatur ſucceſſor, ſi anteceſſor probabilem habuerit rationem. Quod in dubio, ob regentium auctoritatem, debet praeſumi.* Hactenus ille. Idem quoque calculo ſuo adprobat PVFENDORFIVS *lib. 8. c. 10. §. 8.* qui addit: *principem ex facto et promiſſo deceſſoris, omnino obligari, uti etiam rempublicam, ſi forte, extincta regali ſtirpe, ſummam rerum illa recipiat, niſi facta fuerint manifeſte* ABSVRDA *aut* INIQVA. *Praeſtare hoc dicere, quam diſtinctione hic uti inter laeſionem* modicam et enormem *aut enormiſſimam.*

Dubia aduerſus Grotium et Pufendorfium.

(i) Licet enim pro principe *deceſſore praeſumant*, illa tamen praeſumtio a rerum noſtrarum ſtudioſis aut ab ipſo ſucceſſore, parum liberali, impeti poteſt uariis argutiis ad adferendam et excitandam ſuſpicionem, quaſi is ad ſua tum commoda reſpexerit, non ad reipublicae utilitatem; quaſi dolo aut blanditiis ſit circumuentus adminiſtrorum; quaſi imprudentia peccauerit aut ignauia et quae reliqua ſunt generis oppoſitionum. Quae certe, quoties cum principe agitur, eo magis ſunt periculoſa, quod plerumque ibi umbrae iuris aut praetextus regnent ſufficiantque ad decidendum pro imperante. Accedit, quod ita iudicium in propria cauſa ſit expectandum, idque uel ab ipſo principe uel ab adminiſtris, quorum non minus intereſt, ne ille cauſa eius generis cadat. Maximum autem eſt, quod de omnibus regnis ita iudicium ſit idem: cum tamen in diuerſis diuerſos quoque limites habeant principum deceſſorum arbitratus.

Tertia cum diſcrimine reſpondet inter domania et patrimonium.

§. V. Alii praeterea hic digitum intendunt ad ea ſigillatim *bona*, in quibus ſe obligauerit anteceſſor. Sunt bona principis *propria*, *ſeine* chatoull-*Aemter*, *oder* chatoull-*Güter*: aliis ipſe utitur fruiturque tantum. Quorſum praedia referenda et reditus *domaniales* ſeu *menſales*, unde ex prouidentia reipublicae ipſe requirere debet ea, quae illi ſufficiunt ad cultum et uictum, principe dignum et republica. In *primis* obligari uolunt ſucceſſorem: non uero in *ultimis*, quae obligatio ne quidem aliqua reſciſſione opus habeat, cum ipſo iure ſit nulla (k). Verum enimuero iidem omnibus iterum regnis fi- *quae mittitur ſub cenſuram.* guntur hic limites, qui tamen eſſe debent omnino diuerſi; tum reſponſo hoc iura non exhauriuntur, de quibus eſſe hic poteſt concertatio; deinde regna ſunt, quae improbant haec bonorum diſcrimina docentque, omne principis patrimonium in nexu eſſe reipublicae indeque non poſſe diuelli et quae dubiorum hic ſunt generis eiuſdem (l).

Quae obligatio ſucceſſoris in patrimonio, quae in domanio?

(k) Ex hac quidem ſcena prodeunt quamplurimi. Inter iurisprudentiae naturalis doctores eſt HVBERVS, qui *libr. 1. ſect. 9. de iure ciuit. cap. 5. §. 53. 54. ſeqq.* fere his uerbis ſcribit: *Videamus de ſucceſſoribus, quomodo hi ex* contractu *teneantur. Nam ſucceſſores non accipiunt ius ſuum ab eo, qui proxime deceſſit, ſed a populo, qui ſucceſſionem ſemel ſtabiliuit. Dicendum tamen, ſucceſſores teneri, ſed cum diſtinctione. Nam rex deceſſor et* regnum *relinquit et* patrimonium. *Succeſſor itaque in regno uel heres etiam eſt principis in patrimonio: uel non eſt, teſtamento forte aut alia ratione excluſus. Si* ultimum, *non tenetur; ſi* primum, *tenetur ad uires uſque patrimonii accepti.* Patrimonii autem principalis nomine ueniunt res illius propriae *Handgelder*, chatoull-*gelder*, chatoull-*aemter* atque omne id, quod princeps uel ex ſuis uel ex reditibus reipublicae conſuetis et ordinariis acquiſiuit. Siue res mobiles ſint ſiue immobiles eaeque tales uel naturaliter uel ciuiliter. *Sed obligationes, quae propter rempublicam initae ſunt, tenent etiam praeterea ſucceſſorem, non ut heredem, ſed ut caput ciuitatis. Quia haec obligata eſt a principe ſucceſſore, qui nomine promiſit contraxitque ſuae ciuitatis.* Quod ultimum idem illud eſt, quod ſupra dixit Grotius. Cuius tamen cauſa *probabilis* Huberum aegre habet, quoniam ita principis auctoritas nimium conſtricta eſſe uideatur. Cum ipſa ibi exempla allata a tutoribus et adminiſtratoribus rerum *l. 28. §. 1. ff. de pact.* atque *l. 22. C. eod.* nec minus *l. 7. §. 3. ff. pro empt.* aliquid habeant inuerecundi et impudentis erga imperantem.

Dubia circa haec bonorum principis diſcrimina.

(l) Principio enim in regnis *abſolutis* maior etiam facultas erit principi in ipſis domaniis, quam in *adductis* aut *mixtis*. Hinc respublicae inueniuntur, qui nomen

CAP. I. §. VI

hoc prorſus ignorant. *Deinde* eſt haec Gallorum doctrina, quam explicat *Ren.* CHOPPINVS *lib. 1. doman. c. 7.* quod regi ſemel acquiſita etiam acquiſita ſint regno, idque nexu indiſſolubili, inſtar rei domanialis. Cuius argumenta quoque ſic adiuuari poſſunt, ut dicatur, raro principem acquirere niſi uiribus, conſiliis, occaſioneque reipublicae, ut adeo huic pariter cedant, quae intuitu illius quodammodo ſunt comparata. Ita olim acquiſita ab episcopis delata ſunt ad imperatorem, qua patronum, poſt ad eccleſiam, cuius occaſione comparauerat diuitias ſacer antiſtes. Praeterea ſunt etiam alia, quae neutro nomine poſſidet princeps. Quis enim regalia omnia, quorum numeri hodieque perinde adaugentur, idque auctoritate imperantis, habuerit loco rerum domanialium; quarum origo quaerenda in republica. Intelligitur itaque, diſcrimen hoc non aequare facta principis, de quorum obligatione apud ſucceſſorem inſtitui poteſt diſputatio. Taceo, indignam eſſe principe hanc menſuram. Ita enim fieri poſſet, ſucceſſorem adligari ad confectionem inuentarii rerum deceſſoris propriarum; eundem adſtringi ad matriculam iuratam regalis ſupellectilis; eum repudiare poſſe hereditatem et ſic cimelia deceſſoris, tantum non ſub haſta, adſignare manibus creditorum; cum opprobrio quidem cum ſacri palatii, ornatu denudati, tum principis deceſſoris, cuius reliquiae uagarentur per manus hominum ſordidorum, cetera.

Quarta ſucceſſorem in contractu obligat, non in gratiis. quam recte hoc doceatur?

§. VI. Deinde aliud diſcrimen faciunt finguntque illi, qui obligatum uolunt ſucceſſorem ex deceſſoris tantum *contractu*, non ex *gratiis* illius aut beneficiorum largitione (m). Verum neutrubi conſentio. Non in *primo*, quid ſi enim princeps deceſſor in contrahendo fines exceſſerit formulae reipublicae: neque in altero, quoniam parcum nimis eſt de largitionibus principis iudicium, praeſertim in regno non multum adducto et, reditibus uel theſauri reliquiis, opulento (n).

Num obligatio tantum in contractu deceſſoris, non in gratiis aut priuilegiis?

(m) Ingens eſt numerus doctorum, qui hanc ſententiam ſolent contueri rationibus quidem ualde diuerſis, perturbatis etiam naturae, ciuilis, eccleſiaſtici iuris principiis itemque cauſis conſilii et iuris inuicem permixtis et confuſis. Seligemus nos tolerabiliora, quae fere ſunt haec. Quia contractus tranſeat ad ſucceſſores atque his praeiudicet, igitur etiam deceſſoris principis contractus principem obliget ſucceſſorem, ita IASON. *uol. 3. conſil. 10.* OLDRADVS *conſ. 94. ſub fin.* REBVFF. *ad concordata R. Gall. cum pontif. tit. de collationib. in praefat. p. 907. 908. ſeqq.* Quia contractibus et pactis a ſucceſſore uiolatis nemo contrahere uellet cum principe, qui eſſet inſtar Tantali, poſitus extra commercium cum hominibus et *exulis* inſtar, cum uerbo potius adpelletur *praeſulis* in ciuitate *Alber.* BRVNVS *conſil. 2. et 12.* de RIPA *lib. 2. reſponſ. c. 28. Rol.* a VALLE *conſ. 1. et 3. Petr.* PECKIVS *ad reg. iur. can. reg. 16. n. 2. et reg. 46. num. 13.* Quia ius ab anteceſſore acquiſitum ita auferri poſſet a ſucceſſore, quod eſſet iniquum ROMANVS *conſ. 352. ſub fin.* et DD. ad *cap. 1. ex epiſtolae uerbis X. de probat.* Quia ſucceſſoris ius non ſit maius, quam anteceſſoris, cui pacto, contractu, transactione fuerit ſtandum inſtar hominis priuati BALDVS *lib. 1. conſ. 27. et lib. 3. conſ. 159. n. 4.* TIRAQVELL. *de iure primogen. quaeſt. 35. n. 20.* Quia imperator et princeps potuerint obligare fiſcum, ſed fiſci inſtar eſſe ſucceſſorem CYNVS *in l. digna uox C. de leg.* MENOCHIVS *conſil. 1. n. 228.* et *conſ. 103. n. 69.* RVDOLFINVS *de abſoluta poteſtate c. 6. n. 20. 72. 95.* Ideo necquicquam hic ualere, ſi quidem princeps uti uoluerit plenitudine poteſtatis EHRENBACH *in nomologia cap. 12.* KLOCKIVS *de contribut. c. 8. n. 79.* SCHRADER *conſ. 10. et conſ. 25.* pluresque alii ab his conducti et allegati. Contra habere ſe rem putant in uere ſic dictis *priuilegis*, illis ſcilicet, quae neque titulo oneroſo ſint conceſſa, neque in compenſationem meritorum, quae ſe habeant inſtar contractus ENENKEL *lib. 3. de priuil. cap. 8.* adeoque ſucceſſori ſint obligatoriae, qui legum dominus ſit, non contractuum *Adr.* HOVTVYN *in politica ad §. 26. p. 59. 60.* uerum, quae ex mera et ſimplici gratia ſint collata. Quibus nulla in ſucceſſore ſit obligatio. Quia a principe largitore conceſſa ſint inſtar *precarii*; quia *priuilegiatus* uerſetur in *lucro* captando, reſpublica aut ſucceſſor in principatu in uitando *damno*; quia ſatis eſſe queat *priuilegiato*, ſi priuilegio ad dies uitae uſus ſit largitoris; quia neque huic aliam credendum ſit fuiſſe mentem, quam, ut eo usque benefaceret, quousque beneficia illius eſſent in manibus; quia ſimplieis donationis nulla euictio; quia ſucceſſorem neque leges teneant, ergo multo minus priuilegia; quia in mores ideo uniuerſim iuerit, ſolicitum eſſe quemuis de ſucceſſoris confirmatione; quod etiam uerum ſit de priuilegio conceſſo *extraneo*, quem hoc intuitu uel fingere liceat temporarium ſubditum uel norma eum regere prorſus eadem; quia, omnibus priuilegiis aeternis, fieri poſſet tandem, ut numeri priuilegiatorum uincerent multitudine illos, qui legibus uiuerent adſtricti, id eſt, exceptiones ſuperarent regulam et quae ſunt generis eiusdem. Quapropter adfirmare ſolent doctores ad gratias, ad priuilegia huius ſortis necquicquam teneri ſucceſſorem in principatu. Legi huc poſſunt, praeter doctores principio huius notulae

citatos

CAP. I.

citatos, b. m. STRVKIVS *de priuilegiis titulo oneroſo quaeſitis cap. 3. §. 3.* atque ante illum ARNISAEVS *de iurib. maieſt. lib. 1. c. 7. n. 7.* CONRINGIVS *de priuilegiis recte concedendis et reuocandis*, ANONYMVS *in obſeruat. Halenſ. tom. 3. obſeru. 16.* ex inſtituto.

Opinionis huius cenſura.

(n) Diſplicet etiam hoc iuris ex facto deceſſoris fundamentum. Non quidem ex *Hobbeſiana* cauſa, quare princeps a ſubditis nequeat obligari ullo uinculo conuentionis, quod ipſe nequeat iure diſſoluere. Sed ex rationibus petitis aliunde. Scilicet improbamus, quod *unus limes* ſtatuatur rebuspublicis adeo *diuerſis*, quod uitium reprehendimus aliquoties. *Deinde* nulli dubitamus, poſſe formulam imperii talem eſſe, ubi etiam in gratiis priuilegiisque ſucceſſorem obliget deceſſor. *Praeterea* cum principis, inſtar numinis, ſit benefacere, durum eſt, gratias omnes extingui a rigido ſucceſſore, praeſertim, quod princeps credi debeat largitus fuiſſe nomine reipublicae, quae, mortuo licet principe, uitam uiuit immortalem. *Accedit*, quod huius etiam interſit, continuari gratias, ex dignitatis atque officii iuribus ſemel collatas. *Taceo*, quod facile ſit, priuilegiis addere nomen contractus aut emtionis pro uno numo uel etiam in diplomatibus fingere atque efferre merita, ſi quidem hoc iure conciliare liceat priuilegiis et gratiis aeternitatem, cetera. Neque tamen etiam illud dederim ENENKELIO *lib. 3. de priuilegiis cap. XI.* MOLINAE *de iure primog. lib. 1. c. 3. n. 20.* atque EHRENBACHIO *nomologiae cap. XIII.* uniuerſim cogi principem ſucceſſorem generis cuiusuis ad quasuis gratias, priuilegia, donationes, licet inſolentes, ceteraque conſeruanda continuandaque. Vt quidem illi contuentur.

§. VII.

§. VII. Poſt ſunt etiam, qui ad *modum* reſpiciunt *delati* imperii. Neque ex facto deceſſoris obligari perhibent, qui ſufficiatur eidem per noua populi ſuffragia, id eſt, libera *electione*. Abſoluunt etiam ab hac obligatione illum, qui *ſanguinis* iure ad imperium deueniat. Contra uero obſtringunt ex facto deceſſoris eum, qui ex illius *ultima uoluntate* aut iure etiam *pactitio* peruenerit ad faſtigium imperii (o).

Quinta ſucceſſorem obligat uniuerſalem, non ſingularem.

Dubitationes.

Verum, uti ſupra monui, fruſtra haec ponuntur inter cauſas obligationis ex facto deceſſoris, tantum abeſt, ut illa haberi debeat primaria. Principio enim patrimoniales regnorum ſucceſſiones, cum Grotii, tum Hobbeſii, expunximus nos ex ſyſtematibus iurisprudentiae naturalis. Deinde, ſi quando respublica uult, ut princeps deceſſor nominet uel inter uiuos uel ultima uoluntate, uel ſibi cupiat ſucceſſorem, forte ad illud faciendum amore aut prudentis conſilii expectatione aut diuerſis candidatorum ſtudiis, ob quae metuit ſibi ab interregno, adducta: non propterea credendum eſt, agere principem ſuo tum nomine; transferre ſua; poni regnum in illius patrimonio aut dominio; illius, non reipublicae, eſſe noui ſucceſſoris auſpicia; penes illum, formulam regni uertere ac fingere; teneri ſucceſſorem facto illius, ut uniuerſalem heredem in patrimonio defuncti teſtatoris. Conuertenda potius oratio dicendumque, regni teſtatorem cauſam tum agere reipublicae; transferre ipſum aliena; imperium cedere, non dare patrimonium; auſpicia eſſe ciuitatis; reddi formulam regni, non uero naſci; ad hanc reſpiciendam eſſe, non ad teſtatoris in hoc genere facta, nomina, uoluntatem. Quo ipſo clarum eſt a modo propagandi principatum non recte argui ad ſucceſſoris obligationem (p).

Num facta deceſſoris obligent in regno hereditario?

(o) Hereditatis uerbo hic utimur in eo ſenſu, quatenus ſucceſſionis iura ultimae deceſſoris tribuuntur uoluntati. Quapropter illius facto teneri putant cuiusuis regni ſucceſſorem. *Ioan.* BODINVS *lib. 1. de republ. ſub fin. cap. 8. p. 164.* quaeſtionem: *an rex ſucceſſor, regum antecedentium promiſſis, ſalua maieſtate, obligari poſſit*, ita reſpondet: *principem maiorum pactis, conuentis*, factisque *aeque obligari, ſi regnum hereditario iure obuenerit uel etiam teſtamento ſit delatum.* Vt Ptolemaeus *Cyrenenſium*, Nicomedes *Bithyniae*, Attalus *Aſiae*, Eumenes *Pergami*, Coctius *Alpium* reges populum *Romanum teſtamento* regnorum *heredem ſcripſerunt. Quid ſi regnum ad proximos deferatur? ut* Angliae *regnum* Henricus VIII, *tribus* adſignauit *liberis ordine* ſucceſſorio? *Diſtinctione res eget aut* teſtamento *ſucceſſerunt: aut, repudiata deceſſoris hereditate, ſequuti ſunt* legem *ſucceſſionis* regiam. *Si* primum, *obligati ſunt: non uero ſi* ultimum, *quamuis iuratus ſit teſtator. Itaque*, pergit, LVDOVICVS XII. *repoſuit illis, qui eum facto obligauerant Caroli VIII. deceſſoris*, ſe eius heredem non eſſe. *Ita* FRANCISCVS II. *Heluetiis, patris debita urgentibus, pariter reſpondit, ſe ſceptra* non beneficio deceſſoris, *ſed lege regia tenere.* Idem ſtatuit GROTIVS *lib. 2. cap. 14. §. 10.* Idem EVERHARDVS in *topica legali* loco, *a plenitudine poteſtatis.* Ita etiam ex doctoribus ueteranis *Matth. ab* AFFLICTIS *deciſ. 17. n. 5.* exemplo petito a iuribus regni *Neapolitani* et qui eum ſequitur REINKING. *lib. 1. d. 3. regim.*

Num idem in pactis ſucceſſoriis denen Erbverbrüderungen oder Ganerbſchafften?

CAP. I. §. VII. VIII.

regim. ſecul. c. 10. n. 11. Eodem utuntur iudicio in ſucceſſione pactitia *einer Erbverbrüderung oder Ganerbſchaffi*, nam et hic ex facto deceſſoris obligant ſucceſſorem, licet illius heres non ille, ſed alius exiſtat, b.m. STRVKIVS *de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 8. cap. 7. §. 43.* et, quos ipſe laudat huius ſententiae patronos, BESOLDVS *in nomicopolit. lib. 3. diſſ. 2.* CARPZOVIVS *part. 2. c. 29. def. 21.* idemque *deciſ. 88.* BRVNNEM. *cent. 2. deciſ. 17.* et ZIEGLER *de iurib. maieſt. lib. 1. c. 4. §. 28.* et qui ſunt alii ſententiae eiusdem.

Aduerſus hanc ſententiam dubitationes. (p) Error ita ſentientium, quod in regno, ultima uoluntate delato, ſucceſſor praeſtare teneatur omnia facta deferentis, ſucceſſoris: cauſas habet multiplices. *Principio* confunditur *patrimonium* cum *imperio*, quae inuicem aeterno iure et eo diſtabunt usque, quo ciues et ſubditi omnes in infimum ordinem et ſub iugum ibunt duriſſimae ſeruitutis neque imperantem ullo uel iure uel pacto teneri dicent, ſed officio, id eſt, libidine propriae uoluntatis. Qua uirgula ciues uniuerſi orbis aeſtimauit HOBBESIVS *in Leuiathan cap. 18. 19. 20.* indignus ideo, qui iuribus gauiſus ſit liberi hominis et ciuis. *Deinde* nomina illos deceperunt *teſtamenti*, quod fieri ſolet de rebus, quae ſunt in *dominio* et proprietate, ſenſu quidem iuris priuati, non publici, ubi etiam declaratio uoluntatis fieri poteſt in ſucceſſione uel rei alienae uel uſufructuario iure poſſeſſae. *Praeterea* glaucoma etiam fecit iureconſultis, quod heredem alium neſciant leges Romanae, quam uniuerſalem, contra regni eſſe poteſt heres, cui nihil iuris in bonis reliquis principis teſtatoris. Quo ſenſu teſtamenta hic fiunt in re ſingulari. Imo deceſſoris eiusdem duo utrinque ualida relinqui poſſunt teſtamenta: unum, qua princeps fuit in cauſa principatus, alterum, qua priuatus in ſuo, quod poſt principatum habuit, patrimonio. *Poſt* regulae etiam in culpa ſunt; ſucceſſorem ex teſtamento teſtatoris ſubire perſonam in commodis et incommodis, in lucro et damno, in aere proprio et alieno, etiam ultra uires eum teneri hereditatis; ſi quid inde damni ſentiat, tribuendum hoc illi; qui maluerit aleam ſubire hereditatis; quam, eam declinando, euitare periculum, cetera. Quae omnia rurſus fallunt in herede aut ſucceſſore in principatum. Vera haec eſſe inter heredem *patrimonii* et *principatus* diſcrimina, ipſo nunc comprobabimus rerumpublicarum uſu. Quamuis enim *Barthol.* MVSCVLVS *de ſucceſſione conuentionali Membr. 1. claſſ. 1. concl. 3. n. 93. p. 47.* HEIGIVS *part. 1. quaeſt. 6.* CLAPMARVS *lib. 2. c. 21.* BESOLDVS *lib. 3. nomicopolit. diſſert. 3.* cum rationes, tum exempla uaria conquirant regnorum, principis deceſſoris teſtamento delatorum: non tamen regna talia ideo pro deſpoticis habueris et patrimonialibus, niſi hanc maculam inurere audeas florentisſimis Europae imperiis, *Hiſpaniae, Galliae, Angliae, Sueciae, Daniae, Scotiae, Hungariae, Bohemiae, Poloniaeque*: in quibus ſingulis ordines in ſucceſſore admittendo principis deceſſoris ultimam quandoque uoluntatem ſunt ſequuti. Quid? quod ipſe Bodinus meminiſſe debuiſſet, quod, licet Henricus VIII. teſtamento nominauerit liberos ſuos ſucceſſores; tantum tamen abfuiſſe, ut illi patris facta expleuerint, ut potius tragoedia omnibus iſtius aeui ſcriptoribus teſtatiſſima ſit, qua Angliam adflixerunt tot ac tantae in republica ab *Eduardo, Maria, Eliſabetha* ſuſceptae et imperatae metamorphoſes et ſacrorum aeque ac ciuitatis uicisſitudines et mutationes. Taceo, quod reipublicae omnino interſit, ne regni *ſucceſſor* et heres hanc ſibi legem dictam putet, uerſari ſe erga teſtatorem, principem deceſſorem in quadam obligationis infinitate. Scilicet formula reipublicae hic quoque reſpicienda eſt uidendumque, illa quid concedat, quidue neget ſucceſſori.

Sexta obligari deceſſorem, ſi quae fecerit ex officio et dignitate. § VIII. Porro fuit in hac opinionum ſylua ueteranis doctoribus inſtar fili Ariadnaei, ſi dixerunt, ad illa tantum obligari ſucceſſorem, quae deceſſor fecerit ex *officio* et *dignitate*. Quod enim ita ſit factum, *nomine* factum atque auctoritate *reipublicae*, inter tot mortes principum ſuorum immortalis. Cuius propterea omnino ſit, facta deceſſoris in hoc genere tueri apud ſucceſſorem. Inde etiam conſtat, quod uerbo, non re ipſa ab illis differant, qui adfirmant, facta a principe, in cauſa *populi* et *ciuitatis*, aeternum obligatura eſſe omnes ſucceſſores, non cetera, quae is fecerit in gratiam ſui ipſius, inſtar priuati, moritura omnino cum faciente uel allodii, non regni heredem obſtrictura (q). Verum neque hoc ſimpliciter et ſine diſcrimine ullo eſt *De quo iterum dubitatur.* dicendum. Nam uidendum potius de officii et dignitatis limitibus, intra quos imperantem oportet uerſari ex pacto aut decreto ciuitatis. Hos enim ſi exceſſerit princeps, parum aut nihil proderit, ſuum ita ſucceſſorem ſe obligare uoluiſſe, cum utrum potuerit, quaerendum ſit primo idque negandum. Alia repeti etiam hic debent, quae ſupra repoſuimus ad ſententiam Grotii, uerbo, non re ipſa diuerſam ab hac ueteranorum doctrina (r).

(q) Au-

CAP. I. II. *In rebus ex officio et dignitate principali geſtis obligari ſucceſſorem.*

(q) Audiemus ipſum BALDVM, opinionis patronum et forte auctorem. Ita autem in *conſilio* 159. *num.* 3. 4. differit ille: *Imperator in* perſona *mori poteſt, ſed ipſa* dignitas, *officium, imperium eſt immortale. Sicuti* pontifex *moritur, non* pontificatus, *cuius ſedes aeterna. Quae faciunt itaque* reges *nomine non* ſuo, *ſed* regni, *id eſt, gentis ſuae, illa obligant gentem et principem eius ſucceſſorem. Niſi laederent facta ipſum regnum, uti donatio* Conſtantini M. *quae fuit miraculoſa, alias non obligatoria fuiſſet. Quia regni tutela regibus commiſſa, non dilapidatio. Vnde autem intelligis, factum id eſſe nomine* dignitatis *et* regni, *hoc eſt, contractum eſſe realem et adficere rempublicam: id cognoſcitur ex forma, ſi tenor ſcripturae faceret mentionem ſucceſſorum. Praeterea ſi rex non in* perſona *promittit, ſed in ſignificatione ſeu nomine et uerbo regali. Ita enim promiſſio eſt tranſitoria ex forma et ex dignitate et auctoritate concedentis nec non ex ipſa republica repraeſentata, quae non moritur.* Baldo adplaudunt hic innumeri doctores alii tam iuris ciuilis interpretes, ut ALBERICVS *ad l. conuentionum ff. de pactis*; *Andreas ab* EXEA *in lib. de pactis num.* 385. *Paul. de* CASTRO *ultimo notabili C. de LL. Octau.* CACHERANVS *deciſ. Pedemont.* 139. TIRAQVELLVS *de Primogen. quaeſt.* 35. *n.* 20. MANDELL. *conſ.* 67. *n.* 1. CYNVS, ANDREAE aliique Dd. *ad l. digna uox C. de LL.* quam iuris canonici, ut PANORMITANVS; de BVTRIO; IMOLA; FELINVS; DECII aliique ad *cap.* 1. *ex epiſtolae uerbis X. de probationibus.* Quae etiam opinio rexit in Germania inter iureconſultos fere omnes *Matthaeum* CVNONEM, in libro utili neque obuio ubique *de pactis lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 66. 67. 68. 69. atque *cap.* 23. *n.* 43. REINKINGIVM *lib.* 1. *regim. ſecul. claſſ.* 3. *cap.* 10. *n.* 30. 31. qui addidit quaſdam, ut dicit, regulae fallentias; SCHRADERVM *in conſilio* memorabili *IX. n.* 1. 2. *et conſ. X.* ubi quaeſtionem, utrum rex Daniae teneatur facto deceſſoris, reſpondet ex inſtituto; *Georgium Acacium* ENENKELIVM *de priuilegiis lib.* 3. *c.* 11. *n.* 44. 45. 46. KLOCKIVM *de contrib. c.* 8. *n.* 71. EHRENBACHIVM *cap. X. nomolog.* §. 3. imo tanti facit hanc doctrinam oculatiſſimus TABOR, ut in *diſſert. de oblig. ſucceſſor. in officiis cap.* 5. §. 4. non ſolum adprobet eam, ſed etiam §. 15. Grotium rideat fere, quod illam ſuis commentis uoluerit emendare, qui re uera nihil dixerit noui, quod non pridem ueterani ſcripſerint, uerbis licet a cultu aliquantum alienis.

§. 1.

Aduerſus hanc doctrinam dubitationes.

(r) *Primo* confunditur quaeſtio, an uoluerit obligare ſucceſſorem princeps, cum altera, num obligare potuerit. Vinculum enim conſecutionis inter utramque prorſus eſt nullum. *Deinde* ipſi etiam patroni huius doctrinae uarias deinceps addunt limitationes et reſtrictiones, nomine *fallentiarum*, quod laedi tamen ita reſpublica non debeat, niſi in modico, quod non curet praetor, multo minus rex aut reſpublica; quod laeſio tamen non aeſtimari debeat ex euentu, ſufficiatque principem facto ſuo reipublicae prodeſſe uoluiſſe; quod in laudabili principe ſecus facta cum rectis et reipublicae utilibus debeant conſerri et compenſari, cetera. *Praeterea* cum dignitatis et officii principalis ſint limites diuerſi, neque enim in paruo aut ſterili regno, eadem elegantia requiritur, adparatus, lautitiaque, quam in magna, diuite ac fertili. *Poſt* ipſe etiam diuerſus populi genius in regnis diuerſis, ut adeo iterum negligat officium ſuum princeps, ſi contra limites peccet, ſibi etiam hic propoſitos. *Tandem* neque publica cuiusque regni iura patiuntur, ut unam omnibus normam ponamus.

CAP. II.

De
Obligatione ſucceſſoris in principatum ex LL. imperialibus et iure pontificiali.

§. I.

Septima, quas ſtare iubet legibus Romanis.

Tandem non uerentur doctores, hanc principum cauſam de *obligatione ex facto deceſſoris* reſpondere ex legibus poſitiuis. *Romanas* ſcilicet principe hic loco ponunt, uel quod illas pro uoce quadam naturae habent, uel quod praeſidium quaerant in auctoritate, quam maieſtas imperii Romani habuit quondam inter principes orbis propemodum uniuerſi. Trahunt huc conſtitutiones ſcriptas officiali ſucceſſori, adminiſtratori rerum, etiam pupillarium; imo Caeſarum quorundam dictiones, *principem dignum legibus uiuere*, cetera (s). Verum, ex quo alia quoque regna acceperunt litteras cum iisque culturam, ex eo ſua etiam fide uiuunt, non aliena, dominantis Latii (t). Vt tace-

CAP. II. §. I.

taceam, uix in orbe uniuerſo offendi principatum, qui in obligatione ex ſucceſſoris facto, iure ſit uſus incerto magis et perturbato, quam ipſum Romanum (u). Limites uero officialibus hic poſitos obtrudere uelle regibus et principibus, illud quidem non ſine errore fieri arbitror pudendo et inuerecundo (x).

Qui principis deceſſoris facta obligent ex LL. Romanis?

(s) Ex iure quidem Romano uaria ſunt, quae *in obligatione principis ſucceſſoris ex facto deceſſoris* laudare et urgere ſolent doctores. Principio *l. 23. prouidendum C. de decurionibus* tanti hic fecit *Ioan. Otto* TABOR, ut illius cauſa integrum libellum ſcripſerit de *obligatione ſucceſſorum principum in officiis*. Eſt autem lex his uerbis fere concepta: *prouidendum eſt eorum nouitati decurionum, qui nuper nomen curiis addiderunt, ne * praeteritis debitis ſuſceptorum* (idem eſſe iudicium uolunt de anteceſſoribus in regno) *onerentur. Sed conuentis, qui ea praecedentibus delegationibus contraxerunt. Nullam eos* (ſucceſſores) *moleſtiam pro ſarcina nominationis alienae* (deceſſorum) *ſuſtinere patiaris.* Inde colligunt: eum, qui in officio aut munere ſuccedat, non ideo teneri facto ſui deceſſoris. Sordida philoſophia, quae limites poteſtatis regalis metitur cum iure infimorum decurionum. Alii cum BALDO *conſil. 159. n. 7.* huc trahunt *l. 2. Bene a Zenone C. de quadriennii praeſcript.* Quamuis uero negari non poſſit, Iuſtinianum ibi animaduertere in illos, qui cum *Auguſti*, tum *Auguſtae* in imperio iura tam arcte definiant, ut inter priuatum hominem et principem parum credant aut nihil intereſſe, quorſum uerba pertinent: *Culpandos, qui maieſtatem* imperialem *non agnoſcant nec quantum inter* priuatam *fortunam et culmen* regale *interſit: omnes alienationes, quae ab* aula *procedant ſiue ab* Auguſto *ſiue ab* Auguſta *ſine inquietudine permanere debere ſiue res per ipſum principem ſiue per eius procuratorem ſint adſignatae. Eſſe hoc imperatoris priuilegium. Qui enim conſiliis ſuis pro toto orbe terrarum die nocteque laborent, quare non habeant dignam hac ſua praerogatiua fortunam*, cetera; imo legis huc trahi quodammodo poſſint rationes: ipſa tamen lex non de facto principis uniuerſim agit, ſed de priuilegio fiſci principalis in quadriennii praeſcriptione. Frequentiſſime tamen omnium in hoc argumento praeſertim ueterani prouocant ad *L. 4. Digna uox C. de LL. et conſtit.* Non ullus ueterum interpretum fuit, qui non ex hac lege argueret, primo, quod principis negotia non aliam menſuram habeant, quam leges ciuiles; deinde ideo etiam ſigillatim teneatur ſucceſſor ex facto anteceſſoris, inſtar hominis et heredis priuati. Scripſerunt, fateor, multi multa de huius legis uero ſenſu uſque. Ego certe crediderim, talia principes quandoque Romanos auribus dediſſe populi ad auram captandam popularem, ut iudicium de ſe non aliud ſimularent, quam *ciuis*

Prima ex L. 23. C. de decurionibus.

Secunda l. 3. C. de quadrien. praeſcript.

Tertia l. 4. C. de LL.

A Romae *primarii*. Re uera autem ab his ſimulatoribus ſibi inprimis cauere olim quoque debuerat Roma, ne ſub ſerui ſeruorum uerbo princeps ſibi ſtrueret uiam ad dominatum. Imo quis quaeſo! dixerit uel ſomniando, uel imperatoribus uel aliis orbis regibus expectandam eſſe formulae legem ab arte ſimulandi Theodoſii, Valentiniani. Ipſe porro, quod mireris, GROTIVS *lib. 2. cap. 14. §. 12.* ueteranorum B haſce argutias in iisque in deliciis habet *l. qui fundum 7. §. 3. ff. pro emtore.* ubi Iulianus ait: *tutor in re pupilli tunc dominus habetur, cum tutelam adminiſtrat, non cum pupillum ſpoliat.* Verum abſit, ut principis poteſtatem non credamus maiorem eſſe quam tutoris pupilli. Sed tamen *L. fin. C. de locat. praedior. ciu. uel fiſcal.* imperatores Theodoſius et Valentinianus ſigillatim ſanxerunt, ne praedia fiſcalia princi- C pis, iure perpetuario ſemel elocata (*die in Erbpacht ausgethan*) a principe ſucceſſore reuocentur. Idem conſtitutum eſt *l. 1. uniuerſi C. de fundis rei priu. et diuinae domus.* Verum intererat omnino reipublicae, ita ſtatui apud Romanos, quoniam conductores reperti ſunt nonniſi difficulter. Quod autem longe eſt magis, etiam *donationes, a diuis parentibus* (patris enim nomine deceſſorem ſuum in imperio di- D xerunt) *ſacra largitione factas, ad poſteros inconcuſſe transmitti idemque cuſtodiendum in contractibus omnis generis*, ſcripſerunt Gratianus, Valentinianus, Theodoſius, Auguſti *l. 6. Hi quibus C. de fund. patrim.* Sed oſtendet notula inferior, *littera u* inſcripta, quam parum ipſi etiam Romani imperatores curauerint has leges in obligationis trutina ex facto deceſſorum. Ceterum, quae alii huc porro adſerunt ex E cauſa *negotiorum geſtorum, mandati; aditae hereditatis* ceteriſque, illa principatibus ſunt inconcinna iuſtoque anguſtioribus limitibus circumſcripta, quamuis imperia regerentur legibus ipſius Latii. Vt adeo operae pretium non ſit, de illis uerbo aliquid attigiſſe.

Quarta l. 7. §. 3. pro emt.

Quinta L. fin. C. de loc. praed. ciuil.

Sexta l. 6. C. de fundis patrim.

Aduerſus iuris publici principia ueteranorum.

(t) Pudet enim nunc iurisprudentiae naturalis doctores, publica principum iura reſpondere ex priuatis Romanorum le- F gibus, quod fecere olim ueterani, *Bulgariſtae, Bartholiſtae, Baldiſtae* aliique adſeclae eius generis iureconſultorum. Quibus facile eſt ignoſcendum, quod illi lumina non habuerunt iurisprudentiae naturalis aut haec ſola quaeſiuerunt in ueteri Latio. Verum melioris aeui ſcriptores hanc ueniam merentur necquicquam, cum exempla illis praeluceant eorum, qui doctrinam ciuilem ſola ratione duce colue-

CAP. II.

coluerunt et, ſi quid de hac uel illa republica ſigillatim dicendum, in domeſticis inſtitutis ſunt occupati, non in Romanis. Hanc tamen notam certe merentur *Tabor*, *Carpzouius*, *Reinking*, *Ehrenbachius* et centum alii, qui tempore etiam Grotii et Conringii in his tenebris maluerunt uerſari, quam lumen ſequi rectae rationis.

Latium ſibi aduerſum in obligatione Caeſaris ſucceſſoris. Exempla 1) eorum, qui obſeruarunt facta deceſſorum Veſpaſiani.

(u) Principio enim Caeſares deceſſorum facta non aliter, quam ſi a ſucceſſore habita fuerint rata, attendiſſe, illud quidem diſcimus a SVETONIO in uita *Titi Fl. Veſpaſ. cap. 8.* ubi his uerbis ſcribit: *Natura* (de T. Fl. Veſpaſiano ipſi ſermo eſt) *autem beneuolentiſſimus fuit. Cum ex inſtituto* TIBERII (ſed tamen STRABO *lib. 6. ſub. fin.* dicit ex aduerſo, Tiberio omnia edicta deceſſoris ſancta et inſtar normae fuiſſe in adminiſtratione reipublicae, imo inſtar legis, quod TACITVS habet *l. 4. ann. cap. 37. n. 4.*) *omnes dehinc Caeſares beneficia, a ſuperioribus conceſſa principibus, aliter* rata *non haberent, quam ſi eadem iisdem et ipſi dediſſent*: PRIMVS (T. Fl. Veſpaſ.) *praeterita omnia uno confirmauit* EDICTO, *nec a ſe peti paſſus eſt.* Idem fecit NERVA, partim ne titubarent ſubditi, anteceſſorum beneficiarii, partim ne, primi largitoris nomine extincto, gratiam ipſe uideretur adfectare priuilegia ſuperiorum rata habendo. Documentum habet PLINIVS *lib. 10. epiſtol. 66. pag. 803.* uerbis conceptum, quae legi merentur: *Hoc ſibi quisque ciuium meorum ſpondere poteſt, me libenter noua beneficia conferre et * ante me conceſſa ſeruare. Nolo exiſtimet quisquam, quae ab alio principe uel priuatim uel publice conſecutus, ideo ſaltim a me reſcindi, ut potius * mihi debeat, ſi illa rata et certa fecero nec gratulatio ullius inſtauratis eget precibus.* De PERTINACE pariter *Iulius* CAPITOLINVS *cap. 7. p. 544.* ait: *quod donatiua et congiaria, quae Commodus promiſerit* (eius anteceſſor), *ipſe ſoluerit.* Contra alii Caeſares deceſſorum facta neque rata fecerunt neque obligari ſe ex illis, adſeruerunt. Sic de GALBA ſcribit TRANQVILLVS *lib. 7.* in uita eiusdem *cap. 15.* Liberalitates *Neronis* (deceſſoris) *non plus* decimis conceſſis, ea conditione reuocandas curauit, ut ſi quid ſcenici donatum olim uendidiſſent, auferretur emtoribus*, cetera. Idem de eodem TACITVS *lib. 1. hiſt. c. 20. n. 1. 2. 3.* auctor eſt: *Proxima* pecuniae *cura et cuncta ſcrutantibus iuſtiſſimum eſt uiſum, inde repeti, ubi inopiae cauſa erat. Bis et uicies millies ſeſtertium donationibus Nero effuderat. Appellari ſingulos iuſſit, decuma parte liberalitatis apud quemque eorum relicta. Grande gaudium, quod tam pauperes forent, quibus donaſſet Nero, quam quibus abſtuliſſet.* Ante hunc Caeſarem idem ſibi ius eſſe credidit TIBERIVS. Tantum enim abeſt, quod factis Octauiani ſe obligatum eſſe crederet, cuius ſententiam uidimus ſupra in SVETONIO in uita *T. Fl. Veſpaſ. cap. 8.* ut potius exempla ſuperſint quam plurima, unde conſtat, eum ſingula fere Octauiani facta uel reſcidiſſe uel in alium uertiſſe ſtatum, de quo idem SVETONIVS in uita *Neronis cap. 47. 49.* Imo riſerunt quandoque ciues ſubditos, ſi in priuilegiis dominiisque prouocarent ad deceſſorum imperatorum diua nomina, ſigilla, diplomata, libellos. Quale * exemplum habemus in CALIGVLA, de quo SVETONIVS in uita illius *cap. 38.* teſtis eſt: *Prolata diuorum Iulii et Auguſti diplomata, ut uetera et obſoleta, deflebat*, aut, quod alii codices habent, *delebat*, aut, quod ipſa re dicendum, *ridebat*. Ex quibus caſibus exemplisque facile eſt ad intelligendum, quam multiplices et uarii Caeſares fuerint in aeſtimandis factis principum ſuperiorum. Scilicet, quam incerta fuerat *formula reipublicae Romanae*: tam quoque incerta fuerunt uincula obligationis ex facto deceſſorum.

Neruae.

Pertinacis.

2) eorum, qui diſſoluerunt facta deceſſorum, ut Galbae.

Tiberii.

§. I.

Caligulae.

Ex iure hic Romano monarchomachorum contagio.

(x) Quis enim non uereatur illud adfirmare, principis facultatem non maiorem eſſe, quam officialis et adminiſtri aut ultimis uerbis adpellare imperantes. Quod tamen ueterani peccarunt legum doctores, nulla uerecundia aut rubore. Sed dandum eſt hoc infantiae eorundem, qui, ignoratione doctrinae ciuilis, non uiderunt, quam ipſi dictionibus ſuis parum cautis uiam ſternerent improbis monarchomachis, qui ſupremos etiam principes nominarunt reipublicae *conſules*, *tutores*, *praeſides*, *adminiſtratores*, *primarios miniſtros*. Quos floſculos ſparſerunt in libellis ſuis *Stephanus Iunius* BRVTVS, id eſt, quod ex ſchedis habeo *dn. praeſidis*, *Hubertus* LANGVETVS; *Franc.* HOTOMANNVS; *Lamp.* DANAEVS; *Ioan.* ALTHVSIVS; ROSSAEVS; *Ioan.* BOVSCHERIVS; *Ioan.* MARIANA; MILTONVS aliique plures, qui ſcenam hanc magno numero praeſertim in Angliae regno inſtruxerunt. Vbi illud dicendum, diſcrimina inter *maieſtatem realem et perſonalem* non ab his demum uiris proueniſſe, quod uulgo creditum. Dum enim hac occaſione ueteranos iuris interpretes euolui, obſtupui fere, quam illi hic audaces fuerint et inſolentes. Ex quo enim id ſibi ſumpſerunt, ut cauſas regum reſponderent ex legibus et iure Latii priuato: iam fieri aliter non potuit, quam ut formulas iuris uocarent in medium de *mandatariis*, *geſtoribus negotiorum*, *tutoribus*, *officialibus*, *procuratoribus rerum*, *ſocietatibus*, *heredibus*, *poſſeſſoribusque bonorum* aliisque titulis, quos in principum cauſis reſpondendis uix ſine rubore euoluimus, tantum abeſt, ut eos ſequamur. Illud certe improbum diſcrimen inter *maieſtatem realem et perſonalem* iidem Bulgariſtae excitarunt, cum inter obligationes *regis et regni*, *perſonales et reales* iuſto

CAP. II. §. II.

ſaepius et liberalius diſtinguerent, Quorum uerbis etiam uſus eſt *Ehrenbachius cap. 10. §. 4. nomolog. p. 158.* innocens ac integer a contagione illorum, quos ſupra commemoraui, cum in tranſuerſum eundem egerint formulae iuris Romanorum.

Octaua, quae colit decreta pontificum.

§. II. Audentior eſt numerus eorum, qui in principis obligatione ex facto deceſſoris ſanctiones colunt pontificum, quae ſigillatim hanc litem ſacra uirgula deciderunt [y]. Verum, quicquid ſit de ſuprema pontificis in iure ſacrorum poteſtate, extra limites certe uagantur, qui in publicis principum et rerumpublicarum controuerſiis cauſisque ciuilibus illius audire aut ſequi uelint decreta [z].

DECRETA PONTIFICUM de obligatione ex facto deceſſoris.

(y) Ibimus per ipſa decreta ſigillatim, quae quidem in obligatione principis ex facto ſui deceſſoris ſolent laudari. *Principio* in medium proferunt *can. 4. cauſa 25. q. 2.* ubi Gregorius papa uerbis ſcribit ad Angliae epiſcopum, quae ſequuntur: *Si*

Primum c. 4. C. 25. q. 2.

ita deſtruerem, quae anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non conſtructor, ſed euerſor eſſem. Teſtante ueritatis uoce: omne regnum, in ſe ipſo diuiſum non ſtabit. Viam enim, quam pontifex in hoc iure eat, illam demum habent pro commendatiſſima. *Deinde* ſignificantior hic eſſe uidetur *canon 15.*

Secundum c. 15. C. 25. q. 1.

cauſa 25. quaeſt. 1. his uerbis conceptus: *Iuſtitiae et rationis ordo ſuadet, ut, qui ſua a ſucceſſoribus deſiderat mandata ſeruari, deceſſoris ſui procul dubio uoluntatem et ſtatuta cuſtodiat.* Nam reſpicitur hic ad poenam talionis, ad regulam, *quod quis iuris,* ad ipſius ſeruatoris dictionem: *quod tibi non uis fieri*, cetera. *Praeterea* in *capit. 3. X. de ſentent. et re iudic. in 6.* Innocen-

Tertium cap. 3. X. in 6. de ſent. et re iudicata.

tius IV. cauſam hanc decidit nominatim, utrum, quae promiſerat aut donauerat ſub conditione ſacro collegio rex Hiſpaniae, illa explere ſucceſſor teneatur, conditione exiſtente. Vbi axiomate ſimul iuris utitur hoc: *quae regni nomine ſint donata, illis quoque obligari ſucceſſorem.* Poſt etiam urgent hic *cap. 1. X. de probat.* ubi

Quartum cap. 1. X de probationib.

Gregorius regi ita reſpondet: *Tua excellentia poſtulauit, ut imperatori ſcriberem, quatenus pacta ex archiuo requireret, quae inter praedeceſſores fuerint emiſſa, ut ex his colligeret, quae ſeruare deberet. Sed nulli dicendum, quae contra ſe ſunt.* Inde uinculum conſecutionis, licet infirmiſſimum, uelle pontificem, ut ſucceſſor pacta ſeruet inita ab anteceſſoribus. Imo illa

Quintum cap. 3. X. de ſolution.

quoque hic repetunt argumenta, quibus praelatus uel abſoluitur uel obligatur ex facto anteceſſoris. Sic *cap. 3. X. de ſolution.* exemplum reperitur ſingulare, ita ſere deſcriptum: *Aciem noſtrae conſiderationis ad uniuerſas eccleſias extendamus. Peruenit ad audientiam, quod epiſcopus, pro eccleſiae neceſſitatibus magno ſit onere praegrauatus. Mandamus igitur, ſi contigerit epiſcopum mori, de reditibus, quae ad menſam ſpectant, debita ſoluere ſtudeatis. Imo ſucceſſorem ad eorundem debitorum ſolutionem adducetis.* Inde axioma ſequitur iuris eccleſiaſtici: *Sicut filius debita patris, ita* PRAELATVS *ſui* PRAEDECESSORIS *pro neceſſitate eccleſiae contracta, tenetur perſoluere.* Ex hoc igitur capitulo innumerae apud interpretes concluſiones in argumento de obligatione ſucceſſoris ex facto ſui deceſſoris. Por-

Sextum c. 36. X. de reſcriptis.

ro cum Gregorius IX. pontifex foeminam comitem Namurenſem, ex aere fratris deceſſoris obligatam uellet, niſi, uiuo fratre, neglexiſſent iura ſua actores, ut reperitur in *cap. 36. X. de reſcript.* inde uinculum conſecutionis faciunt hoc, quod papa uoluerit principes omnino obligari ex facto et nomine ſui anteceſſoris. Poſt

Septimum cap. un. Clementin. de iureiur.

etiam illud huc trahunt, quod papa imperatorem inter alia etiam hoc obſtringat nexu iurisiurandi. Vt quidem praecipit *cap. un. Clement. iureiur.* ſere his uerbis: *Eidem etiam adiiciens iuramento* imperator, *quod ſeruare uelit priuilegia omnia per praedeceſſores ſuos reges ac imperatores Romanos praefatae Romanae eccleſiae aliisque quibuscunque conceſſa temporibus et continentiae cuiuscunque.* Putant enim regulam imperatori praeſcriptam agnoſcere etiam oportere reges chriſtiani orbis alios. Ad extremum deuenimus ad illud, quod

Octauum cap. 33. X. de iureiurand.

omnium maxime eſt momentoſum et illuſtre. Scilicet Honorius III. papa, conſultus de quaeſtione, *utrum rex* Hungariae *reuocare poſſet alienationes*, his uerbis reſpondet: *Intellecto, quod rex Hungariae alienationes quasdam fecerit in praeiudicium regni ſui et contra regis honorem. Nos eidem regi dirigimus ſcripta noſtra, alienationes, non obſtante iuramento, ſtudeat reuocare. Quia cum iurauerit iura regni ſui, honorem, alligata coronae ſeruare: illicitum profecto, quod praeſtitit, de non reuocandis alienationibus. Et propterea iuramentum penitus non ſeruandum.* Quamuis enim haec non tam de iure concepta ſint in anteceſſoris, quam propria cuiusque regis facta; interpretes tamen inde arguunt quamplurima. *Principio* ad quod non obligetur princeps ex proprio facto, ad illud multo minus obligari eundem ex facto alieno deceſſoris: *deinde* ſi principi fas ſit, illa tantum rumpere, quae fecerit in maximum regni damnum, igitur in ceteris eundem obligari; ſiue ex facto ſint ſuo ſiue alieno, et quae ſunt reliqua, ab interpretibus cumulate conquiſita. Praetereo decreta alia, quae ſere minoris ſunt momenti longiusque a ſcopo abſunt, nobis hic propoſito.

(z) Si

Quae indicia mereantur decreta pontificum de obligatione ex facto deceſſoris?

(z) Si attendi mererentur ea, quae pontifices Romani uidentur hic praecepiſſe ipſis etiam *regibus:* facile eſſet ad probandum, quod eorundem argumenta non aperta et ſincera ſint, magisque fecerint ad ſenſus quaerentium, quam ad ueritatem. Infantiores tamen ipſis pontificibus ſunt interpretes eorundem, qui non ſolum illas leges, quae *praelatis* eccleſiarum ſcriptae ſunt, obtrudere uolunt regnis atque principibus orbis; ſed etiam reſcripta papae conſultaque, uni regno aut alteri transmiſſa, pro regula et norma habent aequali uniuerſorum.

CAP. III.

De
Obligatione ſucceſſoris ex facto deceſſoris ex iure feudali.

§. I.

Nona, quae ſequi iubet inſtituta feudorum.

DEmum etiam illorum expendenda argumenta, qui obligationem ex facto deceſſoris aeſtimant reſpondentque ex IVRE CLIENTELARI. Quaſi FILII ſucceſſoris etiam in regno maior obligatio, quam EXTRANEORVM [aa].

Qui ius feudale decidat obligationem ex facto deceſſoris?

(aa) Decretum clientelare eſt *2. F. 45. ſi contigerit uaſallum ſine prole decedere, agnatus ſuccedere poteſt, repudiata hereditate* deceſſoris: *non filius, qui uel utrumque retineat uel repudiet utrumque.* Idem repetitur *2. F. 51. §. 4.* his uerbis: *Filius non poteſt recuſare hereditatem patris absque feudo, propinquus poteſt.* Scilicet, putant eodem iure et regna et principatus aeſtimandos neque teneri *extraneum* ſucceſſorem, ex facto deceſſoris, teneri autem *filium.* Rationem diſcriminis eſſe hanc, quoniam indignum ſit filio, patris impugnare uoluntatem aut manibus paternis, nomina non ſoluendo, inferre iniuriam. Qua tamen lege non teneatur extraneus, qui principi deceſſori hoc uinculo non ſit conſtrictus. Huc digitum intendit ARNISAEVS *de iurib. maieſt. cap. 7.* quo reſpondet quaeſtionem: *num. ſucceſſor obligetur decretis et promiſſis ſui anteceſſoris? §. 12. p. 206. 207.*

Quae iura poſitiua.

§. II. Verum enim uero aliae rationes ſunt clientelarum, aliae iterum imperii atque principatuum, ut adeo illae uix mereantur locum ſingularem [bb].

Cuius rationes inconcinnae.

(bb) Decretum hoc feudale *2. F. 45.* uere eſt iuris *poſitiui* nullisque inſtructum rationibus, quod oſtendemus ſuo loco. In regnis igitur et principatibus illud non meretur attendi, quoniam neutri legibus reguntur alienis. Accedit, quod fieri non poſſit, plus hic oneris imponi filio ſucceſſori, quam *formula* paritur *regni.* Non enim principis hic intereſt; ſed reipublicae, in quam haud dubie illud onus poſt ab ipſo principe iterum deuoluere-tur. Deinde cum natura non obſtringat liberos, ut, quod patres debent, ſoluant illi de ſuo: ita quoque obligatio nulla erit filio principi, intuitu reipublicae, quae non eſt in paterno patrimonio. Aut enim aes alienum patris ſolueret de reditibus principatus ordinariis, aut nouis et impoſitis extra ordinem. Si *primum,* aliquid principatui decederet de dignitate; ſi *alterum,* de opibus. Ceterum, niſi paterna debita nimia ſint, neque damnum adeo graue ſit metuendum reipublicae, habebit omnino princeps filius, quod ſoluat nomina paterna idque ex conſilii rationibus, quas doctores raro diſtinguunt a iuris neceſſitate. Quod idem et filio ſucceſſori et extraneo commune, dummodo *formula regni* non ſit alia, in qua oculos defigere debent illi, qui hanc cauſam recte atque ordine uolunt reſpondere.

§. III. Accedit, quod de famoſa lege clientelari, paucis doctoribus bene intellecta, agendum ſit inferius idque ex inſtituto [cc].

Remiſſio ad inferius dicenda.

(cc) Illa enim iuris feudalis decreta *2. F. 45.* atque *2. F. 51. §. 4.* inter cauſas huius opuſculi fuerunt principes, ut inter tanta iureconſultorum diſſidia conſtet nobis, quis omni aeuo fuerit eius decreti in Germaniae curiis uſus forenſis.

CAP. IV.

De

Obligatione ſucceſſoris in principatum ex formula imperii, cuique reipublicae propria.

§. I.

Qui de obligatione ex facto deceſſoris nequeat decerni ſine formulae regalis notitia?

ILlud ergo ſupereſt, ut, poſt multiplicium opinionum diuortia, quid nobis in hac cauſa uideatur, aperiamus et explicemus. Quantum uero abeſt, ut dici poſſit, quod ſanguinis temperamentum aut quae facies ſit homini, quos habitus adeo uidemus in diuerſis hominibus diuerſos propriosque cuiuis: tantum, noſtro etiam iudicio, abeſt, ut, quid liceat ſucceſſori ob facta deceſſoris, poſſit ante definiri, quam de rationibus plene conſtet FORMVLAE REGNI illius, de quo inſtitui debet diſputatio [a].

In una republica facta deceſſoris ualent: in alia expunguntur.

(a) Quemadmodum fruſtraneae atque otioſae fuere diſputationes ueteranorum: *utrum praeſtet unum* regnare, quam *plures* aut *omnes*: utrum *libera regna* in uotis ponenda, an uero *adducta*: utrum conſultius ſit, *regem eligi*, quam *naſci*? quoniam diuerſorum populorum habitus, animi, opes, ſalus non minus in diuerſis rebusque inuicem alienis uerſantur, ut alius atque alius, alium quoque atque alium regnandi ac ſuccedendi modum exigere uideatur: ita neque diſputationes exitum habent in quaeſtione, ex *quo demum facto deceſſoris obligetur ſucceſſor*. Quoniam in alio regno deceſſoris facto ſtare oportet imperantem: a quo officio contra ille abſoluitur in alio. Imo fieri poteſt, ut nefas illud ſit in una republica, quod fas eſt in altera.

Quia principio quaerendum, num facta ſint legitima?

§. II. Nam quae ſuperior princeps fecit IVSTE ac LEGITIME ex uſuque reipublicae, ad illa omnino quoque ſucceſſor obligatur cum praeſtanda, tum conſeruanda [b], niſi aliud quid conſtitutum ſigillatim uel in aliam formulam iuerit reſpublica [c]. Quae autem facta dici debeant legitima, id eſt, pactis reique publicae rationibus conformia, illa intelliguntur nonniſi ex formula imperii [d], in cuius indagatione induſtria omnis eſt ponenda.

Qui legitima principis facta obligent etiam ſucceſſorem?

(b) A principe, ex formula regni imperante, nulla hic aut certe rariora ſunt diſſidia metuenda ſucceſſori: qui uero tum demum cauſas habet, migrandi deceſſoris inſtituta, ſi ille abuſus eſt poteſtate ſua eiusque limites eſt egreſſus. Quapropter principio illud debet expediri, utrum factum principis ſit legitimum, an uero regni formulae aduerſum et inimicum. Nam quae princeps iuſte fecit, non ſuo, ſed populi nomine credendus eſt, feciſſe. Facto igitur aeternitas conciliatur ex aeternitate ipſius reipublicae. Neque huius tum audiendae querelae, cum ſibi tribuere debeat, quare tanta aut non maiori auctoritate inſtruxit imperantem. Ipſi ſucceſſori nulla inde iniuria fit, quoniam *formula regni* non naſcitur cum eo, ſed defertur illi, idque ratione, qua principio per conuentiones populi et imperantis ſemel eſt conſtituta. Accipit ergo formulam, non fingit. Ita depellitur quoque illorum querimonia, qui cum principe contraxerunt. Imputent enim inconſiderantiae ſuae, quod ante contractum gnari non fuerint iurium illius, cum quo contraxerunt. Docebimus id exemplo unico, quod in re clara ſufficit. Memini, in pacificatione *Riſuicenſi*, quod ex ſchedis *dn. Praeſ.* habeo, monuiſſe ipſos Gallos: cum pax illa futura ſit aeterna, neceſſarium eſſe, ut auctoritas nominaque *ordinum imperii* adderentur tabulis illius, ne olim diceret Germania, ſe minus obligatam eſſe facto principis deceſſoris, cum illis pacificatoria iura ex Germanici imperii formula credantur eſſe communia cum imperatore. Idem noſtri urſerunt aduerſus Gallicos legatos, ut in iisdem tabulis et *regis* Galliae mentio fieret et *regni* ſimul, quod non minus exiſtiment Germani, *formulam* regni *Galliae* pariter ita conceptam eſſe, *ne quid de regno ſtatuerent reges absque ordinum ſuffragiis*. Imo ſupra res haec uſu comprobata, quoniam Franciſcus II. noluerit facto patris deceſſoris obligari, quod eius non fuiſſet heres. Repoſuerunt ad haec Gallici legati, religionis inſtar coli, neſcire Galliae regnum aliam formulam, quam hanc: *regem ita uoluiſſe*. Adeoque a crimine laeſae maieſtatis non iam eſſe alienum, ſi in tabula pacis *regni* fieret mentio. Nam facta principum aeterna eſſe, quae illorum non excedant poteſtatem. Quo ergo rubore Galli adfirment, quae ſupra attulimus; illud quidem non uidemus. Idem in *Daniae* et *Sueciae* regnis inter crimina laeſae

CAP. IV. §. III. IV.

laeſae maieſtatis, *regni* porro in conuentionibus regum deſiderare nomen, poſtquam utraque in formulam iuit *abſoluti imperii*.

Qui expungi poſſit omne factum deceſſoris?

(c) Ita ſcilicet ſtatuendo: *facta regis extingui cum uita eius neque obligationem uel in ſucceſſorem deriuari uel in rempublicam* exemplo Tiberii p. 556. Quod ſi eſſet, haud dubie nemo cum principe ageret, contraheret paciſcereturque niſi cum auctoritate conſenſuque populi aut procerum, qui eum repraeſentant. Sed tam anguſtos limites principibus non ponit philoſophia ciuilis. Ideo probatione opus eſt illi, qui his legum anguſtiis eum uolunt circumſcribere. Addo, ſi princeps A non in formulam reipublicae poſitiuam ſuccedit, uerum bello aut ui ſubactum populum recipit in poteſtatem, ut respublica, expunctis uetuſtiorum iurium nominibus iamnunc nata eſſe uideretur. Quo caſu neque formula regni deleta eum tenet neque factum ullum deceſſoris.

Formulae imperii unde haurienda notitia?

(d) Formulam enim regni dicimus *nexum illiusque limites ac rationes inter populum et imperantem.* Eruendus ille ex B pactis conuentisque, ex uſu atque exemplis, ex ipſa populi indole, ex cauſis fundatae ac conſtitutae reipublicae. Non uero ex ſchematibus, ſpecie inanium plerumque ualidis neque ex ingenio, qui partus fidei hic ſunt admodum ſublcſtae.

Formulae neglectus cauſa errationum et multiplicium ſententiarum.

§. III. Atque haec demum cauſa eſt, quare doctores in tanta hic uerſentur diuerſitate aliique principi ſucceſſori plus hic iuris dent, alii minus. Vt ſcilicet quisque eorum aliam atque aliam ante oculos habuit formulam regni, ad quam reſpexit undeque petiit menſuram [e]. Imo etiam illud intelligitur, quod ideo ſententiae iureconſultorum uerae aeſtimari hic queant ex illius reipublicae rationibus, in qua uixerunt illi ſcripſeruntque [f]. Cum occupati fuerint animi eorundem principatus, quem coluerunt, ſchematibus ac formulis.

Reipublicae obligatio eſt etiam obligatio ſucceſſoris.

(e) Quo enim liberior eſt princeps in C regenda republica, eo etiam magis haec adſtricta eſt ad conſeruandum illa, quae ſemel, uerbo iudicioque imperantis, qui uox populi audit, illi placuerunt. Contra quo magis adducta eſt principis auctoritas, eo etiam minor reipublicae obligatio ex factis illius conſtitutisque, quod ea, quae ultra limites et formulam ſuam fecit neque rempublicam obligent neque, mediante republica, in principatu ſucceſſo- D rem. Accipit enim ſucceſſor formatum imperium neque plus accipit, quam eo continetur, ad formulam regni uocatur obſeruandam, non fingendam aut uertendam in alienum ſtatum.

Reſponſa ICtor. occupata imperii, ſub quo aiunt, formula.

(f) Pertinent huc iureconſulti *Germani*, qui plerumque liberaliores ſunt erga principem ſucceſſorem, eumque obligant ex facto deceſſoris ſolius nonniſi raro, quoniam formula Germanici imperii adducta eſt, quam ſi facto aliquo neglexerit princeps ſuperior, nulla inde ſucceſſori eſt obligatio. Idem fere repetendum de Polonis. Contra *Hiſpanis* maior religio in facta ſtatutaque principum deceſſorum, quoniam maior ibi regis eſt facultas, quam etiam ſucceſſor habere ſolet nonniſi reuerenter. *Anglis* et *Gallis* eo maiores hic diſſenſiones, quo formulae horum regnorum magis dubiae, lubricae et ſuſpicioſae.

Formulam regni aeſtimare, non eſt hominis priuati: ita aedum decidere bone cauſam.

§. IV. Quemadmodum uero cuiusque propemodum REGNI FORMVLA tenebras et ſchemata habet, quibus inuoluitur, ut raro queat perſpici, niſi ab illis, qui ad reipublicae ſedent gubernacula, quibus ideo ſparta relinquenda reſpondendi obligationem ex facto deceſſoris [g]: ita ſcriptor priuatus, peregrinus et hoſpes quisque ſibi cauere hic debet ab omnis iudicii proteruia, inconſiderantia ac temeritate, ne quid ex ingenio proferat in hac cauſa inconſulte et quod minus expedit imperio [h]. Contra innocui eſt calami, conquirere publicas leges et pacta, exempla indicare, cuique regno peculiaria, iudiciumque non tam ſibi formare, quam aliis ad formandum relinquere ac ſternere uiam (i).

De obligatione ex facto deceſſoris, quare felicius indicent ordines aut proceres?

(g) Quibus ſcilicet et tabularia imperii- E que inſtrumenta patent et uſus rerum quotidianus. Quapropter etiam exempla occurrunt, ſatis quidem momentoſa, quod in quaeſtione, *ad quae teneatur ex deceſſoris facto ſucceſſor*, non uiri in priuatis curiis ſint auditi, uerum regni proceres in comitiis. Ita ordines GERMANIAE in *comitiis* ſtatuerunt: *ne imperio aut ſucceſſori ulla eſſet ex facto ſcriptisque Wenceslai obligatio.* Ita GALLIAE proceres *an. 1485.* in *comitiis Turonenſibus* irritas reddiderunt donationes Ludouici. In HVNGARIAE regno Matthias reuocauit donationes Ladislai idque conſilio conſenſuque populi. In ANGLIAE regno ſaepius iterumque parlamentum ſuſtulit, quod ſtatuerant ſuperiores reges. Idem in SVECIA fecit Carolus Guſtauus, idque per ſuffragia regni comitiorum. Imo optime ea in re ſibi ac famae ſuae conſulunt principes, ſi in hac cauſa non ipſi iudicant, ſed rem iudicio ſubmittunt ordinum prouinciae in ſolenniſſimis comitiis, ne quid ſtudio partium dediſſe uideantur.

 (h) Quam

CAP. IV.

Scriptor. formulae regni ignarus, fruſtra conſulitur in hac cauſa.

(h) Quam turpiter ſe in hac cauſa dederit SALMASIVS, uir magnus et multarum litterarum, cum Angliae regni, cuius formulam parum cognitam habuerat, reſponderet uel cauſas ex moribus Graeciae aut Latii peregrinis, uulgo eſt notisſimum. Sic inter temporum infelicitates Germaniae olim noſtrae fuit, quod principes Germaniae in cauſis ſui territorii et ſuperioritatis conſuluerint Italos, Gallos aliosque iureconſultos, in rebus patriae noſtrae B hoſpites et peregrinos. Quam enim magna etiam haec lumina fuerint regnis, in quibus uixerunt, in Germanicis tamen rebus uerſati ſunt in tenebris. SICALCIATVS, MENOCHIVS, Dionyſius GOTHOFREDVS, Renatus CHOPPINVS, uiri Romana iura doctiſſimi, in Germanicis cauſis ab *Haſſis, Geldris, Palatinis* conſulti nonniſi nugas uendiderunt requirentibus pueriles imo infantiſſimas: quoniam nul- C la illis rerum Germanicarum notitia, unde tamen in his omne pendet momentum. Neque tamen feliciores in patriae rebus ipſi Germani, niſi cum priuato Latii iure notitiam iunxerint formulae imperii Germanici. Vnde plerique auctores, qui de *obligatione ex factis deceſſoris* ſigillatim ſcripſere, non domi nata principia nobis exhibent, noſtrae reipublicae concinna: ſed peregrina, ex omni aeuo et angulis Eu- D ropae diuerſis conducta, ut meliori loco poni et haberi nequeant, quam inter ſcopas diſſolutas, argumenta deuia et perturbata, quae, niſi diſcuſſeris, inuoluunt magis, quam promonent ueritatem. Non leniori uirgula digni ſunt REINKINGIVS *in regimine ſecul. lib. 1. claſſ. 3. c. 10. Matth.* CVNO *lib. 1. de pactis cap. 22. 24. Henning.* ARNISAEVS *lib. 1. de iurib. maieſt. c. 7. Chriſt.* BESOLDVS *lib. 3. in Nomicopolit. di-* E *ſput. 2. Ludolf.* SCHRADER *part. 4. de feud. c. 1. n. 20. atque conſilio 9. 10. 25. Nic. Mylerus ab* EHRENBACH *in nomologia princip. cap. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.* KLOCK. *de aerar. lib. 2. c. 57.* CARPZOVIVS *cap. 3. Leg. Reg. ſect. 14. p. 93. ſeq.* CLAPMARIVS *lib. 5. c. 13.* ZIEGLERVS *de iure ſucceſſor. heredum cap. 4. §. 5.* BRVNNEMANNVS *conſ. 1. Ioan. Otto* TABOR *de obligatione ſucceſſoris in officio,* et nouiſſime *Georg.* BEYERVS *de oblig. ſucceſſ. illuſtr.* qui omnes noſtri ſunt cauſamque de *obligatione ſucceſſoris* reſponderunt ſigillatim. Neque tamen unus hic alio eſt felicior, cum omnes occupati ſint in conquirendis principiis exemplisque peregrinis, a ſcopo reipublicae Germanicae, quem ſibi propoſuerant, admodum alienis.

Germanici doctores de obligatione ex facto deceſſoris.

§. IV. V.

ICtis quae ratio ſcribendi commendanda in cauſis publicis et pragmaticis.

(i) Probo hic methodum rationemque ſcribendi BOECLERIANAM, quam principio belli nouiſſimi ſuo etiam exemplo adprobauit uir illuſtris, OBRECHTVS. Cum enim alii controuerſam Hiſpaniae ſucceſſionem reſpondiſſent ex ingenio iuris naturalis, ex ſacris pontificum decretis, ex ipſius Latii conſtitutionibus et legibus, ex numeris ita ſentientium doctorum, ex peregrinarum rerumpublicarum exemplis, ex inſtitutis clientelaribus illuſtrium feudorum, quo certe adparatu in publicum prodiit auctor Luſitanus in AQVILA HISPANICA: ille euoluit tantum rerum Hiſpanicarum ſcriptores eorumque loca in claſſes argumentorum digeſſit recitauitque uerbatim. Ita enim factum eſt, ut EXCERPTA eius, hac enim uerbi lenitate inſcripſit opuſcula haec, fidem haberent rerum ſine amore uel odio ſcriptarum legerenturque ab utriusque partis hominibus ſine ſtudio aut liuore. Atque ratione eadem uti decreueram egomet in enumerandis iuribus omnium Europae regnorum in *obligatione ex facto principis deceſſoris,* quorſum etiam ex litteraria ſupellectili *du. praeſidis* loca ſcriptorum, cuique regno peculiarium conduxi, ut ſinguli loquerentur in ſingulis etiam regnis ſigillatim: ſed uereor, ne lucubratiuncula menſuram excedat diſſertationis meque ab abitu, quem paraui, retineat longius. Vt adeo loculos meos alia occaſione ſim excuſſurus.

REGVLAE IVRIS de obligatione ex facto deceſſoris.

§. V. Poſt uero quam FORMVLA REGNI bene eſt cognita, conferri demum in uſumque unius uel alterius reipublicae recte traduci poſſunt IVRIS REGVLAE de obligatione ex facto deceſſoris, in ſuperioribus fere capitibus deſignatae (k). Quarum ſumma haec eſt, PRINCIPIO an deceſſor VOLVERIT obligare ſucceſſorem (l): deinde an POTVERIT (m). In utroque iterum reputandae ſunt rationes eaeque intuitu primum DECESSORIS; deinde REIPVBLICAE; tum REI ipſius; tandem ipſius etiam SVCCESSORIS (n), quae omnia expendi queunt in ipſis regulis, quae iam nunc ſequuntur.

Regulae iuris quo opus habeant temperamento?

(k) Et quidem uniuerſis. Nam a *primo* F ad *quartum* usque caput audiuimus doctores, in *axiomatibus iuris* eius argumenti occupatos negligentesque formularum imperii diſcrimina. Vnde tamen lumina et temperamenta harum regularum: a quibus ſi illa abſint, peccata habes inter nimium et parum, reipublicae perniciosiſſima.

Ad uoluntatem principis intelligendam regulae Beyerianae.

(l) Huius regulae nos admonet *Georg.* BEYERVS *de obligat. ſucceſſ. illuſtr. §. 34. p. 29.* his quidem uerbis: *Prima theſis et potiſſima eſto: ſucceſſor facto anteceſſoris obligatur, in quantum hic illum obligare* POTVIT *atque* VOLVIT. Verum enim uero REGVLAE BEYERIANAE, unde *uoluntas* haec imperantis coniici et intelligi debeat, meo quidem iudicio non reſpondent. *Primo* enim

CAP. IV. § V. VI.

Cenſura iudicii Beyeriani.

enim putat, *credendum* non eſſe, deceſſorem ex facto ſuo obligare *uoluiſſe* ſucceſſorem, addita ratione, *quod tibi non uis fieri*, cetera. Hinc ex opinione illius priuilegia omnia extinguuntur cum uita largitoris ſiue ex gratia ſiue in compenſationem meritorum ſiue titulo oneroſo ſint impetrata. Bene merita enim, credit, ſplendidis titulis et honoribus non praemiis ac opibus reipublicae compenſanda et reponenda eſſe. Priuilegia conferri non poſſe niſi ſubditis. Aliud dicendum, ſi priuilegia conditionem delati imperii ſecum uehant. In quo numero fuerint priuilegia Liuoniae minus recte oppreſſa per regem Sueciae. *Subinfeudationem* principi licitam eſſe propterea, quoniam idem flos reipublicae ex numeroſa nobilitate, quam ex opibus et theſauris. Neque ideo legi, imperatorem reuocauiſſe *ſubfeuda*, principatu eidem aperto. Porro ait, neque expectatiuas *ſiue munerum* illae ſint ſiue *clientelarum* aut *praebendarum* obligare ex facto deceſſoris, qui noſſe debeat, cum uita finiri quoque illius imperium neque munera eſſe propter officiales, ſed hos propter miniſteria reipublicae. Alienationes quoque omnes reuocari a ſucceſſore poſſe, niſi quibus ſubſcripſerit reſpublica. Verum enim uero cauſa prolapſionis uiro, olim integerrimo, fuerat haec: quod *unam omnibus regnis praefiniuerit menſuram*, quam tamen pro formulis imperiorum diuerſis etiam inuicem eſſe diuerſam, monui ſuperius. Vt enim principis poteſtas eſt liberior in dictis factisque ſuis, ita etiam credi debet, uoluiſſe eum agere magis liberaliter et indulgenter. *Deinde* in dubio crederem potius uoluntatem interpretationem habere ampliſſimam, uoluiſſe imperantem potius, ut uiueret poſt funera in beneficiorum memoria et continuatione. *Porro* inconcinna atque inconſiderata ſunt, quae *uir b. m.* de *feudis* eſt philoſophatus. Quaſi ſeruitia clientelaria exhaurirent reditus clientelarium praediorum: quaſi hodie militibus uteremur clientelaribus, cum praeſtent mercenarii: quaſi landſaſſiorum praedia ullo unquam tempore uel principum fuerint uel imperatoris: quaſi non iuris in Germania eſſet maniſeſtiſſimi, landſaſſica fere omnia feuda eſſe oblata et quae generis ſunt eiusdem. *Porro* cum imperia habeamus, ubi priuilegiorum et alienationum iura penes ſolum imperantem ac principem ſint: fruſtra auctor utraque conuellere ac tollere uult, niſi *ordinum regni* aut prouinciae acceſſerint conſenſus. Quaſi huius non puderet cum abſoluta poteſtate imperantem. Beyerianis itaque ſententiis, ut decretis omnium aliorum, in hac cauſa lumen addi debet, ex regni formularum, quas dixi, diſcriminibus.

An POTVERIT princeps ſucceſſorem obligare, qui intelligatur?

(m) Eſt fere in hac ſententia uir, dum uiuerer, multi iudicii, TITIVS *in ſpecim. iur. publ. lib. 4. c. 5.* ſed lumen hoc inuoluit ille potius, quam aperit et excitat. Putat enim, non obligari ſucceſſorem ex anteceſſoris facto, ſi quidem hoc parum conueniat cum publicis regni legibus pactisque. Quia illa *irrita* ſint, quae reipublicae formulae aduerſentur. Neque enim reipublicae praeſumtus fingi poteſt conſenſus in illis, quae illius rationibus ſunt inimica. Quapropter reſponſum laudat ſequiturque apud ZIEGLERVM *de iurib. mai. l. 1. c. 4. §. 29.* quo illa, quae ſuſcepit princeps contra conuentiones ordinum, habentur pro nullis. Vnde fruſtra obligaretur ſucceſſor.

Ordo regularum iuris paulo neglectus.

(n) Animus fuerat, in has claſſes *regulas iuris* omnes diſponere, quae laudari ſolent in obligatione ex facto deceſſoris. Verum mutaui conſilium, partim, quod eadem regula plures quandoque tangeret claſſes, partim, quod ipſa uarietas delectet earundem et ordo parum neglectus, partim, quod rerum ciuilium cultores plerumque oderint ſtudium methodi nimium.

Recitantur regulae iuris ſigillatim.

§. VI. Scilicet illud eſt, quod in reſpondenda OBLIGATIONE EX FACTO DECESSORIS proponendum et conſiderandum. An CAVSA eius fuerit probabilis (o): an eius aliquid VERSVM ſit in reipublicae commoda, uſum utilitatemque (p): an BONA tangat deceſſoris, an reipublicae (q): an PROMISSVM, an uero CONTRACTVM (r): an nomine actum PRINCIPIS ſolius, an REIPVBLICAE (s) cum eiusque tacito uel expreſſo conſenſu (t): an factum principis concernat DIGNITATEM ac munus (u): an CAVSAM SVCCEDENDI habeat princeps a deceſſore (x): an eius factus ſit HERES (y) et, ſi hoc, an factum SVPERET uires relictorum BONORVM (z): an res modici DAMNI, an grauioris (aa): an deceſſor ex dignitate uixerit, an PRODIGE et effuſe (bb): quae tempora ſint, quae VIRES regni (cc): an itum ſit aduerſus pacta et prouidentiam MAIORVM (dd) aut reipublicae ipſius (ee): quo ritu deceſſor fidem ſuam adſtrinxerit (ff): quam ei fidem dederit ſucceſſor (gg): num principatui admixta ſint bona hereditaria (hh): ad extremum, quid ſuadeant, iure deficiente, CONSCIENTIA (ii), DECORVM (kk) CONSILIIQVE rationes eaeque uel VNIVERSIM (ll) uel ſigillatim cum illo, qui urget ſucceſſorem (mm) uel denique cum deceſſore ipſo,

ſi FI-

CAP. IV. §. VI.

ſi FILIVS (nn), ſi frater (oo), ſi conſanguineus (pp), ſi amicus (qq), ſi foederatus (rr), cetera. Quae ſane omnia in aliis atque aliis regnis plus uel minus attendi merentur. Vt adeo, quod ubique oſtendi ſigillatim, in magna erratione ſint illi, qui regulas haſce omnibus uniuerſim regnis, quam diuerſis illa formulis utantur, dare audent et praefinire.

Quid ſi factum deceſſoris cauſam habuerit probabilem?

(o) Supra *cap. 1.* §. 4. ea de re dictum eſt doctumque. Addere illis poſſemus omnes fere Grotii interpretes ZIEGLERVM, TESMARVM, OBRECHTVM, GRONOVIVM et ſi qui ſunt alii. Verum monui iam tum ſupra, quid in hac iuris regula queat deſiderari. Addo nunc, quod in imperio abſoluto *probabilis* illa *cauſa* non cum rigore tractanda, ſufficiatque eam adiuuari coniecturis, etiam leuioribus, in gratiam principis deceſſoris, ne, facta eius irrita habendo, illius aliquid decedat honoti. Contra autem fieri poſſe in *regnis adductis*, ut deceſſoris cauſa etiam maxime probabilis habeatur inſuper a ſucceſſore. Quoniam ſuperioris principis non fuerat, ſuo rem arbitratu facere, ſed cum ordinum regni antea requiſito conſenſu. Quem cum adhibere neglexerit, factum illius non eſt reipublicae, cuius intuitu nos obligauimus ſucceſſorem.

Quid ſi ex facto deceſſoris commodum aut lucrum reipublicae?

(p) Trahunt huc regulas iuris de *in rem uerſo.* Vnde enim commoda acceperit reſpublica, inde etiam, ut onera ferat, par eſſe. Ita ZASIVS *de feud. pag. 9. n. 22.* ita RFINKING. *de R. S. lib. 1. cl. 3. c. 10. n. 25.* ita CARPZOVIVS *deciſ. illuſtr. 88. n. 13.* ita *Gabriel* ROMANVS *lib. 3. tit. de iure conſtituto non tollendo n. 2. 6.* ita TABOR *in Barboſam lib. 19. c. 48. axiom. 1. 3.* et *de oblig. ſucceſſ. in offic. cap. 5. §. 13.* ita MANTICA *lib. 27. tit. 5. de tacit. conuent. n. 1.* ita PEREGRINVS *de iure fiſci cap. ult. n. 22.* ita *Ioh. a* SANDE *de probibit. rer. alien. c. 6. n. 22.* ita EHRENBACHIVS *cap. 10. nomolog. §. 3.* et innumeri alii. Verum enimuero iterum haec iuſta ſunt nonniſi adhibito formulae cuiusque imperii diſcrimine. Nam principio poteſtas principis *abſoluta* ad hanc iuris regulam necquicquam eſt alligata, quoniam illius uoluntatem ſequi debet respublica, ore digitis compreſſo, ne iudicia temere erumpant, num aliquid fiat cum reipublicae utilitate? Miſere actum eſſet cum imperante, ſi facta illius ſubiecta eſſent huic ordinum umbratili et intempeſtiuae philoſophiae. Qui uero his limitibus circumſcribitur in imperio adducto, habet tamen et ille, quo facta ſua tueatur aduerſus criticam populi plus iuſto rigidam. *Scilicet* utilitas illa non seſtimanda eſt ex euentu, ſed ex conſultis ſuſcepti operis rationibus. *Deinde* utilitas non in ſorditie quaerenda, ſed etiam ratio habenda decori et dignitatis, *Poſt* calculi numerandi paulo liberalius. *Demum* etiam illud ponendum in utilitate, ſi nubeculae diſpulſae futurorum periculorum. Quorſum pertinent, quae habent CRAVETTA

A *conſil. 404. n. 21. et 22.* et ARNISAEVS *lib. 1. de iure maieſt, c. 7. n. 13.*

Quid ſi obligatio tangat principis patrimonium, die chatull-Aemter?

(q) Etiam huius differentiae auctores audiuimus ſupra *cap. 1. §. 5.* Sed ante illos iam ita diſtinxerunt iureconſulti ueterani, quos enarrat *Matth.* CVNO *lib. 1. de pact. n. 66.* Inde eſt, quod illi, qui obligati eſſe noluerunt ex facto deceſſoris, ita ſint philoſophati. *Anteceſſorem mortuum eſſe in egeſtate; uix reditus ei fuiſſe ad haben-*

B *dum panem in conuictu; palatium eius fere collapſum eſſe, neque tecta integra fuiſſe, ut conclauia et tabularium defendi potuerint a pluuiis et tempeſtatibus; officiales ob ſalarii defectus uel miſſionem petiiſſe uel plurimorum annorum pertuliſſe moras*, cetera. Vt adeo infantisſimi ſint, qui hoc rerum ſtatu quaerere uelint principis deceſſoris allodia aut relictas opes, ita NVNNROOD *in faſciculo reſponſorum de obligatione ex*

C *facto deceſſoris p. 115. 116.* Imo ſunt alii, qui etiam acquiſita a principe illo, demortuo ſtatim uindicant reipublicae et ſucceſſoribus primogeniti, non heredibus aut creditoribus GOLDASTVS *de maioratu lib. 2. c. 15.* COTHMANNVS *uol. 3. conſ. 1. n. 30.* Quod uerum eſt tum, ſi talia ſint domeſtica pacta, ut a principe ſemel poſſeſſa innectantur regno aeternum. Taceo, quod in dubio omnia credenda ſint regni eſſe,

D quod fieri in bonis Hiſpaniae maioratuum, affirmat a MEREZ *de maior. Hiſp. part. 4. Q. 19. 20.*

Quid ſi contractum a deceſſore et quid ſi donatum?

(r) Ex quibus certe cauſis quam innumeri ſint auctores, qui obligatum uelint ſucceſſorem ex CONTRACTV minimum ſui deceſſoris, illud quidem expoſitum eſt *lit. m.* ſuperius. Porro etiam ibidem oſtendimus, quare ex aduerſo PRIVILEGIA credant extingui cum ui-

E ta largitoris principis et, quas eiusdem iuris eſſe uolunt, eiusdem GRATIAS. Quae etiam philoſophia eſt BEYERI *de oblig. ſucceſſ. §. 38. 39.* quem audiuimus *lit. l.* ſuperius. Verum etiam hic addendum eſt, ne contractus ipſi exeant limites delatae in imperantem poteſtatis TITIVS *in ſpecim. iur. publ. lib. 4. §. 16.* ne aduerſi ſint regni formulae et conſuetudinibus Albericus GENTILIS *lib. 3. c. 22.* STVCKIVS

F *conſ. 26. n. 126.* quo caſu obligatio eſt nulla, niſi adhibitus fuerit procerum uel ordinum principatus conſenſus *Matth.* CVNO *lib. 1. de pact. cap. 24. n. 99. p. 553.* *Conſtant.* CAROLVS *feud. conſil. 19. num. 1.* Quod lumen addi debet illis, quae habent BRVNNEMANNVS *cent. 2. dec. 41.* et NVNNROOD, *in faſcicul. reſponſorum*, utrum teneatur ſucceſſor ſoluere debita anteceſſoris *p. 151.*

CAP. IV.

p. 151. 168. Quapropter iterum uidemus, A neque hanc iuris regulam ante prodeſſe aut extendi poſſe ad principis contractum, obligetne is ſucceſſorem, an minus, quam de imperii formula plene planeque conſtet. De GRATIIS etiam et PRIVILEGIIS a ſuperiori principe pariter obligationem prouenire poſſe in ſucceſſorem, illud quidem ex iisdem formularum imperii diſcriminibus aduerſus Beyeri adſerta propugnauimus *lit. l.* Vt adeo, ne in- B ter nimium et parum peccetur, curandum ſit, ſed cuique regno ex ſua formula detur quoque menſura obligationis.

Quid ſi nomine reipublicae, non priuato principis ſit actum?

(s) Iterum nimium incauti et improuidi ſunt huius regulae adſeclae et patroni. *Princeps*, aiunt, *duplicem perſonam ſuſtinet.* Vnam, *qua homo, quae moritur*; alteram, *qua inſtrumentum reipublicae.* Vltimam *ſi agit, non ipſe agit, ſed respublica; ſed principatus ipſe et illud factum mortis eſt* C *expers*, Frid. BRVCKMANNVS *de ſolut. poteſt. cap. 4. membr. 2. effect. 2. n. 10. ſeqq.* Myler. ab EHRENBACH *cap. 10. nomolog. §. 5. p. 158.* Imo tum non tam princeps obligatur, quam principatus BOERIVS *deciſ. 204.* KLOCKIVS *de contribut. cap. 18. n. 68.* GVDELINVS *de pace c. 12.* Verum enim uero uti principis non eſt, obligare rempublicam *uerbo* ſuo, in *rempublicam* concepto, ultra imperii ſui formulam: ita parum cu- D rabit respublica aut in hanc ſucceſſor, quacunque demum uſus ſit dictione princeps in pactis ſuis, ſiquidem illi bene conſtiterit, imperantem ſic paciſcendo limites ſuae poteſtatis tranſiliiſſe. Ceterum ſi dixeris, ſaepe tamen dubium eſſe, utrum princeps VOLVERIT etiam rempublicam aut ſucceſſorem obligare, quamuis potuerit: tum quidem remitti haec debent ad notulam *litt. l.* ſignatam p. 368. ſuperius.

Quid ſi acceſſerit facto deceſſoris populi conſenſus?

(t) Si ſcilicet respublica *tacendo* con- E ſenſerit habueritque ſilentio ſuo ratum, quod princeps fecit. Aut, quod minus dubii habet, ſi *conſenſus* populi acceſſerit planus et apertus, nec minis nec poenis coactus. Ita GROTIVS *lib. 2. de iure B. et P. c. 6. §. 9.* TRENTACINQVIVS *lib. 3. reſol. 1.* OVBACHIVS *cent. 1. decur. 9. quaeſt. 1.* Matth. CVNO *lib. 4. de pactis c. 24. n. 99.* Verum enimuero princeps *abſoluti* imperii neque opus habet *conſenſu* hoc, neque eundem F ab ordinibus ſolet requirere. *Deinde*, quod de *praelato* dicitur, ſacrum collegium ſibi ſuoque iuri damnum adſerre necquicquam, ſi, in honorem illius, ad facta tacuerit illicita, idem certe repeti poteſt in principe. Cuius honori parcere oportet ſubditos, ne uiuo illi eant obuiam. Mors igitur potius expectatur, quae omnem ex illicitis factis tollit obligationem. Quod cum ita ſit, grauiores eſſe oportet coniecturas, quam ſilentium, ſiquidem colligi debet, reipublicae tacitum conſenſum negotio principis acceſſiſſe.

§. VI.

Quid ſi factum principis tangat dignitatem aut munus?

(u) Hac de re dictum eſt ſupra *c. I. §. 8.* ubi loquentes audiuimus Baldum aliosque doctores ueteranos aeque ac recentiores. Quibus addi poſſunt SCHRADER *conſ. 3. n. 399. conſil. 9. et 101. n. 14.* VVLTEIVS *uol. 3. conſ. 35. n. 116.* CARPZOVIVS *deciſ. 88. num. 12.* NVNNROOD *faſcic. reſponſ. p. 32. 70. 78.* Summa dictorum haec eſt. Principio, dignitatem quod attinet principis, illa praefiniri nequit eadem omnibus. Quapro- B pter id curare debet imperans, ne *adparatum* luxumque adſectet rationibus reipublicae aduerſam atque moleſtam. *Deinde* etiam regna ſunt, unde principi nulli fere aut modici certe prouentus. Tale itaque imperium ſi accepit hac quidem formula princeps, uix poteſt deinceps querelas mouere de rerum anguſtiis. In eodem enim argumento ordines reſponderunt Wenceslao et Rudolfo II. impera- C toribus, dum hi reditus urgerent imperiales: accepiſſe illos imperium in formulae, quam habeat, anguſtiis neque aliter illud per ſuffragia ordinum fuiſſe delatum. Si quid deſiderent porro, nihil deberi: quoniam et ordinum obſequia et deſideria imperantis limites habeant, in formula regni deſcriptos, quos negligere aut exire, ſit nefas. Contra, qui abſoluto utitur imperio, illi hoc iuris tegumento, quaſi aliquid D pro dignitate regni ſit factum, opus non habet, cum pro ratione ſit illius uoluntas. Id tantum prodeſt, quod inde ſciatur, regem *uoluiſſe* ita faciendo rempublicam obligatam. Deinde *muneris* uerbo intelligitur haud dubie id, ad quod obligatur princeps in tuendo et iudicando rempublicam. Vbi iterum reſpici debet ad imperii formulam. Quid enim, ſi ordines principi adſignarunt reditus certos, unde alat rei iudiciariae et curialis adminiſtros, quod E in principatibus ſit quam plurimis, ibi certe, ſi formula regni ita ſit adducta, princeps, quamdiu ſtatus reipublicae eſt ordinarius, illis debet acquieſcere neque onerare ulterius rempublicam. Contra cum belli rationes uiresque ad ea pertineant, quae reipublicae contingunt extra ordinem, alios omnino hic limites exigit neceſſitas, quos omnino imperans poteſt proferre. Pertinet huc quaeſtio de *offi-* F *cialibus*, utrum hos mutare poſſit ſucceſſor ſine cauſae alicuius commemoratione. ZIEGLERVS prodidit *de iure ſucceſſor. c. 4. §. 7.* iudicium ſuum his quidem uerbis: *Non raro accidit, ut a ſucceſſore in principatu ueteres aulae miniſtri dimittantur. Vti autem uarii ſunt aulae miniſtri: ſic quoque uaria reſponſione hic opus eſt. Qui enim ad pompam tantum habentur aut ad delicias et fallendi temporis cauſa loco omnino cedere coguntur. Qui autem iuſtitiae aut rei oeconomicae praefecti ſunt, uix erit, ut ſine iniuria fruſtra dimittantur.* Contra BEYERVS *de oblig. ſucceſſor. illuſtr. 42.* ridet ex-

Digitized by Google

CAP. IV.

ploditque Zieglerianam philoſophiam. *Nec ſentire poſſum cum auctore ſententiae, miniſtros a ſucceſſore, ſi munere ſuo rite defungantur, ſine iniuria dimitti uix poſſe. Quis enim uel priuatos cogeret, ad famulos in domo retinendos, utcunque optime peragant officium ſuum. Dummodo non intempeſtiue eiiciantur. Et dummodo non pactis obligauerint principem de temporis perpetuitate.* Meo iudicio formulae hic iterum opus eſt plena curataque notitia. Quid enim ſi rerum adminiſtri regis et regni ſint ſimul, quod olim uerum fuerat in regnis ſeptentrionalibus? Quid ſi ultima uoluntate princeps deceſſor obliget rempublicam aut ſucceſſorem? Quid ſi uiuus id iubeat? Quod fieri omnino poteſt in imperiis abſolutis. Num uero praeſtet priſtinis uti officialibus, an nouellis, fruſtra diſquiritur apud KNICHENIVM *operis polit. lib. 2. part. 1. theſ. 5. §. 2. p. 426.* atque *lib. 2. part. 2. ſect. 1. theſ. 4. §. 2. p. 727. 728.* pluresque alios. Quid autem, quod curſim moneo, de *ſalariis officialium*, num ea ſoluere obligatur ſucceſſor, quae anteceſſor debuit? Cum nuper forte occurreret haec quaeſtio: alii obligatum dixerunt ſucceſſorem, ex hac iuris regula, quod debita haec munus tangant principis dignitatemque: alii abſoluerunt eum, hac ratione ad ita ſentiendum permoti, quod princeps deceſſor ex reditibus principatus ſoluere debuerit ſalaria, quos ſi uerterit in alios uſus, neque rempublicam porro teneri neque ſucceſſorem, uerum ſi quid damni ſentiant officiales, habere, quod ſibi illud tribuant. Cum illorum fuiſſet, principem aut urgere ad ſoluendum aut honeſtam petere miſſionem. Sed neque hoc placuit aliis, qui inter ipſos adminiſtros fecere diſcrimen. Alios enim curiali tantum elegantiae ſeruire, alios rei iudiciariae: alios iterum in negotiis uerſari publicis belli ac pacis. Primis non obligari crediderunt, ſed tamen ultimis. Verum noſtro iudicio ultima ſententia non abeſt a labe partium alicuius ſtudii. Quaſi enim reipublicae non aeque intereſſet, principem ſuae dignitatis tueri rationes, quam ea, quae ſunt muneris atque officii. Igitur, hac etiam reiecta, uidi, quod plerique alteri ſubſcripſerint, quam nos medio loco recitauimus. Cui etiam calculum meum adderem, niſi alibi aliud *formula imperii* ſuaſerit, cum ſemper alias, tum etiam hic in oculis animiſque circumferenda.

Quid ſi ſucceſſor cauſam habeat delati imperii a deceſſore?

(x) Diſquiſiuimus hac de re, ſuperius *cap. 1. §. II. III. IV. V.* laudatis cum auctoribus, tum rationibus, quibus impeti queunt huius generis argumenta. Quibus addi poſſunt KNICHEN. *de ueſtitur. pact. part. 1. c. 2. n. 290.* KLOCKIVS *uol. 3. conſ. 154. n. 65.* FABER *ad C. de hered. act. defin. 1.* CARPZOVIVS *part. 1. conſt. 48. defin. 3.* KNIPSCHILD *de fideicommiſſ. c. 2. n. 394.* Illud ſingulare eſt, quid dicendum iudicandumque ſit, ſi ſucceſſor a ſuperiori principe ſit ADROGATVS uel ADOPTATVS, an tum ſoluere teneatur? *Repono*, primo adoptiones incognitas eſſe iurisprudentiae naturali, quod Seguierii iudicio monet TESMARVS ad *lib. 2. Grot. cap. 7. §. 16.* Deinde fieri non poſſet adrogatio, niſi in illis, quae uere ſunt in adrogatoris patrimonio, ut et dari poſſint et auferri, inſtar teſtatoris. Verum ſupra *c. I. §. II. III. IV. V.* iam tum expoſitae ſunt cauſae, quare expungenda ſint regna patrimonialia. Neque aliter eſſet iudicandum, ſi princeps eum adrogaret, qui alias ei per leges regni eſſet ſucceſſurus. Quoniam dici ita non poſſet, ſucceſſorem cauſam delati imperii habere a deceſſore. Summatim, ad uires usque teneretur adoptiuus patrimonii, non regni, quod adoptionis iura tangunt necquicquam. Hoc lumine ea, quae NVNNROODIVS *p. 22. 25. 51. 53. 98.* habet, ſunt colluſtranda.

§. VI.

Vtpote filius adoptiuus?

Quid ſi princeps deceſſoris factus ſit heres?

(y) Singularis hic eſt doctrina, quae multum frugis habet, Adolfi Andreae uon der LÜHE, autoris opuſculi, quod praeſide is reſpondit uiro illuſtriſſimo, domino a Rhez *de transmiſſione territoriorum in ſucceſſores.* Nam *cap. 3. n. 18. 19.* putat, principem omnino obligari ex facto deceſſoris, quoniam principatus ſit uniuerſitas quaedam, cui quam plurima ſint allodia admixta, cimelia, theſauri plurium generum alii. Vt adeo eodem fere iure ſucceſſor teneatur ex facto anteceſſoris, quo heres ex facto defuncti. Accedere, quod idem uelint officii rationes dignitatisque, quas omnino deminuat ſucceſſor, ſi fidem tollat, qua rempublicam conſtrinxerit deceſſor. Quo rerum ordine id quoque eſſe manifeſtum, nihil in hoc caſu intereſſe, ſiue filius ſuccedat ſiue conſanguineus ſiue extraneus alius quisque, cum par ſit omnibus officium hoc, ad praeſtandum facta ſua deceſſoris. Quod ſi igitur tacitus hereditandi modus eos effectus habuerit, obligandi ſucceſſorem, multo ille magis obſtrictus erit, ſi uerbis apertis ſe dixerit deceſſoris heredem. Qui *primum* tenent et *alterum*, principemque obligant qua ſucceſſorem principatus, qui ſit uniuerſitas, illorum numeri ſatis quidem multi, KLOCKIVS *de contribut. c. 8.* atque in conſiliis *tom. 2. conſ. 29. n. 133.* et *conſ. 154. n. 34.* EHRENBACHIVS *in nomolog. cap. 14. §. 8. p. 189.* STRVVIVS *ſyntagm. iur. feud. c. 14. §. 29. n. 5.* Henr. MICHAEL *in reſponſ. Kilonienſ. 14. p. 119. 120.* Verum enim uero etiam haec accipienda ſunt nonniſi prouide et cum cautione. Nam *primo* eſſe poteſt principatus, cui admixta non ſunt alia ulla, quae mereri poſſunt nomen allodiorum. Quapropter praeſumtio illa huic cedit ueritati. *Deinde* talis etiam credenda eſt principatus conditio, ſi prin-

ceps

CAP. IV.

ceps deceſſit in rerum indigentia et paupertate. *Porro* ſunt opiniones etiam aliorum, qui perhibent, omnia, quae princeps poſſideat, non eius propria eſſe, ſed cuncta populi reique publicae. Quod ſi eſſet, iterum locus dari nequiret coniecturis pro allodio in principatu. Quod dictum eſt ſupra *c. I. §. II. lib. a. b. c. Praeterea* non eſt, quod aliquem in transuerſum hic agat nomen *heredis*. Quoniam uerbum hoc in iure naturae adhibitum praeſertim in imperiis, ſynonymum eſt ſucceſſoris adpellationi, nihil autem ab eo diuerſum. Quod HORNIVS docet *in politic. architectonica lib. 2. c. 9. §. 13. n. 24.* et alibi *dn. praeſes* ex uſu cum Germaniae, tum Angliae praeſertim interprete Cowellio. *Tum* nil inſolentiae habet et illud, quod princeps condit teſtamentum in eoque diſponit de rebus, quae ueniunt nomine allodii. Vbi ſane iterum exulat *praeſumtio* pro mixtura bonorum principatus. Taceo demum, quod minus etiam recte faceret ſucceſſor, ſi ad facta deceſſoris adſtringeret fidem et obligationem ſuam in eaque nimium eſſet ſuperſtitioſus. Quod tum uerum eſt, quando ſucceſſori non alia ſunt bona, quam regni prouentus. Hos enim ſi adhibere uellet ad ſoluendum nomina deceſſoris, tum aut reipublicae moleſtus eſſet tributis indictis extra ordinem aut, genium ſuum defraudando, uitam uiueret regno forte indignam uerteretque illa, quae illi ad elegantiam ſunt deſtinata curialem, in alios uſus. Id quod iterum eſſet contra illius officium. Verum haec omnia parum aut nihil curabit imperans, ſiquidem ipſi poteſtas fuerit abſoluta nullisque regulis aut pactis conſtricta populi reique publicae.

Quid ſi obligatio deceſſoris ſuperet uires hereditariorum bonorum.

(z) Sed, quaeſo! unde intelligetur, *bona principis hereditaria debitis illius reſpondere, an uero minus ſufficere?* Inter priuatos res eſt clara, quod principio credantur bona hereditaria eo usque ſufficere, quousque non probatum ſit aliud ab herede idque uel *confectione inuentarii* uel *ſpecificationis bonorum* eiusque uel *ſimplicis* uel *iuratae*. Deinde, quod heres, poſtquam ſemel, ſpe maiori deceptus, hereditatem adierit, liberare ſe nequeat deinceps, ſed damnum, ſi quod patitur, ſibi tribuere debeat et ſuae in adeunda hereditate incuriae. Verum enim uero, quod principis heredis hic officium ſit, illud quidem inter iureconſultos ſolet acriter controuerti. ANTONIVS *diſp. feud. 5. th. 9.* TABOR *de ſucceſſ. in offic. cap. 5. §. 22. Mylerus ab* EHRENBACH *cap. 14. nomolog. §. 3. p. 180. 181.* principi nihil hic dant praecipui iure, ſed adfirmant potius audacter fidenterque, nequicquam laedi uerecundiam, ſi creditores deceſſoris eum ceu heredem urgeant de inuentario aut matricula hereditariorum bonorum, neque enim iniuriam facere, qui ſuo iure utatur. Verum contra ſunt alii, qui poſtulatum a principe inuentarium pro re habent pudenda et inuerecunda, *Oldradus de.* PONTE *conſ. 94.* MOLINA *de iure primogen. lib. 1. c. 10. n. 31.* RHETIVS *de transmiſſ. territ. c. 13. n. 20.* NVNNRODIVS *in faſcicul. ſponſ. p. 123. 124.* rationibus moti, quae ſequuntur. *Quoniam* cum *dedecore* quodam ſint coniunctae propalationes ſecretorum patrimonii. *Deinde* ſacrilegii inſtar ſit, in dubium uocare fidem principis in curta mobilium bonorum ſupellectili. *Porro* liberari ab inuentarii confectione parentes, multo itaque magis principem, cuius reuerentia praeferatur parentelis. *Poſt* cum princeps non ipſe annotet bona deceſſoris, ſed opera utatur officialium, igitur minus eſſe periculum, fore, ut aliquid uel ſilentio inuoluatur uel ſubducatur cum fraude. *Praeterea* neque eſſe, de quo creditores conquerantur, quorum illos non oporteat obliuiſci, ſe contraxiſſe cum principibus, non legi ſubiectis hominum priuatorum. *Tandem* conſecutionis uinculum eſſe hoc, ſi princeps neque pupillis ſit obſtrictus ad inuentarium aut reddendas rationes, quae ſententia omnibus uere communis, multo minus obligari illum ad inuentarium in gratiam creditorum ſui anteceſſoris, quorum haud dubie minor ſit fauor, quam principis pupilli. Noſtro etiam iudicio ſubſcribimus ſententiae ultimae. Niſi forte princeps ſucceſſor malae fidei ſit conuictus, quo caſu creditores uel matriculam exigere poſſunt bonorum, uel ipſi ſubducere et computare calculos relictorum bonorum indeque officii ſui principem admonere. Ceterum ultra uires hereditariorum bonorum neque urgeri principem poſſe, non tam ſui, quam reipublicae cauſa, id quidem diximus in notula praecedente.

§. VI.

Quid ſi ex facto deceſſoris damna tantum minora?

(aa) Concors eſt omnium fere iureconſultorum ſententia, quod in rebus, quae non damni maioris, fidem ſui deceſſoris labefactare non debeat ſucceſſor. Quia tum humanitas praeferri debeat ſtricto iuri; quia modica non curet praetor; quia interſit reipublicae, ne fama deminuatur deceſſoris ob res nauci; quia ipſe ſucceſſor memor eſſe debeat, quam puſilla ſint alieni aeris nomina intuitu regni et principatus; quia crudelis ſit, qui, lucri cauſa, famam negligat fidemque reipublicae; quia non, quae liceat facere, illa ſtatim et honeſta ſint factu; quia partem principatus alienare liceat quantam, non quotam, cetera. Ita *Ant. de* PETRA *de poteſt. princip. c. 15. n. 8.* ita CORSETVS *de poteſt. reg. quaeſt. 3. et 75.* ita OLDRADVS *conſ. 94. n. 23.* ita *Matth.* CVNO *lib. I. de pact. c. 24. n. 51.* ita ENENCKEL *lib. 3. cap. 11. n. 10.* pluresque alii, quos impetit PVFENDORF *cap. 10. §. 8. p. 1324.* Verum reponit ad haec auctor reſponſi apud NVNNROODIVM *p. 150. 151.*

CAP. IV. §. VI.

150. 151. quod magis et minus non uarient ſpeciem; quia, quod in exitu prohibitum, ſit etiam prohibitum in uia; quia a minimo facile perueniretur ad maximum; quia ſenſim erogata exhauriant totum; quia omnis pars quanta ſit etiam quota; quia id, quod uni licet, neque prohibitum ſit alteri, ſi autem quilibet princeps in modico onerari poſſet, opprimerent tandem omnes principatum uniuerſum, ceterà. Ego putarem, ſingula haec in regulis uerſari atque limitibus decori aut uirtutis, quae legem non faciunt. Accedit, quod intérſit quandoque cum reipublicae, tum ſucceſſoris, ut rigore hic ſummo utantur neque deceſſoris facta uel in modico agnoſcant. Partim, ne facilitas in uno, noceat quoque in altero, trahaturque ab aliis in exemplum publici cuiusdam iuris; partim, ne tali indulgentia inuitent uel imperantem ad coutrahendum, uel illius creditores ad dandum et credendum nominibus purpuratis. Verum etiam haec omnia parum aut nihil proſunt, niſi cuiusque reipublicae formulae et rationes expendantur negeturque ideo in una, quod in altera adfirmatur.

Quid ſi deceſſor cetera uixerit recte et frugaliter.

(bb) Etiam hoc non parum habet momenti. Si enim princeps cetera laudate et recte uixerit, ſi abfuerit a luxu nimio, ſi uſus fuerit prouentibus regni tantum ordinariis, ſi rempublicam reliquerit florentem opibus, tum certe uix exempla ſuperſunt, principem ſucceſſorem facta anteceſſoris obligatione deſtituiſſe. Contra ſi deceſſor prodigus fuerit et effuſus, ſi principatum reliquerit ſucceſſori eneruatum et exanguem, tum demum regulae iuris proferuntur in medium ad delenda nomina deceſſoris et liberandum ab illis ſucceſſorem. Exemplis rem hanc comprobabunt Romani imperatores, quorum in hoc argumento dictiones et ſententias congeſſimus ſupra *cap. II. §. I. lit. s. t. u.* Vltimi etiam generis caſum habet NVNNROODIVS *faſciculi reſponſor. p. 27.* his uerbis deſcriptum: *Wie nemlich bey voriger Regierung, reichskundiger maſſen, man lange Jahre gar ſchlecht hausgehalten, und alles, was nur aufzubringen und zu Geld zu machen geweſen,* conſumiret *und verbracht, unglaubliche Schulden gemachet, Land und Leute verſetzet und verpfændet, und in ſumma alles in einen ſo* deploraten *Zuſtand geſetzet, daß das Brod manchmahl auf der Tafel kaum übrig geblieben. Daß Reſidenz-Schloß ſelbſten, aus abgang der mittel dergeſtalt auſſer Bau geſetzet worden, daß die* documenta *vor Wetter und Regen nicht mehr drocken liegen kænnen, der Diener ihre Beſoldungen nicht bezahlet worden, die Reichs- und Creyß-Contingenten aufgeſchwollen*, cetera. Quo certe rerum ſtatu uitio uerti non poteſt ſucceſſori, ſi legis inſtar habeat, nolle ſe obligari quicquam ex facto ſui deceſſoris. Ne adfligat magis rempublicam, ſed potius de remediis cogitet eandem recreandi.

Quid ſi temporum infelicitas ſucceſſori?

(cc) Memini querelarum principis, quibus ſe liberatum eſſe credidit ab obligatione ex facto deceſſoris, quoniam temporum eſſet durities, concuterent rempublicam bella, eneruarent eam milites, opprimerentque uario genere tributorum, quae ſoluenda eſſent extraneis, ne pro adflicta republica princeps haberet nullam. Dandum certe hic aliquid infelicitati uitioque non uertendum principi, ſi obligationis ex facto deceſſoris fiat immemor expectetque meliores fortunas. His etiam rationibus utuntur iureconſulti apud NVNNROODIVM *p. 13. 153. Es wære bey ietzigen Landverderblichen Krieges-Zeiten auf keinen abtrag des vorigen zu gedencken. Jeder Tag habe ietzo ſeine eigene Plage, und wære ſehr vernünfftig, daß iedweder Landes-Herr für die Rettung ſeiner Zeiten mehr, als die vergangenen gedæchte*, ſatis eſſe ſui quemque temporis praeſtare periculum *l. 3. §. 1. ff. de adminiſt. rer. ad ciuit. pertin.* cetera.

Quid ſi factum deceſſoris pactis aduerſum gentilitius?

(dd) In Germania certe principum familiae plures ſunt, quae hac lege inuicem conuenerunt: *ne aere alieno, a deceſſore contracto, teneretur ſucceſſor; ut bona omnia principis in uinculo ac nexu eſſent perpetui fideicommiſſi; ne quid liceret poſſeſſori alienare, oppignerare, onerare* et quae ſunt generis eiusdem. Vel etiam definita eſt ſumma deceſſori, ultra quam ex facto deceſſoris non obligaretur. Exemplo comitum *Mansfeldenſium*, in quibus ſucceſſor olim non ultra poterat obligari, quam ſumma 20000. imperialium. In *Meklenburgenſi* ducatu ex eadem cauſa definita eſt ſumma 50000. numorum maximi moduli, niſi calculus me fallit. Habent quoque *Saxones et Haſſi* numeros hic definitos, ultra quos ex aere aut facto defuncti principis necquicquam obligantur. Idem certe fieri poſſet in regnis, ſi in leges easdem conueniret familia regalis. Neque tamen eius generis obligatio rempublicam teneret, extincta forte regali ſtirpe uniuerſa. Quod dubii nihil habet.

Quid ſi pacta cum populo abſoluant ab obligatione ex facto deceſſoris?

(ee) Eſt hoc adſertum Francicae monarchiae. Dicunt enim regni bona *inalienabilia* eſſe; rege obligato, necquicquam obligari *regnum*; facto *deceſſoris* neque poſſe obligari *ſucceſſorem*; eius rei, quam contra iuris ordinem fecerint reges, auctoritatem eſſe aeternam, cetera, de quibus actum eſt ſupra *cap. I.* addique poteſt aliud exemplum in THVANO *ad an. 1576. lib. 63. §. 77.* Verũ quam in alias formas ſe uertant Galli atque hac doctrina utantur inſtar deci-

pulae,

CAP. IV. § VI.

pulae, qua irretire ac tenere poſſunt alios, ipſi autem fidem maiorum ſuorum fallere impunes, illudquoque ſupra *h.c.§.II.lit. b.* exemplo nouiſſimo eſt comprobatum.

Quid ſi deceſſor iurauerit aut plenitudine ſit uſus ſuae poteſtatis?

(ff) Putant aliqui, fieri tamen poſſe, ut factis deceſſoris maior etiam in ſucceſſore concilietur reuerentia et obligatio, ſi illa ſint *iurata*, aut eis formula acceſſerit ex *poteſtatis plenitudine*. In *prima* opinione uerſantur GAILIVS *lib. 2. obſeru. 27.* BESOLDVS *part. 4. conſ. 187. n. 33.* ZIEGLERVS *de iure ſucceſſor. cap. 2. §. 12. p. 1050.* Putant enim iusiurandum adficere bona regni; intereſſe etiam reipublicae, ut liberet principem a periurio; metuendum eſſe et populo et ſucceſſori, ne Deus ob delicta deceſſoris ſui poenam illis irroget periurii. In *altera* ſibi placent doctores ueterani MENOCHIVS *conſ. 2. n. 38.* RVINVS *lib. 2. conſ. 23. n. 4.* CRAVETTA *conſ. 75. n. 3.* atque *de temp. antiq. part. 2.* Carolus TAPIA *de conſtitut. princip. cap. 2. n. 12.* aliique fere innumeri. Fulcra opinionis uidentur illis haec, quoniam ex plenitudine poteſtatis ualeat actus, qui non ualeret poteſtate ordinaria; quia ſic princeps loco ſe ponat, pactis conuentisque etiam publicis, ſuperiori; quia ita ſcribenti principi nefas ſit, dicere, quo iure facis. Verum enim uero uti iuramentum neque obligat eā iurantem, quae excedunt limites ſuae poteſtatis, quod etiam papa dixit ſuperius *cap. II. §. II.* ſub finem, quorſum etiam faciunt, quae habent KLOCKIVS *uol. 1. conſ. 11. n. 163.* MEVIVS *part. 1. deciſ.* 147. *n.* 1. deinde non eſt in facultate imperantis, ut illicita facta reddat licita per formulae *plenitudinis* ſolennia: ita facile eſt ad intelligendum, parum aut nihil proficere eum, qui robur obligationis principalis quaeſiuerit in uerborum formulis ac ritibus.

Quid ſi obligationi deceſſoris ſubſcripſerit futurus ſucceſſor?

(gg) Iuit propemodum in mores, ut principes, poſteros obligaturi, futuros compellent ſucceſſores, ut factis uel contractibus eorum et ipſi ſubſcribant eosdemque habeant ratos. Quod ſi factum fuerit, iam non ex alio, ſed ſuo ipſius nomine obligabuntur. Neque ego habeo, qui excitem hic ſcrupulos. Quid uero, ſi ſucceſſor ſe nihilominus liberet ab obligatione ſuis etiam manibus ſubſcripta tueaturque ſe *exceptione metus*. Quoniam graue eſt, illis negare calculos, in quorum manibus uita fortunaeque uerſantur. Quid deinde, ſi improbet ſubſcriptionem ipſa etiam respublica, cuius omnino intereſſe diximus, ne ſucceſſor obligatum ſe credat ex facto deceſſoris. Res iterum eo redit, ut hos etiam caſus exigamus ad formulam regni reique publicae.

Quid de regnis, quibus admixta allodia?

(hh) Quae ad hanc ſcenam pertinent, de illis dictum eſt iam ſuperius *h. §. litt. q.* atque *litt. y.* Si enim ad originem reſpicimus omnium fere principatuum, illud eſt ueriſſimum, quod in plerisque A praeter *dominica bona* etiam inueniamus alia, quae *propria* ſunt principis ipſius dicique poſſunt illius *patrimonium*. Partim, quod ex nobilitate principes uocati ſint non inope, ſed ampla et opulenta. Quapropter nobilis, rex factus, propterea ſua bona praediaque necquicquam amiſit, ſed retinuit conſeruauitque. Deinde illi etiam reges, qui abſunt a cultu nimii adparatus et elegantiae curialis, non B conſumunt regni reditus, ſed eos inde colligunt theſauros, ut uel indigenti reipublicae atque ſubditis mutuo dare uel etiam bona poſſint acquirere immobilia. Quod ſi factum fuerit, quis tum dubitabit de regno admixtis allodiis et inde ſatisfaciendo creditoribus deceſſorum. Modo tamen non acceſſerint his bonis nexus *fideicommiſſarii*; *incorporationes*, quas dicunt, regni aut mores pactaque ſimilia, C unde eius generis bona accreſcunt reipublicae. Quod tamen ultimum non credendum, ſed probandum eſt illi, qui hoc utitur argumento.

Si obligatum ſe credat ſucceſſor in conſcientia?

(ii) Poteſt euenire, ut princeps, uel ex commiſeratione creditorum uel ex reuerentia ac pietate in deceſſorem, exiſtimet, quamuis iuris neceſſitate non obligetur ex facto deceſſoris, obligari tamen eum in conſcientia cuius ſentiat uim. Ve-D rum uti conſcientia iuribus non aduerſa eſt, cum illa referat potius, inſtar imaginis: ita tamen ſaepius fit, ut ueritas pectora non tangat, ſed dubia regant et error. Quo caſu ſtet obligatione ex facto alieno ſucceſſor, dummodo, quod ex formula regni iudicandum, ex hac religionis nimietate non affligatur aut damnum ſentiat respublica. Quod ut fieri poſſit, dictum eſt ſupra *h. §. lit. bb.* Ita certe, ipſo E papa auctore *cap. II. §. II.* grauius hic delinquet princeps facta explendo ſui deceſſoris, quam ſi haec irrita reddiderit publico decreto. Aliena ſunt, quae habet BALDVINVS *de caſib. conſc. lib. 2. c. 9.* aliique conſcientiarum magiſtri.

Quid ſi obligationem imperent rationes decori?

(kk) Ne principis non maior eſſe uideatur auctoritas, quam tutoris aut curatoris, quod *c. II. §. I.* improbatum; ne in manes peccetur principis ſuperioris; ne talionis F iura et ipſi olim metuenda ſucceſſori, quod monitum fuerat pontificis *c. II. §. II.* ne conferatur principis maieſtas cum iure decurionum, praetorum, conſulum, magiſtratuum, quorum facta mortalia ſunt, niſi ex reipublicae conſenſu illis acceſſerit aeternitas *c. II. §. I.* ne contemnatur imperans tam fluxae et labilis fidei; ne de ipſius principis dubitetur maieſtate, ſi manus ei tantopere ligatae ſint a proceribus, ut G monarchiae facies ſimilis ſit plurium rerumpublicarum ſyſtemati aut anarchiae, quod dictum *c. IV. §. V.* et quae decori rationes ſunt generis eiusdem. Verum enim uero, cum diuerſis imperia formulis utan-

Digitized by Google

CAP. IV.

tur, etiam non una illis ratio decori. Quod enim una reſpublica ſibi eſſe dicit dedecori, in illo tantum non gloriam quaerit altera. Quorſum conſuli poſſunt, quae *cap. II.* ſcripſimus ſuperius.

Quid ſi ita ſucceſſori nulla habeatur fides?

(ll) Eſt hoc, quod maximopere urgent *obligationis ex facto deceſſoris* patroni. Alias enim fieri credunt, ut nemo cum principe porro ſit contracturus; ut ei in ſumma neceſſitate nemo uel obulo unico ſuccurrat aut ſubleuet illius pauperiem; ut principis uerba habeantur inſtar decipulae, qua circumueniantur, qui illis ſint credituri; ut, exulante fide principis, omnis corruat ſocietas ciuilis, quae hoc uinculo unice contineatur; ut calumniae excitentur aduerſus rempublicam, quaſi in illa iureiurando ludatur, ut talis, quaſi ridendo, frangatur fides decipianturque homines creduli, ſiue extranei ſint, ſiue incolae et ſubditi et quae alia ſunt huiusmodi. Verum enim uero nemo ignarus ſit conditionis eius, cum quo contrahit *l. 19. de R. I.* ſciens autem decipit ſe ipſum *l. 145. ff. de R. I.* et *c. 27. de R. I. in 6.* Igitur praeclare ſcribit GAILIVS *lib. 2. obſeru. 154.* quae etiam huc omnino pertinent: *Quapropter circumſpecti ſint, qui cum principibus contrahunt, ne decipiantur. Conſulant ergo peritiores*, formulae imperii gnaros. *Et licet durum ſit, attamen publica* rependit haec ſalus. Nemo etiam poteſt de fraude conqueri in illis, quae uel ſciuit uel ſcire potuit MEVIVS *part. 7. dec. 170. n. 6.* A. FABER *ad C. lib. 9. tit. 13. def. 7. n. 3.* et quae alia ſunt regularum iuris fomenta et conſolationes. Deinde etiam hoc monent reſponſa NVNNROODIANA. Non intereſſe reipublicae, ut principi plus iuſto facienti credatur, aut mutuo detur ex opinione, quod obſtricta eſſet reſpublica ad reddendum. Contra, ſi princeps fiat inops et indigens caſu, culpa, fortunis: reipublicae et populi eſſe ſuccurrere imploranti atque manus illi necquicquam denegare auxiliatrices. Imo hoc rerum ſtatu, ſi principi conſulatur, reipublicae cauſa fluctuanti, tum etiam hanc obligari alias, ad reſtituendum ea, quae uerſa ſint in rem commodaque illius. Demum ſatis eſſe prouinciae, ſi huius floreat fides cum domi, tum foris in dando accipiendoque. Imo illas praeſertim reſpublicas in omni genere negotiorum commerciorumque eſſe florentiſſimas, quae principe uel careant, uel certe non gaudeant nimium potente. Tantum abeſſe, ut his limitibus conſtricta formula imperii negotiis fideique hominum ullam adferat impeditionem. Ad extremum non quaeri hic de fide propria ſeruanda, ſed de iure, ſuis factis conſtringendi fidem alienam reipublicae et ſucceſſoris.

§. VI.

Si obligatio praeſtanda potentiori?

(mm) Pertinent haec omnino ad trutinam publicae utilitatis. Poteſt fieri, ut ille, qui debitum deceſſoris urget in republica et ſucceſſore, a neutra parte abſque graui periculo poſſit offendi. Vbi tamen iterum expendi meretur, ſi quod uni ſoluitur, negetur alteri, illud non poſſit non excitare in ultimo inuidiam et uindictae grauioris cupidinem. Hanc facile deinceps exerceri, ſi debitum huius generis ceſſum fuerit potentiori, hoſti, inimico, infeſtoque principi: qui inde cauſam multoties accipit ad rempublicam uel adfligendam uel ſubiugandam. Quapropter ille demum eſt prouidentiſſimus, qui principiis obſtat, ne obruatur minus expectatis malorum ſequelis. Scilicet formulam ſuam tueri poteſt quaelibet reſpublica, in qua defendenda nemini facit iniuriam.

Quid ſi deceſſor filius fuerit?

(nn) Isque ſiue NATVRALIS, cuius obligationem habes ſuperius cum *pontificialem c. II. §. II.* tum *clientelarum c. III. §. I.* tum naturalem, quoniam a patre is occaſionem habeat ſuccedendi, ſi cauſam non ueram: ſiue CIVILIS, quod dictum *c. II. §. I. lit. s. t. u.* ſiue etiam ADOPTIVVS, cuius hic uinculum in obligatione ex facto patris ſupra *lit. praec.* pariter diſputauimus. Vt adeo opus non ſit, uerbum addere, niſi quod filii in patrem probitas et amor laedere non debeat iura formulamque imperii.

Quid ſi deceſſor frater ſit etiam ciuilis, ein Erbverbrüderter?

(oo) Quo enim uinculum conſanguinitatis arctum magis et uicinum, eo etiam maior ſucceſſori pudor et uerecundia, quin deſtituat fidem ſui deceſſoris. Licet hic cauſa ſucceſſionis nulla ſit, quam in patre offendimus in notula priori. Quae tamen in *fratre ciuili* forte reperitur, ex cuius facto adeo fidenter obligarunt ſucceſſorem auctores, *c. I. §. V.* laudati. Verum pacta ſucceſſoria *formulam regni* non mutant neque fieri alias poſſunt, niſi cum ordinum prouincialium conſenſu, quod ipſum iam uidit *Betſius*. Vtrumque eo facit, ut etiam hic obligationem aeſtimare aliter non liceat, quam expenſa formula imperii.

Quid ſi deceſſor ſit peregrinus?

(pp) Repetenda etiam hic ſunt de conſanguineo, quae in notulis diximus proximis. Neque tamen credendum eſt, liberiorem hic eſſe ſucceſſorem extraneum. Alia enim de hoſte iudicia, alia de peregrino. Primus ſuſcipit principatum in priſtina formula. Vti imperatores, ex diuerſis olim populis electos, nihilominus ſequi oportuit priſtinas de libertate imperii Germanici conſuetudines et ſtatuta. Neque maior licentia eorundem aut reuerentia in facta deceſſorum, poſtquam ex eadem gente Auſtriaca hodie omnes eliguntur. Contra ſub hoſte priſtinae formulae delentur ueſtigia fingiturque noua, ut reſpublica iamtum nata demum formataque eſſe uideatur. Exemplum nobis ſit *Wilhel-*

CAP. V.

Wilbelmus conqueſtor. Qui Angliae regnum, poſtquam bello illud ſubiugauiſſet, prorſus uertit in aliam imperii formulam et ſtatum. Illis autem, qui ad priſtinos mores prouocarunt, repoſuit, rempublicam ipſi non pactis delatam, ſed habendam pro partu belli, qui formandus eſſet pro arbitratu genitoris,

Quid ſi deceſſor amicus?

(qq) Quantum ſucceſſor dare uoluerit anteceſſoris amicitiae in factis illius explendis ſoluendisque nominibus, illud quidem eius relinquitur arbitratui. Verum illud etiam hic in oculis eſt haben- A dum, ne amicitia haec in nimio peccet moleſtaque ſit reipublicae, ſi in hanc onera, nexus, nominaque principis deceſſoris, quibus non tenetur alias, deuoluantur.

§. LIII.

Quid ſi deceſſor foederatus ſucceſſoris?

(rr) Repetenda etiam hic ſunt, quae diſputata ſunt in notulis uicinarum litterarum *nn. oo. pp.* Sanctitas foederum laedere non debet formulam reipublicae. Abſoluetur itaque et hic ab obligatione facti anteceſſoris, ſi quidem ex illo graue periculum aut damnum principatui ſit metuendum.

CAP. V.

De *Obligatione ſucceſſoris in Longobardicas clientelas.*

§. I.

Progreſſus ad IVRA POSITIVA.

PRodiere noſtra adhuc ex ſcena IVRIS NATVRALIS. Mouemus nunc pedem, diſſerturi, ad quid ex facto deceſſoris obligent ſucceſſorem leges, ſtatuta, pacta, conſuetudines ſingulares, id eſt, IVRA POSITIVA.

Sigillatim ad LONGOBARDICA inſtituta.

§. II. Primo autem hic loco ponimus LONGOBARDICA INSTITVTA, cum, quod iſta iura Germaniae noſtrae audiant communia (a); tum etiam quod tricas habeant, ante expediendas, quam ad alia poſſit deueniri (b).

Num Longobardica inſtituta obligent Germaniam?

(a) Quamuis re uera maior ad hoc probandum difficultas ſit, quam in receptione *iuris ciuilis* Romani. Sint enim Longobardi populus Germanicus; illud tamen ſufficit, quod inſtituta eorum feudalia non in Germania ſint nata, ſed in Gallia transalpina: ſint porro inter decreta Longobardica etiam Germanicorum Caeſarum conſtitutiones: illae tamen non Germanis ſunt promulgatae, uerum incolis Longobardiae clientelaris: ſint denique loca medii aeui monumentorum, in quibus uerba occurrant feudalia aliaque; illa certe aeque in Germania naſci potuerunt, quam in Longobardia. Taceo, quod in *priuatis* cauſis a iure Romano tanta non ſint diſcrimina, quanta Germanicarum *clientelarum* a Longobardicis. Id unum ſuper- B eſt, quod ſuprema Germaniae dicaſteria in ferendis ſententiis iura laudent ſequanturque Longobardica. Qui uſus ius quoddam feciſſe, omnino uidetur.

Decretorum 2. F. 45. atque 51. interpretatio turbida et confuſa.

(b) Plerique iureconſulti, qui huius generis cauſas reſpondent, Longobardica iura commiſcent cum Germanicis; rationes cum poſitiuis legibus; publica cum priuatis; conſuetudines ſingulares cum generalibus. Vnde non poteſt non ori- C ri ingens rerum iuriumque confuſio ac perturbatio. Contra nos *primo* de inſtitutis *Longobardicis*; deinde de *Germanicis* iisque uel *landſaſſicis* uel *imperialibus* uel *profanis* uel *eccleſiaſticis* agemus ſigillatim, breuiter tamen, cum plura urgeant, ut abitum maturem.

In quibus ex facto deceſſoris obligatur FILIVS ſolus, non alii EXTRANEI ſucceſſores.

§. III. Illud notum eſt traditumque ſuperius (c), quod DECRETVM FEVDALE ſit fere hoc: EX ALIENO AERE AVT FACTO DECESSORIS OBLIGARI FILIVM, NON VERO EXTRANEVM IN FEVDO SVCCESSOREM.

Verba 2. F. 45. atque 2. F. 51. §. 4. recitato.

(c) Scilicet *ſupra c. 3. §. 1. 2. 3.* Velim enim, ut ipſum ante decretum legatur relegaturque, quam ad doctorum gloſſas, com- D mentaria, reſponſa, deciſiones, limitationes, confuſiones et turbationes deueniatur.

CAVSARVM huius decreti coniecturae.

§. IV. Poſt opiniones ſententiasque aliorum (d), mihi ratio huius inſtituti quaerenda eſſe uidetur primo in POTESTATE paterna (e); deinde in REVERENTIA, in qua, olim inprimis, liberi (f); poſt in pudore deſtituti heredis (g); demum in FACILITATE, qua ita obligatus per dominum feudi iterum poterat ſolui ac liberari (h).

(d) Cu-

CAP. V. — §. IV. V. VI.

Cauſae, quare filius obligetur ſucceſſor, non agnati aut extranei?

(d) Cuiacius querelas omnino mouet, quod iureconſulti decretum hoc feudale, unde res pendent, tantopere momentoſae, ſint ſequuti in reſponſis iudiciisque, licet in cauſas illius aequitatemque non inquiſiuerint. Sed uero, quae in ueteranis reperiuntur, ſunt hae ferme. *Legem* eſſe hanc, quamuis illa non abſit a duritie: legiſlatori forte in animo fuiſſe *quartum praeceptum* decalogi: filios a patribus ſuis in ſucceſſione feudorum *cauſas* habere, ſi non ciuiles aut clientelares, tamen *naturales* et phyſicas, ut adeo iniquum non ſit, illos ex facto eorundem teneri, quamuis agnati atque extranei non teneantur: porro liberos olim habitos pro heredibus neceſſariis, qui eapropter nequeant bona partim adire, partim non adire; quapropter feuda et allodia hic aeſtimentur lance eiusdem hereditatis, cetera. Quorſum pertinent, quae habentur apud CVIACIVM *ad lib. 4. feud. tit. 54.* *Hartm.* PISTORIS *lib. 2. quaeſt. 2. n. 17. et quaeſt. 13. n. 49. 50.* *Fr.* HOTOMANNVM *ad 2. F. 45.* ad uerba: *ubi uero filium*; BOCERVM *de iure ſucced. in feud. cap. ult. quaeſt. 1. p. 462. 463. 464.*

Rationes aliorum.

Rationes uerae. Prima in POTESTATE PATERNA.

(e) Notum eſt ex iuribus Latii, quod olim infinita fere patris in liberos fuerit poteſtas et auctoritas. Exponere illos poterant et trucidare *l. ult. C. de patr. poteſt.* atque *l. 11. in ſuis ff. de lib. et poſth.* plenius dn. praeſes in *Trebellianica exule cap. 4. §. 2.* quidem et uendere in ſeruitutemque detrudere atque ſic reddere minus habiles ad ſuccedendum in feudis, libero nonniſi homine dignis. Ne igitur patris irae in filium concitarentur, credentis aut ſuſpicantis, fore, ut filius, *repudiata* ſua *hereditate*, ſuccederet in *feudo*, nihilominus ſicque manibus paternis excuteret quendam pudorem: igitur cum ratione, omnino conſulta, fuerat conſtitutum, ne filio liceret in *feudum* porro ſuccedere, repudiata paterni *allodii* hereditate, ſed uel retinere utrumque uel ab utroque ſimul abſtinere. Quid igitur hodie? Cum paternae poteſtatis nonniſi apud nos umbrae ſuperſint, uix eſt, quare *decretum feudale* cum ratione porro tueamur.

Secunda, quod liberi heredes NECESSARII.

(f) Ex quo enim notum eſt, quod Romano quondam iure liberi et *ſui* fuerint et *neceſſarii* heredes §. 2. *Inſt. de hered. qualit.* plenius *dn. praeſ. in diſſ. 1. de coniug. ſucceſſione*, illius onus fuerat perpetuum, defuncti parentis et *aes alienum* ſoluere et cetera illius praeſtare *facta* neque permittere, ut herede is unquam deſtitueretur. Quo certe rerum ſtatu nil graue fuerat liberis Romanis, iisdem uiuere ac uti cum patre ſuo fortunis.

Tertia in turpitudine REPVDIATAE hereditatis.

(g) Apud Romanos aeternum cum familiae, tum defuncti fuerat dedecus, ſi quidem heredem ille non poſſet inuenire. Dd. ad §. 1. *Inſt. ex quib. cauſis manumitt.* atque ad *l. 23. ff. quae in fraud. credit.* Quod mirum non eſt in tanta ciuium Romanorum opulentia et dignitate. Vt adeo cauſae eſſent grauiores, quare *filius* etiam *uaſallus* adſtrictus eſt, ad uindicandum manes paternos ab hac quidem iniuria ac pudore.

Quarta in lege oppoſita FRAVDE.

(h) Scilicet proditur in ipſo decreto clientelari remedium, quo filio poteſt ſuccurri, ne ipſe feudo, feudum uaſallo ſtrenuo ac forti deſtituatur. Licet enim filius repudiata hereditate patris etiam excideret ideo feudi ſucceſſione: fuit tamen in *domini* arbitratu, ut filium importunitate creditorum feudo priuatum, eodem iterum donaret illum inauguraretque. Quo ipſo nihil ſoluitur creditoribus paternis, quos itaque ſtultos aut inuidos eſſe oportuit, ſi filium eo urſerunt usque, ut de noua principis inueſtitura certus, renouationi mitteret nuntium feudi paterni aut auiti. Et uero quis *dominum* in hac noua *inueſtitura* crediderit difficilem fuiſſe, cum uerbulo unico facere potuerit, ut filium conſeruaret uaſallum atque feudum haberet a praeſtatione atque onere alieni facti liberum et immune. Quo ipſo etiam filius abfuit a peccato in manes patris, quoniam illius poenas luere uidebatur in paterni feudi amiſſione.

Decreti feudalis 2. F. 45. et 51. §. 4. peruerſae INTERPRETATIONES.

§. V. Sed tamen, ſi interpretes aeque audiuerimus ac doctores et iudices, mirum certe, quam illi de ſenſu huius decreti titubent, diſputent, digladienturque (i). Licet uero illi multiplices hic ſint: ire tamen uidentur fere omnes in ARENAS TRES.

Cauſae diſſenſionum in decreto 2. F. 45. atque 2. F. 51. §. 4.

(i) Quod facile eſt ad intelligendum. Nam in ſcholis queruntur de decreti huius *iniquitate*, indoli atque rationibus feudorum aduerſa; in reſponſis ducuntur auctoritate *ſentientium* ita uel aliter: in curiis uerba iterum dubia, an *capitulum* uſu ſit receptum, an ei derogatum *praeiudiciis*, cetera. Accedit uirus omnibus commune, quod in iuribus dubiis illa adprobentur, quae ad ſenſus ſunt quaerentium aut quorum maiorem habere ſolemus rationem.

Prima de FEVDO HEREDITARIO

§. VI. Prima eſt eorum, qui hoc decretum non agnoſcunt, niſi in FEVDO HEREDITARIO, quoniam illud tantum adfici queat aere alieno contineaturque in corpore uniuerſae hereditatis, ut cauſa ſuccedendi eſſe uideatur a deceſſore, de cuius factis, utrum illa ſucceſſorem obligent, tantum controuertatur (k). Verum in manifeſta erratione illi ſunt, quoniam

Quod reiicitur ac confutatur.

in

CAP. V. §. VI. VII.

in hereditariis feudis eadem liberorum ratio atque agnatorum. Sed tamen decretum tantas hic facit inter utroſque diſcrimina, ut primos obliget, ultimos liberet (l).

Prima CLASSIS eorum, qui decretum 2. F. 45. 51. §. 4. accipiunt de feudo HEREDITARIO.

(k) Hanc ſcenam inſtruunt etiam noſtrates GAILIVS *lib. 2. obſeru. 154. n. 1. 6. 7.* MYNSINGERVS *cent. 3. obſeru. 67.* BORCHOLT *de feud. c. 7. n. 94.* aliique. Verum inuoluunt hi rem magis, quam expediunt. Neque enim in fundamentis ſunt iidem. Vtrum *feuda informia ſint hereditaria; utrum feuda hereditaria debeant praeſumi; unde cognoſcatur, feudum hereditarium eſſe*; imo in ipſo *hereditario feudo* abſoluunt filium ab aere alieno patris, B ſiquidem ante effecerit *inuentarium, quam adierit paternam hereditatem*, cetera. Videt haec *Bern.* GRAEVAEVS *in lib. 2. concluſ. pract. 154. p. 461.* qui ideo titubat manumque tenet, quod ait, tabula, ne Gailii officiat auctoritati. Scilicet, me auctore, his tenebris decretum *2. F. 45. 51. §. 4.* propterea occuparunt iureconſulti, ut, quaeſiti de *caſu ſingulari*, eum reſpondere poſſint pro utraque parte, ut libuit lubuitque. C Si nempe ex dubiis et fallacibus indiciis feudum, de quo inſtituta quaeſtio, uel *pactitiis* accenſerent uel *heredi-* A *tariis*. Verum abſint a ſincera iurisprudentia glaucomata haec atque improba ſophismata. Peregrinos, qui ita ludunt, conduxere ROSENTHAL. *cap. 2. concl. 33.* atque *cap. 7. concl 20. 21. 22.* SCHRADER. *part. 7. de feud. cap. 7.* Taceo alios claſſis eiusdem.

Cauſae opinionis reiectae.

(l) Si quidem ea in re ſinceri ſint doctores, ut *feuda* demum *hereditaria* dicant illa, quae ſunt in ultimi poſſeſſoris patri- B monio. Vt de illis ſuo arbitratu agat; uendat, illa donet, inſtituat, leget, permutet, modoque alienet alio. Verum addimus, quod decretum feudale *2. F. 45. 51. §. 4.* ſit conceptum nude adeoque ualeat de feudis propriis; deinde aetas decreti hereditaria feuda ignorauit ſere, ut nequeat de illis intelligi. Legantur huc *Hartm.* PISTORIS *lib. 2. quaeſt 2. 3.* SCHRADERVS *part. 7. c. 7. num.* ● *ſeqq.* qui tamen et C ipſe titubat, BERLICHIVS *part. 2. concluſ. 55. n. 6. 7.* BOCERVS *cap. ult. de ſucceſſ. feud. quaeſt. 1. p. 465. 466.*

Altera de FEVDO MIXTO.

§. VII. Altera eſt eorum, qui inter hereditarium feudum et illud, quod dicimus ex pacto et prouidentia maiorum, genus fingunt INTERMIXTVM. Quaſi ſcilicet idem fundus clientelaris, intuitu AGNATORVM, ſit feudum ex PACTO et PROVIDENTIA, quod tamen, ſi liberi adſint ſucceſſores, haberi debeat pro HEREDITARIO, quoniam hi ſoli ex aere et facto patris deceſſoris obligentur, ut adeo feudum, quod intuitu agnatorum eſt PACTITIVM, liberorum intuitu HEREDITARIVM, ex utroque ideo mixtum eſſe uideatur (m). Verum enim uero futile hoc dogma eſt et commentitium, quo ueritas non eruitur, ſed inuoluitur. Neſcit ſane mixta feuda codex clientelaris: niſi dixeris, ex feudo PROVIDENTIAE quolibet tum fieri MIXTVM, ſi in illo liberi ſuccedant, obligati ex facto deceſſoris inſtar heredum. Ita uero non clientelas habebis diſtinctas, ſed diſtincta uerba. Quod operis eſt leuis et prope nugatorii (n).

Quod reiicitur et confutatur.

Altera CLASSIS, qui 2. F. 45. 51. §. 4. accipiunt de feudo MIXTO idque uel ſenſu 1) Pileanorum.

(m) Ad hanc claſſem pertinent *duo* fere auctorum genera. Primum eſt *Pileanorum*, id eſt, Pilei et Bulgari adſeclarum, qui omne feudum ordinarie habent pro *hereditario* intuitu *liberorum*, quibus aliter in feudum ſequi non liceat, niſi iure hereditario. Adeoque neſciunt illi PACTIONATVM ſiue ex pacto et prouidentia feudum, niſi forte *liberi* principio ſtatim inueſtiturae nominentur ſintque propterea ſimiles *inueſtitis ſimultanee*. Vt E adeo tum locus eſſe nequeat decreto *2. F. 45. 51. §. 4.* Quoniam ita liberi ex pacto et prouidentia domini ſuccedere uideantur in feudum, non deceſſoris, licet patris, beneficio, cauſa, uoluntate. Quo ipſo illud intelligitur, quod Pileani non, ut *prima claſſis*, hereditaria abſolute intelligant, intuitu etiam agnatorum, ſed liberorum ſolo intuitu, conſtrictorum decretis *2. F. 45. 51. §. 4.* Qui doctores audire uoluerit Pileanos, ille euoluere poteſt D *Hartm.* PISTORIS *lib. 2. quaeſt. 3.* ROSENTHALIVM *cap. 2. concluſ. 33.* et *cap. 7. concl. 20. 21.* qui auctores hic ſunt pleniſſimi. Verum diſplicuit hoc aliis, quoniam ita liberi onerandi eſſent in omni feudo ex facto patris, niſi et pater et *liberi* inaugurati fuerint ſimul in quadam *ſocietate*, exemplo nonniſi rariſſimo. Licet tum liberorum iura, uiuo patre, quodammodo ſint ſuſpenſa, quae tamen, patris demortui er- E go, nequeant illis ideo negari, quoniam eodem tempore, modo, iure feudum a domino utrique acceperint. Vt igitur uia eſſet, liberandi a facto et aere alieno deceſſoris patris liberos neque tamen ideo expungere opus eſſet decretum feudale *2. F. 45. 51. §. 4.* nouum ingenii partum produxerunt iureconſulti recentiores. Scilicet laudatum modo decretum in illis tantum feudis tenere liberos ex factis et aere alieno paterno, in quorum formula clientelari occurreret nomen *heredis, tibi*

2) DECIANORVM.

CAP. V.

et tuis liberis eorumque heredibus, cetera. Tum enim credendum eſſe, largitorem feudi illud uoluiſſe hac formula, ut unum idemque feudum alio intuitu agnatorum ſcilicet PACTITIVM eſſet, alio, utpote liberorum, HEREDITARIVM, id eſt, uniuerſim ex utroque MIXTVM. Hoc iuris inani figmento ſibi a temporibus DECII innumeri placuerunt doctores, quem habent pro fabulae auctore BORCHOLTEN *cap. 4. n. 17. 18.* Ludunt certe hoc iuris aenigmate ex noſtratibus *Hartm.* PISTORIS *lib. 2. quaeſt. 3. et 14.* CARPZOVIVS *part. 2. conſtit. 47. def. 1.* VVLTEIVS *cap. 8. n. 30.* WVRMSER *claſſ. 3. ſect. 5. de feud. impropr. n. 77.* LVDWELLVS *in obſeru. feud. p. 72.* b. m. STRYKIVS *cap. 4. quaeſt. 50. 51.* Taceo alios nominis et auctoritatis minoris.

Cauſae utriusque opinionis, noſtro iudicio improbatae 1) PILEANORVM.

(n) Scilicet et prima opinio lepida eſt et altera. PRIMA quidem ideo, quoniam decretum *2. F. 45. 51. §. 4.* in feudis *pactionatis*, quales tum fuere omnes clientelae, obligauit filium ex facto et aere alieno patris, non, ut rem *feudalem* uerteret in *hereditariam*, ſed ut compeſceret animos ingratorum liberorum, quod dictum eſt ſupra *h. c.* *Deinde accidit* in feudo ſuccedere filium patri obaerato, quapropter ipſa ideo feudi *eſſentia* immutari nequit uertique res feudalis in patrimonium. *Porro* cum dominus filium liberare poſſit ab obligatione ex facto parentis, feudum ſibi adſerendo, iterum patet, patribus hoc datum eſſe priuilegii inſtar, non ut mutarentur feuda, adſicereturque indoles eorundem, ſed ut temperaretur tantum filii in illud ſucceſſio. *Praeterea*, ſi liberi ſimul de feudo inaugurantur cum patre, quem caſum habent Pileani, quod forte olim etiam non raro factum, ubi feudorum ſucceſſio nulla ordinaria, ſed feuda uel precaria eſſent uel uſufructuaria, ut cum uita expirarent illius, cui principio fuerant collata; tum certe liberi non ſuccedunt alieno acquirentis iure, uerum ſuomet ipſo, ut adeo tum quidem de liberatione eorundem ex facto patris nemo poſſet dubitare, ne domini iura liberis, uiuo iam parente collata per eorundem in paternos manes officia perderentur. Quod qui recte expenderit, is facile intelliget, Pileanos ad ſua reſpexiſſe tempora atque adeo crediſiſſe, decretum *2. F. 45. 51. §. 4.* loqui de illis feudis, quae primo acquirentis uaſallo iure perpetuo in poſterosque omnes *duraturo* eſſent collata: non autem de his, quae eſſent *perſonalia*, in quibus tamen, uiuo patre, dominus ex noua et ſingulari gratia filio proſpexiſſet de ſucceſſione. Quo rerum ſtatu *primum* genus adpellare poſſemus feuda *perpetuaria:* alterum, *perſonalia* aut temporaria. In primo liberi et poſteri omnes cauſam debent *ſucceſſionis patri*, auo, maioribus eorumque prouidentiae: non autem in altero, ubi *ſucceſſio* prouenit a *domini* ſolius beneuolentia ſingulari. Cum igitur in primo tantum feudi genere gratia debeatur patri; in altero autem domino ſoli: iamnunc facile patet, quare decretum *2. F. 45. 51. §. 4.* obligatos uelit liberos ex facto patris; non autem in ultimo. Sed quorſum dilabor? Scilicet parum abeſt, quin fiam nunc et ego Pileanus, quem principio tantopere impetii aduerſis argumentis. Neque enim noui doctorem, qui ante Pileanorum ſectam adiuuerit a nobis allatis coniecturis. Quae ſi uerae ſunt, uti ueras eſſe feudorum ratio oſtendit uetertima; tum Pileani omnino aliorum ſententiis debent anteſerri. Neque porro a nobis re differunt, ſed uerbo tantum. Quoniam illa feuda, quae decretum *2. F. 45. 51. §. 4.* tangit, *hereditaria* ſalutant, quae nos habemus nihilominus pro *pactionatis* ſiue, ut mollius loquar, pactitiis.

Pileanorum noua explicatio ex lumine aliis ignorato.

2) DECIANORVM confutatio.

In ALTERA opinione Decianorum ſcilicet deſideria ſunt quamplurima. Tangamus ex pluribus unum. HEREDIS uerbo et Longobardi et Germani ſemper uſi ſunt pro *liberorum* ſynonymo. Ideo enim uulgi ſermone dicimus hodieque absque herede mortuum (*er iſt ohnbeerbet oder ohne Erben verſtorben*) qui caret liberis, quamuis extraneis heredibus non deſtituatur, quod etiam ſupra hoc cap. dictum. Imo in ipſo iure clientelari *feudali hereditaria* non illa adpellantur, quae ſunt in patrimonio et bonis hereditariis; ſed ea tantum, quae non, ut olim factum, ſunt *perſonalia*, uerum *perpetuaria*, tranſitura in poſteros omnes. Quod cum ita ſit, fruſtra ſunt, qui in formulis clientelaribus ab *heredis* mentione uinculum nectunt conſecutionis ad feuda *hereditaria*, uel ut clarius loquar, *patrimonialia*. Imo appoſite monuit uir illuſtris, COCCEIVS in *hypomnem. feud. tit. 3. §. 39. p. 39.* quod ſi *heredis* uerbum feuda et clientelas uerteret in patrimonium aut rem hereditariam, exularent omnino *pactitia* feuda e Germania noſtra omniaque redderentur *hereditaria.* Idque ideo, quoniam nullae aliae formulae ſint fuerintque olim in curiis clientelaribus, quam hae: *tibi et tuis heredibus*, uerbulo *legitimis* nunc addito, nunc omiſſo. Quod etiam teſtimonio ſuo confirmat *dn. praeſes* fide tabularii clientelaris. Taceo alia, cum ſatis cognitum ſit, huius claſſis doctores uel ignorantia peccauiſſe, Pileanorum *hereditaria* feuda, quae eadem quam *perpetuaria* illis fuerant, habendo pro *patrimonialibus*: uel ludendo atque utendo his uerbulis inſtar decipulae, ad liberos nunc irretiendos ex obligatione patris, nunc ſoluendos et liberandos.

§. VIII.

CAP. V.

§. VIII. Tertia de feudis ex PACTO et PROVIDENTIA.

§. VIII. In TERTIA erimus nos. Qui liberos ex facto parentum habemus obligatos in feudis ex PACTO et PROVIDENTIA (o) Licet enim illi cauſam ſuccedendi maiorum debeant prouidentiae, non beneficio aut uoluntati patris deceſſoris: alia tamen ſuperſunt, quare hoc onus paternum in liberos nihilominus deuoluit auctor decreti (p). Quod cum placuerit illi, fruſtra eſt philoſophia, ob quam cauſa placuerit, in curiis quidem clientelaribus (q).

Tertia CLASSIS eorum, qui 2. F. 45. 51. §. 4. accipiunt de feudis ex pacto et prouidentia.

(o) Feuda ex *pacto* et *prouidentia* maiorum dicimus illa, quae primus acquirens non *perſonali* iure, ut olim fuerant clientelae Longobardicae *1. F.* 1. accepit; ſed *perpetuario*, pro ſe et poſteris ſtatim ſuis, ſiue heredis uerbo adiecto ſiue minus. In *primo* enim genere ſi filius ſucceſſit, factum erat illud ex beneficio ſolius *domini;* ſi uero in *altero*, id ex prouiſione habebat primi acquirentis *uaſalli*. Quae cauſa eſt haud dubie, quare in *altero* auctor decreti obligauerit filium ex facto patris, ob cauſas ſupra h. c. §. IV. explicatas: in *primo* autem non potuit ſic obligare, ne domino largitori fieret iniuria excideretque filius gratia eius, non a patre quaeſita. Vnde nunc facile eſt ad intelligendum, cum, quod uera ſit noſtra doctrina, tum, quid differat a ſententiis aliorum. *Veram* eſſe patet inde, quoniam *feuda pactitia*, quae nos deſcripſimus, ſunt fuerantque tempore condiri decreti *propria* et *ordinaria*, de quibus loquitur omnino illius auctor in uerbis uniuerſim et nude conceptis; contra autem *perſonalia* feuda iam tum fuerant rariora, *impropria*, fere ſublata per deſuetudinem, ut adeo in claſſe exceptionum eſſent, quas decretum, uerbis abſolutis conceptum, noluit attingere. Neq; potuit innuere decreti auctor *hereditaria* feuda in ſenſu, quo ſynonymum ſunt rerum *patrimonialium*. Partim, quod *codex* iuris feudalis hoc ultimo ſenſu feuda *neſciat*: partim, quod de illis *nullo* opus hic eſſet *decreto*: partim etiam, quod eodem iure tum et *agnati* ex facto deceſſoris obligati, qui tamen liberantur. Aliena itaque noſtra doctrina eſt *primum* a PILEANIS, quoniam feuda, quae ipſi *hereditaria* dicunt, nos habemus pro *pactitiis*; contra quae illis pactitia ſunt, illa adpellauimus *perſonalia* cum priuilegio domini, ut liberi ſuccederent. Neque agnoſcimus DECIANOS, quoniam *mixtorum* feudorum et nomina horremus et definitiones. Reprobamus etiam PATRIMONIALIVM feudorum patronos, quod codex Longobardicus hoc genus neſcit neque adeo de his intelligi poteſt decretum. Si itaque noſtris hic uerbis eſſet ſcribendum, expungerem uocabulum *hereditarii* tantopere *homonymum et aequiuocum* hisque nominibus, licet *nouis*, feudorum genera diſtinguerem, ad lumen adferendum decreto *2. F. 45. 51. §. 4.* Scilicet feuda ſunt 1) PRECARIA, id eſt, a domino reuocabilia ſemper; 2) PERSONALIA, eaque iterum uel abſolute talia, quae uaſallis relin-

A quuntur nonniſi ad uitae dies, uel 3) cum PRIVILEGIO domini de feudo ad poſteros ituro; 4) PERPETVARIA eaque uel intra certum gradum, uel 5) INDEFINITA, in gradus poſterorum innumeros perennia, non tam ex gratia domini, quam ex prouiſione primi acquirentis et iuris iamnunc ordinarii; 6) PATRIMONIALIA ſiue Romani iuris ſenſu hereditaria. De *quarta* et *quinta* ſpecie accipio egomet

B decretum *2. F. 45. 51. §. 4* iterum iterumque laudatum. Addo nunc uſum forenſem. Cum omne feudum hodie ipſo iure, non domini priuilegio ſingulari, *perpetuarium* fit atque *ſucceſſionis indefinitae*: facile intelligitur, quod in omni etiam feudo hodie credi debeat, *filium teneri ex facto et aere alieno patris deceſſoris etiam intuitu clientelarum*. A qua obligatione, ſi quis filius liberari uult, opus eſt, ut eius rei

Vſus forenſis.

C cauſas adferat, unde intelligatur, feudum non eſſe in numero ac genere illorum, de quo loquatur modo commemoratum decretum clientelare. Et hactenus, quid iuris ſit per inſtituta Longobardorum. Nomina iureconſultorum, qui ſub eodem uexillo ni caſtris noſtris militant NEAPOLITANO uel SICVLO, quamuis diuerſis aliquantum conatibus, multo longoque numero conquiſiuerunt BERLICHIVS *part.*

D *2. concluſ. 55. 56. Hartm.* PISTORIS *lib. 2. quaeſt. 2. 3.* COTHMANNVS *uol. 4. reſponſ. 8. n. 22. 23.* qui huius generis auctorum laudat nominatque aliquot centurias. *Carolus a* KIRCHBERG *cap. 3. n. 90.* qui curatus eſt et luculentus.

An liberet filium ſcriptura inuentarii?

(p) De quibus nos plene planeque egimus ſupra h. c. §. IV. ſuperius. Ceterum uolunt alii decreti huius cauſas ſic adiuuare.

E Credunt enim aliisque conantur perſuadere hoc. Auctorem decreti non omnem ex facto patris obligatum uoluiſſe filium, ſed illum tantum, qui neglexerit paterni allodii *inuentarium*. Tum enim puniendum fuiſſe neglectum filii, ut etiam ex feudo defuncti patris teneretur creditoribus. Ita ſentiunt *Alb.* BRVNVS *conſ. 18.* ZASIVS *part. 8. n. 10.* SCHENKIVS *ad 2. F. 45.* Ita etiam GAILIVS *lib. 2. obſ. 154.* MYNSINGER

F *cent. 3. obſ. 67.* SCHRADER *part. 7. cap. 7.* in omni fere genere feudi confectione inuentarii liberandos eſſe putant liberos ab obligatione facti aut aeris alieni deceſſoris aliique, quos laudat refellitque ſigillatim BERLICHIVS *part. 2. concluſ. 55. n. 9. 10.* Alii inter feudum diſtinguunt *nouum* et *antiquum*: in illoque filium obligari pu-

CAP. VI.

tant, non autem in *ultimo.* Verum et haec opinio eſt refellenda. Quoniam decretum *2. F. 45.* uoce feudi *paterni* utitur, quatenus primus acquitens non excedit a poſteris ultra quartum gradum. Nam exemplum feudi producit, in quo et ſuccedere poſſit *agnatus.* Qui alias in pattis feudo ceu ſucceſſor ex latere primi acquireotis nihil habet iuris. Sunt etiam, qui decretum *2. F. 45. 51. §. 4.* non aliod putant uelle, quam hoc, oe filius neget patris heres eſſe, ſiquidem ipſe hereditaria booa habuerit, non ſi fuerit inops et bonis omnino nudus. Sunt, qui obligant *filium* etiam hic, ſed tamen nonniſi in reditibus feudi ac fructibus. Necquicquam uero in illius ſubſtantia, fundisque ipſis clientelaribus. Ipſius enim putant domini intereſſe, ne adficiantur hi aere defuncti alieno. Quapropter etiam alii putant, tantum filio ſucceſſori etiam relinquendum eſſe de' fructibus feudi, ab ipſis creditoribus, ut habeat uictui et cultui neceſſatia neque eo redigatur, ut ſeruitiis clientelatibus dominus deſtituatur, ob uaſalli inopiam. Simile igitur hoc ius eſſe ptiuilegio competentiae. Verum enim uero cum decretum *2. F. 45.* minas fibret, feudi ptiuatorias, reſpondeatque caſum, ſi filius, proptiis forte bonis diues, malit amittere feudum, quam pattis eſſe heres, quod tamen

an patris inopia?

an fructuum feudi promiſſio facta creditoribus?

an aliquod beneficium competentiae?

A in modo datis temperamentis a filio non poteſt expectari: non uideo, quomódo decreta his etiam limitibus queant conſtringi. Sed quo fine omnium conquirerem hic figmenta, cum gloria nulla ex enarratione opinionum; ſed ex recta ueritatis indagatione.

§. I. II.

(q) Nolo mala uerba colligere, quibus impetere ſolent dectetum quam plutimi doctores. Offendes, qui illius auctorem B deuoueant *diris*, quod illuſtribus praeſertim familiis crucem fixerit in obligatione ex facto patris praeſtanda ex ipſis etiam clientelaribus bonis ptaediisque. Sunt porro, qui decretum habent pro *ſacrilego*, quod perdat domini beneficia in gratiam beneficiariorum, qui deceſſerunt. Sunt, qui *rationes* eius damnant execrantur que, quas *bardas, ſtupidas, abſonas, ſtultas*, imo *brutas et infantiſſimas* dicunt. C Quaſi ſcilicet filius ex decalogo tenetetur demortui patris nomina ſoluere ex opibus uel alienis uel proptiis. Sed quorſum haec florum ſpatſio. Fluit illa ex mente WESENBECII *in oeconom. Cod. ad lib. 6. tit. 27.* quem refellit SCHVTZIVS *coll. feud. c. II. p. 194.* tutor magnus decreti. Scilicet id dicendum, utrum locus ſit legi, tot iudiciis damnatae, in prouincialibus Germaniae clientelia? Quod operis eſt iamnunc efficiendi.

Aduerſus decretum 2. F. 45. 51. §. 4. mala uerba.

CAP. VI.

De

Obligatione ſucceſſoris in feuda prouincialia Germaniae,

den Landesſæſſigen Leben.

§. I.

In prouincialibus clientelis de obligatione ſucceſſoris diſputatio multiplex in Germania.

A Longobardis nunc ad GERMANOS eorumque iura in OBLIGATIONE SVCCESSORIS IN CLIENTELAS PROVINCIALES EX FACTO DECESSORIS eſt deueniendum. Dici autem uix poteſt, quam hic iterum turbida, confuſa et peruerſa ſint dogmata, ſententiae, reſponſaque iureconſultorum. Nauabimus igitur operam, ut principio conſtet, quid nobis uideatur: deinde etiam quid contra ſentientibus debeat reponi.

SENTENTIA 1. NOSTRA, quae obligat necquicquam ſucceſſorem in clientelas, ne filium quidem. Argumentum a) ab auctoritate LEGIS, b) fide diplomatum in contractibus clientelaribus;

§. II Eſt igitur apud me opinio certa et ſtabilis: GERMANICO IVRE EX FACTO DECESSORIS NECQVICQVAM OBLIGARI NE FILIVM QVIDEM SVCCESSOREM IN CLIENTELAS PROVINCIALES *denen Landesſäſſigen Leben.* Quam ſententiam argumentis nunc tueor, quae ſequuntur. Principio clara eſt LEX, quam produnt interpretes Sueuus et Saxo, his quidem uerbis: PATER SI HABEAT FILIVM IN FEVDO SVCCESSOREM, QVI NON SIT EPVS HERES IN ALLODIO, ILLI FEVDVM DEBETVR NIHILOMINVS (a). Deinde uſum legis curialem etiam loquuntur publica DIPLOMATA atque emti uenditi, donationis, permutationis contractuumque feudalium aliorum inſtrumenta, in quibus mentio ſemper fit conſenſus filiorum curata et ſtabilis. Nulla certa cauſa alia, quam hac, ne illi, patribus demortuis, feuda reuocarent reſcinderentque contractus. Hoc quidem iuris colore, quod in

clien-

CAP. VI. **§. II.**

clientelis nulla ex facto deceſſoris obligatio in filio ſucceſſori (b). Porro cum omnes fere iureconſulti illud agnoſcant, quae Longobardorum hic decreta 2. F. 45. 51. §. 4. rationibus clientelaribus parum ſint conſulta, imo inconcinna prorſus; mirum non eſt, peregrinis ideo Germanos in patria calculos ſuos denegauiſſe (c). Praeterea neque opus hic fuerat Germaniae noſtrae lege aliqua peregrina. Quoniam hanc cauſam priſtinis moribus ante habuit definitam, quam locum faceret decretis Longobardorum (d). Et licet aliquos doctores in ipſa Germania egerint haec paulo in transuerſum: potiores tamen ſunt illi, qui teſtantur, ſupremas Germaniae curias priſtinos in hoc genere mores nequedum migrauiſſe (e). Accedit, quod patrii iuris lumina, quae in prouinciis aliquibus obfuſcata et peregrini decreti glaucomate fere deleta ſunt, in aliis tamen adparent illa hodieque clare et inſigniter (f). Aliud argumentum habent illi, qui uinculum hoc conſecutionis nectunt a liberatione filii ſucceſſoris in PRINCIPATV ad ſoluendam quoque obligationem ex facto patris in feudo PROVINCIALI (g). De primo agetur in ſequenti capite ex inſtituto. Tandem illi etiam ſentiunt nobiscum, qui abſoluunt filium ſucceſſorem in feudo, hac formula collato: TIBI ET LIBERIS. Quoniam Germanico iure HERES eſt ſynonymum LIBERORVM (h), ut adeo uerba: TIBI ET TVIS HEREDIBVS non uertant in aliam indolem feudum. Quo tamen errore, qui contra ſentiunt, omnino aguntur.

c) Longobardica inſtituta rationibus feudorum inconcinna;
d) quae recepta ſunt, non niſi ſalutis patriae moribus clientelaribus;
e) quorum uſus in ſupremis Germaniae curiis potest etiamnunc;
f) ſuperſunt etiam in prouincialibus ſtatutis non paruae reliquiae;
g) uinculum conſecutionis a principatibus Germaniae ad feuda landſaſſica;
h) formula heredis patrio iure utimur pro liberis.

IVS GERMANICVM liberat ab obligatione ſucceſſorem in feudo.

(a) Plura ſunt loca, quae cum ex *Sueuici*, tum *Saxonici* interpretum codicibus hic ſunt conducenda, unde clare conſtat, *ſucceſſores in feuda (licet filios) necquicquam obligatos fuiſſe ex nominibus et factis deceſſorum*. Verba ita concepta ſunt in

TESTIMONIO 1) interpretis SAXONIS im Landr. lib. 2. artic. 21,

CODICE MSCTO *dn. praeſid. in dem Sæchſ. Landrecht lib. 2. artic. 21. hat auch ein Mann einen Sohn, der ſein Lehns-Erbe iſt, und nicht ſein Erbe nach Landrecht, er behælt das Leben.* Siue, quod codices habent in publicum euulgatae: *Hat auch ein Mann einen Sohn der ſein Lebens-Erbe iſt nach Lebenrecht, er behælt ſeines Vaters Gebæude mit mehrern rechten, dann der ſein Erbe iſt nach Landrecht.* Vnde plura intelliguntur. *Principio* filium feudi paterni ſucceſſorem manere, quamuis patris nolit eſſe heres in allodio. *Deinde* uerbi mentionem hic fieri *Lebens-Erbe*, non quod decretum reſpiciat ideo feuda *mixta*; ſed quod Germanica iura hoc filii ſynonymo ſoleant uti. *Poſt* liberiora iura eſſe in feudo ſuccedere, quam in allodio. *Demum* ne quidem aedificiorum cauſa obligari filium ſucceſſorem, multo igitur minus de ipſo fundo clientelari. Conuenit huic inſtituto illud, quod *lib. 1. des Landr. artic. 20. 21.* dicitur, donare tantum poſſe uaſallum uxori ea, quae ſint intra certum modum, niſi acceſſerit conſenſus futuri ſucceſſoris, filii etiam. Cuius in utroque articulo mentio fit. Porro *im Sæchſ. Landr. lib. 1. art. 9.* ſignificantius dicitur: *Stirbt auch einer, der ſein Leben einem andern auflaſſen ſolle, deſſen Sohn iſt es nicht pflichtig aufzulaſſen. Er hab denn ſelber mit gelobt oder bürgen davor geſetzet.* Suo igitur facto tenetur filius in feudum ſucceſſor, non alieno patris anteceſſoris. Quid? quod magis eſt, neque in bonis auitis integra patri alienatio, ſine liberorum conſenſu facta. Quis igitur in eo-

Landr. lib. 1. art. 20. 21.

Landr. lib. 1. art. 9.

A dem iure dubitauerit de feudis. *Landr. lib. 1. artic. 22. Ohne der Erben laub und ohne gericht mag kein Mann ſein eigen Gut, noch ſeine Leute vergeben.* Scilicet pater de bonis ex ſuo quaeſtu paratis diſponere poterat: non de auitis, ſine liberorum conſenſu. Quod repetitur *in dem Weichbild art. 60. 61.* Praeterea collatio inſtituitur inter factum domini, quo in feudo non teneatur uaſallus et patris uaſalli, quo
B neque ſucceſſor obligetur filius in feudo. CODEX MSCT. *dn. praeſ. im Sachſ. Lehnr. art. 56.* habet illud his uerbis: *de man nis nit plichtig ſines herren lenende te leſten. Noch dat Kind ſines uaters um ſin gut to latene.* Quod uulgares codices *des Sachſ. Lehnr. art. 55.* ita ſolent reddere: *der Mann iſt auch nicht pflichtig ſeines Herren Geliebde iemands zu leiſten (uaſallus nemini tenetur ex facto, domini ſui in feudo) noch auch ein*
C *Sohn ſeines Vaters, daß er ſein Gut auflaſſen ſolle,* (neque filius tenetur ex facto patris in fundo clientelari), et quae ſequuntur deinceps. Conueniunt Saxonico hic iuri etiam SVEVICA, unde quoque loca hic conquiremus. *Schwab. Leh*[illegible] *cap. 98. p. 118.* iisdem uerbis utitur, quae audiuimus ab interprete Saxonico: *der Mann iſt nicht ſchuldig zu leiſten des Herrn Gelübde, noch das Kind des Vaters.* Quan-
D tum igitur abeſt uaſallum teneri ex domini facto aut aere alieno; tantum abeſt obligari ex facto patris filium uaſallum. Neque etiam ulla obligatio filii uaſalli in feudo ex delicto patris. *Schwab. Lehenr. cap. 89. Si pater delictum commiſerit feudale, priuetur feudo uindicetque illud ſibi dominus. Het aber der mann einen Sohn, dem ſol er* (de domino loquitur) *das leben leihen.* Porro neque reſpondere tenetur filius in cauſa feudali ex facto patris. *Schwab. Lehenr. cap. 83. der Sohn antwortet nicht an des Vaters ſtatt in Lehen-rechte.*

Landr. lib. 1. art. 52.

Lehenr. art. 56.

2) interpretis SVEVI Lehenrecht c. 98.

cap. 89.

cap. 83.

Niſi

CAP. VI.

Schwabiſches Land-Recht lib. 1. art. 20. 21.

Land-Recht. lib. 1. art. 52.

Niſi actio ſit iure concepta in rem, uiuo patre. *Es ſey dann daß er das Gut in ſeiner Gewalt habe, da der Vater um beklagt werde, da er lebete.* Neque aliter in uxorum donationibus, ſi ultra modum ſint, cum filiorum conſenſu ſuſcipiendis. *Schwab. Landr. lib. 1. art.* 20. 21. *Es gibt ein Mann ſein eigenes ſeinem Weib nicht ohne der Erben urlaub, wenn ſie zu ihren tagen kommen. Sonſt ſchadet ihnen nicht die Gabe, die ein Vater gethan hat.* Imo etiam de bonis auitis habet *im Schwab. Landr. lib. 1. art.* 52. *On der Erben* (quo nomine liberi intelliguntur in uernacula) *gelop mag kein Mann ſein eigen Gut noch ſeine Leute vergeben.* De bonis auitis hic ſermo eſt paterno diſtinctis, *dem errungenen.* Neque inde argumenta noſtra ſunt infirmiora, quoniam utrique Saxo et Sueuus ita conſpirant, ut unus alterius ſimia atque ſatelles. Partim quoniam in rebus antiquis uerſamur, ubi leuiores etiam ſufficiunt probationes; partim, quod utroſque *ſpeculatores*, quo uerbo illi innotuerunt, adiuuent argumenta etiam alia rationesque feudales, quae iamnunc ſubſequentur. Vix autem mihi Schilterus uenia dignus eſſe uidetur, quod haec loca tanti momenti adeo frigide leuique tractauerit brachio *in comment. ad ius Alemann. p.* 329. 349. 358. 359. Vt operae pretium non ſit, illius meminiſſe.

§. II.

Liberant ab obligatione ſucceſſorem feudalis DIPLOMATA.

(b) Iudicio *dn. praeſidis* omnia tabularia exſcribere oporteret illum, qui in ſingulis hic requireret exempla ſigillatim. Id fide illius adfirmo, quod medii aeui formulae contractuum clientelarium non aliis conceptae ſint uerbis, quam hiſce: *Ego Henricus cum conſenſu Alberti filii mei et fratris mei Ottonis et conſanguineorum meorum Friderici, Caroli, Ludouici* uendo, oppignero, dono, permuto, *manſum hoc uillae meae* beneficii ſeu feudi mei, cetera. *Quem contractum ne quis futuro infringat tempore, litteras has conſcripſimus et muniuimus noſtro ſigillo.* Et, ne fingere has *formulas* uideamur, dabimus ſpeciminis loco diplomata aliqua e CODICE MSCTO DOBERLVCCIANO, quem deſcriptum habet *dn. praeſes.* *Primum* quidem ſeculum fere attingit decimum tertium, in quo BODO miles de YLBVRG, una cum FILIIS Bodone et iterum BODONE (qui ſermone iſtius aeui ſuerant aequiuoci) coenobio aliquid de ſundo clientelari uendiderunt, cuius uerba recitabimus in margine(*). *Alterum* eſt magis momentoſum. Nam in eo uaſallus de uinea ſua ad ſacrae coenae uſum aliquot tantum modios muſti adſignauit coenobio. Quod nefas eſſe credidit, niſi filios haberet donationi ex fundo clientelari conſentientes (**). *Tertium* in uernacula eſt ſcriptum, ubi uerbo *heredum*, ut quoque alias, intelliguntur.

ann. 1311.

ann. 1353.

ann. 1387.

(*) Diploma ipſum uerbis conceptum eſt, quae ſequuntur: *Nos* BODO *miles ſenior de* YLBVRG *una cum* filiis meis *Bodone et iterum Bodone, recognoſcimus publice profitentes, quod de uoluntate unanimi et conſenſu quandam partem* merice, *que adiacet uille* Stupuſch, *domino* abbati *et conuentui fratrum in* Dobirlug *uendidimus iuſto emptionis et uenditionis titulo mediante, pro quibusdam debitis, quibus eisdem fratribus obnoxii tenebamur, nobis integraliter relaxatis, et argenti etiam nobis ſuperadditis decem marcis.* Termini *uero prefate* merice *a nobis perſonaliter diſtincti incipiunt a loco qui* Bolbrucke *uulgariter nominatur, et intercurrentibus ſignis ali[…] uerſus ad locum alium, qui* Mosbrucke *dicitur, protenduntur. Abhinc mediantibus ſignis aliis directe ante paludem que* Ven *dicitur, proceditur, [...]hinc occurrentibus plerisque ſignis uſque in* R[…] *[…]ur procedendum, ab hoc autem loco uſque* Rane *[…] interpoſitis percurratur, ab iſto autem ſigno uſque in* Pechoum *ſignis uariis adiacentibus peruenitur, et ſic directe proceditur uſque riuulum qui communiter* Vliez *dicitur, ueniatur, ibique prehabiti termini finiuntur. Hec ſingula et uniuerſa cum omni iure et utilitate pacifice et quiete perpetuo poſſidenda memorato domino* Abbati *et conuentui a nobis tam rationabiliter uendita, liberabiliter reſignamus, ita quod nullum heredum ſeu ſucceſſorum noſtrorum in premiſſis omni tempore poſt futuro ſibi iuris quicquam ualeat uendicare, unde prefatum monaſterium aut ipſius fratres quomodolibet perturbentur. Adiicientes, quod predicti fratres de* Dobirlug *atque ipſorum familia qualiscunque cum curribus, equitaturis, ſiue etiam pedeſtres* Liebenwerde *noſtrum tranſierint ciuitatem, ab omni uexatione uectigalium ſeu* thelonei *ſint de cetero penitus abſoluti, nec a quoquam homine eternaliter pro huiusmodi impetantur. Homines uero ipſorum in Abbatia ubilibet commorantes in* Liebenwerde *penſam debitam ab antiquo ſecundum conſuetudinem annis ſingulis ſoluere non obmittent.* In horum *omnium euidentiam certiorem hanc literam ſuper premiſſis confectam et conſcriptam,* noſtris *quoque* ſigillis *firmiter roboratam ſupradictis fratribus dedimus pro cautela et munimine ſempiterno.* Teſtes *horum ſunt Heinricus de* Sebin, *Vlricus de* Belgern, *milites, Cuneko de* Rodeſtoc, *Ientſch de* Vichtenberg, *Item dominus Heinricus Abbas in* Dobirlug, *Frater Vlricus* Prior, *Heinricus de* Mulberg, *monachi monaſterii antedicti et plures alii fide digni.* Acta *ſunt hec* Anno Domini M. CCC. XI. *in die beatorum martirum* Geruaſii et Prothaſii. Hactenus diploma.

(**) *In nomine Domini. Amen. Nos* Geuehardus *nobilis de* Quernuorde *recognoſcimus per preſentes, quod* heredum *noſtrorum dilectorum uidelicet* Brunonis, Borchardi et Geoehardi, FILIORVM *et omnium quorum intereſſe dinoſcitur, conſenſu accedente, donauimus et donamus religioſis uiris domino* Abbati *et conuentui monaſterii in* Eylewerſtorph *tinum muſti* XVIII. *ſtopas capientem ex uinea in monte* Smanico *ſituato ſingulis annis diſtribuendam, quam cuſtos dicti monaſterii recipiet annuatim et mediam partem ad* opus Dei *miniſtrabit in celebratione* miſſarum. *Reliqua conuentui iam dicto in uigilia ſancti Martini diſtribuet. Si autem contingeret forte, quod aliquo tempore uinum in predicta* uinea *ex ſterilitate terre uel per quemcunque modum deperiret, ex tunc nos et noſtri ſucceſſores nobis ex* cellario noſtro *promiſſam tinam muſti dabimus occaſione qualibet amputata. Vt autem donatio* talis, *ut* premiſſum eſt, *per nos et noſtros* ſequaces *inuiolabiliter obſeruetur, dedimus preſens ſcriptum noſtro* ſigillo *communitum.* Datum anno domini M. CCC. LIII *In die ſancti Viti.*

(***) Ver-

CAP. VI. §. II.

guntur liberi aut deſcendentes (***). Hoc igitur cum ita ſit, quod milites, beneficiarii, uaſalli, in clientelaribus Germaniae praediis nihil diſpoſuerint quicquam, niſi conſenſus facta mentione *ſuorum filiorum*, quis quaeſo dubitauerit unquam, quod alias horum nulla fuerit obligatio ex facto, onere, aere alieno patris in praedio clientelari. Non enim credi poteſt filiorum nomina in contractuum libellis extare dicis forte cauſa. Partim, quod iureconſulti eam demum interpretationem probent, quae facit, ne uerba ſint fruſtranea, ſed aliquid operentur. Deinde cum filiorum nomina in contractibus feudalibus non ſemel tantum ſur iterum adpareant: uinculum conſecutionis, meo quidem iudicio, eſt hoc, non omitti illa potuiſſe ſine periculo metuque, ut, quae pater contraxerat in feudis, filii reſcinderent redderentque irrita. Praeterea ſi uxoris, agnatorum, conſanguineorum nomina hunc finem habuere, ut conſtaret, negotio acceſſiſſe horum conſenſus: nemo ire poterit inficias, eundem finem propoſitum habuiſſe filiorum quoque commemorationem. Sic uictalitii aut iuris cauſa alias formulas habes frequentiſſimas: *mit vollwort, einwilligung, begehren, verlangen unſerer Ehegenoſſin, Tiſchwirthin*, cetera. Imo dabo quartum diploma, in quo primum occurrit conſenſus *agnatorum*, tum *matris*, uiduae, demum *liberorum* (†*). Vnde ſatis certe patet, omnium eandem quoque fuiſſe in eodem diplomate cauſam, id eſt, neceſſarium cuiusuis conſenſum. Quod quidem nobis fuerat hic commonſtrandum.

Liberant ab obligatione ſucceſſorum inſtituti peregrini rationes inconcinnae.

(c) Supra *cap. 5. §. 8. litt. q.* iam audiuimus querelas illorum iureconſultorum, qui decreta *2. F. 45. 51. §. 4.* habent pro peſtilentiſſimis in iure feudali. Accedit, quod rationes, quae tangere forſitan potuerunt Longobardos, a Germanis noſtris abſint longiſſime, quod pariter eſt dictum *cap. V. §. 4.* Inprimis uero notandum eſt illud, quod olim quidem *perpetuaria* feuda nonniſi fuerint ex priuilegio ſingulari, adeoque id dari poterat honori genitoris, ne facta illius a ſucceſſore redderentur irrita: hodie autem cum principis aut domini indulgentia generali, id eſt, lege feudorum continuentur perpetuenturque ſucceſſiones, iamnunc maior ratio domini eſt habenda. Cui certe decreta *2. F. 45. 51. §. 4.* non poterunt non diſplicere. Vbi igitur peregrina inſtituta a rationibus noſtri aeui abhorrent: ibi certe credi non debet, illis factum eſſe locum in Germania. Vt potius recta nos ratio doceat iubeatque obicem ponere abſonis peregrinorum inſtitutis. Illud igitur ſupereſt, ut credi non debeat, regnare in Germanis decreta *2. F. 45. 51. §. 4.* niſi in illis prouinciis, ubi illa in prouincialibus ſtatutis ſunt repetita. Aduerſus quae nulla nobis diſputatio.

(d) Sci-

(***) Verba diplomatis an. 1387. ſcripti, ſunt, quae ſequuntur: *Wir Brun und Heinrich gipruder von Gotiſgnadin, Heren czu Quernfurte, thun kunt in diſſem Briffe alle den dye on ſehin adir hœrn leſe, daz wir mid wolbedachte mute, mit willin unde volbort unſer erben haben vorkouff rechs unde retheliken deme Erſamen Ern Johunn von Ochelicz apte unde dem Gotishuſe czu Eylwarſtorff unſern Cendin czu aluerſtat vſs ſeldin unde in dorffin, und huben den Cendin an den apt unde an daz Gotishus czu Eylnaſtorff gewiſit mit allin nuczen unde werdin, alz wir en gihat habin, nichtis nichez vz ginomen, mit Winterkorne unde Summerkorne unde ſunderlich den fleſczendin, Den zcendin habin wir en gigebin vor Sweihundert ſchmale ſcog unde vor vier huſſe an der gibreyte vſs dem Kuwberge, den ſe uns biczalt unde giwert habin, an den zcendin wulln wir daz Eginannte Gotishus ſchutzen unde vor teydigen alz un andire des Gotishuſis gutern unde ſchullin obir den zcenden keynen heren kyſe, noch zcie obir uns noch wider uns ano argeliſt. Das diſſer kouff gute unde ewige macht habe, des haben wir czu orkunde unde ganczer feſtenunge unſer beider Ingeſiegel vor uns unde unſe erbin an diſſin brieff laſſin hengen, gigebin iſt noch Gotis gipurt Dryczehunder jar, dar noch in dem Sibin unde achczigiſtin jar, an deme Dinſtage vor ſancte Agnetin tage der Juncfrauwen.*

(†*) Verba diplomatis ita an. 1420. concepta ſunt: *Ick Kerſten Beuleue unde Baſtian myn Brudir, unde Kunne unſer muter und unſer Erbin bekennen offenclichin an diſſim uffin brieffe vor allin den de En ſehen horn adir leſſin, das wir med wolbedachten mute unde ganczen rathe unſir frunde habin vor ſaczt unſer czenden da czu albirſtede deme Erwerdigen in Gote Vatere, Ern Johanſe apte unde der ganczen ſampnunge des cloſtirs czu Eluerſtorff vor funfczig gute güldene rinſchir were, dy uns der Egenante Er Johans apt des obgenanten cloſtirs ieczunt gancz gar unde wolbezalt hat, unde dy wir in unſer uffinberlichin nucz und fromen gekort unde gewant habin. Ouch ſchal der Egenante Er Johans apt unde ſine ſampnunge den Egenanten czenden uff hebin unde gebruchen an allirleye argeliſt unde hinderniſſe ader weddirſprake. Auch were abir das ab dy egenanten Kerſtan, Baſtian unde Kunne ere muter unde ere Erbin den mergenanten czenden wolden wedir loſin, ſo ſolin ſy uns und unſern Goczhuſs dy Bezahlunge Ein firtil jar czu vorn uff ſagin vor Winachtin. Sondirn were abir das dy egenante ſumme goldis in Winachtin heiligen tagin nicht beczalt worde uns unde unſerm Goczhus. So ſal dy Egenante czende uns unde unſerm Goczhus ſten nach ein jar darnach. Alſo lange das dy Egenante ſumme goldis uns und (unſerm) Goczhuncz gar unde wol beczalt wird, uff dy rechtin genuntin tage czit. Des zu urkunde unde kenniouſſe das alle vorgenanten under ſchreben rede, ſtucke unde artikel deſſis Briffis von uns unde unſern Erbin ſtete unde gancz gehaldin werdin, habe ich Egenante Kerſtan Benleue myn Ingeſigel wiſſentlichin unde met wolbedachte mute gehaugin an deſſin uffin Briff, unde des Baſtian myn Bruder, unde Kunne unſir muttir iczunt hir czugebrachen. Gegebin noch Chriſti gepurt virczenhundert jar, dar nach in deme czwenezygeſten jare an dem abinde der heiligen Junfrauwin Priſce Virginis.*

CAP. VI.

Liberant ſucceſſorem auctoritas et aetas patrii iuris ante Longobardici receptionem.

(d) Scilicet; quoties eſt pugna patrii iu- A ris et Longobardici, toties non primum debet expungi, ſed deleri alterum. Neque enim noſtra ſuſtulimus, ut pareremus alienis. Is potius finis eſt noſtrae reipublicae, ut in ſubſidium uocemus aliena, ut domi nata iura ſuppleant, adaugeant, firment illuſtrentque. Accedit, ut, quam utrisque etiam *ſpeculatoribus* Saxoni et Sueuo demus aetatem; illa tamen ſuperatura ſit tempus, quo Longobardica inſti- B tuta audita ſunt in clientelaribus Germaniae noſtrae curiis. Vt adeo priſtini hic mores noſtri firmiſſimo talo perſiſtere uideantur.

Liberant ſucceſſorem CVRIAE S.R.I. SVPREMAE.

(e) Illud ſcilicet nobis nunc eſt demonſtrandum, quod CVRIAE IMPERIALIS ſupremae fuerint ſententiae illae: *ne ex facto deceſſoris uel filius teneretur ſucceſſor in feudum et clientelas.* Cuius dogmatis C producere poſſumus teſtes magnae fidei et auctoritatis forenſis. Primus et princeps ſit GAILIVS *lib. 2. obſeru. 154. n. 4. 5.* Poſtquam enim docuerat, decreta de obligatione filii ſucceſſoris uera non eſſe in feudis ex pacto et prouidentia, ſed tantum in hereditariis; deinde exploſerat ut rem iniquam; ut ſucceſſor uaſallus, qui feudum ſoli domino referat acceptum, aere tamen alieno teneatur obligeturque, ſi pater D fuerit anteceſſor: concludit tandem, quod ſucceſſor in feudis Germaniae omnino repellere poſſit creditores defuncti exceptionibus intentionis non fundatae, non ſum heres, cetera. *Et ita*, inquit, *in grauiſſima quadam cauſa obſeruatum memini in camera. Vbi exceptio talis non ſolum oppoſita fuit contra chirographarios, ſed etiam hypothecarios creditores. Quod defunctus uaſallus feuda non potuerit grauare. Quapropter circumſpecti ſint, qui contra-* E *hunt cum uaſallis, ne decipiantur.* Succedat huic alius non certe nominis multum inferioris MYNSINGERVS, qui *cent. 3. obſeru. 61.* dogmati Gailiano ſubſcribit; quamuis iterum titubet *cent. 4. obſeru. 2.* Ipſe etiam ROSENTHAL, qui alias huic inſtituto parum fauet, *cap. 2. n. 37. 38.* de curiae ſeu *camerae imperialis* obſeruantia teſtatur: *In cauſa* Kunig *contra Iohannem* F *von Haus an. 1565. in Martio iudicarunt adſeſſores Spirae Nemetum: quod* filius, *qui repudiaſſet* hereditatem *patris, non teneretur* promiſſionem *patris adimplere, etiamſi poſſideret* feuda *paterna. Idem legi,* ait, *in cauſa coram imperiali camera longe alia.* Ad quae etiam loca praeiudiciaque prouocat Paul. CHRISTINAEVS *uol. 1. deciſ. 299. n. 29. 30. 34.* Imo licet cauſam neſciat deprauetque, nobiscum tamen fa- G cit SCHRADER. *part. 7. c. 5. n. 74.* ſententia his uerbis prolata; *utrum filius ſucceſſor feudi hereditatem patris, retento feudo, poſſit repudiare.* Et reſpondet, permitti id filio in feudo ex pacto et prouidentia,

Teſtibus Gailio.

Mynſingero.

Sententia camerae 1565.

§. II.

a Rusdorf.

A Qualia ſunt illa, quae patria noſtra fouet. Plana ſunt, quae ſcribit archipalatinus conſiliarius a RVSDORF *in uindic. Palat. p. 31. num. 157. 158.* his quidem uerbis: *Nos feudum ex pacto et prouidentia dicimus illud, in quo ſucceſſoribus prouidit ſiue dominus ſiue primus acquirens. Talia in Germania ſunt pleraque feuda nobilia et paterna ex pacto nimirum et prouidentia in tantum, ut in dubio talia praeſumantur.* Eritque ita B liber filius uaſallus ab obligatione ex facto patris anteceſſoris. Maior certe ſententium eſt ſeges in curiis ſcholisque SAXONICIS, quorum pariter nomina laudabimus. Ita *Bened.* REINHARDVS *lib. 2. different. iuris ciuil. et Sax.* VII. alias LV. his uerbis utitur: *Quocunque modo feudum fuerit conceſſum ſiue* ſibi *ſiue ſuis* liberis *ſiue* heredibus, *ſpreta hereditate filius feu-* C *dum retinere poteſt. Quo caſu non tenetur ſatisfacere creditoribus.* Idem ZOBEL. *part. 2. differ. 39. num. 1.* Idem fere habent COLERVS *deciſ. 79.* Idem *Modeſtin.* PISTORIS, a fratre ſuo ea in re diuerſus, *part. 2. conſ. 45. n. 19.* Idem idque ex idoneis rationibus *Andr.* KNICHEN. *de ueſtitur. paction. part. 1. cap. 2. n. 511. 512.* qui argumenta Hartmanni Piſtoris aduerſus filium, feudi paterni ſucceſſorem, caſtigat, ridet, reſellit. Et, quod magis eſt, ipſe CARP- D ZOVIVS ea in re apertus ac integer. Qui *part. 2. conſt. 47. defin. 4.* uerbis ſcribit chariſſimis: *Non magis Saxonica iura liberare filium, feudi paterni ſucceſſorem, putant* FACHSIVS *et H.* PISTORIS, *Verum his oppono articulum 21. lib. 2. des Sæchſ. Landr. Ecce enim* FILIVS *patri in feudo hic* SVCCEDIT, *qui tamen patris* NON *eſt* HERES. Spreta *igitur patris* hereditate *omnino* filius *in* feudo *nihilominus, patrio quidem iu-* E *re, quod alienum a Longobardico, poteſt ſuccedere.* Ad quae adſerta mutus eſt Esbachius eius interpres. Singulare autem eſt, quod habet L.B. LYNCKERVS *ad cap. 9. aphoriſm. 11. p. 85. analector.* dum ſcribit: *Sane extra terras Saxonicas iuxta formulam pronuntiatur in Scabinatibus: daß ein Sohn, vermöge (der Teutſchen) rechten, ſo in Kæyſerl. Cammer-Gericht üblich, ſeiner væterlichen Verlaſſenſchafft ſich ent-* F *ſchlagen, und nichts deſtoweniger ſein altvæterliches Stamm-Leben behalten möge. dabey er die væterliche Schulden abzutragen, unverbunden.* Et licet ſibi aduerſus ſit uir illuſtris aliterque is reſpondeat in *ſuis deciſionibus*, facilis tamen eſt uenia, quam meretur. Quoniam in primo patriae iura uniuerſim protulit: in altero reſpexit ad ſenſus inſtitutaque ſingularium curiarum. Quorſum etiam faciunt, quae G habent *uir illuſtris* a LVDOLPH *de primogenit. part. ſpec. aph. 4. n. 6.* et *de foem. illuſtr. ſect. 2. membr. 1. num. 42. 43. pag. 85.* Taceo alios generis atque claſſis eiusdem.

In CVRIIS SAXONICIS.

(f) Nolo

CAP. VI.

§. II. III.

Qvid in liberatione obligationis ex facto deceſſoris prouincialia ſtatuta?

(f) Nolo hic in ſingulas Germaniae prouincias, quid iuris illae habeant, inquirere ſigillatim. Nam *principio* nobis ſufficit, quod patriae iura uniuerſim liberauerint ab obligatione filium ſucceſſorem in feudo, ut adeo, ſi quid alicubi ſtatutum ſit aliter, illud non conuellat regulam, ſed firmet ſtabiliatque: *deinde*, quod pleraeque Germaniae prouinciae obligatum uelint hodie uaſallum ex facto deceſſoris, illud praeter antiqui iuris ordinem factum eſt propterea, quoniam animi legislatorum uel occupati ſunt *Longobardici* iuris *glaucomate*, ut mores ſibi crederent eſſe migrandos, uel etiam datum hoc eſt lenitati, quam habere debent *feuda oblata*, in quo numero fere ſunt uniuerſim Germanorum clientelae, antiqua autem patriae iura obligationis liberatoria, ad quae ſupra reſpeximus, praeſcripta ſunt *beneficiatis*, in ipſa patria noſtra antiquiſſimis, ut adeo haec tantum in ipſa Germania ad regulam, cetera ad exceptionem pertinere uideantur: *poſt* publicae praetextu utilitatis etiam hic diſceſſum eſt a priſtinis inſtitutis. Quaſi ſcilicet fidem hoc uaſallorum redderet ſuſpectam, ſi quidem demortuorum patrum filii ſucceſſores factis eorundem non tenerentur. Inde formula ſtatutorum: *Nachdem nun das creditweſen des Adels dadurch ſehr geſchwaechet würde, wenn denen Kindern, als Lebens-Erben erlaubet ſeyn ſolte, ſich der gemachten Schulden-Laſt ihrer Eltern zu entladen. Auch denen Kindern hierunter nachzuſehen, der gegen ihren Eltern tragenden Pflicht und Schuldigkeit halben, unverantwortlich ſeyn will.* Verum, quod ad VLTIMVM attinet, cur non liberi ſucceſſores etiam ex facto *matris* tenentur apud Germanos, quoniam hi etiam *maternam* agnoſcunt *poteſtatem*: quod ueto ad PRIMVM, opus certe non eſt, ut fides habeatur uaſallis ultra uires ſui patrimonii. Quo ipſo nihil remanet aliud, quam Germanos in obligatione filii ſucceſſoris in feudo, priſtinos patriae mores praeter rem et rationem migrauiſſe.

Conſecutio ab indole principatuum ad indolem principalium ſubfeudorum.

(g) Equidem hoc uinculum conſecutionis a iure *principis* uaſalli ad iura *landſaſſiorum* clientelarium necquicquam firmum eſſe, oſtendit in cauſa *deuolutionis Brabantinae* STOCKMANNVS *cap. 3.* uerum nihilominus nectit illud in hoc argumento *Andr.* KNICHEN *de Sax. non pronoc. iur. c. 3. n. 36.* idemque *part. 1. de inueſtitus. paction. cap. 2. n. 25. 26.* his quidem uerbis: *Omnia NOBILIVM feuda praeſumuntur pactitia*, ſucceſſorem non obligatura ex facto anteceſſoris: *quandoquidem principum Germaniae feuda talia ſunt*, teſte PFEIL *conſ. 78. n. 71.* *Subuaſallorum landſaſſiorum igitur feuda eiusdem farinae. Sic e contra, quando regnum hereditarium, ut regnum Siciliae, etiam ſubfeuda eius hereditaria iudicantur* TAPIAE *de conſtit. princip. c. 3. n. 25. Vincentio de* FRANCHIS *deciſ. 6. n. 3. cetera.* Tolerabilior forte haec ſententia in prouinciis Germaniae eſt propterea, quoniam in aliquibus *oblatio landſaſſicorum* feudorum nexu clientelari principatuum ipſorum eſt antiquior uetuſtiorque, ut adeo credibile ſit, ordines landſaſſios, dum offerrent ſua principi, ipſius principatus indolem clientelarem ſibi ob oculos poſuiſſe: *deinde* ſigillatim de *Pomerania* et *Meklenburgicis* regionibus conſtat ex *dn. praeſ. differentiis feudalibus*, ordines prouinciales his quidem uerbis uſos eſſe, uelle ſe in poſterum ducis eſſe uaſallos, quemadmodum ipſe dux uaſallus ſit Germanici imperii. Accedit *demum*, quod in Saxonia plures domeſtici iureconſulti hoc defendant, ipſum etiam principatum regi Saxonico iure clientelari. Quae cum ita ſint, non errauerit forte, qui in prouincialium feudorum indole indaganda, lumen ſumpſerit ab ipſo principatu clientelari.

Si uox heredis eſt ſynonymum liberorum, abſoluitur ab obligatione etiam filius ſucceſſor.

(h) Saepius multumque diximus, HEREDIS uerbum apud Germanos eſſe ſynonymum LIBERORVM. Quod adeo uerum eſt, ut, quod ſupra ſcripſimus, non occurrat in Germaniae clientelis formula alia, quam haec: *dir und deinen ehlichen Leibes-Erben*, aut ſimilis, omiſſa uoce heredis. Neque enim, teſtor fidem *dn. praeſid.* qui eius rei cauſa mille omnium aetatum et prouinciarum Germaniae formulas clientelares euoluit iam olim et in *codice diplomatum clientelarium*, quem editurus eſt, conquiſiuit, quod nulla in illis extet, his uerbis concepta: *dir und deinen Kindern oder Nachkommen.* Quod ſi eſt, uti eſſe, nullus egomet dubito, feuda Germaniae omnia ad genus pertinebunt feudorum non *mixtorum*, ſed *pactitiorum* adeoque in illis liberabunt ab obligatione filium etiam ſucceſſorem, quotquot ſupra *cap. 5. §. 6. lit. k. l.* atque *§. 7. lit. m. ſeqq.* adpellauimus.

Pro OBLIGATIONE FILIORVM ex facto patris ARGVMENTA. 1) ab ita SENTIENTIVM numeris.

§. III. Haec pro liberando FILIO ſucceſſore in GERMANIAE CLIENTELIS. Sequuntur nunc, quae noſtrae ſententiae forſitan obiici poſſent ab illis, qui ſtatuunt contra. Scilicet principio, aiunt, numeros eſſe multo longiores illorum, qui faciant cum parte, nobis aduerſa (i). Verum enim uero tangimur in hac arena non multitudinis ſenſu, ſed momento, quod graue eſt, ueritatis (k).

MVLTITVDO ICTORVM pro obligatione filii ſucceſſoris in clientelas.

(i) Negandum non eſt, magnum eſſe numerum iureconſultorum, qui etiam in *Germaniae feudis* obligatum uolunt *filium* ſucceſſorem ex facto deceſſoris. Alii enim feuda omnia, quae hac formula conferantur: *tibi et tuis heredibus, dir und denen* ehli-

CAP. VI.

ehelichen Leibes-Erben, pro *mixtis* habent, ubi non poſſit non obligari filius ſucceſſor. Quorum rationes expendimus ac confutauimus *cap. 5. §. 7. lit. m. ſeq.* Alii decretum clientelare *2. F. 45. 51. §. 4. κατὰ πόδα* ſequuntur etiam in patria noſtra in ipſisque pactitiis feudis, ut, iudicio eorundem, fruſtra de aequitate et uſu diſputetur, cum lex, in Germanis recepta, tantopere ſit manifeſta. Quorum nomina laudauimus *cap. 5. §. 8. litt. o. p. q.* licet B ſtomachum illa mouerint nobis in patriae *iudiciis*, ob cauſas, *cap. 6. §. 2.* adlegatas.

(k) Cum errationum cauſas habeamus, A quae iureconſultis partis aduerſae impoſuerint, fruſtra ſoliciti eſſemus de nominibus numerisque eorundem. Nam aut in *patria*, qui contra ſtatuunt, ſunt *hoſpites* et glaucomate occupati inſtitutorum *Longobardicorum*, quibus tamen opus non eſt, ubi adſunt iura nobis domeſtica: aut ſchemata *formularum clientelarium* illi ignorant turbantque: aut intempeſtiua ducuntur *liberorum* in patrios manes *religione*: B aut occupantur *ſingularium* Germaniae prouinciarum *ſtatutis*, quae tamen priſtinae legis ſunt correctoria, quam firmant potius, tantum abeſt, ut refellant.

§. III. IV. Qui confutantur ſummatim.

a) STATVTA prouincialia, LIGANTIA FILIVM feudi ſucceſſorem.

§. IV. Deinde urgent plerarumque prouinciarum STATVTA clientelaria (*die Teutſche Lehens-Ordnungen*) quae FILIVM obligatum uelint ex facto patris (m) et, quod magis ſit, hac lege conſtringant etiam AGNATOS (n), imo alicubi ipſum quoque DOMINVM, ſi ad hunc feudum, poſſeſſore uacuum, redierit (o). Tandem nullam Germaniae prouinciam inueniri perhibent, quae non obliget ſucceſſorem feudi in debitis clientelaribus uulgo *denen Lehen-Schulden* idque uel nude, uel in ſubſidium, quando allodium defecerit (p). Quod cum ita ſit, facile eſſe credunt ad intelligendum, Germanos in feudo plus dediſſe creditoribus, quam ipſos Longobardos. Tantum abeſſe, ut illis improbari potuerit decretum 2. F. 45. 51. § 4. Verum enim uero tribuendum hoc non iuri Germanico, ueris beneficiis ſcripto; ſed Germanicis potius clientelis, ſi illae OBLATAE ſint, ſi EMTITIAE, ſi adauctae PRIVILEGIIS, cetera (q). Vt adeo noſtris adſertis, quae in primo feudorum genere uerſantur, illa necquicquam officiant.

STATVTA PROVINCIALIA de obligatione filii ſucceſſoris in feudo.

MAGDEBVRGICA.

(m) Fateor, longa ſeges eſt STATVTORVM, quae in prouincialibus clientelis *filium* obligant ex facto patris anteceſſoris. Incipiemus ab huius prouinciae conſuetudinibus, proditis *in der Magdeb. Policey-Ordn. cap. 8. §. 25. 26. 27.* his prope uerbis: *Wenn ein Vater viele Schulden hinterlieſſe, welche gleichwohl mit Bewilligung des Lehenherrn nicht gemachet worden, und doch auch in dem Erbe ſo viel nicht verhanden, daß von demſelben die Schulden* D *bezahlet werden mœchten, die Sœhne, wenn ſie des Vaters Lehn-Gut erlangen wollen, in alle wege auch ihres Vaters Land-Erben, und derohalben ſchuldig ſeyn ſollen, ihres Vaters hinterlaſſene Schulden von den Früchten und Abnutzungen des Lehngutes zu bezahlen. Ohngeachtet ob bey der Belehnung der Erben gedacht oder nicht. Und wenn auch gleich der Vater gantz keine Erbgüter nach ſich* E *gelaſſen, oder auch die Sœhne ein* inuentarium *gemachet hætten.* Id tamen hic ſingulare eſt, quod ultra uires redituum feudalium non teneatur filius ex facto patris, neque creditoribus teneatur largiri de ſuo. Quod corroborari poteſt *teſtimonio curiali* erogato a partibus litigantibus d. VII. Octobr. CIↃ IↃCLXVIII. *Wird aus der Cantzeley atteſtiret, daß der Sohn* ultra uires hereditatis feudalis *von ſeinen eigenen Gütern* F *die Væterliche Schulden zu bezahlen nicht verbunden.* Sequuntur SAXONICA, unde noſtra haud dubie tempore Saxonicorum antiſtitum ſunt petita. Ita enim *parte II. conſt. 47.* diſponitur: *Nach Sach-*

SAXONICA.

C *ſen-Recht, wollen einge; daß dem Sohn frey ſtehe, deß Vaters Erbe ſich zu æuſſern, und das Lehen zubehalten. Wir laſſen uns aber die Meinung gefallen, daß der Sohn des Vaters Erbe ſeyn ſolle, wenn er ihme im Leben folgen will. Und dieſes ohne allen Unterſcheid des* inuentarii *oder ſonſten.* Legantur huc BERLICHIVS *part. 2. concluſ. 57.* CARPZOVIVS *part. 2. conſt. 47. defin. 4.* aliique. Imo, ne legi fraudem facerent filii, ſi in gratiam forte agnatorum, ab his forte numis corrupti, repudiarent etiam feudum patris tantopere obaerati: §. 11. *Reſolut. Nou.* porro fuit conſtitutum; ut hoc caſu ſequeſtri iure occuparetur feudum fructusque eius eousque cederent creditoribus, quousque illis uel factum eſſet ſatis uel poſteritas ſupereſſet filii, ſucceſſionem feudalem declinantis. Qua de re plenius agit HORNIVS *cap. 12. §. 26.*

BRANDEBVRGICA.

E Arctiori olim nexu tenebantur feuda ex facto anteceſſoris in marchia Brandenburgenſi. Nam illud praeſtare ibi oportuit ipſum quoque *agnatum*, ut nulla eſſet de *filio* diſputatio. Verba *decreti prouincialis des Landtags*-receſſ. §. 32. an. 1653. ſunt fere haec: *Laſſen wir es auch, in den* ſtatutis et conſtitutionibus *der Neumarck dabey, daß diſſeits der Oder die* feuda pro quolibet debito etiam chirographario reſpectu *der Schulden, ſo bishero* contrahires, *in* ſubſidium *haften, und die agnati et ſucceſſores feudales* (quis igitur de filiis dubitauerit?) *iederzeit das* onus aeris agnoſciren *müſſen. Doch ſind die* agnati *nicht zu* moleſtiren, *wenn ein* ſufficiens allodi-

CAP. VI. §. IV.

lodium *vorhanden. In denen* debitis *aber, die hiernechſt* a dato *an* contrahiret *werden mœchten, ſollen die* feuda *dem* aeri alieno *anderer geſtallt nicht* ſubiect *ſeyn, als wenn der* conſenſus domini et agnatorum *darzu kommt. Jedoch muß der* agnatus, *wenn zu* 1) *Anbauung eines Lehengutes*, 2) *Abfindung der Brüder*, 3) *Ausſtattung der Schweſter und* 4) *Tœchter*, 5) *Beſtellung des Roßdienſtes*, 6) *der Eheſtiffſtung in dem Wittum oder ſonſten dergleichen* debita feudalia *vorhanden*, *conſentiren, oder er mag* pro conſentiente *gehalten werden. Ein Sohn aber oder iemand von den* deſcendenten *iſt* de iure communi *die* paterna et auita debita *zu tragen ſchuldig, kann auch das* feudum *vom* allodio *nicht* ſepariren. Veterrimo iure in

BAVARICA.

BAVARIS feuda alienari, quidni et onerari poterant ſine ullo uel domini conſenſu uel agnatorum, multo minus liberorum. Idque legitur in STATVTIS *an.* 1588. promulgatis *tit.* 25. *art.* 4. Verum poſtea diſplicuit hoc et principi et ordinibus conſtitutumque in recentioribus STATVTIS BOICIS *tit. XI. art. 3. Wære das Lehen nicht ein Erb-Weiber-Beutel-Lehen* (ubi hodieque uiuitur moribus priſtinis) *ſondern ein alt-Mann-und Stamm-Lehen, ſo mag der Lehen-Mann ſolch Lehen ohne der Lehens-Erben oder* agnaten conſens *und Einwilligung nicht verændern.* Quod ſi tamen hoc fecerit uaſallus nihilominus; tum reuocare poterunt alienata aut onerata *agnati* quidem gratis, FILII autem *pretio* refuſo, uti decidit *lib. Baro Caſp.* SCHMIDIVS, praepoſitus feudalis *in comment. ad tit. XI. art. 3. p. 709. n. 15. 16.*

AVSTRIACA.

E codice IVRIS AVSTRIACI, quem an. 1704. *Viennae* in forma maiori edidit *Franc. Ant.* a GVARIENT *nobilis dominus*, illud patet: *quod dominus feudi ex* facto *et* aere *alieno uaſalli* anteceſſoris *teneatur* 1) *deficiente allodio*, 2) *nonniſi tamen in* quarta, *aeuo Maximiliani* 1509. *mox eiusdem imperatoris largitione an.* 1518. *in* dimidia; *demum in toto feudo, ex indulgentia* LEOPOLDI, his quidem uerbis prodita: *Wenn ein heimgefallenes Lehen mit Schulden behafftet und keine andere Zahlungs-Mittel vorhanden, daß ſo dann ſolche Schulden, ohne vorbehalt des halben theils, geſuchet werden mœgen. Inmaſſen ſich denn auf ſolchen Fall Ihro K. Majeſt. ihres ſonſt vorbehaltenen halben Theils, den* creditoribus *zum beſten, ſich begeben. Iedoch daß der* creditor *die dardurch in ſeine Gewalt gebrachte Lehen wieder zu Lehen empfange.* In clientelaribus STATVTIS, quae dux MECKLENBVRGICVS, VLRICVS,

MECKLENBVRGICA.

ſcripſit ordinibus *Guſtrouiae die XXVI. menſis April.* 1602. maior facultas uaſallo, ex ſuo facto obligare ſucceſſorem ſiue filium ſiue agnatum. Verba, quae huc pertinent, *cap. 19.* ſunt haec: *Stirbt ein Lehen-Mann und leſſt Schulden nach ſich, welche aus dem Erbe nicht getilget werden mœgen, ſo wird den glaubigern aus den Früchten des Lehen-gutes zu ihrer Befriedigung geholffen. Langen die Früchten nicht zu, ſo wird das Lehen verkaufft und das Geld zu Bezahlung der Glaubiger angewendet. Und wird hierinnen kein unterſcheid gemachet, ob die Lehensfolger in die Schulden gewilliget oder nicht, ob der Sohn oder* agnat *die Lehen an ſich genommen, und die Erbſchafft* repudiret *oder darüber ein* inuentarium *gemachet, ob es Erblehen oder* feudum ex pacto et prouidentia *ſeye, dann in allen und ieden fællen die Lehen in unſerer Landes-Gewohnheit ſchulden abtragen.* Haec ex MSCTO *dni praeſidis.* Plura et quidem de obligatione domini in hoc caſu, ſi feudum fuerit apertum, ipſeque debitum conſenſerit, legi poſſunt apud COTHMANNVM *uol. 3. reſponſ. 75. n. 36.* TORNOVIVM et *Georg* ENGELBRECHTVM in ſingularibus de iure *feudali Mecklenburgico* libellis. Quamuis enim in hac prouincia domino in ſententiis clientelaribus uix ſemper conſtet cum ordinibus; imo, iudicio ultimorum, laudatae conſuetudines feudales 1602. pragmaticae non ſint: in hoc tamen puncto, ubi domini parum intereſt, quod ſtatuitur, de ueritate uſuque allegati decreti non crediderim eſſe dubitandum. Eodem propemodum iure uiuunt uaſalli Pomerani.

POMERANA.

Quod de FILIIS quidem his uerbis deſcribunt STATVTA *an.* 1694. promulgata litteris publicis, *tit. 24. p. 50. Sœhne und andere* deſcendentes, *wenn ſie gleich ihres Vaters Erben gar nicht oder nur vermittelſt* inuentarii *geworden, kœnnen den Verkauff* (multo minus aeris alieni onera) *an dem Lehen, ohngeachtet ſolches ein Alt-Væterliches Stamm Gut betræffe, nicht* reuociren *noch anfechten.* Eadem certe olim fuerat obligatio agnatorum, quod CODEX docet LL. CLIENTELARIVM *d. 8. Martii an. 1619.* ſcriptus et quidem *tit. 25.* Verba, quae huc pertinent, dabimus in margine(*). Verum poſt an. 1694. nihilominus itum eſt in mores Pomeraniae priſtinos, quibus

(*) *Weil befindlich, daß des Lehenmanns Schulden, wie biß daher aus ſonderbahrer Bewilligung der Landes-Fürſten beſchehen, aus denen Lehnen ferner abzutragen, und davor die Lehne in* ſolutum *gegeben werden ſollen, daß dadurch ſo wohl dem Lehen-Herren, als* agnaten *ein merckliches* praeiudicium *zugezogen werden. Denn alle Lehnen werden durch vielfaltige* addictiones *und* immiſſiones *zerriſſen und gleichſam zerſtücket, die Roß-Dienſte dadurch geſchwæchet, Lehen-*regiſtraturen *und Muſter-Rollen verwirret, die Geſchlechter und vornehmſten Familien in Untergang und Abnehmen geſtürtzet, denen ſo keine Sœhne haben, daß ſie alles, was ſie nur zuſammen bringen und erſparen mœgen, ihren Witwen und Tœchtern zu wenden, und die Lehne mit Schulden, dem* Agnaten *zum Verdruß vertieffen.*

Anlaß

CAP. VI.

quibus ex facto et aere alieno anteceſſoris obligati ſunt et filii ſucceſſores et agnati. TITVLVS XXII. §. 1. hic eſt: *Alle Schuld des Lehn-Manns, ſo derſelbe verleßt, muß zuvorderſt aus* 1) *der Bahrſchafft,* 2) *aus der Fahrnüß und* 3) *übrigen Erbſchaft, und wenn keins zureichet, alsdann erſt* 4) ex feudis, *fals ſolche Schulden nicht* mere onera feudi *ſeyn*, quae nominamus in margine (**), *bezahlet werden. Immaſſen denn nach Pomeriſchen Rechten* alle Schulden, ſie ſind* conſentiret *oder nicht* cum uel ſine hypotheca, ſine diſtinctione in ſubſidium *aus denen Lehnen und von denen, ſo darinnen* iure agnationis ſuccediren, *ſo mit dieſelbe vorhin abgeführet werden müſſen. Wiewohl der Lehenherr bey eræffnung der Lehne an un*conſentirte *Schulden des* uaſalli *unverbunden bleibet.*

OSNABRVGENSIA.

In STATVTIS clientelaribus OSNABRVGENSIBVS, an. 1561. deſcriptis, id ſingulare eſt, quod dominus in tribus tantum caſibus aeri alieno uaſalli obligetur conſentire 1) *wenn ein Lehen-mann in ſeines Lehenherrens Dienſten gefangen würde,* 2) *da es die ehelige beſtattung der Tœchter erforderte,* 3) *da er* NB. *nach Jeruſalem Wallfahrten würde.* Ita habet CODEX MSCT. *dn. praeſidis aus einem alten Lehen-Buch des Stiffs Oſnabruck.*

WVRZBVRGENSIA.

Inſtituta Franconiae de clientelis fere ſunt haec: ut dominus etiam feudi allodialibus heredibus teneatur ad partem usque alibi aliter definitam. WVRZBVRGENSIS antiſtes duas TERTIAS relinquit idque ex indulgentia epiſcopi Ioannis *am Sambstag nach* S. Gallen an. 1461. quod decretum dabimus in margine EX CODICE MSCTO DN. PRAESIDIS (*). Neque aliam cauſam id habet, quam quod epiſcopatus Würzburgenſis concreuerit ex *oblatis* paſſim clientelis. Quapropter

§. IV. BAMBERGENSIA.

A eodem iure utitur curia BAMBERGENSIS, quamuis hic quantitas ſit diuerſa, quoniam allodialibus heredibus reddit pretii, quo conſtat feudum, partem *dimidiam.* Idque teſtimonio habemus *Iuſti* VERACII *de conſuetud. Bambergenſ. Quaeſt. 4. p. 12.*

COLONIENSIA.

De COLONIENSIBVS haud dubie uerum eſt, quod ſucceſſor ex facto deceſſoris uaſalli teneatur, ſiue *filius* ſit, ſiue *agnatus*, ſiue ipſe *dominus.* Quoniam
B iſta feuda, ſi nexum ſuſtuleris fidelitatis, nihil habent diſcriminis ab allodio. Cum et alienari queant et aere grauari alieno, ſi ſtandum eſt iudicio *Wernheri* THVMMERMVTII *im Cœlniſchen Krumſtab ſect. 3. p. 146. n. 21. 22.*

MOGVNTINA. MONASTERIENSIA. PADERBORNENSIA.

Eandem indulgentiam erga poſſeſſores haberi in feudis MOGVNTINIS, MONASTERIENSIBVS, PADERBORNENSIBVS aliisque iſtius uiciniae, inuenies apud eundem.

TREVIRENSIA.

Neque duriores
C leges habent TREVIRENSIA feuda, quod docebit KYRIANDER *part. 8. p. 76.* et *Chriſtoph.* BROWERVS *lib. 12. annal. §. 17.*

BELGICA.

Et licet NEOSTADIVS eiusque interpres BOXELIVS *cap. 3. n. 11. 12.* atque *c. 4. n. 40.* porro *cap. 7. §. 9.* dubitet hic titubetque: docuerunt tamen alii, quod in Belgicis plerisque feudis etiam agnatus teneatur ſucceſſor ex facto anteceſſoris, quoniam Belgici clientelae parum habeant diſcri-
D minis in ſuccedendo et alienando ab allodiis SANDEN *ad conſuetud. Geldr. tractat. 2. tit. 2. cap. 4. §. 1. p. 105. 106. ſeq.* FELTMANN *de feud. cap. 10. §. 6. p. 168.* Sed quorſum tanta ſtatutorum Germaniae copia? Cum fere ſumma eorum ſit haec: *in Germaniae feudis landſaſſicis omnibus ex anteceſſoris facto non tantummodo* FILIVM *obligari in feudo, ſed quod magis eſt, ipſum* AGNATVM *non minus, imo etiam* DOMINVM *in quarundam prouinciarum inſtitutis.*

(n) Vi-

Anlaß und Gelegenheit gegeben. Derowegen denn E deputirte *aus vorſichtigen und getreuen Hertzen ihren Gnad. Landes-Furſten und Herrn, wie auch der gantzen lœblichen Ritterſchafft ohn einige* paſſioo *und nur zu Verhütung ietzt berührter Beſchwerden zu bedencken heimſtellen, ob nicht dieſer Paß, wegen Bezahlung der Lehnmanns Schulden hiernechſt auf den Schlag, wie in der von der Ritterſchafft* Priuilegien, §. 21. fol. h. lib. 39. b. *Und da jemandes etc.* diſponiret, *hin und wieder kænne gebracht werden, dergeſtalt und alſo, daß die Schulden, ſo der Lehnmann verlæſſet, nur* ex froctibus feodi ad oitam debitoris ſecundum diſpoſitionem iuris feudolis F *abgetragen, oder aber, daß hiernæchſt* inter debita pro quibos feudo cum conſeoſu agnatorum et domini oppigooriret *und untergeſetzet worden*, et inter chirographaria debita, pro quibus feudo in ſpecie non ſunt obligato, diſtinguiret *werden, dergeſtalt*, ut illa ex feudo ipſo per datiooem in ſolutum, haec uero ex fructibus ſaltem ad uitam debitoris *erſtattet und abgetragen würden.* Concluſum. *Solches müſte aber eintzig und alleine von denen Schulden, hinfuhro gemachet, verſtanden, und die bereits gemachte Schulden, zumahlen es mit denſelben bey voriger* obſeruanz *verbleibet, darunter nicht gemeynet werden.*

(**) Verba ſtatuti tit. 22. §. 1. ſunt: Ad onera feudi *ſollen gerechnet und aus dem Lehn allein entrichtet werden,* 1) *wenn ein gantzes Lehen oder ein Theil eines Lehn-Guts angeſchaffet, und davor Schulden gemachet, welche noch unbezahlet ſeyn.* 2) *Alle nothwendige und nützliche Verbeſſerung der Lehne.* 3) Dos filiarum et ſororum ex feudo conſtituenda, *als auch dieſer conſtitution der 4te Pfennig gegen eines Bruders* portion. 4) Augmentum dotis, *welches die Wittiben zu genieſſen haben.* 5) *Wenn zu Abfindung eines Bruders die Gelder aufgenommen werden, die* naturam feudi *behalten &c.*

(*) Verba ſunt haec: *Wir Ioannes Biſchoff &c. ſollen und wollen einen jeglichen Grafen, Herren, Ritter und Knecht, und Rittermaſſigen Mann auf ſeinem Mann-Lehn, die er von uns und unſern Stifften hatte, ihren Weibern und Tœchtern Bekæntniß thun, doch daß die Lehn allwege des dritten Theils beſſer ſeyn ſollen, denn darauf bekant würde, desgleichen ſollen und wollen wir, ob ſie ihren Weibern oder Tœchtern auf Pfandſchafften, die ſie von Uns und Unſern Stifftern hatten, Verſchreibung thun wolten, ſolches willigen ohne Wiederrede*

CAP. VI.

Vbi etiam AGNATI obligentur ex facto anteceſſoris.

(n) Vidimus in notula praecedenti, quod hoc iure uſi quondam fuerint *beneficiarii* in BRANDEBVRGICO; POMERANO; MECKLENBVRGICO; AVSTRIACO aliisque ducatibus. In ſacris deinde principatibus MOGVNTINO; COLONIENSI; TREVIRENSI; MONASTERIENSI; OSNABRVGENSI pluribusque aliis ordinis atque generis eiusdem.

Vbi DOMINVS obligetur ex facto uaſalli anteceſſoris.

(o) Illud in praecedenti notula pariter legimus. Hac enim indulgentia uti in feudis Germanos, exempla habuimus in AVSTRIA inque principatibus ſacris, quorum modo feci mentionem. Licet uariae ſint aliquantum ſummae, ad quas domini ex facto uaſallorum fidem ſuam adligarunt. Quoniam alii *duas tertias*, alii *unam tertiam*, alii *partem alteram*, alii plus minusue in feudo ſolent indulgere.

De CLIENTELARIBVS DEBITIS von Lehenſchulden,
1) deceſſoris ergo,
2) feudi ergo,
3) domini ergo,
4) ſui ipſius ergo.

(p) Nemo neſcit, Longobardos nihil hic uel anteceſſori indulſiſſe uel onerauiſſe ſucceſſorem neque facile aliquid nominari poſſe, quod illum dare oportuerit in gratiam ſui deceſſoris. Sed Germani, ſi defuerit allodium, ſucceſſorem feudalem, ſiue is *agnatus*, ſiue ipſe *dominus*, obſtrinxere; ut deceſſoris alat *uiduam*; educat minus habiles *filios*; imo *filias* dotet proſpiciatque huic trigae illis, quae ſatis eſſe poſſunt ad uictum et cultum. Imo *funus* paret deceſſori, cetera. Deinde etiam FEVDI ergo obligantur cuiusque generis ſucceſſores, ſi quid impenſum fuerit in eius *acquiſitionem*, *redemtionem*, *conſeruationem*, *uerſionem* in ſtatum meliorem et quae his ſimilia. Tandem ſi debitum a uaſallo contractum ob onera ſeruitiorum clientelarium aut alia quacunque cauſa, qua is domino fuerat obligatus. Ad extremum licet dubii nihil habeat, illum obligari, qui contractui deceſſoris ſuo conſenſu acceſſit ſubſcripſit, que ſiue uaſallus ſit, ſiue ipſe etiam dominus: id tamen prouinciis quibusdam Germaniae hic peculiare, quod conſentientes primo teneant, non in ſubſidium excuſſis debitoris heredibus allodialibus. Verum nolo haec proſequi ſigillatim, quoniam de *clientelaribus debitis* non ſolum ampli ac pleni ſunt interpretes decretorum feudalium, Berlichius et Carpzouius praeſertim; ſed etiam integri de ſolo hoc argumento ſcripti ſunt libelli. Id tamen moneo, rigidum hic fore Longobardicum cenſorem in omnibus hiſce quattuor generibus feudalium officiorum.

Aduerſus quae uaſalli Germanici officia diſputatur ex beneficiorum clientelarium rationibus Longobardicis.

Nam in *primo*, dixerit, honeſti et iuſti regulas differre neque ad liberalitatem aliquem poſſe cogi. Fruſtra autem hic uellicari ſucceſſori in munere, ut deceſſoris uxori, poſteris, propinquis bene faciat, quoniam probe norit, cauſam illum non habere a ſuo deceſſore. In nimio ergo peccare, quotquot uaſalli ſucceſſoris officia proferant ulterius, cum pari uirgula haec in utroque ſint aeſtimanda. In *altero*

A ac *tertio* peccauiſſe uaſallum, niſi ex reditibus feudi non omnia haec praeſtiterit, cum hi non alium finem habeant propoſitum, quam hunc, ut impenſae ac onera feudi praeſtentur inde ſoluanturque. Quod neque aliter fit, ſi onera feudalia belli tempore ſint nimia, ut reditus uel aequent uel ſuperent. Tempora enim pacis tum ſimul in oculis habenda et computanda eſſe cum belli infortuniis. Quo
B ipſo reditus fruſtra et in otio conſumti nimietatem hanc facile queant temperare. In *ultimo* non obligari bonam ſucceſſoris uoluntatem, niſi ante exhauſto allodio. Verum leniora de Germaniae feudis hic quoque iudicia ſunt, quorum cauſas iamnunc eruemus.

§. IV.

CAVSAE obligationum ex facto deceſſoris in Germaniae clientelis.

(q) Scilicet *Germanica iura*, quae ſupra *liberarunt* uaſallum ab obligatione ex aere alieno factisque ſui anteceſſoris non in
C cauſa hic ſunt, quare mores migrauerint iureconſulti. *Feuda* potius incuſanda, quorum indoles ab illis, quibus Germanorum *leges* praeſcriptae, toto coelo et nimium quantum differunt. Nam *principio* eſt quidem uerisſimum, quod prouinciae in Germania, de quibus teſtatum magis eſt, quod alia fere neſciant, quam *oblata* feuda, eo etiam ſint indulgentiores in obligatione ex facto deceſſoris. Quod
D non ſolum uerum eſt de feudis eccleſiaſticis *denen Krumſtabs-Lehen*, quoniam ex hiſce oblationibus clientelaribus, quae matrem habuere ſuperſtitionem, uere compoſiti atque conſtituti ſunt ſacri antiſtitum principatus: ſed etiam de ſeptentrionalibus Germaniae ducatibus, in quibus non fere minus cognitum eſt, quod clientelas habeant nonniſi oblatas ex landſaſſicae nobilitatis patrimonialibus
E allodiis. Imo utraque feudorum diſcrimina generaque diuerſa ſuperſunt in quibusdam patriae principatibus: ut aliqua dicant *beneficia*, ex quo uere numero ſunt quattuor feuda aulica *die vier Chur-Aemter-Lehen*, cetera aeſtiment numero *oblatorum*. Quod ubi fit non in *primis*, ſed in *ultimis* tantum obligatum habent ſucceſſorem ex facto et aere alieno ſucceſſoris. Exemplo eſſe poſſunt conſuetudines
F BAMBERGENSES; PORVSSICAE, de quibus *dn. praeſ. in feud. Luſat. different. 15.* atque AVSTRIACAE, quarum hic momenta expendit auctor *Germaniae principis lib. 1. cap. 5. §. 4. p. 415.* Deinde concors etiam eſt ſententia doctorum, quod cum feuda ordinarie debeant conferri gratis; non alium ſibi illa proponere finem, quam ſeruitia; adeoque unus omnibus titulus ſufficiat, donationis propter cauſam:
G ex aduerſo in Germaniae feudis uix unum ſit aut alterum, quod donetur futuro clienti. Potius illud uerum eſt, quod clientelaria praedia omnia uendantur, mercatoria haſta interueniente, nulla domini

1) quod patriae feuda pleraque OBLATA.

2) quod EMPTITIA.

 bene-

CAP. VI. VII.

beneuolentia. Cum emtitiis igitur feudis agendum eſt mitius, imo *ſtultum eſſe iudicium illius, qui in feudo emtitio regulas laudare uellet iuris feudalis communis*, perhibent NATTA *uol. 2. conſ. 159. num. 16.* MENOCHIVS *conſ. 309. n. 18.* THVMMERMVT *in Cœln. Krumſtab ſect. 5. n. 113. 114. 115.* Inde eſt, quod hodie frequentiores filiarum et ultragenitorum filiorum querelae *inofficioſae donationis*, laeſionis in*legitima*, ſi ſcilicet pater aut auus nimium profuderit in coemendis feudis. Neutrum certe eſſet, ſi clientelaria bona adſignarentur, ut olim, gratis atque ſpe futurorum ſeruitiorum. In hoc igitur emtitiorum feudorum genere rectius ex facto anteceſſoris obligabitur ſucceſſor, quam

3] *quod poſt munita ſint* PRIVILEGIIS.

ſoluetur. Tandem etiam factum eſt, ut, ordinum auctoritate ualente, hac quidem moueretur quandoque dominus ad largitiones priuilegiorum, quibus liberior eſſet uaſalli facultas, in feudo oppignerando, mutando, alienandoque. Exemplo eſſe poteſt AVSTRIA, quae ideo ius hoc, feudum obligandi creditoribus, ſine domini aut agnatorum conſenſu, ſigillatim dicit *die Lehens-Gnad*, quod monet REVTER *in different. iuris Auſtriaci lib. 15. n. 10.* atque auctor *Germaniae principis lib. 1. cap. 5. §. 4. p. 415.* In LVSATIA idem adpellant *die Lehens-Freiheit*, *das* Priuilegium Ferdinandinum, cetera, licet ex aduerſo contendat *dn. praeſ. de feud. Luſat. diſſ. n.* In alio caſu maiorum in feudis priuilegiorum conſuli poteſt MANZIVS *deciſ. Palad. decad. 2.* auctor *Germ. princip. lib. 4. cap. 5. §. 6.* Verum quando priuilegia exceptiones a regula ſunt, facile liquet, quod firment magis priſtinorum iurium ueritates, tantum abeſſe, ut illas re-

4] *olim non tot* CAVSAE

fellant. Ceterum id quoque hic eſt addendum. Olim certe admodum raro contigit, ut eo redigeretur uaſallus, quo ſibi conſulere neſciret aliter, quam aere alieno. Nam

§. IV. I. *ad contrahendum aes alienum.*

primo uita nobilium landſaſſiorum abſuerat a luxu rerum peregrinarum. Quae illis ad cultum et uictum ſuffecere, illa uere protulerat praedium clientelare. *Deinde* liberorum non adeo ſumtuoſa educatio. Pueri armis militiaeque adſuefieri poterant domi. Quamprimum uero annos conſecuti ſunt uitae militari ſufficientes, tum uel ſtipendia poterant mereri uel deſtinari ſacerdotio aut ſacris nobilium hominum collegiis *denen hohen Stifftern.* Ipſae filiae ita transigere poterant caelibatum aut, ſi elocatae fuerant maritis, uirtutis et gentilitiae dignitatis habita ratio maior, quam amplae ac opulentae dotis. *Tum* ipſa clientelaria ſeruitia non aere redemta ſunt (*daß man die Ritter-Pferde in anſchlag gebracht*) ſed re ipſa defungebantur illis uaſalli, raro ſuis, multoties domini, plurimum ciuium prouinciae impenſis. *Praeterea* qui egerunt agricolas in numeroque fuerunt ruſticorum, illi uel glebae adſcripti, uel in nexu fuerunt ſeruitutis. Per hos diuitias et opes acquiſiuerant nobiles landſaſſii, his indixerunt tributa et collectas, horum eſſe poterant heredes. Quo iure omni deſtituerunt nobilitatem manumiſſiones a clero commendatae ſub officii chriſtiani praetextu, mox imperatae ab ipſis principibus, ut ordines haberent morigeros et inermes, non opibus numeriſque tumidos multitudinis ſeruorum. Atque hac ratione factum eſt, ut uaſallorum creſcerent impenſae, reditus autem deminuerentur nilque reſtaret illis, quam porta argentarii ad contrahendum aes alienum. Vt adeo ob has rerum cauſas ipſi principes mouerentur ad priſtina iura corrigenda obligandumque ex aere alieno feudi ſucceſſorem.

CAP. VII.

De *Obligatione ſucceſſoris in S. R. I. principatum einem Teutſchen Reichs-Lehen.*

§. I.

In GERMANIAE PRINCIPATIBVS *cauſa haec cum* LITIGIOSA, *tum maxime* MOMENTOSA.

Sequitur nunc IVS PVBLICVM S. R. I. ut non minus conſtet, quid illud uelit in OBLIGATIONE PRINCIPIS IMPERII EX FACTO SVI DECESSORIS. Pleraque ſyſtemata argumentum hoc ſolent negligere (a). Quod illis certe condonandum non eſt, cum ea de re adeo multiplex, frequens, difficilis ac momentoſa occurrat in S. R. I. diſputatio.

Iuris publici lacunae.

(a) Habet ſane ius publicum imperii noſtri quam plurimas lacunas, quas recentiores ideo non explent, cum plerique id tantum agant, ut alios exſcribant. Quo fit, ut plures neſciant iuris titulos, quam hos, qui libris ac ſyſtematibus iam olim editis fuerunt inſcripti. Si qui enim ex uſu rerum imperii ſcriberent, facile illis ſe offerrent noua argumenta, de quibus non cogitauerunt ueterani. Habeo itaque in his deſideriis noſtrum argumentum. De quo magna etiam ſyſtemata uel tacere ſolent

CAP. VII. §. II.

lent, uel leui illud tractant brachio: licet uix in Germania princeps moriatur, ubi nouo ſucceſſori non lites mouentur, diſputaturque, ad quae demum facta anteceſſoris teneatur. Ceterum malim tamen, ſilere hic auctores, quam loqui importuna atque delabi in diſceptationes iuris *naturalis, legum, canonum, feudalium decretorum.* Hoc enim ſi fecerint, extra oleas omnino uagantur. Cum potius aperiri hic fontes debeant conſuetudinum Germanici imperii: in quos muſae noſtrae omnino hic indagabunt.

SENTENTIAE uariae. I) decretum 2. F. 45. 51. §. 4. etiam obliget ſucceſſorem in principatu. Quod refellitur.

§. II. Principio ſunt, qui ad DECRETVM CLIENTELARE 2. F. 45. 51. §. 4. etiam exigunt imperii principatus, quaſi ex facto deceſſoris FILIVS obligetur ſucceſſor, non conſanguineus uel agnatus (b). Verum hoc dogma in erratione eſt multiplici et graui. Nam primo id dedimus probatum, quod Longobardici decreti ne in landſaſſicis quidem Germaniae feudis ſit aliquis uſus, niſi apud iudices rerum patriae ignaros (c). Deinde rationes illius ſunt inconcinnae prorſus, praeſertim in principatibus, ubi maior cura reipublicae, quam in uulgaribus clientelis (d). Tum ſcriptor etiam infantiſſimus nemo dixerit, multandum eſſe filium principatu, ſi quidem ille repudiauerit defuncti patris hereditatem, quod tamen uult auctor priuatorii decreti (e). Taceo conſenſus principum filiorum, uiuo patrae requiſitos (f); neque alio fine, quam hoc, ut, quos lex non obligaret, pactorum teneret religio.

PRIMA SENTENTIA ex iure Longobardico 2. F. 45. 51. §. 4. qui pariter faciendus ſit locus in principatibus.

(b) Fateor, multos eſſe magnosque uiros, qui hoc utuntur uinculo conſecutionis a priuatis Longobardorum decretis ad Germaniae noſtrae reſpublicas et potentiſſimos quosque principatus. Ita *Henr.* MICHAEL *in Reſponſ. 14. p. 119.* hanc iuris regulam opponit duci SLESVICENSI, quod nequeat reuocare illa, quae ataui illius detuliſſent ciuitatibus *Lubecenſi* et *Hamburgenſi. Und wenn auch dargethan worden, daß die Oerter* quaeſtionis feuda ex pacto et prouidentia *geweſen; ſo können doch die Herrn Hertzoge darauf deſſwegen keinen Anſpruch machen, weil ſelbige von dem* principe cedente *abſtammen: Iam uero deſcendentes etiam ex facto obligari anteceſſorum in feudis ex pacto et prouidentia, licet obligatione ſoluantur agnati.* Quorſum etiam intendere digitum uidetur ITTERVS *de feud. imp. cap. 18. §. 9. p. 816. Quid de* filiis *in feudum ſuccedentibus, iuris ſit, uarie diſputari uideas inter doctores. Verius tamen et nomotheſiae feudali 2. F. 45. conuenientius eſt,* filios, *ſecus atque* agnatos *alios, niſi paternam quoque hereditatem et onera ſuſceperint in feudo, ſuccedere non poſſe.* Eodem utitur diſcrimine uir illuſtris, a COCCEIIS *cap. 27. iuris publ. n. 23. 24.* his quidem uerbis: *Primogenitus in publicis quoque ut* HERES *ſuccedit: agnatus non item, ſed ut* BONORVM POSSESSOR. *Hinc* FILIVS *ſoluit omne aes alienum, ratione dignitatis uel publico nomine contractum:* AGNATVS *nonniſi in publicos uſus uerſum, uel terrae rite obligatae ſint 2. F. 45. arg. l. 27. ff. de reb. cred. l. 39. §. 1. de V. S. onera uero territorii uterque. Hinc* filius *ſumtus* funebres *praeſtat;* agnatus *nonniſi deficiente allodio.* Idem repetit uir illuſtris LVDOLPHVS *in adpend. ad introduct. iur. primig. ad aphoriſ. VI. part. ſpec. §. 9. p. 32.* atque porro *de iure foem. illuſtr. ſect. 2. membr. 2. §. 4. n. 47.*

Decretum 2. F. 45. 51. §. 4.

(c) Hoc enim illud eſt, quod *cap. 6. §. 2. lit. a, b,* probauimus ex inſtituto. Scilicet, quod priſtinis patriae moribus neque filii obligati ſint in feudis ſucceſſores, multo minus agnati ex facto deceſſorum. Quod igitur *pater* in *landſaſſica* facere non potuit clientela, obligando ex facto ſuo filium ſucceſſorem, illud multo minus in principatu expectandum, ubi laeſionis et abuſus pericula longe grauiora. Addo, ſi decretum Longobardicum *2. F. 45. 51. §. 4.* locum non obtinuit in landſaſſicis feudis, multo minus illud regnabit in imperialibus principatibus. Quoniam Longobardica inſtituta landſaſſicis uaſallis ſcripta ſunt, non clientelaribus principatibus et rebuspublicis, quales fere ſola habet Germania.

Germaniae moribus aduerſum.

Decretum 2. F. 45. 51. §. 4. inconcinnum principatibus S. R. I.

(d) In *landſaſſicis clientelis*, ſi filius obligatur ex facto anteceſſoris, *domini* intereſt ſolius, aut ne huius quidem, cum in arbitratu ſit illius, feudo, quo filius paternam declinans hereditatem excidit, eum rurſus ceu nouo beneficio inaugurare. Ipſe autem uaſallus, quantopere etiam ſit obaeratus ex paternis nominibus, non poteſt huius oneris aliquid in ſubditos deuoluere, cum illi ultra non debeant, quam definitum eſt in matricula cenſuum, *denen Zinß-Büchern.* Contra principes territorii plerumque iure gaudent, tributa ſubditis indicendi etiam extra ordinem ac praeter menſuram. Vt adeo facilis illis ſit uia, ad extorquendum numos ſubditis, quibus nomina paterna ſoluant extinguantque. Ne igitur princeps ex facto anteceſſoris obligetur, eius non tam intereſt, quam populi reique publicae, in quam onus hoc ab imperante deuoluitur. Quorſum reſpiciunt uerba auctoris apud FRITSCHIVM *tom. 1. conſil. 4. n. 18. 125. p. 58. Wenn man halten ſolle, weſſen S. H. D. in vorigen Zeiten ſich verſchrieben, würden dardurch Land und Leute ausgeſogen, die Unterthanen mit doppelten Ruthen und Beſchwerungen gezüchtiget, die meiſte davon in Noth und Mangel geſetzet oder wohl*

gar

CAP. VII. §. II. III.

gar zu Boden geſtürtzet, und allen prauis cupiditatibus *Thür und Angel ufgemachet.* Adde, quae ſuperius *c. IV. §. 6. l. y.* ſcripſimus. Vbi etiam illud eſt dictum, quod ſi princeps ſucceſſor, paternorum nominum ergo, uiuere uelit parce geniumque ſuum defraudare, neque ita reipublicae bene ſit conſultum: cuius interſit non minus, ut principis curia ſit elegans apparatuque gaudeat eximio et feſtiuo. Quae omnia cum a landſaſſico cliente abſint; cui ſcriptum eſt ſaepe laudatum decretum *2. F. 45. 51. §. 4.* facile patet, diuerſis rationibus uti reſpublicas Germanicas, tantum abeſſe, ut illi morem gerere liceat in Germaniae principatibus. Quod ne quidem in landſaſſicis clientelis limari patitur prudentis legislatoris, ut ſupra cap. VI. eſt oſtenſum.

Nam filius ſucceſſor deſtitui queat principatu, ſi patris heres non ſit?

(e) Scilicet hoc uult decretum clientelare, *2. F. 45. 51. §. 4.* filium ſucceſſorem feudo priuandum eſſe, niſi idem ille heres uelit eſſe patris in allodiis. Quis uero adfirmauerit hoc de filio ſucceſſore in principatum. Legitur quidem eius generis querela apud FRITSCHIVM *part. 1. conſ. 4. n. 11. uix operae pretium fore, in principatu ſuccedere, ex quo ſolui debeat tanta aeris alieni, ab anteceſſore contracti, moles. Niſi poſteritas et gloriae ratio haberetur gentilitiae, praeſtare forſitan, declinare principatum, quam illius imperium ſubire. Nachdem die Schulden-Laſt des* anteceſſoris, *ſo groß, daß ſich die arme Unterthanen würgen und winden müſſen, ſolche abzuſtatten: alſo daß die Fürſtliche* ſucceſſores, *bey ſolchen Umſtænden ſich der Lande wenig zuerfreuen, ia gar* reſoluiret *haben würden, wo es nicht um andern hohen* reſpects *wegen geſchehen müſſen, ſich der* ſucceſſion *in dem Fürſtenthum lieber gæntzlich zuverzeihen.* Verum enim uero minae hae ſunt, minantis autem apud liberas gentes parua auctoritas. Scilicet plura eſſent, quare obuiam ire liceret talia facienti. *Primo* ſucceſſiones familiae principalis a primordio reipublicae diſpoſitae, quas migrare non licet ob facta deceſſoris, a quo illae necquicquam dependent. *Deinde* non abſque dedecore fieri poſſet ipſius reipublicae, ſi hanc repudiaret princeps ob debita factaque deceſſoris. *Porro* neque eam auctoritatem ordines prouinciales dederint ſuo principi, ut is facto ſuo filios excludere aut deterrere poſſet a ſucceſſione. Quod ſane fieret aut metuendum eſſet, ſi obligatio ex facto deceſſoris iret in nomina et numeros infinitos, cetera. Vnde ſatis intelligitur, quod decretum clientelare *2. F. 45. 51. §. 4.* feudis principatuum ac territoriorum Germaniae conueniat peſſime.

Quo fine in factis principum CONSENSVS requiratur futuri ſucceſſoris?

(f) Hoc argumento uſi etiam ſumus in *landſaſſicis* ſeu *prouincialibus* feudis *cap. 6. §. 2. litt. b. p. 597. 598.* cuius expoſitio hic eſt repetenda. In imperii certe principatibus luculentiora occurrunt exempla, unde conſtare poteſt idem. Proſequemur uero hunc locum inferius inter ſententiae, cui nos ſubſcribimus, ſingularia argumenta.

II) Qui obligatum nolunt ex facto deceſſoris SVCCESSOREM quemcunque etiam AGNATVM et EXTRANEVM.

Quia 1) Germaniae territoriis admixta allodia.

§. III. Deinde, me iudice, iuſto longe indulgentiores ſunt illi, qui perhibent, ex facto deceſſoris obligari ſucceſſorem in territorio Germanico quemcunque FILIVM, AGNATVM, EXTRANEVM. Idque adfirmant tuenturque ex cauſis diuerſis. PRIMO, quoniam nullum Germaniae ſit territorium, cui non admixta ſint ALLODIA ditionesque deceſſoris propriae, ut adeo ſucceſſor in obligatione ſit inſtar HEREDIS VNIVERSALIS (g): imo ſunt, qui DOMANIALIA nomina in principatibus Germaniae tollunt habentque illa pro partu iuris peregrini, quem excluſerint Galli (**). Verum enim uero ultimum deteſtor: primum autem dici nequit de territoriis quibuscunque (h). Ceſſat etiam hoc diſcrimen in illis, ubi res patrimoniales ipſi territorio ſunt innexae (i), ſiue hoc factum ſit lege, ſiue pacto, ſiue moribus et conſuetudine. Imo, ubi cuncta haec abſunt, ibi tamen calculi eorum bonorum iterum difficiles idque ex cauſa uetuſtatis, tituli, quaeſtus (k). Vt in eius generis ambiguitatibus uera ſit iuris regula: in dubio reſpondendum pro liberanda republica et ſucceſſore.

Quod Germaniae territoria habeant admixta allodia. Sentientibus ita KLOCKIO.

(g) Hoc conſecutionis uinculo utitur KLOCKIVS *uol. 2. conſil. 29. n. 133. p. 314.* ubi ait: *daß die traditio, quod ſucceſſor ex pacto et prouidentia non teneatur factum eius praeſtare, cuius non eſt heres, etwas zweiffelhafftig. Auch einmahl gewiß iſt, daß ſolch einſtreuen die ietz regierende H. M. Z. B. wie auch Churfürſtliche Pfaltz, ſo von etlichen von Herrn* Richardo *Pfaltzgraven beym Rhein herrührender Schulden-bezahlung ſich dardurch loß wircken wollen, am K. Cammergericht nicht überführen mægen. Cum enim* SVCCESSOR TERRITORII *et iurisdictionis potius* VNIVERSALIS, *quam ſingularis ſucceſſor exiſtimetur: ideoque ſuccedat cum ſua cauſa, qualitatibus et uitiis, ut fere formaliter dixit* BALDVS *conſ. 202. n. 2. Ant.* CAPIT. *deciſ. 20. n. 29.* Idem Klockius *de contribut. c. 8. n. 71.* Subſcripſit eidem huic argumento ex cauſa eadem FRANZKIVS et nomine ordinis Ictorum Ienenſium STRVVIVS *cap 14. feud. §. 29. n. 5. p. 540.* ubi iisdem uerbis, quod Klockius dixerat, repetitur.

FRANZKIO. STRVVIO.

Addit

Digitized by Google

CAP. VII. §. III.

MYLERO.

Addit praeterea ſuum etiam calculum his argutiis EHRENBACH *in nomolog. princip. cap. 14. §. 5.* Poſt uero hos omnes momenta huius doctrinae reddidit ampliora atque magis luculenta uir purpuratus a RHEZ *de transmiſſ. territorior. in ſucceſſores cap. 3. n. 18. 19.* Verum quando uerba illius enarrauimus ſupra, nolumus ea hic repetere. Hoc tamen monere debemus, quod ueterani doctores ludant fere *uniuerſitatis* uocabulo: contra Rhetius in hac cauſa planus ſit atque apertus nihilque uelit aliud, quam territorium nullum eſſe ſine admixto allodio adeoque, illius ergo, nefas eſſe, ſi princeps ſe liberare uellet ab obligatione ex aere alieno factoque ſui anteceſſoris.

a RHEZ.

Quo iure negentur in Germanicis principatibus domania?

(**) Supetioribus longe fidentiores ſunt illi, qui nomina iuraque *domanialia* in Germanicis principatibus rident exploduntque. Quo ipſo id uidentur largiri, quod principis bona omnia illius ſint propria et patrimonialia, quae is forte a Caeſare acceperit; nulla uero, quae uſusfructus cuiusdam iure accepta referat ordinibus prouinciae reique publicae. In prima opinione eſt L. B. de LYNCKER *reſponſ. 80. n. 10. 11.* ubi propterea *menſalia* archiepiſcopi M. bonaeo diſficilius reuocari poſſe, credidit ſcripſitque, quoniam *indolem* neſciant *domanialem.* Et clarius idem in *deciſione* 1202. *Von eigentlichen* domanial-*Gütern weiß man in Teutſchland nichts. Es wæren ſolche von theils Frantzoſen theils Niederlændern aufgebracht worden: in Teutſchland hætte man ſich iederzeit allein mit Cammer-gütern und in Stifftern mit Tiſch-gütern vergnügen läſſen: die Eigenſchafft der* domain-*güter wære der Teutſchen Freyheit entgegen: die Hofleute mæchten wohl zum Nutzen ihres Herrn davon reden, aber wer mit der* iuſtitz *zu thun, dürffte davon nicht ſprechen*, cetera. Verum enim uero tantum abeſt, ut ſummo uiro herbam porrigamus in hac arena, ut potius aperte ſentiamus, *domanialium bonorum* rigorem, nomina et jura in Germanicis principatibus longe clariora eſſe, quam uel apud Gallos, uel Belgas. Id uero in patriae iuribus dolendum, quod doctores maiori ſtudio leges Romanorum peregrinas tractauerint, quam domeſticas prouinciarum conſuetudines. Vt nobis adhuc defuerint ALTESERRAE; CHOPPINI; CHARRONDAE; AVTVMNI; IMBERTI; BVGNONII; LANGLAEI aliique Gallicarum rerum interpretes feliciſſimi. Videri interim poteſt de Germanici imperii domaniis *dn. praeſ. in iur. Luſat. differ. 24.* Neque etiam illud uerum eſt, quod *cameralia* ſeu *domanialia bona principum Germaniae uerae donationes et gratiae ſint imperatoris*, uti auctor reſponſi FRITSCHIO collectore *quarto* loco editi *n. 7. p. 57. daß Ihr. Fürſtl. Gnaden Lande dem gemeinen ruff nach lauter Gnaden-Lehen und Ihr dergeſtalt von Kayſerl. Maieſt. und dem Ræmiſchen Reich zugeeignet, daß ſie davon ſich und ihre Hoſſtatt hinbringen nicht aber* alieniren *oder ſonſten verſchwenden ſolten.* Eſt enim neque tironibus hiſtoriae rerum Germanicarum ignotum, quod, Carolingica ſtirpe extincta, inter ſex Germaniae populos quilibet ſibi fecerit *ducem* eique adſignauerit domania: poſt demum factum ſit, ut unanimi concentu territoria in feudum offerrentur imperatori Henrico aucupi. Neque ideo de Germanicis imperatoribus dici poteſt, quod ullo unquam tempore illi omnia Germaniae praedia poſſederint, illaque poſt, inſtar gratiarum, diſtribuerint et militibus landſaſſiis et ipſis ducibus territorialibus. Quibus tamen diuitiis opus fuiſſet, ſi quidem principum bona uere dici deberent Caeſaris gratiae. Imo iniquum ita eſſet, quod in reſponſo habet FRANZKIVS apud STRVVIVM *c. 14. §. 29. daß es dem Teutſchen herkommen gemæß, daß Reichs-Furſten, wenn ſie ihre Aemter verſetzen oder etwas aufs Land nehmen wolten, Kayſerlichen* conſens *auszubringen nicht vor næthig achteten.* Contra ordinum conſenſus urgent, quorum, quid hic fiat, intereſt maxime.

Prouinciae imperiales, quae abſque admixto allodio.

(h) Exemplo Luſatiae, cuius princeps uiuere tantum dicitur ex ordinariis *tributis* et *collectis* ſubditorum: neque ullis eum gaudere dicunt praediis uel propriis uel domanialibus. De quo *dn. praeſes in iur. Luſat. diff. 24.* Fruſtra igitur in tali Germaniae principatu ſucceſſorem dixeris, *allodii* intuitu, uniuerſalem. Si uero uerbum *uniuerſalis* accipitur pro *uniuerſitate* aut etiam pro congerie rerum iuriumque diuerſorum, tum quidem nullum conſecutionis uinculum adparet, ab eius generis ſucceſſione ad obligationem ex facto anteceſſoris, ſed uerbis luditur. Ludere autem non eſt iudicare. Quod ante nos uiderunt THOMING. *conſil. 18. n. 86.* EVBEN *c. 8.* aliique.

De ACCESSIONIBVS principatui INNEXIS

(i) *Von denen ſtücken Landes iſt hier die rede, welche einem Fürſtenthum einverleibet und* incorporiret *worden, zu dem Ende, daß ſie bey demſelben einig und unzertrennet verbleiben.* Qui nexus fieri poteſt multifariam. *Principio* quidem facto ipſius Caeſaris. Exemplum hic pertinet *archipalatinatus Rhenani*, qui licet concreuerit ex multis ſingularibus allodiis, donatione, teſtamento, emtione, dote, bello, permutatione aliisque titulis quam plurimis: tamen omnes hae ditiones an. 1322. ab imperatore uinculo aeterno unius principatus coniunctae atque unitate ſunt, ut unam omnes acceperint indolem clientelarem. Quapropter Aurelianenſi principi repoſuerunt

Formula clientelari.

CAP. VII.

§. III. IV.

patriae iureconſulti, poſt illa tempora *unionis* ac nexus, fruſtra diſputari, utrum archipalatinatus admixta habeat allodia, in quae foemina princeps poſſet ſuccedere. Cum omnia archipalatini iam tum facta ſint *maſculina*, *clientelaria*, *indiuidua* inſtar ipſius *electoratus*. Legitur hoc in actis inter principem Aurelianenſem et archipalatinum multum uentilatis iudicatisque tandem Romae. Idem memini, me de *Limpurgenſi* audiuiſſe comitatu. De *Wurtenbergico* idem habet KNIPSCHILD *lib. 1. de ciuitat. imper. c. 13. n. 27.* de Landgrauiatu *Haſſiae* idem FRITSCHIVS *de incorporat. bonor. membr. 2.* de ducatu *Brunſuicenſi* idem SCHOPPIVS *c. 3. ſect. 1. obſeru. feud. 1. p. 442.* de comitatu *Hannouienſi* idem NVNNROOD *p. 159.* Et ſane, olim Auguſtinus de ciuitate Dei ſcripſit, ſi Romani reddere debeant, quae ipſi uario iuris tegumento addiderint Romae: fore, ut rediret opulentiſſima respublica ad Romuli caſam. Idem contingeret forte multis Germaniae principatibus iamnunc potentiſſimis: ſiquidem a domaniis ſeiungere atque reddere deberent illa, quae maiores eorundem acquiſiuerunt iure patrimoniali. Atque haec cauſa eſt, quare familiae principum plurimorum pactis conuentisque domeſticis ſibi proſpexerint, ut, quod acquireretur ullatenus, illud quidem cenſendum ſit acquiſitum eſſe reipublicae, a qua aeterno iure nequeat ullo caſu diuelli. Exemplum in *Geraenſibus* tabulis exhibet LVNIG *in archiu. S. R. I. de B. do-*

Domeſticis pactis.

A *mo n. 71.* De M. pariter principatu uetuſtiora diplomata ſunt, unde intelligitur, quod antiſtes acquiſiuit, illud acquiſitum innexumque fuiſſe reipublicae. *Vtrobique* iterum euaneſcet ius propoſiti argumenti, *ab allodiis admixtis ad obligationem ex facto anteceſſoris.*

(k) Id uolo, licet etiam certum ſit, *principatui* alicui *allodia* eſſe admixta, neque B tum uero componentur lites de obligatione ſucceſſoris ex facto anteceſſoris. *Primo* enim diſtinguere ſolent, utrum acquiſitum aliquid ſit uiribus aut aere reipublicae; an principis ſolius. Quod uix credendum, quoniam domanialia bona reſpondent neceſſariis illius impenſis, raro autem has ſuperant, ut colligi inde poſſint ampli theſauri ex iisque redimi prouinciae. *Deinde* ordines prouinciae C adiuuare poſſunt principem modis pluribus non adeo manifeſtis. Quod ſi uero unum adlegare poſſint onus, quamuis latens et conditum fere ſit, commoda etiam quaeſtus ſibi tribuent per eosque ſibi respublica. Quapropter illis, qui recens acquiſita allodiis accenſuerint, docendum, quod ſuis impenſis acquiſiuerit princeps, non reipublicae, idque uel directe uel indirecte: uel clam uel paD lam: uel quotquot genera tandem ſunt, onerandi atque trahendi in partes rempublicam. Iisdem armis impetit facta anteceſſoris auctor, aduerſum quem conceptum eſt reſponſum FRITSCHIO collectore *quartum n. 72.*

Quid de allodiis principatus quaeſitis cum onere et ſumtibus ordinum prouincialium?

2) territoria Germaniae hic reguntur IVRE NATVRALI, GENTIVM, CIVILI, CLIENTELARI.

§. IV. Alii, qui in patriae principatu ſucceſſorem generis cuiusuis obligatum uolunt ex facto deceſſoris, non Germaniae propria argumenta proferunt, ſed uagantur extra oleas expilantque ſcrinia doctorum iuris naturalis; eccleſiaſtici; ciuilis; clientelaris (o). Verum, quando de his ſimilibusque argumentis actum eſt ſuperius, capitibus uere ſingularibus (p); neque a publici in Germania iuris doctore illa expectantur, quae uel uniuerſim uera docenturque a philoſophis in iure naturali (q), uel a republica noſtra ſunt aliena prorſus: operae pretium non eſt, recoquere cibos & eadem iterum fercula hic adponere.

CONSILIA IVRECONSVLTORVM pro obligatione principis S. R. I. ex facto ſui anteceſſoris.

(o) Non hodie aut nudius tertius confligitur in hac arena, *utrum princeps imperii obligatus ſit ex facto et aere alieno anteceſſoris.* Inde iureconſultorum de hoc argumento in Germanicis reſponſa, repleta longis atque multiplicibus ratiociniis a *facili*, ab *utili*, ab *honeſto*; a *legibus* Latii; a pontificum *decretis*; ab inſtitutis *Longobardicis* et conſuetudinibus *prouincialibus* feudorum landſaſſicorum, multo labore, ſed nullo ueritatis praeſidio repetitis. Vix Germaniae principatum reperies, in quo prudentum reſponſa poſſeſſorem in hoc genere non uel abſoluerunt uel condemnarunt. In qua ultima claſſe nomina nunc dabimus ſigillatim. *HOLSATIAE* duces cum pacta maiorum migrare uellent inita cum ciuitatibus Hamburgo et Lubeca, impetiit *Herm.* VVLTE-

Aduerſus 1) duces HOLSATIAE.

E IVS *uol. 3. conſil. Marpurg. 35. a num. 110. ad num. 150.* Et niſi fallor in eadem aut ſimili cauſa aduerſus eosdem ſcripſit ſenſitque MICHAEL *in Kilonienſ. reſp. 14. p. 118. 119.* Iisdem conſcientia tum eſt mota a iureconſultis, cum Brandeburgico electori aes alienum ſoluere nollent, contractum ab anteceſſore, interprete SCHRADERO *uol. 1. conſ. 3. n. 399. 400.* atque *conſ. 9.* uniuerſo. *SAXONIAE* ducibus eadem aliF quoties mota eſt lis, cum ſtare nollent factis anteceſſorum. Memorabile eſt reſponſum anonymo ſcriptum an. 1639. quod edidit FRITSCHIVS *conſ. 4. num. 30. 31.* Aliud contra eosdem habet in gratiam *uiduae electoralis*, cui ſucceſſores negauerant *uitalitium*, KLOCKIVS *tom. 3. conſ. 151. n. 191. ſeqq.* De *BOIOARIAE* forte ducibus accipiendum eſt reſponſum pro obligatione

2) SAXONIAE.

3) BOIOARIAE.

Digitized by Google

CAP. VII.

gatione ex facto deceſſoris quod lucubrauit, *Henning.* GODEN *conſ. 32. n. 5. 6.* et nouiſſime, ni fallor, quod reperitur intet ALTORFENSIA *tom. 2. conſ. 14. n. 19. 20.*

4) *BRVNSVICENSES.* Etiam aduerſus duces *BRVNSVICENSES*, quod obligari nollent ex factis anteceſſorum, acuit calamum KLOCKIVS *uol. 3. conſ. 154. num. 19. 20. p. 565.* Aduerſus illos etiam in hac cauſa conſultus reſpondit CARPZOVIVS *part. 1. deciſ. 88.* Anno 1638.

5) *principes ANHALTINOS.* etiam *ANHALTINI* principes tollere priuilegia uoluerunt, quae largitus fuerat anteceſſor, quod ideo pro re iniqua habuit iudicauitque CARPZOVIVS *part. 1. deciſ. 88.*

6) *duces SABAVDIAE.* Aduerſus *SABAVDIAE* duces lucubratiuncula ſingulari in argumento eodem reſpondere RVBEVS *conſ. 46. p. 8.* MENOCHIVS *uol. 3. conſ. 263. n. 15. 18.* Idemque *conſ. 1. n. 228.* in cauſa, a priori diuerſa, ſcilicet

7) *MONTISFERRATENSES.* *MONTISFERRATENSI.* Pro libertate *Caſalenſium*, quam

8) *MANTVAE duces.* *MANTVAE* dux uoluit tollere, reſpondit NATTA *tom. 3. conſ. 636. n. 13.*

9) *SALVTIARVM marchiones.* Notauit quoque reſponſo ſingulari *SALVTIARVM* marchiones, cum irent aduerſus maiorum inſtituta, *Ioan Franc.* PVRPVRATVS *conſ. 44.* quod in ſua collectione exhibuit Leonhardus a *Lege.* Et, niſi prorſus fallor, ENENCKELIVS *lib. 3. de priuil. a cap. XI. ad XX.* principe loco reſpexit ad

10) *archiduces AVSTRIAE.* *AVSTRIAE* archiduces, cum opus ſuum dicauerit ordinibus Auſtriacis. Nouiſſimum eſt, quod pro obligatione

11) *comites HANOVIENSES.* *HANOVIENSIS* comitis, qui liberari uoluit aere alieno, ab anteceſſore contracto, conquiſiuit congeſſitque *Gotthard* NVNNRODIVS in diſceptatione, quae 1610. Wezlariae prodiit, an primogenius teneatur de *ſoluendis anteceſſorum debitis*?

12) *comites SCHAVMBVRGENSES.* Ipſos etiam *SCHAVMBVRGENSES* comites, licet ſucceſſores agnatos ad aes alienum a defuncto contractum condemnauit curia imperialis ex rationibus, quas habet KLOCKIVS *tom. 3. conſ. 154. n. 119. p. 595.*

13) *PEDEMONTANOS.* Etiam *PEDEMONTANOS* comites ex facto deceſſorum licet ex latere obligatos eſſe, ſcripſit reſponditque *Octau.* CACHERANVS *deciſ. 139.* Aduerſus Philippum Mariam, ducem

14) *MEDIOLANENSES.* *MEDIOLANENSEM*, qui ciuitati pacta in dubium uocauit, ab anteceſſoribus inita, conſilium laudatur IASONIS *lib. 2. conſ. 1. n. 2.* In ſimili argumento SOCINVS, junior dictus. *lib. 3. conſ. 60. n. 29.* et BEROIVS *lib. 3. conſ. 138. n. 9.* requiſiti reſponderunt duci

15) *FERRARIAE duces.* *FERRARIAE.* Claudimus ſeriem principum illorum, qui rumpere uoluerunt pacta factaque anteceſſorum, in exemplo

16) *PAPAM Romanum.* *PONTIFICIS ROMANI*, cum quod ille non minus ſit princeps Germanici imperii, cum quod nihil dubitauerint iureconſulti Italiae, ei oſtendere, quod ſine nota iniquitatis a facto anteceſſorum ſe nequeat liberare. Pertinent huc, quae ſcripſerunt CRAVETTA *conſ. 592. n. 59.* RVINVS *lib. 1. conſ. 46. n. 13.* *Petr.* PARISIVS *uol. 4. conſ. 2. n. 132.* *Rol. a* VALLE *lib. 2. conſ. 1. n. 42.* *Petr.* REBVFF *ad concordata Gall. tit. 1. de collationibus in praef. p. 907.*

§. IV.

RESPONSA Germaniae iureconſultorum in principatibus anonymis. Addo etiam RESPONSA principatus Germaniae anonymos, in quibus diſputata eſt quaeſtio, *utrum ex facto deceſſoris teneatur ſucceſſor?* Qua certe in cauſa reſpondit deciditque L. B. de LYNCKER multoties, uti enarraturi ſumus curſim. *Deciſ. 102.* putat, quod in primogenio etiam teneatur filius ſucceſſor *aes alienum* ſoluere contractum a patre deceſſore. *Deciſ. 235.* dicit, quod principes imperii, licet *ſuitate* in feudo ex *pacto* et *prouidentia*, non iure hereditario ſuccedant, nihilominus ex facto teneantur anteceſſorum. *Deciſ. 353.* habet: quod *rationes*, quas princeps anteceſſor remiſerit, officialis illas reddere non teneatur ſucceſſori. *Deciſ. 1046.* prodit, quod princeps *aes alienum* deceſſoris ſoluere haud dubie teneatur, ſiquidem illo periculum ſublatum, quod imminuerit reipublicae. *Deciſ. 1202.* opinatur, Germaniae principatus neſcire domania, adeoque obligari ſucceſſorem, ſi deceſſor praedia cameralia diſtraxerit aut oppignerauerit idque factum ſit cum aliquo commodo reipublicae neque damnum adeo ſit graue. Taceo alios, ne uidear, iuris quod diſputo, conſtruere bibliothecam,

Ad ſuperius tradita remiſsiones.

(p) Qui enim in cauſis principum hic argumentantur ex iure NATVRALI, illos docebunt *cap. 1.* et *4.* Qui in ſubſidium hic uocant CIVILIA Romanorum iura, illis commendamus *cap. 2.* Idemque proderit illis, qui argutias ſuas hic inſtruere uolunt ex iure PONTIFICIALI. Contra, qui LONGOBARDICA inſtituta hic urgent et illa formularum diſcrimina inter feuda *pactitia*, *mixta* et *hereditaria*, illis reſpondimus *cap. 3.* et quidem, ut putamus plene planeque. Ad extremum, qui ex LANDSASSICIS feudis ad principatus arguere uolunt imperatori imperioque clientelares, illi habent, unde lumen accipiant, in *cap. 6.* In quo plurima latent anecdota, doctoribus uel ignorata hactenus uel non prodita adhuc.

Fines iuriſprudentiae publicae.

(q) Vbi enim incipit iuriſprudentia *naturalis*, ibi finitur *publica* cuiusque imperii. Quos diſciplinarum fines regundos, qui neſciunt, illi turbant eas falcemque identidem mittunt in meſſem alienam, imo augent molem libri, non argumentorum, cuique diſciplinae propriorum numeros. Summatim in iuris publici noſtri prudentia ſileant Ariſtoteles, Plato, Tullius: neque locus fiat recentioribus Grotio, Pufendorfio, Hobbeſio ceteriſque. Qui ante in ſcholis audiri debent, quam ad iuris poſitiui ſacra rerum ſtudioſi admittantur.

CAP. VII.

§. V. VI. c) SENTENTIAE iudicum iudiciorumque: teneri ſucceſſorem ex facto deceſſoris in principatum.

§. V. Reſtant illi, qui, ad obligandum ex facto deceſſoris ſucceſſorem, extollunt imperialium curiarum SENTENTIAS atque IVDICATA (r), quibus ſtandum ſit hodieque: imo numeros iureconſultorum Germaniae, illis ſubſcribentium (s). Verum opponemus nos ſententias ſententiis, iudicatis iudicata, opinionibus opiniones. Id quod eſt, in quo nunc inſtituto uerſabimur.

SENTENTIAE CVRIALES pro obligatione ex facto deceſſoris.

(r) Non abs re eſt, quod *praeiudiciis curialibus* magna alias uis ſit. Quin uero illa hic metui debeant, illud fit propterea. Quo iiam in *publicis imperii cauſis* ipſi agnoſcunt ſupremarum curiarum adſeſſores, quod didiciſſe ibi iudicem nequeat poenitere, praeſertim in rebus e medii aeui notitia eruendis, qua ſuperiora ſecula prorſus fuere deſtituta. Deinde in noſtro hoc argumento ſententiae camerales ſibi inuicem ſuut aduerſae, ut adeo certum ſit, olim adſeſſoribus ea in cauſa non conſtitiſſe. Sunt autem SENTENTIAE CVRIALES, ubi ex facto ſucceſſoris princeps ſuit obligatus, quae ſequuntur. Haud dubie autem extant plures uel apud ipſum BARTHIVM *collectorem cameralium colliſionum*, quem noluimus euoluere. Solus KLOCKIVS *tom. 3. conſ. 155. n. 114. 115.* caſus enumerat tres. *Primo HFurſtl. Brandenburg.* creditorum aduerſus ſucceſſorem in principatu an. 1610. *Deinde in Sachen deren von Hauß* contra *Anſpach. Poſt in Sachen* Annae de Lauenna *wider den Biſchoff von Lüttich. Praeterea in Sachen Pleumers Erben* contra *SCHAVENBVRG.* Eadem exempla repetit idem *tom. 3. conſ. 54. n. 35. 36. 37. AVSTRIAE* porro *BVRGVNDIAE* atque *LOTHARINGIAE* protulit huius generis litigia Fauſt. ab ASCHAFFENBVRG *de aerario cl. X. ord. 830.* Pluribus opus non eſt. Neque inferius deerunt numeri ſententiarum contra latarum in eadem curia imperiali.

NumeriGERMANIAE IVRECONSVLTORVM pro obligatione ex facto anteceſſoris.

(s) Fateor, Germaniae iureconſultos quamplurimos eſſe, qui cauſam hanc *de obligatione ex facto deceſſoris* uniuerſim ita tractarunt, ut omnino obligatum uelint principem ſucceſſorem. RESPONSA, DECISIONES, PRAEIVDICIA eorundemque auctores laudauimus iam ſuperius *lit. o. lit. r.* His pro obligando principe ſucceſſore addi poſſunt, quamuis in illis aliqui titubent, *Matth.* CVNO *lib. 1. de pactis num. 25. 26.* usque ad *num.* 131. qui uir Brandoburgico electori, Ioanni Georgio a conſiliis fuit praeſidemque egit ordinis ICtor. in Francofurtana. Dici autem non poteſt, quam copioſus ille ſit in *diſtinguendis factorum* principis diuerſis generibus, quam *diues* in *legibus* et *decretis* laudandis, quam *locuples* in conquirendis *teſtibus* Italis, Hiſpanis, Gallis aliisque. Verum enim uero uti poſt illum difficile non fuit, reſpondere hanc cauſam ex principiis peregrinis: ita nec uolam ille neque ueſtigium prodidit, quod docuerit reſponderitque publica iura in Germaniis. Neque enim ille nomina ſciebat diſtinguere marchionum, ducum, principum niſi uitulo araret Italico, noſtrae reipublicae parum amico. Sequitur Georg. Acac. ENENCKEL *L.B. ab Hoheim de priuileg. lib. 3. cap. XI. et c. XX.* Ipſe auctor cauſam prodit ſcripti operis hanc. Ire enim in uulgi ſermonem hodie principem non obligari ex priuilegiis, quibus respublica ex pactis conuentisque maiorum ſit munita. Aut illud VARGAE Hiſpani in ore habere principes ſucceſſores: *nos non curamus ueſtros priuilegios.* Aut Annae MONMORANTII illud, ſubditis priuilegia urgentibus, reſpondendum eſſe ex iure canonico (*par le droit du canon.*) Quapropter auctor ueniam omnino meretur, quod partium ſtudio quandoque ſit abreptus in nimioque peccauerit, ex quacunque fere cauſa obligandi ſucceſſorem. Inter omnes autem de obligatione ex facto principis deceſſoris pleniſſimus eſt EHRENBACHIVS *in nomologia a cap. X. p. 155.* ad *cap. XVII. p. 235.* Verum enim uero etiam ille id egit, ut principem haberet ueracem ſeruantemque dicta factaque cum ſua, tum deceſſoris, igitur non minori ſtudio eo contendit, ut principem utrobique haberet constrictum et obligatum. Vix autem controuerſiae huius occurret aliquod genus, quod nun reſponderit ipſe, fide tamen magis aliena librorum, quos laudat, quam ſua. Taceo alios, nominis et momenti minoris, cum hac triga doctorum plurimi fuerint poſtea occupati, quorum libros et loca citauimus ſupra. Neque tamen horum uel celebritas nos terreat uel multitudo. Quoniam alii hic ad ſenſus magis docuerunt, quam ad ueritatem. Deinde multi priuato fuerunt corrupti ſtudio. Omnes uero ducibus uſi ſunt Italis aut peregrinis doctoribus aliis, reipublicae noſtrae prorſus atque omnino ignaris.

Matth. CVNO.

Georg. Acacius ENENCKEL ab Hohenheim.

Nic. Myleruſ ab EHRENBACH.

ADVERSVS obligationes principum ex facto deceſſoris argumenta.

§. VI. Reſtat, ut, quo iuris ordine contra ſtatuant alii, PRINCIPEM IMPERII EX FACTO SVI DECESSORIS NEC QVICQVAM OBLIGARI, illud explicemus atque nouis & adhuc parum cognitis rationibus ſtabiliamus. Quemadmodum uero omne huius rei momentum ſupra (aa) dedimus FORMVLAE, cuique regno propriae & peculiari: ita etiam hic iuris regulas nullas obtrudemus

CAP. VII. mus Germaniae principatibus uniuerſis, quorum etiam formulas, ſcimus, eſſe multiplices & diſpariles. Verum utemur coniecturis, quae tamen ueritati cedent huic uel illi Germanico territorio commendatae (bb). Principio creditur, Germaniae pleroſque principatus in numero feudorum eſſe ex PACTO ET PROVIDENTIA (cc) atque adeo illorum ſucceſſores neque ex deceſſorum factis aut aere alieno obligari, ſiue FILII ſint, ſiue agnati. §. VI.

I. Germania PRINCIPATVS in numero feudorum eſſe ex PACTO et PROVIDENTIA.

Quare ad formulam principatus obligatio ſit aeſtimanda ex facto deceſſorū?

(aa) Quo enim *liberius* imperat princeps, eo etiam *maior* ei *facultas*, obligandi facto ſuo rempublicam cum eaque ſuum ſucceſſorem. Contra ubi *imperio* utitur magis *adducto*, ibi etiam *poteſtas* eſt *minor*, ut ſuo facto conſtringat populum et ſucceſſorem. Quod omne uti dictum eſt *cap. 4. §. 4. 5. 6.* ex inſtituto: ita quoque idem in Germaniae principatibus eſt repetendum.

Num principatuum Germaniae diuerſae ſunt formulae? Intuitu 1) Caeſaris, 2) ordinum,

(bb) Principatuum imperii poſſunt formulae diuerſae eſſe *primum* intuitu CAESARIS et IMPERII. Nam alii principes fere nihil agunt, niſi ex huius utriusque conſenſu; alii contra ne quidem in alienanda parte territorii ſolent hunc requirere: *deinde* ORDINVM PROVINCIALIVM ergo, quoniam in aliis principatibus horum inſtitui ſolent conuentus, exquiri ſuffragia, numerari calculi, quod niſi factum ſit, principis perſonam adſtringi, aiunt, in factis, non rempublicam; contra in aliis eius generis comitia uel neſciuntur, uel eorundem uix umbrae ſuperſunt: *ad extremum* in cauſa PRINCIPALIS DOMVS aut familiae, ſi domeſtica adfuerint pacta, quae manus principi in faciendo, obligando, oppignerando, alienando uel liberant, uel ligant, quod uinculum eſſe tum debet principium et finis obligationis et iudicii. Ante igitur, quam regulas iuris, a nobis nunc enarrandas quis adhibeat, opus eſt, ut formulam principatus intueatur trigarum intuitu: CAESARIS; ORDINVM prouincialium; DOMVS tandem principalis. Atque in hoc cardine uerſatur *ius publicum prouinciale.* Quod ſi ſcriptum eſſet in prouinciis ſingulis; fieri non poſſet, ut tanta inter principem et ordines eſſent diſcrimina, ſtudia, altercationes, in quibus ultimi fere ſemper ruere ſolent in ſtatum deteriorem.

3) familiae principalis

Prima liberandi cauſa, quod principatus feuda ſint ex prouidentia maiorum.

Ita Roſenthal an. 1558.

(cc) Veterani doctores tantum non omnes propterea ab obligatione ex facto et aere alieno anteceſſoris liberare ſolent ſucceſſorem, quoniam imperii principatus indolem habeant *feudorum ex pacto et prouidentia* maiorum. Hoc uinculo conſecutionis uſi ſunt ROSENTHAL *cap. 9. membr. 2. concluſ. 67. n. 5.* idque ex auctoritate SENTENTIAE CAMERALIS an. 1558. latae in cauſa *Haller* contra *Brandeburg*, ubi agnati in feudo ſucceſſerunt, licet heredes eſſe noluerint defuncti uaſalli. Imo ex eadem cauſa ab obligatione

A ex facto *patris* in Brandeburgico principatu liberauit ipſos quoque *filios* BRVNNEMANNVS *in conſilio I. n. 189.* admodum memorabili ſcriptoque cum magna ueritatis παῤῥησίᾳ. Quorſum etiam reſpicit potiſſimum WEHNERVS *in conſ. Francon. 101. p. 245. 246.* his fere uerbis: *Nachdem Herr A.* an. 1557. *mit todt abgangen und den halben theil des Churfürſtenthums Br. und Burggrauth. N. mit einem groſſen, treffli-* B *chen, überſchwenglichen Schulden-Laſt beſchwehret: hat der Durchl.* agnat *mit vorwiſſen K. M. in ergreiffung der* Succeſſion *austrücklich* proteſtiren *laſſen, daß S. F. G. Land und Leut, wie ſolche von ihren Alt-Vætern hergebracht, angenommen, iedoch des verſtorbenen Ch. ſeine Erbſchafft auf das* ſolenneſte, *als es nur geſchehen mœgen,* repudiret *und von ſich abgelehnet haben wollen. Mithin Sie ſich nicht gehalten zu ſeyn* C *erachteten, denen* creditoribus *des Verſtorbenen etwas zu bezahlen. Und ob ſich gleich in dem B. N. neuerworbene ſtücke fænden, wæren doch auch ſolche denen Reichs-Lehen einverleibet, welche dannenhero ſo wenig, als die letztere angegriffen oder dem Lehens-folger zum nachtheil beſchweret werden mœchten.* Quae ſumma eſt illius conſilii, admodum momentoſi. Aliud praeiudicium CAMERALE in cau- D ſa *Sachſen* contra *Schwartzburg* habet Ioannes STVCKIVS *conſ. 26. n. 154.* Idem in curia imperiali iudicatum coactumque eſſe *Boioariae* ducem reſtituere comitatum *Hohen und Nieder-Schwanger* occupatum ex cauſa aeris alieni, a patre contracti, actoribus filiis circa an. 1586. commemorat in eodem *conſilio 26. n. 156.* Idem ex eadem cauſa duces *Brunſuicenſes* liberatos uult ab obligatione ex factis et aere a- E lieno ſuorum anteceſſorum *conſil. 26. 27.* Adeo, ut nihil dubitet, adfirmare, ne quidem *gallinam* uel *candelam* onerare poſſe anteceſſorem in feudo, quam ſucceſſor principatus nequeat gratis liberare, quod habet ROSENTHAL *cap. 9. membr. 1. concl. 48.* Praeiudicium in cauſa *Luzelburg* contra *Baden* an. 1592. extat apud GILMANN. *tom. 3. ſymphorem. in uerbo* feudum atque STVCKIVM *conſ. 26. n. 369.* Aliud exem- F plum principatus, iure feudi ex pacto et prouidentia aeſtimati proptereaque liberati ſucceſſoris ab obligatione ex facto anteceſſoris, habet TABOR *de oblig. ſucceſſ. in offic. cap. 5.* Idque iudicio iureconſultorum Argentoratenſium (*) an. 1638. Ve-

Brunnemann 1627.

Wehnerus. an. 1557.

an. 1593.

an. 1586.

an. 1642.

an. 1638.

(*) Non quidem principatus ipſe nominatus eſt ibi, uerum ſententia fere his concepta uerbis: *Obwohlen in Erb-Lehen die* ſucceſſores *die* facta *ihrer* anteceſſorum *zu halten ſchuldig, dafür gleichwohl*

CAP. VII.

§. V. VI. c) SENTENTIAE iudicum indiciorumque: teneri ſucceſſorem ex facto deceſſoris in principatum.

§. V. Reſtant illi, qui, ad obligandum ex facto deceſſoris ſucceſſorem, extollunt imperialium curiarum SENTENTIAS atque IVDICATA (r), quibus ſtandum ſit hodieque: imo numeros iureconſultorum Germaniae, illis ſubſcribentium (s). Verum opponemus nos ſententias ſententiis, iudicatis iudicata, opinionibus opiniones. Id quod eſt, in quo nunc inſtituto uerſabimur.

SENTENTIAE CVRIALES pro obligatione ex facto deceſſoris.

(r) Non abs re eſt, quod *praeiudiciis curialibus* magna alias uis ſit. Quin uero illa hic metui debeant, illud ſit propterea. Quo iam in *publicis imperii cauſis* ipſi agnoſcunt ſupremarum curiarum adſeſſores, quod didiciſſe ibi iudicem nequeat poenitere, praeſertim in rebus e medii aeui notitia eruendis, qua ſuperiora ſecula prorſus fuere deſtituta. Deinde in noſtro hoc argumento ſententiae camerales ſibi inuicem ſunt aduerſae, ut adeo certum ſit, olim adſeſſoribus ea in cauſa non conſtitiſſe. Sunt autem SENTENTIAE CVRIALES, ubi ex facto ſucceſſoris princeps fuit obligatus, quae ſequuntur. Haud dubie autem extant plures uel apud ipſum BARTHIVM *collectorem cameralium colliſionum*, quem noluimus euoluere. Solus KLOCKIVS *tom. 3. conſ. 155. n. 114. 115.* caſus enumerat tres. *Primo IIFurſtl. Brandenburg.* creditorum aduerſus ſucceſſorem in principatu an. 1610. *Deinde in Sachen deren von Hauß* contra *Anſpach. Poſt in Sachen* Annae de Lauenna *wider den Biſchoff von Lüttich. Praeterea in Sachen Pleumers Erben* contra *SCHAVENBVRG.* Eadem exempla repetit idem *tom. 3. conſ. 54. n. 35. 36. 37. AVSTRIAE* porro *BVRGVNDIAE* atque *LOTHARINGIAE* protulit huius generis litigia Fauſt. ab ASCHAFFENBVRG *de aerario cl. X. ord. 850.* Pluribus opus non eſt. Neque inferius deerunt numeri ſententiarum contra latarum in eadem curia imperiali.

NumeriGERMANIAE IVRECONSVLTORVM pro obligatione ex facto anteceſſoris.

(s) Fateor, Germaniae iureconſultos quamplurimos eſſe, qui cauſam hanc *de obligatione ex facto deceſſoris* uniuerſim ita tractarunt, ut omnino obligatum uelint principem ſucceſſorem. RESPONSA, DECISIONES, PRAEIVDICIA eorundemque auctores laudauimus iam ſuperius *lit. o. lit. r.* His pro obligando principe ſucceſſore addi poſſunt, quamuis in illis aliqui titubent, *Matth.* CVNO *lib. 1. de pactis num. 25. 26.* usque ad *num.* 131. qui uir Brandoburgico electori, Ioanni Georgio a conſiliis fuit praeſidemque egit ordinis ICtor. in Francofurtana. Dici autem non poteſt, quam copioſus ille ſit in *diſtinguendis factorum* principis diuerſis generibus, quam *dives* in *legibus* et *decre*-

Matth. CVNO

A *tis* laudandis, quam *locuples* in conquirendis *teſtibus* Italis, Hiſpanis, Gallis aliisque. Verum enim uero uti poſt illum difficile non fuit, reſpondere hanc cauſam ex principiis peregrinis: ita nec uolam ille neque ueſtigium prodidit, quod docuerit reſponderitque publica iura in Germaniis. Neque enim ille nomina ſciebat diſtinguere marchionum, ducum, principum niſi uitulo araret Itali-
B co, noſtrae reipublicae parum amico. Sequitur Georg. Acac. ENENCKEL *L.B. ab Hoheim de priuileg. lib. 3. cap. XI. et c. XX.* Ipſe auctor cauſam prodit ſcripti operis hanc. Ire enim in uulgi ſermonem hodie principem non obligari ex priuilegiis, quibus reſpublica ex pactis conuentisque maiorum ſit munita. Aut illud VARGAE Hiſpani in ore habere principes ſucceſſores: *nos non curamus ueſtros priuilegios.*
C Aut Annae MOMMORANTII illud, ſubditis priuilegia urgentibus, reſpondendum eſſe ex iure canonico (*par le droit du canon.*) Quapropter auctor ueniam, omnino meretur, quod partium ſtudio quandoque ſit abreptus in nimioque peccauerit, ex quacunque fere cauſa obligandi ſucceſſorem. Inter omnes autem de obligatione ex facto principis deceſſoris pleniſſimus eſt EHRENBACHIVS *in*
D *nomologia* a *cap. X. p. 155.* ad *cap. XVII. p. 235.* Verum enim uero etiam ille id egit, ut principem haberet ueracem ſeruantemque dicta factaque cum ſua, tum deceſſoris, igitur non minori ſtudio eo contendit, ut principem utrobique haberet conſtrictum et obligatum. Vix autem controuerſiae huius occurret aliquod genus, quod non reſponderit ipſe, fide tamen magis aliena librorum, quos laudat, quam ſua. Taceo alios, nominis et momenti minoris, cum hac triga docto-
E rum plurimi fuerint poſtea occupati, quorum libros et loca citauimus ſupra. Neque tamen horum uel celebritas nos terreat uel multitudo. Quoniam alii hic ad ſenſus magis docuerunt, quam ad ueritatem. Deinde multi priuato fuerunt corrupti ſtudio. Omnes uero ducibus uſi ſunt Italis aut peregrinis doctoribus aliis, reipublicae noſtrae prorſus atque omnino ignaris.

Georg. Acatius ENENCKEL ab Hohenheim.

Nic. Mylerus ab EHRENBACH.

ADVERSVS obligationes principem ex facto deceſſoris argumenta.

§. VI. Reſtat, ut, quo iuris ordine contra ſtatuant alii, PRINCIPEM IMPERII EX FACTO SVI DECESSORIS NEC QVICQVAM OBLIGARI, illud explicemus atque nouis & adhuc parum cognitis rationibus ſtabiliamus. Quemadmodum uero omne huius rei momentum ſupra (aa) dedimus FORMVLAE, cuique regno propriae & peculiari: ita etiam hic iuris regulas nullas obtrudemus

mus

CAP. VII.

§. VI.
I. Germaniae PRINCIPATVS in numero feudorum eſſe ex PACTO et PROVIDENTIA.

mus Germaniae principatibus uniuerſis, quorum etiam formulas, ſcimus, eſſe multiplices & diſpariles. Verum utemur coniecturis, quae tamen ueritati cedent huic uel illi Germanico territorio commendatae (bb). Principio creditur, Germaniae pleroſque principatus in numero feudorum eſſe ex PACTO ET PROVIDENTIA (cc) atque adeo illorum ſucceſſores neque ex deceſſorum factis aut aere alieno obligari, ſiue FILII ſint, ſiue agnati.

Quare ad formulam principatus obligatio ſit aeſtimanda ex facto deceſſoris?

(aa) Quo enim *liberius* imperat princeps, eo etiam *maior* ei *facultas*, obligandi facto ſuo rempublicam cum eaque ſuum ſucceſſorem. Contra ubi *imperio* utitur magis *adducto*, ibi etiam *poteſtas* eſt *minor*, ut ſuo facto conſtringat populum et ſucceſſorem. Quod omne uti dictum eſt *cap. 4. §. 4. 5. 6.* ex inſtituto: ita quoque idem in Germaniae principatibus eſt repetendum.

Num principatuum Germaniae diuerſae ſunt formulae? Intuitu 1) Caeſaris, 2) ordinum, 3) familiae principalis.

(bb) Principatuum imperii poſſunt formulae diuerſae eſſe *primum* intuitu CAESARIS et IMPERII. Nam alii principes fere nihil agunt, niſi ex huius utriusque conſenſu; alii contra ne quidem in alienanda parte territorii ſolent hunc requirere: *deinde* ORDINVM PROVINCIALIVM ergo, quoniam in aliis principatibus horum inſtitui ſolent conuentus, exquiri ſuffragia, numerari calculi, quod niſi factum ſit, principis perſonam adſtringi, aiunt, in factis, non rempublicam; contra in aliis eius generis comitia uel neſciuntur, uel eorundem uix umbrae ſuperſunt: *ad extremum* in cauſa PRINCIPALIS DOMVS aut familiae, ſi domeſtica adfuerint pacta, quae manus principi in faciendo, obligando, oppignerando, alienando uel liberant, uel ligant, quod uinculum eſſe tum debet principium et finis obligationis et iudicii. Ante igitur, quam regulas iuris, a nobis nunc enarrandas quis adhibeat, opus eſt, ut formulam principatus intueatur trigarum intuitu: CAESARIS; ORDINVM prouincialium; DOMVS tandem principalis. Atque in hoc cardine uerſatur *ius publicum prouinciale.* Quod ſi ſcriptum eſſet in prouinciis ſingulis, fieri non poſſet, ut tanta inter principem et ordines eſſent diſcrimina, ſtudia, altercationes, in quibus ultimi fere ſemper ruere ſolent in ſtatum deteriorem.

Prima liberandi cauſa, quod principatus feuda ſint ex prouidentia maiorum. Ita Roſenthal an. 1558.

(cc) Veterani doctores tantum non omnes propterea ab obligatione ex facto et aere alieno anteceſſoris liberare ſolent ſucceſſorem, quoniam imperii principatus indolem habeant *feudorum ex pacto et prouidentia* maiorum. Hoc uinculo conſecutionis uſi ſunt ROSENTHAL *cap. 9. membr. 2. concluſ. 67. n. 5.* idque ex auctoritate SENTENTIAE CAMERALIS an. 1558. latae in cauſa *Haller* contra *Brandeburg*, ubi agnati in feudo ſucceſſerunt, licet heredes eſſe noluerint defuncti uaſalli. Imo ex eadem cauſa ab obligatione

A ex facto *patris* in Brandeburgico principatu liberauit ipſos quoque *filios* BRVNNEMANNVS *in conſilio I. n. 189.* admodum memorabili ſcriptoque cum magna ueritatis *παῤῥησία*. Quorſum etiam reſpicit potiſſimum WEHNERVS *in conſ. Francon. 101. p. 245. 246.* his fere uerbis: *Nachdem Herr A.* an. 1557. *mit todt abgangen und den halben theil des Churfürſtenthums Br. und Burggravth. N. mit einem groſſen, treffli-*
B *chen, überſchwenglichen Schulden-Laſt beſchwehret: hat der Durchl.* agnat *mit vorwiſſen K. M. in ergreiffung der* Succeſſion *austrücklich* proteſtiren *laſſen, daſſ S. F. G. Land und Leut, wie ſolche von ihren Alt-Vætern hergebracht, angenommen, iedoch des verſtorbenen Ch. ſeine Erbſchaffi auf das* ſolenneſte, *als es nur geſchehen mægen*, repudiret *und von ſich abgelehnet haben wollen. Mithin Sie ſich nicht gehalten zu ſeyn*
C *erachteten, denen* creditoribus *des Verſtorbenen etwas zu bezahlen. Und ob ſich gleich in dem B. N. neuerworbene ſtücke fænden, wæren doch auch ſolche denen Reichs-Lehen einverleibet, welche dannenhero ſo wenig, als die letztere angegriffen oder dem Lehens-folger zum nachtheil beſchweret werden mæchten.* Quae ſumma eſt illius conſilii, admodum momentoſi. Aliud praeiudicium CAMERALE in cau-
D ſa *Sachſen* contra *Schwartzburg* habet Ioannes STVCKIVS *conſ. 26. n. 154.* Idem in curia imperiali iudicatum coactumque eſſe *Boioariae* ducem reſtituere comitatum *Hohen und Nieder-Schwanger* occupatum ex cauſa aeris alieni, a patre contracti, actoribus filiis circa an. 1536. commemorat in eodem *conſilio 26. n. 156.* Idem ex eadem cauſa duces *Brunſuicenſes* liberatos uult ab obligatione ex factis et aere a-
E lieno ſuorum anteceſſorum *conſil. 26. 27.* Adeo, ut nihil dubitet, adfirmare, ne quidem *gallinam* uel *candelam* onerare poſſe anteceſſorem in feudo, quam ſucceſſor principatus nequeat gratis liberare, quod habet ROSENTHAL *cap. 9. membr. 1. concl. 48.* Praeiudicium in cauſa *Luzelburg* contra *Baden* an. 1592. extat apud GILMANN. *tom. 3. ſymphorem. in uerbo* feudum atque STVCKIVM *conſ. 26. n. 369.* Aliud exem-
F plum principatus, iure feudi ex pacto et prouidentia aeſtimati proptereaque liberati ſucceſſoris ab obligatione ex facto anteceſſoris, habet TABOR *de oblig. ſucceſſ. in offic. cap. 5.* Idque iudicio iureconſultorum Argentoratenſium (*) an. 1638. Verum

Brunnemann 1627.
Wehnerus. an. 1557.
an. 1593.
an. 1536.
an. 1642.
an. 1638.

(*) Non quidem principatus ipſe nominatus eſt ibi, uerum ſententia fere his concepta uerbis: *Obwohlen in Erb-Leben die* ſucceſſores *die* facta *ihrer* anteceſſorum *zu halten ſchuldig, dafür gleichwohl*

CAP. VII. § VI. VII.

rum ſatis forte exemplorum, quae firmant noſtra. A Si autem de rationibus aliquid eſt dicendum, non putauerim formulam clientelarem ex *pacto* et *prouidentia*, ut uulgo illa accipitur, Germaniae ducatibus reſpondere. Nam *ordo ſucceſſorius* in principatibus imperii ordinario iure neque a *uaſallo* primo acquirente eſt diſpoſitus neque a *domino*, quod tamen fieri ſolet in uulgaribus feudis pactitiis: uerum a prouinciae cuiusque *ordinibus* is B principio delati imperii eſt conſtitutus. Vt adeo, ſi *ſucceſſoria* hic iura dici debeant *pactitia*, pacta et prouiſio ordinis ſucceſſorii adſcribenda reipublicae an. 912. in ſingulis Germaniae territoriis ita diſponentis ſigillatim. Verum hoc ſenſu recte dicitur: *quod cauſa ſuccedendi ne liberis quidem a deceſſore petenda ſit*, uerum debeatur populi prouiſioni originariae. Vt adeo recte arguant hactenus laudati iureconſulti: in Germaniae territoriis regulariter nullam ſucceſſori obligationem ex facto deceſſoris. Quod noſtrae ſententiae ſatis eſt, quae opus non habet ſterilibus et perturbatis doctrinis de feudo *pactitio, hereditario, mixto*, quas profligauimus *cap. 5.* ſuperius. Videri pro noſtra ſententia inprimis etiam poteſt a RVSDORFF *in uindic. Palat. c. 1. §. 12.* ex inſtituto.

II. Principatus Germaniae in nexu MAIORATVVM.

§. VII. Alii immunitatem ſucceſſoris ab obligatione ex facto anteceſſoris quaerunt in eo, quod Germaniae territoria inſtar ſint Hiſpaniae MAIORATVVM (dd), aut FAMILIAE FIDEICOMMISSORVM (ee), aut PRIMIGENITORVM (ff). Neutrubi autem eſſe ex facto deceſſoris obligationem.

III. FIDEICOMMISSORVM.

IV. PRIMOGENITVRAE principatus S. R. I. num maioratus?

(dd) Vtitur etiam hoc genere argumenti L. B. de LYNCKER *in deciſ. 802.* In qua abſoluit comitem imperii a debitis paternis, licet patri ſucceſſerit in *comitatu*, iure *maioratus* et *primogenii* aeſtimando. In hoc enim filium quidem ſuccedere *mediante* patre, non autem patris *beneficio*. Idem antea quoque de HASSIAE landgrauiatu ſcripſit ſenſitque BRVNNEMANNVS *conſ. 3. n. 173.* Quamuis uero iuerit uere in prouerbium; *Principes imperii ſuccedere iure maioratus:* mihi tamen id genus dicendi mouet omnino ſtomachum. Partim, quod lepidum ſit, conferre Germaniae ſingulares respublicas cum Hiſpanorum maioratuum ruſticationibus. Partim quod opus non ſit habitu peregrino, cum praeſtet domi natus. Porro in maioratu ad *primum acquirentem* reſpicitur; in imperii principatibus fere ad populum, ſucceſſoria iura ordinantem primaeuo inſtituto. E

Principatus imperii num familiae fideicommiſſa?

(ee) Etiam in hoc uerbo placent placueruntque ſibi olim iureconſulti. L. B. de LYNCKER *in deciſ. 802. p. 280. Geſtalt dann ein* fideicommiſſarius *zu Bezahlung des* fiduciarii *ſeiner Schulden gantz nicht gehalten* KNIPSCHILD *de fideic. c. 11. n. 230. dieſem nach kan Grav* Mauritius *der Groß-Vaterlichen Glaeubiger und deſſen* credit-*Weſens ſich wohl entbrechen.* Clarius loquitur *Georg. Melch.* LVDOLPH *in adpend.* F *iuris primog. aphoriſm. 6. part. ſpec. §. 9. pag. 321.* ubi ait, uix in Germania principatum eſſe, qui fideicommiſſi familiae nexu non ſit conſtrictus. Succeſſorem autem fideicommiſſarium ad debita fiduciarii heredis obligatum non eſſe. Verum enim C uero etiam hoc de Germaniae territoriis iudicium nobis non adeo probatur. Nam fideicommiſſa familiae *priuatam* ſibi proponunt utilitatem floremque unius domus: uerum ſucceſſoriae leges in Germaniae territorio ſunt *publicae* reſpiciuntque communem *populi* ſalutem aeternitatemque. Imo fideicommiſſa auctorem habent ultimam *teſtatoris* uoluntatem: ſed ab hac, notum eſt, quod *pendeant nec-* D *quicquam* ſucceſſiones clientelares. Ceterum in illis, quae princeps acquiſiuit ſuo iure, non factis aut uiribus reipublicae, ibi fideicommiſſarium nexum locum habere, nemo eſt, qui poſſit dubitare.

In principatibus imperii num locus iuribus primigenii?

(ff) Germaniae *principatus ſingulos* olim fuiſſe *indiuiduos*, neque ſucceſſiſſe in eosdem alium quam filium *primogenitum*, tam certum eſt, quam certiſſimum. Neque enim *diſtrahi* uoluerunt *ordines* rempu- E blicam in plures filios. Ne decreſcerent uires, ordines diuellerenter, ne respublica, plures alendo principes, oneraretur, cetera. Inde eſt, quod primogenitus ſolus dictus ſit *princeps*, filii autem ultrageniti nominibus adpellati, in Germania natis, *Jonckern*, aut, quod poſtea factum uerbo *comitum:* inde eſt, quod in tanto numero ultragenitorum alii ſacris collegiis adſcripti ſint, epiſcopatuum, abbatiarum, F coenobiorum, ordinis Teutonici, Ioannitici, Templarii; alii mercenariam ſequuti ſint militiam; nonnulli, quibus ſalacia temperamenta, matrimonia iniuerint ad morganaticam uitamque uixerint priuatam, ſolo contenti apanagio. Quorum generum exempla dare poſſemus, niſi hiſtoria

---

wohl das quaeſtionirte *Hertzogthum zu halten, weil es auch auf die weibliche* deſcendenten *kommet, und des Wortes Erben in den Leben-Brieffen gedacht iſt; auch denen* agnaten *ſchimpflich ſeyn will, die* facta anteceſſoris *zu* caſſiren: *Dieweilen aber die Erblichkeit nicht erweiſen, ſondern* in dubio *ſolches Hertzogthum vielmehr* pro feudo pactitio *zu halten, da die* agnati ex facto anteceſſoris, *nicht gebunden zu werden pflegen, es wære dann etwas mit der agnaten* conſens *verſehen: als ſind, geſtalten Sachen nach, die* agnati *an der Vorfahren* Pacten, *Handlungen*, Contracten *nicht verbunden.* Actum *den 22. Maii 1638.*

ſtoria hic eſſet manifeſta. Si igitur ſucceſſio in Germaniae principatus ſolius olim primogeniti idque ex diſpoſitione reipublicae: non potuit ſane ex facto deceſſoris ius illius uel deminui uel deſtrui. Cum ipſa *primogeniturae* iura indicio iam ſint, ſuccedendi cauſam reipublicae eiusque diſpoſitioni primaeuae adſcribendam eſſe, non uero uoluntati anteceſſoris. Hoc fere conſecutionis uinculo utuntur ENGELBRECHT *de ſucceſſ. ex iure primog. th. 23.* WVRMSER *exerc. 9. iur. publ. quaeſt. 16.* HERMES *faſcic. iur. publ. c. 18. n. 23.* SCHVTZIVS *uol. 1. iur. publ. D. 7. th. 10. litt. d.* Non habeo, quod hic deſiderem, niſi aliqui ſint, quibus primogeniturae iura, quae a primo *genitore* eiusque prouidentia pendent, confunduntur cum illis, quorum momenta omnia proceribus adſcribenda reipublicae. De cauſis uero *diuiſorum* postea principatuum proſcriptaeque primogeniturae alibi egit *dn. praeſes* in iurisprudentia publica. Intererat enim Caeſarum, ut grandes illi ſeptem Germaniae ducatus minuerentur diuidendo: inſtitutum Caeſaris adiuuabant antiſtites epiſcopi, qui a diſſolutis prouinciis ſunt exemti et ex landſaſſiis adſcripti ſunt numero ordinum imperialium: ob eandem cauſam etiam potentiores ex proceribus tracti ſunt in partes, qui et ipſi latiſundia ſua a iurisdictione ducum liberarunt et conſecuti ſunt non minus iura territorialia.

V. requiri in obligatione principatus ORDINVM PROVINCIALIVM *conſenſum.*

§. VIII. Praeterea ſunt iureconſulti, qui in omni anteceſſoris facto negotioque alicuius momenti urgent ORDINVM PROVINCIALIVM CONSENSVS (gg). Niſi enim hic acceſſerit, tum putant obligatum eſſe principem, non principatum neque per eundem in eo ſucceſſorem. Verum uti clariſſima hic ſunt medii aeui lumina: ita tamen nolim hoc adfirmare de prouinciis imperii minus adducti; nolim ea, quae principes ex uirtute fecerunt, trahere ad iuris neceſſitatem; nolim commiſcere atque confundere ſtatus, tempora, fata in quouis principatu uaria ac multiplicia (hh). Quibus certe opus eſt in hac doctrina cautelis, ne peccetur inter nimium & parum, graui in rebus adeo momentoſis prolapſione.

Qui ordinum prouincialium opus ſit conſenſus in obligatione ex facto deceſſoris?

(gg) Fidenter certe hic ſcribunt, ne dicam audacter, plures Germaniae iureconſulti. Verba BRVNNEMANNI *conſ. 1. n. 136.* ita ſunt concepta: *Iſt auch denen Rechten gemæß, wenn ſchon ein Reichs-Fürſt, bey Antritt der Regierung gegen die Landes-Stænde ſich nichts* reuerſiret *hætte, daß dennoch, was wichtige Sachen ſeyen, mit denen Landes-Stænden zu uberlegen und zu* communiciren. Nam in imperio Germanico princeps arduas res expedire non debet, niſi ex conſilio procerum CVNO *de pact. c. 24. n. 142.* PRVCKMANN *de regal. §. ſoluta poteſtas c. 3. n. 7.* Addit Brunnemannus in eodem conſilio *n. 141.* quod etiam *ſubditi inuiti* nequeant, quamuis pauci ſint, a reliquo principatu diuelli uel oppignerari, niſi ipſimet conſenſerint idque auctoritate BETSII *de pactis illuſtr. cap. 7.* HEIGII *part. 1. quaeſt. 19. num. 4.* Quod omne multo tum magis uerum ſit, ubi in has leges iuerit princeps ſigillatim cum ordinibus, ne facto ſuo oneret aut obliget principatum, niſi accedente illorum conſenſu, exemplo, quod idem Brunnemannus habet, *conſ. 1. n. 104. 107.* Ex eodem argumento colligit STVCKIVS *conſ. 26. n. 48.* quod facta maioris momenti, inſciis ordinibus prouinciae, neque obligent rempublicam neque ſucceſſorem. Idque exemplo ducatus *Brunſuicenſis*, quod urget *num. 187.* Eundem ordinum conſenſus in obligatione rerum maioris momenti neceſſarium eſſe, dicit L. B. de LYNCKER *deciſ. 717.* Si enim ſingularium Germaniae rerumpublicarum initia intuemur, illud uerum eſſe inuenimus, quod *principes* ſibi per ſuffragia elegerint ordines. Electitii autem principatus coniecturas habent imperii omnino adducti. Tanta olim huius iuris ordinum prouincialium obſeruatio, ut, principali familia extincta, ſuperioritas rediiſſe uideretur ad populum isque alium rurſus principem ex prouinciali nobilitate ſibi eligeret electumque ſiſteret Caeſari, ordine riteque inaugurandum. Exempla in Germanico imperio et ipſam Caeſaris confeſſionem habes apud auctorem *Germaniae principis libr. proem c. 3. §. 7.*

Doctrinae huius rationes.

(hh) Scilicet *primo*, quae diximus de origine principatuum Germaniae electitia, illa uera ſunt de ſeptem Germaniae archiprincipatibus, non de aliis, qui ex his fuerunt oriundi: *deinde* multa Germaniae territoria uerſa ſunt in alium ſtatum, quando ordines ſocietatem iuris et dominii prouincialis amiſerunt non uſu, delictis et criminibus, ſponte facta renuntiatione cauſisque aliis generis eiusdem. Prouidus ergo ſit iureconſultus in hoc iuris argumento, ne unam omnibus legem ponat, ſed formulam ante aeſtimet principatibus, quam ſuum prodat de illo iudicium.

VI. a reipublicae DAMNIS IRREPARABILIBVS.

§. IX. Porro ante oculos ponunt hic alii immania DAMNA, omnino metuenda PROVINCIAE, ſi quidem principi ſit libertas, ex facto ſuo infinite obligandi ſucceſſorem (ii). Hodie praeſertim, ubi in plerisque territoriis collectandi

lectandi iura in ſolius principis arbitratu. Neque ſine dedecore fieri poſſit, principem in curia imperiali notari PRODIGVM & effuſe uiuentem (kk).

Damna reipublicae ex obligatione ſucceſſoris.

(ii) Verbis aliorum etiam hic uti malo, quam meis. Ita autem BRVNNEMANNVS *conſil. 1. n. 178. 190. 191.* fere loquitur: *Si principi fas eſt, ex facto ſuo obligandi ſucceſſorem, facile fieri poteſt, ut, uel odio ſucceſſoris uel libidine uel amore uitae effuſae, exhauriatur aerarium, aere alieno adficiantur bona cameralia oppignerenturque, imo ſumma imis miſceantur. Quo rerum ſtatu ſucceſſor, ſi quidem obligatus ſit, aliter ſibi nequeat conſulere, quam uel parce uiuendo, contrahere prouinciae dedecus, uel nouis et inauditis tributis onerare ſubditos. Vtrumque aduerſari reipublicae ſaluti, quae lex ſit ſuprema. Laedi certe ita pauperes, pupillos, orphanos, uiduas, perſonas miſerabiles. Quapropter fieri nequeat, ut uel dari hoc poſſit principi, uel tanta reique publicae pernicioſa indulgentia peccare ſucceſſor.* Eodem utitur argumento auctor conſilio aduerſus, quod exhibet FRITSCHIVS *c. 4. n. 18.* Contra diſputatur ibidem *n. 65. Obgleich der Abtrag der von voriger Herrſchafft gemachter Schulden ietzo ohnmöglich ſcheine; müſſe man doch den Muth nicht ſincken laſſen. Man ſolle GOtt vertrauen, der dem Land einen neuen Seegen zu wenden könne. Inzwiſchen kœnne man die Hofſtatt ein wenig einziehen und dem Lande eine kleine* reſpiration *laſſen. So werde ſich nachhero alles finden.* Verum ſuperiora repetit STVCKIVS *conſ. 26. n. 228.* idque non ſolum facit; ſed etiam ſucceſſorem tum ab obligatione liberat, ſi conſenſus ordinum

A uel ſub et obreptitie acceſſerit, uel ui metuque fuerit extortus.

Num princeps declarari queat prodigus?

(kk) Id uolunt aliqui. Tamdiu obligari ex facto principis anteceſſoris ſucceſſorem, quamdiu ille non *declaratus* ſit *prodigus*, iudicio curiae imperialis. Sibi enim tribuere debere ſuaeque indulgentiae cum ordines prouinciales, tum etiam filios et agnatos: quod effuſae uitae non accuſauerint anteceſſorem ſententiamque
B requiſiuerint curialem uel a CAMERA uel ab AVLICO IVDICIO Caeſaris, qua ille *prodigus* adpellaretur auctoritate iudiciali. Ex eo enim tempore facta illius non magis obligatoria eſſe, quam hominis furioſi aut mentis emotae. Adiuuare ita ſentientes poſſem exemplo comitis imperii, quem camera imperialis dixit prodigum ſuperiori ſeculo, cum filii et agnati effuſae uitae indicia et ſpecimina attuliſſent. Contra
C alius comes, qui ſibi ab eodem fulmine metuit, ille titulum *conſiliarii* nundinatus eſt a principe ſupremo. Quod cum feciſſet, actoribus contra ſe repoſuit: *ſacrilegum eſſe, dubitare de prudentia illius, quem princeps elegiſſet ſui conſilii ſenatorem* idque argumento ſat graui *l. 3. C. de crim ſacrileg.* Verum enim uero, quemadmodum canones uolunt, ut parcant ſacri collegae dignitati epiſcopi, effuſe uiuentis, quibus ſatis ſit,
D quod a facto illius liberetur cum ſucceſſor, tum epiſcopatus: ita easdem rationes crediderim habendas eſſe in principe, ne purpurae illius macula adſpergatur.

VII. CONSENSV CAESARIS *deficiente.*

§. X. Poſt etiam in iureconſultis magni nominis illud reperio, quod ſoluant ab obligatione ſucceſſorem in factis deceſſoris, quibus CAESARIS CONSENSVS non acceſſerit (ll). Verum alii contra adfirmant: moribus inſtitutisque ſibi cognitum eſſe, quod ille necquicquam ſoleat requiri (mm).

Num facto principis opus ſit Caeſaris conſenſu?

(ll) Fateor eſſe hac in re patriae iureconſultos admodum diſertos facilesque ad facta principum improbanda, quae comitem non habeant conſenſum imperatoris. Haud dubie occupati Longobardicis aut landſaſſicis feudis praeſcripto decreto. Ipſe imperator his uerbis reſcripſit ducibus Brunſuicenſibus: *Non audeant duces, in his bellorum procellis, de ducatu aliquid alienare aut uertere aliquid in deteriorem ſtatum. Neutrum enim fieri poteſt ſine imperatoris conſenſu. Imo poenas dabunt, qui ſecus faxerint.* Exhibet ipſum reſcriptum Caeſareum *Leop. Alb.* SCHOPPIVS *in theſ. feud. ſect. 11. c. 1. p. 184. 185.* Hoc Caeſaris poſtulatum ſuo iudicio adprobant *Franc.* PFEIL *conſ. 78. n. 94.* ZIEGLERVS *lib. 1. de iurib. maieſt. c. 4. n. 27.* quibus inſtructior longe eſt a RVSDORF *in uindic. Palat. cap. 8. n. 21.* et *c. 12. n. 42. ſqq.* et, quos porro conduxit magno numero ITTERVS *de feud. imper. c. 23. §. 2.* Exempla etiam illorum principum,

E qui in contrahenda obligatione conſenſum rogarunt Caeſaris, habet STVCKIVS *conſ. 26. n. 59. 441.* Qui tamen in ultimo loco addit, parum intereſſe filiorum agnatorumque, ſiue conſenſerit facto anteceſſoris imperator ſiue minus. Cum ſufficiat eorundem liberationi, quod non ipſi dederint conſenſum: neque enim Caeſaris indulgentiam illis nocere poſſe aut eſſe detrimento.

Rationes, quibus impetunt Caeſarei conſenſus neceſſitatem.

F (mm) Non certe minor eſt numerus illorum, qui exiſtimant in facto principis obligatorio feudi imperii, conſenſu Caeſaris opus eſſe necquicquam. Siue aere alieno grauetur principatus, ſiue oppigneretur, ſiue alienetur. Extat huius ſententiae reſponſum *Franzkianum* in STRVVII *ſyntagm. feud. c. 14. §. 29. n. 5. p. 537.* Idem *Ioan.* MICHAEL *reſponſ. 14. p. 129. ſeq.* b. m. STRYCKIVS *de oblig. feud. conſ. muniti c. 2. n. 9.* ANDLER *lib. 1. tit. 10. part. 5. n. 16. 17.* et quos porro laudat Itterus. Equidem non nego, quod olim, niſi forte exceperis

dona-

CAP. VII. §. X. XI. XII.

donationes factas eccleſiis aut coenobiis, conſenſus Caeſaris raro fuerint requiſiti. In ipſa etiam alienatione regalium feudorum ſufficere uidebatur, ſi conſenſere filii, agnati, ordines prouinciales. Sed, poſtquam ſacra nobis lex eſt *A. B. tit.* 7. quo ſolis principibus electoralibus hoc A datum eſt, ut imperialia feuda acquirere poſſint ſine imperatoris conſenſu, regulae bonae interpretationis iam uolunt, nefas eſſe principibus et ordinibus imperii aliis, in tali cauſa conſenſum negligere imperialem. Plura, quae huc faciunt, repeti poſſunt ex hoc cap. ſuperius.

VIII. *RES PRINCIPALES ſint in nexu domani.*

§. XI. Porro alii perſuadere nobis uolunt, Germaniae principis bona omnia in nexu eſſe DOMANIALI; ut adeo proprietas eorum ſit penes rempublicam neque illa facto deceſſoris poſſint obligari (nn). Verum de omnibus Germaniae territoriis hoc adfirmare non auſim, neque de bonis omnibus. Iterum ergo FORMVLA reipublicae hic ante conſulenda, quàm in his diſcriminibus feratur iudicium (oo).

Qui principis bona omnia in nexu ſint domaniali?

(nn) Fidenter in hac cauſa ſcribit BRVNNEMANNVS *conſ.* 1. *n.* 61. 62. his propemodum uerbis: *Principis pleraque bona ſunt in nexu domanii. In his princeps non eſt dominus, ſed quaſi dominus. Imo inſtar eſt uſufructuarii, tutoris, mariti, adminiſtratoris, patris in bonis aduentitiis. Quorum neuter poteſt alienare, oppignerare, aere adficere alieno aut facere aliquid ſimile. Niſi conſenſerint rerum domini, proprietarius, pupillus, uxor, mandans, li-* C *beri. Quorum omnium in Germanico principatu iura habeat populus.* Eandem παῤῥησίαν habet STVCKIVS *conſ.* 26. *n.* 78. 79. Quibus addi poſſunt ſupra hoc cap. Inprimis autem *Ioan. a* RVSDORFF *in uindiciis Palat. cap.* 1. *n.* 8. *cap.* 8. *n.* 21. *cap.* 12. *n.* 42. 43. Id enim agit auctor illuſtris, ut demonſtret, principes imperii neque ex contractu deceſſorum obligari neque ex B delicto. Quapropter Carolus Ludouicus mulctari nequeat archipalatinatu, quem, Caeſaris iudicio, pater illius Fridericus V. propter feloniam perfidiamque amiſiſſet.

Bonorum principalium diuerſitas multiplex.

(oo) In aliis enim prouinciis bona *domanialia* non niſi *paucisſima*, *plurima* iterum in aliis. In aliis *praedia* hoc nexu tenentur; in aliis *iura* tantum et regalia. Quod dictum eſt hoc cap. ſuperius. Deinde principis fere bona in quouis principatu ſunt multiplicia. Primo loco *domanialia*; altero *fiſcalia*; tertio *patrimonialia* eaque uel *auita* uel proprii *quaeſtus*. In his iterum diſcrimina, utrum *primaria* ſint, an uero iuris *acceſſorii*. In omnibus hiſce bonorum generibus principis poteſtas eſt diuerſa uel *libera* uel *adducta* ad conſenſus uel *Caeſaris*, uel *ordinum*, uel *ſucceſſorum*. Quae cauſae omnino ſunt, quare opus ſit *formulae principalis* notitia.

IX. *Caeſarum liberent CONSTITVTIONES.*

X. *FORMVLAE CONTRACTVVM principalium.*

§. XII. Ad extremum addimus nos plenae fidei DIPLOMATA cum CAESARIS (pp); tum ipſorum etiam PRINCIPVM (qq): unde conſtat, priſtina Germaniae inſtituta ea fuiſſe, quod EX FACTO ANTECESSORIS NEQVE OBLIGATVS FVERIT SVCCESSOR FILIVS NEQVE AGNATVS. Quod ſi uerum eſt, otioſa erit ex aliis principiis diſputatio. Cum neque LATII, neque LOMBARDIAE, uel etiam ROMAE CHRISTIANAE ea in Germaniae principatibus ſit auctoritas, ut patriae conſuetudines illis liceat expungere. Quae potius ſanctae nobis ſunt hodieque, ut Germaniae curiae omnes, praeſertim clientelares, gratiam debeant habeantque muſis illorum, qui in eorundem indagatione occupati ſunt limitesque proferunt ac promouent patriae iurisprudentiae (rr).

CONSTITVTIONES CAESARVM qui liberent ab obligatione ſucceſſorem ex facto principis anteceſſoris?

(pp) Primi forte ſumus, qui in hoc argumento fuimus occupati, eo fine, ut e medii aeui notitia conſtet, obligaueritne Germania principes ſucceſſores ex deceſſorum factis, an uero liberauerit. Principem hic locum habet CAESARIS CONSTITVTIO. Ex qua intelligimus, in conſilio imperiali eſſe decretum: *quod in principatu ne quidem filius obligatus ex facto patris deceſſoris: ut potius, quicquid ob-* D *ligauerit pater ſine conſenſu illius, illud ei, uiuo patre, liceret reuocare.* Diploma, ann. 1230. conceptum, nobis conſeruauit *Chriſtoph.* BVTKENS ad *lib. 4. rer. Brabant. pag.* 225. quod damus in margine(*). Imo, quod magis eſt, ne quidem Caeſaris auctoritate deterritos fuiſſe filios, quin reuocarent illa, quae uiuus pater alienauerat, teſte ſcimus hiſtoria. Exemplum huc pertinet, quod an. 1294. contigit. Scilicet

Diploma ann. 1230.

(*) Diploma ipſum hoc eſt, quod ſequitur: HENRICVS *dei gratia Romanorum rex, ſemper Auguſtus omnibus ad quos praeſens ſcriptum peruenerit, gratiam et omne bonum. Notum facimus, quod cum* Henricus, *maior* filius *illuſtris principis, ducis Lotharingiae matrem habuerit et illa ſit mortua: per* SENTENTIAM PRINCIPVM IN CVRIA *noſtra eſt iudicatum. Si idem* dux *de* bonis, *quae poſſidet, aliquid* alienaret, *uel in manus uellet* E *transferre* alienas, *dictus Henricus* FILIVS *ſe de iisdem bonis poſſet* intromittere et occupare *licenter ad uſus ſuos et tenere. Datum* Fridebergae *anno gratiae* CIↃ ICC XXX. *proxima dominica poſt feſtum paſchae* IV. *Kal. maii, indictione tertia.* Satis firmum eſſe credo uinculum conſecutionis: ſi imperator ius reuocandi ea, quae pater alienauit, dare poteſt uiuo patre; multo minus ille obligabitur ex facto patris demortui.

CAP. VII. THVRINGIAE cauſa pro filiis deciſa an. 1295.

ALBERTVS, cognomento DEGENER, THVRINGIAE feuda uendiderat Adolſo imperatori, filiis inconſultis. Soluerat pretium emtor. Contradixere filii. Venitur utrinque ad arma. Improbat Germanicum imperium factum Caeſaris. Cauſam filiorum ſouet ac ſuſtinet. Exuuntur emtor uenditorque omni, quam habuerant, poteſtate. Teſtes rerum laudarem, niſi plena eſſent in hac narratione cum Germaniae, tum Saxoniae annalium monumenta. Pertinet etiam huc hiſtoria GELDRIAE ad annum 1465. Cum enim in ira tum eſſet dux ARNOLDVS aduerſus principem filium ADOLFVM; plurimas Geldriae ditiones uendidit Burgundiae ducibus. Sed filius, uiuo patre, id egit, ut liberaret illas ab obligatione ex facto patris idque ſoederibus, armis, litteris, ſententiisque celeberrimarum Germaniae curiarum. Quae omnes patris facta improbarunt filiumque ſoluerunt ab eorundem obſeruantia. Egit de his litigiis ex inſtituto *dn. praeſes* in CONSILIO inedito de *iuribus Cliuiae ducum in Geldriae et Zutphaniae principatus.* Darem caſus alios, ubi filii, quis de agnatis dubitauerit? ab obligatione ex facto parentis liberati ſunt IVDICIO IMPERIALI; ſi liceret eſſe prolixiori. Conferri tamen poſſunt *Wigul.* HVND *in metrop. p.* 213. 214. atque *Chron.* REICHERSPERGENSE *an.* 1135. *p.* 166. 167.

ItemqueGELDRIAE aduerſas facta patris ann. 1470.

§. XII.

DIPLOMATA PRINCIPVM ipſorum liberantia filios ſucceſſores.

(qq) Illud hic nobis eſt commonſtrandum, non olim *principes* contraxiſſe uel aliquid pollicitos eſſe cuiquam, niſi cum CONSENSV FILIORVM SVCCESSORVM. Vnde facile intelligitur, olim dubitatum non eſſe, quod filius ab obligatione ex facto patris deceſſoris immunis ſit, quamuis ei ſucceſſerit in principatum, niſi ſuo ipſe conſenſu facto patris ſubſcripſiſſet. Audiamus nunc formulas contractuum, loquentium conſenſus filiorum. (*) Ipſe imperator LOTHARIVS an. 1129. his uerbis

Diploma ann. 1129.

(*) Innumerae ſunt eius generis formulae, ubi pater paciſcens conſenſum filiorum *in feudalibus* non ſolum, uerum etiam in allodialibus bonis *auitis*, ſolicitat, conſequitur, commemoratque. Caeſaris exemplum habes in *chronico LAVRISHEIMENSI pag.* 50. Sed in *CODICE* noſtro *DIPLOMATICO* ſiue *reliquiis Mſctor. medii aeui* uix unum contractum raperies, qui filiorum, quandoque et filiarum, omittat conſenſum. Eſt autem *illud* prorſus ſingulare, quod an. 968. publicum inſtrumentum ſuperſit, in quo prouocatur ad *LEGEM SAXONICAM*, forte eadem in uniuerſa Germania uiguit olim, quae id patri non det largiaturque, alienare bona auita, inuitis heredibus naturalibus filiabus ac filiis. Exſcribemus illud ex *GELENII S. Engelberto p.* 359. unde, ſuppreſſo auctoris nomine, etiam habet *SCHATENIVS lib. IV. annal. Paderborn. ad an.* 997. Eſt autem hoc: *In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis Amen: OTTO DIVINA CLEMENTIA ROMAN. IMPERATOR AVGVSTVS. Si loca uel monaſteria a religioſis perſonis, ut Deo dicatis conſtructa, noſtra imperiali auctoritate corroborare conamur, hoc procul dubio et ad praeſentis noſtri regni ſtatum et ad aeternae beatitudinis praemium profuturum nobis fore credimus. Quapropter omnibus in Chriſto fidelibus noſtris ſcilicet praeſentibus et futuris notum eſſe uolumus, quomodo temporibus aui noſtri b. m. DOMINI OTTONIS IMPERATORIS Auguſti WICHMANNVS COMES pro animae ſuae remedio ſuorumque parentum in quodam loco Alteais dicto monaſterium et SANCTIMONIALIVM congregationem in honorem domini noſtri* Ieſu Chriſti et S. Viti martyris *ampliſſimae benignitatis conamine conſtruxit, nec non magnam certae PROPRIETATIS ſuae partem, cuius nomina infra tenentur, ſimul et BENEFICII idem dilectus auus noſter primum ei conceſſit in* beneficium, *poſtea pro ſeruitute fidali ſibi donauit in* propriom, *et ad ipſum liceater contradidit monaſterium, ſuamque ipſius* filiam *nomine* Lutgardem *caeteris monialibus praeconſtituit* abbatiſſam; *ſuccedente uero tempore, cum idem* Wichmannus *comes ſemel ad ueſperam uoctis inclinaſſet, penituſque naturae conceſſiſſet, altera ſuae procurationis filia nomine ADELA quondam HAEREDITATIS jam traditae partem expoſcens, dicens,* QVOD PATER EIVS SECVNDVM SAXONICAM LEGEM ABSQVE EIVS CONSENSV ET LICENTIA NVLLAM POTVISSET FACERE TRADITIONEM, TOTAM PATRIS SVI DONATIONEM PRODVXIT IN ERROREM. *Huius itaque* ſeditionis *perturbatio usque ad tempora dilecti patris noſtri perdurabat; Ipſeque noſter caritatiuus* paret *eandem contentionis cladem extinguere pro uiribus inſudabat, et hoc quoad ipſe uitam finiuit,* MINIME *ad unguem uſque perduxit; exacto autem longo temporis interuallo, cum eiusdem monaſterii abbatiſſa praetitulati uiri WICHMANNI FILIA, uniuerſae carnis uiam tunc intraret, aliaque in ipſius locum* imperialis noſtrae poteſtetis *iure accederet, in* palatio *noſtro, quod dicitur* Nouiomago, *noſtrum iuſſimus fieri* COLLOQVIVM, *ibique ſaltem huiusmodi ſeditionis fecimus finem:* BALDERICVS *enim praedictae maritus* ADELAE *pro noſtra uoluntate,* EXHORTATIONE *ſimul et petitione, idipſum* monaſterium *ſua* PROPRIA SVAEQVE CONIVGIS MANV IN NOSTRVM CONTRADIDIT MVNDIBVRDVM, *et ſicut mos eſt* laicorum, *cum* FESTVCA *ſemel ab eodem exiuit praedio, ea ratione, uti nos noſtro regali imperio ad deſcriptionis praeceptum tale libertatis arbitrium eidem monaſterio perpetualiter condonaremus, qualiter caeteras* MONIALIVM *congregationes ſcilicet* ASSINDIAE, QVIDENLINDENBERG, GANDERSHEIM *habere cognouimus. Inſuper* BALDERICVS *omnia eiusdem monaſterii praedia, quae prior abbatiſſa duntaxat in ſua habuit poteſtate et* INVESTITVRA, *ad reliquias* S. VITI *in* PRAESENTIA NOSTRI NOSTRORVMQVE PLVRIMORVM FIDELIVM *conceſſit, radicituſque contradidit, quorum nomina haec ſunt inſcripta.* Keltnon, Turnon, Vorithuſen, *cum omnibus utilitatibus ad ea loca iuſte ac rite pertinentibus:* Embriae *media pars, aeque diuiſa, in Hamme media pars,* Arhnem media pars, Redingen media pars, Aſpel, Tornicka media pars, Herueldt dimidia pars, Lyende dimidia pars, Thule dimidia pars, * Malime dimidia pars, Brummen dimidia pars, Oehlbergh, media pars, Ratho dimidia pars, Hutngen dimidia pars, Thalden dimidia pars, Tryendem media pars, Putte in loco* conſtruitur dimidia pars. Adhaec quatuor foreſta in Steenwald, in Offet, †Wichmoet et Subort. In his quatuor foreſtis ceruum, uel ceruam *uenandi* nullus habeat licentiam, niſi *uerbo et conſenſu abbatiſſae*, et ſi ceruus *uel cerua effugiat* de his foreſtis, eos in alias ſyluas ſequi ſit licentia abbatiſſae nunc, et in foreſto, in quo eſt Eltico conſtructa, ſingulis annis inter ceruos *et ceruas* XII.

Eltiacaſis eccleſia.

Wichmannus comes, Lutgarda Abbatiſſa Eltiaenſis.

Quidlenburg, Eſſendia, Gandersheim.

* *Malſine*

* *forte quo ſtruitur.*

† *al. Wichei.*

CAP. VII.

bis conſenſus filiorum fecit mentionem: LOTHARIVS III. *Rom. rex. Notum facimus, quod* FRIDERICVS Palatinus, *cum* conſenſu *Agnetae uxoris et Friderici* FILII *ſui uendidit curtem in pago Hartingo cum attinentiis* et quae ſequuntur deinceps in libello, quem exhibuit SCHATEN *lib. 8. annal. Paderborn. p. 721.* Neque princeps elector Moguntinus ante conſentire uoluit facto patris comitis de Hagenau, quam filii eidem obligationi calculos dediſſent. Inde formula an. 1277. ſcripta his uerbis: *Et eſt ſciendum, quod Reinhardus de Hagenau et Adelheid uxor illius et Vlricus eorum filius obligauerint ſe* ad facta, quae ſequuntur in ipſo inſtrumento, quod opuſculis adiunxit NVNNROODIVS *p. 192. 193.* Ipſius imperatoris Ludouici quarti liberos reuocaſſe, quae pater donauerat in Boioariae ducatu coenobiis, poſt demum conſenſiſſe eosdem factoque ſuo obligatos

an. 1277.

an. 1330.

§. XII.

fuiſſe, non patris, diſcitur ex monumento, quod ſupereſt in HVNDII *metropoli p. 211. 212.* Similes donationum formulas cum *conſenſu filiorum* commemorato, legere licet apud eundem *p. 243. 258. 262. 264. 275. 285. 288. 290. 297. 313.* quae duo ultima loca ualde ſunt momentoſa. In *Nicol.* SCHATEN altera parte *annal. Paderborn.* eiusdem formulae cum *conſenſu liberorum* habentur *lib. XI. p. 33. 109. 114. lib. XII. p. 196. 207. lib. XIII. p. 251.* quas litteras dabimus in margine (*). Sequitur codex diplomaticus rerum Burgundicarum *Stephani* PERARDI, unde ex innumeris aliis, quae apud illum in hoc genere ſuperſunt, duo exſcribemus diplomata, quae quidem ualde ſunt illuſtria conducuntque noſtro argumento. In *primo* dux LOTHARINGIAE cum FILII SVI CONSENSV immunem reddit a uectigalibus ſacrum collegium an. 1166. (†): in altero cum eadem formula

Diploma Lotharingicum an. 1166.

XII. *ferae tribuuntur abbatiſſae.* Vt autem huius donationis ueritas firma et inconulſa permaneat, poſterior abbatiſſa nomine *Ludgarda praelibatae* Adelae *maritatae*, *quatuor* curtes *nomine* Rynhare, Helchamteli, Luithuſen, Rede cum omnibus *utenſilibus* et ad ea pertinentibos *in proprium* tradendo* ad ea *recompenſauit*, quatenus ad haec ſicut pace diximus, pacis amicitiae pignus eo permaneat tenacius. Hanc igitur idem *Baldericus* in traditionis gratae et in fronte recepit, nec non *de fidelium* noſtrorũ ſcilicet *Willigiſi*, Archiepiſcopi, Hildebaldi epiſcopi et HEGGEBERTI MARCHIONIS, caeterorum multorum fidelium conſilio, ſicut idem Baldericus poſtulando donauit, eidem monaſterio *poteſtatiue conceſſimus*, ut amodo ſicut caetera monaſteria ſupra dicta libere* perenniter perfruantur arbitrio. Praeter haec quicquid praedii *diuus imperator* ſemper auguſtus WIGMANNO IN PROPRIVM donauit praecipue quae dicuntur in Nardinklant, Vrck, * Barbuorgt, Otwines, praedia inſuper in Friſonibus, quicquid abbatiſſa in *quatuor comitatibus* uidelicet *Huneſco*, *Fualge*, *Merime*, *Micheta* tributi a *magnificentia aui noſtri* recipiſſet, nos noſtrae deſcriptionis praecepto ob utilitatem abbatiſſae et ſororum ibidem Deo et S. Vito famulantium largimur et concedimus inomnibus utilitatibus ſopra dictis, ſicut et in iſta proprietate areis, aedificiis terrisque cultis et incultis, agnis, campis, paſcuis, ſyluis, piſcationibus, molendinis, eccleſiis, * uiis et inuiis, exitibus, quaeſitis et inquirendis, cunctisque appendiciis, quae dici poſſunt, nec non fiſcum et telonium de piſcatione in pago Salon, et in flumine *Isla*, qui uulgari nomine * *Hachdol* dicitur. Et quod dilectus genitor noſter eidem monaſterio conceſſit, eodem modo pro paterna remuneratione nos contradimus, et nos adhuc uolumus, noſtroque imperiali praecepto cunctis noſtris in Chriſto fidelibus firmiter iubemus, ut in eodem monaſterio, uel locis ad id pertinentibus nullus DVX, COMES, *uel* VICE-COMES, *nullus* MARCHIO, *uel quilibet* SCHOLDATIO, *uel alia* IVDICIARIA PERSONA ullum habeat *placitum* uec *parafredos* nec *pratas* faciendas, nec aliquod exigatur *ſeruile ſeruitium*, priusquam eiusdem abbatiae ſeruus, in cuiuscunque comitatu habitet, alterius comitis non eat placitum, ſed ad eius ſolummodo, QVEMCVNQVE ABBATISSA SIBIMET ELIGERE VELIT ADVOCATVM. Caeterum prae animae noſtrae expiaculo eidem largiri ſumus monaſterio, ut poſt hac perpetualiter, cum eiusdem monaſterii abbatiſſa morbo conſumta moriatur; ſanctimoniales inter ſe unam, quamcunque uelint, ſimul cum conſenſu TRAIECTENSIS EPISCOPI, in cuius poſitae ſuot dioeceſi, absque mortalium omnium contradictione licenter ELIGANT. Et huius ut monaſterii ſtatus ab aduerſariorum omnium incurſu maneat intactus, ſicut WICHMANNVS COMES inſtituit, de eodem monaſterio ad LIMINA S. PETRI principis apoſtolorum Romani argenti tot annis libra deferetur. Poſtremo ipſa uenerabilis *abbatiſſa* cum omnibus rebus ſuis noſtro ſemper pareat imperio et ſub noſtro ſubſiſtat *mundiburdio*, quatenus ipſam ſororesque eius iugiter pro nobis exorare delectet. Et, ut haec noſtrae conceſſionis auctoritas maneat firma &c. SIGNVM *Domini* OTTONIS MAGNI *Imperatoris Auguſti Hildebaldus Epiſcopus Cancellarius Vice Willigiſi Archi-Epiſcopi reſignaui:* DATVM 15. Calend. *Iunii* ANNO *Dominicae incarnationis* 997. INDICT. 10. *anno III.* OTTONIS regnaotis 14. Imperii *uero* 1. ACTVM *in palatio* NOVIOMAGI. Veniam dabit lector; quod totum dederimus diploma, unde plura intelliguntur, quae magni momenti. Habes 1) diſcrimen inter rem *beneficiariam et propriam*, 2) quod patri nefas ſit alienare niſi cum liberorum conſenſu, 3) quod his ſit poteſtas alienata uindicandi, 4) ipſe imperator non inuenit uiam excludendi filiam ab hoc iure recuperatorio, 5) lis non tam deciſa, quam confecta ſit tranſigendo, 6) traditionis ſolennitas in *effeſtucatione*, 7) communio bonorum inter coniuges, 8) res iudiciaria iſtius aeui, 9) pagorum inter comes diuerſitas, 10) *magni* nomen tributum Ottoni II. eique uiuo et quae reliqua ſunt generis eiusdem.

** trahendo*

Ecbertus Marchio.

** libero*

** forte Vrek ſupra uocatur Herueſte, Framelgo, Merime, Middaege.*

** for. Eccleſiae Herueſte eſt ad Lupiam flum. haud procul Dorſtena loca per amanuenſem ſunt corrupta ſicut infra et uox Vmbrochus etc.*

** al. Hags-Toll.*

Monaſterium Elten pendit Rom. pontifici quot annis argenti libra.

(*) Verba ſunt haec: *Reuerendo domino ſuo, domino Bernhardo epiſcopo Paderbornenſi DEI gratia* GVNTHERVS, *comes de* Sualenberghe *debitum obſequium cum ſalute. Notum nobis facimus harum ſerie litterarum, quod cum* PLENO et EXPRESSO CONSENSV FILII NOSTRI ADOLFI *ac omnium heredum noſtrorum, omnes noſtros miniſteriales et uaſallos in Ottonem de Rauensberg cum omni iure transtulimus. Datum et actum anno domini* 1322. *craſtino diuiſionis Apoſtolorum.* Imo hodie illae formulae *vor Uns unſere Erben und Erbnehmen* locum non haberent, niſi olim ſucceſſores crediidiſſent, ſe ex facto anteceſſoris nequicquam obligari.

(†) Verba illius ſunt haec: *In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Omnia, quae a fidelibus ſanctae eccleſiae poſſidenda traduntur, uel in eleemoſynam*

CAP. VII. *Burgundicum an.* 1170.

eidem eccleſiae iugera agrorum donat dux A BVRGVNDIAE ann. 1170. (†*). Vtrique principes, Germanico imperio clientelares. Tot igitur loca, cum triga nobis auctorum dederit, nemo iam dubitare poterit de innumeris aliis apud alios diplomatum collectores. Quorum nullum euoluere uolui, ne lucubratiuncula fieret prolixior.

De conſenſu filiorum principum moribus hodiernis.

Nemo itaque praeter iuris ordinem fieri, dixerit hodieque, ſi creditor principis ante minus ſe exiſtimet ſecurum eſſe, quam ob- B ligationi ſubſcripſerint *filii, agnati, extranei*, futuro tempore in principatum ſucceſſores, ut, qui ex fide ac uoluntate deceſſoris obligari olim nollent, ſuomet facto conſtringerentur. Quid uero ſi hunc conſenſum principi ſucceſſori ui metuque extorſerit anteceſſor? Fieri hoc poſſe, dubitandum non eſt. Qui expenderit ſecum, quod princeps *ſubditorum* loco habere non minus ſoleat *filios* atque benefi- C ciarios ſuos *agnatos*, uiuentes apanagio. Debet tamen eſſe metus, qui cadat in conſtantem uirum, ſi anteceſſor minas ſparſerit irae grauioris, ſi alias negauerit reditus apanagii, ſi liberis ſubtraxerit ea, quae requiri ſolent ad uictum et cultum, cetera. Vbi certe nemo illis beneficia negauerit exceptionis de ui metuque, creditoribus opponendae. Imo, niſi filio aut agnatis plene conſtiterit de numeris modisque D obligationis, ſuo conſenſu corroboratae, non minus illi tuti erunt exceptione ſubreptionis aut obreptionis. Neq; reſtitutionis beneficia ipſis negabuntur, ſi conſenſerint impuberes aut minorennes. Addunt alii, neque tum obligari ex ſuo etiam conſenſu liberos atque agnatos, ſi quidem habeat respublica, quare ſucceſſorem liberatum uelit ab obligatione. Idem dicendum, ſi *pactis familiae domus principalis* aliquid aduerſum ſit, ubi ne quidem auctor teneatur A nexu fidei iuratae, ex decreto pontificis ſupra *c. II. §. II. lit. y.* multo minus ſucceſſor.

§. XII.

Qui opponi aequant principatibus S.R.I. iura peregrina Longobardica?

(rr) Nota ſunt iureconſultorum diſcrimina, utrum *publica principatuum Germaniae iura* regantur legibus *ciuilibus* et *clientelaribus* Romanorum et Longobardorum. Negant certe hoc quamplurimi, quod confundantur ita *publica* iura cum *priuatis*; quod principum dignitate ſit in- B digniſſimum, *facta* eorundem iisdem limitibus eſſe circumſcripta, quam actiones hominum ex *uulgo* et infimo ordine ſubditorum; quod credi nequeat, *principes* imperii, recepto iure Romano in gratiam ſubditorum, hoc iugum ſibimet impoſuiſſe; quod rationes ciuiles earumque *ſolennia* principibus ſint *inconcinna*; quod hoc tantum abſit, quantum abſit imperatoris poteſtatem regi legibus Romanis aut C Longobardicis decretis; quod adſeſſores curiarum, quoties in his argumentis laudauerint ciuilia aut Longobardica iura, illud uel ob uim *rationis* fecerint uel ex *ignorantia*, praeiudiciis, glaucomatibus, cetera. Qualia fere ſunt, quae habent *Conringius*, *Titius*. *Mauritius*, *Rachelius*, *Werlhoffius*, *Schilterus*, *Cunrad. Sincerus*, *Fürſtenerus*, *a Lapide* aliique apud *Nunnroodium p.* 120. 121. Verum quicquid etiam D ſit, id certe omnes plena manu largiuntur: *cedere peregrina haec iura* primum *patriae conſuetudinibus*; deinde *legibus patriis*; poſt *rationibus utriusque*; praeterea *indoli principatibus peculiari*; ad extremum *luminibus priorum ſeculorum*. In his ergo eruendis cum noſtrum aeuum magis occupatum ſit, quam olim: necquicquam etiam iudices poeniteat peruerſarum ſententiarum, quas in ueteranis offendunt iureconſultis.

§. XIII.

nam donaatur, quatenus, quod a quocunque pie et fideliter agitur, nec oblinione deleri, nec cuiusquam fraude poſſit mutari, teſtamentalibus litteris neceſſe eſt commendentur: aeternam quippe ſibi in coelo praeparatam inuenit indulgentiam, quisquis pauperibus Chriſti aliquam impenderit eleemoſynam. Huius rei E gratia ego MATTHEVS LOTHARINGIAE DVX et MARCHIO, *notum uolo eſſe omnibus fidelibus per longa tempora ſuccedentibus, quod Galterius ſancti Benigni prior, noſtram praeſentiam adiit, et ſuper conductu, quod dicitur* PEDAGIVM *ac perſolutione* THELONEARIA *a nobis indulgentiam poſtulauit. quod ergo et apud* nouum caſtrum, *et per ter-* F *ram meam, pro ſalute animae meae et anteceſſorum meorum libenter conceſſi*, LAVDE ET ASSENSV dominae Berthae duciſſae uxoris meae et Roberti fratris mei ET FILIORVM MEORVM SIMONIS ET FRIDERICI. *Acta ſunt haec apud Chaſtenodum caſtrum* II. *idus octobris feria* VI. *anno ab incarnatione domini* M. C. LXVI. *concurrente quinto, epacta* XXVIII. *luna ipſius diei* XVI. Quilibet inde poteſt intelligere, quod ne quidem *priuilegii* iura filium ſucceſſorem obligare, crediderit dux, niſi eum haberet conſentientem. Simili enim loco uti ponitur ille cum agnato: ſic eodem quoque iure gaudebit.

E (†*) Verba ſunt, quae ſequuntur: *Quoniam per ſucceſſiones temporum, quae ab hominibus ſiunt uel dicuntur, niſi ſcripto commendentur, facile e memoria elabuntur, atque plerumque in irritum rediguntur. Ea propter ego* HVGO DVX BVRGVNDIAE, *praeſentis ſcripti conſcriptione et ſubſcriptorum teſtium atteſtatione nec non et ſigilli mei impreſſione, notum fieri uolo, cunctis praeſentibus et poſteris, quod ſummi patris conſpiratione commonitus, Hieroſolymam aditurus*, ASSENSV ET LAVDE *Aalidis* uxoris meae, ET ODONIS FILII MEI, *qui etiam proinde unum palaefridum habuit, pro remedio animae meae, patris-* F *que mei, et omnium anteceſſorum meorum, et pro emendatione omnium exactionum, ſiue iniuriarum quas apud eccleſiam ſancti* Benigni de Diuione *iniuſte commiſeram, libere et abſolute* dono *in perpetuum, et concedo eidem eccleſiae quicquid iuſte uel iniuſte poſſidebam, aut meum eſſe dicebatur, a* PLVMBERIIS *usque* BECIX, *citra aquam et ultra aquam, excepto Chemini fore facto: quod tamen de hominibus ſuis praefatae eccleſiae concedo. Similiter omnes conſuetudines, quas apud praenominatum* BECIX *habebam, eidem eccleſiae in perpetuum dono, nihil ibidem praeter magnam iuſtitiam retinens.* Actum eſt hoc anno ab incarnatione domini M. C. LXX.

CAP. VII.

§. XIII. Atque haec ſunt, quae in cauſa hac graui, multiplici, dubia, atque difficili conduxi: nullo alio fine, quam ut ſtudiorum periculum facerem in arena inaugurali. Quemadmodum enim in iuribus principum Germaniae publicis omne punctum ferunt conſuetudines patriae uetuſtiores, praeſertim quod reſpublica noſtra non hodie demum aut heri nata aut uerſa ſit in alium ſtatum, ut potius moribus, quibus illa octo ſeculorum lapſu uixit, utamur nos hodieque: ita dolendum eſt, quod patriae iureconſulti, publica principum iura reſponſuri, non defigant animum in uetuſtioribus patriae monumentis. Quod ſi fecerint, illi proferrent limites iurisprudentiae publicae, non recoquerent cibos, toties appoſitos eademque, qua ueterani, lyra oberrarent. Ceterum ſententia de obligatione ſucceſſoris, ex facto anteceſſoris nunc ſemel ſtabilita, difficile iam non eſt ad reſpondendum caſus cauſaſque ſingulares. Quapropter in his occupari, opus non eſt. Cum iudicis ſit, imitari artificem, atque ad unam iuris regulam mille cauſas in hoc genere exigere et conformare.

§. XIII. *Inauguralis lucubratiunculae finis.*

TOMI I. LIB. II.

FEVDALIVM

OPVSCVLVM I.

DE PRIMO FORO SVBFEVDORVM IMPERIALIVM,

in Reichsaffter-Lehen,

PARIVM CVRIAE IN HASSIAE COMITATV RITTBERGENSI.

Menſe Maio cIↄIↄccxv.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO CAROLO,

HASSIAE LANDGRAVIO, PRINCIPI HERSFELDIAE, COMITI CATIMELIBOCI, DECIAE, ZIEGENHAINAE, NIDDAE, SCHAVMBVRGI, RELIQVA

PRINCIPI AC DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME PRINCEPS,
DOMINE CLEMENTISSIME,

EA, PRINCEPS SERENISSIME, *curiae* TVAE *clientelaris eſt amplitudo, celebritas, dignitas, uetuſtas, frequentia, ut alias quasque uniuerſae Germaniae principum, ſi non ſuperet, omnino tamen exaequet. Fide ſcimus aliena, quod in numeris beneficiariorum* TVI *principatus conſpicua ſint nomina principum Schwartzburgicorum, Waldecciorum, Lippienſium, Buckenburgenſium, Solmenſium, Hohenloicorum, Rittbergenſium aliorumque primi fere ordinis comitum imperialium. Intereſt ergo, ut iuris beneficiarii omnes rationes conſtent illis, qui in deſiderio ponunt ui-*

uendi

uendi olim in territorio TVO *patriaeque inſeruiendi. Ex literis et actis publicis nemini poteſt eſſe ignotum, quamdiu multumque in cauſa* RITTBERGENSI, *quoad ſucceſſionem in comitatum,* TIBI *clientelarem, de* PRIMI FORI *iuribus ſit actum ac diſceptatum. Inter uaria itaque iuris argumenta, conflictui inaugurali commendata, illud quidem elegi ideo, quoniam ex medii praeſertim aeui notitia, cui me, poſt iurisprudentiae cultum, etiam quodammodo dedi, controuerſiae huic lumina accedunt praeſidiaque, nondum eruta ab aliis, qui illius egerunt patrocinium. Dum uero in his curis animum meum defigo: opuſculo hoc, quod inaugurale eſt, diuinam quoque purpuram* TVAM *ueneror, nihilque magis in uotis habeo, quam ut ſubiectiſſimi animi documentum hocce publicum, ſi non laudem, gratiam tamen* TVAM, PATER PATRIAE *indulgentiſſime, cui illud meque totum conſecro, mereatur. Et quis uitio uertat haec uota mea, ſubditi* TVI. *Cum illa etiam concipiant homines extranei plures, quos trahunt uirtus* TVA, *literae, artes, prudentia rerumque uſus, quibus in orbe Europaeo emines ac inſigni prorſus fulgore colluces. Erunt alii, qui hac omnia literis olim commendabunt poſteritati, ne cumulus rerum, quas in* TE, MAGNE PRINCEPS, *nunc ſubmiſſo cultu, neque ſine quodam ſtupore ueneramur, excidere queat hominum memoria. Agis in caſtris* DVCEM; *in foris* IVDICEM; *in ſanctiori ſenatu* CONSVLTOREM; *in muſeo* ARTIFICEM; *domi* PATREM; *foris* TVTOREM *ac* VINDICEM *iniuriae alienae. Id uolo, nihil animo* TVO *deeſſe, quin idem rerum et* AVCTOR *ſis et* ACTOR, *debeaturque* TIBI *laurea in* MILITIA, LITERIS, ARTIBVS, *quae* TVVM *habent otium, in perſpicientia* VERI *ac* RECTI, *in* AMORE, *quem* TVIS, *inque* FIDE, *quam comprobas extraneis, quibuscum* TIBI *foederis ſanctimonia. Det prouidum et praepotens* NVMEN, *ut, quae uota ſunt omnium bonorum, illorum praeſertim, qui uirtutis illas delicias* TVAS *quotidie in oculis habent, diu rebus interſis mortalium, hoc aeuo maxime, Europaeo orbe, bellorum turbis undique concuſſo. Vt Deus, qui principali familiae tot dedit ſuſtentacula, domui quoque* TVAE *noua quotidie addat largiaturque incrementa.*

Diſſertatio inauguralis

De

FORO SVBFEVDORVM IMPERIALIVM

Der

Reichs-Afterlehen.

CAP. I.

Status Cauſae.

§. I.

Argumenti in iudiciis Germaniae frequentia.

IN maiore quaſi *iudiciorum imperii* theatro thema, quod damus, propoſitum et in utramque partem actum ac uentilatum eſt adhuc, rationibus utrinque inſtructis, ut omnino e re ſit iurisprudentiae clientelaris ac publicae, quid hic uelint *leges*, *conſuetudi-* B *nes*, *inſtitutaque* patriae noſtrae et medii præſertim aeui, ſingulari cura inquirere et omni moderatione modeſtiaque, ut in re graui decet, aperire. Praeſertim, quo- A niam iuris publici conſulti in argumento tam utili, momentoſo ac frequenti fere muti ſunt; illi autem, qui leges clientelares tractant, in alienis prorſus ac peregrinis uerſantur: ut parum aut nihil praeſidii inde queat expectari ad ambigui iuris cauſam reſpondendum.

Propoſitio eius.

§. II. Id autem quaeritur uniuerſim: *ſubfeuda imperialia* (primae inſtantiae intuitu) *quod forum habeant in Germanico regno*, quemque iudicem? Primumne DOMINVM, auguſtiſſimum imperatorem: an uero, liceat ita loqui, SVBDOMINVM, principem ac ſeniorem ſubuaſalli. Alii *primum* uolunt; alii *alterum*. In utroque laudabimus

CAP. I. **§. III–VI.**

bimus nos cauſas, illas fere indicaturi magis, quam diiudicaturi.

Eique ſingularis.

§. III. Cum uero alii hic extra oleas uagentur, nos, reſecatis, quae arenam noſtram non tangunt proxime, in illis tantum uerſabimur, quae uere noſtri inſtituti. Scilicet non quaerimus hic: quid iuris ſit, ſi forte princeps aut uaſallus, beneficium ſiue feudum, quod imperio refert acceptum, alii iterum idque retro in clientelam ſiue *ſubfeudum* concedat, ubi forte res minus habet ambiguitatis, illud fieri poſſe, neque tunc *ſubuaſallum* alium iudicem nanciſci, quam illum, qui ſubfeudo eundem donauit inaugurauitque.

De foro allodiorum S.R.I. quae principi in feudum collata.

§. IV. Verum enimuero illud hic diſceptatur ſigillatim: *ſi forte ſubditus imperii aut etiam uaſallus*, primus quidem *allodii*, alter *feudi* ſui imperialis *dominium offerat principi* alicui ceu domino ſuo, an rei in feudum ita collatae forum ſit coram domino nouo, non autem, quod olim fuerat, coram imperatore imperioque: niſi ſententiae, ibi latae, per ordinaria remedia huc deuoluantur. Finge Henricum, ALLODII imperialis in Germania poſſeſſorem, *illud*, forte protectionis, lucri, amoris, honoris, alieni aeris aut alia cauſa, *offerre, dominii directi ergo, principi Rudolfo ab eoque allodium*, quod obtulerat, in *feudum* iterum recipere et receptum agnoſcere ac renouare. Requiritur omnino: *utrum ita oblati feudi iudex*, in prima quidem inſtantia, *competens ſit nouus dominus*, RVDOLFVS; *an uero* IMPERATOR. Eadem ſane cauſa, quamuis praeterea paulo ſingulares hic rationes ſint: *ſi forte comes imperii comitatum, imperio adhuc clientelarem, principi potentiori in feudum offerat ab eoque recipiat illum: utrum iudex tum feudi illius* PRIMVS DOMINVS *ſit imperator, an* SVBDOMINVS nouus, id eſt, retro dominus princeps?

Wenn iemand ein dem Reich ohne Mittel unterworffenes Land beſitzet, und ſolches einem andern Furſten, mit oder ohne Kayſerliche Einwilligung, zu Lehen auftraegt, wer alsdenn in demſelben erſter Lehenrichter ſey, der Kayſer oder der neue Lehns-Herr.

Inſcriptio opuſculi explicata.

§. V. Satis hoc erit, ut conſtet, de quo argumento nobis futura ſit diſputatio. Ipſa enim inſcriptio illius, ut par eſt, conciſa, breuis, trium uerborum, non potuit cauſam dare explicatius. Clarius enim concepta fuiſſet uerbis amplioribus: *de primo foro territorii imperialis, ſi illud alicui principum ſit in feudum oblatum ab eoque ita receptum*, ut, *quod olim* IMPERII IVDICIIS *absque intermedio paruit, nunc demum eidem pareat nonniſi poſt forum* PRINCIPIS INTERMEDII in altera inſtantia et actu. Notanter ſcripſi de foro SVBFEVDI aut *ſubterritorii*: non autem VASALLI aut *poſſeſſoris*. De nexu enim diſputatur non PERSONALI, ſed FEVDALI. Scilicet, quamuis actiones *ciuiles, criminales, eccleſiaſticae* aduerſus ipſum eius territorii poſſeſſorem emiſſae ac intentatae SVPREMIS S.R.I. IVDICIIS in prima protinus inſtantia pateant: tamen, ſi cauſae tangant REM, in feudum conceſſam, princeps ſubdominus hunc ſaltum non fert; ſuſtinetque e contrario ultimi generis actiones, principio FEVDALI CVRIAE illius, quam habet, exponendas eſſe expectandamque ibi ſententiam: quae poſt demum *adpellando, ſupplicando*, aut alio iuris remedio ad ſuprema Germaniae iudicia poſſint deuolui ac transferri.

Praeſidia ad hanc cauſam.

§. VI. Vt autem facile largior, illum, qui hanc cauſam reſponſurus ſit, principio euoluturum *publici iuris* ſyſtemata; poſt libros inſtitutorum *feudalium*; demum ſigillatim illos, qui de FEVDIS OBLATIS atque SVBFEVDIS eorumque iuribus peculiaria ſcripſerunt opuſcula: ita fidenter adfirmo, *primos* huius argumenti uacuos eſſe, *alteros* uagari extra oleas, *ultimos* nomina exhibere, non rem, multo minus rationes adſequi noſtrae reipublicae peculiares. Non uereor, ſingulos eorum notare nominatim, in ultima utputa claſſe, ne quem fallant deinceps uerba titulorum. Nam *Andreas* KOHLIVS, qui per dimidii ſeculi ſpatium iura reſpondit in Marchia, leges ac doctores ſequitur Longobardos neque ſenſum habet patrii in Germania iuris. Non meliori iudicio dignus eſt illius commentator *Guil. Ant. de* FREVDENBERG. Horum uitulo arant *Wilhelmus* LEISER et *Georgius* RADOVIVS, qui uterque de ſubfeudis egit in conflictibus inauguralibus: ſed limites huius doctrinae neuter protulit latum unguem. *Ioan. Heluic. Sinold.* SCHVZIVS, qui pariter de *ſubinfeudatione* prodiit in arenam academicam Gieſſae, ſequitur non minus iter peregrinum, quo iuit ante eum Kohlius. Propius ad patrii iuris limites acceſſit *Georg. Henr.* BRVCKNER in diſputatione inaugurali de *particulari territorio ſubinfeudato von der Affter-verlehnten Landes Herrlichkeit.* Sed ſcopus illi propoſitus eſt hic; *num regalia queant dari in ſubfeudum*? in quo noſtra necquicquam uerſantur. *Mart.* FRECCIA de *ſubfeudis* quidem Venetiis edidit uolumen ſingulare, ſed Italos ille docet, non beneficiarios in Germania. Sequuntur illi, qui libellos promulgarunt de feudis oblatis in iisque principe loco HERTIVS. Verum quando praeclarus auctor id argumentum, unde fundamenta, cardines ac nerui iuris publici cum imperialis, tum prouincialis pendent in Germania, non exhauſit, imo plurima eius momenta nequidem indice digito attigit: ita etiam noſtram cauſam explicare omiſit neque ad illam inſtruendam nobis potuit prodeſſe. Vir illuſtris, THOMASIVS in diſputatione de *feudis oblatis* id maxime egit, vt Hertiana emendaret, augeret in uiamque reduceret ſententias aliorum, quae male cohaerent uel inuicem uel cum rationibus noſtrae reipublicae. Porro huc facere uidentur libelli de *imperii allodiis*. Verum DOMINICVS de *praerogatiuis allodiorum* ad res

Scriptores KOHLIVS 1) de ſubfeudis.

FREVDENBERG.

LEISER.

RADOV.

SCHVZIVS.

BRVCKNER.

FRECCIA.

2) de feudis OBLATIS HERTIVS.

Vir illuſtris THOMASIVS.

3) de allodiis imperii. DOMINICVS.

CAP. I. II.

ALEXANDRI.

4) *de feudis imperii.* ITTERVS.

5) *de feudis imperii ſingularibus.*

ad res Francicas reſpicit uixque attingit patria iura, quorum initia ſumenda ſunt in Germanico imperio poſt Carolidas. *Ioan. Henr.* ALEXANDRI opuſculum *de iure allodiali principum imperii*, praeſidio b. m. Strykii munitum, multum habet operis et ſalis. Deſiderantur tamen in illo lumina medii aeui. Poſt de feudis imperii ſigillatim ſcripſit ITTERVS, docte prudenterque. Sed controuerſias ipſe euoluit magis, quam decidit, ut in altero laudem mereatur. Ceterum libelli ab aduocatis principum editi in hac cauſa ſenſus partium fouent, ſaepe inimicos ueritati. Interim optime ex illis inſtrui poteſt noſtrum thema, dummodo lumine regantur haec ſcripta genuinae publici iuris prudentiae. Sed horum libellorum quemque laudabimus ſuo loco ac ordine, ubi aliquo licuit uti.

§. VII. I. II.

Cautio ſcribentis.

§. VII. Ceterum quemadmodum noſtra lucubratiuncula eſt academica, quae ſibi nullum adrogat in ſupremis Germaniae iudiciis, praeſertim in graui hac cauſa momentum; ſed omnia tribuit noſtro ſtudio conquiſitis patriae legibus, ſtatutis, moribus mediique aeui aliis monumentis: ita ueniam quoque merebimur, ſi quae minus arriſerint uiri alicuius palato, uſu rerum magis periti. Nam in rebus tantae uetuſtatis ſaepius aliquid dandum eſt coniecturis, quae fallere fallique poſſunt. Quod, ubi fit, ſcriptum eſſe nolumus, quod ſcriptum eſt ſententiisque rectius ſentientium noſtra ſubmittimus. Deus adſit dicendis.

CAP. II.

De EXEMPLIS *eorum, qui adoptarunt ſubdominos* FEVDIS *uel* ALLODIIS *imperialibus.*

§. I.

Propoſitio de ALLODIO et FEVDIS imperialibus ſubmittendis ſubdomino,

Illud nobis hic eſt ſerio indagandum: *utrum comes aut alius ex ordinibus imperii* TERRITORIVM *ſuum* IMMEDIATVM quod dicunt (*ein dem Reich ohne mittel unterworfenes Land*) *alii* SVBDOMINO *offerre ab eoque in feudum queat recipere?* Cum uero territorium eiusmodi imperiale uel eſſe FEVDVM poſſit uel ALLODIVM: utrumque ſegmento hoc ſumus tractaturi: quoniam latent ſaepius *feudorum* et *allodiorum* imperialium differentiae.

praeſertim absque Caeſaris conſenſu.

§. II. Quemadmodum uero, quod quaerimus, fieri potuit uel *cum imperatoris conſenſu*, uel etiam absque illo: ita utrinque conquiremus exempla. Quae ſi habuerimus, tum quidem eo melius diſputare poterimus, *iurene* quid factum quidue cum *iniuria*. Principio itaque de exemplis illorum, qui *immediata feuda* uel *allodia ſua absque ullo Caeſaris conſenſu uel etiam quandoque cum eo nouis ſubdominis ſubmiſerunt eaque ab illis iterum receperunt in feudum.* Atque hanc ſcenam inprimis inſtruent ſacri in imperio antiſtites, abbates et epiſcopi ordinis infimi, medii, maximi.

a] EXEMPLIS epiſcopi 1) VLTRAIECTINI, qui ſubdominus comitatus HOLLANDIAE.

Principem hic locum teneat epiſcopus VLTRAIECTINVS, cui tot principes imperiales uaſalli et clientes ſunt, ut amplior illuſtriorque *curia clientelaris* uix eſſe uideatur in orbe Romano. De *comitatu Hollandiae*, aſt ille quantus! ſcribit antiſtes ADELBOLDVS (a) an. 1012. apud Hedam: *Item comes* HOLLANDIAE *eſt liber feudalis epiſcopi* TRAIECTENSIS *et tenet in feudum* COMITATVM HOLLANDIAE *cum terris, manſis, campis, pratis, paſcuis, mancipiis, aquis, aquarum decurſibus et iuſtitia exceptis decimis et terra Waterlandiae, quae totaliter* (pleno dominio et proprietate) *pertinet ad epiſcopum et eccleſiam. Comes Hollandiae uocatur etiam et eſt* MARESCHALCVS *epiſcopi Traiectenſis.* Sed tantum abeſt, ut aliquis ſcriptor uel Belgicus uel Vltraiectinus docuerit, hoc imperii feudum cum Caeſaris conſenſu iuiſſe in ſubdominium antiſtitis epiſcopi: ut malit *Ant.* MATTHAEI (b) inde argumentum petere, ad negandum, Hollandiam fuiſſe in numero feudo-

(a) Ipſum diploma habes apud *Wilb.* HEDAM *epiſc. Traiect. XIX. p.* 282. Equidem non neſcio, quod dubitent aliqui, num ſit genuinom? Noſtra tamen non intereſt, quoniam nemo ipſios matriculae numeros uocat in dubium. Imo *An.* BVCHELIVS ipſe *p.* 117. agnoſcit nomina dicitque membranam auctorem habere antiſtitem paulo iuniorem. Quae etiam laudetur *Snoio*, *Noaiomago*, *Gerbrando*, *Hamconio*. Et *Ant.* MATTHAEI *de nobilit. lib.* 1. *c.* 38. *p.* 147. teſtatur de codice uetuſtiori Mſcto, ubi eadem matricula recitetur. Quid? quod BOXHORNIVS *p.* 103. *hiſt. Belg.* docere queat, Veldenarianum indicem longe ampliorem eſſe, quam hune Adelboldinom. De *Hollandia* Traiecto elientelari ſigillatim etiam *chron. Colon. p.* 163. *a.* et SCHOPPIVS *in theſauro feud. c.* 1. *p.* 45. 46.

(b) In multi pretii opere de *nobilitate lib.* 1. *c.* 34. Vbi id uult multae noritiae uir, *Hollandiae quidem comites* in numero fuiſſe principum imperii, non autem Hollandiam in claſſe imperii feudorum.

CAP. II.

feudorum imperialium. Sed hunc refellemus nos in margine (c), cum neſcire uideatur, dari etiam feuda *proprietatis.* Eiusdem curiae feudalis Vltraiectinae beneficiarii porro nominantur in *codice clientelari* Adelboldino dux BRABANTIAE, Traiectenſis *dapifer*; dux GELDRIAE *uenator* epiſcopi; dux CLIVIAE eius *camerarius*; comes BENTHEMENSIS *ianitor* illius; dominus de CVKE *pincerna*; dominus de CHOER *ſignifer.* Verum quoniam illi, quos recenſuimus adhuc, raro intuitu *principatuum* ipſorum; ſed ſingularium tantummodo praediorum ac dynaſtiarum in hoc epiſcopi nexu uerſantur: leue noſtro inſtituto important adiumentum. Ceterum in eo teſti epiſcopo eſt credendum: quod omnes illos beneficiarios agnoſcere oportuerit, in cauſis maxime clientelaribus (*in Lebens-ſachen*) forum *curiae epiſcopalis* (d). Vt his imperialibus conſuetudinibus uixiſſe conſtet Germaniae uaſallos anno cIↄ XXI. aut paullo poſt, quo Adelboldinum diploma litteris eſt conceptum.

§. II. III. IV. 2) *LEODIENSIS.*

§. III. De LEODIENSIBVS feudis album clientelare condidit nobilisſimum *Hemricurtius* (e) nominaque in illo recitauit praepotentium imperii Germanici principum, ducis *Lotharingiae*; *Brabantiae*; *Limburgi*; principum *Flandriae*; *Geldriae*; *Iuliaci*; *Luxenburgi*; *Hannoniae*; *Moerſiae*, cetera. Quamuis autem FIESENI (f) iudicio haec iura adeo euanuerint, ut uix hodie umbrae illorum ſuperſint: pertinent tamen illa ad doctrinas medii aeui inſtitutorum in Germania.

3) *TREVIRENSIS.*

§. IV. TREVIRENSI archiepiſcopo uaſalli quam plurimi, principes, comites, dynaſtae imperiales. Quorum licet multi imperialia feuda eidem, ceu ſubdomino obtulerint (g): tamen in Carolino diplomate, an. cIↄ CCCLXXVI. concepto, ut res, imperii conſuetudinibus clara, recitatur: *ut uaſalli principio cauſas agant curam* PARIBVS *curiae feudalis, tum deferant illas ad* ARCHIEPISCOPVM, *feudi dominum, ultimo ad* CAESAREM, quod diploma habet ac exhibet *Wilhelm.* KYRIANDER (h). Ne uero aliquis parium curiae

(c) Scilicet his ſero utitur argutiis cetera utiliſſimus auctor, ut a Germaniae feudis eximat *Hollandiam. principio* quoniam egerint comites cum rebus territorii pro ſuo arbitratu: *deinde* ſucceſſio comitatus fuerit etiam foeminea: *poſt* in fide ac foedere comes fuerit Caeſaris, nnn in obſequio: *tum* regiones populo apertae, non imperatori, extincta comitum poſteritate: *demum* aliis, quod addo, in feudum ſit oblatus comitatus. Verum enim uero omnia haec in aliis etiam Germaniae principatibus offendere licet iureconſulto, medii aeui notitia imbuto. Scilicet *feuda imperii* olim non *utilis* dominii fuerunt; ſed *proprietatis.* Qua in re conſentientem habeo *Iacobum* SCHIKFVSIVN *cap. 6. de feudis Sileſiae*, paria fere adſerentem, quem *Mſctum* adſeruant muſae *du. praeſidie.* Quod ſi idem de *Hollandiae* comitatu dixeris et genuina erunt comitum Hollandiae iura et ſuus Germanico imperio conſtabit nexus clientelaris.

(d) Verba diplomatis ſuot haec: *praenominati omnes feudales eccleſiae in ſynodo* (comitiis prouincialibus) *epiſcopi* Traiectenſis *tenentur et debent perſonaliter intereſſe, feudum recipere ab epiſcopo, praeſtare homagium et fidelitatem*, cetera.

(e) Hemricurtianus catalogus eſt hic: *Sancti Lamberti clientes ſunt beneficiarii, qui ſequuntur.* Dux *Lotharingiae Moſellanae; dux Brabantiae; dux Limburgi*; comites *Flandriae; Geldriae: Iuliaci; Luxenburgi; Hannoniae; Namurci; Vaudemontii; Cliuiae; Rupenſis! Ciniacenſis; Bertholtius; Hinsburgius, Bellomontius; Falcomontius; Moerſius aliique.*

(f) *Lib. 12. in hiſtoria eccleſ. Leodienſ. num. 20. p. 300.*

(g) Io illorum olim numero fuiſſe dicuntur duces *Lotharingiae, Luxenburgi*, comites *Sainenſes, Wiedani, Naſſonienſes* aliique, de quibus, licet leui tantum brachio, *Chriſt.* BROWERVS *in annalib. Treuirenſib. lib. 17. n. 132. p. 218.* in quo ipſo Carolus IV. imperator, qua dux Luxenburgenſis *marchionatu Arlonenſi* S. R. I. haud dubie clientelari et Treuirenſi *marſchalcatu*, ritu quidem feudis ſolenni, fuit inauguratus, teſte diplomate inaugurationis an. 1346. concepto. Promiſit etiam in eodem: *tenere talia in feudum perpetuis ſucceſſionis temporibus cum onere fidelitatis et aliis de talibus feudis debitis, de* CONSVETVDINE (quod ualde notandum) *et de iure* ſcilicet feudali communi. Imo paulo ante, anno ſcilicet 1321. Ludouicus IV. imperator archiepiſcopo priuilegium dedit, acquirendi feuda imperii etiam ſine imperatoris conſenſu. Qui forte neglectus etiam fuit olim. De aliis agitur Treuirenſibus uaſallis *lib. 18. n. 55. p. 248.* et *lib. 23. n. 19. p. 439.* Quorſum etiam *acta* pertinent *Sainenſia* et *Wittgenſteinenſia.* Nam Saioenſi comite demortuo, Henrico, an. 1606. Treuirenſis antiſtes dynaſtiam *Vallendar* aliosque fundos archiepiſcopatui clientelares, ut feuda poſſeſſore uacua, ſub ſuam redegit poteſtatem: contra diſputantibus illi haec iura *Wittgenſteinenſibus*, qua Sainenſium agnatis; *neptibus* ex ſorore ultimi comitis, quooiam dynaſtia promiſcuae ſit ſucceſſionis; *archipalatino*, quod uniuerſus Sainenſis comitatus, ipſi clientelaris, etiam in curia palatina debeat io ius uocari, ne multitudine iudiciorum cauſae diſtraherentur. Libelli, qui lucem uiderunt, ſunt hi. I.) *Relatio breuis et ſtatus modernae cauſae* VALLENDARIENSIS inter Sain Wittgenſtein *et Trier an. 1632. in 4to.* II) *Reſponſum iuris de reſtitutione Baroniae* VALLENDAR *eiusque ſublimi territorii iure inter* Trier et Sain Wittgenſtein *an. 1612. in 4to 1. alph. 19. pl.* III) *Kurtzer gründlicher Berichr in Sachen Sain gegen Trier die Schlöſſer Sain, Freuſſburg, Rheinbruel u. a. betreffend* 1632. in 4to 1. alph. 6. pl. IV) Extract *hiſtoriſcher Erzehlung, welcher geſtalt das Hauß Wittgenſtein ſeine halbe Herrſchafft Vallendar bey Coblentz gelegen verſetzt und ihme ſolches vorenthalten* an. 1647. in 4to 1. pl. V.) *ſummariſcher Inhalt etlicher des Hauſes Wittgenſtein* Grauaminum *wider Cöln, Trier und den Abt zu Laach* 1647. 1. plag. et ſi quae forte ſcripta alia generis eiusdem.

(h) Part. XV. comment. Treuirenſ. pag. 194. anno 1376. bis uerbis conceptum eſt, quod ibi extat, diploma: *In feudalibus cauſis a curiae paribus* (ſupponitur enim, feudales cauſas inter dominum et uaſallum aliud forum non habere in Germania uniuerſa, quam curiae pares) *ad archiepiſcopum, ipſi etiam archiepiſcopo a parium ſententiis quibuscunque ad Caeſarem prouocandi facultas ſit.* Licet autem *Wernerus* THVMMERMVTH *in Cölniſch. Krumſtab ſund. 2, n. 96.* fera diploma uniuerſum fugillet,

CAP. II. §. V. VI.

riae praerogatiuam inter priuilegia antiſtitis referat: formulae clientelares conſuli poſſunt, quae nominatim illud habent; *feudi aliud iudicium non agnoſcere, quam in curia clientelari pariumque uaſallorum conſeſſu.* Ex innumeris unicam laudabimus eamque paulo uetuſtiorem an. 1340. conceptam (i) uerbis, quae damus in margine.

4) *COLONIENSIS.*

§. V. COLONIENSIS archiepiſcopatus, ceteris paulo amplior idque ideo, quod plurima *imperii feuda* atque *allodia* illi principi, ob quandam religionis nimietatem, a poſſeſſoribus ſunt oblata, multoties ſine conſenſu Caeſaris: quandoque etiam cum eodem. Vnius S. Engelbrechti antiſtitis acceſſiones, quas ipſe fecit addixitque archiepiſcopatui, ſatis argumentorum habent ad comprobandam ſententiae noſtrae ueritatem (k). In tanto uaſallorum numero feudales tamen cauſas iudicem alium non habere, quam CVRIAE PARES, illud non ſolum ordines prouinciales agnouerunt (l): ſed etiam eo reſpicere uidetur diploma Friderici II. imperatoris, anno 1220. conceptum (m).

5) *WIRZBVRGENSIS.*

§. VI. Cum iter nimis ſit longum, ſaltu quodam ad WIRZBVRGENSEM deuenimus epiſcopatum. Licet enim huic antiſtiti *ducis* uerbum ſano ſenſu (n) non inuideamus: illud tamen ex ſcriptoribus conſtat, quod comitatus HENNEBERGICVM (o), CASTELLANVM (p), WERTHEIMENSEM (q), TRIMBERGENSEM (r), LANGENBVR-

ſugillet, nihil tamen in PARIVM CVRIAE IVDICIIS deſiderat, ſi cauſa ſit feudalis tangatque dominum. Imo eredibile eſt, imperatorem inter alia inuidenda priuilegia, quibus Treuirenſem muniuit, etiam curiae parium conſeſſus iudiciaque ſuſtuliſſe: niſi uidiſſet, fieri hoc non poſſe, quam cum Germaniae conſuetudinum interitu ac ruina.

(i) Ipſum diploma habetur *in dem gründlichen Berieht zwiſchen Snyn und Chur Trier litt. b. p.* 79. Eſt autem fere hoc: *Nos* IOANNES *comes* Saynenſis *notum facimus, nosmet caſtrum* Sainenſe *cum ſuis eurin, ualle, hominibus, iuribus; item decimum uini de* Andernaeo; *iura in* Vallendar, Maxſeine et Seltoſſe; *caſtrum Ehrenbreitſtein; Hartenfelſi in feudum ligium ab archiepiſcopo Treuirenſi recepiſſe. Et ſi quid* diſſenſionis *inter* dominum *Treuirenſem* et nos *emerſerit, ſuper his coram* domino *noſtro archiepiſcopo* iuri *ſtabimus* dando *et recipiendo iuxta* definitionem *et ſententiam* * nobilium *uaſallorum dicti archiepiſcopi. In teſtimonium horum ſigilla noſtrum et* Lyſae *de Iulinco noſtrae conthoralis adpendimus huic ſcripto.* Actum *Treuiris anno* 1349. *die* 29. *menſ. octobris.* Praeterimus inſtrumenta clientelaria alia generis ac formulae eiuſdem.

(k) Egit de illa ex inſtituto *Aegid.* GELENIVS *in uindice libertatis eccleſiaſticae ac martyre S. Engelberto lib.* 1. *p.* 79. 91. 115. atque *lib.* 3. *p.* 249. 250. Quae loca oſtendent, quam plurima imperii feuda et allodia archiepiſcopatui Colonienſi addixerint, ſine Caeſarei conſenſus mentione, duces *Lothuringiae, Cliuiae, Geldriae*: Principes *Naſſauiae*; comites *Wedani, Marcani, Arnsbergenſes, Moerſenſes, Burenſes* aliique, pagi praeſertim Weſtphaliae. Qoo cum iungi debet idem GELENIVS in *magnitudine Coloniae ſyntagm.* 7. *p.* 65. 66. ubi largitores acceſſionum piarum ordine ſummatimque laudat. *Idem* plurium etiam Coloniae feudorum ſpem fecit in *uita* BRVNONIS, quam tamen non expleuit.

(l) Quorum ſuffragia expoſuit *Werner.* THVMMERMVTH *im Colniſch. Krumſtab fundam.* 2. *n.* 174. 175. et *fundam.* 3. *n.* 17. 18. 19.

(m) In diplomate, quod exhibet GELENIVS *in uita S Engelberti lib.* 3. *p.* 202. 203. 204. Quod ualde eſt momentoſum in aliis etiam ioris publiei et feudalis argumentis. Inde exſcripſerunt illud SCHATEN. *in Paderborn. annal.* et SCHILTER *part.* 2. *iuris publ.* nulla primi facta mentione. Summa illius: *epiſcopi deceſſoris heres ſit ſucceſſor,* non uti olim, imperator, idque ſub poena proſcriptionis et amiſſionis feudorum, qui ex Caeſareis ſaxerit ſecus; *noua telonia in eorundem territoriis non indicat imperator*, niſi cum eorundem conſenſu; *ſerui eorundem a nemine recipiantur*, ſi fugerint; *aduocati* eccleſiaſtici his reſtituant, quod damni dederunt ſacro territorio; de FEVDIS SVIS IVDICENT iudicatosque priuent, ſine imperatoris interceſſu; *ab illis excommunicatos* proſcriptio ſequatur imperialis, niſi eccleſiis poſt ſex hebdomadas fuerint reconciliati, et quae alia ſunt conſtituta an. cIↄccxx.

(n) Scilicet qui territorium habet cum ſuperioritate principali in Franconia: a quo priſtinus Franconiae uniuerſae ducatus differt, ut limes urbis et orbis. Inde DVCIS IN FRANCONIA uerbo etiam uſi ſunt principes Noribergenſes? Hennebergici; Limburgenſes dynaſtae. Quod *du praeſ.* oſtendit in *praef. ad ſcriptor. rer. Wirtzburgenſium* §. 27.

(o) Loca exſcribemus ex *Laur.* FRIESIO, qui ad an. 1230. *in epiſcop.* 40. *cap.* 10. *p.* 556. ſcribit his propemodum uerbis: *der Grav von Henneberg iſt des Stiffts Wirtzburg Vogt; der Stadt Wirtzburg Burggrav; des Stiffts Erbmarſchal. Im Iahr* 1348 *hat er dem Biſchoff einen Brieff übergeben, darinnen er bekennet, daſs er die gantze Gravſchafft Henneberg* (imperiale feudum) *als ein zugehor des Marſchall-amts zu leben empfangen.* Sed egit principem in transuerſum nimietas religionis, a quo morbo ſe liberarunt ſucceſſores.

(p) Loquatur iterum FRIESIVS noſter *ad an.* 1457. *in epiſcopo* 59. *c.* 11. *p.* 817. 818. uerbis, quae fere ſequuntur: *die Gravſchafft Caſtel iſt eine reiche und dem Reich ohnmittel unterworffene Gravſchafft. Allein an.* 1457. *kamen die Graven in einen elenden durfftigen Stand. Handelten demnach mit dem Biſchoff zu Wirtzburg, daſs derſelbe ihnen Iährlich* 500. *Fl. zahlen laſſen ſolte. Dagegen ſie dem Stifft Wirtzburg die gantze Gravſchafft übergeben, und ſolche vom Stifft als ein Mann-Leben wiederum empfangen ſollen. Welche Lehens empfang muſs von Zeiten zu Zeiten erneuret werden. Die Biſchoffe haben auch den Reichs-Anſchlag der Römer-Monath für die Graven bezahlet, um ſich deſto feſter zu ſetzen und Reichswegen keinen Gegenſpruch zu haben.* Etiam hic fides ſit penes auctorem.

(q) Scilicet principio *VVertheimenſem comitatum* Wirtzburgenſi antiſtiti dicunt fuiſſe clientelarem: uerum aſtu ac arte Caroli IV. imperatoris factum eſſe, ut omnis *comitatus* acceperit *ſubdominum regem Bohemiae* an. 1362. non ſine iniuria, quam credunt, Wirzburgenſis epiſcopatus. Ediderunt an. 1606. Wirzburgenſes pro actione iurium ſuorum *einen Bericht* in 4to. Cui oppoſuerunt Wertheimenſes in gratiam Bohemiae regum *einen Gegen-Bericht* an. 1617. in fol. Addi poteſt FRIESIVS *in epiſc.* 52. *p.* 645.

(r) Legi poteſt FRIESIVS *in epiſcopo* 44. *c.* 9. 12. qui dicit Trimbergenſem dynaſtiam Wirzburgenſi epiſcopatui *in ſubdominium* oblatum, abeoque in *feudum* receptum, tandem epiſcopatui apertum fuiſſe an. 1277.

(s) Allo-

GENBVRGENSEM (s) aliosque in uicinia A ſibi ante reddiderit clientelares, quam habuerit Caeſaris conſenſum, cuius etiam mentio inuenitur nonniſi rariſſime. Nam, ut patriae conſuetudines taceam, piaculum fore, crediderunt, ſi quis Kiliani pallii obeſſet amplitudini illudque breue & ſuccinctum mallet, quam longum et productum (t). Sed ne quis hanc Caeſarum imperiique indulgentiam religionis tribuat nimietati, ab eccleſiaſticis principatibus B pedem mouemus ad ciuiles.

6) Rex BOHEMIAE plurium Germaniae principatuum ac territoriorum SVBDOMINVS.

§. VII. Inter hos initium facimus a BOHEMICO ELECTORE, cuius curia feudalis in numeris principum et comitum imperii ipſam fere imperialem dicitur adaequare. *Boleslaus* BALBINVS (u) teſtatur, in molem maximi uoluminis nomina adſurgere eorum, qui *feuda* atque *allodia* imperialia Bohemiae regi obtulerint agnouerintque illum *ſubdominum* ac iudicem C clientelarium cauſarum. *Quatuor* principes electores; *ſex* principes epiſcopos; *quatuor* duces; *tres* marchiones et landgrauios; principes *tres*; *quatuordecim* comites; plures *abbates* et *praelatos*; *ciuitates* etiam et *uaſallos* imperii nobiles recitat GOLDASTVS (x) additque, quod huc omnino facit, *in quos imperii ordines* REGI *Bohemiae, ſeu ſubdomino* eorundem, nulla competit iurisdictio, PRAETERQVAM FEVDALIS, NEMPE QVVM DE SVCCESSIONE FEVDI *aut ſimilis controuerſia oboritur.* Tum enim, quod REINHARDVS (y) addit, NON CORAM IMPERATORE, *ſed* REGE BOHEMIAE IN PRIMA INSTANTIA ACTIONES INSTITVI DEBENT PRAGAE, *uti habet praxis et uſus forenſis.* Addimus formulam *ſubdomino*, regi Bohemiae, ſolennem in imperialibus ſubfeudis: *des Reichsaffterleben vor niemand, als unſerm Leben-Hof zu Prag zu verrechten* (z). Haec teſtimonia nos docent, quod Bohemiae regis iura ualde deminuant, qui Caeſari auctores ſunt, eius generis cauſas clientelares primo ſtatim actu tractari oportere in *curia imperiali.*

7) ARCHIPALATINVS.

§. VIII. Sequitur Bohemiae regem ARCHIPALATINVS Rheni, qui pariter CVRIAM FEVDALEM habet *principum* et *comitum imperialium* ſacrorumque *antiſtitum* numeris ac nominibus celeberrimam in uniuerſa Germania. Non uero alia tantae amplitudinis eſt cauſa, quam haec. Quoniam in turbis rerum imperii *archipalatino*

(s) Allodium hoc imperii antiſtitem Wirzbur- D genſem adoptauit ſibi ſubdominum an. 1216. Mox Langenburgenſe territorium epiſcopatui apertum fuiſſe dicunt atque ab ſacris antiſtibus, ut epiſcopale ſubfeudum datum comitibus Hohenloicis. Qui illud hodieque in ſua habent ditione.

(t) Habes *VVirzburgenſium feudorum* matriculam, quam *du. praeſ.* edidit in *praeſ. ad ſcriptores VVirzburg.* §. 17. In quorum maximis numeris uix unicum inuenies, quod ex *feudo* aut *allodio imperiali* ſuam non ſumpſerit originem. *Controuerſiam* autem *feudalem* Wirzburgenſis antiſtes nunc per *arbitros*, nunc per *curiae pares*, nunc etiam alia tractauit ratione. Hoc certum eſt, *primae inſtantiae* illos fuiſſe quam religioſiſſimos cuſtodes. E

(u) Verba Balbini *lib. 3. miſcell. R. Boh. cap. 21. p. 388.* ſunt haec: *infinitus eſſem, ſi* FEVDA *omnia regni* Bohemiae, *tantum a Carolo IV. comparata atque ab * imperio exemta percenſere uellem, iuſtum illa* LIBRVM, *qui apud me eſt, conficiant.* Vtinam in lucem iuiſſet ille codex clientelaris, unde haud dubie artes paterent, quibus perſuaſere Bohemiae reges ordinibus imperii, ut illos adoptarent *ſubdominos* mallentque illis intermediis ſubeſſe imperio, quam immediate.

(x) *Lib. 1. cap. 18. n. 10. p. 103.* qui locus eſt admodum ſingularis. Quamuis etiam illud uerum F ſit, plures numeros laruiſſe Goldaſtum, qui cogniti ac deſcripti fuerunt in codice Balbiniano. Id enim egit Carolus IV. ut a multis imperii principibus cooptaretur *ſubdominus* Bohemiae rex, *partim*, ut ex Bohemia uerſus Rhenum et Luxenburgum necteret ſtrueretque ſibi ſuisque uiam; *partim*, ut ſpem haberet plurium in imperio *aperturarum*; partim, ut ordines ſibi deuinciret, ne alium Caeſarem uellent, quam Bohemum. Neque eſt, quod dixeris, conſenſum Caroli IV. in eiusmodi ſubdominiis conſtitutis uocem fuiſſe ipſius Caeſaris. Nam, ubi de imperii damno agitur, ibi Cae- G ſar uix poteſt auctor eſſe in rem ſuam.

(y) BESOLDVS *in diſſertat. de maieſt. ſect. 3. n. 50.* teſtatur, *Ioannem Philipp.* REINHARDVM auctorem eſſe *des VVertheimiſchen Gegen-Berichts wider den VVirtzburgiſchen Bericht.* Liber iſte in forma maiori editus eſt ann. 1617. habetque momenta ſingularia, quae huc omnino pertinent. *Principio* oſtenditur, Bohemiae regem, qua *ſubdominum VVertheimenſis* comitatus, iudicem illius eſſe legitimum ac competentem, quoniam litigia uerſentur in iure ſuccedendi dubio idque uerum eſſe, 1) Germaniae conſuetudinibus, 2) inſtitutis Longobardicis, 3) etiam auctoritate A. B. 4) teſte Bohemiae beneficiariorum hiſtoria, de quo *part. 1. cap.* 16. uniuerſo. Deinde in *parte 2. num.* 184. *p.* 311. inſcriptio eſt haec: *An die Keyſ. Maj. Lœwenſteinſ.* information *etlicher Bœmiſchen* praeiudicien *uber derſelben im Teutſchen Reich gelegenen Lebenſchafften* in puncto Bohemicae iurisdictionis. Atque hoc ſcriptum eſt uere pragmaticum, quo exemplis pluribus et momentoſis docetur; *iurisdictionem curiae Pragenſis* in cauſis clientelaribus ſubfeudorum imperialium et fundatam et agnitam quouis tempore fuiſſe ab imperii Germanici principibus, comitibus atq; ordine equeſtri. Scilicet id docet, in cauſis feudalibus *coram* CVRIA CLIENTELARI PRAGENSI ſtetiſſe egiſſeque rem ſuam: S. R. I. electores, 1) ARCHIPALATINVM, 2) SAXONEM, 3) BRANDENBVRGENSEM, 4) MOGVNTINVM: deinde principes imperii, 5) MISNENSEM, 6) VINARIENSEM, 7) NEOBVRGENSEM, 8) ONOLDINVM: porro comites S. R. I. 9) LIMBVRGENSES, 10) RVTHENOS, 11) LEVCHTENBERGENSES, 12) TRAVTHENBERGENSES innumerosque ex imperiali nobilitate ac ciuitatibus, praeſertim Noribergenſem. Hanc certe, qui matriculam legerit expenderitque numeros illius, is nullatenus dubitabit, concentu quodam uniuerſi imperii ordinum illud uerum eſſe; quod cauſae *ſubfeudorum imperialium* alium neſciant in primo actu iudicem, quam ſubdominum et pares curiae illius.

(z) Ex innumeris formulis dabimus tantum aliquas. Ita Ferdinandus I. imperator ann. 1549. litteras clientelares praeſcripſit Ruthenis comitibus deditque, post alia, his uerbis conceptas: ſo ſoll er die Reichs-Affterlehen eudern anders"
"wo

CAP. II. *latino ſubdomino* imperialia uel feuda uel allodia ſubmiſerunt multi ex ordinibus imperii, cum illius ceu uicini mallent patrocinium, quam Caeſaris, loco remoti ſtudiiſque diuerſis ſaepe impediti ac eneruati. Licet uero in hac Rheni prouincia imperator *duas* ſuſtinuerit perſonas, *unam* DVCIS ſui *domanii*(aa), alteram AVGVSTI, ut adeo ſic utrinque aliquid decedere uideretur eius iurisdictioni: nihil tamen quicquam obfuit hoc, quo minus in clientelaribus rebus *principes* et *comites* A *uaſalli* praetorium agnoſcerent archipalatinum PARIVMQVE illius IVDICIA et conſeſſus (bb). §. IIX. IX.

§. IX. SAXONIAE etiam ducibus in Thuringia praeſertim plurimi quoque tractus, *allodiorum* uel etiam *feudorum* imperialium nominibus quondam inſignes, obuenerunt ceu SVBDOMINIS. Tantum uero abeſt, ut ex illo tempore eius generis uaſalli in *feudalibus litigiis* alium in prima inſtantia et actu iudicem uoluerint, quam Saxonicas curias(cc): ut potius

8) *Princeps elector SAXONIAE.*

"wo, dann vor unſer Kœniglichen und unſer Er-"hen Kœnigen zu Bœhmen eigen Perſon und auch "an keinem andern Ort, als in der Cron Bœhmen "verrechten und zu geſtehen ſchuldig ſeyn. Und "in allwege, daſs die citation und Furbeſcheid, "do ihme jemand allein der obbeſchriebenen Le-"hen-Herrſchafften und Guter ſamt oder ſonder-"lichen halben im Anſpruch zu haben oder vor uns "zu beſchuldigen vermeint, mindert anderswo, "als in unſerer Bœhmiſchen Hof-Cantzeley ge-"ſucht, genommen, und daraus geſertiget und ausgehe," et quae reliqua ſunt. E tabulario Rutheno produxit diploma hoc ediditque *Pet.* BECKLERVS C *in hiſtoria Ruthenorum comitum p.* 120. 121. Similes etiam occurrunt in actis *Wertheimenſibus* aduerſus *Herbipolitanos*. Illud porro ſingulare eſt: licet uetuſtiſſimae ſtirpis comites S.R.I. de DHONA non ſolum imperio addicti fuerint immediate, ſed etiam rex Bohemiae illos muniuerit priuilegio, ne ſubeſſent iuri Bohemiae prouinciali: nihilominus tamen intuitu feudi DHONIN eiusdem agnouerint curiam clientelarem. Tacen innumera exempla alia apud *Boregkium*, *Hageck*, *Paprozkiam* aliosque rerum Bohemicarum ſcriptores.

(aa) Illud enim medii acui documentis eſt te- D ſtatisſimum, quod *Rheni uicinia* fuerit prouincia, Caeſaris adſcripta ſacro patrimonio, quod uerbo, cis alpes nato, dicere ſolemus *menſale* ſiue *domanium*. Inde eſt, quod antiſtites Rheno uicini, quam etiam potentes ſint, ibi omnia ſua debeant *imperialibus allodiis* aut *feudis*, quorum poſſeſſores, temporum ſuperſtitione illos adoptarunt quaſi diuiniores *ſubdominos*, nexu imperatoris non ſoluto, ſed tantum laxato, interpoſitu interiectuque ſubalternae poteſtatis.

(bb) In clientum numero archipalatinorum ſunt fere hi. Principes *Iuliacenſes*, *Naſſouii*, co- E mites *Hanaouienſes*, *Saienſes*, *Wittgenſteinenſes*, *Neuenaarii*, *Wieduni*, *Kirchbergenſes*, *Leiningenſes*, *Erpacenſes*, *Solmenſes*, *Loewenſteinenſes*, *Manderſcheidani*, *Weſterburgici*, *Virnenburgici* aliique plures. Qui omnes ſua territoria, imperatori, ſine ullo principe intermedio, ſubdita, obtulerunt archipalatino ab eoque ceu ſubdomino ſuo iure et ſub nexu clientelari receperunt. De quo argumento conſulendi ſunt FREHERVS *in originib. Palatinis part.* 1. *cap. XI.* et *part.* 2. *cap.* 2. 7. 8. IRENICVS *lib.* 4. *exegeſi c.* 53. TOLNERVS *in cap.* 2. *de incrementis* et *cap.* 3. *de incrementis* archipa- F latinatus. Quibus tamen illud facile debet ignoſci, quod ueteris Franciae ducale territorium tribuant archipalatino: cum tamen hiſtoria nos doceat, illum ex diuerſis laciniis ſenſim ac diuerſimode auctus ſumpſiſſe idque temporibus atque ſub principibus diuerſis ex ſacro Caeſaris imperiique patrimonio. Hoc autem cum ſemel factum ſit: iamnunc non eſt, quod pudeat praepotentes imperii ordines, modo enumeratos, cauſas clientelares in *curia archipalatina* agere et reſpondere. Imo admodum memorabile eſt diploma WILHELMI ducis *Iuliacenſis*, ann. 1351. ſcriptum eo fine, B ne *marchionatus* Iuliacenſis, a Carolo quarto Caeſare in *ducatum* uerſus, iurisdictioni obeſſe uideretur ſubdomini archipalatini. Verba eius per epitomen deſcripta haec ſunt: *Licet imperator nos olim* marchionem *prouexeris in* ducem *gratioſe: intentionis tamen noſtrae non fuit nec eſt, quod per huiusmodi ſublimationem ueſtris* (archipalatini) *iuribus ſpecialiter in feudis, quae a uobis tenemus, praeiudicium aliquod generari uelimus. Nam nexus, qui nobis erga curiam archipalatinam in cauſis feudalibus fuit, etiam perdurabit deinceps, ſublimatione noſtra non obſtante*. Noſtro itaque iudicio recte fecit archipalatinus *Carolus Lodouicus*, quod litem de ſucceſſione Saienſi, inter belli tricennalis iniurias principio ad *cameram* mox ad *curiam Caeſaris* deuolutam, inde reuocauerit uolueritque, ut cauſa haec clientelaris in curia Heidelbergenſi *an dem Pfaltziſchen Lehn-Hof* in parium conſeſſu, ſiquidem dominum formidarent, iudicaretur. Neque etiam diſputarunt hoc poſtulatum archipalatino; ſed tamen exceperunt ad illud hoc quidem in caſu, quod lis iam ſit coepta pendeatque ſemel, quod uix aliud patiatur plurium cauſarum continentia, quod de illis maxime diſputetur, quae facta ſint archipalatino proſcripto et abſente, cetera. Vnde ſatis conſtat, intereſſe archipalatini, cum ne *ſubdominia* extinguantur imperialium ſubfeudorum, tum ne ſubdominis diſputetur in eius generis uaſallos clientelaris iurisdictio.

(cc) Notum eſt ex huius et ſuperioris ſeculi hiſtoria, quod COMITES plerique tam *Miſniae*, quam etiam *Thuringiae* inprimis id egerint, ut oſtenderent, ſuos olim comitatus imperio ſubditos fuiſſe abſque principe intermedio, uerum poſt factum aſſe, ut maiores illorum landgrauios Thuringiae ac Miſniae marchiones adoptarent *ſubdominos* ab iisque territoria reciperent cum nexu clientelari. Re enim uera ſic ex *feudis* aut *allodiis imperii* haec iuiſſent in clientelam principis imperii. Satagerunt comites, quod affirmarunt probare, principio *Miſniae* intuitu, quoniam ille marchionatus poſtea demum factus ſit principatus neque moribus Germaniae eſſe uideretur concinnum, ut comes comiti ſubeſſet: de *Thuringiae* autem landgrauiis illud ſit manifeſtum, quod demum a Lothario Saxone ad dignitatem principum ſint promoti. Addatur HORTLEDER. *lib.* 5. *de cauſ. bell. Germ. c.* 26. §. 3. Quicquid ſit, neque enim hanc litem facio meam, illud tamen ubique conſtat, quod inter haec ipſa diſſidia non fuerit aliquis, qui *forum clientelare* Saxonum uel declinauerit unquam uel uocauerit tantum in ius. Sit nobis exemplo comes RVTHENVS. Adfirmat ille quidem, ſe comitem eſſe imperialem; territorii iura accepta ſe ferre imperatori; his libere ipſum uti, inſtar principis, ſaluo beneficiario nexu, quo Saxonicae domui is ſit addictus: tamen ſi quaeſtio occurrat, cauſam tangens feudalem, ibi clientelare iudicium ſubdomino ſuo neque diſputat neque poteſt diſputare. Conſuli poteſt in hoc argumento *Petr.* BEKLER. *in hiſtoria Ruthenorum* comitum

Digitized by Google

CAP. II. tius forenſes Saxoniae doctores ſentiant, etiam in cauſis ciuilibus aliisque ſtare eosdem ac comparere debere in Saxonicis foris (dd). Eo igitur magis horrent ſententiam Saxonici iureconſulti: *feudales cauſas, ſubdominis neglectis*, ſaltu quodam *deferri ad ſuprema iudicia imperii.*

9) *ducatus* *BRANDENBVRGICVS.*

§. X. De BRANDENBVRGICO ducatu olim iam ſcripſit dn. praeſes, illius clientelam ſubiiſſe duces MECKLENBVRGICOS (aa); POMERANOS (bb); LVSATOS (cc) aliosque, nullo quondam imperato-A ris ceu domini ſupremi interceſſu. Merito Brandenburgici libelli auctor atque ex ueris et idoneis rationibus addit, *ut ſcilicet tum fuerunt tempora* (dd). Vbi territoriis imperialibus adoptare licuit ſubdominos, praeſertim conciues. §. X, XI.

10) *Dux* *WVRTENBERGICVS.*

§. XI. In WVRTENBERGICO ducatu plura ſunt, unde noſtrum inſtrui poteſt argumentum. Licet enim nullatenus probemus, quod liuor et maleuolentia effudit *Chriſtophori* BESOLDI (ee), ſcilicet uniuerſum ducatum compoſitum et conglu-

Tt 3 tinatum

---

comitum p. 314. 315. 331. 342. 343. Verba illius fere ſunt haec: "Ehemahls waren die Gravſchafften "Reichs unmittelbahr geweſen. Aus Aberglauben "oder Schutzes halben hætten einige ſich freywil"lig unter einen andern Reichs-Fürſten begeben "und vom ſolchem die Leben empfangen, mithin, "ſo viel die Leben-Sachen betræffe, ſich Reichs"mittelbahr gemachet. Und ſo ſtünde man Græv"licher Reuſsiſcher ſeiten zwar dem Hochfürſtli"chen Hauſe Sachſen alle die Lehens-Pflicht, nicht "aber die Erb-Pflicht zu. Es beſtünde aber ſolches "in Reichs-Afterlehen, davon man keine Erbhul"digung zu thun ſchuldig, ob man gleich an dem "Lehenhoff des Afterlehen-Herrns das Lehen ver"rechten müſte. Die Formul lautete alſo: wenn "die Lehen ſtreitig, anſprüchig, der Lehensfolge "Zwiſtigkeit vorfielen, ſolche mindert anderswo, "als vor dem Lehens-Herrn zu verrechten und zu "vertheidigen.

(dd) Nam Saxonici iureconſulti inſtar palladii hic habent iuris illud axioma: *omnem uaſallum eſſe ſubditum.* Cum uniuerſim, tum ſigillatim aduerſus comitum *VValdeccenſium* et *Schoenburgenſium* poſtulata, illud contuentur RICHTER. an. 1646. conſultus *uol.* 1. *conſ.* 2. *et* 41. qui quod in uno defendit, in altero iterum refellit ad ſenſus ſcilicet ſtudiaque diuerſarum partium, nequicquam ad ueritatem. L. B. de LYNCKER de *grauaminib. extraiudicial. cap.* 5. *ſect.* 1. *p.* 407. auctor GERMANIAE PRINCIPIS *lib.* 3. *c.* 3. §. 24. Quibus addi poteſt auctor "der gründlichen aſſertion, daſs "die Graven von Waldeck von dem Hauſs Sachſ. "Altenburg die Herrſchafft Tonna zu leben tra"gen, und deswegen vor dem Hofgericht zu Iena zu ſteben ſchuldig," edit. Altenb. 1665. 4to Imo huius etiam loci ſunt nuperrima ſcripta inter ducem VINARIENSEM atque principes SCHWARZBVRGICOS.

(aa) Legi poſſunt loca ualde illuſtria atque e codicibus ineditis deſcripta in FORMVLA DVCATVS BRANDEBVRGICI *cap. IIX. et cap. X. ſupra lib. I. opuſc. IV.*

(bb) Praeter illa, quae in FORMVLA BRANDEBVRGICA *cap. X.* ſcripta ſunt, *litterarum* etiam *clientelarium* meminit *dn. praeſes*, quibus beneficiario nexu fidem ſuam dederunt Pomeraniae duces Brandeburgicis marchionibus, qua Pomeraniae ſubdominis. Authenticum extare ac ſupereſſe dicitur earundem in principis —— tabulario.

(cc) Poſſem certe multa cúm ex FORMVLA BRANDEBVRG. *cap. X.* tum ex GERMANIA PRINCIPE, praeſertim uero ex CODICE DOBERLVCCIANO, quem *Mſctum* ſeruant muſae *dn. praeſ.* repetere, imo etiam ex DIFFERENTIIS iuris *Luſatici* et *communis* docere, quod Luſatia, *feudum imperiale* ſine Caeſaris conſenſu ſibi uarios elegerit ſubdominos, principio *marchiones*; deinde antiſtites *Magdeburgicos*; tum *Bohemos*; demum *Saxones*: niſi Inſtituti ratio iuberet, uela contrahere. Ceterum formula ordinum Luſatiae nonisſima fuit haec: "Si wæren ein Land und Lehen vom Reich, welches ſich unter die Cron" Böhmen freywillig begeben hætte.,,

(dd) AVCTOR planus et luculentus *der aus kurtzen hiſtoriſchen und* authenticis documentis *gezogenen* information *von dem Urſprung und Verfolg des Chur-Brandenb.* euentual Succesſions-*Rechts an denen ſæmtlichen Mecklenburgiſch. Reichs-Lehen*, an. 1708. in fol. id tantum agit, ut monumenta et litterae clientelares loquerentur, ſcriptae a Meklenburgicis ducibus in gratiam dominorum, principum Brandenburgicorum idque ab an. 1415. In primo Meklenburgici duces hac utuntur formula: "alle ihr Land und Leute von dem Marckgrav Fri-" drichen I. zu * rechtem Lehen zu empfangen und" das ſelbige auf ewige Zeiten zu Lehen gehen ſolle" und auch unſer zu rechte, als andere ihrer Herrn" gantz mæchtig ſeyn ſollen. Und haben auch den-" ſelben unſern Herrn rechte Erbhuldigung gethan" und geſchwohren die Lehen zu verdienen, als" Lehenrecht iſt. Getreu, gewertig und gehorſam" zu ſeyn. Geben zu Berlin an. 1415. Addit au-" ctor nobilisſimus: daſs die Chur-Fürſten dieſes" alles auf eine nach damahligen Zeiten erlaubte" Art erhalten.,, Licet diu poſt acceſſerit, quod ex eodem diſcitur, Caeſaris conſenſus.

(ee) Spargit uirus hoc *Chriſtoph.* BESOLDVS in praefat. ad *documenta rediuiua monaſterior. in ducatu VVirtenbergico* his quidem uerbis: *Es haben die Herrn Gr. von VVirtenberg vor etlich hundert Iahren keine beſondere Landſchafft gehabt. Dahero Felix* FABER in hiſt. Sueu. p. 243. *ſelbige von denen* comitibus regionum *unterſcheidet, und unter die* comites *bloſſer* caſtrorum *ſetzet*, dominio et comitatu carentes. *Dann ſich* in Mſctis chronicis *gar nicht finden will, daſs zu der Burg VVirtenberg* originarie *einig Amt oder Stadt gehoret. In man kænte von Stücke zu Stücke zeigen, daſs alle dergleichen Güter als Reichs-Lehen erſt hernach erworben und der Gravſchafft VVirtenberg nach und nach einverleibet werden.* Vt facile ſit ad intelligendum mentem Beſoldi. Scilicet comites Würtenbergicos principio unius caſtri dominos fuiſſe, praeſides et cuſtodes: poſtea autem a poſſeſſoribus imperialium fundorum ſubdominos fuiſſe adrogatos. Scio, *VVilhelmum* BIEDENBACHIVM reſpondiſſe Beſoldianis in Würtenbergicam domum conuitiis. Verum bonam cauſam num defenderit bene, id quidem cum pluribus neſcio, cum libellus ille nullibi proſtet. E re tamen fore principis Imperii, magni et potentis, ut ſcrupuli Beſoldiani animis Germaniae iureconſultorum euellantur, illud quidem iudicium fuit illuſtris quondam Culpiſii. Nam *VValzii*, *Schwrlini*, *Ginſchopfii*, *Cruſii* aliorumque opuſcula brachii ſunt leuioris. GABELKOVERI autem *ſeptem* uolumina hiſtoriae Würtenbergicae ſunt inedita adſeruanturque in principis tabulario. Neque enim offendi illud, quamuis libelli *Aſſumii*, *Hengheri*, *Hoſeathalii*, *Lederſchneideri*, *Matſchelini*, qui hiſtorias Würtenbergicas ſcripſerunt in epitome, paſsim in *Mſctis* offendantur, quorum

Digitized by Google

CAP. II.

tinatum eſſe ex *imperialium feudorum* atque *allodiorum laciniis*, adeo, ut illis redditis ſubtractisque, ſumma rerum principis rediret ad *unius caſtri comitiam*, quod dictu eſt nefas et improbum creditu: illud tamen hiſtoria docet, *primo* quod ipſe ducatus, feudum imperio quondam absque principe intermedio addictum, iuerit in AVSTRIACAE domus CLIENTELAM (ff); *deinde* quamuis plurimi hodieque ordines ſint, Wurtenbergico duci clientelares, qui, licet eiusdem, uelut ſubdomini ſui, nolint eſſe ſubditi uel ciues prouinciales, *Landſaſſen*, nulli tamen dubitant, in clientelaribus cauſis, forum agnoſcere curiae Wurtenbergicae (gg). Quod cum ita ſit, quilibet intelligit, quanta etiam principem hunc metuere oporteat damna ex doctrina illa: quod *imperialium ſubfeudorum* iudex non *ſubdominus* ſit, uerum illico *curiae imperiales*.

§. XI. XII. 15) *Dux elector BOIOARIAE.*

§. XII. Abrumpo filum finemque impono exemplis, ſi quidem binis antea uerbis oſtendero, Boioariae quoque ducis calculos habere noſtrum argumentum. Nam illi ſatis proditi ſunt in lite cum ORTENBVRGICIS comitibus. Tantum enim abeſt, ut ulli unquam Baioariae uaſalli, licet ordinum imperii iuribus illuſtres, Boicarum CLIENTELARVM *cauſas* ſubtrahere uoluerint ELECTORALI CVRIAE: ut potius iureconſulti Boici *Ortenburgicos* comites in rebus etiam et actionibus aliis quibusuis ibidem uocauerint in ius, inſtar ciuium ac ſubditorum (hh). Hi itaque eo magis damnabunt ſenſus illorum, qui rerum *ſubdominis* ſubtrahere etiam iudicia tum uolunt, ſi lis uerſetut in ipſis eorundem *clientelis*.

CAP.

---

quorum dno etiam adſeruant mnſae do. praeſidis. PRAEGIZENVS nouo inſtituto ac adparatu animum adpulit idque principis iuſſu ad ſcribendum in hoc argumento. Sed auctore morte praeuento, ſchedae eiusſupereſſe dicuntur apud illius filios heredes, quas ne litterariae reipublicae deinceps inuideant, publico eos nomine rogamus. Cur ad Beſoldiana mutus illuſtris *Ehrenbachius*, ſidus illud publicae iurisprudantiae?

(ff) Cum infelicisſimae rerum commutationis hiſtoriam deſcripſerint plures alii, nos ad illos lectorem remittimus. Scilicet HORTLEDERVM *lib.* 4. *B. G. c.* 7. KNICHENIVM *de inueſt. pact. c.* 5. *n.* 263. STRAVCHIVM *in differt. exat.* 50. *c.* 21. MYLERVM *de princip. imp. cap.* 9. §. 4. 7. *ſeqq.* HERTIVM *de feud. oblat. part.* 2. §. 23. *L. B. de* LYNCKER *reſponſ.* 193. et, qui anecdota eius metamorphoſeos habet DATTIVM de *pace lib. II. c* 24. uirumque illuſtrem THOMASIVM *de feud. oblat. c.* 2. §. 48. 49. Sed, quod mireris, conſulti etiam olim fuere in hoc patrii iuris argumento extranei QVETTA *conſ.* 6. ALCIATVS *lib.* 2. *reſp.* 36. NATTA *conſ.* 445. BEROIVS *uol.* 1. *conſ.* 76. *conſ.* 7. *Inc.* GOTHOFREDVS *de praeced.* 1. §. 3. aliique. Succeſſu licet parum felici, cum Longobardica iura libertati principatuum imperii faueant necquicquam. Sed his illi tantum uti potuerunt, rerum Germanicarum neſcii et ignari. Scilicet disquiritur inter doctores, utrum dux WVRTENBERGICVS Auſtriae archiduci *ducatum, imperio clientelarem*, obtulerit in feudum, eumque adſciuerit *ſubdominum:* an uero imperator ſiue pretio ſiue delicto uaſalli eundem ſibi uindicauerit, uindicatumque conceſſerit beneficiario iure fratri Ferdinando Auſtriae domino isque noua gratia, reddiderit illum, *ſubfeudi* loco, Wurtenbergicae genti. *Prima* hiſtoria noſtram cauſam inſtrueret iuraque *imperialibus feudis* adoptandi *ſubdominos*: non *altera*, quae pertinet ad beneficia uaſallorum, quibus alienare quidem nequeunt, poſſunt tamen feudum alii iterum *ſubinfeudare* ac retrouaſallos ſubſtituere. Atque VLTIMVM hoc factum eſſe, uolunt *Quetta*, *Alciatus*, *Beroius* in laudatis conſiliis, quos auctores peruerſo iudicio fideque aliena citant *Hertius* et *Iterus:* PRIMVM uero tuetur uir illuſtris THOMASIVS *de feud. oblat. cap.* 2. §. 49. Quo auctore exemplum habemus, quod quaerimus.

(gg) Ita SPEIDELIVS in uerbo *Landſaſs:* "Es iſt offenbahr, daſs die vom Adel, ſo im Herzogthum Würtenberg geſeſſen, gantz keine Landſaſſen. Auch ſie und ihre Guter, von alters und noch, ob ſie gleich von Wurtenberg zu lehen rühren, dennoch regulariter dem H. R. R. ohne Mittel unterworffen." Idem repetit BESOLDVS *in theſauro p.* 520. Hoc uero licet ita ſit, tenentur tamen Würtenbergici uaſalli in feudalibus cauſis iudicem agnoſcere ducis curiam, quorſum ego formulam adſtrinxero clientelarem, *bey dem Lehen-Herrn recht zu nehmen*, de qua MYLERVS ad *Rumel. AB. c. XI. th.* 4. *litt. c.* Imo licet cauſa feudalis ipſum ducem tangat atque eius forte in ius uocetur ſubdominium, neque tamen ſic datur iuris dicundi ſaltus ad ſuprema iudicia imperii: uerum hoc caſu cogi debet *parium curiae der Lehens-genoſſen, Lehens-Geſellen*, conuentus atque huic primus iudicii actus debet relinqui. Quae cauſa eſt, quare in formula clientelari Würtenbergicorum eius generis uaſallorum etiam iuratur iuſtitia in cauſis dicundis. Verba ſunt: "zuthun, was ein Lehen-Mann ſeinem rechten Lehen-Herrn ſchuldig, Urtheil zu ſprechen mit Ihrer Fürſtlichen Gnaden mannen, ſo ihr dazu ermahnet und erfordert werdet. Totam formulam recitat BVRGEMEISTER vom Reichs-Adel *p.* 328. 329. 330." Imo uniuerſi imperii quaedam uox fuit: "So ſpænn wurden um Lehen, da dann beyde Theile der Lehenſchafft von einem Herrn herrührend, bekanntlich wæren, ſo ſolle daſſelbige vor dem Lehen-Herrn (non autem in imperiali curia) oder wie ſich gebühret (in parium conſeſſu) berechtiget werden, uti habetur in tabulis anni 1496. et ſequentibus, quas recitat DATTIVS *de pace lib.* 2. *cap.* 27. *n.* 32. 33. *ſeq. pag.* 549. 460. Qui locus eſt ualde momentoſus tangitque inſtituta cum imperii uniuerſi, tum Sueuici foederis ſigillatim. Quo intuitu inſtruit noſtri argumenti ſcenam Wurtenbergicam.

(hh) A quo initium fieri potuiſſet, in illo potentisſimo Germaniae principe electore caput noſtrum finimus. Scilicet illud uerum eſſe putant Boioariæ iureconſulti, *quod omnis uaſallus in illa prouincia ſimul ſit ſubditus*, neminem enim in Boioaria nobilium priuilegiis ac immunitatibus gaudere, niſi cum qualitate ſubiectionis, quod habet KNICHEN *de inueſtitur. pact. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 146. *p.* 439. et alibi de *ſuperioritate cap.* 3. *n.* 355. *p.* 40. Inde an. 1560. ORTENBVRGICOS comites S. R. I. alias addictos ſine principe intermedio in ius uocarunt uolueruntque, ut illi in omnibus omnino

cauſis

CAP. III.

De
IVRE *adoptandi ſubdominos in* FEVDIS *uel* ALLODIIS *imperialibus.*

§. I.

b) RATIONIBVS

1) in Germania diuina ais conſuetudo.

AB exemplis eorum, qui in FEVDIS uel ALLODIIS imperialibus ſibi, ſua plerumque auctoritate, adoptauerunt ſubdominos; iamnunc deueniemus ad RATIONES, quibus illis hoc facere potuiſſe eſt credendum ac commonſtrandum. Scilicet *principio* uti in aliis publici iuris controuerſiis; ita etiam hic omne punctum fere dandum eſt patriae conſuetudinibus. Non ſolum, quoniam Germania noſtra olim nullas, dein paucas leges habuit: ſed uniuerſim in aliis etiam regnis formula imperii optime intelligitur ex rerum uſu (ii). Cum igitur alterum opuſculi caput tot et tam grauia exempla conduxerit: inde uinculum conſecutionis eſt firmiſſimum ad OBSERVANTIAM IMPERIALEM. Qua teſte, integra et incorrupta, A nobis poteſt conſtare: in Germanico regno nihil iniuriae habere, ſi poſſeſſores IMPERIALIA uel FEVDA uel ALLODIA nouis deferant SVBDOMINIS atque, uſu patriae curiae ſcribo, IMMEDIATA bona mutent uertantque in MEDIATA. Quod cum ita ſit, intereſt omnino imperii ordinum, ut hoc publici iuris palladium porro ſacrum habeant, ne, quod olim iure fieri potuit, ab illis deinde in crimen B uocetur (kk).

2) feuda quondam imperii alienabilia.

§. II. Deinde facile eſſet, ex medii aeui notitia illud docere, quod pleraque olim imperialia TERRITORIA fuerint ALIENABILIA (ll). Quod uel CONFRATERNITATES, GANERBINATVS pactaque ſuccedendi alia oſtendunt, inita certe inter principes imperii, dummodo PROVINCIALES ORDINES non contradixerunt

---

cauſis iudicem agnoſcerent ac forum Boieum. Res haec in *camera imperiali* utrinque eſt diſputata acerrime, editis hoc fine ab utraque parte libellis: uerum an. 1573. lata eſt ſententia his uerbis concepta: "daſs, ſo viel die Gravſchafft Ortenburg "belanget, ermeldte Graven ohne mittel Graven "des Reichs ſeyn, und dem Hertzog in Bayren nicht gebuhret ſelbige auszuziehen." Recitat deciſionem poſt cauſae utrinque inſtructae argumenta MEICHSNER *tom. 3. deciſ. 7. p.* 61. 62. quam etiam uires dicunt accepiſſe rei iudicatae. Interim illud tamen manſerat extra cotrouerſiam, quod in *cauſis feudorum*, Boioariae ducem *ſubdominum* habentium, Boica curia haud dubie ab imperialibus comitibus eſſet agnoſcenda. Tantum abeſt, ut ullo unquam tempore ſtatutum ſit ex aduerſo. Videri poteſt AVCTOR *der Ortenburgiſ.* deduction in locis diuerſis; unde excerpſit ſua BESOLDVS uerbo *Huldigung* p. 402. 403.

(ii) Egit de conſuetudine, iuris publici in Germania effectrice, alibi *de praeſ. cap. 1 de iure adleg. §. 2. 3. l. I. opuſ. VI.* ex inſtitutoque *Ioan. Georg.* CVLPISIVS *de obſeruantia imperiali vom Reichs-herkommen.*

(kk) Summas dabo argutiarum ex hoc OBSERVANTIAE IMPERIALIS argumento. *Primum* conſuetudinis tanta uis eſt, ut etiam *deroget* ipſis *legibus*. Has itaque ſilere oportet, ubi loquitur obſeruantia imperialis. *Deinde* accedit, quod haec cauſa *feudalis* ſit, in quibus plus, quam alibi dare ſolemus uſu receptis inſtitutis. *Porro* illud ipſum auguſtiſſimi imperatoris ſacrum effatum: *das Reich bey ſeinem Herkommen und Gewonheit zu laſſen.* *Praeterea*, ſi *obſeruantiae* in Germanico imperio non ut olim ſuus locus, honor, reuerentia: media imis miſcebuntur neque porro iuris et aequi in patria lumen. *Tandem* hodieque in omnibus imperii cauſis, curiis, conuentibus comitiisque ad hanc ſacram obſeruantiae imperialis anchoram prouocari in utque poni ſolet praeſidium omne, ne mores patriae migremus. Etenim ſi o- C lim iniuria fuiſſet aliqua, nouum adſciſcere ſibi ſubdominum, quis quaeſo crederet, inter tot et tam illuſtria omnis aeui exempla, Caeſarem ſua ſemper iura neglexiſſe, ut ne quidem ſemel legatur contradixiſſe aut remouiſſe territorium a nouo *ſubdomino*. Quod cum factum nuu ſit, ex ſilentio Caeſarum puto nos habere rectum iuris argumentum.

(ll) Filum mihi conſecutionis eſt hoc: *ſi princeps imperii*, ordinum prouincialium et principalis domus accedente conſenſu, *diſponere potuit de principatu ultima uoluntate; multa magis contractu* D *inter uiuos potuit alienare.* Ratio eſt haec: quia multae alienationes inter *uiuos* fieri poſſunt, quae fieri nequeunt in *ultima* uoluntate. Ne quid daretur odio ac aemulationi. Sed nemo eſt neſcius, qui hiſtoriam nouit Germanici imperii prouincialem, olim *ſucceſſoria pacta* iniuiſſe inuicem principes imperii eaque uel *uniluteralia* uel *bilateralia* nunc *gratis*, nunc cum *onere* in ſuis principatibus: ut, qui negauerint haec, neget ſolem; qui iniuſta dixerit, formulam culpet incuſetque Germanici imperii. Conferri interim poſſunt loca iuris publici doctorum, ubi agunt de *confraternitatibus*, E *ganerbinatibus, pactis ſucceſſoriis generis* alius. Taceo DOTATIONES filiarum, quae ſaepius integros ſecum traxerunt *principatus, comitatus, dynaſtias*, feuda imperialia, licet nulla celebretur Caeſarei conſenſus memoria. Imo certus ſum, confudiſſe adhuc iureconſultos *allodia* imperialia cum *feudis hereditariis* imperii Germanici. Quae enim territoria habuerunt *alienabilia*, illis ideo dederunt nomina tituloſque *allodii*. Cum tamen *primam* utique conſiſtere poſſit cum nexu *clientelari*, quod dictum eſt quoque *c. II. §. III.* ſuperius. F Neque enim formulae: *largimur et hoc territorium iure proprietatis in proprium bonum, ut illud alienare poſſit, mutare, uertere, donare* abſoluunt poſſeſſorem a nexu clientelari. Quoniam Germaniae conſuetudines omni aeuo *feuda* loquuntur *proprietatis*.

Lumen

Digitized by Google

runt, ſuo arbitratu, nullo olim, quantum mihi conſtat, Caeſaris interceſſu (mm). Quod igitur alienari potuit, illius haud dubie adſciſci nouus SVBDOMINVS (nn).

3) Iura ſubinfeudandi in S. R. I. conceſſa.

§. III. Praeterea uti clientelaria Germaniorum inſtituta hoc dederunt cuilibet VASALLO, ut adoptare potuerit SVBVASALLVM (oo): ita etiam noui SVBDOMINI adoptatio nihil habere potuit inſolentiae ac duritatis (pp). Idque ideo, quoniam urgentiores eſſe potuerunt cauſae ad faciendum alterum, quam primum in Germanico praeſertim imperio (qq).

4) Foederum iura ordinibus S.R.I.

§. IV. Porro non erit forte, qui illud uocauerit in dubium, potuiſſe ordines imperii alios ex ordinibus adſciſcere dominos tutelares, aduocatos, protectores eosque perpetuarios (rr): non igitur uideri poterat mirum, licuiſſe etiam illos, ſalua imperii maieſtate, nouos ſubdominos ſalutare (ss).

§. V.

Lumen his nmnibus dabit exemplum, quod narro. Scilicet comes de Monte Adolfus an. 1272. donauit LIMBVRGENSEM DVCATVM Ioanni duci Brabantiae Facta ante fuerat donatio traditioque, quam Caeſar eam reſciuiſſet, ut ſatis conſtet, illos ne quidem opus fore credidiſſe Caeſaris *praeſcitu* multo minus conſenſu illius. Inde donator Adolfus donationem a ſe factam tantummodo notam facit Caeſari, quo donatarium poſſet ritu clientelari inaugurare. Merentur litterae (*) legi ac relegi atque deinde requiri ex illis, num in *feudi imperialis alienatione* opus fuerit Caeſaris ſcientia et conſenſu; an uero ſuffecerit ſimplex notificatio.

(mm) Nihil diſſimulabimus. Illud uerum eſt, *alienationes* principatuum et comitatuum, illorum maxime, ubi flos ordinum niguit prouincialium, raro aut nunquam factas eſſe, niſi in *comitiis prouincialibus*, conſenſu ordinum et *familiae* principalis, quas ultimas formulas *du. praeſ.* exhibuit de *obligatione ſucceſſoris in principatu cap. ult. lib. I. op. IIX.* Cauſa eſt haec. Nam *ordo ſucceſſionis* in Germaniae principatibus in origine ſua pendet omnino a prouidentia populi ac procerum cuiusque prouinciae, a quibus liberi principum ius habent ſibi quaeſitum. Vtriusque igitur opus fuerat conſenſione, quoties aliquid uenditum et alienatum eſt aduerſus maiorum inſtituta. Haec ideo adſero, ut medii aeui alienationes, factas a principibus, ſine Caeſaris conſenſu, ab iniuriis uindicem, quas ſibi hodie fingunt doctores ex ioris Longobardici idolo, cuius nulla olim in patria auctoritas. Atque haec cauſa eſt, quare Carolus IV. imperator, moribus hiſce cetera ſublatis, illos tamen indulſerit principibus electoribus in AVREA BVLLA, quibus hodieque feoda imperii alienare licet ſine ullo Caeſaris praeſcitu conſenſuque. Sacrilegii enim inſtar, haec negare aut uocare uelle in dubium. Quoniam hudieque imperatores noſtri fidem dant A. B. eamque iuratam.

(nn) Qui enim poteſt *maius*, poteſt etiam *minus*. In quem omne dominium, quod habeo, transferre poſſum; cum eo certe illud licuerit quodammodo diuidere et partiri.

(oo) Verba inſtituti clientelaris clara ſunt 2. F. 9. pr. ſummatim concepta: *alienare non licet feudum; licet tamen ſubinfeudare. Dummodo hoc fiat ſincere et ſine fraude.* Licet enim haec ipſa in dubium uocauerit HOTOMANNVS: confutarunt tamen eundem KOHLIVS, LEISERVS aliique ſcriptores ſubfeudorum, quos nominauimos *cap.* 1. §. 6.

(pp) Filum hoc conſecutionis ipſe texit *uir illuſtris* THOMASIVS *de feud. oblat. c.* 2. §. 14 uerbis, quae ſequuntur: *quemadmodum uaſallus poteſt ſibi* NOVVM VASALLVM *quaerere*, * *citra conſenſum domini: idem et poterit ſibi* NOVVM *quaerere* DOMINVM. *Cum* dominus *et* uaſallus *ſint correlata, correlatorum uero eadem natura.* Quamuis uero idem refellat auctor illuſtris: rationes tamen uix tangunt feoda imperialia, quamuis cetera ſint ueriſſimae. Nam illa ſunt alienabilia, quod dictum *cap.* 3. §. 2. ſunt *oblata*, ut cauſa pareat, quare domino non liceat, quod tamen licet uaſallo: poſſeſſoribus eorundem non eſt nefas, ad *ſeruitia* ſe adſtringere *aliorum* hisque nouam dare fidem, quod docebant iura foederum et belli, quae habent: imo imperialia ſeruitia non debentur, niſi iura ipſorum uaſallorum conſenſu, declarato in comitiis, ut ſubdomino nouo ſat temporis ſuperſit, quo illa exigat ſibi: adeoque facile eſt ad fingendum et obſeruandum nouum ſubdominium, ſed utile dominium ſocium non ferr nouum, cum occupauerit iam uaſallus uniuerſum: in feudi imperialis apertura, quae olim redundabat in ordines prouinciales, dominus pariter non habet, quare moueat querelas: obtrudi uero illi ſubdominum, inſtar uaſalli noui negari poteſt, ſi quidem priſtinus uaſallus in nexu imperiali perſiſtat; ſin minus, domino primo id nequit eſſe ingratum, ſi pro uno uaſallo nanciſcatur duos.

(qq) Idque iotuitu uel DOMINI ſupremi, cuius modo dixi intereſſe, ut, loco *unius, duos* accipiat uaſallos: uel VASALLI inferioris, ne pereat cum ſuis, ut habeat, qui eum protegat tueaturque et quae reliquae ſunt *oblationis clientelaris* cauſae, quas recitant MAGERVS *de aduocatia*, HERTIVS *de feudis oblatis* et DATTIVS *de pace publica.*

(rr) Qui dubitat de hoc ordinum iure, ille animum inſtruere poteſt hac doctrina ex EHRENBERGIO *de foederibus*; DATTIO *de pace publica*; WENKERO *de Pfalburgeris.* Imo uix dignus eſt noſtra arena, qui neſcit, quod olim in patria geſtum eſt, id eſt, ut Tullius ait, iurisprudentiam publicam ſequitur puerilem, ex ingenio hominum peregrinorum effictam, non formatam ex uſu inſtitutisque noſtrae reipublicae.

(ss) Exempla omnis aeui clara ſunt, quae enumerauimus *cap.* 2. Inde recte ad noſtramque mentem STRVVIVS *de feud. oblat. c.* 3. §. 6. philoſophatur: *contractus feudalis habet aliquid inſtar foederis inaequalis, quod certe ordinibus imperii indulget* art. 8. Inſt. Pac. §. gaudeant: igitur ex iisdem iuris ratio-

---

(*) Accipe litteras ab auctore PROELII WOERINGANI *p.* 65. Sunt autem hae: *Sereniſſimo domino ſuo* ADOLFO D. G. regi Romanorum, ſemper auguſto ADOLFVS comes de MONTE "cum debitae fidelitatis promptitudine. Cum nos DVCATVM LIMBVRGENSEM cum omni-"bus bonis DONATIONIS titulo TRANSTVLERIMVS in illuſtrem principem, dominum Ioannem "ducem Lotharingiae et Brabantiae, ſimpliciter et de plano, dominationem et magnificentiae ueſtrae "celſitudinem deuote requirimus: quatenus ipſi domino duci ducatum ipſum et bona ad ducatum "pertinentia, prout a uobis dependent, CONCEDERE dignemini cum ſolennitatibus ad huiusmodi "conceſſionem debitis et conſultis. Datum anno M CC LXXXII.„ Non haec rogatio eſt alicuius conſenſus a domino expectandi in feudi alienatione. Facta fuerat donatio traditioque inſalutato domino. Quod Longobardica iura criminibus adnomerant, ob quae feudo priuari debet uaſallus. Germanica autem feuda olim inſtar fuere *allodii*, ſi fides STVCKIO *conſ.* 26. *n.* 499.

5) iudices ordinum S.R.I. arbitrarii et auſtregales.

§. V. Tum illud etiam uerum eſt, olim ius ſuum proſequi potuiſſe principes atque ordines imperii uel ARMIS uel arbitris, AVSTREGIS, uel ſententia IMPERIALI (tt). Quapropter Caeſaris uix poterat intereſſe, ſiue eum agnoſcerent iudicem ordines *immediate* ſiue intermedio nouo SVBDOMINO.

6) primi domini AVCTORITAS SALVA, etiamſi ſubdominus.

§. VI. Poſt, ſi recto feuda imperialia iudicio aeſtimentur, non erit forte, qui cauſam nominauerit, in qua, per adoptionem noui ſubdomini, laedi aut uiolari potuit olim ſuprema imperatoris maieſtas. Quae omnino iuxta nouum *ſubdominum* perſtitit illaeſa (uu). Imo quodammodo imperatoris uidebatur intereſſe, ut, per plurium ſubdominorum nu- A meros, imperium noua acciperet incrementa (xx).

7) EXCEPTIO firmat regulam.

§. VII. Addo, quod adoptatio ſubdomini olim tantopere iuerit in ius Germaniae publicum: ut opus tum eſſet primo domino, ſibi aduerſus illam proſpicere pactis atque ita patriae conſuetudini derogare per formulam in litteris clientelaribus: *ne uaſallus*, ullo iuris tegumento, *ſibi porro adroget nouum ſubdominum* (yy) B ſine domini primi conſenſu auctoritateque.

8) filum confiscationis a ſubdomino ALLODII imperialis ad FEVDVM.

§. VIII. Tandem uti nemo ex iuris publici conſultis dubitat: *in arbitratu cuiusque fuiſſe poſſeſſoris*, ALLODIVM IMPERIALE *offerre alteri*, conciui ac principi Germanic. (zz) *in clientelam* atque ita IN-

rationibus dicendum, quod principes et ordines C imperii adoptare poſſint *ſubdominos ſuo territorio*, inſtar *inaequaliter faederati*. Etiam cum extraneis principibus id fieri poſſe, idem adfirmat: quod merito atque ex idoneis argumentis uocat in dubium uir illuſtris, THOMASIVS *de feud. oblat. cap.* 2. §. 36.

(tt) Scripſit SCHVBARTHVS *de auſtregis*, utinam inter lumina maiora medii aeui. Nam illud uerum eſt, quod olim in genere litis quocunque ordines imperii ius ſuum experiri potuerint ARMIS. Quod etiam probat A. B. quia *tit.* 22. id tantum exigit, ne eius generis bella fiant, niſi prae- D ceſſerit *diffidatia*. Ad haec nihil praeterea imperator. Quem tamen ſi laeſa pars implorauit, tum demum ille egit iudicem, bellumne cauſae iuſtitiam haberet, an uero eſſet iniuſtum. Deinde innumera exempla eorum protulit alibi *da. praeſ.* qui in controuerſiis cum aliis Germaniae principibus noluerunt armis uti, neque tamen ita iudicem ſtatim habere imperatorem. Igitur ARBITROS elegerunt *principes* imperii alios, qui *primi fori* aperuerunt incunabula in eoque uel compoſuerunt litem, uel, poſt latam ſententiam, ad imperatorem cauſa demum eſt remiſſa, ſi qui- E dem altera pars noluit laudo tali acquieſcere. Quod cum ita ſit, ita autem eſſe intelligent omnes medii aeui notitiam docti, non habebit imperator, quare ſubdominorum improbet adoptiones.

(uu) Quos limites poſuit STRVVIVS *de feud. oblat. c.* 3. § 9. illis, qui *allodia* imperii offerre uoluerint in *extranei principis* clientelam, eosdem etiam hic damus uaſallis in adoptione noui ſubdomini. Scilicet, ut illud fiat *iuribus imperii* illaeſis; ut illud exemtus ſoluat uel ipſe per eximentem, quod debet imperio; ut huic *adhaereat* uaſallus, ſi quidem illi cum nouo ſubdomino mi- F nus conſtet; ut ſalua *iurisiurandi religio*, praeſtita imperatori imperioque; ut ſubdominii ratio *utile* dominium adficiat, non directum et quae alia ſunt generis eiusdem. Vnde et illud conſtat, quare, ſubdominio allodii imperialis accepto, id ſtatim egerint ſubdomini principes, ut re ipſa ideo fierent uaſalli et clientes imperatoris. Adde locum in R. I. 1548. §. 52. qui omnino eſt inſignis.

(xx) De cauſis modo dictum eſt, quae ſubdominos permouerint ad ſubeundam imperii clientelam, ſi quidem nacti fuerunt allodii imperialis G ſubdominium. Exemplo etiam eſſe poſſunt landgrauii. Hi enim cum a *Waldeccenſibus* et *Rietbergenſibus* comitibus adoptati fuiſſent ſubdomini: ſtatim id egerunt, quo utrumque *comitatum* imperatori redderent *clientelarem*. Vt adeo utrinque adoptatio haec promoueret commoda et incrementa maieſtatis imperialis.

(yy) Eadem ſcilicet ratione, qua, propter conſuetudinem apud nos, ſemel acquiſita *feuda* uel allodia imperialia iterum *ſubinfeudandi*, tandem patroni, piarum cauſarum praeſertim, ad eam adſtrinxere legem donatarios: *ne praedium porro ſubinfeudareat*. Ex innumeris formulis unicam exſcribemus ex hiſtoria Fuldenſi. Nam *Chriſtoph.* BROWERVS *lib.* 3. *c.* 10. *p.* 256. recitat litteras clientelares ann. 910. conceptas, poſt alia, his uerbis: *Horum traditiones in honorem ſanctorum factae ſunt, ut nunquam alicui hominum inbeneficientur*. Idem *lib.* 3. *c.* 17. *p.* 264. reperitur et plenius *c.* 18. *p.* 271. ubi auctor de hoc argumento clientelari recte philoſophatur. Similes litteras offendi in CHRON. LAVRISHEIM. *ad ann.* 881. Et diplomata eiusdem argumenti *ann.* 1189. et 1197. apud TOLNERVM *p.* 59. quae admodum ſunt illuſtria. Eius certe generis memini litterarum clientelarium, in quibus policitus eſt uaſallus domino ſuo, ſe porro alium dominum non adoptaturum eſſe, idque fide iurata. Sed cum temporis ratio non permittat, ut ipſa hic loca conquiramus, nomina damus noſtra, fore ut hanc ſpem proxima occaſione expleamus.

(zz) Poſſe ex imperii ordinibus quemuis poſſeſſorem *imperiale allodium ſuum* addicere *ſubdomino* ſicque *ſtatum* ſuum, qui *immediatus fuerat*, uertere in *mediatum*, idque ſine Caeſaris conſenſu, hoc quidem omnes Germaniae iureconſulti largiuntur. Agmen hic ducat uir illuſtris, THOMASIVS, aliis hic plenior curatiorque. Ita autem in *cap.* 2. *de feud. oblat.* §. 33. uere ratiocinatur: *allodia* IMPERIALIA *offerri in feudum poſſe aliis in S. R. I. conciui etiam citra conſenſum Caeſaris, argumenta ſunt plurima.* I.] quia allodia libere *alienantur*, ergo etiam recte offeruntur in feudum II.] idem tacite indultum eſt in *capitulatione Leopoldina* 39. uerbis, quae ſequuntur: *Die Stænde uber die* edition *der alten* pactorum familiae *mit* exhibition *neuer*, *von dem Lehensherrn keine* dependenz *habender*, *nicht zu beſchwehren*. III.] exempla ſuperſint allodiorum imperialium, oblatorum ſubdominis, quae ius facere poſſint. Verum enim uero idem quoque in hoc argumento dicere licet de feudis imperialibus, quia etiam haec fuerunt *alienabilia* §. 5. de his etiam loquuntur *leges* R. I. ann. 1548. §. 52. horum denique et *exempla* ſuperſunt quamplurima, quae repeti poſſunt ex capite tertio. Idem, ſed leui brachio tractat HERTIVS *de feud. oblat. part.* 2. §. 12. *quod res propria offerri queat in feudum* et §. 15. 18. 19. 22. 23. 24. Fidentior STRVVIVS *de feud. oblat. cap.* 3. §. 3. Neque dubitat de aliis feudis imperialibus ITTERVS *cap.* 1. §. 12. et *cap.* 22. §. 4. Quos omnes etiam ſequitur HORNIVS *cap.* 4. §. 18. *p.* 86. 87. clauditque numeros his quidem uerbis: *Bona allodialia*

CAP. III. TERMEDIVM ſibi ac ſuo territorio adſci-A pectanda ſunt. Vt, ſi unum dederis: alſcere DOMINVM etiam *principem extraneum* eundemque tamen non hoſtem (a), ſine ullo Caeſaris arbitratu conſenſuque: ita parum aut nihil uideo obeſſe, quo minus idem fieri poſſit in IMPERIALI FEVDO. Quoniam, ſi calculos ex noſtrae reipublicae rationibus poſueris, ex utroque caſu Caeſari imperioque paria a nouis ſubdominis commoda et incommoda exterum negaueris fruſtra et ſine idonea cauſa (b).

§. IIX. IX.

9) a iure DOMINI ad iura VASALLI FILVM conſecutiuit.

§. IX. Ceterum neque illud negligi debet: iura domini et uaſalli eſſe reciproca. Cum igitur primo id dare ſoleant doctores, ut *directum dominium* in alterum poſſit transferre eumque uel *inferiorem*, uti ſubdominum (c), uel etiam *ſuperiorem* uti

---

lia inmediata ciuibus imperii immediatis in feudum afferri poſſe, ETIAM * SINE CONSENSV CAESARIS *praxis imperii docet.* Ceterum licet *Zacharias* VIETOR in libro de *exemptionibus imperii* id agat inprimis, ut in gratiam Waldeccenſis comitis ſubuertat auctoritatem *ſubdominorum:* in eo tamen apertus ac uerus eſt, quod adfirmat: *poſſe omnino poſſeſſorem allodii imperialis illud offerre alii principi in feudum eumque adrogare ſubdominum*, quoniam rei ſuae quisque ſit arbiter, cique onus et legem imponere queat; nihil habeat inuſitati, allodium imperiale ſubiici nouo ſubdomino, cetera, quae habet *concluſ. XXIII.* Addit etiam *concluſ. XXII.* ſubdominum adoptatum haud dubie *iudicem* eſſe adoptantis idque in *cauſis clientelaribus.* Idem adfirmarunt ante eum GYLMANNVS *tom.* 1. *part.* 1. *tit.* 4. *p.* 300. KNICHEN *de iure territ. c.* 1. *n.* 226. *Matth.* STEPHANI *lib.* 2. *de iurisdict. part.* 1. *c.* 7. *n.* 177. SIXTINVS *lib.* 1. *regal. c.* 4. *n.* 59. 67. et quaeſo? qui non?

(a) Nolo nunc tueri, quod tamen affirmat tueturque STRVVIVS *de feud. oblat. cap.* 3. §. 9. in gratiam Naſſouiorum. Scilicet principes Naſſouii poſſident comitatum SARAEPONTANVM, expoſitum Galliae confiniis et inuaſionibus. Is ergo ex ſitus ratione aliisque cauſis docuit, fieri non poſſe, ut ditio illa habeat tutelam ab imperio. Inde poſſeſſores eius e re ſua fore credidiſſe: *ſi Saraepontana Galliae regi dent in clientelam nexumque iuris beneficiarii.* Fieri hoc poſſe, exiſtimat Struuius, quoniam ordines imperii iure gaudeant *foederum* etiam cum extraneis; ipſa deinde ditio ſit *allodium;* porro imperii *non intereſſe*, cuius iura ſalua maneant nihilominus; praeterea fingendum Galliae regem non hoſtem, ſed *amicum;* poſt, conſultius eſſe, imperium aliquid habere in Saraepontanis, quam nihil, ſiquidem Galliae rex eadem fecerit, ui armorum, ſui iuris; ordines Germaniae ſua imperio credidiſſe, ut ſeruent, non ut peteant; exempla non deeſſe ueteris aeui, ubi factum ſit idem, nullo imperii interceſſu et quae alia ſunt generis eiusdem ad cauſam propugnandam. Addo certe illoſtre principis Germaniae exemplum. Nam ANHALTINVS princeps OTTO *ann.* 1315. *non ſolum Daniae regem Ericum VII. adſciuit ſubdominum eiusque ſubiit clientelam, praeſtito homagio et uaſallagio: ſed etiam aliquot dynaſtias eidem obtulit recepitque illas ab eodem in feudum.* Litteras clientelares exhibet *Arrildus* HVITFELD *in chron. Dan. part.* 3. *ad ann.* 1315. *p.* 380. quem, ut alias, exſcripſit PONTANVS *lib.* 7. *hiſt. Dan. p.* 413. cui ſua debet BECKMANNVS *in part.* 3. *hiſt. Anhalt. c.* 2. *n.* 8. *p.* 86. Aſt ante iam principatus Anhaltinus feudum fuerat cum *imperiale*, tum *Magdeburgicum.* Neque hoc ſatis eſt. Nam eidem regi DANIAE alii etiam Germaniae principes fuere clientelares uaſalli, utpote *duces* MEKLENBVRGICI intuitu dynaſtiae *Roſtochienſis*, quod litterae teſtantur, ann. 1311. ſcriptae: in quibus etiam ſpem accipit clientelae ducum POMERANIAE, quae in aliis expletur an. 1315. duces etiam HOLSATIAE; POLONIAE; comites HOIENSES; SCHAVMBVRGENSES aliique B plures in rerum Danicarum annalibus enumerati. Quod ſi unius Erici VII. tot facti ſint uaſalli ex S.R.I. ordinibus, neque ideo ab imperatore imperioque in ius uocatis: erit igitur opinabile, non aliis tum moribus uixiſſe Germanos. His exemplis ſimilibusque dogma ſuum corroborare potuiſſet Struuius, ſi aliquem medii aeui habuiſſet ſenſum. Memini etiam, in *Riſuicenſi* pacificatione plurimis in Galliae uicina principibus, aliquos non infimi nominis conſultores fuiſſe, praeſertim MOMPELGARDENSI ac WVRTENBERGICO: ut in tam grauibus damnis, quae a Gallorum exC ercitibus toties paterentur, conſilium ex arena peterent ſuaque regi uicino offerrent iure beneficiario in clientelam. Quoniam auxilia ab imperio eſſent lenta, frigida, imo nulla: neque intraret pectora principum, in tantis conciuium calamitatibus, aliqua commiſeratio. Verum abſit, ut in rerum anguſtiis abiiciamus animos Germani: quos reſeruare oportet rebus ſecundis. Recte igitur Struuiana uerbis caſtigauit HERTIVS *de feud. oblat. part.* 2. §. 23. *p.* 538 pepercitque famae Struuii, nominando *Borrieſium*, qui thema reſpondit; feliciori autem minerua in eiusdem D dogmatis confutatione uſus eſt uir illuſtris THOMASIVS *de feud. oblat. cap.* 2. §. 37. 38. 39.

(b) Conſtabit enim ex iis, quae hactenus dicta ſunt, inter *allodia* et *feuda* imperialia intuitu nexus, quo addicti ſunt, utriusque poſſeſſores imperio, uel parum uel nihil intereſſe. *Seruit* uaſallus; *idem facit* allodii imperialis poſſeſſor, pariter nomine obligatus, notato in matricula. *alienandi* iure ultimus gaudet; ſed neque hoc *deſtitui* primum, ſeripſimus c. 1. ſupr. parent primus et alter Caeſari imperioque, ut ſubditi non Ariſtotelici, ſed prout E formula exigit libertatis Germanicae: *perfidus* imperio ac Caeſari et allodio excidit et, neque ultimo facilius, quam primo, quoniam uirgula oblatorum feudorum debet eſſe lenior: renouat *inueſtituram* uaſallus, ſubditus idem ſacramentum adpellat nomine *homagii*, quod eſt magis adductum grauiusque, quam fidelitatis iusiurandum, cetera.

(c) Fidenter id affirmant doctores: *quod dominus* DIRECTVM DOMINIVM *dare alteri queat in ſubfeudum, inſcio licet inuitoque primo uaF ſallo*, in quo numero SCHRADERVS *part.* 3. *c.* 7. *n.* 12. *ſeq.* ROSENTHAL *cap.* 9. *concluſ.* 62. *n.* 34. *ſeq.* et qui non? Exemplum narrabo, non fingam. SIGISMVNDVS *imperator ann.* 1434. epiſcopo LVBECENSI in ſubfeudum dedit DIRECTVM DOMINIVM HOLSATIAE *ducatus:* ea quidem lege, ut Holſatiae dux ex eo tempore eſſet *uaſallus epiſcopi:* ut inueſtituram ab *epiſcopo peteret* renouaretque: ne ſine epiſcopi conſenſu aliquid *alienaret* de feudo Holſatiae, comminatione adiecta *mulctae* 200. imperialium: ut HolG ſatiae dux pareret imperio, epiſcopo ſubdomino intermedio, cetera. Vidi diploma in ſupellectili *domini praeſ.* idque in uetuſtisſima ſcriptura eiusque aeui, quo eſt conceptum. Sermone tamen accepi adminiſtri, quod aegre id tulerint noluerintque nouum *ſubdominum Holſatiae duces* agnoſcere

uti *praedominum* (d): rationes certe iuris in Germania beneficiarii uolunt, ut idem indulgeamus imperii *uaſallo*, quo et ipſe *utilis* ſui *dominii* ergo ſibi nouum adſciſcat adoptetque SVBDOMINVM (e), uel etiam, de quo nemo dubitat, ſubuaſallum (f).

10) *Patrocinia aliquot IVRECONSVLTORVM.*

§. X. Ad extremum iureconſultos quaerere noſtro argumento patronos, operis erit omnino fruſtranei. Nulla enim lege ſcimus, doctorum reſponſis auctoritatem tribuendam eſſe in publici iuris litigio; cum eorum priuilegia intra limites potius uerſentur iuris priuati. Deinde uix inter illos unum uel alterum inueneris, qui hanc quaeſtionem attigerit. Tantum abeſt, ut aliquis ſuperſit, quo duce hic poſſimus uti (g). Praeſertim ſi, auctoritatis glaucomate detracto, in deſiderio poſuerimus rationum momenta, quibus illi utuntur, qui noſtra uel adprobant uel impetunt ac refellunt (h).

11) *LL. PVBLICAE pro iure adoptandi ſubdominoe R.I. 1548. §. 52.*

§. XI. Claudimus argumenta *pro iuribus ordinum*, ADOPTANDI SVBDOMINOS, cum publicis imperii legibus iisque nouisſimis. Olim certe fieri id potuiſſe, quod defendimus, dubitatum non eſt. Poſt uero, quam auditae ſunt querelae, deminui ſic uires imperii, de EXEMTIONIBVS in comitiali conſeſſu eſt cum ratio-

ſcere. Idque ideo, quod illis indignum uideretur, imperatoris loco, *directum dominum* uenerari Lubecenſem antiſtitem: deinde Holſatiae feudum imperio ſit oblatum, cui ideo obtrudi nequeat ab imperio *directus ſubdominus*. Qua diſputatione etiam effectum eſt, ut nexu hoc inſolito Holſatiae duces liberarentur redirentque ad curiam Caeſaris clientelarem poſtliminio. Quae hiſtoria ſatis docet, in hac cauſa non eſſe conclamatum.

(d) Etiam hoc largiuntur *domino directo*, ut, quod habet feudi *directum dominium*, poſſit ſubmittere *ſuperiori* huncque adoptare (uenia ſit uerbo) PRAEDOMINVM: eo quidem effectu, ut exinde uaſallus *duos* habeat *dominos directos*, unum immediate, quem adpellare liceat, SVBDOMINVM; alterum mediate (primo ſcilicet intermedio), quem diximus cum uenia PRAEDOMINVM. Plane ita *Hulderic. ab* EYBEN *elect. feud. cap.* 10. §. 14. *p.* 626. quem exſcribemus: *Par ratio facit, ut ſeniori nudam ſuam proprietatem* (male proprieras diſtinguitur ab utili dominio apud Germanos in feudis imperii, nam et hoc dicitur *das Untereigenthum*, ut illud *das Obereigenthum*) *aliis et quidem duplici modo uel ut ipſe ab iis* [ceu praedominis] *uel ut ii ab ipſo* [ceu praedomino intuitu primi uaſalli] *recognoſcant, in feudum tradere integrum putamus* [idque ſine conſenſu uaſalli]. *Etſi de feudiſtis noſtris uix quisquam ea de re moneat, collato* ROSENTHALIO *c.* 6. *concl.* 64. *n.* 3. *Ita* HASSIAE LANDGRAVIVS *directum dominium comitatus* WALDECCENSIS, imo, quod infra dicemus, etiam RITTBERGENSIS *imperatori imperioque rurſus in feudum obtulerunt.* Adplaudit Eybenio HERTIVS *de feud. oblat. cap.* 2. §. 14. ratione addita, quoniam dominii directi ratio uerſetur in proprietate. Vt adeo liberas manus habeat DOMINVS ſiue *ſenior* dominium directum 1) *alienandi*, 2) *infeudandi*, 3) *ſubmittendi* illud nouo *praedomino*.

(e) Praeſertim in *oblatis feudis*, qua uirgula aeſtimo imperialia quaeque, uinculum hoc conſecutionis puto eſſe quam firmisſimum. Habes enim in eius generis feudorum *utili dominio* pariter ſpeciem *proprietatis das untereigenthum*: habes hic *fauorem* in uaſallo *maiorem*, qui non accepit a domino beneficium, ſed huic tale obtulit ille: imo, quando eligit ſuo feudo dominum, fiduciam habuit in dexteritate hominis, gentis, familiae, muneris, dignitatis. Quo ipſo grauius eidem eſt migrare dominum aut pro uno nanciſci duos: quam talia pati ſeniorem.

(f) De quo argumento *Koblius*, *Freudenberg*, *Freccia*, *Leiſer* et alii plures laudati ſunt *cap.* 1. ſuperius. Quae in feudorum inſtitutis ſunt argumenta uulgaria.

(g) Quemque ſuo loco laudauimus, qui contulit aliquid luminis ad noſtrum argumentum. Qui enim clare ſenſerit nobiſcum, uidimus fere neminem. Quod mirum non eſt. Quia in tanto feudiſtarum, quos dicimus, numero etiam in ipſa Germania, uix offenderis unum et alterum, qui ad *patriae iura* et *mores* reſpexerit *medii aeui*. Rigantur omnium fere ſcripta riuulis tantum peregrinis. Vnde nihil praeſidii accedere potuit noſtro argumento. Valde autem negligentes et audaces ſunt in argumento noſtro, adeo graui tam ITTERVS *de feud. imp. cap.* 22. §. 4. quam HERTIVS *de feud. oblat. part.* 2. §. 15. *p.* 531. quod uterque ſcribit: *an princeps feudum imperiale* [Caeſare inſcio] *alii in feudum offerre ab eoque illud cum ſubdominio nouo recipere poſſit.* *Affirmat* QVETTA *conſil.* 6. *n.* 8. Fallit uterque, certo argumento, neutrum Quettae conſilium uidiſſe. Illud uerum eſt, reſpondiſſe Quettam iura *Wurtenbergicae* domus et *Auſtriacae*: uerum id tantum *n.* 8. *conſ.* 6. dicit: "Quando archidux Auſtriae ſubinfeudauit ducem Würtenbergicum, qui erat uaſallus Caeſaris, num maneat uaſallus archidux et ſic uaſallus ſit uaſalli. Si quaeris, num fieri poſſit? Adfirmo. Nam uaſallus ſine conſenſu domini poteſt ſubinfeudare: Non autem, utrum dux Würtenbergicus potuerit archiducem adoptare ſubdominum", aut ex immediato imperii feudo efficere mediatum. In ultimo ſane Quetta eſt mutus inſtar aliorum.

(h) Palmam hic porrigimus uni LYNCKERO, *imperiali Baroni* et *iureconſulto* oculatisſimo in *reſponſ.* 193. *n.* 7. *p.* 208. uerbis, quae recitamus: "Ein Lehen, welches iemand mit der Reichs-Standſchafft und ohne Mittel unter dem Reich beſitzet, mag wohl, næhern und mehreren Schutzes halben, oder anderen Urſachen willen, ob er wohl ſolche vom Reich zu Lehen getragen, hiernechſt von einigem anderm mæchtigem Stand des Reichs recognoſciret, und inſonderheit, alsdenn intuitu imperii, zum afterlehen und in ſubfeudum empfangen werden. Eſt enim probata legibus imperii ſententia: POSSE STATVM IMPERII SEMET IMMEDIETATI SVBDVCERE ET ALII IMPERII STATVI SE SVBMITTERE, male id negante PAVRMEISTERO lib. 2. de iurisdict. c. 9. n. 57. Quidni poſſet ſtatus ſuperioritatem territorii ſui, ſalua dignitate et iure ſtatus, alii principum in feudum offerre et ab ipſo ſub lege fidei uaſalliticae, recipere." Ita uir magnus et curiae imperialis collega. Cui omnino addi poteſt EHRENBACH *part.* 4. *c.* 99. §. 13. *cap.* 100. §. 8. 9.

(i) Prin-

CAP. IV. tione ita conſtitutum : *non improbandum* A *eſſe, SI STATVS STATVI ſe ſuaque SVMMISERIT* ; nihil tamen damni imperio ſic adferendum, cum EXIMENTEM SOLVERE oporteat PRO EXEMTO (i). §. LILIII.

CAP. IV.

ARGVMENTA ADVERSA *ſubdominis adoptiuis imperialium territoriorum.*

§. I.

Enumeratio argumentorum ADVERSORVM.

NOn ſatis eſt, dixiſſe uera (a) : illud B etiam porro requiritur, ut diſſoluamus ea, quae noſtris uidentur nocitura. Illi refellendi ſunt, qui negant, dari hoc poſſe *imperii ordinibus*, ut ſuis uel FEVDIS uel ALLODIIS IMPERIALIBVS quaerant adrogentque NOVOS SVBDOMINOS atque ita laxent quodammodo mordeantque frenos imperiales.

§. II. Principio enim iuris axiomate utuntur: *quod feuda nequeant alienari* (b). Verum ſicut inter genera alienationis non habetur ſubinfeudatio (c): ita quoque *ſubdomini* adoptatio huc trahi nequit. Quoniam feudi dominium ideo non aufertur imperatori uel imperio (d). 1) *a probibitu feudi ALIENATIONE.*

§. III. Deinde uerti ſic putant feudum in DETERIVS. Quoniam ei noua imponatur ſeruitus, praeſtanda ſubdomino (e). At 2) *uerſione in DETERIVS.*

(i) Principio audimus uerba, in *R. I.* 1548. §. 52. C "concepta ut ſequuntur. Und als dureb die Creyſs- "verordnete fürgebracht worden, wie etliche Stænde des H. R. andere Stænde auszuziehen, ſich unterſtehen. Iſt demnach berathſchlagung dieſes "Puncts befunden : daſs zwar etliche ausgezogen, "aber durch die ausziehende werden die Reichs "anſchlæge der ausgezogenen entrichtet. Die- "weil denn kein Streit noch Irrung auch dem Reich "dadurch nichts abgehet : ſo laſſen wir ſolches al- "les bleiben und beruhen. Bevorab ſo die ausge- "zogene Stænde ſolches ausziehens halben zu "frieden ſeyn. Doch mit dieſer Erklærung, da deſs D "ausgezogenen anlage nicht erleget würde, durch "unſern Kayſerlichen fiſcal wieder den ausgezoge- "nen procediret werde : welchen der ausziehende "zu vertreten und ſchadloſs zo halten ſchuldig iſt. Idem fere repetitur in *R. I.* 1541. §. 48. et *R. I.* 1542. §. 16. ubi prouocatur *auf den alten Gebrauch*, adoptandi ſubdominos. Idem in *Rec I.* 1576. §. 100. 101. *ſqq.* Alia loca congeſſere EHRENBACH *c.* 99. §. 13. KNIPSCHILD *lib.* 1. *de ciuit. c.* 18. *n.* 37. ANDLER in *conſtit. imp.* uerbo. *abgebende ausgezogene Stænde.* Ex quibus locis facile intelligitur, noluiſſe imperium, ut manus ordinum in adoptandis E nouis ſubdominis adligentur ad Caeſarum uoluntates.

(a) Ne in re tanti momenti plus uideamur ſenſibus dediſſe, quam ueritati, aut illos, qui contra ſentiunt, fugiſſe : producimus etiam alios in conſpectum, noſtrae cauſae valde inimicos. Fateor, longos eorundem eſſe numeros. Verum non multitudini herbam porrigimus ; ſed, paucis licet aut nulli cognitae, ueritati. Veniam quoque merentur, qui hic ceſpitant. Partim quod lumine careant noſtrae reipublicae mediique aeui ; partim, F quod glaucomate laborent peregrino ; partim etiam, quod eorundem uideatur intereſſe, non ſentiendo aliter.

(b) Hoc telum emittit MEICHSNERVS *tom.* 3. *deciſ.* 8. *n.* 69. 70. 60. his quidem uerbis: *non licuit* Ortenburgicis *comitibus ulterius* (Boioariae ducis) *poteſtati ſe ſufficere et poteſtatem imperatoris quodammodo ſubuertere*, quod conuincit 2. F. 25. *de prohibita feudi alienatione.* Idem filum trahit HERTIVS *part.* 2. *de feud oblat.* § 9. Certi, inquit, iuris eſt, *qui non poteſt alienare, non poteſt in feudum offerre.* Quibuscum etiam ſentit ITTERVS *cap.* 22. §. 4.

(c) Ipſe nobiscum ſic argumentatur *illuſtris* THOMASIVS *de feud. oblat. c.* 2. §. 14. cuius uerba recitauimus *cap.* 3. §. 3. *lit. pp. p.* 638. repoſuimusque ad illa, quae ſupereſſe uidebantur.

(d) Vere nihil damni imperatorem et imperium pati ex eius generis adoptionibus, illud quoque eſt declaratum *cap.* 3. §. 6. *litt. xx.* ſuperius.

(e) Iterum hic appellandus eſt MEICHSNERVS *tom.* 3. *deciſ.* 8. n. 69. *p.* 60. cuius argutiae ſunt hae : *communis eſt regula, uaſallum meliorem conditionem facere poſſe, deteriorem uero non poſſe ſine domini uoluntate et agnatorum* cap. 1. §. pen. de inueſtit. in re aliena facta. *Vbi Baldus ait, hic textus eſt rotundus. Sed in praeiudicium imperii et imperatoris omnino eſt, ſeruitute grauare comitatum nedum ulterius domini poteſtati plane eum ſubiicere.* Huc etiam quodammodo uidetur reſpexiſſe MENOCHIVS *in conſilio XXXII.* quo caſum reſpondet: *utrum domini de* CARRETO, FEVDA *ſua* IMPERIO *ſine intermedio domino ſubiecta, offerre potuerint* DVCI MEDIOLANENSI *eumque adoptare ſubdominum, ſalua imperii maieſtate*? Negat illud iureconſultus ex cauſis uulgaribus, quia ſic CARRETANI contempſiſſe uiderentur dominum imperatorem ; quia eius cauſam fecerint deteriorem, frenos laxando adoptandoque ſubdominum, cetera. Addit uero, niſi illud faceret uaſallus aliqua iuris neceſſitate. Scilicet, quoniam ei opus auxilio, quod tamen a Caeſare, nimium remoto et alpium iugis intercluſo ſperare poſſet nequicquam. Hoc enim caſu dari cuique imperiali uaſallo ADHAERENTIAM, quam dicunt, id eſt, adoptionem noui *protectoris* aut *ſubdomini.* Quod idem quoque ante eum docuit reſponditque *Albert.* BRVNVS in *conſil. feud.* 86. quod MARCHIONIS INCISIAE imperiales quondam uaſalli, qui tamen adſciuerunt *ſubdominum*, ducem MEDIOLANENSEM. Sed hi auctores ueri ſunt intuitu feudorum Italiae, in quibus multa fieri nequeunt; quae tamen omni iure ſunt licita in Germanico imperio. Huc reſpicere debuiſſet *Zachar.* VIETOR *de exempt. concluſ.* 23. cuius uerba recitabimus : VASALLVS Caeſaris *ſubiicere ſe alteri imperioque* EXIMERE *uolens*, NON *tamen poteſt. Fieret enim hoc* IN PRAEIVDICIVM PRIMI DOMINI, *inde nec hilum agit. Intereſt enim Caeſaris omniumque ordinum, ut* STATVS *imperii integre conſeruentur ; ſemelque, in imperii* MA-

TRI-

CAP. IV.

At primum negatur: quoniam uſu rerum A conſtat, quod in uaſallorum imperii ſit arbitratu, praeter imperatorem, etiam aliis ferre ſuppetias opesque feudi imperialis ad hanc fidem adſtringere et obligare (f).

3) *eiusdem rei non DOMINIA DIVERSA.*

§. IV. Porro inſtant: eiusdem rei non poſſe plures eſſe DOMINOS uel VTILES uel DIRECTOS(g). Repono, idem fieri in ſubinfeudationibus, quas nemo diſputauerit iuribus ordinum imperii (h).

§. IV. V. VI.

4) *ſpes intercepta APERTVRAE.*

§. V. Praeterea illud urgent, quod domino ita praeripiatur ſpes APERTVRAE per ſubdominum (i). Reſpondeo, dubium hoc eſſe (k): neque id tamen imperatori olim graue. Quoniam ſupra oſtenſum eſt: imperialia feuda res eſſe ſolitas infeudari (l); dari illis poſſe ſucceſſorem pacto (m); olim recidiſſe utile dominium ad ordines prouinciales (n).

5) *praeuentio PRIMI FORI.*

§. VI. Tum, putant, intercipi curiae imperiali iurisdictionem praetorio ſubdomini

Vv 3

TRICVLAM *recepti, non eximantur. Neque* B CAESARIS *imperiique uaſallus ita agit aliquid* IVREIVRANDO et quae ſunt reliqua. Corruptum enim uiri huius in hoc argumento iudicium eſt, qui pulchre ex *l. 7. C. de metallariis*, quos imperator dicit, ſi loco ſuo receſſerint, reuocari poſſe, colligi exiſtimat ad ordines imperiales, quaſi etiam hi eſſent inſtar hominum, qui facto uel delicto ſuo damnati ſint ad eruenda metalla cum uxoribus et liberis aut adſcripti glebae. Pudeat pigeatque ciues improbae philoſophiae! Sed quorſum homines huncque Victorem non abripere poſſunt uana nefandaque ſtudia partium.

(f) Non uideo quicquam, de quo dici poſſet, *adoptione noui ſubdomini* feudum imperiale reddi *deterius*. Nam retinet imperator ſuum dominium; cuius autem adrogatur ſubdominus, illud alienari poteſt, quidni diuidi cum ſubdomino. Deinde imperatoris iurisdictio, ſubdomini interiectu, non tollitur, ſed actu primo ampliatur, quod fieri etiam poteſt alias, adrogatione auſtregarum et arbitrorum. Neque intereſt imperatoris, utrum ſeruitia ſubuaſallus praeſtet, an uero ſubdominus, quod iudicium eſt comitiale, uti intelleximus ex *R. I. an.* 1548. *§.* 52. Cuius uerba recitauimus D ſupra *cap.* 3. *§.* 11. *litt. i.* Imo qui iure ſuo utitur, nemini facit iniuriam neque aliquis damnum ſentire dicitur, quod patitur iure.

(g) His uerborum luſibus ſibi omnino placent aduerſae ſententiae patroni. Putant enim uaſallum imperialem hoc caſu uel *dominum directum* fingere ſibi atque offerre ſubdomino, quod non habeat, quia illud in manibus ſit imperatoris: uel *utile dominium* tradere nouo ſubdomino, fieri autem non poſſe, ut eadem res uno actu tradatur retineaturque. Audiemus hic philoſophiam STRVVII *de feud. oblat. cap.* 4. *§.* 8. *Dominium*, inquit, E VTILE *quod attinet, illud porro in feudum offerri non poteſt* SVBDOMINO. *Si enim res feudalis uti* SVBINFEVDARI, *ita in* FEVDVM OFFERRI *poſſet, eueniret, ut uaſallus circa* EANDEM REM DVOS *acciperet feudi* DOMINOS. *Iam uero rectae rationi contrarium eſt, duos idem dominium circa eandem rem et quidem in ſolidum tenere.* Verum, ut dubium hoc tollant, noua cudere ſolent nomina: *dominii utilis* PRIMI et SECVNDI: illudque conſequi putant ſubdominum, altero penes priſtinum relicto feudi poſſeſſorem. Sic in cauſa WVRTENBERGICA ducem *utilem dominum* eſſe F *ſecundum*; penes Auſtriacos *utili dominio primo remanente*, adfirmant *Aug.* BEROIVS *uol.* 1. *conſ.* 76. *n.* 7. *ſq. p.* 316. *Andr.* ALCIATVS *lib.* 3. *reſponſ.* 36. *n.* 13. inprimis autem *Anton.* QVETTA *conſil.* 6. *n.* 7. 8.

(h) Qua propter ſcribunt doctores: *ſi* VASALLVS *dominium utile ſubinfeudet, fieri eum intuitu ſubuaſalli* DOMINVM *directum, intuitu primi domini eum manere* VASALLVM, de quo KNICHEN *de Sax. non prouoc. iure cap.* 6 *n.* 46. 47. *p.* 242. Alii uerbis utuntur *dominii ſubalterni*, quod centies multiplicari poſſe ſcribunt, toties illud ſubinfeudando KOHLIVS *de ſubfeud.* 6, 3. *n.* 5. Inſtar iu-

tium illorum, ſecundum quae habemus ſubconductorum ſubconductores; ſeruosque ſeruorum, cetera. De quibus FRECCIA, LEISER aliique ſcriptores ſubfeudorum et ſigillatim MAVRITIVS *decad.* 13. *poſit. feud.* 6. ITTERVS *de feud. imp. cap.* 22. *§.* 7. *p.* 957. 958. SCHOPPIVS *p.* 231. Scilicet eam indolem habent entia moralia, ut fingi ac refingi poſſint pro paciſcentium aut imperantium arbitratu.

(i) Illud uerum eſt, feudum ordinarie *aperiri ſubdomino*, id eſt, domino *immediato*: non autem mediato, primo, ſcilicet imperatori. Quod ſi eſt, C haud dubie imperator ſentiet damnum in eo, quoniam uacuum poſſeſſore feudum ipſi praeripiat ſubdominus. Eodem modo, uti fieri ſolet in oblatis aut *obfeudatis* allodiis. De quo ITTERVS *cap.* 22. *§.* 10. uir illuſtris, THOMASIVS *de feud. oblat. c.* 2. *§.* 38.

(k) Dicere enim aliquis poſſet: *reſoluto iure dantis iura etiam expirare accipientis; factum uaſalli non obeſſe iuribus domini*, cetera. Adeoque prouide magis diſtinguendum eſſe: *at ſubdominus fiat uel ſolius facto* VASALLI *uel* DOMINI *ſimul accedente conſenſu.* Si ultimum, retinere *ſubdominii* iura ſubdominum: quae, ſi alterum ſit, extinguantur. Quoniam ſimilis ſit deciſio in ſubinfeudante, cetera. Sed etiam haec forte nimis ſunt Longobardica.

(l) Ita ſcilicet, ut quondam non fuerit penes imperatorem, feuda imperio aperta conſolidare atque retinere in patrimonio Caeſaris. Neque hoc iure uſi ſumus abſque idonea cauſa. Nam illa quidem facile patet, ne ſcilicet nimium creſceret potentia imperantis: contra ordinum numeri, robur, uires decrementa paterentur deminuerenturque. Quapropter olim etiam oportuit *principem* imperii, ex quo imperator eſt factus, nuntium mittere principatui eumque transferre in liberos aut agnatos: imperialibus uero domaniis eorumque reditibus acquieſcere atque ſic ordinum ſuſpiciones atque aemulationes euitare. Atque hoc lumine colluſtranda eſt illa quaeſtio: *utrum principes imperii refutare feuda ſua poſſint imperatori isque illa ſibi queat retinere.* De quo ob cauſas modo dictas omnino poterat ambigi.

(m) De quo lectorem remittimus ad *cap.* 3. *§.* 2. *p.* 668.

(n) Oſtendit hoc auctor *Germaniae principis lib.* 1. *c.* 1. *§.* 4. et alibi idque *principio* ex originibus principatuum imperii, quos populi prouidentia ante ordinauit, quam actum eſſet de capite uniuerſae Germaniae iterum eligendo: *deinde* ex ipſius Caeſaris confeſſione, qui candidatum Boioariae ducatus, his uerbis repulit, parce precibus importunis, Boios adi, quorum bona gratia nouus eſt inaugurandus dux neque in uitis obtrudendus: *tum* teſtimonio monumentorum medii aeui, quae id affirmant, noluiſſe porro Sueuos ducem habere, extincto Cunradino: *praeterea* exemplo Rudolfi I. qui Auſtriam, poſſeſſore uacuam, non ſuo auſu tranſtulit in filium, ſed auctoritate comitiali ordinumque Auſtriae bona uoluntate:

poſt

CAP. IV.

§. VII. VIII. IX.

domini (o). At ſi nomina auſtregarum A ſancta ſunt imperatori (p): neque in eo habebit res haec aliquid inſolentiae. Taceo, quod idem fiat in ſubdomino allodii imperialis, quem iura noſtra ferunt haud dubie (q).

6) CONSENSVS offendi Caeſarum.

§. VII. Poſt medii acui diplomata docti illa etiam numerant, ubi ſubdominorum adoptionibus nominatim acceſſit Caeſareus conſenſus (r). Verum ex conB ſilii rationibus ſaepe aliquid fit, ubi nulla iuris neceſſitas (s). Accedit, quod ſi iuribus imperii aduerſae ſint eius generis adoptiones aut *ſubdominicationes*, etiam dubitari queat, quis tum requiri debeat conſenſus, Caeſaris an imperii (t).

7) pericula adferri a principe EXTRANEO.

§. VIII. Tandem periculi ideo plenam eſſe uolunt hanc doctrinam, quod tum fieri poſſit, ut ſubdominus forte adoptetur extraneus princeps, imperio noxius et ingratus (u). Verum idem metui poteſt a ſubdomino allodii (x). Officium ergo boni ciuis eſt, ut ſibi conſulendo, non obſit reipublicae aliumque non adoptet ſubdominum, quam conciuem (y).

8) cognitis EXEMTIONVM proceſſus.

§. IX. Ad extremum rem eſſe uolunt, in iure publico paſſim cognitam; quod nunc et olim ſerio ac ſaepius actum ſit, de ordinibus, imperio ita ſubductis, reuocandis uindicandisque iure quodam postliminii (z). Verum principio diſtinguenda hic EXEMPTIONVM, quas uocant, genera diuerſa (aa); tum dici poteſt, quod

---

poſt ipſorum principum agnitione, qui ſine ordi- C num prouincialium conſenſu neque pacta iniuerunt ſucceſſoria neque alieoarunt, quamuis in altero Caeſaris conſenſum neglexerint rogare: *porro* Belgii ordinum poſtulatis, nam, Hollandiae comite extincto, ſummam rerum ad illos recidiſſe, dixerunt, eadem uox Geldris, Friſiis aliisqoe: *tandem* accedit, quod ordines prouinciales quosdam principes tyrannos poteſtate cauerint et quae alia ſunt generis eiusdem. Sed haec OLIM.

(o) Hoc filum conſecutionis teauit iam olim MENOCHIVS *lib.* 1. *conſil.* 32. *n.* 29. 30. Verum ille caſum reſpondit Italicum. *Vtrum Carrentini* D feudum, quod ab imperio tenuerunt immediate, potuerint duci Mediolanenſi OBFEVDARE, id eſt, in feudum offerre. Quod iureconſultus negauit. Verum uti Italicis feudis longe duriores leges ſunt, quam Germanicis: ita non habet ITTERVS *cap.* 22. quare fidem det Germanam argumento peregrino.

(p) De quo dictum eſt ſupra *cap.* 3. §. 5.

(q) Cum igitur ideo nemo dubitet, quin *allodii imperialis* adoptari queat ſubdominus atque huic iurisdictio deferri, quae olim fuerat illico penes E Caeſarem et ſupremas imperii curias, quod oſtendimus *cap.* 3. §. 8. fruſtra ſunt, qoi haec oggerunt nobis in imperialibus feudis.

(r) Non negamus, omnis fere aeui exempla ſupereſſe eorum, qoi in imperialium feudorum oblatione adoptioneque ſubdominorum, praeſertim ſi res acta fuerat cum ſacro collegio, epiſcopis, antiſtibusque, etiam Caeſaris uſi ſint conſenſu. Vt parum ſit, quod in hoc argumento habet ITTERVS *cap.* 22. §. 4. Addo, quod *Friderici II.* diploma, an. 1222. conceptum celebrent Teutonici ordinis collegae, quo illis inſtar priuilegii datur, ut *feuda imperialia* poſſint acquirere multoque magis F eorundem adoptari ſubdomini ſine Caeſaris conſenſo. Exhibet tabulas GOLDASTVS *in den Reichshandl. p.* 167. et SCHOPPIVS *cap.* 1. *ſect.* 3 *p.* 83. Taceo, praerogatiuam eandem principibus electoribus largiri A. Bullam. Verum, quod curſim notn, ultima haec iura tangunt *alienandi*, non *obſeudandi*, id eſt, illis adrogandi ſubdominum. Interim hoc uerum eſt · *ſi quibusdam tantummodo imperii ordinibus data ſunt iura obſeudandi*, ueoia ſit uerbo, *ſine conſenſu imperatoris: reliquis idem facere non licuit. Quoniam exceptio*, ut dicimus, *firmat regulam.* G

(s) Vtque hanc ego cauſam eſſe puto, quare conſenſus Caeſarei exempla plurima ſint eorum, qui a ſacris antiſtitibus uel ſuſceperunt feuda, uel illis talia obtulerunt, uel eorum facti ſubdomini. Nam illi maluerunt in nimio peccare, quam aleae dare eius generis contractus.

(t) Memini, me etiam inueniſſe illud apud iureconſultos, qui in adoptione noui ſubdomini opus eſſe perhibent *conſenſu imperiali*, adeo, ut ſufficere non credant *Caeſareum*. Quoniam agatur hic de commodo imperii, ne illius iurisdictio patiatur aliquem interiectum et quae aliae ſunt damnorum ſpecies enumeratorum adhuc. Eſt ergo res multi diſcriminis, medii acui inſtituta improbare et in *obſeudationibus* imperialium feudorum ligare manus uaſallis. Cum qui Caeſaris conſenſum urgeat: ille ſimul occaſionem det, imperii quoque hic auctoritatem urgere. Praeſertim cum diſputent hodieque iureconſulti: *utrum imperator obligetur ex facto ſui deceſſoris* in hoc et ſimilibus argumentis.

(u) Ita enim Vietor aliique, ut doctrinae ueriori excitent inuidiam ac odium. Quamuis alii contendant ex aduerſo, e re imperii fore, praepotentes extraneos principes ita ſubire imperii clientelam: quae philoſophia eſt ITTERI *cap.* 22. §. 6. merito caſtigata *uiro ill.* THOMASIO *cap.* 2. §. 38. Quoniam de conſilii rationibus diſputare non eſt iureconſulti: uerum principis reique publicae adminiſtrorum.

(x) Quae tamen extraneis in feudum offerri poſſe principibus hosque adoptari, iuxta imperium, ſubdominos, audaci ſatis calamo defendit STRVVIVS *de feudis oblat. c.* 3. §. 9. Ad quae nos horremus adhuc.

(y) Sententiam noſtram de hoc argumento explicauimus ſupra *cap.* 3.

(z) Nam *R. I. an.* 1548. § 53. claris uerbis id uult, ut ordines ab imperio ab aliis *exemti* atque ſubducti, iuris ordine, actore patrono fiſci imperialis reuocarentur reducerenturque. Quod argumentum etiam tractant GAILIVS *lib.* 1. *obſeru.* 21 *num.* 7. *obſeru.* 21. *n.* 1. VIETOR *de exemt. concluſ.* 40. Ipſius proceſſus figuram deſcribunt BLVHMIVS *in proceſſ. cam. tit.* 30. 55. atque breuiter ſummatimque *ab* EHRENBACH *de princip. c.* 103. 104. aliique.

(aa) Sunt enim *alii* extranei, qui eripuerunt imperio territoria plura, de quibus CONRINGIVS *de finib. imp.* atque VIETOR *de exemptionibus*: alii autem *conciues*, in quibus nos uerſamur etiamnunc. Vtrique territoria imperio erepta uel pleno iure ſibi adrogant, uel minus pleno, imperatori ſcilicet imperioque relinquentes neaum mediatum uel etiam clientelarem. De *primo* genere fere ſunt intelligenda iudicia recuperatoria, commendata a comitiis: *ultimum* autem genus in iisdem fuiſſe adprobatum, *cap.* 3. §. 11. *p.* 674. commemorauimus.

(bb) BI-

CAP.IV.V. quod conſilia haec caruerint ſucceſſu (bb); A praeſertim quoque ad declinandam potentiorum inuidiam. Quoniam eo audaciae prolapſi fuere fiſci procuratores, ut VIGINTI TERRITORIA notarent, quae, iudicio eorundem, imperio eripuiſſet ſola *domus* AVSTRIACA (cc).

§. X. Verum fruſtra in argutiis haeremus: cum in iuris publici cauſa omne punctum ferat rerum uſus, ille effector regnorum formularumque. Atque hunc deſcripſit, oſtenditque caput alterum, cui tertii et quarti omnia momenta omnino ſubmittimus. *§. IX. X. I. II. Concluſio.*

CAP. V.

Primum forum clientelare ADSERTVM *ſubdominis.*

§. I.

NEXVS dicendorum.

QVo prolixiores fuimus in adſerendo iure, quo imperii ordines FEVDA et ALLODIA IMPERIALIA CONCIVIBVS OFFERRE POSSVNT IN FEVDVM EOSQVE ADOPTARE SVBDOMINOS (aa): eo breuioribus nunc eſſe licebit, in reſpondenda quaeſtione, PRIMVMNE FORVM CVRIA TVM NOVI SVBDOMINI SIT, AN VERO IMPERII, ſi quidem CAVSAE diſputentur CLIENTELARES (bb). Supereſt C igitur, ut *primo* CVRIAM SVBDOMINI hic tueamur: *deinde* reponamus ad ea, quae noſtris obiici ſolent pro IVDICIO IMPERIALI. Facere hic nobiſcum CANONES; LEGES; INSTITVTA clientelaria et LIBELLOS; MORES; forenſia PRAEIV- B DICIA; RATIONES; CONFESSIONES partis aduerſae, cetera, quod iamnunc docendum eſt commonſtrandumque.

Argumenta 1) ex iure CANONICO.

§. II. Principem hic locum demus PONTIFICIALI DECRETO, quod hodieque ſacrum eſſe dicitur Germanico imperio (cc). Eſt autem illud hoc: IVRISDICTIO IN CAVSIS CLIENTELARIBVS primo ſtatim actu eſt apud DOMINVM feudi immediatum, quamuis VASALLVS ſit REX (dd) C et directum DOMINIVM habeat RVSTICVS (ee). Adeo firmum et ſanctum eſſe debet filum conſecutionis; a iure dominii directi ad iurisdictionem in feudalibus cauſis. Quicquid cetera ſtatuatur de libertate, dignitate, obligatione perſonae uaſalli. Inde etiam ſacros antiſtites prohibuit

(bb) BIENNII ſpatium praeſcriptum eſt, intra D quod proceſſus *exemtionis cuiusque* debeat finiri *R. I.* 1548. §. 53. Qui terminus num inter parum aut nimium peccet, diſquiſiuerunt STEPHANI *de iurisd. part.* 1. *c.* 3. RODINGIVS *in pandect. cam. lib.* 3. *tit.* 44. Verum, *biennii* loco *duo ſecula* praeterlapſa ſunt, ex quo laterem lauamus ludimusque operam. Quis enim irritauerit crabrones? Cui lumina, quae hoc argumentum requirit ex medio acuo? Cui animus ad martyria ſubeunda ob cauſam huius aeui? Et cui bono? cum alia plura remedia ſuperſint conſulendi egeſtati, ſi quae eſt, imperii Germanici.

(cc) Calculis me rucor hic *Würtenbergici* quondam *cancellarii*, *illuſtris uiri* EHRENBACHII *de princip. cap.* 99. §. 11. Qui ait: *ſola* DOMVS AVSTRIACA *unum et uiginti ſtatus exemit.* Quos numerauit fiſci patronus. Scribo enim hic fide aliena. Quod ſi eſt, uideant auctores iudicii recuperatorii, num his conſilii generibus proſint atque incrementa ſic promoueant DOMVS AVGVSTAE.

(aa) Quae iura docuimus *exemplis cap.* 2. deinde *legibus* et *rationibus cap.* 3. demum illorum *diſſolutione*, quae uiſa ſunt noſtris aduerſa *cap.* 4. Si enim hoc uerum eſt, non certe erit, quare diſputetur alterum, fori ſcilicet inſtantiam primam eſſe penes *ſubdominum* ſiue dominum immediatum.

(bb) De his enim nobis eſt ſermo: non autem de cauſis aliis, quae uaſalli reſpiciunt perſonam iuraque alia poſt clientelas.

(cc) Vtimur hoc iure in gratiam illorum, qui hodieque uenerantur pontificialia decreta etiam in controuerſiis clientelaribus iurisque publici. Licet non neſciamus, eſſe alios, qui illa ſpernunt idque numerant inter dogmata principum euangelicorum. Verum mea iudicia ſunt haec. Euangelicos principes canonica iura non ſuſtuliſſe, niſi in illis, quae formulae fidei noſtrae ſunt aduerſa. Vtrum uero in *cauſis reipublicae* noſtrae illis fecerimus locum, diſputationem eſſe, euangelicis et pontificiis communem eoque redire omnia: *utrum Germanici imperii formulam ullo unquam tempore arbitratui ſubmiſerimus pontificis Romani?*

(dd) Extat decretum in CLEMENTINIS *cap.* 2. *paſtoralis*, *de ſententia et re iudicat.* Cauſa fuerat haec. In ius uocauerat imperator regem E Siciliae, quem ille citauerat, accuſauerat contumaciae, condemnauerat, proſcripſerat. Sub examen uocauit haec pontifex ſenſitque ita: *Rogerium regem in* perſonalibus *nullum habere iudicem; ſed tamen eundem ſtare oportere in cauſis* feudalibus *coram* imperatore *intuitu* feudorum *terrarumque imperio clientelarium.*

(ee) Scilicet oggerent forte aliqui: *fieri poſſe, ut feudi dominium pendeat uili perſona, utpote ruſtico*, ubi abſurdum ſit, hunc agnoſcere iudicem, potius igitur ſtatim forte a uaſallo adiri poſſe *dominum ſuperiorem*, praeterita neglectaque ſubdomini F inſtantia? Reſpondet hanc obiectionem *Franciſcus* ZABARELLA, CARDINALIS *in comment. ad Clement. cap.* 2. *de ſent. et re iudic.* his quidem uerbis: *Quilibet dominus feudi, quantumuis* VILIS *etiam* RVSTICVS *ſuper* REBVS, *quae tenentur ab ipſo in feudum, habet* ORDINARIAM IVRISDICTIONEM. *Ergo idem expellere etiam poteſt uaſallum de feudo, ſi mereatur: quamuis cetera, quae feudum non tangunt domino non ſit obligatus.* Conſentiunt doctrinae Zabarellae *Philipp.* FRANCHVS, *Nicol.* SVPERANTIVS aliique. Dixit uero

CAP. V.

hibuit pontifex (ff): ne, ullo iuris tegumento, feudorum dominos interpellent in cauſis clientelaribus.

II) *ex LONGOBARDICO iure.*

§. III. Sequantur ſacros canones DECRETA iuris CLIENTELARIS LONGOBARDORVM. Sunt autem lumina, quae in illis noſtrae cauſae ſeruiunt, adeo clara et aperta: ut, in tanta ueri perſpicientia, mirum ſit, cauſam hanc uocari in dubium. Principio enim, ubi inter plures diſputatur de eadem clientela ſiue etiam de pluribus: tum omne iudicium datur feudi DOMINO (gg). Deinde ſi dominus partis unius prae altera uidetur ſtudioſus eſſe; tum controuerſia ſubmittenda PARIVM CONSESSVI. SVPERIOR autem et ORDINARIVS iudices eo excluduntur usque:

A donec ad alterutrum res fuerit deuoluta uel adpellando (hh), uel ſupplicando remediisque generis eiusdem in actu ſecundo. § III. IV.

III) *ex iure GERMANICO uniuerſim.*

§. IV. Patriae IVRA, quamuis raro ſint SCRIPTA: tamen, quae ad noſtram cauſam aliquid important, litteris quoque tradita reperiuntur. Scilicet cuique domino feudi id datur in LL. GERMANICIS, ut uocet in iudicium uaſallos. Comparere B ſi qui neglexerint, mulctam incurrunt. Clientelares praeſertim cauſae non alium habent iudicem, quam DOMINVM: hoc uero partibus ſuſpecto, CVRIAE PARES (ii). Sententia a primo uel ultimis lata, tum demum licet ad SVPERIOREM dominum CVRIAMQVE IMPERIALEM prouocare.

§. V.

---

uero ius hoc Zabarella an. 1400. ut adeo eius reſponſo pretium accedat ex uetuſtate, quam magni facimus io clientelari argumento. C

(ff) Quam etiam amplitudinem et fauorem, praeſertim in canonibus ſacris, habent iudicia ſacerdotum et maxime epiſcoporum, adeo, ut illis in omnibus cauſis uideatur quodammodo iurisdictio concurrens: tamen ſumma fuit ſacerdotibus religio, ne feudalium iudicum agerent corriuales in iudicandis ac reſpondendis clientelaribus cauſis. Momentoſum eſt *cap ceterum 5. X. de iudic.* in quo is caſus deciditur. Cum enim duo uaſalli de feudis litigaſſent, alter cauſam detulit ad epi- D ſcopum partis reae: quam etiam epiſcopus notauit eccleſiaſtico fulmine, niſi pareret. Verum improbauit illud papa Alexander III. reſcripſitque: ut antiſtitum ſententiae in cauſis feudalibus latae haberentur pro improbis, temerariis, uullis, iudicis incompetentis, cui impune non pareatur. Nulli ergo hominum impedire licere dominos in cauſarum feudalium foro: ſublato etiam iure, ideo Romam adpellandi. Praeit aliis exemplo ſuo ipſe PONTIFEX ROMANVS. Licet enim eius iurisdictionem, chriſto uicariam, habeant extendantque illam ad cauſas omnes, ciuiles, crimi- E nales, ſacras; imo ſuper omnes etiam principes: tamen Innocentius III. in *cap. 3. nouit ille X. de iudicus* claris uerbis dicit: *agnoſcere ſe, quod ſuum non ſit de* FEVDIS *iudicium ferre, quod ſpectet ad feudi dominum.* Lis, quam reſpondit, uertebatur inter reges Angliae et Galliae, cui immixta fuerat quaeſtio de prouinciis Angliae in Gallia ſitis regique clientelaribus. Vltimum *curiae clientelari* reliquit papa: primi tantum iudicio ſibi adrogato.

(gg) Decreta feudalia, quae huc pertinent, ſunt, quae ſequuntur. Princeps locus eſt 2 *F.* 15. In F illo enim habes omnia fere genera IVDICVM FEVDALIVM. Principio uult decretum, ut cauſa feudalis agatur coram DOMINO uel, quod idem eſt, in *curia domiaica, dem Lehn-Hof:* ſi uero dominus ipſe uel pars ſit litigans uel partium ſtudioſus, tnm decernant PARES CVRIAE, *die Manas-Cammer, das Maan-Gericht*, inſtar tribunalis militaris, quod conſtituere ſolent commilitones: porro, ſi ita placuerit utrique parti, tum etiam prorogari poterit iurisdictio ad ARBITROS uel *auſtregas:* ad extremum cauſa clientelaris deuolui queat ad iudicem ordinarium ſupe- G riorem, CAESAREM aut curiam imperialem. Addit decretum 1. *F.* 18. IVDICEM CVRTIS, quem nos habemus pro ipſo *domino* uel pro feudali *rectore, den Lehens-Probſt, Lehens*-director, ſi quidem is fuerit inſtructus uel a domino uel a curiae paribus iuris dicundi facultate.

(hh) Ordo iudiciorum deſcriptus eſt in notula praecedente. Addi autem illis poſſunt decreta clientelaria alia plura 2. *F.* 16. 2. *F.* 20. 2. *F.* 51. §. 5. 2. *F.* 55. 2. *F.* 56. 2. *F.* 58. § 3. Vnde clare intelligitur, non potuiſſe in cauſis clientelaribus uel *dominum* negligi uel *pares curiae*, niſi in caſibus quibusdam ualde ſingularibus, praeter quos omnis ſaltus improbatur ad iudicem ordinarium et ſuperiorem. Imo licet, domino quandoque litigante cum uno ex uaſallis, in parium electione conuenire nequeant dominus et uaſallus: neque ſic tamen adiri poſſit, alterutra parte inuita ſuperior, quod 2. *F.* 16. ita deciditur: "Si inter dominum et uaſallum de feudo orta fuerit contentio, per PARES illius domus (curiae) ſicut lex Corradi (Lotharii) dicit, dirimatur. Si utrique conſenſerint in eligendis paribus, nulla dubitatio eſt. Si diſſentiant, domini electio praeualebit et uaſallus ſimiliter eligat ſecundum numerum a domino comprobatum." Adeo enim domini cauſae proſpectum eſt, ne ipſe ad iudicem ſuperiorem trahatur intempeſtiue, ut hoc ne quidem tum fieri poſſit, ſi dominus ſit *pars litigans*, ſi uaſallus reformidet *parium ſententiam* neque habeat, quos cum fiducia poſſit eligere, cetera. Multo igitur minus indulgeri debet eius generis ſaltus, ſi cauſa non ipſum dominum tangat, ſed illius tantum uideatur quodammodo intereſſe, utra pars reportet uictoriam.

(ii) Principe loco ponemus IVRIS ALEMANNICI *caput* 18. quod planum et clarum eſt: "Ein Herre ſoll zum mynſten zwölff Mann han, da er um Lehen richtet. Und hætt der Herre das Gut, da ſie ume richtend von einem andern Herrn zu lehen: und wiederrufft der ſiner Mannen einer das Urtheil, und thætt das folge ſelbe dritte: er zuhet die Urthel wohl an den Ober-Herren" et quae ſequuntur. Exinde uero clare intelligitur: quod primum iudicium in cauſa clientelari ſit domini et parium: unde demum liceat ad ſuperiorem regem uel imperatorem, non quidem temere, ſed aliquot parium curiae conſenſu prouocare." Eiusdem argumenti eſt *cap.* 90. atque IVRIS SAXONICI *cap.* 27. §. 2. quae loca id habent: ſi dominus uaſallo neget feudum reiiciatque parium conſeſſus, quod tum fieri poſſit ad SVPERIOREM prouocatio. Porro in CAP. 94. 95. IVRIS ALEM. et in CAP. 32. IVRIS SAX. §. 30. agitur de forma et figura iudicii feudalis. Praeterea CAP. 97. ALEM. atque SAXONICI IVRIS *cap.* 33 § 2. *ſeq.* inſtituitur: *quod dominus diiudicare debent cauſas, tangentes plures, quae rem eandem uocent ia ius.* Inprimis autem eſt momentoſum IVRIS ALEM. *cap.* 130. atque SAXONICI *cap.* 34. §. 12. 13. in quo utroque uaria occurrunt,

quae

CAP. V. IV.) *ex iuribus* SINGVLARIBVS *prouinciarum Germaniae de* PARIBVS CVRIAE.

§. V.

§. V. Idem etiam PRIMI FORI inſtitutum in plurimis Germaniae noſtrae prouinciis ipſo uſu et praxi intelligitur. Quarum aliquas laudabimus. Ex pluribus enim haberi ac colligi poteſt quaedam uniuerſi Germanici imperii uox. Vtinam uero de ſingulis conſtaret nobis ſigillatim: omnibus certe quondam IVDICIA CLIENTELARIA fuiſſe (a), a ciuilibus aliis- A que diſtincta, licet plurimae ab hac conſuetudine ſint deſuefactae (b), tam certum eſt quam certiſſimum. De curiis parium VLTRAIECTINA (c), TREVIRENSI (d), COLONIENSI (e), WVRZBVRGENSI (f); imo ex ordine principum ciuili, de BOHEMICA (*), ARCHIPALATINA (g), WVRTENBERGICA (h) aliisque actum eſt ſuperius. Addimus nunc alias, quarum

quae cauſam noſtram inſtruunt. Nam *principio* B ſupponitur praeſtruiturque, quod curiae pares ſententiam dicere poſſint aduerſus feudi dominum: *deinde* quod ſi parti alterutri diſpliceat illa, prouocari demum poſſit ad ſuperiorem dominum ipſumque tandem regem uel imperatorem: *poſt* ritus deſcribitur introducendae eius generis adpellationis: *praeterea* docetur, quod tum ſententia a iudice ad quem lata aperiri debeat conſeſſui parium: *ultimo* mos geri eidem et quae ſunt reliqua. Peccat autem, me iudice, SCHILTERVS ad *cap.* 7. et 30. 31. *iuris Alemann.* qui uinculum conſecutionis nectere uult hoc: *ſi ab imperio ſeruitia* C *exigi poſſunt a ſubuaſallis; etiam imperii fundata erit in illos iurisdictio.* Nam primum quidem eſt quoque *R. I.* 1548. §. 52. conforme: alterum uero erroneum ac falſum, cum neque lex hoc dicat neque ratio patiatur iuris beneficiarii in Germania. Auget etiam Schilterus errorem in eo, quod prouocet ad *Lud. Cantarellum* FABRVM, qui *libro* 2. *des fiefs c.* 5. dicat idem. Quia et hoc falſum eſt. Imo praeclarus ille auctor loquitur de tempore Caroli M. quo oſtendit, feuda atque beneficia clientelaria fuiſſe inſtar *muneris* et *officii* nilque ideo habere cum noſtri et po- D ſterioris aeui clientelaribus *territoriis* commune. Vtinam ergo Schilterus plus lucis habuiſſet medii aeui in illuſtrando iuris SVEVICI et SAXONICI utroque SPECVLATORE. Sed maiorem adhibuit induſtriam in combinandis Longobardiae Germaniaeque iuribus, quam in docendis differentiis, praeſidio diplomatum medii. Quam hic quidem finxit fruſtra et praeter rem rationemque.

(a) Non ſolum quoniam CANONES et decreta cum LONGOBARDORVM tum GERMANICA id uolunt, ne cauſae clientelares ante ad ſuperio- E rem deferantur, quam in PRIMO foro in eoque uel DOMINI uel PARIVM ſententia ſit lata, quod modo probauimus: ſed etiam quoniam aliam iurisprudentiam non ferunt *beneficiorum* Germaniae rationes. Imo, quod maximum eſt, quoniam de plerisque patriae prouinciis loquuntur monumenta, quorum cauſae etiam aliis ſunt communes. Contra autem, ubi mores ab hoc inſtituto nunc alieni, ibi tempora patent metamorphoſeos. Neque etiam tum cauſis clientelaribus propria ſunt ſuprema imperii iudicia. Quoniam, ubi PARES CVRIAE porro non audiuntur, nihilominus lites, F ipſi domino intentatas, antea perſequi debent partes coram REGIMINE, quod dicunt, ſiue tribunali prouinciae, quam illae altero actu ad ſuprema imperii iudicia poſſunt deuolui: tantum abeſt, ut uel ſic indulgeatur ad alterum, primo actu forenſi neglecto, ſaltus, legibus ordinumque libertati uere inimicus.

(b) Scilicet, ubi ordinum, iure uel iniuria, ſuppreſſa eſt auctoritas, ibi PARIVM CONSESSVS ſublati eorumque loco ſubſtituta *prouincialia iudicia* ſuprema *die Landes-Regierungen.* Quod doceri poſſet exemplis, ſiquidem noſtro inſtituto id G prodeſſet. Digitum huc omnino intendit, in memorabili commento, LERCHIVS meus *part.* 2. de *ordine equeſtri* ſub finem, qui eſt conſulendus. Scribit enim in hac cauſa ex uſu fidenterque. Certe in ipſa Saxonia RES olim CLIENTELARES, praeſertim in partium ſtudio domini, tractatas et uentilatas eſſe in prouincialibus comitiis, *denen gewohnlichen Land-Tægen,* quae inſtar fuerunt parium curiae conſenſus: illud quidem didici ex ACTORVM PROVINCIALIVM, iſtius territorii, CODICE MSCTO *von Landtags Abſchieden.* A quo autem tempore cauſae clientelares tractatae ſint in ordinariis iudiciis, illud quidem nequeo definire. Forte ordinum auctoritas ſic fuerat deminuenda: forte mores in illis iudiciis clientelaribus, catos et ſimplices, nauſearunt iura Romana docti: forte eorundem puduit piguitque ipſam nobilitatem: forte, Longobardico Romanoque iure introducto, landſaſſii, eius ignari, uel ipſi fugerunt iudicia, uel ea occaſione animos indoctos inde proſcripſit princeps. Coniecturis utor, quibus eſt ignoſcendum. Abſit ergo, ut exinde ſaltui ad iudicia imperialia, prouincialibus neglectis, accedat aliquod patrocinium. Cum *prima inſtantia* manſerit in prouincia iueritque tantum a PARIVM CVRIA ad TRIBVNAL principis ſiue regimen, quoniam hoc nouimus nomine olim principis populique fuiſſe inſtitutum. Quicquid hodie ſit de eius habitu peregrino.

(c) Quam deſcriptam habes *cap.* 2. §. 2.

(d) De qua actum eſt *cap.* 2. §. 4. Quibus addi poteſt *Gaſp.* LERCH. *part.* 2. *p.* 198. 199. HERTIVS *de ſpec. rebusp. Germ.* §. 56. *p.* 457. ITTER. *cap.* 25. §. 3.

(e) De qua dictum eſt *cap.* 2. §. 5. Cui accedit praeſertim *Wernerus* THVMMERMVTH *im Coln. Krumſtab fund.* 2. *p.* 63. *n.* 18. *p.* 52. 53. qui ex inſtituto id agit, quod in cauſis clientelaribus, praecipue ſi dominus, antiſtes pars ſit, nequicquam litigari poſſit coram REGIMINE, ita enim principem in propria cauſa iudicaturum, ſed in CVRIA PARIVM, quam ſi ille negligat, iudicio Thummermuthiano, tantum non dominium directum a uaſallis poſſit reuocari.

(f) Pertinet huc *cap.* 2. §. 6. ubi ſimiliter id negatum eſt epiſcopo: ne cauſas feudales uel coram praetorio tractet ſui praeſidis uel ſtatim deferat paribus praeteritis, ad imperatorem.

(*) Quod diximus *cap.* 2. §. 7.

(g) Supra *cap.* 2. §. 8. Imo archipalatinus, ſublato forte *parium curiae* iudicio, uoluit, ut in cauſis tam clientelaribus, quam omnibus aliis principis tribunali uaſalli quoque eius eſſent addicti. Verum repoſuerunt hi, nexu ſe teneri feudali archipalatino eumque uenerari in cauſis clientelaribus *iudicem et pares*; uerum in aliis rebus ſe imperatori imperioque eſſe ſubiectos. Quod ſingulari ordo equeſtris libello expoſuit, qui supereſt apud LERCHIVM a *Durmſtein part.* 2. *pag.* 209. 210. 211. Qui in eo etiam cum hic, tum alibi eſt, ut conſiliarios palatinos incuſet ignorantiae aut partium ſtudii in *parium* ſupprimenda auctoritate obtrudendoque imperialibus ſubuaſallis *landſaſſiata.* Ceterum parium curiae iudicia Germaniae proceribus admodum commendat conſiliarius palatinus a RVSDORF *in uindic. palat. c.* 1. *n.* 286. 287. *p.* 44. 45.

(h) Remittimus lectorem ad *cap.* 2. §. 11. ubi admodum memorabile eſt, quod uaſalli id quidem

Digitized by Google

rum quidem nobis notitia ex inſignium diplomatum adparatu. Vtpote antiſtitis MOGVNTINI, ad parium curiae conſeſſus adligati ſigillatim (i); epiſcopi deinde OSNABRVGENSIS (k), cuius fori clientelaris narrationem damus plenam ac planam codice MSCTO; porro BAMBERGENSIS (*) et Germaniae pontificum aliorum praeſertim Weſtphaliae, Sueuiae et Franconiae, de quibus agere poſſemus ſigillatim. Praeterea ex ordine Germaniae prouinciarum ciuili curiae dominicae aut parium in hoc argumento conſeſſus inuenimus in ducatibus BOIOARIAE (l); POMERANIAE (m); GELDRIAE (n); CLIVENSI, IVLIACENSI, MONTANO (o); marchionatu Brandeburgico (*); LVSATIAE

---

quidem in ipſa habeant iuriſiurandi formula, ne, lus dicere negligant, in cauſis feudalibus requiſiti.

(i) Moguntinus princeps electnr primarius in tauta, quam habet auctoirate in Caeſaris palatio, id tamen promiſit ſuis *beneficiariis*, nolle ſe *cauſas feudales* aliis ad iudicandum demandare, quam PARIBVS CVRIAE neque illas, aliquo iuris tegumento, alio transferre. Memorabilia loca ſunt apud LERCHIVM *a Durmſtein*, qui fide ſcripſit equeſtris tabularii. Principio ille *part.* 2. *p.* 114. 115. litteras exhibet an. 1384. conceptas in hoc quidem argomentn: "Wir Adolf des Stuls zu Meintz "Ertzbiſchoff &c. mochte unſern uaſallen nicht "recht bey uns geſchehen, was dann drey oder fünfe unſerer Burgkmannen, zum Schilde gebohren, "darüber weiſen zum rechten, daſs wir darum "thun ſollen, daſs ſollen wir und unſere Naebkommen am Stifft thun in zween Monathen, als das "recht von den Burgkmannen geſprochen iſt. Und "ſollen wir dieſelbe ermahnen, daſs ſie ſich des "rechtes zwiſchen uns und unſern Mannen annehmen. Gegeben an. 1384. Deinde *p.* 208. 209. eiusdem *part.* 2. aliud Mogunrini archiepiſcopi diploma occurrit, quod pariter damus in epitome: "Wir Adolf zu Meintz Ertzbiſchoff &c.&c. wære "ſache, daſs unſereBurgkmannen mit uns ſelbſten "oder unſern Nachkommen mit dem Stifft zu "ſchaffen bekæmen, warum das auch wære, ſollen "wir, gleich wie auch unſere Burgkmannen unter "ſich, vor unſern oder unſers Stiffts Burgkmannen, "unter zwelfen ungeraden, was ſie, die geſellen im "Lehne, ſchlieſſen würden, verbleiben ohne alle "Wieder-rede und uns an ſolchem Recht begnügen laſſen. Gegeben an. 1382. Taceo alia, quae in cauſa Koenigſteinenſi aliisque uentilata ſunt in hoc argumento.

(k) Cum in ſuppellectili *dn. praeſ.* codicem offenderim MSCTVM *de Oſnabrugenſibus feudis*, pace eius inde deſcripſi hiſtoriam proceſſus iudiciique feudalis Oſnabrugenſium uaſallorum eamque lucubratiunculae meae adieci loco adpendicis LITT. A. Factum uero id eſt non ſine graui cauſa. Quoniam Saxonici aliique in hac uicinia iuriſconſulti tantum non dubitare audent, num hodieque ſuperſint PARIVM CVRIAE iudicia. Quae non ſolum hic enarrantur, ſed etiam nos illud docent, quod *cauſae feudales*, licet domini forte iudicium partibus ſit ſuſpectum quodammodo, non tamen ſaltu quodam ad ſuprema imperii iudicia deuoluantur, ſed in parium conſeſſu ante tractari iudicarique debeant PRIMO ACTV ſiue INSTANTIA. Quod nobis fuerat commonſtrandum.

(*) De qua FICHARDVS *conſ.* 18. *n.* 31.

(l) Quamuis enim PARIVM CONVENTVS in Boiaria inſtitui non ſoleant: tamen *tribunal ducale* inſtar eſt illorum. Adeoque ſi uaſalli cum principe electore ipſo litigent: nihilominus illud forum ſit agnoſcendum, eo quidem moderamine, ut hoc caſu conſiliarii nexu dimittantur, quo principi addicti ſunt alias iudicii adſeſſores. Legi hoc poteſt apud BALTASARVM *in pract. reſolut. tit. XI. reſol.* 1. *n* 16. Imo idem ſere claris uerbis traditur *in dem Bayer-Landr. tit.* 11. *artic.* 1. Id notatu eſt dignum, quod *praepoſitus* quondam *feudalis der Chur-Bayriſche geweſene Lehen-Probſt Caſp.* SCHMIDIVS L. B. ſcribit ad *tit. XI. artic.* 1. *p.* 700. 701. Scilicet quod *parium* iudicia, quae olim in Boioaria fuerunt, ſint ſublata. Deinde quod migrauerint illa ad prouinciale tribunal ordinarium, quandoque etiam ad curiam clientelarem. Adeo certum eſt, neque Boios id dare uaſallis, ut cauſas, neglecto primo actu, ad Caeſarem aut imperium deuoluant per ſaltum.

(m) Docuit me hoc libellus *mſct.* MEVII *in iure publico Pomeran. cap.* 3. ubi ait: *quibus uaſallis cum principe territorii eſt lis, illi triplici uti poſſunt remedio iuris conſequendi.* Primum *poteſt ille rem committere a ſe electis* COMMISSARIIS, *quibus ſuo etiam nomine alios adiungit dux:* deinde, *his in caſſum laborantibus, cauſa iudicanda datur* AVLICO IVDICIO, *cuius adſeſſores princeps hoc ſoluit iureiurando. Quibus iuſtitia partis alterius adiungatur quandoque noui adſeſſores* inſtar AVSTREGARVM: praeterea, *niſi haec uia probata fuerit parti, poteſt grauamina exponere* MARESCHALLO *prouinciali, qui in rem inquirit cum prouincialibus conſiliariis, denen Land-Ræthen, quorum decretis niſi ſteterit princeps, id aperitur* ORDINIBVS, *qui eo negant uſque tributa, donec illis princeps* ſatisfecerit: ad extremum *non negatur id uaſallo, ſi malit, quam omnibus hiſce, uti* PARIVM IVDICIO. Neque enim uel hic ſaltui eſt locus ad iudicia imperialia in hoc argumento.

(n) Hoc argumentum late atque ex iuris patrii rationibus tractauit SANDIVS *in conſ. feud. tract.* 3. *de iudiciis feudalib. cap.* 1. 2. 3. Nam docet ibi auctor, *quod cauſae clientelares inter principem et uaſallos expediri debeant a curiae feudalibus paribus. Quod tum cogi queant* PARES *ad ius dicendum etiam inuiti; quod iudicandum libere ſub dio; quod mane iudicandum*, cetera. Apage igitur, ſaltum hic indulgeri hominibus beneficiariis.

(o) Breuiter, ſed uere *Gerb.* FELTMANNVS *de forma iudicii feudalis c.* 19. §. 2. *n.* 7. *p.* 174. ſcribit: *Moribus* Germaniae *inferioris nec non* BELGICAE *totius omnes cauſae feudales adhibitis* PARIBVS CVRIAE *diſceptantur. Qui uel ſimpliciter Mannen uel Mannen von Lehen* in LL. ISEL. part. 2. tit. 24. artic. 4. *et aliquando Lehen-Leut.* Inde praetoria eius generis clientelaria dicuntur *Mann-hæuſſer*, *Mann-Cammer*, *Lehn-Gerichte*, *Lehen-Rechte*, frequentius *Mann-Gerichte*. In iure IVLIO et MONTANO *c.* 15. *von Ordnung der Mann-Hæuſer.* Neque mirum. Nam etiam in iſtis locis peculiariter curiam habent emphyteutae, inde *Latenrichter*, *Laſſgerichte* cetera, de quibus *dn. praeſ.* egit in diſſert. *de iure laſſitico* §. 17. Addi poteſt *Melchior* VOETIVS, cancellarius Iuliacenſis in *obſeru. ad ſtatuta prouincialia.*

(*) Adeo enim hoc uerum eſt, ut doceat nos SCHRADERVS *part.* 10. *ſect.* 1. *n.* 156. his uerbis: Vaſalli illuſtriſſimorum marchionum BRAN-" DENBVRGENSIVM praeſtare iuramentum fi-" delitatis ſpecialiter et EXPRESSE iurare eos o-" portet; quod in CAVSIS FEVDALIBVS coram" nullo alio IVDICE, quam CORAM DOMINO" feudi uel PARIBVS CVRIAE litigare et iuri ſtare" uelint. Quod niſi fecerint uenerintque contra"

"contra-

TIAE (p); TIROLENSI (q); TECKLENBVRGENSI (r) atque comitatibus imperii etiam aliis. Vnde facile eſt ad intelligendum, quod aliae Germaniae noſtrae prouinciae eodem olim iure ſint uſae. Si uero alicubi PARIVM haec IVDICIA ſublata: id non ideo factum, quaſi cauſarum ſaltus tunc detur ad Caeſaris tribunal, ſed quod parium conſeſſus uerſus fuerit in CVRIAM PROVINCIALEM, *die Landes-Regierung* (s). Quoniam huius collegae plerique adſciſci ſolent ex prouinciali nobilitate.

V.] Ex Caeſareo PRAEIVDICIO, an. 1290.

§. VI. Praeterea eſt nobis diploma Rudolfi I. Caeſaris ualde momentoſum: ubi Caeſar, requiſitus a principe imperii, quodnam forum habeant uaſalli, ſi illis ſit lis cum domino? reſpondet: PARIVM CVRIAM, damnato ſaltu ad ſupremum Caeſaris tribunal (t). Eo maioris nobis uideri debet hoc praeiudicium imperiale: quo eſt uetuſtius atque ſolennius, in conſeſſu comitiali ſcriptum ac promulgatum.

VI.] Ex ipſorum SVBVASALLORVM confeſſione.

§. VII. Porro licet multum ac ſaepius diſputatum ſit, utrum SVBVASALLVS principis alterius eiusdem etiam ſit uere SVBDITVS: eo tamen inſolentiae, uix memini, aliquem fuiſſe delapſum, ut CAVSAS etiam CLIENTELARES ſubduceret CVRIAE SVBDOMINI easque ſaltuatim in prima inſtantia actuque curiae adſereret imperiali (u). Vltimum certe omnes reliquerunt SVBDOMINIS eorumque curiis clientelaribus. Aduerſae autem partis confeſſio uox naturae, *ἀπόδειξις*, probatio probationum.

"contractum, feudo PRIVANTVR." Qui mores omnino notandi in noſtro argumento.

(p) Egit de iudicio PARIVM CVRIAE in Luſatia *dn. praeſ.* in iuris *Rom. et Luſatici differ.* 27. 30. addito inſigni huius fori monumento in adpendice, quod adpellatur nomine *der Ehrentafel*.

(q) Ita quidem inſtituitur *in der Tyrol. Lands-Ordn. lib.* 2. *tit.* 17. qui locus ualde eſt memorabilis. Neque enim id dicitur ſolum, quod CAVSAE FEVDALES alium IVDICEM habere nequeant, quam DOMINVM et PARES CVRIAE: ſed etiam, id inprimis atque nominatim cauetur, ne, hac PRIMA INSTANTIA neglecta, cauſae feudales trahantur ad CVRIAM IMPERIALEM. Verba ſtatuti ſunt haec: "Um ain yedes Lehen ſolle vor ſeinem ordentlichen Lehens-Herrn und des Lehens-Genoſſen Mannen, Innhalt des Landes Priuilegien und Freyheiten, in erſter inſtanz Clag und Rechtfertigung furgenommen und hierüber niemands fur kein ander oder fremd Gericht wider alt Herkommen erfordert und gezogen werden noch zu antworten ſchuldig ſeyn. Quo uetuſtius eſt hoc ſtatutum: eo magis debet concinnum uideri patriae moribus ac libertati.

(r) Vidi ſchedas MSCTAS de feudis TECKLENBVRGICIS in ſupellectili *dn. praeſidis*, unde, quae huc pertinent, deſcribemus. ARTICVLVS V. his uerbis eſt conceptus: "Si quis uaſallorum "cauſam habeat, eam exponat nobis et PARIBVS, "quorum ſimul iudicio lis finiatur. Si facere con-"trarium uellemus, dapifer noſter per annum et "diem ipſum in coquina noſtra alet, quo PARI-"VM interceſſione ei fiat, quod eſt iuſtum. Si "uero his contemtis contrarium uellemus, in pa-"latio epiſcopali OSNABRVGENSI per annum et "diem eſt procurandus, ut apud nos epiſcopus in-"tercedat. Quod ſi neque huic locum dare uel-"lemus: AVFVGIET uaſallus a facie noſtra per "biennium, ut hac reuerentia nos pacet. Paria "inueniuntur in ARTIC. XV. quae haec ſunt: "ſi miniſterialis alium miniſterialem offenderit, "notificet hoc PARIBVS. Inde nobis. Porro "ARTIC. XVII. Item ſi pro iure PRAESIDEMVS "IVDICIO PARIVM et diuerſas a diuerſis pro-"ferri ſententias, nolumus alicuius praeiudicare "ſententiam." Et Germanicus interpres: *Wenn die Graven mit ihren Leben-Leuten das Gerichte bekleiden*, cetera Quae certe iterum indicant, nihil hic de illo ſaltu forenſi ad curias imperiales. Adeo, ut ne quidem illo tempore res clientelares deuolui potuerint eo, in caſu iuſtitiae uel negatae uel protractae. Cum illi alia hic remedia commendentur.

(s) Licet enim hodie in multis prouinciis collegii huius ſocii fiant ciues etiam peregrini, adeo, ut illi quoque ex conſilii rationibus praeferantur paribus: quoniam hi ſuſpicionem excitant, principi, fore, ut illi minus faueant, quam ſibi ſuisque, id eſt, prouincialibus proceribus.

(t) Diploma hoc inſigne deſumptum eſt ex principis tabulario, his uerbis conceptum: RVDOLFVS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus ad VNIVERSORVM ſacri Romani imperii FIDELIVM notitiam cupimus peruenire, quod anno domini 1290. 16. Calend. Septembris, indictione tertia, nobis ſedentibus pro TRIBVNALI apud ERPHORDIAM, praeſentibus PRINCIPIBVS, comitibus, nobilibus, baronibus, nec non PROCERIBVS REGNI, petitum fuit in iudicio coram nobis, ut SENTENTIALITER definiretur; ſi DOMINVS aliquis habeat uaſallum, qui attendat quid contra dominum et contra quem dominus habeat ACTIONEM et ius agendi in iudicio, qualiter contra uaſallum domino ſuccurratur. Et extitit per ſententiam conſenſu praecipuorum comitum ac nobilium approbatum et legitime definitum, quod ipſe dominus ſuum uaſallum, PRAESENTIBVS ALIIS VASALLIS, coram ſe ad iudicium poteſt euocare et cognoſcere poterit pro uel contra ipſum uaſallum, prout ipſorum DICTAVERIT PRAESENTIA VASALLORVM. Teſtes autem huic ſententiae praeſentes aderant illuſtris dux Saxoniae, dux Brunſuicenſis, principes noſtri, nobilis burggrauius de Neurenburg, comes de Wunsberg, comes Euerhardus de Cazenellebogen et quam plures alii nobiles et barones. In cuius rei teſtimonium hanc paginam conſcribi et noſtri ſigilli munimine fecimus roborari. Datum Erphordiae, anno, die, indictione praemiſſis, regni uero noſtri anno XVII." Atque hinc facile patet, quod imperialibus ac pragmaticis patriae legibus obſtrepant, quotquot imperialibus ſubuaſallis, praeterita parium curia, ſaltum indulgent fori, toties ex cauſisque grauibus damnatum.

(u) Loquatur hic ſcriptor, ſubdominorum alias obtrectator perpetuus, *Zacharias* VIETOR *de exempt. concluſ. XXII. p.* 285. cuius uerba ſunt haec: *aliud eſt, uaſallum eſſe, aliud, eſſe ſubditum; imo aliud ſubditum dici intuitu* feudi, *aliud* perſonae *intuitu. Illud certum eſt, quod feudi* DOMINVS litium feudalium *ſit* IVDEX *competens. Quamuis uaſallus perſona ſit illuſtris inter ordines imperii. Neque in illa iurisdictione dominus poteſt ab alio quouis turbari.* Innumeros ibi doctores laudat dogmatis eiusdem, ſed nobis illud hic eſt in pretio, quod ſententiae huic calculos dare non dubitet auctor

C A P. V.

VII.] Ex argumento a MAIORI ad MINVS, poſtulata cuiuſuis uaſalli SVBIECTIONE.

§. VIII Tum illud uerum eſt, quod ho- A die plurimi Germaniae principes utantur iuris quodam axiomate: VT, QVI VASALLVS, IDEM ETIAM SIT IDEO SVBDITVS (x). Filum igitur conſecutionis eſt firmiſſimum: ſi imperiales ſubuaſalli in ius uocantur coram ſubdomino etiam in cauſis perſonam eorundem concernentibus; multo iam minus eſt ambigendum de FORI DOMINICI COMPETENTIA in caſu, feudum ipſum tangente (y).

§. VIII IX. X. VIII.] Ex iuris beneficiarii in Germania RATIONIBVS.

§. IX. Addimus RATIONES (z), quas certe in iure Germaniae beneficiario migrare nos oportet, ſiquidem indulſerimus hoc ſubuaſallis, in cauſa clientelari, neglecta curia ſubdomini, ſuprema imperii iudicia adire ſaltuatim.

IX.] Ex numero DOCTORVM, teſtium imperialis obſeruantiae.

§. X. Ad extremum adpellamus Germaniae noſtrae IVRECONSVLTOS, eosque, uenia ſit uerbis, primo FEVDISTAS (aa), deinde

---

auctor cetera omni exemptionum generi adeo in- B feſtus ac aduerſus. Et uero docte ac prouide *Matth.* STEPHANI *lib.* 2. *part.* 1. *c.* 4. *n.* 61. *ſeq.* arguit his quidem uerbis: *Et ita principes Germaniae, ſtatus imperii, ſunt imperatori et imperio deuincti ligia fide: reliquis, a quibus feuda habent, fide non ligia. Non autem ſtatim princeps ſiue alius ſtatus imperii, qui alteri principi aut ſtatui feudum concedit, eius fit* ORDINARIVS, *uniuerſalis dominus domicilii et territorii: ſed NB. tantum in* FEVDALIBVS QVAESTIONIBVS *ac* FEVDI *rationem concernentibus dominus eſt et* IVDEX *adeoque* IVRIS- C DITIONEM *habet* FEVDALEM. Quae plane ad noſtram mentem.

(x) Vidimus id ſupra *cap.* 2. et quidem de ducibus SAXONIAE §. 9. *p.* 661. *litt. dd.* de BOIOARIAE ducibus §. 12. *p* 664. *lit. bb.* Taceo alios, qui ſentiunt idem. Quod quidem dubium non eſt in territoriis concluſis. Imo aliud eſt hactenus credi axioma quadam iuris praeſumtione: quamuis aduerſus illud proſpicere ſibi queant uaſalli pactis.

(y) Si enim id diſputatur, quod minus eſt probabile, certe facilius, quod eſt magis probabile conceditur. Sic in *VValdeccenſi*, *Ortenburgenſi*, *Ru-* D *thenorum*, *Schwarzburgenſi* ac *Schwarzbergenſi* aliisque cauſis FORI COMPETENTIS arguerunt idque largiti ſunt utriusque partis aduocati. Quorum ſpecimina habes in *cap.* 2. ſuperius.

(z) Principio enim nexus *immediatus* eſt arctior *mediato*: deinde ita fieret, ut *iurisdictio* ordinum imperii ac domini feudalis haberetur pro *cumulatiua*, cum illa omnino *priuatiua* ſit: poſt, *praeterire dominum* et eius *pares* idem eſt, quam eum *contemnere* uel *accuſare*, utrumque peccatum inſtituta clientelaria punire iubent feudi amiſſio- E ne: tum, ſi *curia* domini *negligi* poteſt, idem metuendum in *inueſtitura*, ne haec, ſubdomino neglecto, requiratur obtineaturque a domino ſuperiori, quia utriusque iuris uinculum eſt tenerrimum: porro qui ius dat, idem etiam dat illud, ſine quo ius nequit exerceri, ſed primum defendimus *cap.* 2. 3. 4. quod ſcilicet ordines imperii territoria ſua aliis conciuibus ſeu ſubdominis poſſint in feudum offerre, ergo fruſtra, *ſubdominio* dato, effectus negatur ſubdominii, *iurisdictio*: tandem ſi in *capitulatione* eſt nefas, principes imperii turbare in iuris- F dictione *ſubditorum*, quod dicit ARTIC. 1. *nicht zu geſtatten, daß denen Standen in* Iuſtiz-*Sachen* ſub quocunque praetextu *eingriff geſchehe* et ARTIC. 15. multo erit grauius eorundem *laceſſere curias feudales*, non ſolum, quod in *rebus* feudalibus domini ſit *proprietas*, adeoque in illis multo minus ferre is queat iudicem alienum: *ad extremum*, ſi de ſucceſſione feudi diſputatur, ualde moleſtum eſt domino, ſi illi, iudicio alieno, uaſallus obtrudatur: quod iurisdictio rei feudalis domino debeatur ex *contracta* uaſalli, ut fidem oporteat uiolare illum, qui forum eius migrat ſaltuatim et quae alia grauamina ſunt *domini immediati* in hac cauſa ge- G neris eiusdem. Qua in re eo plenior fui diſtinctiorque, quo maius in feudalibus habere ſoleant pondus, clientelis propriae, rationes.

(aa) In tam amico omnium iureconſultorum conſenſu facile eſſet laudare innumeros. Verum, praeteritis aliis, mentionem tantummodo faciemus illorum, qui ſunt *praecipui* noſtraeque reipublicae habuerunt *uſum* maxime forenſem. *Principio* audiemus interpretes iuris beneficiarii in iisque anteſignanum illum *Vdalr.* ZASIVM, iureconſultum Auſtriacum. Ita uero ille *part. XI. feud.* de noſtro argumento: *in feudali foro ſequi nos oportet conſuetudinem illam, legum magiſtram. Huc pertinet caſus, quem de* PACTO *habui. Titius, filio unico in acie amiſſo, impetrat a Caeſare* Maximiliano FILIAE *ſucceſſionem. Contradicunt agnati atque Caeſarem arguunt iudicis in hac cauſa ſuſpecti. Remittit ideo Caeſar, ceu Auſtriae dux, cauſam hanc ad* PARES CVRIAE SVNDGOVIENSIS. *Hi ſententiam ferunt aduerſus Titium non attento Caeſaris libello. Eos ſcilicet animos pro inſtitiu habent* PARES *in Germania praeſertim, ſi nobiles ſint. Nullo domini timore territi iudicant, quod ipſis iuxta mores feudales iuſtum uidetur.* In Germanica igitur nobilitate ceſſat ſuſpicio, fore, ut pares aliquid gratiae daturi ſint principis atque domini ſui. Qui potius id agunt, quaeſiti, ut ſuffragia exponant candide, libere, ſeruentque ſuam in iure dicundo auctoritatem. Adeo mores Germanorum differunt a uolubilibus Italorum ingeniis. Fidentior eſt idem in *lib.* 1. *conſ.* 13. *lib.* 2. *conſ.* 22. *n.* 36. Et uniuerſim *Franc.* SONSBECKIVS *de feud. part.* 14. ait: *Feudalium cauſarum iudex eſt dominus. Qui, ubi ſuſpectus eſt, iudicium datur* PARIBVS. *Neque obſtat, quod hi non offenſuri ſint dominum. Grauius enim eſt, offendere* DEVM, *iniquae ſententiae ultorem. Non probabile eſt maculaturos curiae pares conſcientiam.* Succedat *Ludolf.* SCHRADERVS, qui *part.* 10. agit de *iudicio feudali* illudque *ſect.* 1. adſerit domino dicitque: *dominum feudi iudicem eſſe, quamuis litigator nondum ſit uaſallus; quamuis lis ſit de pluribus feudis, quae dominos habeant diuerſos; quamuis uaſallus adierit ſuperiorem, a quo eum dominus reuocare poſſit ſub poena amiſſionis feudi; fruſtra eſſe ſuperiorem, ſi tales cauſas iudicet; non poſſe illum citare ſubdominum illo actu, iurisdictionem tum neque facto ſuperioris neque facto domini prorogari; ipſum * imperatorem hoc facere non poſſe*, niſi obuiam iuerit legibus imperii O. C. 1495. *die Unterthanen* (idem de uaſallis iudicium) *bey ihren ordentlichen Gerichten bleiben zulaſſen*, idem tradi in *R. I.* 1512. 1548. Addit in *ſect.* 2. *partis eiusd.* limitationes: *quod ſi dominus ab una parte expectet commoda aut damna aut ſi aliunde ſuſpectus, tum iudicare debere* PARES CVRIAE. Imo *ſect.* 7. *n* 62. *p.* 238. exemplum narrat, quod etiam in BRVNSVICENSI ducatu, lis inter principem territorii et ſubditos orta, PARIVM CVRIAE iudicio fuerit ſubmiſſa nequicquam uero ad imperii iudicia ſuprema ſit deuoluta. Non minori adparatu caſtra noſtra inſtruit *Henr. a* ROSENTHAL *cap. XII.* quod eſt de *iudicio feudali*. Nos, peregrinis reſectis, tantum aliqua exſcribemus, quae ſunt patriae inſtituti. *concluſ.* 1. *n* 27. ait: *Quamuis princeps imperii forum ſuum habeat alias coram*

CAP. V.

deinde CONSILIA et reſpona ſingularia (bb), tum CAMERALISTAS (cc); demum PVBLICI IVRIS interpretes ueteres nouiſſimosque (dd). Qui non ſolum communi quodam concentu docent, cauſarum clientelarium judicem eſſe dominum IMMEDIATVM aut curiae PARES, necquicquam uero SVPERIOREM aut imperiale ſupremum tribunal: ſed etiam hunc ſaltum habent pro perdito, iniquo et facinoroſo.

Argumentorum COLLECTIO.

§. XI. Quod cum ita ſit, non puto, fo-A re aliquem, qui, niſi partium cauſa, audeat noſtra refellere, id eſt, nauigare aduerſus torrentem, ſacros CANONES; DECRETA clientelaria cum FORIS, tum domi; patriae noſtrae SANCTIONES; CONSVETVDINES (ee); SENTENTIAS imperiales; CONFESSIONES partium; RATIONES et maximorum Germaniae IVRECONSVLTORVM numeros. Singula enim haec cauſae noſtrae patrocinari, illud quidem eſt, quod hoc capite plene planeque dedimus commonſtratum.

§. XI.

corum imperatore; in feudali tamen cauſa PRIMAM *illico* INSTANTIAM *habet corum* DOMINO *feudi aut curiae* PARIBVS. Imo domious tum uaſallos, coram alio, licet imperator ſit, iudicantes, poteſt auocare; priuare, citatos *bey ihren Pflichten,* niſi compareant, ſuis feudis. Neque continentia cauſae aut curiarum numeri eom excuſabunt. *concluſ. 3. n. 7. p.* 448. narrat caſum: *quod imperator* Mundelheim, *poſſeſſore uacuam dynaſtium promiſerit* Foggeris. *Contra barones de* Maxelrein *contenderint ſibi deberi ſucceſſionem, quod feudum hoc eſſet foemineum. Caeſarem nihilominus an.* 1587. *qua feudi dominum dixiſſe ſententiam. Diſputauiſſe hoc Maxelreinios, quia, domino ſuſpecto, cauſa deferri debeat ad* PARES CVRIAE, *ab his ad* CAMERALEM *uel* COMITIALEM *conſeſſum.* Idem BOCERVS *de iurisd. c.* 17. Abrumpo nomina, ne ſint infinita.

(bb) In iure feudali maioris facio *reſponſa* et *conſilia* iurecconſultorum, quam eorundem *ſyſtemata*; quoniam in ultimis peregrina tractant. In primis aotem partium intereſt, ut oculos uertant in patriae leges, mores ac inſtituta. *Matth.* WESENBECIVS *uol.* 1. *conſilio XXX.* reſpondit thema *de foro controuerſiae feudalis competente* militatque is omnino in iisdem caſtris nobiſcum aduerſus illos, qui ſaltus hic faciunt uel indulgent forenſes ad ſuperiorem. Sigillatim de PARIBVS CVRIAE, quod illis dandum ſit iodicium, ſi cauſa uertatur inter *dominum et uaſallum*, quodque tum eligi debeant adſeſſores ex prouinciali nobilitate, reſpondit *Ioan.* FICHARDVS *conſil. XVIII. ad 3. quaeſtionem,* ubi addit, quod in curia BAMBERGENSI id habeat epiſcopus, ot ipſe in propria etiam cauſa nominare poſſit curiae parium adſeſſores, licet alias dicatur, quod ipſe iudicet, qui iudices nominet. Adeo alienum eſt a libertate Germanorum, cauſas feudales in primo ſtatim actu deferri ad imperatnrem. Etiam *Chriſt.* BESOLDVS, licet ipſe in exceptione fori declinatoria ibi uerſetur, tamen *part.* 2. *conſ. XXVIII qu.* 2. ita arbitratur: *res feudales a* DOMINO *iudicari: hoc ſuſpecto, a* PARIBVS CVRIAE. *Sed illos tum uel* OMNES *uocari debere; uel, ut aliquos* ELIGANT, *dandum eſſe et domino et uaſallo; niſi forte pares ſint* ORDINARII, *inſtar feudalium ſcabinorum. Soli enim domino dari non poſſe, ut ille eligat, quos uelit, ſolus in tali cauſa. Licet negari non poſſit, in Germania quandoque etiam hoc dari domino feudi.* Propius ad rem uenit *Chriſt. Philipp.* RICHTER *uol.* 1. *part.* 6. *conſ.* 20. *n.* 9. 10. 11. 12. *ſeqq.* ubi cauſam reſpondet, quam comes CASTELLENSIS diſputauit eum uaſallo de amiſſione feudi ob factam alienationem. "Principio, ait, quando agatur de "felonia, tum negari reo, quod uaſallus ſit, adeoque "non opus eſſe, parium iudicio. Prudentius ta-"men eſſe etiam hos admittere: utriusque partis "iudicio electos, quam quod ſolus dominus petere "queat electionem. Quod ſi factum ſit, neque ta-"men reus tum uel eligat uel compareat, poſſe in "contumaciam agi ab electis. Wenigſtens kœn-"te die Cammer noch ſonſten die hohen Reichs-

B Gerichte ſich dieſer Sache unterziehen. Sintemahl alle abſonderlich aber Lehens-ſachen in" prima inſtantia vor den Lehen-herrn und den" Adel oder die Ritter-tage gehœreten. Wenn" auch gleich in der Gravſchafft Caſtell die pares" nicht eingeführet, kœnnte der Grav ſelbige den-" noch annehmen, oder auch, an ſtatt deren, die" auſtregas oder andere arbitros gebrauchen." Idem *conſ. XXVI.* dieweil die Herren Graven von" Stolberg den von Münchhauſen vor einen Le-" hen-Mann, als er zu ſeyn prætendiret, nicht er-" kennen: als iſt die Sache vor denen paribus cu-"

C riae zu tractiren und auszumachen." Eodem etiam hic poſſunt KLOCKIVS *tom.* 2. *conſ.* 28. aliique plures, quos nolo conquirere.

(cc) Ipſi, quod mireris, CAMERALIVM IVRIVM interpretes id uolont, ut, quoties lis inter dominum et uaſallum, aut dominus eius ſit tantummodo particeps, illa coram PARIBVS CVRIAE in primo actu definiatur: poſt demum prouocetur ad CVRIAS IMPERIALES ſupremas. Ita GAILIVS *lib.* 2. *obſeru.* 34. qui id tantum deſiderat in iudicio parium: ne illi, quod conſuetudines Germaniae uelint pleraeque, a ſolo domino

D eligantur; ſed ab utraque parte numeroque aequali. Hanc ſententiam a CAMERA fuiſſe dictam in cauſa *Seckendorff* contra *Brandeburg* et in cauſa *Schwartzenberg* contra Caſtell, idem comprobat uſu. Vnde facile eſt ad intelligendum, cameram imperialem paribus curiae neque diſputaſſe forum clientelare neque praeripuiſſe: uerum remiſiſſe ad illos partes atque illis definiuiſſe modom, quo debeant eligi. Idem tradit MYNSINGER *cent.* 1. *obſeru.* 99. Quorſum etiam hic laudari poteſt ROSENTHAL citatus *litt. aa.* quoniam et ille ex uſu ſcripſit imperialis

E tribunalis.

(dd) Neque hi ſane, qui PVBLICA IMPERII IVRA docent, ſentiunt aliter. Ita enim ueterani PAVRMEISTER *lib.* 2. *de iurisdict. c.* 9. *n.* 52. 53. *ſeqq. p.* 840. 841. ita SIXTINVS *de regalib. lib.* 1. *c.* 8. aliique. STEPHANI *lib.* 2. *part.* 1. *c.* 4. 7. *m.* 3. KNICHEN *de Sax. prou. c.* 8. *p.* 242. SCHOPPIVS *c.* 53. *p.* 43. Inprimis autem hic ueros et luculentus eſt *L. B. de* LYNCKER, *ſupremi tribunalis* collega illuſtriſſimus. Ita enim ille in libro de *grauam. extraiudic. cap.* 5. inquit: *wenn der Streit zwi-*

F *ſchen dem Herrn und Landſaſſen eine Lehn-Sache betrifft, tum coram* PARIBVS CVRIAE *princeps ſe conueniri pati debet. Ja wenn auch gleich der uicarius domini mit an der Ritter-Tafel ſitzet, tamen non eſt ipſius, ſed parium ſententia.* APPELLABITVR *tunc a* PARIBVS *illis, inſtar auſtregarum ad* CAMERAM *aut curiam imperialem.* Cum enim alias ſtare oporteat parium decretis: in Germaniae tamen pleriſque prouinciis indulgetur *parti grauatae* adpellatio ad curias ſupremas imperii.

G (ee) Omiſeram ſupra caſum, cuius memoria mentem meam nunc ſubit. Eſt autem hic. *An.* 1216. lites fuerant inter *Lubbertum abbatem atque Wilhelmum de Egmunda.* Diu multumque diſpu-

tatum

CAP. VI.

HASSIACI *fori* HISTORIA *in cauſa ſucceſſionis* RITTBERGENSIS.

§. I.

DECRETVM COMITIALE cIↃ IↃCC V. *pro noſtro argumento.*

VLtimum, eſt, ut illa, quae pro A foro ſubdominorum PARIVMQVE CVRIAE in cauſis clientelaribus diſputata ſunt, iamnunc DECRETO COMITIALI, DIE VII. MENS. APRIL. cIↃ IↃCC V. concepto, corroboremus (a). Cum uero illud intelligi nequeat ſine hiſtoria, dabimus eam ſummatim.

Hiſtoria comitatus RITBERGENSIS.

§. II. RITTBERGA, Weſtphaliae comitatus (b), dynaſtas habuit, ſeculo iam decimo celebres (c), quorum nomina ab hoc tempore collegit deditque Hammelmannus (d). Ipſa ditio Rittbergenſis poſſeſſorum fuit propria ſiue, quod dicere ſolemus, imperiale ALLODIVM (e).

HASSIAE factus CLIENTELARIS an. 1456.

§. III. Adhuc poſt Caeſarem ac imperium, nulli paruerunt comites Rittbergenſes: anno autem cIↃ CCCCLVI. ea lege comitatum uendidit HASSIAE LANDGRAVIO Cunradus, ut ab eodem reciperet eundem iure nexuque beneficiario (f).

§. IV.

---

tatum eſt, quodnam illae haberent forum. Id uero tum creditum fuerat inſtar normae: *ſi cauſa feudalis eſſet, eam in CVRIA PARIVM tractandam eſſe, non coram iudice ordinario aut ſupremo imperii tribunali.* Res prolixior eſt, quam ut poſſit hic enarrari. Quae ideo legi debet apud *Ioannem de* LEYDIS *in chronico Egmondano cap.* 30. 31. *p.* 37. 38. 41. Idem etiam hoc eſt, quod dicit de argumento noſtro GVNTHERVS *lib.* 8. *uerſ.* 633. *ſq.* qui his uerbis concepti: *Si tibi pro feudo, quod te tribuente fatetur acceptum, tu uero* (dominum intelligit) *negas: uaſallus agendam forte mouet litem, non tu* (domine), *ſed curia* (parium) *iudex audiat et certo determinet ordine litem.* Qui uerſus concinni ſunt feudalibus inſtitutis, ſupra h. c. V. §. III. laudatis.

(a) Legitur illud decretum comitiale in FABRI *Staats-Cantzeley part.* 10. *cap.* 4. *p.* 242. 243. de quo plenius infra ſuoque loco ſumus acturi.

(b) HAMMELMANNI in "familiis Weſtphaliae deſcriptio eſt haec: RITBERG comitatus "Weſtphaliae ſitus inter dioeceſes Monaſterienſem, Oſnabrugenſem et Paderbornenſem atque "Lippiae et Rauensburgi comitatus. Eſt ibi CASTRVM et OPPIDVM eiusdem nominis. DITIO eius non eſt ampla: in VICINIS tamen dominiis habet hic comitatus multas VILLAS et BONA ſita. Hunc locum exſcribit etiam "STANGEFOLIVS in deſcript. Weſtphal. lib. 3. "p. 352. 353. Addit CHYTRAEVS lib. 18. ad an. "1556. p. 485. 486. quod oppidum Rittberg ab arce "diſtet itinere unius horae. Quod arx Rittberg "expugnatu difficilis, ſita in loco paluſtri et arundinoſo unaque tantum uia, lignis, ramis et terra "congeſta, ad eam pateat.

(c) *Rietbergenſium* comitum ORIGINEM ab *Arnsbergenſibus* repetit *Aeg.* GILENIVS *lib.* 3. *uitae S. Engelberti p.* 252, 249. 245. Quod ſi eſt, multum accedit eorundem dignitati ac uetuſtati. Quoniam Arnsbergenſium in Weſtphalia comitum memoria potentiaque omni aeuo eſt celebratiſſima. Partem enim *Arnsbergenſis* comitatus fuiſſe *Rietbergae* tractum, exiſtimat SCHATEN. *in annal. Paderborn. lib.* 11. *ad an.* 1238. *p.* 34. Quod KLEINSORGIVS, *in chron. Lipp.* ante eum dixit adprobauitque calculo ſuo STANGEFOLIVS *lib.* 3. *annal. p.* 352. 353. Qui perhibent: *diuiſionem Rietbergenſis comitatus ab Arnsbergenſi contigiſſe an.* 1233.

(d) Quem exſcripſit HENNINGESIVS uerbatim. Supplet aliqua KLEINSORGIVS *in chron. Lipp. p.* 135. qui in eo diuerſus eſt a prioribus, quod ſibi caueat a matricula torneamentorum. Quae comitem Rittbergenſem an. 939 nominant Fridericum, ad quam aetatem nemo in comitibus gentilitiis adſcenderit rerum Germaniae gnarus. HAMMELMANNVS tamen in *familiis Weſtphal.* dum id fecit, dedit forte hoc ſenſibus comitis aut Wetteri cancellarii, qui genealogicum eius ſchema ſuo iudicio adprobauit. Schema genealogicum habes in adpendice *lit. G.*

(e) Claris uerbis hoc dicunt COMITES RITTBERGENSES in litteris, quas exhibemus in adpendice *lit. B.* in uerbis: "haben die Gravſchafft Rietberg an S. Hochfürſtl. Durchl aufgetragen, die unſer eigen iſt, und die wir biſsbero "von niemand zu lehen getragen." Adiuuabimus autem hoc adſertum noſtris rationibus, ne illud in propria cauſa fruſtra factum eſſe uideatur. *Principio* quo uetuſtior comitatus *hereditaria* ſucceſſio, eo etiam facilius ille credi ac haberi debet allodialis, quoniam feudales olim comitatus fuerunt iuris precarii necquidquam gentilitii: *deinde* omnes olim dynaſtiae fuere allodiales, comitis autem nomen, ſi auctoribus ſupra laudatis eſt fides, debetur hic Arnsbergenſibus: *poſt* in uicinia Rittbergae comitatus fere omnes habentur allodiales, ſed tamen a iuribus uiciniae idoneum eſt argumentum: *praeterea* extat Rietbergenſium comitum diploma apud SCHATEN. *in annalib. Paderborn. lib.* 11. *p.* 33 an. 1237. conceptum, ubi Cunradus comes de Rittberg tranſegit in rebus territorii, nulla Caeſaris mentione facta, qua forte opus fuiſſet in feudis; imo *uxoris* et liberorum ibi conſenſus celebratur, cum tamen primae nullum in feudis ius contradicendi: *accedit*, quod nulla apud Caeſarem inaugurationis clientelaris memoria aut renouatio ſuperſit: *tandem* ipſe imperator Rittbergenſe territorium habuit pro allodiali, quoniam an. 1562. Ferdinandus I. ab Haſſiae demum Landgrauio Philippo illius accepit dominium directum, quod docet *adpendix litt. C.* inferius: *ad extremum* innumerae etiam ad pias cauſas Rittbergenſium donationes factae ſunt, Caeſaris conſenſu requiſito nullatenus.

(f) Libellum comitis de *Rittberg*, in quo *dominium directum* comitatus ſui uendidit Haſſiae landgrauio, dedimus nos in APPENDICE *litt. B.* Vbi pro cauſa Haſſiaca admodum eſt memorabile: *quod* OBLATIO *facta ſit iure* PROPRIA *allodiali*, die

CAP. VI. *Delicto AMISSVS an. 1545. primum.*

§. IV. Perſtitere in illo Rittbergenſes A comites, inſtar aliorum Haſſiae uaſallorum (g). Imo cum frena laxare uellet OTTO C. Rittbergenſis: an cIↃ IↃXLV. Haſſiae landgrauius eum comitatu mulctauit (*†), quem poſt ei reſtituit, quam domino ſuo morem gerere didiciſſet.

§ IV. V. *AMISSVS ann. 1562. ſecundum.*

§. V. Etiam nepos illius IOANNES idem meruit homo ferox et facinoroſus (h). Sed cum ipſe an. cIↃ IↃLXII. in carcere ΑΠΑΙΣ obiiſſet:

"die gantze Gravſchafft, die unſer eigen ond biſs-hero niemands Lehen iſt:" deinde comitatus uniuerſus, die gantze Gravſchafft nichtes ausgeſchieden, uon eius aliqua tantum pars *quanta* aut *quota*, de quibus philoſophantur alias iureconſulti: *praeterea*, quod *oblatio* ſiue *obfeudatio* non ſit facta GRATIS, uerum interueniente PRETIO *ſexcentorum aureorum Rheiniſcher wehrung*. Quod ultimum ualde eſt momentoſum. Si enim *obfeudatio* eſt gratuita, tum in dubio fauor eſt *uaſalli*; cum eoque mitius eſt agendum; dominus *accepit* beneficium ab eo, non *contulit* eidem. Ideoque dominus uerſatur in auertendo damno, non in captando lucro, ſi ei aliquid negatur, quod ei debetur: directum dominium non inſtar beneficii ob uotam animi patum grati poteſt reuocari: inepta hic iuris regula, *cauſa dati non ſecuta* et quae reliqua ſunt, quibus alias in feudis oblatis cauſa domini haberi ſolet deterior, quam in beneficiatis. Neque eſt, quod pretium hoc alicui uideatur uimium uile ideoque contractus ſimulatus aut emtio pro unn numo. Ego enim contra ſentio: *pretium dominii directi*, ſi tempora reſpexeris initi contractus, *fuiſſe tunc nimium*. Si enim Brandeburgicus principatus isque electoralis ac uniuerſus cum plenoque dominio paulo ante uenditus fuit *centum* et *quinquaginta millibus* aureorum, quae ſumma hodie uix pretio reſpondet *trium aedium* Berolini: facile et plusquam mathematica demonſtratione certum erit, tunc temporis *directum Rittbergae dominium* ſexcentorum aureorum pretio uix reſpondiſſe. Tantum abeſt, in emtione illius, quaeri poſſe immodicam laeſionem.

(g) De nexu clientelari, comitibus *Rittbergenſibus* continuato inſtauratoque in Haſſiaca curia, agunt quoque auctor *der Heſſiſchen INFORMATION wider Waldeck p.* 16. quique huic ſcripto, in gratiam Waldeccenſium comitum, reſpondit, anonymus ſcilicet *der Waldeckiſchen Ehrenrettung part.* 1. *c.* 12. atque huic libello, qui pro Haſſiacis iuribus, repoſuit alius *anonymus grundliche Abfertigung und Wiederlegung Waldeckiſcher vermeynter Ehrenrettung artic. V. p.* 82. 83. ubi collatio inſtituitur inter Waldeccios et *Rittbergenſes* Haſſiae beneficiatios.

(†*) Cum OTTO *Rittbergae comes* nexus beneficiarii erga dominum ſuum uellet obliuiſci, Haſſiae landgrauius eum accuſauit perfidiae eumque armis ad priſtiuum obſequium an. 1545. reduxit. Quam hiſtoriam enarrauerunt *Hans* KECKMANN *in chron. Lubecenſ. p.* 233. quem exſcripſit *Matthaeus* MERIANVS *in topogr. Weſtphal. p.* 60. atque *Henric.* BVNTING *in chron. Brunſuic. ad an.* 1545. *p.* 32c. his uerbis: "Grav Otto von Rittberg, "des Landgraven zu Heſſen vereydet Lehen-Mann, "weil er demnach des Landgraven Feind, dem "Hertzog Heinrich von Braunſchweig Hülffe ge- "than, ward darum geſtrafft und der Gravſchafft "entſetzt, auch das Schloſs Rittberg dem Land- "graven eingeræumet." Explicatior hic eſt pleniorque *Ioan.* PIDERITIVS *in chron. Lipp. gener.* 13. *ad an.* 1545. *p.* 615. "Nachdem der Landgrav "Hertzog Henrichen gefangen hatte und aber dem- "ſelben Grav Otto von Rittberg mit Volck und "Geſchütz Hulffe gethan: hatte der Landgr. vor, "ſeinen Lehen-Mann und Lehen-Graven Otto, "Gr. zum Rittberg mit Kriegs-Macht zu überzie- "hen ſein Land und Grævlich Haus, als ein ver-

B fallenes Lehen-Gut guten fug und recht zu ad-" prehendiren und einzunehmen auch den Gra-" ven darum zu beſtraffen. Dieweilen aber die" Graven zur Lippe mir gehœrten unter die" Heſſiſchen Lehen-Graven, hatt der Landgrav die" Lippiſchen Ræthe, die Ihme als Lehen-Herrn" mit gedienet, mit vor das Schloſs Rittberg ge-" nommen. Die auch das Schloſs Rittberg im" Nahmen des Landgraven aufheiſchen und ein-" nehmen muſſen. Vnde corrigi debet SPAN-" GENBERGIVS *in chron. Mansfeld. c.* 375. *p.* 445." und weil Grav Otto von Rittberg wider ſeinen"
C Lehen-Herrn den Landgraven ſich gebrauchen" laſſen und hiemit ſeine Lehens-Pflicht nicht in" acht genommen, iſt der Landgrav vor Rittberg" gezogen und hat es dahin gebracht, daſs das" Schloſs den Grauen von der Lippe, als des Gra-" uen von Rittberg Vaters Schweſter Sœhnen," zugeſtellet worden." Quaſi Lippienſes ſuo nomine arcem coepiſſent, non landgravii, quod ultimum habet chronicon Lippienſe.

(h) Hiſtoria IOANNIS *comitis Rittbergenſis* an. 1556. eſt quidem haec. Erat ille homo animoſus, fe-
D rox, in familiam durus ac crudelis. Fratres duos habuit nothos, quorum unum *quaeſtorem* fecit, alterum *ſcribam* ſuum. *Primum*, quod pecuniam ex aerario crediſſet *uxori comitis*, eum furti accuſauit ſuſpendioque necauit. *Alterum*, quod innocui fratris iniuriam doleret, ditione fugauit proſcripſitque. Imo cum *Lippienſes* eum tueri uellent, eosdem bello petiit, ferro, igne, rapinis omnia uaſtans. Verum enimuero uertit Lippienſis quoq; comes arma in Rittbergenſem, cuius iuſtam cauſam poſtea adiuuant *ordines pagi Weſtphalici*. Nam militiae pagi illius dux, WILHELMVS, princeps Cliuiae oppugna-
E uit tandem Rittbergam deditque comitem Ioannem cuſtodiae, in qua etiam diem obiit ſupremum Coloniae, in pagi Weſtphalici metropoli die IX. menſ. Decembr. anni 1562. in aedibus, quas nomine adpellant *Bamberg* in platea *S. Caecilii*. Quae ultima habet KLEINSORG. *in chron. Weſtphal. p.* 135. In aliis plenior eſt PIDERITIVS *chron. Lippienſ. part.* 2. *gen.* 13. *p.* 627-631. Quid uero de fabula illa? "daſs obgedachtem Rentmeiſter vie-" les Geld ein Rabe weggeſchlepper, welches man," nachdem der Rentmeiſter der ſchuldigen Reſte" halben gehencket worden, erſt in einem Hauf-"
F fen, dahin ſolches der Rab zuſammen getragen," gefunden. Dieſer Unſchuld aber des Gehenckten" ohnerachtet, hat Grav Johannes den Cœrper von" dem Galgen nicht abnehmen laſſen wollen." Sed idem figmentum narratur de locis et temporibus aliis fidemque non meretur. Legi etiam poteſt CHYTRAEVS *lib.* 18. *chron. Saxon. ad ann.* 1556. atque SPANGENBERG. *lib.* 10. *des Adels-Spieg. cap.* 14. *vom Graven-Adel p.* 294. "Bey unſern Zei-" ten hat der letzte Grav Johann mit uielen unbe-" fugten Furnehmen, und Beleidigung der Nach-"
G barn Urſache geben, daſs er von dem Weſtphæ-" liſchen Creiſs uberzogen, belagert, gefangen" worden und in der cuſtodia ohne Lehens-Erben" verſtorben. Addit *Matth.* MERIANVS *p.* 60. daſs" dieſer Grav auch zu Cœlln begraben ſey in S. Mar-" tini des groſſen Abtey, Benedictiner-Ordens." Vbi etiam recitat illius epitaphium. D. O. M. S. ILLVSTRI D. IOANNI EX COMITIBVS DE RVTBERG, VLTIMO EIVS FAMILIAE, QVI VARIIS AERVMNIS DEFATIGATVS D. 9. DEC. 1562. HIC COLONIAE ANIMAM CREATORI RED-

CAP. VI.

obiiſſet: ibi nouam cauſam habuit landgrauius, ut RITTBERGENSEM comitatum prorſus ſibi adſereret (i). Flexit autem animum illius uidua, ut eius filiam utramque, inſtar noui beneficii, eodem inauguraret (k).

Imperii factus SVBFEVDVM an. 1562.

§. VI. Ita ſorori utrique obuenerat comitatus, quaſi tum demum factus, natus, inſtitutus. Neque enim alio fine LANDGRAVIVS eundem obtulit imperio (l) in clientelam: quam quod ipſe utrumque inuicem dominium iam coniunxiſſet.

Diſputatur de FORMVLA an. 1586.

§. VII. Moritur prima ſoror ERMENGARDA, improlis an. cIↃIↃLXXXIII. quam triennio poſt altera quoque ſequitur WALPVRGIS, duabus iterum relictis filiabus, quas habuit cum Ennone Friſiae comite: A uni nomen SABINA, alteri AGNESA. Vtraque feudi FORMVLAM diſputauit, quam uoluerat ad foeminas quasque proferri. Ex aduerſo contendente landgrauio: quod ſolis FILIABVS hoc datum ſit Walpurgae, neptibus uero necquicquam. Iudicium litis penes CVRIAE PARES ab ann. cIↃIↃLXXXVIII. (m) usque dum bella Germaniae facerent iuſtitium.

§. VI–IIX. feudi tertium amiſſi.

B §. VIII. Poſteri utriusque ſororis in duas lineas iuerant, SABINIANAM primogenitam: et AGNESIANAM, alio nomine Liechtenſteinenſem. In SABINIANA fratres duo Ferdinandus Franciſcus et Ioannes an. cIↃ IↃ CLXV. redimunt litem ſoluto argento. Ideoque Rittbergenſi comitatu

Lineae SABINIANAE noua inauguratio ann. 1645. inſtar feudi noui.

REDDIDIT, AGNES C. BENTHEMENSIS CONIVGI POSVIT.

(i) Variae eſſe uidebantur cauſae ad FEVDVM RITTBERGENSE recipiendum ac uindicandum a DOMINIS illius, Haſſiae landgrauiis. *Principio* priuationem feudi meruerat delictum perduellionis in imperio, qua indignum ſe reddidit honore uaſalli. *Deinde* cauſa belli huius fuerat, quod Lippienſes olim comites iure nexus clientelaris ſeruitia praeſtiterint militaria landgrauio, aduerſus Ioannis auum Ottonem, quod habent *annales* PIDENTIANI *part. 2. gener. 13.* ut adeo nemo landgrauiis uitio potuiſſet uertere, ſi ideo uaſallum Rittbergenſem in ius uocauiſſent: *porro*, cum LANDGRAVII iniuriam Ottoni Rittbergenſi paulo ante remiſerint reddiderintque ea noua gratia comitatum, hoc certe beneficium, quo recentius fuit, eo etiam facilius potuiſſet reuocari: *demum* ad perpetuam cuſtodiam damnatus uaſallus, cum domino nequeat ſeruire obſequio clientelari, nihil obſtat, quo minus uel ideo feudum potuerit ea lege cauſa dati non ſecuta reuocare: quibus *tandem* ipſa comitis captiui mors an. 1562. acceſſit, nulla *maſcula prole* uel agnatis relictis. Tueri ſe dominus potuerat lege, quod feuda, praeſertim dignitatis, ordinarie pro maſculinis eo haberentur usque, donec alia iura conſtarent filiarum. Taceo illa, quae obiici poterant filiabus ea paterno dicto.

(k) Quod remittere ius ſuum, quam perſequi illud maluerint *Haſſiae landgrauii* an. 1562. illud quidem factum eſt ideo. Nam *primo* mariti atque patris caſus triſtiſſimus miſericordiam habuit landgrauii: *deinde* pro filiabus orphanis multorum imperii principum interceſſiones, quae defatigarunt curiam Haſſiacam: *tum*, ne quadam iuris neceſſitate ſuccedere uiderentur filiae, DVODECIM MILLIA imperialium ſoluit uidua LANDGRAVIIS ad emendam denuo inueſtituram: *praeterea* noua formula clientelaris fuerat concepta, uerbis, quae ſequuntur: "daſs die beyde Grævliche Tœchter und ihre Leibes-Lehen-Erben Sœhne und, da deren nicht wæren, Toechter von ihrem Leibe ehelich gebohren die Gravſch. Rittberg zu rechtem Erb-Mann-Lehen haben und empfangen ſolten." Quicquid igitur de Rittbergenſis familiae priſtino iure ſit: illud ex hoc tempore non attendendum fuerat porro. Quoniam an. 1563. filiabus conceſſus fuerat principatus non iure feudi ANTIQVI, ſed NOVI. Adeo, ut comitatus *Rittbergenſis* iam nunc non *oblatus* eſſet; ſed *beneficiatus*, quo nomine adpellare ſolent *feuda data*: neque ſucceſſionis *promiſcuae*. Quoniam litterae clientelares ſororis utriusque FILIAS ſolum ad ſucceſſionem C uocarunt, non neptes aliasque gradus ulterioris. Id uerba clientelaris formulae clare indicant: *Tœchter von ihrem Leibe gebohren.* Quae certe alium ſenſum nequeunt habere, niſi uerba litterarum habueris pro *inconcinnis*, *ſuperfluis*, *otioſis*, *ridiculis* et *iocularibus*: quod de ſermone curiali dictu eſt improbum. Recto igitur iudicio ſcribit KLEINSORGIVS *in chron. Weſtphal. pag. 135.* "Als Grav Iohannes an. 1562. in cuſtodia des Niederlændiſchen und Weſtphæliſchen Creyſes verſtorben: haben die Wittwe und Tochter ſolche Gravſchafft wider durch einen Vertrag (nul- D la iuris neceſſitate) erlangt und an ſich brache." Quod etiam dicit cum illo STANGEFOLIVS *lib. 3. annal. Weſtph. p. 352. 353.*

(l) Cum enim *an.* 1562. Rittbergenſis comitatus, uacuus poſſeſſore, Haſſiae Landgrauio uideretur delatus eſſe: potuiſſet ipſe iam utrumque dominium unire, aut, quod in iure beneficiario dicimus, *directum* cum *utili* conſolidare. Verum noluit hoc iure uti. Nam *dominium directum Rittbergenſe* imperatori obtulit Ferdinando I. illudque ab eodem iure beneficiario, ut alias Haſſiae ditiones recepit. Caeſaris libellum in hoc argumento E habes in ADPENDICE *litt.* C.

(m) Nam Haſſiae LANDGRAVIVS an. 1586. adlegauit *litteras clientelares*, an. 1562. utrique FILIARVM *Ioannis* C. Rittbergenſis ſcriptas: in quibus formula ſucceſſionis adſtricta fuerat ad FILIAS, *die von ihrem der beyden Schweſtern Leibe gebohren*, neptibus excluſis. *Deinde* quoniam *Sabina Catharina* filia Walpurgae natu maxima PATRVO SVO nupſerat, liberis eiusdem ſucceſſio etiam diſputata eſt ideo, quoniam leges feudales excluderent natos ex nuptiis INCESTVOSIS. Repoſuerat utraque ſoror, quod in litteris clien- F telaribus formulam eſſe oporteat ſucceſſionis in *Rittbergenſi feudo* PROMISCVAE ad maſculos ſimul et foeminas heredes. Deinde maxima natu laudauit *pontificis Romani* DISPENSATIONEM, qua de crimine *inceſtus* nuptiae fuiſſent expurgatae. *Sed* ultra regeſſit landgrauius: quod olim Walpurgae an. 1562. ſit datum inſtar *priuilegii* et *beneficii* ſingularis, illius limites filias eius fruſtra proferre. *Deinde* nuptias cum patruo diuinis legibus damnari, quas ideo pontifex non potuerit facere legitimas. Hanc enim poteſtatem landgrauios papae indulgere poſſe necquicquam, ſi ſta- G re uelint ſymbolis principum euangelicorum et quae tum fuerant generis eiusdem. Interim eius litigii cauſa PARES CVRIAE Haſſiacae duos inſtituere conuentus Caſſellis in *praetorio* urbis. Quod litteris teſtimonioque publico probauimus in ADPENDICE *litt.* I. K. Vbi ea de re diſputatum eſt in utramque partem: neque PARIVM CV-

CAP. VI. §. IX. X XI.

tatu, ceu nouo feudo ſoli inaugurantur (n), A excluſis Liechtenſteinenſibus. Qui ritus clientelares deinceps ita ſunt repetiti inſtauratique.

Lineae AGNESIANAE iniquum poſtulatum an. 1691.

§. IX. Vix memoria ſupererat alicuius nexus clientelaris, ultra dimidii ſeculi ſpatium omiſſi a LIECHTENSTEINENSIBVS. Hanc autem illi an. cIↃ IↃCLXXXXI. non ſolum inſtaurare inſtituunt; ſed etiam SABINIANAE lineae heredem, Mariam Erneſtinam, comiti nuptam CAVNITIO, ſucceſſione excludere ſibique illam uindicare (o). B

KAVNITIANA inauguratio an. 1692.

Quemadmodum uero in utroque repulſam tulere a curia Haſſiae, cum quod clientelae ius amiſerint neglectu, derelictione atque crimine dominici contemtus, tum quod iuniori lineae nulla ad ſuccedendum ſpes, uireſcente primogenita (p): ita noui inſtar beneficii comitatus Rittbergenſis familiae adſcriptus eſt Kaunitianae (q).

Saltus fori PARIVMQVE neglectus an. 1692. n) Liechtenſteinenſium.

§. X. Iuris ordo clientelaris, hoc facto, exigere uidebatur, aut deſerere cauſam, aut prouocare ad PARIVM CVRIAM, Haſſiae ſolennem. Verum abrumpunt filum contentionis in Haſſia coeptae illamque, intolerabili ſaltu, transferunt ad ſacratiſſimum Caeſaris tribunal an. MDCXCII (r).

b) ſororum C. de BERGEN et Eſſenſis ABBATISSAE an. 1693.

§. XI. Etiam uenerunt in ius ultimi comitis Rittbergenſis an. MDCXC. demortui duae ſorores, una comes de BERGEN, altera Eſſenſis coenobii ABBATISSA: neptem ex fratre coniugem KAVNITIANAM excluſurae. Eodem et ipſae ſaltu fori ad Caeſaris aduolant tribunal an MDCXCIII. (s): licet cauſam habeant a iure omnino alienam.

Lud. opuſc. tom. I. Yy §. XII.

CVRIAM tum praeterire licoit ſaltumque committere ad imperiale tribunal, ideo, quoniam DOMINVS, Haſſiae Landgrauius pars eſſet, cuius PARES habituri eſſent iuſto maiorem rationem. Sed filum contentionis demum abruperunt Germaniae bella.

(n) Anno 1645. cauſae ſuae proſpexerunt ſoli *primogenitae Sabinae Catharinae*, patruo nuptae filii, *Ferdinandus* et *Ioannes*. Hi enim QVATVORDECIM MILLIA imperialium ſoluerunt eo fine, ut Haſſiae Landgrauius, ſublato coeptae litis proceſſu, eosdem *Rittbergenſi comitatu* non ſolum inaugurarer: uerum etiam eo proferret limites formulae clientelaris; ut, extincta *maſcula* ſobole et poſteritate, etiam *foeminae* ad ſubſidiariam Rittbergae ſucceſſiooem admitterentur. Suli id rogarunt dicti fratres; etiam, quod rogarunt, obtinuerunt ſoli. Nulla autem eius luris ſocietas cognatorum LIECHTENSTEINENSIVM, qui cauſae ſuae, ſi quam habuerunt, proſpexere nullatenus.

(n) LICHTENSTEINENSIVM fundamenta iuris fuerant haec: ſcilicet eſſe quidem *Rittbergenſem comitatum* ſucceſſionis promiſcuae: foeminas tamen ſuccedere nonniſi in ſubſidiom, maſculis extinctis. Id rationes nelle clientelares tam communes, quam Rittbergenſi comitatui proprias; imo familiae Rittbergenſis domeſtica pacta an. 1576. atque 1600. inlta corroborataque ipſius Caeſaris conſenſu. Neque de facto ipſo eſſe dubitandum. Poſtqoam nemo neget, poſt mortem *Ferdinandi Maximiliani* an. 1689. atque *Francisci Adolfi Wilhelmi* an. 1690. ex maſcula *Walpurgae* Rittbergenſis poſteritate neminem, poſt *Liechtenſteinenſes*, supereſſe. Vt adeo ante foemineas heredes ad ſucceſſionem in C. Rittbergenſem haud dubie omnique iure uocentur.

(p) HASSIACA fundamenta, qoae obiecerunt *Liechtenſteinenſium* poſtulatis, fuerunt haec. *Principio* negatom eſt, uocare Liechtenſteinenſes pacta domeſtica ad RITTBERGENSEM ſucceſſionem. Quoniam in DVAS poſteriras Walpurgae iuerit LINEAS, unam OSTFRISICAM: alteram LIECHTENSTEINENSEM, quarum *illa* dici poſſit *die Sabiniſche Linie*; haec autem *die Agneſiſche*. Quam diu igitur duret poſteritas SABINIANA, unde haud dubie deſcenderit *Maria Erneſtina*, comiti elocata de *Cannitz*, ex quo matrimonio fatis multi liberi, maſculi etiam ſexus, hodieque ſint ſuperſtites, fruſtra eſſe Liechtenſteinenſium poſtulata. Neqoe eſſe, quod *Liechtenſteinenſes maſculi* excludere uelint *Sabinianae* lineae heredes foemellas. Quoniam in feudis *promiſcuae ſucceſſionis* non detur locus ſuccedendi *ſecundae* lineae; niſi *prima*, quae regens, fuerit prorſus extincta exarueritque in utriusque ſexus poſteritate. Praerogatiuam enim ſexus ualere inter *liberos lineae* EIVSDEM: non DIVERSAE. *Deinde* licet etiam SABINIANAE lineae omnis expirauerit poſteritas; fieri tamen neque ſic poſſe, ut AGNESIANA linea ſiue *Liechtenſteinenſes* ad Rittbergenſem ſucceſſionem queant peruenire. *Partim* qood iura ſua amiſerint *derelinquendo*; *partim*, quod *tacite* illis miſerint *nuntium*, nihil ſe mouendo ad ſolitariam SABINIANAE lineae inueſtituram; *partim* etiam permittendo, ut *decreta* Haſſiaca aduerſus ipſos promulgata uires nanciſcerentur *iudicatorum*; *partim*, quod, faciendo ſaltum fori, ſpreuerint dominum, meruerintque, iudicio plorium iurecooſultorum, puniri ideo feudi amiſſione.

(q) *Quartum*, iudicio quorundam iureconſultorum, Haſſiae Landgrauio iam apertus eſſe oiſus eſt *Rittbergenſis* comitatus Verum uti *ter* iuris rigori praetulit conſilia mitiora: ita etiam nunc reliqoit locum interceſſionibus meritisque familiae KAVNITIANAE. Habes *Mariae Erneſtinae* litteras actumque clientelarem, e curia Haſſiaca *anno* 1692. die 4. menſis *Martii* in adpendice *litt. E.* Neque iuris aliquam neceſſitatem Haſſiacam tum curiam obligauiſſe ad hoc indulgendum, ipſa agnouit illuſtriſſima familia KAVNITIANA. Nam *quatuor millia* imperialium ſoluit curiae Haſſiacae, ne forte illa iure ſuo uteretur *Rittbergamque*, ut fuerant conſultores, Haſſiae Landgrauiatui innecteret, utroque dominio inuicem unito.

(r) Anno poſt, quam decretum acceperant a curia Haſſiaca, cauſae ſuae aduerſum, Liechtenſteinenſes, ſaltu qoodam, eandem transferuot ad ſacratiſſimum Caeſaris et imperii tribunal: cum neque *querelam* inſtiruiſſent iuſtitiae uel *negatae* uel *protractae* neque uſi eſſent remedio *adpellationis* aduerſus Haſiacae curiae decretum commemoratum. Potius, conteotionis eo filo abrupto, libellum illico offerunt *an.* 1692. *die* 13. *menſis Maii* in Caeſaren tribunali. Is quidem Haſſiacae curiae transmiſſus eſt ad reponendum. Verum haec tutam ſe hactenus credidit fori *incompetentia* prouocauitque identidem ad CVRIAE ſoae PARES, inſtituta, leges publicas, clientelares, communes, Haſſiae uaſallis proprias, cetera.

(s) Filum iuris idem eſt, quod trahunt foeminae comites Rittbergenſes, ſorores. Quarum prior natu *Maria Leopoldina* comes de BERGEN: poſterior *Bernhardina Sophia* ABBATISSA *Eſſenſis*.

Digitized by Google

CAP. VI. VII. *Ad querelam Haſſiae DECRETVM COMITIALE 1705.*

§. XII. Quid ad haec HASSIAE LANDGRAVIVS? Illud uult: remittantur cauſae ad FORVM clientelare COMPETENS atque Haſſiae uaſallis ſolenne, PARES CVRIAE. In quo adſerendo eſſe licet eo fi- A dentioribus, cum quod iura uniuerſim luculenta hic ſint (t), tum quod cauſae patronos praeſtet tutos DECRETVM COMITIALE (u). §. XII. I

CAP. VII.

Pro IVDICIO PARIVM *Haſſiae* ARGVMENTA *in cauſa* RITTBERGENSI.

§. I.

Pro PARIVM IVDICIO actum in capite quinto uniuerſim.

Docuimus CAPITE QVINTO uniuerſim, quod cauſae clientelares, ſi domini ſolius iudicium forte ſuſpectum ſit uel alterutri inuiſum, primo actu tractari debeant in B PARIVM CVRIA. Hoc enim fori ſaltu a iureconſultis damnato, uelle diximus principio ſacros CANONES (a); deinde LONGOBARDICA decreta (b); poſtea leges GERMANICAS (c); praeterea generales

---

ſis. Putant enim, eas ultimi comitis Rittbergenſis *Franciſci Adolfi Wilhelmi an.* 1690. demortui SORORES, eſſe propiores ei haud dubie: quam illius ex fratre NEPTIS *Maria Erneſtina* CAVNITIA. Verum licet obfuerit illis, quod haec referat patrem ſuum, qui haud dubie excluſerit ſorores, quarum ſucceſſio ſit ſubſidiaria; quod iam anno 1662. 1664. 1671. 1678. tulerint repulſam in Rittbergenſi inauguratione foeminae ſemel excluſae; quod uterque frater inauguratus ſit pro ſe et poſteris in utroque ſexu, ut adeo recta linea anteferri debeat collaterali: noluerunt tamen illae animum ſuum pacare. Aduolant ergo etiam illae D fori ſaltu eodem ad ſacratiſſimum Caeſaris tribunal, cui *an.* 1693. *die* 19. *menſ Ianuarii* libellum obtulerunt. Quae repoſuerit Haſſiaca curia ad hunc ſaltum diſputaueritque de fori pariumque conſeſſus *competentia*, illud quidem diximus in notula praecedenti. Quae hic eſt repetenda.

(t) Quod opuſculi *cap. VI.* docebit ex inſtituto tantoque adparatu, noſtrae reipublicae proprio, qualem a multis iureconſultis aliis fruſtra expectaueris.

(u) Cum enim Caeſareum tribunal multoties fuiſſet imploratum ab Haſſiae curia, ut *parium iu*- E *dicio*, Haſſiae conſueto, ſuum in hac cauſa forum relinqueretur, cuius rei ſupplicem libellum, Caſſellis conceptum *die* 20. *Ian.* 1693. exhibet FABRI *Staats-Cantzley part.* 10. *cap.* 4. *litt. D. p.* 224. 225. illa parum tamen aut nihil profeciſſet: tandem deſideria haec expoſuit conuentui ordinum imperii uniuerſo, qui libellus *die* 1. *Febr. an.* 1705. Ratisponae conſeſſui fuit ublatus inſcriptusque his uerbis: memoriale *an eine Hochlöbliche Reichs-Verſammlung die vom Hoch-Fürſtlichen Hauſſe Heſſen-Caſſel als ein Affterlehen releuirende Grafſchafft Rittberg und deren erſtere* inſtanz *betreffend*, qui ex- F tat apud eundem FABRVM *part.* 10. *c.* 4. *p.* 201. 202. Inde comitiale decretum *die* 7. *April. an.* 1705. factum, cuius ſumma eſt haec: "Nachdem das "Fürſtliche Caſſeliſche memoriale, die wegen der "Graffſchafft Rittberg entſtandene *ſucceſſions-differenz* und deſshalben beym Kæyſerl. Reichs-"Hof-Rath der in curia feudali ſtehenden litis-"pendenz und dem iuri primae inſtantiae zum "praeiudiz unterzogene iudicatur betreffend zu "behœriger Rathſchlagung beſtellet: ſo iſt geſchloſ- G "ſen worden; daſs wegen dieſes Fürſtlichen Heſ-"ſen-Caſſeliſchen Begehren, als einer in conſtitu-"tionibus imperii wohl-fundirten Sache Kæyſerl. "Majeſt. das allerunterthænigſte Gutachten dahin C "wohl zu erſtatten wære, und in Erwegung, daſs "dieſelbe, aus angeführten motiuis ad conſilium "imperiale aulicum, als iudicem ſuperiorem, ne-"glecto iudice intermedio, curia feudali; noch "zur Zeit nicht gehœrig, Ihr. Kæyſerl. Maj. wie "hiemit beſchiehet, zu erſuchen wære, Sie aller-"gnædigſt geruhen wolten, ſolche Verfügung zu "treffen; daſs die Stænde in ihren *iure primariarum inſtantiarum* nicht verkurtzet, mithin dieſe "Fürſtl. Heſſen-Caſſel. Lehen-Sache vor deſſen or-"dentliches Mann-oder Lehen-Gericht, als ſeine "erſte inſtanz verwieſen werde. Sign. Regensb. d. 7. Apr. 1705.

(a) Quos recitauimus *cap.* 5. §. 2.

(b) Habes illa *cap.* 5. §. 3.

(c) Euoluimus priſtina Germaniae iura, quae id dicunt *ſigillatim*, ne cauſae clientelares alibi tractentur, quam in *domini* uel *parum iudicio cap.* 5. §. 4. Nam leges *nouiſſimae*, quae uniuerſim prohibent cum Caeſaris, tum imperii tribunal, ne, *primis inſtantiis iudiciisque auſtregalibus reiectis*, cauſisque ad ſe trahant admittantque, ſunt quidem tritae et uulgares. *R. I.* 1654. §. 168. *daſs die primae inſtantiae* (pares curiae in cauſa clientelari) *und Austrag bey dem Reichs-Hoffrath und beym Cammer-Gerichte* ſtricte obſeruiret *werden mœchten.* Idem dicitur in INSTRVM. PAC. OSNABR. *art. V.* §. 55. his uerbis: *Cetera in* AVLICO *non minus, quam in camerae imperialis iudicio priuilegium* 1) PRIMAE *inſtantiae* 2) AVSTREGARVM *iura* 3) *de non* ADPELLANDO *ſtatibus imperii illibata ſunto nec per mandata, commiſſiones, auocationes, aut quouis alio modo turbantor.* Idem ipſe imperator iubet ſacratiſſimi tribunalis praeſidem et adſeſſores *in der Reichs-Hof-R. Ordn. tit.* 2. §. *Wir befehlen auch hiermit unſern Reichs-Hofr.* Praeſidenten *und Ræthen, daſs ſie in Erkennung der Proceſs der Stænde des Reichs*-Priuilegia, *ſonderlich der erſten* inſtanz *aller Gebühr nach ſorgſamlich in acht nehmen ſollen.* De CAPITVLAT. CAROLINA *artic. I.* et *XV.* diximus ſupra *c.* 5. §. 9. *litt. z.* ubi repetitur idem. Neque aliud eſt, quod iurare ſolent CAMERAE ADSESSORES, uti habetur in *Ord. Cam.* 2. *Theil art.* 1. 2. *Es ſolle das Cammer-Ger. in erſter* inſtanz *auf niemands Klag erkennen, der ſonſt einen Richter hat, ſonſt ſolle, was darauf erfolget, nichtig, unbündig und unkræfftig ſeyn.* Niſi in caſibus, qui excipiuntur ibidem, protractae aut denegatae iuſtitiae.

(d) Quas

CAP. VII. §. II. III. IV.

rales prouinciarum Germaniae CONSVETVDINES (d); porro imperialia PRAEIVDICIA (e); rum CONFESSIONES partium etiam aduerſarum (f); denique a maiori ad minus ordinum Germaniae ARGVMENTA (g); tandem beneficiarii iuris idoneas RATIONES (h); ad extremum nomina ac numeros IVRECONSVLTORVM (i) cum in Germaniae ſupremis tribunalibus, tum in foris iudiciisque ſingularium prouinciarum. Quorum omnium momenta ſingulari ſtudio conquiſiuimus, primi forte, qui hoc iuris thema poſuerunt firmo talo.

Pro HASSIAE PARIBVS argumenta peculiaria.

I.) ab Haſſiacae curiae INSTITVTIS.

§. II. Altero autem nunc loco illa etiam euoluenda argumenta, quae HASSIACAE CVRIAE ſunr peculiaria, in controuerſia ſcilicer CLIENTELARI alibi non audienda, quam in PARIVM IVDICIO. Quemadmodum uero cuiusque prouinciae conſuetudines, praeſertim in feudorum placitis ſolent regnare: ita omne etiam punctum hic ferunt Haſſiae INSTITVTA (k). Ad quorum obſeruantiam ſuprema imperii tribunalia adſtricta ſunt et quidem religione iurisiurandi. Tantum abeſt, ut illa poſſint migrare.

II.) a PARIVM Haſſiae numeris DIGNITATEQVE.

§. III. Deinde licet in aliis forte prouinciis PARIVM IVDICIA ſolicitos et anxios reddant partes, ne in illis aliquid DOMINI detur gratiae (l): illud tamen a PARIVM CONSESSV metui nequir in Haſſia. Quoniam in illorum numeris inueniuntur PRINCIPES atque COMITES imperiales (m): aduerſus quos improbum erir, tale quid ſuſpicari.

III.) a parium iudicii VSV in Haſſia.

§. IV. Praeterea PARIVM IVDICII auctoritatem in Haſſia etiam tuetur FORENSIS VSVS (n). Quoties enim lites ſuerunr clientelares, ſuerunt autem plurimae, toties parium quoque inſtituti ſunt confesſus.

(d) Quas ioueois *cap.* 5. §. 4. ſuperius. Imo §. 5. *cap. einsdem pag.* 685. *ſeqq.* iuimos per Germaniae potisſimas prouincias doeuimusque, neutram eſſe, quae in cauſis clientelaribus indulgeat fori ſaltum ad curias imperiales, ſed *primam inſtantiam* tum eſſe uel coram *domino* feudi uel, ſi ille ſuſpectus ſit, coram *paribus curiae* aut *prouinciali regimine*, quod dieunt, adſeſſoribus eius hoc actu liberatis ab homagio. Addidimus AVSTRIACAM *cap.* 5. BRVNSVICENSEM *cap.* 5. §. 10. BAMBERGENSEM *cap.* 5. §. 10. CASTELLANAM *cap.* 5. §. 10. *litt. bb. et litt. cc.* atque in libello *Caſtell wider Hesberg* ann. 1676. diſputato de IVDICIO PARIVM illius curiae. Imo illud qooque ſingulare eſt, quod eiues quarundam imperii ciuitatum priuilegia ideo habeant ab imperatore: *daſs ſie Lehenbar ſeyn oder Lehen erwerben mægen und Urthel ſprechen mit den Rittern*, uti Spira id debet Carolo IV. an. 1347. Diploma habet LEHM. *lib.* 7. *c.* 41.

(e) Egregium ſane et momentoſum *cap.* 5. §. 6. *pag.* 690. *lit. t.*

(f) Nomina eorum dat *cap.* 5. §. 7. *litt. u.*

(g) Quas argutias recitat. *cap.* 5. §. 8. *p.* 691. *litt. x. y.*

(h) Explicat illas *cap.* 5. §. 9. *litt. z.*

(i) Nomina, numeros, ſententiasque eorum accipe ex cap. 5. § 10. *p.* 692.

(k) Ad mores *curiae Haſſiacae* uarii prouocant libelli in *parium* defendenda auctoritate. Ipſe ROSENTHAL. *cap.* 12. *concluſ.* 8. *n.* 51. Hasſiae PARES celebrat, commendat exemploqoe proponit, qood alii Germaniae principes imitentur. Imo ann. 1703. conſeſſus PARIVM iudicauit nouisſime cauſam, ioter LANDGRAVIVM et uaſallum de CORENBERG uentilatam. Verum neque opus erit, *ſingularia ſtatuta* adlegare in re iure communi atqoe ordinario cum *Longobardico c.* 5. §. 3. tum *Germanica ſigillatim c.* 5. § 4. definita. Illud ergo ſatis eſſe poterat, parium conuentui neque per Hasſiaea *ſtatuta* neque alia ibi ratione eſſe derogatum. Accedunt iura *uiciniae* praeſertim in praetorio *Oſnabrugenſi*, quae ex inſigni monumento deſeripſimus *cap.* 5. §. 5. et in *adpend. lit. n.* alia eius generis praeterimus.

(l) Obiectionem hanc ſupra habuimus ac disſoluimus *cap.* 5. §. 10. *p.* 692. Vbi illud bic ſufficit, quod *electionem parium* non dominus, Hasſiae princeps, landgrauius ſibi adſerat tantum, inſtar aliorum Germaniae principum, de quibus *cap.* 5. §. 10. *p.* 693. *litt. bb.* uerum idem indolgeat uaſallis, ut ſuo iudicio quosdam etiam pares queant nominare

(m) Matricula PRINCIPVM et COMITVM Hasſiae *uaſallorum* eſt uere haec: SCHWARZBVRG: olim etiam ZIEGENHAIN; NIDDA et SCHAVMBVRG; WALDECK; LIPPE; BVCKENBVRG; DIEPHOLD; HOIA; SOLMS; HOHENLOHE; SAIN; BATTENBERG; BENTHEIM; PLESSEN; de BVHREN et quem ante nominare poteram RITTBERG: nouisſime ad hanc dignitatem eucti ſunt DERNBACHII; HAZFELDII; CRONBERGII; BOINBVRGII; GOERZII; DORNBERGII; RIEDESELII, qoorum origines euoluit HELWICH; BODENHVSII aliique. Quae reliqua comitum et dynaſtarum imperialium nomina ſint Hasſiae elientelaria, illa ſuppleri queunt ex principis tabulario. *Ioh. Iuſt.* WINCKELMANNVS *in hiſtor. Haſſiac part* 5. *c.* 4. *p.* 571. ſpem ſecit: *alle Gravſchafften und Herſchafften, die von Heſſen zu Lehen ruhren, in dem letzten Theil zu beſchreiben, welche aus dem Ritter-Saal zu Rottenberg in Wilh.* WESSELS *Wappen-Buchs erſten Theil zu finden.* Sed ſpem hanc non expleuit, opere illius uel imperfecto uel ſuppreſſo. Suo etiam tempore iam ſeripſit *Franciſc.* IRENICVS *Germ. exegeſ. lib.* 3. *cap. III.* Hasſiae LANDGRAVIO *multi ſubiiciuntur comitatus, Ziegenhainenſis, Nidenſis, Waldeckenſis alii plures.* Catalogus HERTII *part.* 1. *de feud. oblat.* §. 16. *p.* 512. fidem ſequitur MSCTI *Clozinni.* Taceo, numeros Hasſiae EQVITVM NOBILIVM uere ſtupendos, qui apud *Bucelinum* et *Winckelmannum* leguntur, deſcripti ex *albo Rotenbergenſi*, quod eſt equeſtre ac publicae plenaeque fidei: ut, ſi eum familiis auxeris familiares, non cohortes habueris, ſed *legiones* Hasſiacae nobilitatis. Tantae multitudinis, ſelectus, dignitatisque Hasſiae uaſallorum egomet mentionem hic facio, cum, ut cauſae pateant, quare in rebus clientelaribus hodieque PARIBVS CVRIAE ſua hic ſit auctoritas; tum, ne quis dubitet, adeſſe illis Germaniae ſideribus fulgentisſimis *animos pro iuris* et aequi cultu, ab omni partium ſtudio gratiaeque ac irae cauſis alienisſimos. Repeto, qood Hasſiae inſtituta illa ſint: *ut pares non dominus ſolus eligat; ſed partes, ſuo quaeque arbitratu.* Qood alii Germaniae principes negant illis in iure beneficiario, uti uidimus *cap.* 5. §. 10. *p.* 693. *et in adpend.*

(n) Sermone accepi a uiro non mediocris dignitatis,

CAP. VII.

IV.) AGNITIONE PARIVM a CC. Rittbergenſibus ſigillatim.

§. V. Quod non ſolum uerum eſt uniuerſim: ſed etiam in contentione RITTBERGENSIVM COMITVM id reperitur ſigillatim (o). Quod illi coram PARIVM CONSESSV olim etiam tractauerint lites clientelares atque a forenſi ſaltu ad iudicia alia omnino abhorruerint.

V.) Rittbergenſes EIERARE ſolent FORI SALTVM in formula clientelari.

§. VI. Et, quod magis eſt, ne cauſas clientelares ullibi, quam in CVRIA DOMINI aut PARIVM eius, tractent agantque, id quidem cauere ac polliceri ſolent comites Rittbergenſes HASSIAE LANDGRAVIIS, PRINCIPIBVS SVIS iureiurando (p).

§. V. VI. VII.

Inter FELONIAE crimina eſt fori clientelaris fuga et SALTVS.

§. VII. Quo certe rerum ſtatu, illud iureconſultis eſt teſtatiſſimum (q): quod ſaltus fori tunc DELICTVM ſit, amiſſione feudi puniendum. Et uero ingrati animi crimen eo nunc magis horrere deberent Rittbergenſes, ueniae memores, qua HASSIAE OLIM LANDGRAVII eorundem maioribus comitatum, maleficio TER AMISSVM, condonarunt (r) perfidiaeque poenam, pietate ac indulgentia ſingulari, remiſerunt.

CAP.

---

tatis, quae ex uſu rerum is ſcripſit, uerbis, quae ſequuntur: "Es wird bey Anſtellung eines Manngerichtes in Heſſen alſo gehalten. Wenn Ihro Hochfürſtl. Durchl. als Lehenherr mit einem dero Vaſallen in Streit gerathen, laſſen ſie dem Vaſallen eine offene denunciation, worinnen die Vrſachen, warum ſie zu einem Manngericht prouociren, angeführet durch Notarien und Zeugen inſinuiren. Auch in der denunciation dem Vaſallen bekannt machen, was ſie ihres hohen Ortes für pares curiae oder Vaſallen von dero Lehen-Hof erwæhlet. Demſelben dabey freyſtellend, daſs er innerhalb gewiſſer Zeit dergleichen pares auch benenne. Er thue nun ſolches oder nicht: ſo fæhret nichts deſtoweniger der Lehn-Herr fort, die ſeinerſeits denominirte PARES zu requiriren in einem gewiſſen termino, ſich an einem gewiſſen Ort, als auf dem Rath-Hauſe zu Caſſel einzufinden, ein iudicium PARIVM anzuordnen. Welche dann darauf unter ſich einen directorem wehlen, ſecretarium und actuarium in Pflicht nehmen. Nach angeordnetem iudicio erſcheinet ein Anwald, welcher gemeiniglich ein Rath und Advocatus fiſci iſt, legitimirt ſich nomine PARIVM durch Vollmacht, übergiebt gemeiniglich articolirte Klage, iuncta petitione, handelt und bittet inhalts etc. Des Vaſalli Anvvalt erſcheinet und legitimirt ſich gleichfals, bittet copiam et terminum zur Gegenhandlung, vvorauf hinc inde usque ad concluſionem cauſae gehandelt, und darauf von den paribus geſprochen, auch, vvenn keine remedia ſuſpenſiua an Hand genommen ſeynd, ſententia exequirt vvird." Eſt enim is fere proceſſus et parium iudicii hiſtoria, qualem etiam habes in adpendice monumentorum *lit. A.* Id tantummodo in Haſſiae PARIVM CONSESSV notandum, ut aliquid ſingulare et ab aliis multis diſtinctum. *Principio* quod non omnes conueniant uaſalli; ſed quorundam inſtituatur ſelectus: quod pares non *domini* ſolius arbitrio eligantur; ſed utriusque partis litigantis eadem hic iura: quod neque dominus *rectorem* nominet, ſed illius electio ſit parium ipſorum: quod alibi partes ſtare oportet *ſententiis* parium, inſtar *iudicatorum*; ſed in Haſſiae curia locus ſiat remediis ſuſpenſiuis atque deuolutiuis: quod *parium* nomine ueniant non principis conſiliarii; ſed uaſalli, qui tali nexu principi non ſunt addicti: quod *abſit* a conſeſſu parium *princeps*; qui alibi ſolet eidem intereſſe. Quae omnia eo faciunt, ut intelligatur, non eſſe, quod aliquis parium *conſeſſus* in Haſſiae curia reformidet, ſi cauſa illius iuſta eſſe uideatur.

(o) Caſus, quoties *Rittbergenſes comites* cauſas egerint clientelares in PARIVM HASSIAE conuentu conſeſſuque, longe et cum ſerie quadam chronologica recenſentur in *adpendice monumentorum* litt. *N. O. P.* Sed *unus* iam *actus* ſatis eſt ad *conſuetudinem* probandam interpretatiuam, quam adiuuant uel leges uel ſtatuta, edicunt iureconſulti MANTICA *lib.* 1. *de tacit. et ambig. conuent. tit.* 14. *n.* 10. KLOCKIVS *relat.* 5. *n.* 214.

(p) Litterarum clientelarium, quas ADPENDIX *litt. D.* exhibet uerba ſunt haec: Sollen die Grauſchafft zu rechtem Erbmann-Lehen tragen, verſtehen, verdienen und empfangen als Erb-Mann-Lehens Recht und Gevvohnheit iſt, als Erbedel-Lehenleut thun ſollen. Sollen vvir Ihnen auch gegen einem ieglichen, zu ehren und recht mæchtig, daſs ſie auch nach unſerer Erkæntniſs nehmen ſollen."

(q) Claris uerbis id habuimus *cap.* 5. §. 10. *litt. aa. pag.* 692. Audiendus hic eſt omnino ROSENTHAL *cap.* 12. *concluſ.* 1. *n.* 54. 55. 56. qui ex auctoritate doctorum uſuque fori imperialis ita ſcribit: "Quin dominus uaſallos alibi, quam in eius curia de feudo litigantes auocare poſſit, nemo dubitat. Et expreſſe hoc tradunt AFFLICTVS, FRECCIA, MOZZIVS alii. Sed et ſub debito fidelitatis et AMISSIONE feudi, ut deſiſtant, iis recte praecipit. Sed quid ſi ſub illa poena non expreſſe praecepit, ut deſiſtant a fori ſaltu ac ſimpliciter uel ſub iure fidelitatis bey ihren Pflichten monuit: multi ſunt, qui etiam ita putant PRIVARI poſſe feudo minus obſequentem uaſallum. Nullum dubium, ſi forum notorie ſit incompetens. Quia tum obliuiſcitur ſuae fidelitatis, contemnit ac deſpicit dominum, uiolat frangitque contractum feudalem." Ita, omiſſis peregrinis, iureconſulti etiam noſtrates SCHRADER *part.* 10. *ſect.* 8. *n.* 155. 156. *L. B. de* SCHENCK *ad c. imperial. n.* 3. WESENBECIVS *c.* 15. *n.* 6. Scio notorii uerbum eſſe fallax, uarium et multiplex. Verum nemo, qui noſtra legit, porro negabit, luce meridiana clarius eſſe, quod PARIVM IVDICIA ſibi uindicent cauſae Rittbergenſes aduerſenturque ſaltui forenſi leges, ſtatuta, praeiudicia, caſus, conſilia, reſponſa decretaque, cum uniuerſim, tum ſigillatim in Haſſiae clientelaribus inſtitutis.

(r) Habes ſupra hiſtoriam delicti, ſemel, iterum terque repetiti in *cap.* 6. §. 3. 5. 7. quae loca hic conferenda. Quod cum ita ſit, iamnunc *Rittbergenſe* non uirgula aeſtimandum *oblatorum* feudorum, ſed *beneficiatorum*, id eſt, talium, quae nullum uaſallo fauorem relinquunt, ſed ob leues ingrati animi cauſas, inſtar donationis, poſſunt reuocari condicique cauſa dati non ſecuta.

(a) Ha-

CAP. VIII.

PARIVM *Haſſiae* IVDICIO ADVERSA *argumenta. eorumque* DISSOLVTIO.

§. I.

Argumenta pro iure PRIMAE INSTANTIAE iudicii imperialis. I.) ab exemtiuae RITTBERGENSIS iniquitate.

Atteximus poſtremum etiam illa, quae, aduerſus PARIVM Haſſiae IVDICIA, pro SVPREMO imperii TRIBVNALI ſolent adferri. Principio negant, fieri potuiſſe, ut RITTBERGENSE TERRITORIVM anno cIↃ CCCCLVI. in feudum offerretur Haſſiae LANDGRAVIIS illique adoptarentur SVBDOMINI, cum damno et iactura Caeſarei tribunalis eique propriae IVRISDICTIONIS (a). Verum ideo *duobus* nos *ſegmentis* docuimus plene planeque: omni aeuo hoc datum eſſe Germaniae ordinibus, ut territoria ſua aliis conciuibus ſuis addicerent nexu clientelari (b). Contrariam doctrinam imperii LEGIBVS, antiquis nouiſſimisque; CONSVETVDINIBVS; omnium Germaniae prouinciarum EXEMPLIS; imo

(a) Habes uerba eius generis in libello apud FABRVM *tom. XI. der Staats-Cantzeley p.* 825. an. "1707. concepta: "Man wolte nicht anführen, daſs, "eigener Geſtændnüſs nach, die Gravſchafft Rittberg ſchon vor der an. 1456. beſchehenen feudation eine formirte und von denen Rœmiſchen "Kæyſern mit allen regalien und hohen iuribus "begnadigte ohnmittelbahre Reichs-Gravſchafft "geweſen, und zu ſolcher Zeit keinen andern "Richter, als den iedesmahl regierenden Kæyſer "gehabt, auch demſelben ſeine immediate iurisdiction von denen Graven von Rittberg nicht benommen werden wollen noch kœnnen. In deme einestheils die Graven ihre immedietæt ausdrücklich reſeruiret. Und ſolche mithin auch "derſelben primum adaequatum ac ſubſtantiale "ſignum, welches iſt a ſolo Caeſare und denen "Reichs-Gerichten zu dependiren, mit euſſerſtem "Fleiſs beybehalten. Anderen theils aber auch "unſtreitig Rechtens ſey, daſs dergleichen oblationes der feudorum nicht anderſt, als ohne Eintrag der Kæyſerlichen iurium geſchehen kœnnen. Auch in der Graven von Rittberg macht "nicht geweſen, die Kæyſerliche iurisdiction, welche ſie nicht gehabt, an andere zu transferiren. "Dahero auch aus der angezogenen ſubinfeudation weyland Herrn Landgr. Philippi, als welche "die von denen Graven von Rittberg erhandelte "iura zum Grund geſetzet, und alſo nicht mehr "gegeben, als was die Herren Landgraven von "denen von Rittberg bekommen, nehmlich das dominium directum, ſaluo iure Caeſaris et imperii, "zum praeiudiz der Kæyſerlichen iurisdiction in hoc caſu nichts inferiret werden kœnne." Fateor, momenta eſſe ſatis magna, ſi quidem iura expenderis Longobardorum peregrina. Quam uero ab his diuerſa ſint patriae inſtituta, illud docuimus e Germanicis legibus, ſtatutis, conſuetudinibus, obſeruantia exemplisque omnis aeui.

(b) Quo ſolicitiores fuimus *cap.* 2. 3. 4. in commonſtrando, *ordinibus imperii* omni aeuo licuiſſe; FEVDA, *quidni* ALLODIA *ſua, aliis imperii ordinibus deferre ab iisque illa recipere cum nexu clientelari atque ex* IMMEDIATIS *ſtatibus, fieri* MEDIATOS *locoque* IMPERIALIS CVRIAE *ſe ſubmittere in prima inſtantia et actu iudicio* PROVINCIALI; eo hic eſſe licet breuioribus, idem etiam, ut facerent Rittbergenſes, in eorundem fuiſſe arbitratu. Praeſertim, quod RITTBERGENSIS comitatus fuit poſſeſſorum proprius et ALLODIALIS, ut uidimus *cap. 6. §. 2. litt. e.* Nam quod ALLODII poſſeſſor illud facere poſſit, de eo quidem nemo iureconſultorum ullo unquam tempore dubitauit, quod docebit *cap.* 3. §. 8. ubi laudari potuiſſent doctorum integrae cohortes, niſi nomina fuiſſent ſatis ſummi uiri *L. B. de* LYNCKER, EHRENBACHII, VIETORIS, KNICHENII, GYLMANNI, ITTERI, STRVVII, SIXTINI, STEPHANI aliorumque, qui, hodieque ſuperſtites, iura clientelaria in foris et academiis ſolent reſpondere. Facere igitur id POTVISSE *Rittbergenſes*, ut adoptarent Haſſiae landgrauium nouum ſubdominum; ſatis quidem inde eſt manifeſtum. Quod autem etiam VOLVERINT hoc facere curiaeque HASSIAE PARIVM ſe ſubmittere in cauſis feudalibus, illud longe magis eſt luculentum. *Principio* enim id oſtendunt exempla et caſus, quod in omni controuerſia clientelari PARIVM IVDICIA ipſi rogauerint *Rittbergenſes*, conſuluerint, agnouerintque *annis* 1541. 1546. aliisque, quod docebunt ſolennia inſtrumenta in *adpendice litt. N. O. P.* et *cap. 7. §. 5. litt. o.* *Deinde* in ipſa formula clientelari, qua Haſſiae *landgrauiis* fidem ſuam dederunt, omnes fori ſaltus uaſalli Rittbergenſes ſolent eierare, ut oſtendit *cap. 7. §. 6. litt. p.* *Poſt* axiomate iuris dicimus, quod, *iure dato, dentur quoque eius ordinaria acceſſoria.* Aſt uero illud conſecutionis uinculum certiſſimum eſſe firmiſſimumque; ut, qui feudi *dominus* ſit *immediatus*, idem etiam ille in *prima* inſtantia et actu ſit IVDEX clientelarium cauſarum, quod commonſtratum eſt *cap. 5. uniuerſo* idque fide *canonum, legum, ſtatutorum, conſuetudinum, obſeruantiae, praeiudiciorum, teſtimoniorumque* bonae fidei iureconſultorum. Adeoque Haſſiaca curia tantis rerum praeſidiis tuta eſt eousque, quousque aduerſa pars non docuerit probaueritque argumentum contrarium. *Tandem* nihil obeſt hic ueritati, quod tamen RITTBERGENSES manſerint inter *ordines imperiales.* Licet enim de eo noſtrum non ſit, iudicium ferre. Id tamen in iure clientelari eſt teſtatiſſimum, quod cauſae tum *diuidendae*. Neque a dominica curia liberentur in clientelaribus litigiis uaſalli, quamuis in actionibus aliis iudicem illic habeant imperatorem, absque domino intermedio, quod pariter, non noſtro, ſed calamo alieno oſtenſum eſt ſupra *cap. 5. §. 7. litt. a.* Et, quod magis eſt, ipſe ſacratiſſimus imperator FERDINANDVS I. agnouit non ſolum, RITTBERGAM iure ſubiiſſe Haſſiacum ſubdominium, cauſa ad id faciendum ſigillatim iudicata, quoniam RITTBERGENSIS comitatus fuerit ALLODIALIS: uerum etiam contulit C. LANDGRAVIIS lege eadem prorſus, qua illi ſuſcipere ſoleant cum principatum, tum feuda imperii alia *ſolche Grav and Herrſchafft*

CAP. VIII.

imo iuris beneficiarii in patria RATIONIBVS non ſolum aduerſam eſſe (c): uerum etiam contentionum excitare incendia, imo potentiſſimis Germaniae principibus et AVSTRIACAE praecipue domui, tot meritis in rempublicam omni aeuo conſpicuae, uulnera infligere (d), quibus uix ſuffecerit medicina. A

II.) Ab Haſſiaco DECRETO quod inſtar ſit SENTENTIAE.

§. II. Deinde HASSIACVM DECRETVM cum aduerſus LIECHTENSTEINENSES, tum foeminas comites de BERGEN et ESSEN latum, inſtar eſſe ſententiae (e). Verum inter DECRETA ſimplicia et SENTENTIAS, poſt cauſae cognitionem et libellos utriusque partis auditos, latas, multum intereſſe, neque *prima* excludere ultimas, non ſolum per iura (f) ſcimus, uerum etiam exemplo ſingulari AVSTRIACAE DOMVS (g) iuris et aequi ſtudioſiſſimae. B

§. II.--V. III.) ab EXCLVSIONE partium litigantium a SVCCESSIONE.

§. III. Tum PARTES, quae coram Caeſareo tribunali iam litigent, ab Haſſiae landgrauio pro uaſallis non agnoſci ideoque fruſtra illos adſtringi ad leges Haſſiae clientelares (h). Verum etiam hic ſufficere ad PARIVM iudicia, quod cauſa ſit CLIENTELARIS, illud quidem tam certum eſt, quam quod certiſſimum (i).

IV.) a LITIS ut dicunt PENDENTIA.

§. IV. Praeterea puniri debere litem in Caeſareo tribunali, ubi ſit coepta (k). Verum negant hoc doctores dicuntque fidenter: nihil tum cenſeri actum, quoties curia dominica neglecta ſit in cauſa clientelari (l).

V.) a SVSPICIONE aduerſus parium iudicia, ubi cauſa tangat IPSVM DOMINVM.

§. V. Poſt SVSPICIONEM eſſe aduerſus parium iudicia, ſi cauſa ipſum tangat dominum et principem territorii (m). Verum

ſchafft Rittberg, in gewœhnlicher form zu ihrem rechten und ſovielaus daran zu leiben gebührt. Quae formula clientelaris, an. 1563. concepta, extat in ADPENDICE *monumentorum litt. I. K.* Vnde plurima intelliguntur. *Principio* quidem, quod Caeſar ſubdominium landgrauio firmauerit dilueritque uitium, ſi quod principio fuiſſet, non autem fuiſſe, commonſtrauimus *cap.* 1. 3. 4. *Deinde* quod comitatum iure contulerit ordinario, a quo jurisdictio minimum clientelaris nequit diuelli. Vt fruſtra ſint, qui utrumque uocare uelint hodieque in dubium. C

(c) Singula haec iuris membra tractauimus ſigillatim, eo quidem ex medii aeui notitia adparato, ut ſumma imis miſcere oporteat in iuris publici Germanici prudentia, qui ſenſerit ex aduerſo. Loca exhibent *cap.* 2. 3. 4. ſaepius laudata. D

(d) Non erit ex uniuerſi imperii principibus, qui ex hac doctrina non ſenſerit damna grauia et irreparabilia, ſiquidem conſiliis reſpondiſſent euentus. Egimus ea de re *cap.* 4. §. 9. *p.* 680. ubi in ſigno *litt. cc.* fide nos defendimus aliena calculos in iudicio recuperatorio prouinciarum, ab Auſtriaca domo ſubductarum imperio. Taceo Bohemiam in ea meſſe longe forſitan uberiorem. E

(e) Pergit auctor apud FABRVM *tom. XI. p.* 827. 828. *Se. Hochfürſtl. Durchl. hætte das* extremum iurisdictionis *bereits* ipſo facto *bewerckſtelliget. Auch obngehindert aller einredt die Grævin von Kaunitz mit der Grævſchafft Rittberg* tanquam de feudo nouo *belieben, mithin alle übrige* praetendentes in infinitum *davon ausgeſchloſſen* cetera. Id uelle uidetur auctor libelli: *cum partibus ſemel iura in Rittbergenſem comitatum negauerit Haſſiaca curia, non eſſe, quod porro ibi litigetur.* Nam iudicem lata ſententia munere ſuo defunctum eſſe, ut nihil reſtet amplius. F

(f) Quoniam ſimplex *decretum*, praeſertim hodie in principum curiis, fiari ſolet audita *altera* tantummodo *parte*; cauſa expenſa *curſim*, non inſtituta eiusdem plena indagatione praeuiaque, ut dicunt, *cognitione*; dominus ibidem *principem* agit, non *iudicem*; rationes ſequitur *probabiles*, non *neceſſarias* ad iuris amiſſim; etiam *decernere* uerbum *beſcheiden*, *gutachten* eſt leuioris brachii, quam *iudicare urtheln*, *rechtſprechen*, de quibus differentiarum generibus agere ſolent iureconſulti in FORENSI PROCESSV atque ad *tit. C. de ordine cognitionum.* Imo illud etiam clarum eſt, quod poſt *decretum*, a principe aut eius curia latum, litis demum uel coram eodem iudice uel co- G

ram aliis fiat ingreſſus. Quod in Saxonia certum eſt, ubi primum ex aequo et bono agit iudex cum partibus promulgatque *decretum zur güte.* Quo uero ſi acquieſcere nolit pars, tum demum ad ordinarium eiusdem fori proceſſum deuenitur. Quod cum ita ſit, fruſtra ſunt, qui iudicem in cauſa, de qua *decreuit*, ſuo iam officio defunctum eſſe, exiſtimant.

(g) Habes in AVSTRIACIS caſum *c.* 5. §. 9. *lit. z.* et alium magis luculentum *cap.* 5. §. 10. *litt. aa.* In utroque enim decreuerat imperator, feudi dominus. Verum decreto *dominico* cum pars nollet acquieſcere, cauſa remiſſa eſt ad CVRIAE PARES et horum iudicio, quod decreuerat princeps, mutatum correctumque.

(h) Auctor libelli apud FABRVM *p.* 828. "Nachdem die praetendenten der Gravſchafft "Rittberg von dem Herrn Landgraven in infini"tum ausgeſchloſſen, folglich ſelbige extra ſtatum "conuaſallagii Haſſiaci geſetzet wæren, und alſo "nicht zu begreiffen ſey, wie ſelbige verbunden "werden mœchten, Heſsiſche PARES CVRIAE "zu ſuchen. Id uidetur uelle: quem dominus non "agnoſcat uaſallum, eundem neque teneri iudi"cio eiusdem clientelari.

(i) Non enim perſonae, ſed *cauſae* ergo, quae *clientelaris*, lis haec CVRIAE PARIVM. Innumeri feudorum interpretes hic poſſent enumerari: ſed SCHRADERVS et ROSENTHALIVS hanc ſpartam ante nos occuparunt, quos laudauimus *cap.* 5. §. 10. *litt. aa. p.* 692.

(k) Quoniam multis abhinc annis in ſupremo Caeſaris tribunali, ſcilicet ab an. 1692. ſit litigatum, fruſtra nunc eſſe conſilia eorum, qui litem hic coeptam uelint abrumpere cauſamque remittere ad curiam inferiorem.

(l) Id ſcilicet dicunt interpretes feudorum, quos laudauimus ſupra *cap.* 5. *litt. aa.* §. 10. Neque enim uerentur illi hoc etiam dicere ſigillatim: *ipſum imperatorem nihil agere, ſi quidem audire nolit partes in cauſis clientelaribus ſaltuatim.* Id eſt, curia domini uel PARIVM neglecta.

(m) Verba libelli, quem FABER exhibet *tom.* 11. *p.* 828. ſunt haec: *wære nicht zu begreiffen, wie von Heſſiſchen Unterſaſſen die* reparation *eines* facti

zu

CAP. VIII. §. V. VI.

Verum Auſtriaca domus iterum nos docet exemplum huic ſuſpicioni aduerſum (n). Tacco, quod Haſſiae uaſalli, unde pares deſumendi, ſint quamplurimi; potentes; liberi; imperiales ſtatus ac ciues; illi non eligantur principis iudicio, ſed ipſarum partium uoluntate; princepsuero ne quidem uel ipſe uel opera rectoris aut interpretis, parium conſeſſui interſit, ut eo liberiora eſſe poſſint eorundem ſuffragia (o).

VI.) a NEGATIONE IVRIS Haſſiaci.

§. VI. Ad extremum quae urgentur aduerſus leges coniunctae manus (p): illa ad rem pertinent, non ad PRIMI FORI iura, quibus tandem limitibus definitur noſtrum argumentum (q). Ceterum uti in re tanti momenti fide ſcripſimus DIPLOMATVM ac bonae fidei MONVMENTORVM: ita, praeter ſtudium, quo rem obſcuram uocauimus in lucem, nobis tribuimus nihil. Fit enim ſaepe, ut in Germanici imperii PVBLICO ac BENEFICIARIO iure tenebras incuſemus: ubi tamen in medii aeui theſauris lucent optima planiſſimaque maiorum inſtituta, neque tum alio opus remedio, quam ut haec feliciori paulo minerua inde eruantur.

AD-

---

zu erwarten, welches von dero Landes-Fürſten und Herrea zugeſaget worden. Zumablea da derſelbe davon den mebreſtea Gewiaa und Verluſt zu boſſea et quae ſunt aeliqua.

(n) Eſt certe hiſtoria, quam Zaſius, iureconſultus narrat ſupra *cap. 5. §. 10. litt. aa.* ualde momentoſa. Nam conſtat inde, quod non ſolum PARES CVRIAE SVNDGOVIENSES decretum Caeſaris principis ſui correxerint: uetum etiam ea ſit PARIVM in Germaniae prouinciis libertas, conſcientia, integritas, candor, ut ſuo conſeſſu habeant indigniſſimum auram captare, partibus ſtudere corruptique argui iudicii in ſententiis.

(o) Multa ſunt in PARIVM HASSIAE CONSESSV protſus ſingularia, quae omnem partium ſtudii depellunt ſuſpicionem. *Principio* alibi PARES curiae ſimul principis ſunt SVBDITI *cap. 5. §. 8. litt. x.* non in Haſſia, ubi plures uaſalli ſunt, qui cetera *principes* aut *comites* imperiales, quod habet WINCKELMANNVS *part. 5. hiſt. Haſſ. cap. 9.* *Deinde* alibi principum uaſalli raro adſurgunt ultra gradus nobilitatis: in Haſſia autem *principes* ac *comites* tot eſſe landgrauio addictos nexu clientelari, illud oſtendit *cap. 7. §. 3. litt. m.* *Porro* alibi dominus eligere et nominare ſolet curiae PARES, uti habes ſupra *cap. 5. §. 10. litt. bb.* et praecipue in ADPENDICE *litt. Q. R.* exemplo comitis Caſtellenſis: uetum Haſſiae principes landgrauii ius eligendi dare ſolent partibus *cap. 7. §. 4. litt. n.* *Praeterea* alibi princeps dominus eligit minimum curiae parium RECTOREM, exemplum habes in ADPEND. *litt. A.* ſed Haſſiae landgrauii etiam hoc dare ſolent uaſallorum ſuffragiis, quod docet *cap. 7. §. 4. litt. a.* *Poſt* alibi dominus conſeſſui parium ſolet ipſe intereſſe, uti habet ADPEND. *litt. A.* non autem in Haſſia, ubi princeps, quo liberiora ſint ſuffragia, ſolet abeſſe *cap. 7. §. 4 litt. n.* *Tum* alibi ne PARES quidem audiuntur, ſed lites clientelares tractandae ſunt coram principis regimine et conſiliariis *cap. 5. §. 5. litt. l.* in Haſſia autem eius generis iudicia ſunt *conuaſallorum cap. 7. §. 4. litt. n.* Ad *extremum* alibi ſufficit, quod *pariam iudicia* non ſint per lagem ſublata, quoniam ius commune illa tuetur: uerum in Haſſia *carias pariam* tuentur inſtituta, exempla, uſus, formulae clientelares, contractus, quod *cap. 7.* oſtenſum eſt uniuerſo. Addo, quod alibi nefas ſit, a PARIVM SENTENTIA ad aliud prouocari tribunal: quod necquicquam negare ſolet curia Haſſiaca.

(p) Conſtare putant de iure patrium litigantium in cauſa Ritbergenſi coram Caeſareo tribunali, igitur fruſtra de foro diſputari. Quoniam iuſtitiae cultus ſatis ſit manifeſtus, interſitque parum, ubi illa promoueatur.

(q) Duo hic reponi poſſunt. *Primam* eſt, quod ſententia, a iudice incompetente lata, ipſo ſit iure nulla ueque reſpiciatur, quam lata ſit bene aut male. Adeoque nullus hic locus eſt conflictuī de re ipſa, utra cauſa melior ſit, *Kaunitiana*, an uero *Liechteaſteiaenſis*, aut *Bergenſis*, aut *Eſſenſis*. Verum id quaeritur ſolum: in quo *foro, primo* quidem *acta*, hae lites debeant audiri ac diſputari. Quapropter illa quoque obiectio nullius eſt momenti. Quod partes litigent de *pacti domeſtici* ac *gentilitii* interpretatione: quod cum Caeſar confirmauerit, etiam de eo iudicare poſſit ſacratiſſimum Caeſaris tribunal. Nam iuriſdictio illi non diſputatur uniuerſim, ſed in *prima* tantum *inſtantia* et *actu*. Deinde ſufficit, quod pacta haec cauſam tangant *clientelarem*, ſcilicet de *feudo* dubiam ſucceſſionem, quae certe, domino inuito, nequit pactis mutari, multo minus ita protogari, ſaltu quodam, iuriſdictio ad ſupremum imperii tribunal, neglecta curia parium dominica. Et ſane, ſi hoc daretur uaſallis, ut pacta, de feudo ioita, ab alioque firmata iudice, poſſent etiam coram foro alieno in ius uocare aut tueri: actum plane foret de *curia* domini *feudali*. Ita enim illa a nutu penderet ſuorum uaſallorum, quod omni iuri probauimus eſſe aduerſum. In *altero* autem, quod rem ipſam, ſiue, quod dicimus, cauſae merita reſpicit, noſtra manus hactenus de tabula. Neque enim noſtri nunc inſtituti eſt, uagari extra limites, nobis principio operis propoſitos.

ADPENDIX
MONVMENTORVM AD DISSERTATIONEM
DE
PRIMO FORO IMPERIALIVM SVBFEVDORVM,
des Reichs-Afterleben.

LITT. A.

PROCESSVS *fori clientelaris* PARIVM CVRIAE OSNABRVGENSIS, *deſcriptus ex vetuſto* CODICE MSCTO *anni* CIↃ IↃLXI. *die* VI. *menſis Octobris.*

WIe dieſer den 6. Octobr. 1561. ausgekün-
“digte Lehen-Tag ſich herzu genaher,
“haben Ihro Fürſtliche Gnaden auf dem
“groſſen Fried-Hoffe, bey der Thum-Kirch-Hoffs-
“Mauren, ein Gebæu und Sitz, etliche Staffeln
“hoch machen und aufrichten laſſen. Und ſein
“alſo dieſelbige, auf den angeſetzten Lehn-Tage
“Vormittage, mir etlichen der Herrn vum Thumb-
“Capitul und der Ritterſchaffr, ſo darzu beſchrie-
“ben, aus des Seniuren Hn. N. N. Hoſe in ihrem
“Chur-Rocke in die Thumb-Kirchen gangen, und
“vvie das Amt der Meſſe geendiget, mit den Herrn
“vum Thum-Capitul zu dem uſſgerichteren Ge-
“bæue kommen, darauf ſich hegeben und nieder-
“geſetzt haben. Alſo ſind Ihro Furſtl. Gnadeo,
“Herr N. N. Thum-Probſt, und Herr N. N. Sang-
“meiſter zur Rechten, und Herr N. N. Thumb-
“Dechand, und Herr N. N. Seuiur zur luchteren
“Seite geſeſſen, die anderen Thumb-Herrn, auch
“anf der lüchtern halhe (dievveil dieſer Actus
“gevvehrt) geſtanden. &c.
“Als derugeſtalt Ihro Furſtliche Gnaden ſich
“niedergeſetzet, und die erforderten Lehn-Mæn-
“ner daſelbſt fur dem Gebæu in gurer Aozahl ge-
“ſtaoden, hat uff bevelich Ihro Furſtl. Guaden der
“Cantzler N. N. vun dem Sitze zu dem anweſenden
“Lehn-Mannen geredet, alſu: Naehdem Ihro Furſtl.
“Gnaden derſelhigen Kirchen und Stiffts herge-
“brachten Sitten und Gevvohnheiten nach, dieſen
“Lehn-Tag in gebührlicher Zeit, und auf gevvœho-
“licher Wahlſtætte angeſetzer, ausſchreihen u. ver-
“kündigen laſſen, und dem Folge zu thun, jetzr
“gegenvværtig vværen, vvolten Ihro Fürſtliche
“Gnaden zum Lehn-Richter die Zeitlang des vveh-
“renden Lehn-Gerichts-Tag, aos dem Leho-Mann
N. N. erfordert und begehret haben etc.
Darauf Er vun N. N gehurſamlich vor Ihru
“Fürſtliche Gnaden uff dem Gehæu erſchienen,
“und mit gehuhrender reuerenze niederkniende,
“vor Ihru Fürſtl. Gnaden uff ſeine unterthænige
“Bitte helehnet, und Lehn-Pflichten und Eyd,
“(vvie der Cantzler Ihme die vurgehalten) hin-
“vvieder gethan, und uff eine Banck ſo uff dem
“Gehæu, nah bey den Staffeln uder Treppen ge-
“ſtanden und darzu verordnet etc. ſich aus Ihro
“Furſtl. Gnadeu hevelich niedergeſetzet, und ſo
“fort als Lehn-Richter, aus den Mannen, von
“Lehn N. N. und N. N. zu Beyſitzeren aufgeſor-
“dert und hegehret, vvelche gleichfals uff dem Si-
“tze vur Ihro Fürſtl. Gnaden erſchienen, und Ihre
“Belehnunge empfangen, und Lehn-Pflichte ge-
“rhan, darnach ſich bey den Lehn-Richter, einer
“zur rechten und der ander zur luchteren Seiten
“niedergeſetzet etc.
Alſo ſitzende, hat der Lehn-Richter N. N aus
A den Mannen vum Lehn zum Fürſprachen begeh-“
ret, Ihrer Fürſtl. Gnaden und des Lehn-Gerichts-“
Tages Nothdurfft vorzutragen, darauf er vur“
Ihru Furſtliche Gnaden auch erſchienen, und“
nach geſchehener Belehnung, Lehns-Pflichte“
gethan, und auf dem Gebæue zur rechten halbe,“
gegeo der Banck des Lehn-Richters, ſamt dem“
Cautzler, die Zeitlang dieſer Actus gevvehret,“
geſtanden, etc.
Nach dieſer Beſtellung und Verordnung deſſen“
Lehn-Gerichts, iſt das beſchehen Ausſchreiben“
B des Lehn-Tages œffentlich verleſen, ond hat“
darauf den Vorſprach der Lehn-Richter gefraget,“
oh Er, dieſer Gelegenheit nach, nicht Tag und“
Zeir, daſs Er als Lehn-Richter das Lehn-Gericht“
hegen und ſitzen mœge, nach Lehn-Rechts Rech-“
te zu Rechte etc.
Und als der Lehn-Richter diſs an N. N. zu“
Rechte geſteller, darauf mit dem Umſtande ſich“
zo hereden, hat er für Recht eingebracht. Nach“
dem Er von GOtt die Gnade, und dem Herrn die“
Macht habe, mœge er das thun, aher erſt vvolten“
die ſæmmtliche Mannſchafft ſich verſehen, es“
C vverde uff deſſen Lehn-Tage nach Lehn-Gerichts-“
Rechte ergehen. etc.
Darauf der Lehn-Richter zu der Mannſchafft,“
nachdem Er ihme alſo ungeſchulden zugefunden,“
ſu hege Er von vvegen Ihro Furſtlichen Gnaden“
und in Behuff der Gemeinen Lehn-Mannen,“
und derjenigen, ſo des im Lehn-Gerichte zu“
thun, daſſelbige Gerichte zum erſten, andern“
und drittenmahl zu Rechte, nach Lehn-Rechts-“
Rechte etc
Und gehiete demnach allen umbſtehenden“
Mænnern vom Lehn, daſs ſie meiden Scheltvvurt“
D und andere Unluſt, und keiner aus dem Gerich-“
te, ſo lange das geſpannen und geheget vvird,“
vveiche, daſs auch keiner in dieſen gehegendem“
Lehn-Gerichte rede, er ſey dann Mann vum Leho,“
und vvolte, einen jederen, ſich derhalhen für“
Schaden zu huten, gevvarnet hahen. etc.
Nach dieſer Handlung hat der Vorſprache“
vom Lehn-Richter begehret, die Mannſchafft“
ſæmmtlich vor die Lehn-Gerichts-Banck zo for-“
dern, und als die Lehn-Manns darauff vorge-“
kommen ſind, hat Er der Fürſprache etliche ar-“
ticulen und Fragen zu des Lehn-Herrn Nothdurfft“
E dem Lehn-Richter etc. einem nach dem andern“
unterſchiedlich vorgetragen, und vor den er-“
ſten etc.
Nachdem Ihru Fürſtl. Gnaden dieſen Lehn-“
Tag (vvie gehœret) in gebührlichen Zeiten und“
zur gevvœbnlicher Mahl-ſtætte ausſchreiben und“
verkundigen laſſen, ub nun jemands Ihrer Fürſt-“
lichen Guaden Stiffts Lehn-Mannen, ſulch“
erfor-

ADPEND. MONVM.

“erforderen zum jetzigen Lehn-Tage, verachten, A
“ausbleiben, oder dureh unnœthige Geſchæffte und
“ſelbſtwillige Verſæumnis darauſ nicht erſchei-
“nen, noch ſich erhehlich entſchuldigen laſſen wür-
“de, wie ſich der Lehn-Herr gegen demſelbigen
“ungehorſam zo verhalren etc.

Dieſen erſten articul hat der Lehn-Richter an
“von N. N. geſtellet, und was Recht darumb, ſie
“einzubringen. etc.

“Alſo hat Er N. N. eingehracht, daſs ein ieder
“Lehn-Mann, ſein Lehn im Jahre und Tage zu em-
“pſangeo, von Lehn-Pflichten dem Lehn-Herren
“zu thuende ſchuldig, darüber jemand darinn B
“ſæomen würde, daſs dann der Lehn-Herr, den-
“ſelbigen zu der Lehnherden ungehorſamen Lehn-
“Manoe noch mit zweyen Lehn-Mannen zu be-
“ſchicken, und zu der Belehnung heiſchen laſſen,
“da Er deſſen, unangeſehen, noch in Jahr und Ta-
“ge ausbleiben würde, ſolte er des Lehos verlu-
“ſtig ſeyn, und der Lehn-Herr das dem negſten
“Blut wieder nach Lehns-Rechte verleihen. &c.

“Diſs der Lehn-Mannen ingebrachte Bedencken,
“dieweil dargegen niemand geredet, hat der Lehn-
“Richter approbiret und beſtættiget.

“Vor den andern articul der Fürſprach den Lehn- C
“Richter gefraget: Ob nicht der Lehnmano, wann
“er zu ſeinen Jahren kommen, ſchuldig, ſeine Be-
“lehnung ſelbſt von dem Lehn-Herrn zu empfan-
“gen, und was ſich nach Lehn-Rcehrens Rechten
“und Gevvohnheit dieſer Kirchen und Stifft ge-
“huhret, dargegen Ihro Fürſtl. Gnaden in der Be-
“lehnung zu leiſten. etc.

“Dieſen Punčten hat der Lehn-Richter an N.N.
“geſtelt, daſs darauff für Rechten ingebracht, daſs
“ein ieder ſein Lehn ſelbſt zo empfangen, uod Eydt D
“und Pflicht zu thun ſchuldig etc. Den aber rech-
“te Noth daran verhindern vvürde, mœge er dazu
“ſeinen Vollmæchtigen verordnen, und ſein Lehn-
“Manns ſehuldig, darauff die Lehn-Brieffe zu em-
“pfangen, und zu lœſen, alles nach Lehn-Rechts
“Rechten und Gevvohnheit. Diſs hat der Lehn-
“Richter, als ungeſchulden beſtættiget. etc.

“Vor den dritten Articul der Fürſprach den
“Lehn-Herrn gefraget: ſo der Lehn-Mann mit
“Todt abgehet, in vvas Zeit der nechſte Lehns-
“Erbe bey dem Lehn-Herrn umb die Belehnung
“vvieder anzuſuchen ſchuldig, uod da iemands E
“darin ohne rechte Noth vviſſentlich ſæumen
“vvürde, vvie ſich der Lehn-Herr gegeo demſel-
“ben ungehorſamen zu halten. etc.

“Dieſen articul hat der Lehn-Richter an N. N.
“geſtellet, darauſ eingebracht, daſs ein jeder Lehns-
“Erbe ſey ſchuldig, im Jahr und Tag, naeh dem
“der Lehn-Mann ſeines vviſſens mit Todt abgan-
“gen, nder die Lehn-Güter ſonſt an ihnen vvür-
“den gelangen, bey dem Lehn-Herrn umb die Be-
“lehnung unterthænige Anſuchung zu thun, vvo
“er aber in dem ſæumig, nnd binnen Landes ſeyn
“vvürde, und keine Ehehafft daran ihnen verhin- F
“derte, habe er mit ſolcher Verachtung und Sæn-
“mung der Lehnsempfahung, das Lehn vervvirckt,
“uod der Lehn-Herr ſey ſchuldig, damit das nech-
“ſte Blut au belehnen: doch daſs er den ungehor-
“ſahmen Lehn-Mann, vvie hiebevor im erſten ar-
“ticul eingebracht, zuvor mit dem Zeitenden Bo-
“ten und zvveyen Lehn-Manns zur Belehnung re-
“quiriret und erfordert vverden etc.

“Vor den vierten Articul der Fürſprache den
“Lehn-Richter gefraget: So der Lehn-Herr den
“Lehn-Mann nach ihrer Pflichtung nnd nach, in G
“Ihren Furſtl. Gnaden und des Stiffts Nœthen und
“Beſten, zu dienen verſchriebe, und er in deme ſich
“ungehorſamlich erzeigete, oder ſonſten ſich mit
“œffnung ſeines Hauſes, und in jenigen Dingen,
“nach ſeiner Verpflichtung, gegen ſeinen Lehn-
“Herren nicht halten vvurde, ob in dem falle, der
“Lehn-Herr unverſœhner denſelbigen vvieder zu
“belehnen ſchuldig, und vvormit er alsdann dem
“Herrn verſallen, und vvas der Recht-Nenner
“ſey etc.

“Dieſen articul hat der Lehn-Richter an N. N.
“geſtellet, darauſ er vvieder eingehracht: Wo aoff
“erfordern des Lehn-Herrn, der Lehn-Mann nicht
“zu Dienſte erſcheinet, daran durch Ehehafft
“nicht verhindert, noch deſſen redliche Entſchul-
“digung vorvvenden mœgte, daſs dann der Lehn-
“Herr vor den Ungehorſam ſeines Lehn-Mannes
“von ſeinen Lehn-Gütern, den dritten theil eines
“Jahrs Einkommens einzufordern habe ete.

“Zum fünfften der Vorſprach dem Lehn-Richter
“vorgeſtellet, zu fragen: So der Lehn-Mann ſeine
“Lehn-Gürer bey der vorigen Herrn Regierung
“vorſetzlich verſchvvicgen, und nicht empfan-
“gen, oder ooch verſchvveigen vvürde, oder ohne
“Willen des Lehn-Herrn verkauffen, verpfænden,
“verſplittern, oder in einigen Dingen verringe-
“ren, oder alieniren, ete. Wie der Lehn-Herr ge-
“gen demſelben ſich zu verhalten, daſs dem Lehn-
“Herrn recht, und dem Manne kein ungleich, dann
“aoeh recht geſchehe, nach Lehn-Rechts-Rech-
“ten etc.

“Dieſen articul hat der Lehn-Richter an N. N.
“geſtellt, Der vvieder eingebracht, vvelcher Lehn-
“Mann ſeine Guter, ſo Lehn ruhrig alieniren und
“verdunckeren vvurde, ſoll der, ſo ſie veræuſeren
“oder alieniren vvürde, den Lehn-Herrn nach Er-
“kentnüſs den Lehn-Mannen dafür rhun, der ſie
“aber verſchvveiget, habe ſein Lehn vervvürcker,
“und ſey dem Lehn-Herrn heimgeſallen, alſo
“doch, daſs der Lehn-Herr im Jahr und Tag daſ-
“ſelbige Lehn dem nechſten Bluts-Vervvandten
“vvieder verlehne. ete.

“Zum Sechſten der Vorſprach dem Lehn-Rich-
“ter vorgeſtalt, zu ſragen, da der Lehn-Herr die
“Verpfændung und Verſetaung der Lehn-Guter
“bevvilliget, alſo daſs ſie in gevviſſer beſtimter
“Zeit, vvieder vom Lehn-Mann ſollen gefriegec
“vverden, und er darin ſænmig vvürde, vvie dee
“Lehn-Herr gegen den Ungehorſahmen verfahren
“mœge. etc.

“Dieſen articul hat der Lehn-Richter an N.N.
“geſtalt, der vvieder eingehracht, vvelcher Lehn-
“Mann, mit Bevvilligung des Lehn-Herrn die
“Güter beſchvveret, und in beſtimter Zeit nicht
“vvieder froyen vvürde, mœge die der Lehn-Herr
“deshalbeo vor den Mannen vor Lehn beſpre-
“chen. etc.

“Zum Siebenden hat der Vorſprach dem Lehn-
“Richrer vorgeſtalt zu ſragen: So Brüder etc.
“vvæhren, die ihre Lehn-Güter getheilet, und je-
“der ſeinen Antheil ſonderlich zu Lehnen vvollen
“empfangen, vvie ſich der Lehn-Herr in dem, und
“ſie ſich ſonſt zu ihren Recht zu Belehnen thun
“anſuchen, nach Lebn-Recbt gegen deoſelben hal-
“ten ſolte. etc.

“Dieſen articul hat der Lehn-Richter an N.N.
“geſtalt. Der vvieder eingebracht: So Brüder
“etc. vvæhren, die ihre Lehn-Güter jeder ſeinen An-
“rheil, gegen Leiſtung ihrer gebuhrender Lehns
“Pflichte, zu belehnen, da ſie aber die Lehn-Güter
“inſammt zu Lehn empfangen vvollen, ſie der
“ælteſter mit hehuff der andern zu belehnen, und
“der Lehntrager. ere.

“Zum acbten hat der Vorſprach dem Lehn-Rich-
“ter vorgeſtalt zu fragen: vvio ſich der Lebn-
“Mann vvegen neuer angekauffter oder zugefalle-
“ner Lehn-Güter, gegen dem Lehn-Herrn zu ver-
“halten. etc.

“Diſs hat der Lehn-Richter an N. N. geſtalt,
“der darauf eingebracht, daſs der Lehn-Mann ſol-
“che Lehn-Gurer neben gebuhrlicher Lehns-
“Pflichten, nach des Hoffes Gebrauch zu verher-
“vveden ſchuldig. etc.

“NB. NB. Zum Neundten, ſo zvviſchen dem
“Lehn-Herrn und ſeinen Manoco von Lehn, eioes
“Lehn-Gutes halber Irrung und Tvviſt entſtün-

"de, alſo daſs die Sachen, znm Mann-Tage und
"Lehn-Gerichte gelangeten. etc. Wer in dieſem
"Fall den Richter zu verordnen, und die citation
"zu thuende. etc.

"Dieſen Articul hat der Lehn-Richter an N. N.
"geſtalt; Er darauff wieder eingebracht, wannehr
"zwiſchen den Lehn-Herrn und Mann von Lehn
"ſich Irrungen zutragen, daſs der Lehn-Herr den,
"an die Mannen von Lehn, verklagen und Richter
"mit zweyen Beyſitzern zn verordnen, der citation
"und proceſs ausgehen und ergehen laſſen, nach
"geſinnen etc.

"NB. NB. Znm Zehenden, ſo zwiſchen zweyen
"Lehn-Mannen, eines Lehn-Guts halben Srreit
"und Irrung ſich zutrüge, wie ſich der Lehn-Herr
"nach Lehn-Rechts Rechren, zu derſelbigen ſtrit-
"tigen Sache Entſcheidung, und mit wie viele
"Lehn-Manns Ihr. Fürſtl. Gnaden, nder derſelhen
"verordneten Lehn-Richrer, zum wenigſten die
"Lehn-Gerichts-Tage halten ſollen, und da auff
"des Lehn-Herrn, oder Lehn-Richters erforderent,
"jemanden von den Lehn-Mannen nicht erſchei-
"nen würde. etc. Wie es der Lehn-Herr gegen
"den ungehorſahmen ſich zuerhalten. Wanehr
"auch der Lehn-Mann eines Montags hegehret, oh
"er nicht dem Lehn-Herrn vnr den Unkoſten und
"Verpflegung des Gerichts, ſammt ſeinem Gegen-
"theilegnng zu thuende und Glauhen zu ſtellen,
"dem Lehn-Herrn die verlegte Unkoſten wieder
"zu geben ſchuldig, und ſo er daran ſæumig wür-
"de, wie ſich der Lehn-Herr gegen denſelhen hal-
"ten ſolle. etc.

"Dieſen articul hat der Lehn-Richter an N. N.
"geſtalt, der vvieder eingehracht: So zvviſchen
"zvveen Lehn-Mannen der Lehn-Güter halhen Ir-
"rungen vorfallen, habe der Lehn-Herr oder der
"verordneter Lehn-Richter, zvvey Beyſitzer nnd
"zvvælff Lehn-Mænner zu verſchreiben, anff des
"Klagenden theil Anſnchen, nnd im Fall derer et-
"liche ungehorſamlich aushleiben vvürden, die
"ſollen nach Erkænntnuſs der Mannen vom Lehn
"darumb thun, vvelcher Part auch alſo das Lehn-
"Gerichte begehret, ſoll dem Lehn-Herrn vor
"Schaden und Unkoſten des Gerichts, vvas Er deſ-
"ſen verlegen vvürde, hiſs zu erœrterung der Sa-
"chen, Verſicherung und Glauhen thun etc.

"Zum Eilfften. etc. ſo Gürer dem Lehn-Herrn
"znkæhmen und zu ſeiner Kirchon und Taffeln ge-
"hœrden, aher daſs von andern verſetzet, und
"verpſændet vværen, die ſich damit helehnen laſ-
"ſen, vvie ſich der Lehn-Herr in deme zu verhal-
"ten. etc.

"Diſs hat der Lehn-Richter an N. N. geſtalt;
"Er darauff eingebracht, als angezogen, oh Güter
"dem Lehn-Herrn und ſeiner Kirche und Taffel
"gebœrig aber davon verſetzt, damit ſich jemand-
"ten helehnen lieſſe, kœnnen die Mannen von
"Lehn, dievveil ſie nicht vvnſten, vvie man das
"meinde, auch dararff nichts finden, vvüſte man
"aher jemanden der ſolche Gater unter, nnd nicht
"zu rechte praeſcribiret hætte, vver derſelbige
"vor den Mannen vom Lehn darumh zu beſpre-
"chen, und die Belehnung kœnte dem Lehn-Herrn
"unſchædlich ſeyn. etc.

"Dargegen N. N. Ihro Fürſtl. Gnaden der Lehn-
"Mænnern vvieder angezeiget, dievveil diſs der
"Mann vom Lehn, eingebrachte Urtheil dnncker
"und Ihro Fürſtl. Gnaden Vorſahren ſich jeder-
"mahls vervvahret, ſo ihres Sriffts Taffel-Güter he-
"funden, daſs ſie der Verliehung halhen ſich deren
"Rechts nnhegeben haben, vvollen Ihro Fürſtl.
"Gnaden ſich des auch vor der ſæmmtlichen Mann-
"ſchafft verwahret und bedinget hahen. etc.

"Hierauff N. N. wieder geantwortet, und einge-
"bracht: Es mœgen Ihro Fürſtl. Gnaden die Lehn-
"Manns dabey ſolche Güter hefunden, vor den
"Lehn-Mannen darumh beſprechen etc.

"Zum Zwœlfften, ſo jemand Güter zum Lehn

A empfangen, die nicht ſein, und ein ander in ſei-"
ner Gewehr und Beſatzung hætte, was ſich dar-"
umh gehühren wolle?

Diſs hat der Lehn-Richter an N. N. geſtalt,"
der wieder eingebracht, daſs ſolche Belehnung"
kœnne dem Beſitzer an ſeinen Rechten nicht"
nachtheilig ſeyn etc.

"Zum letzten, und als ein jeder Lehn-Mann ſei-
ner Lehn-Guter Verzeichnuſs vor der Belehnung"
üher zugehen, und darauff vom Lehn-Herrn,"
nach empfangener Belehnung, Lehn-Brieffe aus"
B der Cantzeleien zu zu nehmen ſchuldig etc. Was"
davor den Cantzeleien Gerechtigkeit, und dem"
Lehn-Herrn zu gehen ſich gebühret etc.

Dieſen Articul hat der Lehn-Richter an N."
N. geſtellet, Er wieder eingehracht, daſs den"
Lehn-Herrn ſein Herrgewedr, als ietzigen gang-"
bahren Muntzen drey Thaler. Darbeneben"
dem Hoffmeiſter einen Thaler und Cantzley ei-"
nen Thaler zu verrichten. etc.

Nach dieſen gefragten und eingebrachten Ur-"
theilen, in Behuff des Lehn-Herrn, hat NB. NB."
C von wegen der ſæmmtlichen Mannſchafft N. N."
dieſe nachfolgende Fragen an den Lehn-Richter"
geſtellet, was darumh nach Lehn-Rechts Rechten"
recht iſt etc.

Erſtlich: Oh nicht der Lehn-Herr auch dem"
Lehn-Mann, wie der Lehn-Mann dem Lehn-"
Herrn verpflichtet ſey?

Hieranff aus heuelich des Lehn-Herrn N. N."
den Lehn-Mannen geantwortet; Es wære die"
Frage etwas weit geſteller, dann der Lehn-"
Mann ſeinen Lehn Herrn mit Dienſten und an-"
dern nach Lehn-Rechts Rechten verpflichret,"
D aber alſo nicht hinwieder, dann ſo viel, daſs der"
Lehn-Herr der Lehn-Mannen zu Ihren rechten"
gehuhrlichen Schutz und Schirm zu thun ha-"
be. etc.

Zum Andern, wie wird der Lehn-Mann ſei-"
nen Lehn-Herrn zu Dienſte zu ſolgen ſchuldig,"
und wie ſie zu veipflegen?

Daranff ingebracht, daſs die Lehn-Manns,"
ſo weit das Stifft Oſnahrück ſich ſtrecker, zu"
folgen, und der Lehn-Herr ſie zn verpflegen"
ſchuldig etc.

Zum Dritten etc. Oh der Lehn-Mann in des"
E Herrn Dienſte Schaden leiden würde, wer ihme"
demſelben zu erſtatten?

Darauff eiogebracht, daſs der Lehn-Herr, mit"
zuthun der Landſchafft, ſchuldig ſey, den heweiſs-"
lichen Schaden ihnen zu entrichten. etc.

Zum Vierten. Oh der Lehn-Manns Gelegen-"
heit und Nothdurfft ſeyn würde, ihre Güter"
ſolchen wirrich zu verlaſſen, zu verpfænden, ob"
nicht der Lehn-Herr, ſo fern ſie einen andern"
hekæmen, Dienſtmann, in ihre ſtette ſtelren, dar-"
in zu willigen ſchuldig?

Darauff eingebracht, daſs der Lehn-Herr den"
F Lehn-Mann ſolche Bewilligung nach herkom-"
men deſs Hauſes zn Oſnabrück uicht zu wei-"
gern habe etc.

Darwieder aber N. N. ausführlich des Lehn-"
Herrn den Lehn-Manns angezeiget, daſs drey"
Urſachen wæren etc. darumb daſs der Lehn-Herr"
die alienarion nnd Verpfandung den Lehn-"
Mann nicht zu vervveigern, vorerſt, daſs ein Lehn"
Mann in ſeines Lehn-Herrn Dienſten im Felde"
gefangen vvurde, zum andern, da es die Ehe-"
liche Beſtattung ſeiner Tochter erforderte, und"
zum dritten, da er nach Jeruſalem Wallfarten"
G vvürde etc.

Zum Funfften. Oh nicht auch die Töchter zu
belehnen?

Daranf eingebracht, daſs nach des Stiffts-Her-
kommen, die Tœchter zu belehnen ſich gebuhre,
ſo ferne keine Sœhne vorhanden. &c.

Zum

ADPEND. MONVM.

Zum Sechſten. Ob nicht ein jeder Lehn-Mann „der Ritterlichen Güter halben, was Standes der „ſey, zu dienen ſcholdig?

Darauff eingebracht, von den, von der Ritter-„ſchafften, daſs die andern ſo wohl, als ſie uff des „Herrn erforderent zo Dienſte verpflichtet, und „die ſich in dem weigeren, ſey der Lehn-Herr „ſcholdig, die Lehn-Güter zu ſich zu nehmen, A und denen zu verlehnen, die ſie verdienen; Bey„ dieſen gefragten articulen und eingebrachten Be-„ſcheide, haben es die Mannen von Lehn bleiben„ und bewenden laſſen. etc.

Folgends hat der Lehn-Herr durch N. N. etliche proteſtationes den Lehn-Mannen œffentlich vermelden laſſen, die hernach folget.

Proteſtation des Lehn-Herrn.

OB jemand von denen Lehn-Mannen, vermœge des verkündigten Ausſchreibens ſeinen Nahmen und Benennung des Lehn-Gutes, als er zu empfangen gedencket, und in was Kerſpelen, und wo die gelegen ſind, in Anſinnung einer Belehnung nicht ſchrifftlich übergebe, dem wolle Ihro Furſtl. Gnaden keiner Belehnung geſtændig ſeyn, darauf Ihro Furſtl. Gnaden nun einen Vorfang will gethan haben. etc.

Zum andern. Daß ein ieder, der zu ſeinen mündigen Jahren, ſeine Belehnung ſelbſt, und nicht vermittelſt eines Vormündern empfange.

So jemand von der Mannſchafft dagegen thæte, den will Ihro Fürſtl. Gnaden keine Belehnung geſtændig ſeyn. etc.

Zum Dritten. Will Ihro Fürſtl. Gnaden Ihre Lehn-Manns mit ſathanen Gutern belehnen, damit ſie von Ihro Furſtl. Gnaden Vorfahren ſind belehnet, ausgeſchieden, ob jemand von der Mannſchafft einige Lehn-Güter, ſonder Gerichte und Rechte gewaltliche eingenommen, damit Ihro Fürſtl. Gnaden denſelben nicht gedencken zu belehnen, ſo aber die Belehnung unwiſſentlich geſchehen, will Ihro Furſtl. Gnaden deren nicht beſtehen, des ſich Ihro Fürſtl. Gnaden auch jetzt vorbedinget.

Zum Vierten. So jemand, der zur Belehnung unbequem, ſich belehnen lieſſe, oder empfinge einige Güter, die ſein nicht waren, ſondern einen anderen, in rechter gebührlicher Lehnwahr gehabt, und noch in rechten Beſitz hætte, oder die meinem Gnadigen Furſten und Herrn zu Oſnabruck, verlediget und verfallen wæren, den will Ihro Fürſtliche Gnaden nicht belehnen, ehe der Zwytracht aff ſolchen Lehn-Gütern, vor Ihro Furſtl. Gnaden NB. Mannſchafft mit Rechte gefriediget, und ſo ſich iemand daruber belehnen lieſſe, den will Ihro Fürſtl. Gnaden keiner Belehnung geſtehen, daſs Ihro Fürſtl. Gnaden jetzt einige proteſtation *thun &c.*

Zum Funfften. Ob iemand einige Lehn-Güter empfinge, und in anderer Mænner Rechten und Gelegenheit unwiſſentlich in Schrifften ubergebe, dann die Lehn-Bucher ausweiſen, die Unwiſſenheit er auch mit rechte bewehren kœnte. Damit wollen Ihro Fürſtl. Gnaden an deren Rechten nicht verkurtzet ſeyn, und die Güter an ihren Rechten und geſtalt bleiben ſallen, gleich wie die Lehn-Bucher ausweiſen; Da aber der itztbemeldter Irrthum durch den Lehnmann vorſetzlich und wiſſentlich geſchehe, den gedencket Ihro Furſtl. Gnaden keiner Belehnung geſtændig zu ſeyn, daven Ihro Fürſtl. Gnaden auch nun proteſtiren. etc.

B *Zum Sechſten. Welcher von der Mannſchafft keine Brieſſe und Verſiegelung uff ſeine Lehnung aus der Cantzeley nimmt, den will Ihr. Furſtl. Gnaden keiner Belehnung beſtehen, deſſen ſich Ihro Farſtl. Gnaden vorbedingen. etc.*

Zum letzten, will Ihro Furſtl. Gnaden auch mit dieſer vorhabender Belehnung, Ihr ausdrücklich vorbehalten haben, Ihro Fürſtliche Gnaden Deroſelben Nachkommen und Stiffts, ihren und iedenen ſeines Rechtens an den Lehn-Gutern, deſſen ſich œffentlich hiemit bedingen. etc.

C Inueſtitura et clientelarium comitiorum finis.

Nach dieſem beſchehenen Vortrage der Proteſtation *und Bedingung hat der Lehnrichter die Mann von Lehn gefraget, ob er nunmehr nicht mœge mit ſeinen Beyſitzeren aus dieſen gehegenden Gerichte ſich begeben, und dem Lehn-Herrn zu der vorhabenden Belehnung weichen. etc.*

Darauf eingebracht, Ja, alſo iſt der Lehnrichter mit dem Beyſitzenden upgeſtanden, und die Banck hingenommen, folgends zur Stund ſind zwey neue Kuſſen vor den Lehn-Herrn gelegt, daraff jedermahlen ungefehrlich zehen oder zwælff vor Ihr. Furſtl. Gnaden nieder gekniet, und wie ſie den gewœhnlichen Lehns-Eyds und Pflicht, uff des Cantzelers Vorhaltung gethan, hat Ihro Furſtl. Gnaden vermittelſt deren Handreichung einen jederen belehnet etc.

D

Darnach ein jeder verpflichtet und belehnet worden, haben Ihro Fürſtl. Gnaden mit den Herren des Thum-Capitels und der Mannſchafft nach des Hrn. Senioris *Hoff des* N. N. *ſich wieder begeben. Den Lehn-Mann iſt aber zuvor von dem uffgerichteten Sitze vermeldet, daß diejenigen, den es gebühret, nemlich die ihrer Lehn-Güter zuvor nicht vorher gewedt, daſs in die Cantzley lieſern, und daſelbſt den* Secretarien *neben ihren jüngſten Lehn-Brieffe, glaubwürdige Copeyen überantwarten, daruff auch ſamt den anderen Lehn-Mannen der neuen Lehn-Brieffe, gegen Erlegung der geweiſter hiebevor im Lehn-Gerichte gebühr, gewærtig. etc.*

E

Wie denn auch den Auslændiſchen ihre Lehn-Briefe an Oſnabrück verſertiget und behandelt, und den Inlændiſchen und benachbarten ihre Lehn-Brieffe, als ſie darvor ſofort der Cantzeley und dem Hofmeiſter, neben dem Hergewedt, ihre Gebühr zu Oſnabrück gegeben, darnach erſtre Gelegenheit geſchrieben, und jederen ſein Lehn-Brieff nach ſeiner Behauſung durch die Rentmeiſter eines jederen Amts verſchaffet. etc.

F

LITT. B.

EXTRACT *Rittbergiſchen Lehn Uſſtrags-Brieſſs* de anno 1456.

WIr Cunrad Graue von Rietperge bekennen „vor Uns und Unſer Erben uffentlich zu „diſſem Brieffe und allen Luten, die en ſehen o-„der horen leſen, daſs Wir, umh ſonderlichee „Liebe und Freundſchafft vvilln, dia Wir an dem „Erluchten Hoechgeborn Furſten und Herren, „Herrn Ludevvige Landgraven zu Heſſen, Unſerm G gnædigem lieben Herrn, ſinen Erben und Für-„ſtenthum haben und tragen. Darum Wir im mit„ guden freyen Willen vvohlbedachte, mide rech-„ter Wiſſenheit und nach Rade unſer Rethe und„ Freunde dem jetzt gutl. Herrn Ludvvige Land-„graffen zu Heſſen, Unſerm gnedigem lieben Herrn„ rechtlich und reddelich ſo Wir, dann rechtlichs„

“und redlich mœgen erblich uffgelaſſen ,
“uffgetragen und uffgegeben han , uffaſſen,
“ufftragen und uffgeben ſeinen Gnaden auch allo
“erblich und geinvvertlich in und mit Krafft die-
“ſes Brieffs, unſer frey eigen Schloſs, Stadt und
“Herrſchafft zum Rietberge, das Unſer frey eigen
“iſt und bisher von niemands zur Lehne gehabt
“han, mit allem und iglichen ihren Zubehœrun-
“gen, es ſeye an Schloſſe , Stædten , Dœrffern,
“Mannſchafften, Gerüchten, Gebieden, Luden,
“Gütern, Ackern, Weſſen, Wiltbanne, Fiſche-
A reyen, Wæſſern, Wenden, Gülden, Renthen,“
Zinſen und allen andern Zubehœrungen, vvie“
und vvelcherley die oder vvilchs Namen je ge-“
nannt, ſie erſucht und unerſucht, keins ausge-“
ſcheiden ; darum uns der erſtgenant Unſer gnedi-“
gerlieber Herr uſsgereicht gegeben und bezahlt“
hat Seſs hundert gude Rinſche Gulden derſelben“
Summe Geldes Wir auch ſeine Gnade und ſeine“
Erben in dieſem Unſerm uffen Brieffe qvveit ledig“
und loſs ſagen one alle generde. etc.

LITT. C.

EXTRACT *Käyſerlichen Lehn- Brieffs über die Landgraffſchafft Heſſen wegen Rittberg.*

UNd dann auch das Schloſs, Stadt und die gan-
“tze Graffſchafft Riedtberg mit allen ihren
“Herrliebkeiten, es ſeye an Schlœſſern, Stædren,
“Dœrffern, Mannſchafften, Gerichten, Gebie-
“then, Leurhen, Gutern, Aeckern, Wieſen,
“Wildhahnen, Fiſchereyen, Waſſern, Weiden,
“Gülten, Renthen, Zinſen und allen andern O-
B brigkeiten und Zubehœrungen, vvie oder vvel-“
cherley die benant ſeyn oder vverden mœgen, be-“
ſucht oder unerſucht, nichts darvon ausgenom-“
men, immaſſen vorgedachter vveiland Graff Jo-“
hann von Riedberg und ſeine Vorfahren das alles“
innen gehabt und beſeſſen oder billig hætten beſi-“
tzen mœgen, zu rechtem Mann-Lehen. etc.

LITT. D.

Litterae clientelares HASSIACAE *de inueſtitura* RITTBERGENSI *ann.* CIↃ IↃLXXXV. *cum* REVERSALIBVS *comitis uaſalli et confeſſione nexus beneficiarii.*

WIr ENNO Graue zu Oiſt-Frieſsland vnnd
“Ritbergk, Herr zu Eſenſs, Stedesdorff vnnd
“Wirdmund, bekennen an dieſen Brieffe offeodlich
“gegen Menniglich, Als der Durchlauchtige, Hoch-
“geborne Fürſt und Her, Her Wilhelm Landgra-
“ve zu Heſſen, Grave an Catzenelnbogenn, Dietz,
“Ziegenhainn vnnd Nidda etc. Unſer gnediger
“Her, vns ann ſtadt der Wolgebornenn und Edlenn
“Fravven Walpurgenn geborner zum Ritpergk,
“Eſentz, Stedersdorff vnnd Witmund, Gravinnen
“zu Oiſsfrieſsland, unſerer freundlichen geliebten
“Ehegemahlinne, mit Schloſs, Stadt und Grave-
“ſchafft zum Ritperge gnediglich belehnet hat,
“laut und beſagt ſeiner Fürſtlichen Gnaden Lehen-
“Brieffs von Worten zu Wortten Inhaltende, vvie
“hernach folget: Wir Wilhelm vonn Gottes Gna-
“denn, Landgrave zu Heſſenn, Grave zu Catzeneln-
“bogenn, Dietz, Ziegenhainn, vnd Nidda etc.
“Thun kundt hieran offentlich vor Vns vnnd vnſe-
“re Erbenn vnnd nachkommende Fürſten zue Heſ-
“ſenn, gegen allermenniglichen bekennende.
“Nachdem vveiland die Gravenn zum Ritberge die
“Graffſchafft Ritbergk vonn vveyland vnſernn
“Voræltern, Fürſten zu Heſſen vnnd letzlich vonn
“dem Hochgebornen Fürſtenn Hernn Philipſen
“dem Eltern Landgravenn zue Heſſen, vnſerm ge-
“liebten Hern Vater lœblicher vnnd ſeliger Ge-
“dechtnüſs zur rechten Erb-Mann-Leheon getra-
“genn. Ob dann vvohl ſolche Graveſchafft durch
“thodtlichen Abgang vveiland Grave Iohanſſenn
“zum Ritberge ohne Mænnliche Leybs-Lehenns-
“Erbenn ermeltem vnſerm geliebtenn Hern Vat-
“ternn nach Lehens-Recht erlediget und heimb-
“gefallenn, auch ſeine Vætterliche L. ſich deſſ-
“halben mit vveyland Kæyſer Ferdinaodo Hoch-
“lœblichſter vnnd ſeliger Gedechtnuſs verglichen,
“Ihrer Keyſerl. Majeſt. vnd dem heyligenn Romi-
“ſchen Reich denn Eygenthumb vnnd Erbgerech-
“tigkeit, angerurter Graveſchafft vffgetragenn,
“vnnd hervvieder von Ihr. Majeſt. vnnd dem hey-
“ligenn Reich dieſelbige Graveſchafft nebenn an-
“dernn regalienn zur Lehenn empfangenn, vnnd
“fürters zue empfangen ſich verpflicht hat, Idoch
“dievveil gleichvvol ſeine Vatterliche L. das
C vielfæltige demutige Suchenn und Bittenn der“
Wolgebornenn vnſer liebenn Nichtinn Agneſenn,“
geborner zue Bentheimb vnnd Steinfurt etc. ob-“
gemeltes Graven Johanſenn ſeligenn nachgelaſ-“
ſener Witvvehenn angeſehenn, auch den Vnfall“
vnnd Beſchvverung ſo dennſelben Gravenn Jo-“
hanſen inn Zeit ſeines Lebens von denn Nieder-“
lendiſchen Weſtphaliſchen Kræys-Stænden durch“
Innemung des Ritbergs vnnd ſonſten inn mehr“
vvege zue geſtandtenn, vnnd endlichenn vf er-“
melte ſeine Witvvehe vnnd Dochter ervvach-“
ſenn ſeynn, betrachtet. Vnnd dervvegenn aus“
D beſondernn gnedigenn vnnd günſtigenn aue ge-“
neigten Willenn vff einenn Vertragk denn ſein“
Vatterliche L. mit gedachter Grævin troffenn ha-“
benn, Iren beyden mit ermeltenn Grave Johan-“
ſenn erzieltenn eheleiblichenn dero Zeit minder-“
jerigen Tochtern, nemlichen Ermegarten vnnd“
Walburgenn, gebornen Gravinnenn zum Rit-“
berge zue rechtenn Erb-Mann-Lehenn von neu-“
em gelauhenn, auch vvir folgendts nach ſeiner“
vatterlichen L. todtliehem Abganng dieſelbe“
Belehnung ermeltenn beydenn Tœchternn vnnd“
folgendts Inn anno fünffzehen hundert vnnd“
E ſechszigk acht vf vveyland Grave Erichen zur Ho-“
ya, als ſich derſelbe ann gedachtes Graue Jo-“
hanſenn zum Ritberge ſeligen Eltiſte Tochter“
Fravvenn Ermegarten ehelichen beſtattet. End-“
lichenn aber Inn anno fünffzehen hundert vnnd“
Siebenzigk acht vf den Wolgebornen vnſernn“
liebenn Neuen Schvvagernn vnnd getreuenn Gra-“
ven Symon zur Lippe etc. Als ſich derſelbe ann“
gedachte Frau, Frau Ermegart ehelich heſtat-“
tet, vnnd zue mit behuff derſelbigen ehelichen“
Schvveſter Freulein Walpurgenn renonirt vnnd“
erneuert habenn, alles nach beſage darüber ge-“
F haltender Lehen-Brieff. Vnnd ſich nun ſeithero“
zuegetragenn, das vorgemeldte Frau Ermegart“
Grave Symons von der Lippe ehelicher Gemah-“
linn todts verfahrenn, dahero dieſelbige Grav-“
ſchafft Rittpergk vff dero Schvveſter Frau Wal-“
purgenn vermuge der Lehen-Brieffe vnnd Ihrer“
zuvor mit einander vff gerichteter Erb-Vertre-“
ge verfallen, vnnd der auch Wolgeborne vnſer“
lieber

Digitized by Google

"lieber neue vnnd getreuer Graf Enno zu Oiſt- A
"Frieſsland ſich ann itzt bemelte Frau Walpurgenn
"als gehorner Gravinn zum Ritperge,Eſens, Ste-
"dersdorff vond Widtmunde, ehelichen beſtat-
"tet, vnnd dahero die Belehnung des Hauſes vnnd
"Gravſchafft Ritpergk an ſtatt ſeiner Gemahlinn
"bey Vns mit Vleiſs geſucht: das vvir demnach
"ſolchem ſeinem ſuchenn vnnd ziemlicher Bite
"gnedig lichem ſtatt gegeben, vnnd ihme Graven
"Ennen Inn Namen vnnd von vvegenn derſelben
"ſeiner Ehegemahlin Frauen Walpurgenn gebor-
"ner Gravin zum Ritperge zur rechten Mann-Le-
"hen gelauhen haben, vnnd leyhen Ime Grave B
"Ennen an ſtatt gemelter ſeiner Gemahlinn Frau-
"en Walpurgenn vnnd Irenn miteinander erzeug-
"ten Leybs-Lehens-Erben Sœhnen von Irem Leyb
"ehelicheno gebornn, vnnd da ſie deren nicht er-
"zeugtenn, alsdann Iren Tochtern gleiehfals von
"Irem Leyb ehelich geborenn zue rechtem Erb-
"Mann-Lehen gegenvvertiglich inn vnnd mit
"Crafft dieſes Brieffs, das Schloſs, Stadt vnnd
"die gantze Gravſchafft zum Ritpergk mit allenn
"vnnd ieglichen Irenn Zugehœruogenn, es ſeye
"an Schlœſſern, Stedten, Dœrffero, Maonſchaff- C
"ten, Gerichren, Gebieten, Leutten, Gütern,
"Aeckern, Wieſen, Wildbanen, Fiſchereyen,
"Waſſern, Weyden, Gulten, Reoten, Zinſen,
"vnnd allen andern Zoegehœrungenn, vvie vnnd
"vvelcherley oder vvelches Nahmens diegeoannt
"ſeinn, erſucht vnnd unerſuchr, keines ausge-
"ſcheyden, innmaſſen ermelter beyder Schvve-
"ſtern Vatter vond ælteru Graven zom Ritperge
"ſeligen ſolches hergepracht, vond von Vnſern
"Voreltern Hern Vattern ſeligen vnnd vns zue Le-
"hen gehabt haben. Vnnd darumb ſoll der vorge-
"nannte Graff Enno an ſtatt ſeiner Ehegemahlinn, D
"Frauen Walpurgenn vor ſie vood ſeine mit Frau
"Walpurgen erzichlte Leybs-Lehens-Erbenn Soh-
"ne,oder da derenn nichr vvehren,Ire Dochtere vun
"Irem Leib geborenn, als obſtehet, die ermelte
"Schloſs, Statt vnod Herſchafft zum Ritbergk mit
"alleo ihrenn Zugehœrung, vvie vorberürt iſt, voo
"Vns vnnd Vnſern Leibs-Lehens-Erben, vnnd im
"mangel derſelben von Vnſern freundlichen lieben
"Brüdernn vnnd nachkommenden Fürſten,Fürſten
"zoe Heſſen etc. zue rechten Erb-Mano-Leben ha-
"ben, tragenn, verſtehenn, verdienen, vnnd em-
"pfahen, als Erb-Mann-Lehens-Recht vnnd Ge- E
"vvohnheit iſt, Vns, Vnſern Erben vnnd nachkom-
"menden Fürſten zue Heſſen, getreu darumb ſeyn,
"Vnſer beſtes thon, unſern Schaden vvarnen, vvo
"ſie das mit ehren gethun mögen,als erbedel Lehen-
"Leutte ihren Herrn pillich vnnd durch recht thun
"ſollen. Wann, vvo, vnnd vvie dicke das noth ſcio
"vnnd ſich gebühren vvürd, alles ſonder geverde
"vnnd ohne arge Liſt. Die obgenannte Schloſs, Stadt
"vnnd Herſchafft zum Ritberge mit ihren Zogehœ-
"rungen, vnnd andere des ehegenannten Graf En-
"nens zu Oiſs-Frieſsland vnod ſeiner Ehegemah- F
"linn Gravinnen zum Ritpergk, Schloſs vnnd
"Stette, vvas ſie dero itzt haben, oder ſie oder
"ihre Erben zuekünfftig hernach gevvinnen moch-
"ten: Solten auch Vnſer Erbenn vnnd nach-
"kommender Fürſten zue Heſſen etc. Vnſerer Amt-
"Leute oder der Unſern von Unſerer vvegen offeno
"Schloſs und Stett ſeinn und bleyben, vnnd daraus
"vnnd darinnen vvider aller Menniglichs zue be-
"helffenn, vvo vvir das mit ehren gethun mœgen,
"vnnd ſonderlichen ob vvir oder die vnſern ge-
"jagt vnd getrungen vvürden, vvo vvir aber G
"ſolcher offnung vns mit ehren nicht gethonli-
"lichen mœchten, ſoll der genanote Graff Enoo an
"ſtatt ſeiner Gemahlin oder ihre Erbeno doch
"nicht geſtatten noch zuelaſſen, daſs vvir vnſere
"Erben Land und Leote von oder zue,aus oder inn
"ihre Land und Stette, Schloſſe, Veſteo, Dœrffer,
"Gericht oder Gebiete angriffen oder beſchedigt
"vvürdeo, ohn alle gevehrde. Vnd vvann vvir
"oder vnſere Erben vns ſolcher offnong an ihren
"Schloſſen vnnd Sretten alſo gebranchen vvolten,
"inmaſſen vorgeſchrieben ſtehet; So ſollen vvir
"die Zeir der offnung, als vvir uns der gebrau-
"chen, Pſortner, Thurnhüter vnnd Wæchter vff
"denſelbigen ihren Schloſſen, der vvir gebrau-
"chen, bekoſtigen vnnd belohnen, vnd auch ſie
"ihre Erben und die ihren vor Schaden vnnd Uo-
"fuge vervvahren, vor vns vnnd denn vnſern, die
"vvir alſo inn ihre Schloſs und Stette legen vvur-
"den. Vnnd ſonderlichen iſt hierinn beredt vnnd
"vertheidiget vvorden, vvann vvir oder vnſere
B "Erben nachkommende Fürſten zue Heſſenn,
"vnnd alſo des vorgenanntenn Graff Ennen ao
"ſtatt ſeiner Gemahlin vnnd ihrer Erben Schloſſe
"mit der offnung gebrauchen vvürden, vnnd dann
"ſolch Schloſs der vvir vns gebranchen, vnſer
"Vhede vnnd Kriegs halben verlohren, vnnd vns
"ahgenommen, daſs vvir vnnd vnſere Erben als-
"dann mit denjenigen die ſolches gevvonnen hat-
"ten, nicht ſuemen noch frieden ſollen, ſie oder
"ihre Erben vvehren dann zue ſolchem ihren
"Schloſs kommen, vnnd das auch vviederumb zu
C "ihren Handen bracht vvære, uhne grunde. Und
"hierauſ ſollen auch alle Burger vnnd Einvvoh-
"ner zue dem obgenannten ihren Schloſs Ritpergk,
"Stadt vnnd Herſchafft gehœrende, Uns vnd Un-
"ſern Erben nachkommenden Furſten zu Heſſen
"Huldung, Gelubt und Aydt thun, vns getreu,
"holdr, gehorſamb und gevvertig ſeio, vnnd zoe
"gevvartenn, nach Laot vnnd Innhalt ihrer ver-
"ſchreibung Uns hiergegen übergehen, Unſern
"Schaden getreulich zuvvarnen, vnnd Unſer Be-
"ſtes zue thun, ſo dicke das von nothen ſeinn
"vvurde, auch ohne gevehrde. Doch ſo ſollen
D "Pſortner vnnd Wæchter ſolche Huldung, Eyd
"vond Gelübde zue thon nicht ſchuldig ſeyn, an-
"ders dann ſo der offnung geſuonen, unnd die
"gebraucht vvirdet, alles ohne gevehrlich. Der
"obgedachte Graff Enno an ſtatt ſeiner Gemah-
"linn oder ihre Erbenn, alleo auch Unſer oder Un-
"ſer Erbenn Feinde vviſſentlich nichr hauſen,
"herbrigeno noch ihnen keinerley Hülff, Beyſtand,
"oder Zuelegung thun oder thun laſſeo, auff Uos
"oder Unſere Erben Landr und Leute, vnnd ob
"das unvviſſentlich geſchehe, ſo bald ſie dann das
"gevvahr vvürden, ſollen ſie dieſelbigeo alsdenn
E "zur Stund von ihnen vveyſeo, vnnd ſie furter
"nicht haoſen, halten oder ihnen keinerley ande-
"re Zoelegung rhun ooch thun laſſen, auch ohn
"gevehrde. Derſelbige Graff Enno ao ſtatt ſei-
"ner Gemahlion vnnd ihre Erben ſollen auch vns
"vod vnſern Erben vnd Nachkommen, den Für-
"ſteo zu Heſſeo getreulichen beholffeneo ond bey-
"ſtændig ſeynn, vff aller Mænniglich vvo ſie vnſer
"zu ehren vnd recht mæchtig ſeyn,vnd vvo ſie das
"mit ehrenn gethun mœgen, vvo ſie aber das
"mit ehren nicht gethuo mochten, ſollen ſie vnnd
F "ihre Erben, dnch vvieder Uns, unſere Erben
"Land vnnd Leute nicht ſein noch thoen, der ih-
"reo Landen und Leuten vond den ihrenn denen
"ſie ungefehrlich mechtig ſeinn,geſtatten,vvieder
"Uns zue thun, alles ſooder gevehrde vnnd arge-
"liſt. Wir vnnd Unſere Erhen oachkommende
"Fürſten zue Heſſen etc. ſollen und vvollen auch
"denn geltenden Graff Ennen an ſtatt ſeiner Ge-
"mahlin und ihre Erben beſchützen, beſchirmen,
"uod vertheidigen, als andere unſer Erbedell-
"Lehen-Leutte, vvo vvir daſs mit ehren gethun
G "mœgen, ond darumb ſo ſollen vvir ihrer auch
"gegen einem ieglichen zu ehren vnd recht mech-
"tig ſeyn, daſs ſie aoch nach unſerm Erkæntuüſs
"nehmen ſollen, auch ſonder gevehrde und arge-
"liſt. Iomaſſen obgemelter Grave Enno eigener
"Perſon Uns Landgraff Wilhelmen dieſs alles vvie
"vorſtehet inn guetten treuenn geredt, gelobt und
"fürters zo GOtt vnnd im Wort der Wahrheit
"geſchvvoten hat, ſtet, veſt, treulich und unver-

ADPEND. MONVM.

“brüchlich zue halten, deſſen zu uhrkund haben A
“Wir Unſer Fürſtlich Innſigel an dieſem Brieff
“vveſſendlich hangen laſſen, geben zu Caſſel den
“zvvantaigſten Septembris Anno domini milleſi-
“ſimo quingenteſimo octuageſimo quinto. Dem-
“nach geredden vnnd verſprechen vvir EnnoGra-
“ve zo Oiſt-Frieſsland an ſtatt Unſer freundliehen
“geliebten Ehegemahlinn Frauen Walpurgen al-
“les und jedes das inn ſolchen Lehen-Brieffe ge-
ſchrieben iſt, ſtebt, veſt, und unverbrüchlich zue“
halten und zue vollenziehen, inmaſſen Wir“
ſolchs S. F. G. gelobt, geſchvvohren und deshal-“
ben dieſen Unſern Revers-Brieff übergeben ba-“
ben, alles ſonder gevehrde. Daſs zue Uhrkund“
der Wahrheit haben Wir Graff Enno dieſen Re-“
vers mit eigenen Hænden underſchrieben und“
mit unſerm anhangenden Innſiegel bekrefftigt, “
geſchehen und geben im Jahr vvie obſtehet.“

LITT. E.

Litterae CLIENTELARES HASSIACAE *de comitatu* RITBERGENSI CIↃ IↃC LXXXVI. *cum foeminae comitis* REVERSALIBUS.

WIr IOHANNETTA FRANCISCA, Græffin B
“und Frau zu Oiſt-Frieſsland und Ritberg,
“Frau zu Eſeos, Stedersdorff, Wittmund und Mel-
“rich, gebohrne Græffin zu Manderſcheidt und
“Blanekenheimb, Frey-Frau zu Junekerath, Frau
“zu Dhaun und Lipp. etc. Wittib. bekenneo in be-
“ſtettigter Vormundſchafft Unſerer mit vveyland
“Herrn Ferdinand Maximilian Graffen zu Oiſt-
“Frieſsland und Ritberg. etc. erziehlter einziger
“noch minderjæhrigen Fræulein Mariae Erneſti-
“nae Franciſcae Græfin zu Oiſt-Frieſsland und
“Ritberg, Fræulein zu Eſens, Stedersdorff, Witt- C
“mund und Melrich, etc. an dieſem Brieffe offent-
“lich, daſs der Durchleuchtigſte Fürſt und Herr,
“Herr CARL Landgraff zu Heſſen, Fürſt zu Hers-
“feldt, Graff zu Catzenelnbogen, Dietz, Ziegeo-
“hain, Nidda und Schaumburgk, Unſer gnædigſter
“Fürſt und Herr, dieſelbe mit Schloſs, Stadt und
“Graffſchafft Ritberg und deren Zugehœrungen
“gnædigſt belehnet hat, laut und beſage dero
“Durchl. Lehen-Brieff von Worten zu Worten in-
“haltend, vvie folget:

Von GOttes Gnaden Wir Carl Landgraff zu Heſ-
“ſen, Fürſt zu Hersfeld, Graff zu Catzenelnbogen, D
“Dietz, Ziegenhain, Nidda und Schaumburg,
“Thun kund hieran vor Uns und Unſere Erben
“und Nachkommen, Fürſten zu Heſſen, gegen je-
“dermænniglich offentlich bekennende, Nachdem
“die Graffſchafft Ritberg von vveyland Unſern
“Hochlœblichen Herrn Vorfahren, Fürſten zu Heſ-
“ſen Chriſtmilden Andenckens, die Graffen zu Ritt-
“berg von ohnüberdenecklicher Zeit her zu Erb-
“Mann-Lehen getragen, ſolchergeſtalt auch damit
“nach verſchiedenen deſsfals vorgangenen Veræn-
“derungen und gütlicher hin-und heylegung der
“dieſertvvegen ein- und andermahl entſtandenen E
“differentien, nicht allein die beyde Gebrüdere
“Graff Ferdinand Frantz und Graff Johann zu Oiſt-
“Frieſsland uod Ritberg in Anno 1645. abermahls
“belehnet, ſondern auch nach deren beyder abſter-
“ben ſolche Belehnung forters jetztgedachten
“Graffens Johanns zu Oiſt-Frieſsland und Ritberg
“ſeel. hinterlaſſenen Sœhnen, und darunter noch
“letzlich Graff Frantz Adolph Wilhelm und Graf-
“ſen Ferdinand Maximilian zu Oiſt-Frieſsland und
“Ritberg beſage darüber nach und nach ertheilter
“Lehen-Brieffe von fællen zu fællen erneuert
“vvorden; und ſich dann zugetragen, daſs von de- F
“nenſelben der ælterer Bruder Graff Franz Adolph
“Wilhelm neben dem iure primogeniturae auch
“ſothane von Uns Lehen-rührige Graffſchafft und
“deren hierunter vveiter exprimirte zugehœrun-
“gen vor einigen Jahren ohn gleichfals gedachten
“ſeinen jüngeren Bruder Graffen Ferdinand Ma-
“ximilian, ohne Unſeren zuvor darüber erlangten
“Lehen-herrlichen Conſens übertragen, jedoch
“nach deſſen ohne hinterlaſſung Mænnlicher Erben
“erfolgten abſterben ſolche Umſtænde und erheb-
“liche Urſachen ſich befunden und hervorgethan, G
“derentvvegen Wir, deneo Lehen-Rechten nach,
“obberührte von Uns Lehen-rührige Graffſchafft
“Ritberg ſambt allen deren Zugehœrungen nicht
“unbillich vor heimbgefallen, und ſolche vvie-
“der einzuziehen Uns hœchſt-befugt erachtet,
an ſeiten der vvegen mehr beſagten Graffen Fer-“
dinand Maximilians hinterlaſſener eintziger noch“
minderjæhrigen Fræulein Mariae Erneſtinae“
Franciſcae Græfin zu Oiſt-Frieſsland ond Rit-“
berg bestettigten Vormundſchafft aber ein und“
anders eingevvendet vverden vvollen, dabey“
doch angelegentliche Nachſuchung geſchehen,“
Wir dieſe noch Minderjæhrige Pflegbeſohlene“
Fræulein ein und anderer conſiderationen ohn-“
erachtet mit ſolcher Graffſchafft und deren Zuge-“
hœr zu belehnen geruhen vvolten, Dannenhero“
Wir uns auch endlich und damit Wir nicht al-“
les, der Schærffe nach zu ahnden angeſehen vvür-“
den, in anſehung ſolcher angelegentlich-und in-“
ſtændigen ſuchen und dieſertvvegen bey Uns ein-“
gelangter hœchſtgültigen Interceſsionalien die“
Belehnung deroſelben darüber ex noua gratia“
vviederfahren zu laſſen, zu entſchlieſſen und zu“
erklæren nicht vveiter anſtehen mœgen; Daſs“
Wir demnach ſolcher unſer gnædigſten Erklæh-“
rung zu folge nunmehr an ſtatt der ietzterwelten,“
noch minderjæhrigen Rittbergiſchen Fræulein,“
deren Mutter und beſtettigte Vormünderin die“
Hoch-vvohlgebohrne Unſere liebe Baaſe und Ge-“
treuin Johannetta Franciſca vervvittibte Græffin“
zu Oiſt-Frieſsland und Rittberg, Frau zu Eſens,“
Stedesdorff, VVittmund und Mellrich, gebohrne“
Græffin zu Manderſcheid, Blanckenheim, Frey-“
Frau zu Junckerath, Frau zu Dhaun und Lipp. etc.“
zu rechtem Erb-Mann-Lehn hinvvieder gnædigſt“
belehnet haben, und belehnen dieſelbe Fræulein“
und Ihre eheliche Leibs-Lehens-Erben Sœhne,“
und da deren nicht ſeyn vvurden, alsdann Ihre“
Tœchter und ferner alle deren von Ihr und Ihren“
Deſcendenten ehelich erziehlte Nachkommen in“
abſteigender Linie für und für, aldieweilen deren“
Mann-oder VVeiblichen Geſchlechts vorhanden,“
doch daſs bey denen ſich begebenden Succeſsi-“
ons-Fællen allemahl die Sœhne denen Tœchtern“
vorgehen, und alſo die Tœchter eher nicht, als in“
Mangel des Mænnlichen Stams dieſen Lehen fæ-“
hig ſein ſollen, zu rechtem Erb-Mann-Lehen in“
und mit Krafft dieſes Brieffs mit dem Schloſs,“
Stadt und der gantzen Graffſchafft zum Rittberg“
ſambt allen und jeglicheo deren Herrligkeiten“
und Zugehœrungen, es ſeye an Schlœſſern, Stæd-“
ten, Dœrffern, Mannſchafften, Gerichten, Gebie-“
ten, Leuthen, Güthern, Aeckeren, VViesen,“
VVildbahnen, Fiſchereyen, VVæſſern, VVeyden,“
Gülten, Renthen, Zinſen, und allen anderen O-“
brigkeiten und Zugehœrungen, wie und welcher-“
ley, oder welches Nahmens die genannt ſeyn, er-“
ſucht und ohnerſucht, keines ausgeſcheiden;

Und darumb ſoll die gedachte verwittibte“
Græffin Johannetta Franciſca zu Oiſt-Frieſsland“
und Rittberg wegen mehr beſagter Ihrer Pfleg-“
befohlenen Fræulein Mariae Erneſtinae Græffin“
zu Oiſt-Frieſsland und Rittberg, und nachge-“
hends die Pflegbeſohlene Fræulein, wann die,“
die Minderjæhrigkeit zurück gelegt, Selbſten“
ſambt deren ehelich gebohrnen Leibs Lehens-Er-“
ben, Sœhnen, oder da deren nicht wæren, Tœch-“
teren die ermelte Schloſs, Stadt und Grafſchafft“
zum Rittberg, wie vorgeführt iſt, von Uns, und“
Unſern

ADPEND. MONVM.

“Unſern Leibs-Lebens-Erben, und in mangel Deroſelhen von Unſers Freundl. lieben Brudern, Herrn Landgraff Philipſen des ælteren Brdl. und Dero Leibes-Lehens-Erben, auch in Deren Mangel von Unſerm freundl. lieben Vettern, Herrn Ernſten Landgraffen zu Heſſen und deſſen Brdl. Leibs-Lehens-Erben, allen Landgraffen zo Heſſen dieſer Fürſtl. Caſſeliſchen Linie, und færters in Mangel deroſelben von Unſerm auch Freundl. lieben Vettern, Herren Ernſt Ludvvigen Landgraffen zu Heſſen Darmbſtadt und deſſen Leibs-Lehens-Erben, auch in deren Mangel von dero Brüderl. Gebrüderen, Herren Georgen, Herren Philipſen dem jüngeren, Herrn Henrich und Herrn Friderich dem jüngern und deren Leibes-Lehns-Erben, und endlich auch in deren mangel von Herrn Friderich dem ælteren, allen Landgraffen zu Heſſen der Fürſtlichen Darmbſtædtiſchen Linie, jederzeit von dem æltiſten und deſſelben Leibs-Lebens-Erben alles nach dem Rechten der in den Brüderlichen Vergleichen gegründeter und forters von der Rœm. Kæyſerl. Maj. auf beyde Fürſtl. Linien erlangter und beſtettigter Erſtgeburt und Erbſtatuten, nach gæntzlichem Abgang aber der Furſten zu Heſſen mænnlichen Stams, alsdann von denen Chur- und Furſten zu Sachſen, vermœge der Erb-Verbrüderung zu rechtem Erb-Mann-Lehen haben, tragen, verſtehen, verdienen und empfangen, als das Mann-Lehens-Recht und Gevvohnheit iſt, Uns und forters Unſeru Erben und nachkommenden Fürſten zu Heſſen getreu darum ſeyn, Unſer und derſelben Beſtes darumb thun und Schaden vvarnen, vvo Sie das mit Ehren gethun mœgen, als Erb-Edell-Leben-Manne ihrem Herren billig und durch recht thun ſollen, vvann, vvo und vvie dicke das noth ſein und ſich gebuhren vvird, alles ſonder gefehrde und argeliſt.

Die obgemelte Schloſs, Stadt und Graffſchafft zum Rittberg mit ihren Zugehœrungen und anderen der offt-beſagten græflichen Rittbergiſchen Fræulein Schloſſe und Stædte, vvas Sie deren ietzo hat, oder Sie und Ihre Erben zukünfftig hernach gevvinnen vvürden, ſollen auch Unſer, Unſer Erben und nachkommenden Fürſten zu Heſſen, Unſerer und deren Ambt-Leute oder der Unſeren von Unſert- oder Ihrent-vvegen offen Schloſſe und Stædte ſeyn und bleiben, Uns daraus und darinn vvieder allermænniglich zu behelffen, vvo Wir und Sie das mit ehren gethun mœgen, und ſonderlich, ob Wir und die Unſerige gejagt und getrungen vvürden; vvo Wir aber ſolcher œffnung Uns mit Ehren nicht gebrauchen mœchten, ſollen ſie die Græfl. Rittbergiſche Fræulein und Ihre Leibes-Lehens-Erben, Land und Leuthe von oder zu, aus oder in ihren Landen und Stædten, Schlœſſern, Veſten, Dœrffern, Gerichten oder Gebiethen angegriffen oder beſchædiget vvürden, ohne alle Gefehrde; Und vvann Wir und Unſere Erben uns ſolcher œffnung an ihren Schlœſſern und Stædten alſo gebrauchen vvolten, immaſſen vorgeſchrieben ſtehet, ſo ſollen Wir die Zeit der œffnung, als Wir oder Sie Vns deren gebrauchen, Pfœrtner, Thürhüter und Wæchter auff denſelbigen ihren Schlœſſern, dero Wir oder Sie gebrauchen, bekœſtigen und belohnen, auch Sie und ihre Erben und die Ihren vor Schaden und Vnfug verwahren, von Uns und die Unſere, die Wir alſo in ihre Schloſſe und Stædte legen vvürden, und ſonderlich iſt hierin beredet und betædiget vvorden, vvan Wir und Unſere Erben und nachkommende Fürſten zu Heſſen Uns alſo der Rittbergiſchen Schloſſe mit der œffnung gebrauchen vvürden, und dann ſolch Schloſs das Wir oder Sie uns gebrauchen Unſerer Noth und Kriegshalber abgevvonnen und verlohren vvürde, daſs VVir und Unſere Erben uns alsdann mit denjenigen, die ſolches gevvonnen hætten, nicht ſæhnen noch frieden ſollen, Sie die Græffliche Rittbergiſche Fræulein und ihre Erben vværen dann vvieder zu ſolchem ihren Schloſs kommen, und das auch vvieder zu ihren Hænden gebracht vvære, ohne geſehrde; Vnd hierauff ſollen auch alle Burgere und Einvvohnere zu dem obgedachten Schloſs Rittberg, Stadt- und Graffſchafft gehœrend, Uns und Unſeren Erben und Nachkommen, Fürſten zu Heſſen Huldigung, Gelubde und Eyde thun, uns treu, hold, gehorſam und gevværtig zu ſeyn, nach Innhalt ihrer Verſchreibung uns deſsfals übergeben, Unſeren Schaden treulich zu vvarnen, und unſer Beſtes zu thun, ſo dick das vonnœthen ſeyn vvird, auch ohn gefehrde.„

Doch ſollen die Pfœrtner und VVæchter ſolche Huldigung, Eyde und Gelubde zu thun nicht ſchuldig ſeyn anderſt dann ſo die œffnung geſonnen und die gebraucht vvürde, alles ohne Gefæhrde.

Die obgedachte Græffl. Rittbergiſche VVittib ſolle auch vvegen Ihrer Pflegbefohlener Fræulein, und nachmahls Sie die Fræulein ſelbſten ſambt ihren Leibs-Lehens-Erben ſollen Unſer und Unſerer Erben Feinde vviſſentlich nicht hauſen, herbergen, noch ihnen keinerley Hülffe, Beyſtand oder Zulegung thun, oder thun laſſen, auf Uns oder Unſere Erben, Land und Leuthen, und ob das unvviſſentlich geſchehe, ſo bald die dann das gevvahr vvürden, ſollen ſie dieſelbige alsdann zur Stund von ihnen vveiſen und ſie fœrter nicht hauſen, halten noch ihnen einerley andere Zulegung thun oder thun laſſen, ſondern vielmehr Uns und unſern Erben vnd nachkommenden Fürſten zu Heſſen getreulich beyhelffen und Beyſtændig ſeyn auff Mænniglich, vvo ſie Unſer zu ehren und recht mæchtig ſeynd, und vvo ſie das mit ehren thun mœgen, vvo ſie aber das mit ehren nicht thun mœgen, ſollen ſie und ihre Leibes-Lehns-Erben doch vvieder Uns und Unſere Erben und unſere Lande und Leuthe nicht thun, noch ſein, oder ihren Land- und Leuthen und denen Ihren, deren ſie ohngefæhrlich mæchtig ſeyn, geſtatten vvieder Uns zo thun, alles ſonder gefehrde und arge Liſt.

Wir und Unſere Erben und Nachkommen Furſten zu Heſſen vvollen auch gemelte Græffl. Rittbergiſche Fræulein und Ihre Erben beſchutzen, beſchirmen und verthædigen, als andere unſere Erb-Edelmanne, vvo vvir das mit ehren thun mœgen, und darumb ſollen VVir Ihnen auch gegen einen jeglichen zu ehren und recht mæchtig ſeyn, daſs Sie auch nach Unſerer Erkæntnüs nehmen ſollen, auch ſonder gefehrde und arge Liſt: Immaſſen die obgedachte vervvittibte Græffin Johannetta Franciſca zu Oiſt-Frieſsland und Rittberg etc. gebohrne Græſſin zu Manderſcheid, vor ſich und ihre Pflegbefohlene Fræulein dieſes alles, vvie vorſtehet, in gutem treuen geredet, gelobet und færters zu GOtt und dem VVort der VVahrheit geſchvvohren hat, ſtet, feſt, treulich und unverbruchlich zu halten.„

Deſſen zu Uhrkundt haben VVir dieſen Brieff eigenhændig unterſchrieben, und unſer Fürſtlich Secret Inſiegel vviſſentl. daran hangen, und denſelben geben laſſen in Unſerer Reſidentz und Veſtung Caſſel den vierten Tag Monat Martii Anno Eintauſend Sechshundert Neontzig und Zvvey etc.

CARL L. z. H.

Vidit Henrich Haxthauſen
Vice-*Cantzlar*.

DEmnach gereden und verſprechen Wir eingangs gemelte Johannetta Franciſca vervvittibte Græffin zu Oiſt-Frieſsland und Rittberg, etc. Gebohrne Græffin zu Manderſcheidt vor Uns und Unſere Pflegbefohlen Fræulein Mariam Erneſtinam Franciſcam Græffin zu Oiſt-Frieſsland und Rittberg, alles und jedes vvas in ſolchem Lehen-Brieff geſchrieben iſt, ſtet, feſt und ohnverbruchlich zu halten und zu vollenziehen, inmaſſen

“hœchſt-

ADPEND. MONVM.

"hæchſtgedachter Ihr. Durchl. Wir ſolches durch A- "Unſern ſpecialitar Gevollmæchtigten Burcharden "Brono von Mengersheimb zu Rechtern Horhſl. "Paderborniſchen Hoff-Rath, varmœg demſelben "desfals aufgetragener und mitgegebenar Voll- "macht, geloben ſchvveren uod deshalben dieſen "Unſern Revers-Brieff ubergeben laſſen; alles ſon- "der geſchrde; Des zu ubrkund der Wahrheit ba- bao Wir diaſen Revers-Brieff mit eiganan Hænden" unterſchrieben, und mit Unſerm Græffl. Vor-" munds-Secret bekræfftigat; So geſchehen und ge-" geben im Jahr, Monath und Tag vvie obſtehet. etc"

Johannetta Franciſca, Græffin zu Oiſt-Frieſsland und Rittberg Wittib und Vormünderin.

(L. S.)

LITT. F.

EXTRACT *Schreibens Graf Ottens von Rittberg, an Herrn Landgraf Philipſen von Heſſen, wegen Beeintræchtigung des Herrn Biſchoffs zu Paderborn, an der Grafſchafft Græntzen*, Exaudi 1524.

VErmeinen Zine G. unde dat Capittal einige "Anſpracke an my undt myne Güdere tho "hebben, ſollen J. F. G. myner tho reden, Rechte "und aller Billigkeit mæchtig zyn, als myn Lant- "furſte unde Herr, ungetvviſelter Verhofnung "J. F. G. vverden my by den Reden beholden undt "nicht verlaten, ſo ſich nu de Furſt und Capittel in düſſen Erbeden nicht vvolten zedigen lathen" nnd gedæchten die gevvæltigen Hand an my thn" ſtreckeo, iſs myne unterthænige Bede, vves ick" my tho J. F. G. als tho my oen Lantfürſten und" Herren Entſettong und Entreddung zick up tho" verlaten zy, vvillen thon anzeygen.

LITT. G.

Genealogia comitum de RITTBERG, *Haſſiae uaſallorum.*

1. FRIDERICVS comes de RITTBERG an. 939.
2. OTTO
3. CVNRADVS 1025.
4. CVNRADVS
5. OTTO an. 1112.
6. CVNRADVS
7. FRIDERICVS 1200.
8. CVNRADVS uxor *Oda* comitiſſa *Arnsburgenſis.*

I. *Alter Rittbergiſch. Stamm.*

Cunradus epiſc. Oſnabr. an. 1265. | *Otto* epiſc. Paderborn. an. 1274. | FRIDERICVS uxor Beatrix com. de *Lippe.*

DITHMARVS an. 1285. ux. comtiſſa *Ravensburg.*

Simon Oſnabr. can. | Cunrad. ep. Minden. | Otto ap. Monaſt. an. 1330. | FRIDERICVS 1320. ux. Adelheit Reifferſcheit

CVNRADVS ux. Beatrix Brunckhorſt

II. *Rittberg. Hoiſcher Stamm.*

ADELHEID uxor — Ottonis comitis de HOLA

CVNRADVS comas de Rietberg ux. comtiſſa Diephold.

Ioan. can. Col. †1427. | *Bernh.* can. Paderb. | CVNRADVS Haſſiae uaſallus ao. 1456. ux. comitiſſa da Neuuenar.

Margaretha ux. Frid. duc. Brunſuic. | *Cunrad.* ep. Monaſt. et Oſnab. | IOANNES nx. Margaretha C. da Lippe captus a Brunſuicenſ. ducibus 1485.

Eliſabetha ux. Ezardi comit. Friſiae Or. | *Armengarda* ux. C. Ott. Teklenb. | OTTO uxnres 1) C. da Seyn a) Anna domina in Eſens, Stedersdorf. Wittmunde

Imo thoro | IIdo thoro

1) *Vrſula* ux. Bar. de Winneberg. | 1) *Ioanna* decaniſſa. | 1) *Armegard* abbatiſſa | 1) *Otto* † in caſtris 1551. | 2) *Simon* ἄπαις | 2) IOANNES m. 1562. comes 1) Rittberg 2) dn. Eſens 3) Stedersdorf 4) Witmunde mortuus in cuſtodia, qua eum incluſerant ordines Weſtphaliac. Vx. *Agnes* com. de *Bentheim* et *Steinfurth.*

III. utraqua filia RIETTBERGENSI C. inaugurata, Gratia Haſſiae Landgrauii

2. WALPVRGIS † 1586. uxor Eononis com. Friſ. otient. | 1. ARMEGARDA ux. 1) Erici comitis de Hoia et Brockhauſen. ἄπαις 1575. 2) Simonis C. Lipp. mortua ſine liberis 1583.

IV. *Rittberg. Frieſiſcher Stamm.* | *Lichtenſtein*

SABINA Catharina de Rietb. ux. Ioan. com. FRISIAE, PATRVI. | Agneſa m. 1616. ux. Gundackeri principis de Lichtenſtein

FERDINAND. FRANCISC. m. 1660. improlis. | (*uterq; frater* IOANNES. *ab Haſſ. Landgr. inauguratur* 1645.) | Hartmannus princeps de LIECHTENSTEIN m. 1686.

Frid. Wilhelm m. 1677. | Maria Leopoldina C. de Bergen. | Franc. Adolph. VVilhelm. ἄπαις 1690. | FERDIN. MAX. m. 1689. ux. *Ioanna Fria* | Bernh. Sophia abbatiſſa in ESSEN el. 1691. | Maximilianus n. 1641. | Florianus n. 1656. | Eraſmus. n. 1646. | Harrmannus n. 1666.

V. *Rittberg. Caunitz. Stamm.*

MARIA ERNESTINA ux comitis de CAVNIZ. An. 1692. RITTBERGENSI comitatu inauguratur † 1699.

LITT.

LITT. H.

EXTRACT *Schreibens der Gräfin Anna von Rittberg, Wittib, gebohrner Frau von Eſens, an Herrn Landgraf Philipp zu Heſſen,* de dato *Dienſtags nach St. Gallen, 1536. in ſtreitigen Sachen zwiſchen ihrem Stieff-Sohn, Graf Otten, und ihr, ſambt ihrem Sohn, Graf Iohann.*

Durchleuchtiger etc. Gnædiger Herr.

ICk vorſehe my, In Gnaden Sy nn me dor Ju F. G. A geſchiekten George Noſsbyeker verſtændger, ut vvat Orſaeken de vorgenommen Dag, tuſehen My nnd dem Edlen VVohlgebohrnen Stef-Sohn, Graf Otten tom Retperg, diemahlnen Fortgang gevvonnen hefft, und bedancke my tegen Ju F. G. gantz demœthigen Flytes, dar my mit Toſchiekung Ju F. G. Byſtand, vvil my ock ſambt mynem unmündigigen vaderloſen lieflieken Sohn nochmahles vorhaben unde vertroſten, Ju F. G. vverde uns mit forder Thoſchickung Holpe und Troſt nit verlaten, immaten iek dann Ju F. G. vvende her anders nit geſporet hebbe, unde Ju F. G. Geſandte, J. F. G. vvo my tho Gemothe ſtehet, und vves ick my ſamht mynem Sohn np J. F. G. als onſen gnædigen enegen Beſehutte und Sebirm unde Lehn-Herrn troſtliek vorlaten, un verhopen dan J. F. G. ſehal my unde mynes Sohns in allen Dingen J. F. G. thon reehten Beſehede und Billigkeit mœge nnd mæchtig ſeyn. „

LITT. I.

EXTRACT *Käyſerlicher denen Fürſten von Heſſen ertheilter Lehen-Brieffe,* de annis 1628. *und aller folgenden,* mutat. mutand.

UNd dann auch daſs Sehloſs, Stadt und die gan- B tze Herrſehafft oder Graffſchafft Rittberg, mit allen ihren Herrlichkeiten, es ſey an Sehlœſſern, Stædten, Dœrffern, Mannſchafften, Gerichten, Gebiethen, Leuten, Gütern, Aeckern, Wieſen, VVildbahnen, Fiſchereyen, VVaſſern, VVeyden, VVülren, Rentheo, Zinſen, und allen andern Obrigkeiten, Ein-und Zugehœrungen, vvie oder vvelcherley die benannt ſeyen, oder vverden mœgen, erſucht oder unerſucht, nichts davon ausgenommen; Immaſſen das alles uber Menſchen gedencken Ihr und Inrer Liebden Vorfahren, Landgraffen zu Heſſen Erb-und Eigenthum und C der Grafen zn Rittberg Lehn gevveſen, und vveyland Graf Johannes zn Rittberg und ſeine Vorfahren innen gehabt nnd beſeſſen, oder billig hætten beſitzen mœgen; aber nach ſeinem Graff Johanſen, als des letzten Innhabers berührter Graffſehafft Rittberg tœdtlicher Abgang ohne mænnliche Leibs-Lehens-Erben, bemeldtem ihrem Uhr-Anherrn Landgraff Philips zu Heſſen, als dem Lebns-Herrn, vviederum erœffnet und heimgefallen, und dureh ihne, ungeachret, daſs dieſe Graffſehafft ſein Erb- und eigen von mehr als hundert Jahren her gevveſen, und noeh ihr der Landgrafen zu Heſſen vvære, jüngſtlich vveyland unſerm geliebten Anherrn Kæyſer Ferdinanden dem Erſten, hochmilder Gottſeliger Gedæchtniſs, und dem Heiligen Reich gutvvilliglieb zu Lehen aufgetragen, und von ſeiner Majeſtæt verliehen vvorden vvære, etc.

LITT. K.

Copia *Käyſerl.* Reſolution, *wegen des Reichs-Lehen aufgetrageuer Grafſchafft Rittberg* an. 1563.

Ferdinand von GOTTES Gnaden, erwæhlter Rœmiſcher Kæyſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs.

HOehgebohrner lieber Oheim und Fürſt. Wir D haben deiner Lbd. Sehreiben, deſſen datum ſtehet Marpurg den ſechzehenden Tag neehſt verſehienes Monaths Januarii, ſamt den dabey gelegten Copien, die Graffſehafft Rittberg belangend, empfangen, und alles Innbalts nothdürfftiglich vernommen. Dieweil nun Graff Johanns zu Rittberg mit todt, ohne ebeliche mænnliche Leibs-Lehus-Erben abgangẽ, und Wir deiner Lbd. als unſerm und des Reichs gehorſamen Fürſten, mit allen Guaden und Freundſehafft wohl gewogen, und darum auch in allen ziemlicheo nutzlichen Dingen zu willfahren geneigt E ſeyn; So wollen Wir aus deiner Lhd. angeführten Urſachen und angezogenen Erb-Gerechtigkeit an gemeldter Grafſchafft Rittberg hiermit gnædiglich bewilliget haben, Deiner Lbd. auf derſelben Erbitten, daſs ſie gedachte verledigte Graf-oder Herrſchafft Rittberg, uns und dem Heil. Reich auftragen, und die inſonder beneben ihrem Fürſtenthum Heſſen wiederum zn Lehen erkennen und empfahen, inſonderheit von ſolcher Herrſchafft wegen, neben ſonſt Deiner Libden gebührenden Reichs-Anſchlægen, jedesmahls entrichten wolte, ſolehe Graff-oder Herrſehafft Rittberg in gewœhnlicher Form zu ihrem Rechten und ſo viel uns daran zu verleihen gebühret, cum clauſula ſine praejudicio tertii zu Lehen zu verleiben. Was Wir auch alsdann künfftiglich deiner Lbd. weitere Beſœrderung erweiſen kœnten, deſs ſeyn Wir, ſo viel mit Fugen immer ſeyn kan, zn thun gnædiglich wohl geneigt und erbietig. Welches Wir Deiner Lbd. auf obangeregt Ihr Sehreiben gantz gnediger und freundlicher Meinung nicht vvolten verhalten. Geben in Unſer Stadt Inſprug am 10. Tag Februarii Anno etc. im drey und ſechtzigſten, Unſerer Reiche des Rœmiſchen im drey und dreysſigſten und der andern im ſieben und dreysſigſten.

Ferdinand.

Ad mandatum Sacræ Caeſareae Majeſtatis proprium,

Vt. Seed.

L. *Kirchslager.*

LITT. L.

EXTRACT *aus dem erſten Rittbergiſchen Lehen* - Revers, de Anno 1456.

Und darum ſo ſollen ſie Unſer auch gerne einen jeglichen zu Ehren und Rechte maechtig ſeyn, daſs Wir auch nach Ihrer Gnade Erkaentnüſſe neh- A *men ſollen und wollen, auch ſünder Gefehrde und ohne Argeliſt.*

LITT. M.

EXTRACT *aus dem Rittbergiſchen letztern Lehen* - Revers, de Anno 1692.

Und darum ſollen Wir Ihnen auch gegen einen jeglichen zu Ehren und Recht maechtig ſeyn, daſs ſie auch nach Unſerer Erkaentniſs nehmen ſollen, auch ſonder Gefehrde und Argeliſt.

LITT. N.

EXTRACT *alten Rittbergiſchen Vergleichs* de dato Thom. apoſtoli anno domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo [anno 1541.] primo,

Wir Philips etc.

Als ſich eine Zeithero Irrung und Gebrechen erhoben haben, zwiſchen dem Wohlgebohrnen Unſern lieben Neven und getreuen Otten und Johann, Gebrüder, Grafen zu Rittberge, von wegen der Theilung der Graffſchafft zum Rittberge, und aller andern Schloſs, Herrſchafft und Güter, ſo weyland der Wohlgebohrne Herr Otto, Grav zum Rittberg, ihrer beyder Vatter ſeel verlaſſen hat, und ſonderlich von wegen deſs, daſs Grav Otto gemeinet hat, daſs ihme, als dem altiſten gebohrnen Sohn das Regiment der Graffſchafft allein gebühren ſolte, nachdem vormahls die Graffſchafft zum Rittberge innerhalb Menſchen Gedencken, und dabevor nie getheilet B *worden waere, welches aber Graf Johann nicht geſtaendig, ſondern gemeinet, daſs ſein Bruder Graf Otto mit ihme zu theilen ſchuldig ſeyn ſolte; So haben Wir Uns in die Sache geſchlagen, ihnen Tag ernennt, die Sache verhaert, und etliche Tage darinn gehandelt und handlen laſſen, und alſo die Sache güthlich vertragen, auf Maaſs wie ſie nachfolgt: Anfaenglich ſo haben Wir angeſehen etc. etc. etc. Und damit ſollen beyde Theile alſo brüderlich und freundlich vertragen ſeyn und bleiben, ohne Gefehrde. Immaſſen die* Contrahenten *ſolches Unſerm Statthalter Sigmund von Boyneburg zugeſagt und verſprochen haben, etc. etc. etc.*

LITT. O.

Copey Urtheils, ſo über Graf Otten von Rittberg am Heſſiſchen Mann-Gericht ergangen 1546.

In der Rechfertigung gegenwärtiger Lehn-Sach, C *zwiſchen dem Durchleuchtigen, Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn Philipſen, Landgrafen zu Heſſen, Grafen zu Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain und Nidda, unſerm gnaedigen Fürſten und Herrn, Klaegern, an einem- und dann Graf Otten vom Rittberg, Beklagten andern Theils, ſeinen Lehens-Bruch im Handel angezogen und betreffend, erkennen die Verordnete niedergeſetzte Mann-Richter, und Mann, auf fürbrachte Klage, ingelegte Lebens-*Reverſal, *Verſtaendniſs und andere Brief, des Beklagten eigene Bekaentniſs, geführte Kundſchafft, auch angegeben und verhörte Zeugen und aller andern Einbringen gethane Recht-Saetze, und darauf beſchehene Bitt, zu recht, daſs jetztgemeldter beklagter Graf, den angegebenen Lehens-Bruch würcklich begangen und geübt, und folgends alle und jede ſeine Lehen-Güter, ſo er und ſeine Vorfahren von hochgedachtem Unſern gnaedigſten Fürſten und Herrn, dem Klaeger auch S. Fürſtl. Gn. Vor-Eltern loeblicher und ſeeliger Gedaechtniſs zu Lehen empfangen gehabt, getragen und hergebracht, verwirckt und ſich derſelben entſetzt, verluſtig, unwürdig und fürters unfaehig gemacht habe, daſs auch demnach alle ſolche ſeine des Beklagten Lehn-Güter, mehr und Hochgedachtem Klaeger, als bey dem Lehn-Herrn, eröffnet, heimgefallen und alſo wiederum an Seine Fürſtl. Gn.* devoluirt *ſeyen, immaſſen vorberührter Mannrichter und Mann ſolche Eröffnung und De*nolution, *derſelbigen des beklagten Grafen Lehn-* D *Güter hiermit und in Krafft dieſes ihres Spruchs de*cerniren, declariren *und erklaehren mit Verdammung deſſelbigen beklagten Grafen in die Gerichts-Koſten und andere Schaeden, auch allem In*tereſſe *von Rechts wegen.* Pronunciatum *am Freytag den fünfften* Martii Anno Domini *funffzehen hundert viertzig und ſechs.*

LITT. P.

Atteſtatum, *daſs in Rittbergiſchen Lehn-Streitigkeiten zwiſchen dem* Domino Feudi *und* Vaſallen coram Paribus Curiae *gehandelt worden* anno 1704.

DAſs zvviſchen Ihro Fürſtl. Gn. etc. Herrn "Moritz, Landgrafen zu Heſſen, Grafen zu "Catzenellenbogen, Dietz, Ziegenhain und Nidda "etc. hochloeblicher Gedaechtnuſs, als Lehn-Herrn, "und deſſen Vaſallinnen Graefin Catharinen Sabinen und Graefin Agneſen zu Rittberg, allhier zu "Caſſel zvvey Heſſiſche Mann-oder Lehen-Gerichte, eines betreffend Catharinam Sabinam Graefin "zu Rittberg, in puncto inceſtuoſer Verheyra"thung an ihres Vatern leiblichen Bruder, Grafen E Johann von Oſt-Frieſsland, das andere Agneſen," auch Graefin zu Rittberg, ſuper formula des Fürſtl." Heſſiſchen Lehen-Brieffs über die Graffſchafft" Rittberg in Anno 1603. angeordnet, von beyden" Theilen acht Pares Curiae, benamentlich Graf" Ernſt zu Schaumburg, Graf Arnd zu Bentheim," Johann Riedeſell zu Eyſenbach, Erb-Marſchall," Sittich von Berlepſch, Stadthalter zu Mar-" burg, Johann von Dalvvig, Hofrichter zu Mar-" burg, Otto Wilhelm von Berlepſch, Ober-Ambt-" "mann

“mann zu Rheinfelſs, Heinrich von Weſtphalen, A Paderborniſcher Hoffmeiſter, und Herrmann von der Malſsburg zu Lahr, darzu ervvehlet, von denenſelben das Lehngericht in beyderley Sachen auf hieſigem Rathhauſs beſeſſen und gehalten, vor ſelbigem auch zvveen abſonderliche Proceſſe geführet, und in iedem Klag-Exception-Replic und Schloſs-Schrifften hinc inde übergeben ſeyn, ſolches iſt mir unten benahmten Kayſerl. immatriculirten Notario, nebſt darzu ſubrequirirten Zeugen, aus denen in Hochfürſtl. Heſſiſchen hieſigen Reg. Archiv vorhandenen Actis gezeiget vvorden: Worüber dann auch auf eine Nahmens B Hochfürſtl. Reg. beſchehene Requiſition, gegenvværtiges Atteſtatum unter meiner eigenen Hand und Notariat-Siegel, auch der Zeugen Unterſchrifft, ausgefertiget und ertheilet. So geſchehen Caſſel im Nieder-Furſtenthum Heſſen den eylfften Tag Monaths Septembris, deſs eintauſend ſieben hundert und vierdten Jahrs.“

(L.S.)

Johann Georg Frigge, Iuris Practicus, atque in Camera Imperiali Notarius immatriculatus Iuratus, in Gegenvvart und Beyſeyn Johann Conrad Rovverts und Julius Anthon Arnſten, reſpective Burgerer, Schreiner und Schneider allhier, als hierzu abſonderlich erbettener Zeugen.

Johann Conrad Rovverts, als erbetener Zeuge. Julius Antoo Arnſten, als erbetener Zeuge.“

LITT. Q.

Epiſtola CVNRADI *comitis a* Caſtell, *qua curiae* PARES *nominat ſuo arbitratu, aduerſa parte ab electione eorundem excluſa an. 1575.*

UNſern günſtigen Gruſs zuvor, Erbar, Veſter, C lieber getreuer; Wir haben aus deinem Schreiben, ſo du Uns für dich ſelbſten, und als gevollmæchtiger Gevvalthaber, deiner Brüder und Vettern, der von Heſsberg, unter dem dato den 20. Julii, diſs inſtehenden Jahrs gethun, und Uns den 28. deſſelbigen zu kommen, vernommen, vvelcher maſſen du Uns, von vvegen deren von vveyland Gabriels von Heſsberg ſeeligen, hinterlaſſenen, und Uns und unſer Graffſchafft heimgefallenen Lehen zu Rœtelſee, Bruhel und Froſchſtockheim, Uns Rechtlichen fürzunehmen gevvillt, und derovvegen begehreſt, Wir D vvollen dir, deinen Brüdern und Vettern, zu ordentlich-und rechtmæſsigen Lehen-Gericht, Unſere Edeln Lehen-Mann etliche benennen, dergleichen vvollt Ihr euch uff Certification derſelben, mit gleicher Anzahl gefaſt machen, und folgends der Gebühr und Nothdurfft verfahren.

“Darauf mœgen Wir dir günſtig nicht pergen, vvievvohl der gæntzlichen Hoffnung, du und deine Conſortes, vverden euer angemaſten Fœrderung halb im Rechten nichts erhalten noch gevvinnen. Jedoch vvollen Wir dir und deinen E Conſorten, auf diſs dein erſuchen, des Rechtens im vvenigſten nicht vorſeyn, ſondern gnædig pflegen. Kœnnen dir aber daneben günſtig nicht verhalten, daſs bey Unſer Graffſchafft und Vor-Eltern vvohlſeeliger Gedæchtnuſs, auch bey Uns ſelben herkommen, und hergebracht, vvann Sie Lehen-Gericht gehalten, daſs ſie die Pares Curiae allein gevvehlet, und nieder geſetzt. Wie dann dein Vetter Raphael von Heſsberg ſelbiger und noch mehr lebende vom Adel, dergeſtalt haben beſeſſen.

“Gleichvvohl haben Unſere Eltern und Wir Uns befliſſen, daſs dieſelbigen, ſo durch ſie niedergeſetzt, dem Gegentheil unverdæchtig gevveſen. Solchen Unſerer Graffſchafft üblichen Gebrauch und Herkommen, vviſſen Wir noch zur Zeit ohne hochnothvvendige Urſachen keines Weges zu ændern.

Dievveil dann der Lehenhœfe vvohl hergebrachte Gebræuch mehr als die gemeine beſchriebene Lehen-Recht gelten, und demſelbigen zu forderſt nachgelebet vverden ſolle, ſo vvollen Wir Uns günſtig und gnædig verſehen, du und deine Conſorten vverdent euch hierinnen kein Bedencken oder Beſchvvehrung machen oder ſchœpfen.“

Derovvegen, uff dein unterthæniges ſuchen, bitten und begehren, benennen Wir dir uf deſs verluſtigen Theils Unkoſten zu Richtern und Beyſitzern die Veſten, Unſere lieben Getreuen, Hanſen Zobeln von Giebelſtadt, und Joachim Stibern zu Bottenheim, deren einen Wir zum Richter zu vermœgen hoffen, und dann zu Beyſitzern, obbemeldter einen, auch Joachim von Seckendorff zu Ullſtadt, Hans Ludvvig von Seckendorff zu Sugenheim, Hannſen Fuchſen zu Wieſendheid, Bernhard von Hutten zum forderen Franckenberg, Achazen von Giech zu Krotendorff, Chriſtuffel Truchſeſſen zu Pommersfelden, Conraden von Grumbach zu Rimbar, Michaeln Zolner von der Hallburg zu Rimbach, Chriſtoffeln und Endreſſen Voieten von Rineck, Conraden von Ehenheimb, Veit von Schaumberg zu Trauſtach, Sebaſtian Reuſteur, Sturmer genannt, Haus Gottfriden von Berlingen.

Ob vielleicht etlich aus denen, Schvvachheit oder anderer erheblicher Urſach halb nicht erſcheinen kœnten, die Anzahl dannoch erfüllet, des Verſehens, ſie vverden dir nicht verdæchtig ſeyn, vvofern aber dir einer oder der ander aus rechtmæſsigen gegründeten Urſachen verdæchtig ſeyn ſolten, ſinnen Wir günſtig dieſelben zu vermelden, ſeynd Wir genædig Urbittig, andere ſo dir unverdacht an derſelben ſtatt zu ordnen, F und dann fürter ſolche ſamt und ſonders, ſich in dieſer Sachen zu Richtern und Urtheilern zu gebrauchen zu laſſen, unverzuglich erſuchen, ihre Antvvort dich hernach unverlangt berichten, dein Nothdurfft darnach habeſt fur zu nehmen; vvolten Wir dir in Antvvort nicht verhalten, und ſeynd dir damit zu günſtigen VVillen vvohlgeneigt. Datum Caſtel, den 13. Auguſti Anno 1575.

LITT. R.

Parium curiae uocatio an. 1575.

UNſern günſtigen Gruſs zuvor, Erbahr, Ve- G ſter, Lieber Getreuer; Wir mœgen euch günſtig nicht pergen, daſs die auch Veſten Unſere Liebe Getreuen, Hector von Heſsberg, ſeine Bruder und Vettern alle von Heſsberg, der Linie Eiſchhauſen, etlicher vermeinter Irrungen halb, Uns dienſtlichen ohnlængſt erſucht, mit Ihnen vor den Paribus Curiae dervvegen fürzukommen.“

Ob nun vvohl Wir Ihnen hiervor gnugſahme Vervvahrung und Anzeig gethun, warum Wir Unſer Sachen befugt und Sie wenig Gewinns daran zu gewarten, als Wir auch noch nicht zweiffeln, ſo haben Wir doch Ihnen ihres ietzi-

"gen Sochens, als der Wir niemand gebuhr-
"lichs Rechtens vorzuſeyn gedencken, willfahrt,
"und in neulichen Tagen zugeſchriehen, deſſen ſie
"ſich dann bedanckeo, und nnnmehr von Uns For-
"derung gevvarten: Wann Wir dann ſelbſt (un-
"geacht daſs man ſagt: quod Reorum ſit fugere)
"die Sachen, ſo viel an Uns, faſt alle Lehen-
"mann, beſonder die alten, ſo hievor Unſer ge-
"halteu Leheu-Gericht beſeſſen, und aus den Wir
"einen Lehen-Richter nehmen mœchten, mit todt
"abgangen, Ihr aber aus denen übrig, Wir
"euch auch am meiſten darzu qualificirt wiſſen,
"auch von Alters hero ein beſonder Vertrauen
"zu Euch tragen, und nicht zweiffeln, dieſs Le-
"hen-Gericht, weil es nur ein einige Sachen,
"und beyde Theil zur Endſchafft und Richtigkeit
"gewillt, ſoll ſich über 4. oder 5. Termin, nicht
"erſtrecken.

"Alſo langet Unſer gütlich erſuchen an Euch,
"günſtig begehreud, Ihr wollet euch zu Befœrde-
rung der Iuſtitien zu Lehen-Richtern, Uns und"
dem Gegentheil zu Gefallen, die auch mit euch,"
als Sie Uns zugeſchrieben, ganz vvohl zu frie-"
den, gebrauchen laſſen, und euch deſſen Unter-"
fangen, ſo vvollen VVir Uns alsdann, gelegener"
Zeit und Tages gen Wieſenbronn einzukommen"
mit euch vergleichen, dahin dann Wir diejeni-"
gen, ſo Wir niederſetzeu vverden, auch erfor-"
deru vvolleu, Ihr auch die Klæger und Uns dar-"
zuf gebührlichen citiren mœget; vvie Wir dann"
erachten, do die Klæger des Richters von Uns"
vergevviſſert, ſie ſelbſten bey euch um Tagſa-"
tzung und Citation an uns ausgeheu zu laſſen,"
anſuchen vverden, das ſeynd Wir günſtigs vvil-"
lens, damit Wir Euch ohne das fœrders vvohl-"
geneigt, hinvvieder zu beſchulden, und vvie-"
vvohl Wir Uns bey Euch Abſchlags gar nicht"
getrœſten; So begebren Wir doch euer ſchrifft-"
lich gevvierlich Antvvort hiebey. Datum Ca-"
ſtell Unſer Hand, den 8. Septembris, 1575.

LITT. S.

Herm. HAMMELMANNI *et Andr.* HOPPENRODII *hiſtoria comitum Rittbergenſium.*

RITBERCH Comitatus *Weſtphaliae* ſitus inter dioeceſin Monaſterienſem, Oſnabrugenſem et Paderbotneoſem atque comitatus Lippiae et Rauenshergicum. Eſt ihi *caſtrum et oppidum* eiusdemque nominis. *Ditio* eius non eſt ampla, attamen iu uicinis dominiis habet hic comitatus multas uillas et hona ſita. *Genealogiam* horum comitum, prout illam magna diligentia conquiſiui ex chronicis, et eorum monumentis atque ſepulchrorum iuſcriptionibus, ubi hi comites hactenus ſepulti ſunt, atque rerum uſu, ſubiiciam, in honorem Illuſtrium et Inclytorum Dominorum ac Heroum D. SIMONIS Comitis *Lippienſis* ac in Ritberch, Domini in Eſens, Stedesdorf ac Witmunde, atque D. ENNONIS Comitis orientalis *Phriſiae* et in Ritberg, Domini in Eſens, Stedesdorff ac Witmuude, et utriusque Domini Nobiliſſimarum coniugum atque Matronarum Inclytarum, D. ARMEGARDAE et D. WALPVRGIS natarum Comitiſſarum de Ritberg et Dominarum Eſens, Stedesdorff atque VVitmunde, C. in *Lipp.* et in orientali *Phriſia.* FREDERICVS Comes in Ritberg fuit in campo equeſtri Magdeburgici anno D. 939. eius nepos ex filio OTTONE uixit anno D. 1025, nomine CONRADVS, qui rurſum genuit *Conradum*, cuius filius erat OTTHO uiuens anno D. 1112. et poſt illum CONRADVS, et deinde ei ſucceſſit FREDERICVS, qui uixit anno D. 1200. et huius erat filius CONRADVS, qui coniugem hahuit *Odam* Comitiſſam Arnsburgicam, quae ei peperit *Conradum* epiſcopum Oſnabrugenſem an. 1265. Ottonem Epiſeopum Paderbornenſem an. 1274. et FREDERICVM, cuius coniux erat Beatrix Comitiſſa Lippienſis. Et hic genuit DITHMARVM dantem fidem pro redimendo Simone Comite Lippienſi, ab Oſnaburgenſibus captiuo an. 1285. (*Krantz lib. 8. c. 32.*) Huic ex Rauensburgica Comitiſſa N. nati ſunt *Simon*, maioris eccleſiae Oſnaburgenſis canonicus et cantor, qui uixit anno D. 1325. *Conradus* epiſcopus Mindenſis, et *Ottho* Epiſcopus Monaſterienſis atque FREDERICVS, cuius coniux erat Alheida Comitiſſa de *Reifferſcheit*, cuius unicus fuit filius CONRADVS, cui conthoralis erat Beatrix de Brunckhorſt, quae ei peperit unicam filiam *Alheidam*, quae nupſit Otthoni Comiti HOTENSI, ex quo natus eſt CONRADVS, qui ſibi tantum ſumpſit *titulum* et *inſignia* comitatus Ritbergici, et ex Deipholdica comitiſſa genuit *Ioannem* canonicum Colonienſem, in Phriſia occumbentem, *Bernhardum* ſcholaſticum Paderhornenſem et *Conradum*, qui ex Iacoba comitiſſa de Newenar genuit *Margaretham*, Frederici Ducis *Brunſuicenſis* coniugem, IOANNEM, gubernatorem patriae, Conradum epiſcopum Monaſterienſem: Oſnaburgenſem: Ioanui erat coniunx comitiſſa de *Lippia* Margareta, Bernhardi bellicoſi filia et Simonis (qui eſt modernorum de Lippia comitum auus) ſoror. Hic IOANNES capitur ab Erico et Henrico fratribus et ducibus Brunſuicenſihus (quorum patruus Fredericus erat ei affinis) cum pro ciuitatibus contra duces bella gereret, anno D. 1485. Hic genuit ex ſua coniuge *Elizabetham* comitis Ezardi in orientali Phriſia uxorem, *Armegardam* comitis Otthonis de Tecklenborch coniugem et OTTHONEM filium, cui duae erant uxores, prior ipſi fuit coniunx *Anna* nata comitiſſa de Seyen, quae ipſi peperit *Vrſulam* Domini Philippi Baronis liberi atque Domini iu VVinenberch (quod dominium eſt conterminum Tretterenſi ditioni) conthoralem, *Ioannem* decaniſſam in illuſtri collegio Heruordienſi, *Armegardam* abbatiſſam in Fredeu et Metelen, tum etiam *Otthonem*, qui in caſtris Caroli V. Caeſaris ad urbem Meteuſem poſitis an. 1551. periit, et fuit militaris heros, cui erat cum fratre Ioanne de *haereditate controuerſia.* Secunda erat iſtius Otthouis coniunx *Anna*, nata domina in Eſens Stedesdorff atque VVitmunde, et ea peperit comiti Otthoni *Armegardam* et *Simonem* maturius morientes, et IOANNEM eruditum comitem et poſſeſſorem atque haeredem comitatus *Rittbergici* ac dominorum *Eſens, Stedesdorff* atque *Witmunde*, qui dum arma caperet contra comitem Lippienſem Bernhardum, cingitur a proceribus ordinis Weſtphalici in ſua arce Ritberg et ſe tandem ipſis captiuum tradit, ita captus, in cuſtodia, multos Germanicos libros uertit in linguam latinam, ſicut illos in arce Eſenſi vidi. Huic fuit coniunx *Agneza* comitiſſa nata de Beuthem et Stenfurth, quae ei peperit *Armegardam* Annam maturius morientem et *Walpurgim:* pater comes Ioannes moritur Coloniae: deinde elocatur filia ARMEGARDA D. Erico comiti Hoyenſi et Brochauſiano, Iodoci filio: qui ita per pacta doralia, conſequitur in poſſeſſionem comitatum Ritbergicum et dominia Eſens et Witmunde: ſed cum abſque haeredihus moreretur, an. 1575. ſecunda ipſius relicta uidua D. Armegarda nupſit D. Simoni comiti Lippienſi et Ritbergico atque ejus ſoror D. WALPVRGIS elocatur D. Ennoni Comiti orientalis Phriſiae et domino in Eſens. *Vtrique ſorori Nobiliſſimae det Dominus haeredes atque poſteros.* Hanc *genealogiam* uidit et approbauit uir excellens D. Iodocus WETTERVS *Cancellarius Ritbergicus et Eſens.*

OPVSCVLVM II.

DIFFERENTIAE IVRIS FEVDALIS COMMVNIS ATQVE PORVSSICI,

Die XXIX. menſis Maii 1716.

PROOEMIVM.

§. I.

Commendatio argumenti a legislatoribus Poruſſis nobis inſtar dei tutelaris.

LEGVM PORVSSICARVM latores illud maximopere inculcant iurisprudentiae cultoribus: *ne, peregrini iuris ſtudioſi, negligant domeſtica patriaque* (aa). Sequimur illorum monita in hoc conflictu inaugurali. Quid eenim in CLIENTELIS Poruſſia ſingulare habeat a iureque communi alienum: de illo quidem nobis futura eſt diſſertatio (bb). Eſt igitur noſtrum argumentum Poruſſici iuris auctoritate tutum: tantum abeſt, ut in eo animi pendere queamus (cc).

Pro cenſorio iudicio uotum.

§. II. Vti lucubratiuncula haec academica: ita herbam porrigit illis, qui in Poruſſiae foris uel regnant, uel docent, uel cauſas agunt reſpondentque (dd). Quos omnino rogamus, ut, ſi quid minus recte dictum ſcriptumque offendant, uertant ſtylum, deleant, corrigant, tollant addantque; ne quid uel deſit uel abſit uero rectoque, uel minus expediat reipublicae, cuius ratio nobis eſt ſuprema (ee).

Vſus iuris communis in Poruſſia.

(aa) Haec enim uerba codex priuilegiorum Poruſſiae ordinum *Brunsbergae* 1616. editus, in fronte habet: *turpe eſt ciui ignorare ius, in quo uel naſci datum uel uiuere.* Quorſum etiam ipſi reſpiciunt iureconſulti Romani *l. 2. § 43. ff. de O. I.* Accedit, quod PORVSSICAE PANDECTAE, anno 1620. atque 1685. promulgarae, non ſolum querelas moueant turbatarum patriae conſuetudinum ex ignorantia illorum, qui illas doceant reſpondeanrque: ſed etiam derogent prorſus legibus peregrinis. Quoniam clare iubent: *patrio iure ſilente, non conſulenda inſtituta peregrina; ſed communem omnibus rationem aequitatemque naturalem.* Verba earundem ſunt haec: *Es iſt auch unſer Will und Meinung, da ſich ie einiger Fall, der in unſerm Landrecht nicht begriffen, zutragen würde, ſoll derſelbe fortmehr nicht nach den alten und aufgehobenen Rechten, Gewohnheiten und Gebræuchen gerichtet und geurtheilet; ſondern zu unſerer und der Stænden hierzu* deputirten deciſion *und* diiudica- A tur ex aequo et bono, *der Sachen umſtænde und Gelegenheit nach, geſtellet werden, Inmaſſen ſolches auf allgemeinen Landtag 1612. von allen Stænden geſchloſſen worden.* Ex quo facile eſt ad intelligendum, Triboniani et Gerhardi Nigri non maiorem in Poruſſiae foris auctoritatem eſſe, quam Platonis, Stagyrirae, Tullii, Senecae aliorumque nominum, quae ob ſolam rationis uim magni facimus neque aduerſus hanc eorundem tuemur auctoriratem. B Ira leges uolunt ſaluberrimae monetque *Adam* RICCIVS *de libris iuris Rom. §. 86. p. 284.* Quid uero iudicum, aduocatorum doctorumque factis ac culpa ex contrario contendatur: illi prodant, in quorum oculis eius generis peccara uerſantur.

Commendatio iuris differentiarum.

(bb) Quam bene *patriae* iurisprudentiae conſulatur, ſi doceantur differentiae eius a legibus *Romanis* et *Longobardicis*, illud quidem alibi oſtendir *dn. praeſes in differentiis iuris Luſatici 3. litt bb.*

Poruſſiae iurisprudentiae limites tranſilire nefas.

(cc) Fidentiores omnino eſſe poſſumus in his Poruſſici iuris differentiis. *Principio*

cipio enim *ſcriptarum legum* ſidera habe- A mus ariadnaea, quae ſequimur. *Tum* plana eſt iuris Poruſſici norma: in foris nihil attendendum, quam patrias leges aut principum ordinumque nouellas conſtitutiones. Vt adeo fruſtra hic ſit philoſophia, niſi patrio lumine colluſtretur colluceatque. *Poſt* neque nos aliam mentem adferimus ad hoc inſtitutum, quam hanc, ut conſtet, quoties Poruſſiae clientelas alienas uoluerit a iure communi. Intra B quos limites noſtra uerſabitur diſſertatio.

Illis domeſticis maior fides.

(dd). Vtinam domeſtici loquerentur iureconſulti. His enim maior haud dubie de patria fides et luculentia, quam aliis, qui centum milliaribus a Pruſſia uel nati uel inde abſunt. Sed cum in Poruſſiae iureconſnltis, qui patria iura ſcribant, ſint pauciſſimi, noſtris forte induſtria eorundem excitabitur. Nam in deſiderio habemus *ſyſtema differeniiarum* in Germaniae uicinis clientelis. In quibus etiam punctum ferunt non leue quidem Poruſſicae.

Spes poenitentiae.

(ee) Quando nouum aequi bonique lumen oritur, faciles ſumus in corrigendo et retractando. Quis enim locum non dederit aureae ueritati? Veniam peccatori damus in diuinis, quidni in humanis, ſi peccati poeniteat, rectiora doctum.

DIFFERENTIA I.

Qui Poruſſiae feuda iure ſcripto regantur?

Origo iuris beneficiarii in Poruſſia.

IVs commune de clientelis haberi debet pro *non ſcripto* (aa): Poruſſiae autem feuda *ſanctionibus legum* reguntur, quarum extant *pandectae* (bb). Illuſtrant eas conſilia (cc) et commentarii Poruſſiae iureconſultorum (dd). Quorum fidem hic ſequimur.

Longobardi deſtituuntur legibus.

(aa) Rationes doctoresque, quare Longobardica iura, ne imperatorum quidem conſtitutionibus exceptis, aeſtimari debeant loco *conſuetudinum*, tuitus eſt *du praeſes in Luſat. differ. 1. litt. dd.* aduerſus illos, qui uel alterutrum uel utrumque habent pro legibus.

Poruſſia gaudet feudalibus pandectis.

(bb) Vario iure uſi ſunt beneficiarii Poruſſiae. *Principio* CVLMENSI, quod multam illis dedit libertatem: *deinde* MAGDEBVRGICO, unde Culmenſia ſunt aucta D coactaque in harmoniam: *poſt* TRVCHSESSIANO an. CIↃCCCCLXXXVII. quo priora multum ſunt correcta: *tum* ALBERTINO, an. CIↃIↃXL. quo in gratiam uaſallorum plura remiſſa ſunt conceſſaque: *tandem* codice IOANNSIGISMVNDIANO an. CIↃIↃCXX. cuius liber ultimus ex inſtituto agit *von Lehen-Sachen: demum* FRIDERICH WILHELMIANO, an. CIↃIↃCLXXXV: quo prior codex recuſus, mutatus et auctus fuit. E Et ſane hodieque habent Poruſſi, ut de illo ſibi gratulentur. Ceterum *hiſtoriam iuris Poruſſici* plenius docent *Adam* RICCIVS *de libris iuris Romani §. 83. 84. 85. 86.* qui tamen uias ſequitur uulgares et *Chriſtoph.* HARTKNOCH, curatior illo in *diſſ. XVII.* quam addidit chronico Dusburgiano.

Libelli MSCI de Poruſſiae clientelis.

(cc) Cum *clientelae* Poruſſicae, quod mox uidebimus, diuerſa nomina, cauſas, leges et iura habeant, operis eſſe credide- F runt difficillimi has inuicem, ut ratio et uſus exigit, bene diſtinxiſſe. Ipſis certe principibus eorumque nouellis adminiſtris aqua haeſit, quoties in tam multiplicibus feudis ortum fuerat diſcrimen. Petierunt ergo lumen a iureconſultis, uſu rerum clientelarium edoctis, ut ſibyllina, quae credidere, folia intelligerent. Hoc fine *Paul*-C *lus* CRVGERVS epitomen Poruſſicarum clientelarum ſcripſit, quam laudauit et ſecutus eſt in pleriſque HARTKNOCHIVS *in diſſert. XVII. de iure Pruſſorum.* Neque rem ingratam nos facturos eſſe credidimus, ſi lucubratiunculam exhiberemus in adpendice *litt. A.* Succedit huic opuſculum aliud auctoris anonymi: quod pariter damus in eadem *litt. B.* Plura laudare non licet, niſi aliena fide. In quibus illa inprimis nomen habent, quae in WALLENRODIANA bibliotheca ſupereſſe dicuntur, quam quidem perluſtrare licuit, ea autem uidendi legendiq; nondum contigit felicitas. Si quid rogare licet, uelim, ut ex Wallenrodianis codicibus noſtra reddantur ditiora magiſque emendata.

Interpretes iuris Poruſſici.

(dd) Nomina illorum, qui fori Poruſſici hiſtorias iuraque ciuilia ſcripſerunt, multo cum labore congeſſit *Sam. Ioach.* HOPPIVS *in diſſert. de ſcriptorib. Polon. §. 56. p. 109.* Sed oculum ille intendit praecipue ad Poruſſiam, quae iuris eſt Polonici. In orientali Poruſſia laudari merentur ſigillatim *Chriſtoph.* WEGNER in diſſertatione *de iuris ciuilis et Prutenici differentiis*, qui tamen in deliciis illa fere habet, quae argumenti tantum ciuilis. *Domini Georgii* GRVBEN *Viri conſultiſſimi adnotationes practicae ad ius Prutenicum* id, quod promittunt, praeſtant, librumque ſeptimum, qui eſt *de feudis Poruſſicis*, pariter attingunt. Sed ille communia iſthuc iura conducit laudatque doctorum eadem tantum placita. Vt adeo noſtro nequeat prodeſſe inſtituto. Duo etiam uerba ſunt, quae de Poruſſiae beneficiis habet *Iacob.* LYDICIVS *in notitia ducatus Poruſſ. c. 8.*

Plenior

DIFFER. I.

Plenior *Ioann.* KLEIN *in diſputatione XV.* A editi uoluminis: quae eſt *de conuenientia iuris Dantiſcani et* CVLMENSIS *cum iure communi, Saxonico et Prutenico.* Verum id agit iurcconſultus, ut omnia cogat in iuris harmoniam habeatque tantum ciuilia argumenta. Quod etiam uerum eſt de *uſu moderno Hoppiano*, quem ex iure Poruſſico addidit ad inſtituta commentario. Eodemque iudicio aeſtimanda non minus

DIFFER. II

Schwendendoerferiana diſputatio, quam auctor eius *Io. Henr. Schulz Thorunenſis* an. 1692. Lipſiae reſpondit: *de collatione iuris ciuilis cum* CVLMENSI. Vtinam ergo princeps iuris Poruſſici conſultus, *Theodorus* PAVLI Patronus meus ſumma reuerentia colendus, in hoc argumento maluiſſet uerſari, quam in libro de *iurisprudentiae principiis part. 2. quaeſt. 48. p. 238.* declinati operis prodere cauſas.

DIFFERENTIA II.

Feuda Poruſſiae quotuplicia?

Diuiſio Poruſſiae feudorum.

IVre communi *diuiſio* feudorum non tam *iuris*, quam *pacti facti*que (ff): aliter in Poruſſia. Ipſae enim leges beneficiariae feuda recenſent generis *quintuplicis.* Vnum, quod eſt indolis CVLMENSIS, ipſis allodiis uicinae, ob licentiam alienandi (gg): alterum, quod MAGDEBVRGICAE *zu einem Geſchlecht* aeſtimaturque uirgula iuris Saxonici (hh): tertium, quod eiusdem *zu beyden Kindern* admittitque ſucceſſores foeminas (ii): quartum, quod LONGOBARDICAE, *nach Lehenrecht* ſequiturque ius commune (kk): quintum denique, quod PORVSSICAE nominatim excluditque a ſucceſſione collaterales uultque omnia feuda eſſe indiuidua (ll). Cauſas feudorum, in Poruſſia adeo multiplicium, quaerere licet in hiſtoria. Principio militum Teutonicorum lene imperium, cui tribuo indulgentiam in praedia CVLMENSIA: ſecuta ſunt deinde, Poruſſos in ordiuem redigendi conſilia, quo fine Saxonica iura introducta et tantum non obtruſa MAGDEBVRGICIS: poſt ceruix durior, ad ſuſcipienda inſtituta LONGOBARDICA: demum frena legum abiecta locusque eſt factus partui in PORVSSIA excluſo (mm).

Impropria qui pacti ſint?

(ff) Quod ſi enim *pacta* non adſint, *iura* certe *feudum* haberi uolunt *proprium.* Eo ergo usque feuda *propria* ſunt: quousque pactum non ſit, iuri communi, id eſt, *propriae* feudorum indoli aduerſum. Ita LVNCKERVS *in analect. ad cap. 4. p. 29.* ipſeque STRVKIVS *cap. 3. §. 1.* Quae alii ex *2. F. 10.* urgent ex aduerſo, uti VVLTEIVS *lib. 1. c. 8. n. 38.* diſcuſſere uir illuſtris, THOMASIVS *de feud oblat. c. 1. §. 40.* atque HORNIVS *cap. 4. §. 1.* Sic monſtra deſcribunt rerum *naturalium* doctores, ſed illa tamen cauſas habent *naturae* humanae aduerſas.

De iure CVLMENSI.

(gg) CVLMA, Poruſſiae olim primaria ciuitas, a primis ſaerae militiae equitibus opima certe priuilegia obtinuit, quae etiamnunc publice proſtant, a diuerſis edita. Principio *Thorunii* an. 1612. in 4. *iura municipalia terrarum Poruſſiae*; tum *Brunsbergae an. 1616. f.* quod uolumen inſcri- D ptum eſt: Priuilegia *der Stænde des Hertzogthums Preuſſen, darauf das Land* fundiret. Vterque liber dici ſolet rarus magnique fit illis, qui moribus uiuere geſtiunt antiquis in noua republica. Vti uero illa uniuerſim in gratiam ciuium incolarumque ſcripta ſunt: ſic etiam peculiaria prorſus habent in *bonis praediisque*, nexui clientelari addictis. Scilicet ex ipſa PRIVILEGII CVLMENSIS formula *an. 1233.* atque *an. 1251.* illa patent, quae huius loci

B eſſe uidentur merenturque excerpi ac notari. *Feuda allodiaque delicto aperta equeſtris ordo neque uendat neque iterum infeudet: ciues ac feudales Culmenſes cedunt genus telonii equitibus ſacris, quod tamen elocent iterum Culmenſibus. Abſoluuntur ciues Culmenſes ab hoſpitationibus coactiuis collectis et exactionibus. Inter ſacri ordinis regalia ſint omnis generis metalla praeter ferrum, quod cuique cedit priuato poſſeſſo-* C *ri. Cuius etiam ſint molendina. Ipſis etiam hanc confert libertatem: ut bona ſua, quae a domo noſtra* (ordine Teutonico nexu quidem benefieiario) *poſſident, uendendi talibus ſane, qui terrae ac domui noſtrae bene competant, habeant facultatem. Ita, ut hi, qui ea emerint, de manu fratrum ſuſcipiant et domui noſtrae ad idem ius idemque ſeruitium teneantur. Licentiantur etiam ciues uendere partem allodii: modo re-* D *tineant ſeruitia. Nihilominus etiam emtor ſeruiet cum armatura, quae Plata dicitur et aliis lenibus armis: inprimis contra Pomezanos, alias tantum ad defenſionem terrae. Item ſoluat quilibet poſſeſſor in recognitionem dominii et inſignum, quod bona ſua habeat a ſacra militia. unum nummum et nos eum iterum defendemus. Qui non ſoluerit, ille maiorem poſt ſummam numeret. Qui ſeruire omittat, illius terram occupet alius ſeruiatque. Sint etiam immunes a teloneis* et quae ſequuntur deinceps. Id ergo

DIFFER. II. *Praedia Culmenſia num feuda ſint eaque alienabilia?* *Negatur.*

go quaeri poteſt: *num Culmenſia praedia fuerint clientelaria?* Negari illud poſſet. Primo quoniam *Culmiſch* uerbum ipſi reſpondeat allodio ſeudoque opponatur, exempli loco *im Landr. lib. 7. tit. 2. §. 13. mœgen ſich in den eigen Gütern, zu Latein* bona allodialia ſiue Culmenſia *genannt, wohl entſchlagen* et porro in *lib. 7. tit. 4. §. 6. Wenn ein Lehn-Mann verſtirbt, ob ſein Begræbnüß aus dem Culm (Colm) oder aus dem Lehen entrichtet werden ſolle. Solte keine Culmiſche Fahrnüß oder Huben vorhanden ſeyn, ſolle es mit unſerem* conſens *aus den Lehen genommen werden.* Et ne quidem uulgi ſermone aliter. Cum emtores praediorum primum in ore illud habeant: *ob es Culm oder Lehen? Deinde* militaria quoque ſeruitia cum exigi ſoleant a poſſeſſoribus quoque allodiorum, ut hodieque fieri ſolet in Polonia, idem dici poſſit de Culmenſibus. *Poſt* neque feudalia in Poruſſis iura eam aetatem ferre uideantur. *Demum* Culmenſia praedia Magdeburgico iuri ſint addicta, quod non ſolum intelligitur ex conſtitutione TRVCHSESSIANA an. 1487. ſed etiam ALBERTINA an. 1540.

Affirmatur. Verum enimuero ſunt tamen cauſae, ob quas hic animi pendeo, malimque praedia Culmenſia referre ad *feuda alienabilia*, ſiue, quod dici ſolet, uere *hereditaria*, quam ad allodia. *Principio* enim Culmenſe priuilegium in epitome exhibitum de praediis iuris Culmenſis dicit, quod *dominium* eorundem ſit penes ſacrae militiae ordines, neque aliud fingi debet, quam *directum. Deinde* ne quis agros hoſce habeat ideo pro emphyteuticis, adduntur militaria ſeruitia officiique omiſſi poenae. *Poſt* licet nomen feudi deſit, ſufficit iureconſulto res ipſa. *Praeterea feudi* uocabulum in anguſtiori ſenſu opponitur quandoque beneficiariis bonis alienabilibus. *Tum* ex ipſo Culmenſi priuilegio conſtat an. 1233. feuda Poruſſis cognita fuiſſe, quoniam ciuium *feudaliumque* ibi fit mentio. *Porro* Culmenſibus, licet Magdeburgica iura habuerint, id tamen loco praecipui tum fuit, ut clientelae eorundem eſſent alienabiles. *Demum* ſi in praedii Culmenſis alienatione opus fuerat priuilegio, illud feudale oportet fuiſſe, quoniam nulla iura in alienando obſtant allodiis. Ceterum huius perturbationis cauſas repete ab exell. uiro *Theodoro* PAVLO *part. 2. de iure feud. quaeſt. 48. p. 257.* ubi recte philoſophatur: *in ſtatu monarchico feudorum allodiorumque poſſeſſores iuris eſſe non diſparilis. Cum utrique pendeant ab imperantis uoluntate.* Sed noſtrum problema uerſatur in moribus aeui uetuſtioris. Quo iure hodie uiuatur, illud aperiunt nobis Poruſſici iuris panilectae.

De feudis MAGDEBVRGICIS

(hh) In rebus antiquis uerſamur. Igitur agendum eſt coniecturis Scilicet principio Poruſſiae, a ſacra militia ſubactae, pagus Culmenſis priuilegio munitus: *ne alio iure uterentur Culmenſes, quam* MAGDEBVRGICO idque conſtitutum an. 1233. Vt habet *priuilegium Culmenſe litt. gg.* enarratum. Quaerendum itaque, an eidem quoque in *feudis* locus? Dubitari poterat, quia Culmenſia feuda iuris liberioris, quae alienari poterant, quod factu neſas in Magdeburgicis. Sed finis Magdeburgici iuris a Culmenſibus accepti eorundem eſt libertas. *Deinde* nulla Saxonici iuris in Culmenſi priuilegio facta mentio: Magdeburgica autem ſtatuta intra cauſas uerſantur urbanas, a quibus feudorum ratio eſt diuerſa. *Poſt* adpellatio a Culmenſibus facta ad Hallenſes et Magdeburgenſes ſcabinos, quoties in Magdeburgico iure aliqua dubitatio, ſed in maioris momenti clientelis id quidem non eſt credibile. Taceo alia. Quicquid ſit, creditur tamen: *ab anno 1233. Culmenſis tractus feuda aeſtimata eſſe ad formulas iuris Saxonici.* Inde *Magdeburgica* feuda a *Culmenſibus* praediis diſtingui, partim quod prima *alienari* nequeant; partim quod *foeminarum* nulla in illis ſucceſſio. Contra, quam *litt. gg.* dictum eſt in Culmenſibus.

DIFFER. II. isque maſculinus.

De feudis Magdeburgicis ad utrumque ſexum.

(ii) Magdeburgica iura in clientelarum ſucceſſionibus foeminas excludunt: ſed cum hic rigor in Poruſſia uideretur iuſto maior, foeminis in feudorum ſucceſſionibus factus eſt locus, quem uerba tuentur in litteris feudalibus: *Magdeburgiſch zu beyden Geſchlecht oder beyden Kindern.* Habent ergo eius generis feuda aliquid commune cum Culmenſibus, quoniam in illis ſuccedunt foeminae, idque ipſo iure: differunt tamen in aliis, quod alienari nequeant ſequanturque cetera ius Saxonicum clientelare. Explicat feuda Magdeburgica ad *utrumque ſexum* conſtitutio TRVCHSESSIANA *an. 1487.* Quam, *in* ordinum gratiam, ſuſtulit poſtea uertitque in melius ALBERTINA *an. 1540.* Vtramque dabimus in adpendice litt. C. et D.

De feudis Longobardicis in Poruſſia.

(kk) Haud dubie illis, qui *noua beneficia* contulerunt bene merentibus, diſplicuere *Culmenſia*, quod indulgeant alienationi; *Magdeburgica*, quod foeminis faecerent locum uel in ſuccedendo, uel in uitalitiis, dotalitiis, dotibus, donationibus aliiſque oneribus, quibus haec feuda adficiuntur: inde maluerunt *Longobardicas* leges ſequi, iuribus dominorum in collata beneficia longe aequiores. Hanc cauſam fuiſſe puto *quarti* generis feudorum in Poruſia.

De feudis iuris PORVSSICI ſigillatim.

(ll) Ordinibus Poruſſiae duriſſimum quondam iugum ſacrae militiae magiſtri, quorum tyrannidem factaque immania deſcripſit *dn. praeſes in dem verthaidigten Preuſſen* ex inſtituto. His egomet tribuerim *quinti generis* feudorum origines et cauſas. Nam id ſibi propoſuerunt Teutonici milites, ut beneficia, ſi quidem illa defer-

deferrent aliis, in leges tamen irent, quatuor prioribus paulo duriores. Inde non ſolum Culmenſes alienationes et Magdeburgica onera ac debita feudalia ſucceſſionesque promiſcuas improbarunt: ſed etiam Longobardica inſtituta ſuſtulerunt, quae agnatos quosque ad ſucceſſionem uocant in clientelis, easque diuidunt adſignantque ſingulis feudi partem. Contra uiſum eſt ſacrae militiae proceribus, quibus lex debetur: *ne in feudis alii ſuccederent, quam ſoli deſcendentes maſculi, neue diuiderentur feuda inter liberos, e quibus unum uocaret dominus pro arbitratu ſuo, ceteris reiectis excluſisque.* Atque hoc genus feudi, cum in Poruſſia eſſet natum, ab eadem quoque nomen accepit, eſtque dictum ſigillatim iuris Poruſſici, *ein Lehengut nach Preuſſiſch Recht.* Ita ſchedae CRVGERIANAE ex iisque HARTKNOCHIVS.

De origine cauſisque multiplicium in Poruſſia feudorum.

(mm) Addemus noſtris ea, quae habet HARTKNOCHIVS *differt. 17. §. 8.* Sunt autem haec: *Vt cognoſcamus, quae fuerit hominum Prutenicae originis circa haec iura conditio, notanda ſunt, quae habet* Petr. de DVSBVRG part. 3. chron. Pruſſ. cap. 14. 15. 70. 72. *Videlicet qui erant nobili loco orti ordinique Teutonico ſe ſuaque ſubiiciebant, aequali iure cum ceteris nobilibus originis Germanicae cenſebantur accipiebantque bona, quod nos addimus, aut* CVLMENSIA (originarii praediorum poſſeſſores hac uirgula aeſtimati, quae in feudum obtulerant ordini) *aut* FEVDALIA *aut* MAGDEBVRGICA (id crederem de aduenis beneficiariisque in feudis datis). *Qui uero nonniſi armis adacti,* iugum *ordinis Teutonici ſubibant cogebanturque ſeruire. Contra* ignobiles, *ſi ordinis imperium non detrectabant a ſeruitute exempti, uiuebant libere, ſed, praediorum intuitu, inſtar deuictorum nobilium in* nexu *fuere clientelari rigoris* PORVSSICI. Facile eſſet conferre noſtra cum Hartknochianis, cum utrumque uerum ſit, ſed noſtra arena iam non eſt hiſtoricorum.

DIFFERENTIA III.

Qui Poruſſica feuda credi debeant impropria?

Praeſumtio feudorum impropriorum.

IVre communi coniecturae, quod omne feudum *proprium* ſit (nn): contra in Poruſſicis, quae ordinarie ſunt impropria (oo).

Qui feuda praeſumenda propria?

(nn) Contrahentes enim de feudo in animo creduntur habuiſſe ius commune. Inde pacta etiam ipſa ex iure communi habent interpretationem. Et quae iuri communi aduerſa in contractibus, illa *pacti factique* eſſe dicuntur, quae *probanda* ſunt, non autem praeſumenda. Quae omnes doctrinae ſunt uulgares, quas explicant SCHRADERVS *part. 2. cap. 4.* STRVVIVS *cap. 16. §. 13.* b. m. STRYKIVS *c. 3. qu. 6.* et quaeſo qui non?

Qui Poruſſiae impropria regulariter?

(oo) Id facile conſtat ex illis, quae ſcripta ſunt in *differentia 2.* Cum enim quinque feudorum Poruſſiae genera ex iisque quatuor ſint a iure communi aliena, unum uero ei conforme tantum, a minori parte nequeunt ſane repeti praeſumtiones ac coniecturae. Accedit, quod in legibus regni *Poruſſiae* plurima ſint *Longobardicis* inſtitutis aduerſa, quod dicendum docendumque poſtea. Itaque praeſumtio pro lege omnia feuda facit impropria, id eſt, aliena ab inſtitutis Longobardorum. Plenior commentatio repeti debet ex *feudis Luſaticis differ. 5. litt. kk.* Inde etiam Sileſiacorum feudorum codex Schickfuſianus decernit: *omnia Sileſiae feuda regulariter eſſe praeſumique deberi impropria,* id eſt, deflectentia ab indole feudorum Longobardicorum.

DIFFERENTIA IV.

Vnde Poruſſici iuris petenda interpretatio?

De Poruſſici iuris hermeneutica.

VVlgo docent, quod clientelarium *ſtatutorum* tenebrae lumen accipere debeant a *iure communi* (pp): aliter in feudis Poruſſiae (qq), ubi eorundem *indoles* et occaſio attendenda repetendaque ex hiſtoria regni ac familiarum (rr). Communia autem Longobardiae iura Poruſſicis ſunt inconcinna, tantum abeſt, ut prima alteris debeant anteferri (ss).

Qui ſtatutis lumen ex legibus?

(pp) Quoniam exiſtimant, conditores ſtatutorum in animo circumtuliſſe leges iuraque communia. Deinde reipublicae intereſſe dicunt, ut legum ſtatutorumque ſit harmonia. Dd ad *cap. 8. cum dilectus X. de conſuetud.* atque *dn. praeſes in Luſaticis differ. 3. litt. gg.*

Qui Poruſſiae iuribus deſit lumen ex LL?

(qq) Nam principio feudorum in Poruſſia factorum ius ibi commune cognitum non fuit; deinde nulla tum ibidem illi au-

DIFFER. V.

li auctoritas, tantum abeſt, ut in uotis eſſe A potuerit aliqua harmonia. Idem de ſtatutis Germaniae fere uniuerſae ſentit MEVIVS *ad ius Lubec. pr.*

Qui Poruſſiae iuribus lumina ex hiſtoricis?

(rr) Ita enim mores, inſtituta, rationes, ſtatus, geniusque populi uictoris reique publicae in medio aeuo proditur. Vnde iudicium formandum de pactorum conuentorumque ac ipſarum legum occaſionibus et cauſis. Hae autem omnis iuris anima et lux. Summatim, quae lumina ex B notitia orbis hiſtoriaeque Romanae ad Romanam iurisprudentiam intelligendam attulere iureconſulti humaniores *Cuiacius*, *Budaeus*, *Fabri*, *Balduinus*, *Alciatus* aliique: illa Poruſſicis pandectis expectanda ſunt a iureconſultis lectoribus *Schützii*, *Stellae*, *Hennenbergeri*, *Hartknochii* aliorumque Poruſſiae et Poloniae, qui omnino addendi, hiſtoricorum. Iterum ſaliuam nobis hic mouent *codices Wallenrodiani*, quorum frequentior in Porusſicis memoria. Quemadmodum uero hoc de *omni* patrio iure poteſt dici: ita tamen magis hoc uerum eſt in *beneficiario* ſigillatim, quoniam in hoc nexus uerſatur formulaque cuiusuis reipublicae. Inde imagines ac ſtemmata antiquiorum familiarum magnifacienda, quarum maiores in Poruſſici imperii fuerunt ſocietate.

DIFFER. VI.

Praeſertim in clientelis.

(ss) In *ciuilibus* legibus regnat *ratio*, omnibus communis, ergo maior illarum in prouinciis etiam peregrinis conſenſus. *Clientelae* nituntur *pactis* formulisque reipublicae, quae cuique prouinciae ſunt *peculiares*. Hinc eſt, quod *clientelarium* inſtitutorum tot *differentiae*. Quas niſi attenderis, in foro non *ius* dicis, ſed *iniurias* facis uel *principi* uel beneficiario nexu reipublicæ addictis *ordinibus*. Vtrumque cauere ſedulo, officium eſt ueri iureconſulti. Vtinam lucubratiunculae *Kleinii* ac *Schulzii* plures nos differentias Poruſſici et Romani iuris docerent; quam concentus ac harmonias.

DIFFERENTIA V.

Qui Poruſſiae leges non iuris ſunt ſtricti?

Iuris Poruſſici ſenſus liberi.

VVlgo docetur, ſtatuta eſſe *ſtricti iuris*, praeſertim ſi abeant a iure communi (tt): aliter in Poruſſiae legibus, quae hos *limites* non agnoſcunt (uu).

Statuta qui iuris ſtricti?

(tt) Ita pariter Dd. ad *cap. 8. X. de conſuet.* C Quia ſtatuta pertinent ad iura derogatoria. Quam tamen doctrinam confutauit *dn. praeſes* in *differentiis iuris Romani et Germanici diff. 1.* et in *Luſaticis differ. 2. litt. ff.*

Qui hoc negetur in Poruſſicis?

(uu) Nam Poruſſiae leges *uetuſtiores* ſunt auctoritate Longobardicorum inſtitutorum in prouinciis huius orae ſtabilita. Ergo his non potuerunt derogare neque inter derogatoria iura referri. Idem de Lubecenſibus ſentit MEVIVS *in prooem. commentarii.*

DIFFERENTIA VI.

Num Poruſſiae iura ſuppleant Longobardica inſtituta.

De Poruſſici iuris ſupplemento.

STatuta ſi deſunt deficiuntque, tum locus iuri communi (xx): aliter in Poruſſia, ubi tum uel ratio conſulenda uel respublica (yy).

Qui ius commune ſuppleat ſtatuta?

(xx) Quoniam illud fere in omnibus D Europae prouinciis regnat. Ideo hunc iuris ordinem in clientelis habet *Obertus de* ORTO: ut primum ſtatuta, tum iura communia et leges Romanae conſulantur *2. F. 1. pr.* Idem praecipiunt ROSENTHAL *cap. 1. concl. 15.* STRVVIVS *cap. 1. theſ. 13.* In ipſa olim Poruſſia uerum hoc fuit; quod pandectarum teſtatur prooemium. Verba, quae huc pertinent, ſunt haec; *Und* E *dieweil uns nicht unwiſſend, daß in dieſen unſerm Hertzogthum Preuſſen, nebſt den Cœlmiſchen Rechten die allgemeine beſchriebene Kayſerliche Satzungen und* Conſtitutionen, *ſo wohl auch das Sæchſiſche Recht zum Theil von denen Tæchtern* in cauſarum deciſionibus attendiret, *auch von den* litigirenden *Partheyen vielfæltig angezogen und* allegiret *auch dieſelbe Sæchſiſche Rechte zum Theil in dieſem Hertzogthum angenommen worden*, et quae ſequuntur deinceps.

Qui iuris Caeſarei et Saxonici uſus in Poruſſia ſublatus?

(yy) Verba hic ſenſusque nos ſequimur Poruſſicarum pandectarum. Nam in *editione 1620.* procurata prooemium eſt hoc: "Wir haben daneben befunden, " ſeynd auch deſſen genugſam berichtet, " daſs dieſelbe (de iure Caeſareo et Saxoni- " co erat

DIFFER. VII.

"co erat ſermo) ſehr weitlæufftig und dem "gemeinen Mann unverſtændlich, zu dem "mehrentheils unrichtig, zweiflich, diſpu-"tirlich, auch wohl ihnen ſelbſt, wie auch "das Culmiſche Recht, wiederwærtig ſeyn. "Und dahero oftmahls vielerley be-"ſchwerliche Unrichtigkeiten und confu-"ſiones in den Gerichten, im Urthel ſpre-"chen und bey den Unterthanen im Ver-"ſtand und ungleicher Meynung ermeld-"ten Sæchſiſchen und Culmiſchen rech-"tens mit nicht geringem deroſelben "Nachtheil und Schaden daraus erfolget "und entſtanden. Iſt demnach unſer Will "und Meynung, da ſich ie einiger Fall, "der in gegenwærtiger unſerer Ordnung "und Landrechten nicht begriffen, künff-"tiglich begeben oder zutragen würde, ſo "ſoll derſelbige fortmehr nicht nach den "obberührten alten (ad Caeſarea et Saxo-"nica iura reſpicit legislator) und nun-"mehro aufgehobnen Rechten, Gewohn-"heiten und Gebræuchen gerichtet und "geurtheilet: ſondern zu unſerer und der Stænde hierzu deputirten deciſion und" diiudication ex aequo et bono, der Sa-" chen Umſtænde und Gelegenheit nach" geſtellet werden. Immaſſen daſſelbe in" allgemeinem Landtage ann. 1612. von al-" len Stænden geſchloſſen worden." Neque aliter habet editio anni 1685. Niſi quod in ea tantum ordines ſint omiſſi neque communis et Saxonici iuris mentio uerbis ſit facta, licet re ipſa idem diſponatur. Id ergo uolunt Poruſſiae legislatores: *iuris communis Caeſarei et Saxonici ſublatum eſſe uſum, qui neque ſubſidiarius eſſe debeat in Poruſſia. Quoniam caſus in Poruſſicis pandectis omiſſi ex aequitate ſupplendi ſint a principe et republica.* Et ſane *Libro VII. des Landr.* eapropter deciſiones clientelarum additae ſunt nouiſſimae, ne quis priuatus ſibi uiam eligat iuris communis. Hoc cum ita ſit, non uideo, quo fine editis ad ius Poruſſicum commentariis *Grubeniano, Kleiniano, Schulziano* tanti legum doctorumque Romanorum adparatus.

DIFFER. VIII.

DIFFERENTIA VII.

Poruſſico uaſallo quod ſtipendium?

Tit. 1. §. 1. de ſtipendio pro ſeruitiis.

IVre communi dubium eſt, num ad ſeruitia, domino *gratis* praeſtanda, obſtrictus ſit uaſallus (zz): Poruſſico iure uaſallus nobilis *octo*, alius ex plebe *ſex denarios* accipit idque ſingulis diebus (aa).

Seruitia qui gratuita?

(zz) In *Luſaticis different. 25. litt. cc.* cauſas indicauit dominus praeſes, quare malit, *gratis* ſeruire uaſallum, quam pro mercede. Quoniam loco ſtipendii eſt eidem *feudi uſus.* Vt adeo nulla *2. F. 107.* tribuenda ſit auctoritas in uerbis: *Antiquatum eſſe cognouimus dominorum ſumtibus ſeruitia miniſtrare uaſallos. Quod iuſtum eſt, quia nemo propriis cogatur impendiis militare. Maxime autem, ſi extra ciuitatis teutoria fatigetur.* Quae ſententia feudiſtae ingenii eſt obtuſi. Nam quod militi eſt ſtipendium: illud uaſallo reditus feudales. Exulat igitur capituli auctoritas in foro, quoniam eſt in *extrauagantibus.*

Quae Poruſſiae uaſallis ſtipendia?

(aa) Ordinem ſequimur Poruſſiae *pandectarum.* Ita autem *lib 7. tit. 1. §. 1. ledoch daß in unſerm Hertzogthum den dienſtpflüchtigen Lehenleuten, wenn Sie aufziehen, die gebræuchliche Liefferung: als nemlich einem Herren oder Adelſtandes von ieglichem Dienſt, ſo er leiſtet, 8. Gr. einem Freyen oder andern aber 6. Gr. vor einen Tag aus unſern Aemtern gegeben werde.* Idem in Pomerania, Sileſia, Mecklenburgicis uicinisque principatibus aliis. Cuius hodie nullus fere uſus. Quoniam milites regno ſunt mercenarii neque uaſallis ſeruitia indicuntur, ſed nummi *nach* proportion *der Ritter-Pferde, welche auf ihren Leben-Gütern zu ſtehen pflegen.*

DIFFERENTIA VIII.

Qui in Poruſſiae feudis ſucceſſio collateralium?

Tit. 1. §. 2. de collateralibus primi acquirentis.

IVre communi *collateralium* primi feudum acquirentis nulla *ſucceſſio* (bb): qui tamen *ſuccedunt* iure Poruſſico in *caſibus* cauſisque ibi definitis (cc).

Qui in feuda non ſuccedunt.

(bb) Solis enim *deſcendentibus* feudum acquiritur, quos *Obertus 2. F. 23.* heredes adpellat, intellige *poſteros* legitimos. Quo intuitu in feudis ex pacto et prouidentia illud etiam uerum eſt: quod in illis alia ſucceſſio non ſit, quam deſcendentium, non ultimo defuncti intuitu; ſed primo feudum acquirentis. Quod fruſtra de omnis generis feudo tueri uolunt alii ex doctrina Vulteiana.

Qui ſuccedunt?

(cc) Ita enim Poruſſicae pandectae *lib. 7. tit. 1. §. 2. der neuen Lehen art iſt, daß ſelbige nur auf die Erben abſteigender Linie fallen. Es würde denn ſolches anderſt* *bedun-*

DIFFER. IX.

bedungen; oder es haetten die Vettern oder A *auch fremde die geſamte Hand; oder es würde damit nach dem neuen Magdeburgiſchen Priuilegio gehalten.* Quod *primi* et *alterius* generis collaterales ſuccedant, illud quidem iuris etiam eſt communis Longobardici et Saxonici. Sed ultimum Magdeburgici iuris beneficium Poruſſicis legibus eſt ſingulare. Tum enim feuda haec ad dominum redeunt, non ſi poſteri ſint extincti; uerum ſi nullus ſuperſtes fuerit *ſocius nominis, ſtirpis, clypei et caſſidis eiusdem.* Verba priuilegii *Albertini* 1540. ſunt haec: *Wo aber der Nahme, Stamm, Schilt und Helm, ohne einige mehr gelaſſene Erben des Stammes und Nahmens mannlichs oder weiblichs Geſchlechts gantz und gar abgehen ſolte: ſo ſolle alsdann ſoches an die Herrſchaffi kommen.* Idem poſtulant in feudis Franconiae ac Sueuiae uaſalli nobiles, Caeſarei imperioque addicti abſque intermedio. Quod nos docent *acta Haſsberg contra Caſtel.* Idem in Geldriae aliisque feudis licet, quod *dn. praeſes* oſtendit *in Geldria Cliuiae adſerta c. 2. §. 9. 10.*

DIFFER. X.

DIFFERENTIA IX.

Qui in Poruſſiae feudis liberi continuent poſſeſſionem?

IVre communi ueteri dicitur, quod feudum acquiratur nonniſi inueſtitura (dd): quae exulat in Poruſſiae feudis antiquis (ee). *Tit. 1. §. 3. de inueſtitura.*

Qui in antiquo feudo opus etiam ſit inueſtitura?

(dd) Verba decreti ſunt clariſſima 1. *F.* 25. *Sciendum eſt, feudum ſine inueſtitura nullo modo conſtitui poſſe.* Sed tamen aduerſum eſſe uolunt huic doctrinae, quod 2. *F.* 33. habetur: *Sciendum eſt feudum acquiri* 1) INVESTITVRA 2) SVCCESSIONE 3) *eo* SVMBOLO, *quod inſtar inueſtiturae reputetur.* Putant uulgo, quod primum decretum de *nouo:* alterum de *antiquo* feudo ſit uerum. Ego malim diſtinguere tempora. Cum feuda olim expirarent cum uaſallo, neque filii eorundem ſuccederent, niſi ex noua domini gratia beneficioque, quod dicitur 1. *F.* 1. §. 1. haud dubie uerum fuit decretum 1. *F.* 25. Ex quo autem feuda non *perſonae* collata, ſed *genti poſteriſque* uaſalli: *ihme und allen ſeinen ehligen Leibes-Erben,* tum praeter inueſtituram, alius feudi titulus inductus, nempe *ſucceſſio.* Vnde, me quidem exiſtimante, inueſtiturae in feudo antiquo hodieque tribui nihil poteſt, quam ritus et nomen. Idque uerum eſt, ſiue uaſallus mutetur; ſiue dominus. Formula enim clientelaris: *dominum iuxta atque uaſallum fieri ſolet omnibus utriusque poſteris ac ſucceſſoribus.*

B ueſtitura etiam eo caſu ideo prodeſſet: *quia uaſallo tribueret poſſeſſionem finiretque litem cum domino metuendum.* Verum neque hoc dicendum. Quoniam moribus inſtitutisque Germanicis etiam de poſteris primi feudum acquirentis dici poteſt, quod Romani dederunt non niſi heredibus *ſuis.* Scilicet, quod ipſo *iure* ſuccedant; quod hereditatem non acquirant, ſed *retineant*; quod non repudient illam, C ſed ab ea *abſtineant*; quod non iura tantum continuent, uerum etiam *poſſeſſionem* ceteraque a VINNIO collecta ad §. 2. *Inſt. de hered. qualit. n. 3.* Quo enim iure de liberis emancipatis hoc ſcripſit CARPZOVIVS *lib. 3. deciſ. 225. n. 21.* ac tuitus eſt moribus Germaniae aduerſus *l. 23. ff. de acquir. uel omitt. poſſeſſione*: eo quoque adfirmare illud licet de illis uaſallis, quibus in clientelaribus litteris a primo feudum D acquirente iam eſt proſpectum. Romana certe ſunt, quae aduerſus Carpzouium HAHNIVS ſcripſit *de tranſitione poſſeſſionis in heredem.* Mihi Poruſſiae lex fauere uidetur Carpzouianis. Quod etiam patet ex eiusdem *Libri VII. tit 1. §. 5. Der Lehen herr ſolle den Lehenmann in den Beſitz des Lehens bringen. Wenn aber der Lehenmann ſolche* poſſeſſion *des Lehenguts vorhin hat, als wenn NB. ein Vetter den andern erbet,* E *iſt ſolcher* immiſſion *oder Einſatzes nicht vonnöthen.* Imo ne quidem *inueſtiturae* tum *renouationem* aliquam fieri, ſunt qui ſcribunt. Quod omnino aduerſum eſt 1. *F.* 4. §. 2.

In antiquis Poruſſiae feudis qui opus non ſit inueſtitura?

(ee). Verba legiſlatoris *lib. 7. tit. 1. §. 3.* ſunt haec? *In altvæterlichen Stammlehen iſt keines leiblichen Einſatzes oder* inueſtitur *vonnœthen, weil ſich dieſelbe* perpetua ſucceſſione continuiret. *Folglich der Lehensfolger keiner fernern Suchung in die* poſſeſſion *nœthig hat.* Sed tamen uera in-

DIFFERENTIA X.

Qui Poruſſiae feuda non ſint uſusfructus?

IVre communi feuda habentur uſusfructus (ff): quae neſciunt leges Poruſſiae (gg). *Tit. 1. § 4. de utili dominio.*

(ff) Ipſa

DIFFER. XI.

Qui feuda uſusfructus?

(ff) Ipſa decreti uerba *2. F. 23. ſub fin.* ſunt haec: *Feudum eſt* beneficium *rei cuius domino manet* proprietas : uſusfructus *tranſit ad uaſallum.* Scio, quid diſputent hic iureconſulti de uerbo uſusfructus. Cum enim uideant, hodie *uaſalli* iura maiora eſſe, quam *uſufructuarii*, cum primus in re mutare atque uertere illam poſſit in alium ſtatum. DD. ad *2. F. 28. in medio*; quod factu nefas eſt ſecundo *l. 44. et 61. ff. de uſufr.* inde crediderunt, uſumfructum hic accipiendum eſſe in ſenſu iuris Longobardici aut Germanici, quibus populis dominii et uſusfructus diſcrimina fuerint ignota. Nos autem in *beneficiatis* feudis negamus olim maiora uaſalli iura fuiſſe, quam uſufructuario : quae poſtea artibus uaſallorum iuere in *utilis dominii* licentiam. Vnde memini noſtrae Germaniae curias quasdam negare uaſallis iura maiora hodieque. Qua de re *dn. praeſes* ex inſtituto in ſyſtem. feud. *ſect. 2. cap. 1. §. 2.*

DIFFER. XII.

Poruſſiae uaſallis eſt utile dominium.

(gg) Ita *lib. VII. tit. 1. §. 4. Der Lehnmann hat das nieſsliche Eigenthum*, utile dominium *genannt.* Neque praeter rem. Quoniam pleraque Poruſiae feuda habenda ſunt pro *oblatis.* Quae ſacrae militiae ordines non *dederunt* aliis: ſed *acceperunt* a nobilibus ſubditis in clientelam.

DIFFERENTIA XI.

Qui Poruſſiae uaſallis debeantur feudi incrementa.

Tit. 1. §. 5. de feudorum incrementis.

IVre communi dubium eſt, feudorum *incrementa* num *domini* ſint, an autem *uaſalli* (hh): aliter in Poruſſicis, quae omnia feudi incrementa adſignant *uaſallis*, ne quidem exceptis *inſulis* (ii).

Cui incrementa debeantur feudorum?

(hh) Habemus quidem decretum clientelare *I. F. 4. §. 5.* ſenſus fere eiusdem: *Si uaſallus de manſo fuerit inueſtitus, dominus uel ſibi in prouincia* (ita ego curtem acceperim) *reſeruauit* (αὐϑέντοτα) *uel non. Si ultimum, incrementa pertinent ad uaſallum, ſi primum, cedunt illa domino eousque, quousque non probet uaſallus incrementorum in inueſtituris factam mentionem.* Haec expoſitio decreti eſt noſtra, quam tuebimur. Quid uero num inter incrementum *patens* et *latens*; *paruum* et *magnum*; *continuum* et *diſcretum*; *ſubterraneum* et in *ſuperficie* diſtinguendum, primaque domino; altera uindicanda uaſallis. Qui auctores ita titubant, eorum nomina congeſſit STRVVIVS *cap. 12. §. 6.* Ego digitum intendo ad mores cuiusque regionis. Nam ubi inter principis *regalia* illa ſunt, quae noue in prouinciis accedunt ſuboriunturque: ibi caſtra ſequerer principis. Sin res ſe habeant ex aduerſo, ſtarem pro uaſallis. Idque non ſolum auctoritate decreti: ſed etiam ex ratione, quod ſi domini ſit, ſupplere, quae feudo deſunt; illius etiam ſint, quae ſuperfluunt abundantque. Et ſi uſufructuarii in allodiis non alia iura habent: illud certe diſplicere non debet hominibus beneficiariis.

Qui in Poruſſiae feudis incrementa ſint uaſallorum?

(ii) Ita enim legislator *lib. 7. tit. 1. §. 1. Wo ſich auch das Lehngut etwas beſſert und zunimt durch Anwachs, Waſſer, Inſeln,* Seruituten *oder andern Sachen: ſo gebæren ſolche* incrementa *dem Lehenmann allein zu. Es hætte ſich dann dergleichen der Lehensherr vorbehalten.* De *inſularum* iure dubitarunt quamplurimi. Quoniam illas referre ſolent iure meritoque inter principum, Germaniae praeſertim, *regalia.* Idque eo magis, quoniam ipſe imperator *inſularum iura* olim ſibi uoluit uindicare inſtar *reſeruatorum.* Qua de re uidendus eſt GRYPHIANDER *de iure inſularum cap. 21.* ex inſtituto.

DIFFERENTIA XII.

Qui allodia Poruſſico iure offerre liceat in clientelam.

Tit. 1. §. 6 de uerſione allodii in feudum.

IVre communi *allodia* nequeunt *uerti* in feudum (kk): quod tamen fas eſt Poruſſico in *Culmenſibus* praediis. (ll).

Qui hodie nefas, allodia uerti in feuda?

(kk) Sunt enim allodiales fundi *tributarii*; qui expungi nequeunt e matricula *dem Steuer*-cataſtro; niſi cum illorum conſenſu, quorum intereſt, ne tributorum onera reliquis ſubditis accreſcant. Inde hodie iudicia recuperatoria aduerſus poſſeſſores praediorum, quae ex *allodiis* uerſa ſunt in *feuda* ſubductaque ſunt prouincialibus tributis, *denen gemeinen Landſteuren.* Quorum loco uaſalli *ſeruitia* praeſtant, uel in ſtatu reipublicae parum ſecure pendunt pro illis numos.

Qui ex allodiis fieri queant feuda in regno Poruſſiae?

(ll) Ita enim *lib. 7. tit. 1. §. 6. Wenn einer ſein Erb oder Colmiſch Gut zu Leben machet, wie ein jeder thun kann, das iſt auch ein neu Leben.* Equidem ſupra coniecturas aperui, quare etiam clientelas olim fuiſſe credidi *Culmenſes.* Verum ſi de illis ſer-

lis ſer-

DIFFER. XIII. XIV.

lis fermo eſt, *allodii* uox accipitur pro *hereditario feudo* et feudi uerbum pro *feudo* tantum *proprio*. Paeterea poſſunt Cul-

A menſa etiam praedia duplicis eſſe generis uel cum clientela uel abſque illa.

DIFFER. XV.

DIFFERENTIA XIII.

Qui Poruſſiae feuda conſtituantur in nummis?

Tit. 1. §. 7. de feudo pecuniario.

COmmuni iure feuda uerſantur in rebus *immobilibus* (mm): in Poruſſico clara mentio fit *pecuniae*, quae in nexu clientelari (nn).

Feudorum eſſentia num in re immobili?

(mm) Huius poſitionis adeo certi eſſe ſolent doctores, ut feuda definire audeant: *utilitates alicuius* PRAEDII *ſeu rei* IMMOBILIS *ſub lege fidelitatis.* Qua in re ipſe b. m. STRYKIVS impingit tam in ueſtibulo *examinis*, quam in *cap. 2. qu. 11.* et in *c. 4. qu. 22.* Eſt etiam *cap. 4. qu. 23.* peccatum in eo, quod uerbum *Lebenſtamm* huc trahat. Cum illud reſpiciat tantum ſummam, ultra quam aere alieno feudum nequit adfici. Inde formulae; *er kœnne auf ſein Guth, ſo 20000. Rthl. werth, biß auf 6000. ſo als der Lebenſtamm den mitbelehnten verbleiben müſſe, ſo viel erborgen als ihm gefalle.*

Qui pecunia conſtituat feudum?

(nn) Ipſe legislator *lib. 7. tit 1. §. 7.* fingit deciditque caſum. *Wenn ein Mann oder Weib mit unſerer Bewilligung ſich alſo verglichen, daſs ihre aus dem Leben erworbene Bahrſchafft zu Lehenrecht zu achten. Doch daß dergleichen Gelder das überlebende theil zu genieſſen hætte. Nach bey-* B *derſeits tod aber iedes ſeinen Verwandten das ſeinige zufallen ſollte, dergleichen Verordnung ſolle kræfftig ſeyn.* Quamuis enim numorum uſus uerſetur in abuſu. Non tamen ideo, qui numos expendit creditque alteri, ideo illos amittit ex ſuis opibus. Niſi debitor cadat bonis. Eius generis meditationes dedere cauſam SALMASIO, quare in mutuo ſupereſſe putauit finxitq; creditori dominium. Cuius commenti C irriſores fuere WISSENBACHIVS; TABOR pluresque alii. Ceterum moribus medii aeui innumera notaui exempla, quod principes imo ipſe imperator uiris ſtrenuis pecuniae ſummam numerarunt: ea quidem lege, ut, quousque illam redderent, in nexu eſſent beneficiario praeſtarentque feudalia ſeruitia. De alius generis pecuniariis feudis exempla uicinae D Marchiae laudarunt SCHEPLIZ *tit. 25.* et in Saxonia CARPZOVIVS *part. 3. conſtit. 30. defin. 9. 10.* ut loca taceam *Coepeni* et *Pruckmanni.*

DIFFERENTIA XIV.

Vtri expectiuario cedat feudum?

Tit. 1. §. 8. de expectatiua feudali.

IVre communi docetur, inter unius feudi plures expectiuarios praeferendum eſſe poſſeſſorem (oo): Prutenica iura ſtant pro antiquiori expectatiua (pp).

Qui expectiuario poſſeſſori feudum debeatur?

(oo) Ita arguunt doctores ex *l. 15. C. de R. V. quoties in ſolidum praedium iure diſtrahitur, manifeſti iuris eſt, eum, cui priori traditum eſt, in detinendo dominio eſſe potiorem.* Vnde clarum eſſe dicunt, expectiuarium *poſſeſſorem* iura excludere alterius, cui tantum tempore priori facta promiſſio feudi ſiue *ſimplex* ſiue iuxta inueſtituram *abuſiuam.* Loca et rationes ita docentium conduxere SCHRADER *part. 2. c. 5. n. 20. ſeq.* STRVVIVS *cap. 8. §. 9. n. 5. 6.*

Qui poſſeſſori praeferatur antiquior promiſſio?

(pp) Ita accipio deciſionem legislatoris *lib. 7. tit. 1. §. 8. Wenn ein Herr ein neu Lehen zweyen unterſchiedlich belehnet: ſo hat der den Vorzug, der die erſte Zuſage und Verſchreibung erlanget.* Si enim caſum E reſpicerent haec uerba, quando neuter poſſideat: deciſio eſſet ſuperflua. Id uero exiſtimauimus, Poruſſici iuris in eo cum canonico eſſe harmoniam. Claré enim in *c. 12. X. de reſcript. in 6.* dicitur: *quod prior tempore factae promisſionis potior eſſe debeat iure.* Et planius in *cap. 17. X. de praeb. in 6.* definitur: *Si tibi abſenti beneficium conferatur. Licet per collationem tuum dici non posſit. Alii tamen nequit* F *conferri. Quod ſi collatum ſit, uiribus non ſubſiſtet.* Neque forte immerito. Quoniam poſterior obligatio non tollit priorem; qui ſemel rem uni debet, ille eandem non habet liberam, ut conferat alteri; neque poſſeſſorium expungit iura petitorii, cetera.

DIFFERENTIA XV.

Num repraeſentatio inter liberos fratris?

Tit. 2. §. 1. de iure repraeſentationis.

IVre communi diſputant, num *repraeſentationis* commoda ualeant in fratrum

DIFFER. XV. XVI.

trum liberis (qq): Porusſicae leges clare definiunt, repraeſentationis iura in illis expirare (rr).

DIFFER. XVII.

Qui repraeſentationis iura infinita?

(qq) Id quidem non ſolum iure ciuili *Nou.* 118. *c.* 2.3. ſed etiam feudali *2. F.* 11. clarum eſt, *quod, liberis deficientibus, uocantur primo fratres cum fratrum praemortuorum filus.* Num uero eius generis *repraeſentatio* locum etiam habeat ulterius, ſi fratrum liberi aut nepotes inter ſe concurrant in ſuccedendo: an uero in ſolis fratribus, concurrentibus cum fratrum aliorum liberis, repraeſentatio finiatur, in eo quidem non conueniunt ſententiae et doctores. Multi certe, ubi eadem ratio ſit, ibi eandem legis diſpoſitionem urgent, quorum nomina cumulate recitant ROBLES *de repraeſentat. lib. 2. c.* 29. atque *Ioan. a* SOMEREN *in tractatu de repraeſentat. cap. 3. §. 4.* Quo etiam iure uiuunt plures populi *Britanno Galli, Pictones, Aruerni, Bruxellani, Flandri* aliique. Quod in feudis illi quidem tuerentur felicius, qui omnem feudi ſucceſſionem, primi acquirentis intuitu, eſſe putant nonniſi deſcendentium.

Qui repraeſentatio in ſolo fratrum liberorumque concurſu?

(rr) Ita enim legislator Poruſſus *l. 7. tit. 2. §. 5. Wenn aber der Lehnmann gar keinen Bruder, ſondern Bruders-Sæhne verlaſſen hætte: ſollen ſelbige nicht in die Stæmme, ſondern in die Hæupter folgen.* Summatim: *repraeſentationi nullus locus, niſi in concurſu fratrum cum fratrum liberis.* Quod omnino album meretur calculum. Nam *repraeſentationis* iura apud Romanos tantum in ſucceſſione *deſcendentium* ualuere, exularunt uero in reliquis. Quia ſoli *deſcendentes* ſanguinem trahunt augentque acquirendo bona patris et aui, ut adeo iniquum eſſet, nepotes a liberis excludi. Neutra autem ratio eſt in fratribus eorumque liberis, ad quos Iuſtinianus repraeſentationis limites produxit. Iure quidem derogatorio, quod ultra perſonas expreſſas locum non meretur. Ita BALDVINVS *in Iuſtiniano lib. 4.* KELLENBENZ *de renunciat. quaeſt. 33. n. 10.* BERLICHIVS *part. 3. concluſ. 34. n. 26.* CARPZOVIVS *part. 3. conſtit.* 18. *deſ.* 3.

DIFFERENTIA XVI.

Qui fratres germani non praeferantur conſanguineis?

IVre communi dubium eſt, num *germani* praeferri debeant in feudi ſucceſſione fratribus *conſanguineis* (ss): uerum ad Porusſiae feuda idem eſt utriſque locus eademque iura (tt).

Tit. 2. §. 6. de ſucceſſione conſanguineorum cum germanis.

Qui conſanguinei cedant fratribus germanis?

(ss) Ipſam imperialem curiam ita ſenſiſſe; quod *fratres utrinque* coniuncti fratribus ex *uno* tantum latere coniunctis, etiam *conſanguineis*, in feudi ſucceſſione debeant *anteferri*, id quidem docent teſtanturque GAILIVS *lib. 2. obſeru.* 151. *n.* 1. et *Guil.* FORNERIVS *de ſucceſſione collateral. n.* 8. Idque propterea, quia iure ciuili ita ſit conſtitutum *Nouell.* 118. *c.* 3. neque contrarium in feudalibus decretis reperiatur. Proinde iuris ciuilis diſpoſitioni inhaerendum. Praeſertim quod duplex uinculum arctius ſit, quam ſimplex et unum.

Qui conſanguineorum eadem iura cum germanis?

(tt) Verba legislatoris *lib. 7. tit. 2. §. 6.* ſunt haec; *Es erben auch die halbe Brüder vom Vater mit den vollen Brüdern zu beyden banden von Vater und Mutter. Dann in der Lebensfolge allein das Geblüth vom Vater anzuſehen.* Idem ſentiunt ROSENTHAL *cap. 7. concluſ.* 57. BITSCHIVS *ad 2. F. 11. p.* 293. innumerique alii.

DIFFERENTIA XVII.

Qui filiae in feudis ſuccedant?

IVre communi filiae ac ſorores a feudi ſucceſſione excluduntur (uu): utraſque admittunt Porusſica iura, antiquiora quidem ante agnatos (xx), poſteriora demum his deficientibus (yy), ſiquidem beneficia formulae ſint Magdeburgicae (zz).

Tit. 2. §. 6. de ſucceſſione filiarum.

Qui a feudi ſucceſſione foeminae excludantur?

(uu) Non quidem ob ſexus pudorem aut infirmitatem: ſed quod foeminae inhabiles ſint gentium quodam iure munerum publicorum, *l. 2. ff. de R. I.* ad generandum et educandum natura uocatae. Ceterum clara ſunt decreti uerba 2. *F.* 36.

Qui foeminae excludant maſculos remotiores?

(xx) Ita conſtitutio TRVCHSESSIANA a. 1487. §. 1. 2. ſcilicet mortuo uaſallo filii uel ſuperſtites ſunt, uel non. Si ultimum, filiae ſtatim ſuccedunt: ſi primum, tunc demum, ſi filii ac nepotes fuerint extincti. Summatim: *maſculi in eodem gradu excluſere foeminas; ſed foeminae maſculos excluſere gradus remotioris*

Digitized by Google

DIFFER. XVIII.

motioris. Priuilegii uerba repetere licet ex *adpendice monumentorum.*

Qui foeminae ſuccedant in ſubfeudum?

(yy) Scilicet *Albertina conſtitutio* anni 1540. filiarum ſororumque ſucceſſiones in feudis tum demum admittit, ſi maſcula poſteritas expirauerit illius, qui feudum primo acquiſiuit. Etiam hanc dabimus in *adpendice monumentorum.*

Formula Magdeburgica

(zz) Quod clare dicit legislator *lib. 7. tit. 2. §. 6. Wenn kein* agnatus *mehr vorhanden oder einer, der deß Magdeburgiſchen* priuilegii *fæhig iſt: ſo fællet das Leben dem Herrn wieder heim.* Scilicet in priuilegiis an. 1487. atque 1540. diſcrimen eſt ſublatum inter feuda Magdeburgica ſexus unius et utriusque. Tum enim confuſa ſunt haec iura. Vt ex illo tempore feuda Magdeburgicae formulae iam omnia ſucceſſionis in Poruſſia ſint promiſcuae ſiue ad utrumque ſexum.

DIFFER. XIIX.

DIFFERENTIA XVIII.

Qui a feudis excludantur matrimonio legitimati?

IVre communi, diſputant doctores, a feudi ſucceſſione excluduntur liberi per ſubſequens matrimonium legitimati (aa): qui autem Porusſica lege a feudorum ſucceſſione excluduntur (bb).

Tit. 2. §. 10. de ſucceſſione liberorum illegitimorum.

Qui matrimonio legitimati ſuccedant in feudis?

(aa) Vere ſamoſa ſunt uerba decreti 2. *F. 26. §. 10. Naturales filii, licet poſtea fiant legitimi, ad ſucceſſionem feudi nec ſoli nec cum aliis admittuntur.* Diuerſarum opinionum magna hic ſeges. Alii decretum intelligunt de illis, qui nondum legitimati ſint, tempore delatae in feudum ſucceſſionis. Quorum ſententia *ante legitimati* ſuccedere poſſunt, ſolique excluduntur *legitimandi*, id eſt, *poſtea ligitimati.* Alii uolunt, reiici tantum *legitimatos* principis *reſcripto*, ſi quidem nulla ſucceſſionis clientelaris facta ſit mentio in eodem. Alii hanc mentionem habent pro nulla. Alii contra exiſtimant, excipi ab hoc decreto per *ſubſequens matrimonium* factam legitimationem. Vltimae etiam ſententiae patrocinium praeſtant *imperialia iudicata.* Quorum meminerunt GAILIVS *lib. 2. obſer.* 141. *n.* 2. MYNSINGERVS *cent. 5. obſeru. 42. n. 2. 3.* ROSENTHAL *cap.* 7. *concluſ. 8. n. 1. 2. 3.* Ita enim uelle aiunt leges *naturales, diuinas, eccleſiaſticas, ciuiles, publicas* diuerſorum populorum. Quae legi poſſunt apud laudatos ſcriptores in iisque honoris cauſa nominandum *Fridemann.* SCHNEIDERVM Fridericianae Prorectorem in diſſ. *de ſucceſſione legitimatorum.* Ex quo concentu omnino fingunt formantque ius commune.

Qui matrimonio legitimati excludantur?

(bb) Apertus et planus eſt legislator *lib. 7. tit. 2. §. 10. Obwohlen die Kinder durch ehlige Gemahlſchafft nachhero* legitimiret *und in dem erbe denen andern Kindern, ſo in der Ehe gezeiget, gleich gehalten werden; auch der gemeine Schluß faſt aller Lehens-Lehrer dahin gehet; ſo haben wir doch dahin geſchloſſen, daß ſolche Kinder, ſo durch nachgehende Ehe* legitimiret, *der Lehen nicht ſollen fæhig ſeyn.* Neque praeter rem cauſamque. *Principio* fieri poſſet, ut ita domini *apertura* multoties eluderetur. Memini caſus. Baro uaſallus, ſterile eum metueret matrimonium, uirginem nobilem inuitauit mouitque ad concubitum, hac ei data fide, ſi grauida foret, duceret uxorem: ſin minus, ſolueret ei, ne ſterile matrimonium in cauſa eſſet periturae familiae. Alius duriorem legem uirgini propoſuit, ut ante aliquot filiorum, feudi futurorum ſucceſſorum, mater eſſet, quam eius audiret uxor. Vterque enim conſuli tum poſſe credidit cum uitiatae; tum liberis naturalibus, ſi macula per ſubſequens matrimonium deleretur. Vitio igitur uerti nequit domino, ſi eius generis fraudibus iuerit obuiam excluſeritque a ſucceſſione ita legitimatos. *Deinde* ſi uerum eſt, quod Conſtantinus M. auctor primus ſit legitimationis per ſecutum matrimonium, illa tanti non eſt facienda, cum haud dubie eam protulerit ſuperſtitio ſacramenti in matrimonio. *Poſt* ſi graue non eſt, uiam ſucceſſionis negare legitimis filiabus, fruſtra ſunt legitimatorum querelae. Quibus reſpondebant, poſt Angliae iureconſultos BRACTONVM *lib. 2. cap. 29.* et SELDENVM *ad Fletam cap. 9.* quibus liberis etiam negant illi ſucceſſionem in allodio, SCHRADERVS *part. 7. c. 5.* HOTTOMANNVS *in cauſ. 10.* VVLTEIVS *lib. 1. cap. 9. n. 94.* aliique deciſionis Poruſſicae patroni. An uero mitius iudicandum de liberis ex *anticipato concubitu cum ſponſa aut concubina,* ſiue illi ante eulogiam ſacerdotalem ſiue poſt editi ſint, diſquirunt CARPZOVIVS *part. 2. c. 14. def. 12.* et HORNIVS *cap. 15. §. 3. p. 370.* Quod tum adfirmarem, ſi mulier uirum eſt paſſa poſt promiſſionem futuri matrimonii.

DIF-

DIFFERENTIA XIX.

Qui ſucceſſio feudi negetur muto, ſurdo, caeco, claudo?

IVra communia *mutis, ſurdis, caecis, claudis* aliterque imperfectis ſucceſſionem in feudo non negant (cc): quibus Poruſſiae leges ſunt duriores, qui corpore ita *uitiatos* non tolerant feudi ſucceſſores (dd). *Tit. 2. §. 11. de ſucceſſione muti, caeci, ſurdi, claudi.*

Qui corpore uitiatis detur ſucceſſio?

(cc) Tueor ego auctoritatem *Oberti* et *Gerardi*, qui in feudorum decretis habent duumuiratum. Ita autem illi *2. F. 36. Mutus et ſurdus, caecus, claudus uel aliter imperfectus, etiam ſi ſic natus fuerit: totum feudum paternum retinebit. Obertus et Gerardus et multi alii. Quidam tamen negant, quia ſeruire non ualet.* Vltimum etiam hoc intelligitur ex loco alio *1. F. 6. §. 2.* ubi ſententia: *mutus feudum retinere non poteſt. Debentur tamen ei alimenta.* Quid in hoc decretorum diuortio. Ego hodie certe ſubſcripſero duumuiris. Rationes ſunt hae. *Primo* hodie ad *ſeruitia* ne quidem admittuntur uaſalli, quos ſoluere oportet, quod dominus exigit *vor die Ritter-Pferde.* Aduerſi ergo decreti ceſſat ratio. *Deinde* feuda hodie noſtra partim ſunt oblata, partim emta acquiſitaque non gratis, ſed pretio ſoluto. Ob utramque cauſam mitius eſt agendum cum uaſallo. *Poſt* cum mores tolerent eum, qui haec uitia contrahit iam uaſallus, ex eadem certe cauſa admittent ita uitiatum ſucceſſorem, cui iamiam proſpectum eſt ex prouidentia maiorum, cetera.

Qui negetur ſucceſſio corpore uitiatis?

(dd) Rigor legiſlatoris *lib. 7. tit. 2. §. 11.* eſt quidem hic: *Es ſollen noch kœnnen auch die Stumme, Taube, Blinde und Krüpel von Natur die Leben nicht erben. Sie müſſen* A *aber aus dem Leben ihre Nothdurfft bekommen. Wenn aber dergleichen Perſonen das Leben ſchon haben, mægen ſie es behalten.* Id autem uitio uerterem Poruſſico Triboniano, quod putida etiam decreta feudorum κατὰ πόδα ſit ſequutus inſtar tironis, qui praemium quaerit in uerſione formulae, quam ei dedit magiſter. En ſpecimen! Habentur *1. F. 6. §. 2.* uerba haec: Mutus feudum non retinet: *Sed ſi feudum fuerit* B *magnum* (alii legunt maternum) *et ſe exhibere non ualeat, ei relinqui debet, unde ſe ſuſtinere queat.* Quid noſter? *Wenn aber die Leben gut ſeyn, und ſie es bedürffen, ſollen ſie daraus unterhalten werden.* Rident interpretes feudiſtam, quod feudum ita onerauerit tantummodo *magnum.* Tantum abeſt, ut in eo imitationem mereatur. Sit exemplum aliud. Stupida feudiſtae eſt definitio *2. F. 23. Beneficium eſt* C *beneuola actio tribuens gaudium capientibus.* Sed tamen noſter *lib. 7. tit. 1. §. 1.* eam habet in deliciis redditque eam Germanice: *Es wird auch Leben* beneficium *genannt, eine Wohlthat, welche dem, ſo ſie empfæhet, Freude giebet,* cetera. Id igitur uerum eſt: *Pleraque Germaniae ſtatuta non mereri nomen patrii iuris; ſed legum uerborumque Romanorum eſſe frigidas, ieiunas, rudes et barbaras uerſiones.*

DIFFERENTIA XX.

Qui nefas ſit, hereditatem repudiari a feudi ſucceſſore filio?

IVre communi dubium eſt, num *filius ſuccedere* queat in feudo, ſi patris eſſe uoluerit heres in *allodio* (ee): Poruſſica uero iura filio propterea ſucceſſionem in feudo, licet illud prouidentiae debeatur maiorum, plene planeque negant (ff). *Tit. 2. §. 12. de filio ſucceſſore.*

Qui filius feudi queat eſſe ſucceſſor, licet non ſit heres?

(ee) *Verba* quidem feudalis decreti ſunt *clara*: *ſenſus* autem, quem inde doctores accipiunt, uarii ac *multiplices.* Ita enim *2. F. 51. §. 5.* FILIVS *non poteſt recuſare hereditatem patris absque feudo,* PROPINQVVS *autem poteſt.* Idem dicitur *2. F. 45. Si contigerit, uaſallum ſine filiis decedere,* AGNATVS, *repudiata hereditate,* feudum *poterit retinere. Vbi uero* FILIVM *reliquerit, ipſe non poteſt* hereditatem *ſine* beneficio *repudiare. Sed aut* utrumque *retineat aut utrumque repudiet.* Ad haec quid doctores? Conduxit eorum ſententias ac opi- D niones *dn. praeſes in diſſert. de obligatione ſucceſſoris ex facto anteceſſoris cap. 3. 4. 5.* Alii legem hanc execrantur eamque dicunt *ſtupidam, bardam, brutam, infantiſſimamque*, ut nullum mereatur locum in bene conſtituta republica. Indulgere enim, dicunt, patri, ut dilapidet bona aliena; ut feudo deſtituat filios, quod illis ex prouidentia debetur maiorum; ut liberos priuet feudis ditetque illis agnatos aut dominum. Alii decreta intelligunt de feudis tantum *hereditariis.* Alii *mixta* feuda *comminiſcuntur*, formulasque huc trahunt,

DIFFER. XXI.

dir und deinen eheligen Leibes Erben. Quaſi *heredis* uox eius generis habeat finem. Alii filium ab obligatione liberant, ſi confecerit inuentarium; ſi creditoribus redituum feudalium adſignauerit partem; ſi tranſigere uoluerit de paternis debitis arbitro domino, cetera. Quicquid ſit, huic tamen decreto nullam in Germaniae prouinciis deberi auctoritatem, illud quidem eſt, quod *dn. praeſes cap.* 5. probauit ex inſtituto. Quoniam filium, repudiata etiam patris hereditate, tueantur nihilominus in feudo principio *Sueuica* et *Saxonica* iura: deinde *mores* et diplomata medii aeui: tum *ſententiae* imperiales in camera curiaque Caeſaris: porro *rationes* utiles et honeſtae: *doctorum* denique numeri in conſulendo reſpondendoque. Vnde quidem ſatis eſt clarum, magna multaque eſſe huius doctrinae dubia ac momenta.

DIFFER. XXI. *Qui filium eſſe oporteat heredem et ſucceſſorem ſimul?*

(ff) Plana ſunt, quae *lib. 7. tit. 2. §. 12.* habentur: *Wenn ein Lehen-Mann Leibes-Erben hinterlæßt und ſo viel ſchuldig blieben, daß die Schulden aus den Culmiſchen Gütern nicht mæchten bezahlet werden und dann die Sæhne vermeinten nicht erben im Culm, wohl aber Lehensfolger zu ſeyn: ſo ſollen die Sæhne damit nicht gehæret noch zum Lehen gelaſſen werden, ſondern müſſen Lehen und erbe mit allen Bürden annehmen oder aber ſich beydes verzeihen. Da hingegen* (quod in §. 13. ſequitur) *die Vettern und* agnaten, *wo es nehmlich alte Væterliche Stamm oder Schwerd-Lehen ſeyn, ſich der Erbſchafft entſchlagen und im Lehen dennoch folgen mægen.* Plane ut decreta habent clientelaria *2. F. 45.* atque *2. F. 51. §. 4.* ad iſtaque loca interpretes ac doctores.

DIFFERENTIA XXI.

Quae debita uere ſint feudalia?

Longobardico iure ad *nullius* generis *debita* obligatur agnatus uaſallus in feudo (gg): uerum Poruſſica iura agnatum, ante heredes allodii, deuinciunt, ſi debitum *conſenſu* contractum *domini* etiam ſolius; ſi debiti cauſa *dos* filiae aut ſororis; ſi impenſae litterarum aut militiae factae; ſi uxoris *dotalitium*; ſi feuda inde uerſa ſint in ſtatum meliorem(hh).

Tit. 2. §. 13. de feudalibus debitis.

Qui feudi ſucceſſor ad nullum debiti genus obligetur?

(gg) In eo quidem concinunt iureconſulti, quod Longobardica decreta *agnatum* ad *nullum oneris* genus obligent ex feudo ſoluendum. Solum excipere ſolent *1. F. 6. §. 2.* ubi uaſallus alere ex feudo teneatur eum, qui a feudi ſucceſſione ob laeſi corporis uitia ſit excluſus. Ita *Hartm.* PISTORIS *lib. 1. quaeſt. 4. atque 31.* THOMINGIVS *deciſ. 27.* et, qui hunc confutare uult, SCHVLTESIVS *part. 3. c. 122.* Vnde autem tanta Longobardici iuris duritas in filias, uiduam, creditores defuncti uaſalli? Quos omnes in orbitate, miſera ſolitudine et paupertate relinquit ditiſſimi etiam feudi conſanguineus ſucceſſor. Scilicet *feudis* et *muneribus* eadem quondam indoles. Quis uero ſomnians obligauerit *praetorem, quaeſtorem, conſulem, paſtorem*, conſiliorum *adminiſtrum*, belli *ducem* aut generis alius *officialem*: ut anteceſſoris ſui alat filiam et uiduam, ſoluat illius creditoribus nomenque defuncti liberet? Extinguit mors iura uſufructuarii, cum iisque ſpes omnes ex re, quam recipit conſertque alii proprietarius ſuo arbitratu. Idem in familiae fideicommiſſis. Sibi tribuat et facilitati ſuae, qui temere credidit. Orphani ac uiduae fortunas defuncti incuſent, non leges, non ſucceſſores.

Quae debita ſint feudalia?

(hh) Iterum clarus eſt legislator *lib. 7. tit. 2. §. 13. Die Lehensfolger ſind folgende Schulden aus dem Lehen zu entrichten gehalten. 1) Was mit Lehensherrlichen* conſens *aufgenommen worden* (licet, quod alibi requiritur, non conſenſerit agnatus ſucceſſor) *2) der Lehen-Mann zur Ausſteuer der Tæchter und Schweſtern oder zu Ablegung des Leibgedings verwendet, 3) wenn das gut dardurch verbeſſert, 4) was wegen ſtudirens auf hohen ſchulen oder* in caſtris et militia *in ehrlichen Kriegen aufgenommen worden, diß alles ſolle aus dem Lehen vergnüget und die Landerben damit verſchonet werden.* Vnde autem tanta hic iurium rerumque uerſio? Scilicet patriae feuda partim *oblata* ſunt ex allodiis fideique commiſſis familiae; partim aere ac nummis acquiſita: in utroque ergo uaſalli eorumque poſteri uirgulam merentur leniorem. Iuit ergo hodie in mores, ut plurima onera ſint feudalia, aequitatis, pietatis, conſuetudinum, indulgentiae aliarumque cauſarum ergo, quas inuenire et laudare non licet in feudis uere *beneficiatis*. Vtinam doctores hoc lumine uterentur ad internoſcenda *debita clientelaria*. In quibus Saxonici maxime iureconſulti pleni ſunt et prolixi *Hart.* PISTORIS *lib. 2. quaeſt. 14.* CARPZOV. *part. 2. c. 46.* RICHTER *deciſ. 78.* STRVVIVS *c. 14.* taceo alias.

DIFFE-

DIFFERENTIA XXII.

Qui teſtamenta fiant in re feudali?

IVre communi pater etiam de *feudo diſponit* inter liberos (ii): Porusſica autem *conſenſum* requirunt *domini* aut ipſorum *liberorum* et in agnatis *ingrati* animi notam (kk).

Tit. 2. §. 14. de teſtamento feudali.

Qui pater teſtetur de feudo?

(ii) Recte arguunt iureconſulti, quod patris teſtamentum etiam in feudo ualeat, inter liberos, quoniam eos oporteat uel patris heredes eſſe, adeoque factum illius praeſtare aut amittere feudi ſucceſsionem, quod habent decreta *2. F. 45. et 51.* Ita SCHRADER *part. 7. c. 2.* VVLTEIVS *lib. 1. c. 9.* STRVVIVS *cap. 9. §. 12.* idque uno omnes concentu. Quoniam conſecutionis uinculum a primo ad ultimum eſt quidem firmiſſimum. Qui ergo ultimum in Germania dicit receptum eſſe, ille fruſtra negat primum.

Quos patris teſtamentum requirat conſenſus?

(kk) Ita enim legislator *lib. 7. tit. 2. §. 14.* „Wo ein Lehenmann durch Teſtament „der Lehen halber Ordnung und Thei- „lung unter ſeinen Kindern aufrichtet, „mœgen ſolches die Lehens-Erben wohl „umſtoſſen. Es hætten dann die Kinder „darein gewilliget oder der Lehenherr ſol- „ches dem Lehenmann zugelaſſen. Wenn „auch der Lehensfolger ſich gegen dem „teſtori ungebührlich bewieſe: ſo mag „der Lehenmann zum verfang mit unſerm „conſens wohl diſponiren. Notandum „igitur *primo*, quod in hoc *tit. 2.* difficilis ſit *§. 10.* harmonia cum *§. 14.* *Ibi* enim liberi deuinciuntur; quibus *hic* laxantur frena. *Deinde* teſtamenti factio tribuitur uaſallo in priuilegio TRVCHSESSIANO *1487. §. 8.* "Item es iſt auch verwilliget und beſchloſſen, daſs ein Mann im Magde-„ burgiſchen Rechte und beeden Kindern" mæchtig ſey, ein Teſtament zu ſetzen." Nach Wurden der Güter ein Marck 20." 30. 40. oder 50. und nicht hœher. *Demum* iure communi conſenſus domini teſtamentum aduerſus agnatos non reddit legitimum. Neque ingrati animi nota, pro cauſa haberi poteſt excludendi illum a feudi ſucceſſione. Sed tamen lex haec repetita eſſe uidetur ex priuilegio Albertino anni 1540. in cuius §. 2. haec uerba fere habentur: Es ſolle denen Lehens-Vettern" eingebunden ſeyn, gegen der Herrſchafft," den Lehenmann und ſeinen Tœchtern," als ſeinen Mümlein ſich unterthænig, ehr-" lich, gebührlich, freundlich, lehrlich, fœr-" derlich und aller Erbarkeit zu verhalten." Wo nicht, ſolle derſelbe, mit Erkenntnüſs" der Herrſchafft, mit Enterbung und an-" dern ſtraffen ihme zuerzeigen macht ha-" ben." Id ergo coniector. Olim de feudis formulae Magdeburgicae teſtari potuiſſe uaſallum. Hanc facultatem cum ſublatam uelit conſtitutio Albertina, officium grati animi iniungitur ſucceſſori agnato erga uaſallum. Quod ſi neglexerit, redit uaſallo facultas teſtandi de feudo agnatumque excludendi.

DIFFERENTIA XXIII.

Quae fructuum feudalium computatio?

LOngobardico iure *fructus* feudi a *Martii* menſis principio ad finem *Auguſti* attribuuntur heredibus uaſalli, ſi quidem is intra hoc tempus deceſſerit; ſin alio, fructus ſucceſſori cedunt beneficiario (ll): Porusſica iura, quodam coeli iuſſu, merito haec emendant raſtroque tantum ſubducta adſignant heredibus allodii (mm).

Tit. 2. §. 15. de fructuum feudi attributione.

Quae fructuum feudalium attributio apud Longobardos?

(ll) Eſt decretum *2. F. 28. §. His conſequenter*, uerbaque huc facientia ſunt haec: *ſi uaſallus ante* MARTIVM *moritur, uel poſt* AVGVSTVM, *fructus cedunt* SVCCESSORI *feudali: ſi autem poſt kalendas Martii uſque ad Auguſtum, illi pertinent ad* HEREDEM. *Quidam dicunt, omnes pendentes fructus pro fundi parte habere et eſſe feudi ſucceſſoris.* Vltima ſunt Romana, probata iudicio BACHOVII *ad Treutler. uol. 1. diſp. 16. theſ. 9.* et SANDII *ad conſuet. Geld. tit. 2. c. 5. §. 1. n. 5.* Verum *prima* in foris regnant noſtrae etiam Germaniae. Iniquitatem rei omnes exprobrant, ſed nemo illi attulit medicas manus. Ex inſtituto autem *dn. praeſes in diſſert. de fructuum attributione differ. 1. litt. tt.* rationem habuit climatis Italici noſtrique in Germania, oſtenditque eam in Latio nil habere iniquitatis, quae tamen infimis Germaniae agricolis uideri queat nonniſi iniquiſſima.

Quae apud Porusſos et Saxones?

(mm) Legislator *lib. 7. tit. 2. §. 15.* ſequitur normam iuris Saxonici *nach dem was die Egde beſtrichen.* Quod habet SPECVL. *lib. 2. art. 58. deſs Mannes Saat iſt verdient, als die Egde darüber gebt und deſs Gartens, als er gerodet, geſæet und gebarcket.* Idem fere AVGVSTVS *auctor Saxonicarum nouellarum part. 3. conſt. 32. §. 2.* Vbi eadem quo-

DIFFER. XXIV. DIFFER. XXV. XXVI.

quoque in uictalitio menſura : quae tamen Poruſſico iure eſt peculiaris. Late CARPZOVIVS *part. 3. conſtit. 32. def. 5.* RICHTER *deciſ. 56.*

DIFFERENTIA XXIV.

Qui pecunia uenditi feudi ſit feudalis?

Tit. 2. §. 16. de pecunia ex feudo uendito.

IVre communi *pecunia* uenditi beneficii ſiue ad emendum feudum *deſtinata* ideo *feudalis* non eſt (aa): habent uero illam pro feudali leges Poruſſicae (bb).

Qui pecunia ex feudo non ſit feudalis?

(aa) Principio clarum eſt decretum 2. *F. 26. §. ſi uaſallus de beneficio ſuo tranſigit: nec, quod* accepit, *tranſactionis nomine*, ideo feudum *erit.* Inde axioma iuris: *pecunia ex feudo redacta neque tum feudalis eſt.* Neque enim pretium ſuccedit loco rei. Quid uero ſi uenditor pollicitus fuerit agnatis, uelle ſe pecuniam eousque pro feudali habere, quousque illa redimat alium fundum clientelarem? Neque tum pecuniam dicere audent feudalem. Quoniam *primo* careat illa *domino* directo: deinde *pecuniaria feuda* indoli feudorum ita ſint aduerſa, ut fingi nequeant ſine principis permiſſu ſingulari. Ita SCHARFFIVS *cent. 1. conſ. 11. n. 1.* KNICHEN *de ueſtit. pact. 1. c. 3. n. 277.* STRVVIVS *cap. 4. theſ. 3.* Agi tamen recte ad *intereſſe* ab eo, cui promiſſio eius generis facta, omnes largiuntur. Fateor me ab hac ſuperſtitione ualde alienum eſſe, partim quod pacta etiam dent legem contractibus feudalibus: partim, quod innumera medii aeui exempla notauerim illorum, qui in pecunia nexum fecere clientelarem, ſuo quidem non principis arbitratu: partim etiam, quod indoles feudorum in omni feudo improprio uioletur, ſalua tamen maneat illius ſubſtantia. Qua de re dictum ſuperius *differ. XIII.*

Qui pecunia ex feudo feudalis reddatur?

(bb) Deciſio *lib. 7. tit. 2. §. 16.* eſt haec: Wenn das Geld von einem verkaufften" Lehen durch einen Vergleich wider zu" Lehen gemachet, und die Brüder oder" Vettern in die geſamte Hand genommen" werden ſollen: ſo müſſen die Land Erben" deſs Verſtorbenen Zuſage halten." Ergo non liberantur praeſtando intereſſe neque principis hic opus eſt auctoritate.

DIFFERENTIA XXV.

Cui cedant feudi meliorationes?

Tit. 2. §. 17. de feudi meliorationibus.

IVre communi *meliorationes* feudi iure cenſentur allodii (cc): Poruſſiae autem leges uolunt, ut pro feudi habeantur acceſſorio, neque impenſae ideo factae repetantur ab heredibus allodii (dd).

Qui meliorationes feudi habeantur pro allodio?

(cc) Eſt decretum 2. *F. 28. §. ſi uaſallus* his conceptum uerbis: *Si uaſallus in feudo aliquod aedificium feceris uel ipſum pecunia meliorauerit: dominus* (mortuo uaſallo ſine feudi ſucceſſore) *aut patiatur aedificium auferri, aut ſoluat pretium meliorationis* (idemque magis eſt uerum de agnatis). *Idem ſi pretio ſeruitutem fundo acquiſiuerit* feudali. Neque immerito. Nam *utilis dominus* ſi aedificat, id non fit in alieno fundo, ſed ſuo. Deinde exceptio doli repellit dominum ex alienis damnis locupletiorem. Plene *Hartm.* PISTORIS *lib. 2. quaeſt.* 42. CARPZOVIVS *part. 2. c. 31. def. 7.*

Qui meliorationes cedant feudo?

(dd) Planus eſt legislator *lib. 7. tit. 2. §. 17.* "Die Gebæude, ſo auf den Lehn-"grund geſetzet, ſamt deme was nied und "nagel-feſt iſt, ſollen dem Lehnherrn oder dem Lehensfolger auf den Fall, ohne ei-" nige Erſtattung des Baugeldes mit dem" Lehengrund bleiben. Es wære dann, daſs" die Gebæude koſtbar wæren, alsdenn" dem Kinde der dritte Pfennig zu bezah-" len." Ratio legis forte quaerenda eſt in eo, quod aedificia habeantur pro feudi *acceſſorio:* quod ex *reditibus* feudi tantum debeat ſeponi, quantum ſuffecerit aedificiis reparandis et conſeruandis: quod ita uaſallorum ſit cohibendus luxus in aedificiorum magnificentia et ſplendore. Quod ultimum dici poteſt de inſtitutis Saxonicis. Contra enim in Poruſſica lege uaſallum onerat non parum, ſi eum tertia parte reddere oporteat, quod anteceſſoris luxus et ambitio in ſplendidas aedes ſtulte profudit.

DIFFERENTIA XXVI.

Qui feudum alienare ſit nefas?

Tit. 3. §. 1. de feudi alienatione.

IVre communi inter cauſas, feudum amittendi, eſt *alienatio*, facta ſine *domini* con-

conſenſu (ee), qui neque extinguit iura *agnatorum* (ff): aliter in Poruſſicis legibus. Vbi tum alienatio *nullarum* eſt *uirium* tantummodo (gg: neque, ſi dominus conſenſerit alienationi, habent agnati, quod contradicant feudumque reuocent (hh).

Alienatio feudi genus feloniae?

(ee) Non uno loco *minae* ſparguntur in illos, qui feudum *ſine conſenſu domini alienauerint*. Ipſe imperator Lotharius ſcripſit, hoc crimine feudum *amitti 2. F. 52. 55.* Ita enim contemni aiunt dominum, eique obtrudi uaſallum, plerumque ſeruitiis imparem; quod utrumque hoc genus poenae mereatur. Neque *ſcriba* contractus tum impunis, qui dexteram fidemque amittit *2. F. 52.* emtorque ſciens pretium eſt nihil. Ratio forte, quoniam hodie, in tanto mercenarii militis numero, domini non adeo intereſt, quem habeat uaſallum; deinde emtitia et oblata feuda uolunt iubentque, mitius agere cum uaſallo. Addo, quod TRVCHSESSIANA conſtitutio an. 1478. indulſerit olim alienationem uaſallo, modo uendenda ante offerat domino. "Ein Mann geſeſſen im Magdeburgiſchen Rechten mag ſeiner Güter mæchtig ſeyn, zu verkauffen oder zu verſetzen, wie ihm das geliebet. Doch alſo, daſs er es der Herrſchafft zuvor anbeuth." Reſtrinxit hanc indulgentiam ſtatutum ALBERTINVM 1540. uoluitque, ut alienatio feudi eſſet legitima, *primo* ſi acceſſerit domini *conſenſus*, uel tantummodo magiſtratus; *deinde* agnatis; poſtea domino oblatum ius *protoemtionis*. "Ein Vaſall zu Magdeburgiſchen Rechten mag ſein Lehngut wohl verkauffen, ſolle ihme auch ſolches zu thun jederzeit offen ſtehen. Iedoch, daſs ers mit Wiſſen der Obrigkeit, die ihme den Zulaſs nicht verſagen ſolle, thue und ſeinen Freunden und alsdann der Herrſchafft den Vorkauff laſſe. Recentiora igitur iura priſtinae licentiae ſunt umbra et modicae reliquiae.

Qui conſenſus domini non agnatis noceat?

(ff) Habent enim agnati ex formula primi feudum acquirentis ius quaeſitum, quod illis non poteſt auferri, ne quidem facto domini. Inde uel iura exercent *protoemtionis den Vorkauff*; uel *retractus das næher-Recht* poſt emtionem; uel uenditoris familia extincta, clientelari, ius feudum *reuocandi den Anfall und Wiederruf des Lehens*. Primum dicitur *2. F. 39. Alienatio feudi non ualet* ETIAM DOMINI *uoluntate, niſi conſentientibus agnatis, ad quos beneficium eſt reuerſurum.* Alterum habetur *2. F. 26. cap. Titius. Recuperare poteſt agnatus uendita, reddito pretio intra annum a die ſcientiae.* Tertium *1. F. 8. §. 1.* uult: *ſi agnatus feudum alienauerit, demortua alienatoris familia clientelari feudum agnato obuenire.*

Quae alienati auis illegitimae poena?

(gg) Nihil certe de poena alienationis habet legislator *lib. 7. tit. 3. §. 2. Welcher Lehnmann ohne Bewilligung eines Lehens-Herrn* alieniret, *ſolches ſolle gantz unkræfftig ſeyn.* Quae autem §. 2. de feudi alienati amiſſione adduntur, illa ibi neque adprobantur neque ſanciuntur. Et ſane *Belgica* aliaque feuda, non conſentiente domino alienata, non amittuntur: ſed actum

Qui in alienatione conſenſus agnatorum otioſus?

(hh) His enim tantummodo ius eſt protoemtionis. Quod exulat in *Truchſeſſiano*. locum in *Albertino* habet. Nouiſſimus legislator *lib. 7 tit. 3. §. 2.* "Es bleibet bey dem Magdeburgiſchen Priuilegio, daſs allein der Lehensherrliche conſens zu Verpſændung und Verkauffung der Lehen nœthig. Den Agnaten aber das bloſſe næher-Recht verbleibet.

DIFFERENTIA XXVII.

Qui nefas alienare dominium directum?

Tit. 3. §. 3. de alienatione directi dominii.

IVre communi dubium eſt, poteritne dominus *alienare dominium directum* ſine conſenſu uaſalli (ii): Poruſſica autem *requirunt illum* uerbis manifeſtis (kk).

Num uaſalli conſenſus requiratur in directi dominii alienatione?

(ii) Eſt quidem decretum *2. F. 34. §. 1. Ex eadem lege deſcendit, quod* dominus *ſine* uoluntate uaſalli *feudum alienare non poteſt.* Sed additur: *quod* Mediolani *non obtinet. Dummodo aut* aequali *domino alienetur, aut* maiori. Idem repetitur *2. F. 22. cap. 2.* ne quis *cambium faciat militis ſine illius conſenſu, cuius eſt beneficium.* Atque *2. F. 55. §. firmiter*, ubi ſigillatim de Alemannia dicit imperator, *nec dominus feudum ſine uoluntate uaſalli ad alium transferat.* Quamuis uero haec et alia dominum uideantur impedire, ne *feudum* alienet obtrudatque nouum dominum inuitis uaſallis: nihilominus tamen plura ſunt, quae etiam faciunt pro illius libera alienatione. Nam *principio* dicitur *2. F. 34. §. 1.* quod hoc domino detur Mediolani, quae curia primaria eſt inſtitutorumque feudalium, quae habemus, fons et mater. *Deinde* in fine *2. F. 34. §. 1.* additur: *quod cum curia fieri queat alienatio dominii directi*, id eſt, ſi dominus uniuerſum alienet, non eius partem. Quod etiam habet BITSHIVS ad *2. F. 34. §. 1. p. 600. Praeterea* notum eſt, quid fiat hodie in principum imperii con-

 tractibus

DIFFER. XXVII.

tractibus. Quibus illi ſua territoria alienant, uendunt, permutant, oppignerant, uertunt, uariantque ſine ullo ordinum conſenſu ac interceſſu. *Poſt* probat etiam hoc ipſum ſuo quidem adſenſu STRYKIVS *cap. 19. quaeſt. 16.* praeſertim ſi uaſalli principis aut *domini alienatoris* ſint *ſubditi*, quibus etiam hic obſequii gloria ſit relicta. *Demum* fruſtra in alienando iura *uaſalli et domini reciproca* fingi, quoniam primus ab altero acceperit beneficium, non altera primo. Et quae aduerſa argumenta alia generis eiusdem.

Qui in dominii directi alienatione opus conſenſu uaſalli?

(kk) Apertus eſt legislator *lib. 7. tit. 3. §. 3. Es kann auch der Lehenherr ſeinen Lehenmann wider ſeinen Willen nicht verændern, oder denſelben einem andern überlaſſen. Die Freyen aber kœnnen wohl* alienirt *werden.* Neque ita deciditur praeter rem et rationem. *Principio* ubi poſſeſſor elegit dominum, proprietatemque ſuam ei obtulit in feudum; ibi certe graue et iniquum eſt, uaſallo alium obtrudi dominum inſcio et inuito. Cum dexteritas perſonae uideatur electa eſſe. *Deinde* medii aeui exempla, in Germania praeſertim me docent, quod principum contractibus in territorio alienando, commutando, obligando ſemper acceſſerit ordinum uaſallorum conſenſus. Inde uenditionibus, dotationibus, dotalitiis, uictalitiis, donationibus, ſucceſſoriis pactis, ganerbinatibus, expectatiuis aliisque contractibus, quibus dominus ſuit mutatus, ſubſcripſere ordines nominatim, non dicis aut teſtimonii cauſa, ſed, quod mores inſtitutaque ueterum ita uellent, ne in praediis ordinum clientelaribus aliquid mutaretur, ſine ordinum uaſallorum conſenſu auctoritateque. *Poſt* nouiſſime etiam Allatiae ordines uiolati iuris mouerunt querelas, cum pace Weſtphalica cederentur Gallis. Neque enim fieri hoc poſſe crediderunt, niſi et ipſi conſentirent prouinciales. Imo, nuntium mitteret illis Germania, maluerunt. Tum enim eligere ſe uelle principem dixerunt ſuo arbitratu, ſi ab imperio eſſent emancipati. Vt neceſſe non ſit, peregrina laudare ex MOLINAEO *ad conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſſ. 3. n. 27.* quod idem Galliae regi obmouerint minores Britanni, ne Angliae regi cederentur. *Porro* cum, poſt Longobardiae prouinciam, pleraque Europae regna feuda habeant *oblata*, id potius dici poteſt, quod domini acceperint beneficium a uaſallis ſitque horum ideo iuribus magis fauendum. Ceterum aliud ideo merentur iudicium *die Freyen.* Cum enim hi pro *libertinis* habeantur ab HARTKNOCHIO *diſſert. 17. §. 8.* qui ex ſeruiture fuerint a uictore ordine ſacro manumiſſi; praedia eorundem in numero haberi poſſunt feudorum beneficiatorum, tantum abeſt, ut dominorum alienationibus poſſent obſtrepere.

DIFFER. XXVIII.

DIFFERENTIA XXVIII.

Qui feudum queat oppignorari?

Tit. 3. §. 4. de oppignoratione feudi.

COmmuni iure feuda *oppignorari* queunt, nonniſi *domini agnatorumque* clientelarium conſenſu (ll): quorum *neuter* requiritur in Poruſſico (mm), niſi *pacta* alia ſint familiis (nn).

Qui nequeat feudum oppignorari ſine domini et agnatorum conſenſu?

(ll) Clara ſunt decreti uerba *2. F. 55. nulli liceat feudum totum uel partem aliquam pignorare ſine* DOMINI *permiſſu aut* AGNATORVM, *ad quos feudum eſt reuerſurum libere*, uti habetur *2. F. 39. pr.* Imo niſi dominus conſenſerit hypothecae, ſolus agnatorum adſenſus eſt fruſtraneus, niſi ipſi praeter conſenſum obſtrinxerint ſe uerbis claris ad ſoluendum. Ita CARPZOVIUS *reſp. 67. part. 2. c. 46. def. 10.* FRANTZKIVS *lib. 3. reſol. 8.* ROSENTHAL *c. 9. concluſ. 87.* STRVVIVS *cap. 14. §. 21.*

Qui feudum oppignorare liceat ſine conſenſu domini aut agnatorum?

(mm) In Magdeburgicae quidem formulae feudis, de quibus *lib. 4. tit. 15. art. 4. §. 17.* legislator: "Wenn ein Mann Schulden in den Lehengütern Magdeburgiſchen Rechts ohne unſern conſens verlieſſe, und ſolche Güter dafür verpfændet, ſo ſolle ſolche Schuld auf den Lehengütern allein beruhen. Wenn er aber nichts verpfændet, ſollen ſelbige aus dem Colm bezahlet werden." Feuda itaque Magdeburgicae formulae oppignorantur recte etiam ſine domini conſenſu. Cetera feuda *domini conſenſum* in oppignorando requirunt: non uero agnatorum. Qui ſine facto ſuo nihilominus deuinciuntur ad ſoluendum. Ita *lib. 7. tit. 3. §. 5.* dicitur: "Man ſolle den Creditoren das Lehen nicht einræumen, es hætte denn die Herrſchafft in die Schuld gewilliget, die Schuld wære für eine Lehnſchuld zu achten. Iedoch bleibet es in den Magdeburgiſchen Lehen bey dem neuen Gnaden-priuilegio Albertino 1540." Nam olim etiam ſine conſenſu domini *alienari* potuiſſe feuda, dictum eſt ſuperius. Vt magnae olim licentiae hae paruae ſint reliquiae.

Qui pacta familiae non obligent tertium?

(nn) Haec quidem olim necquicquam obligarunt feudi credirores. Quoniam eius generis pacta familiae illi neſcire poterant: licet illa facta fuerint, domino conſentiente. Verum poſt rata habuit illa legislator

DIFFER. XXIX.

giſlator, ſiquidem albo inſcriberentur, unde creditores edocerentur. Ita *lib.* 7. *tit.* 3. §. 4. "Die pacta familiae, die Lehen nicht zu verpfanden, mit unſerm conſens errichtet und den Gerichts-Büchern einverleibet, ſollen gültig und die Lehensfolgere nicht gehalten ſeyn, die Schulden aus dem Lehen zu bezahlen."

DIFFER. XXX.

DIFFERENTIA XXIX.

Qui nefas ſit feuda diuidere?

Tit. 3. §. 5. *de feudi diuiſione.*

IVre communi diuidere licet feuda (oo): quod nefas eſt factu in feudis Poruſſiae (pp), ſi quidem migrentur modi, rei agrariae ſtatuti in legibus.

Qui feuda maiora ſint indiuidua non minora?

(oo) Decretum 2. *F.* 55. §. *firmiter* maiora feuda habet pro indiuiduis: necquicquam minora. *Praeterea ducatus, marchia, comitatus de cetero non diuidatur: aliud autem diuidatur, ſi ita uoluerint conſortes.* Eadem canit GVNTHERVS *lib.* 8. *nerſ.* 637. Eadem habentur 2. *F.* 26. §. *omnes filii.* ubi pariter diuiſio feudi ponitur in conſortium libero arbitratu. Crediderunt enim nil ex diuiſione damni accidere poſſe domino, quoniam pro uno uaſallo ille acciperet plures, qui omnes eſſent in nexu beneficiario. Contra in feudis regalibus, ubi diuiſio imperantium deminuit auctoritatem eorundem ac potentiam. In Germania certe *ſeptem* imperii *principatus* olim fuere indiuidui, neque diuiſionis ullum eſt exemplum. Henrico autem Leone proſcripto, *Saxonia Bauariaque* iuerunt in partes: quod etiam euenit in *Sueuia Franconiaque*, ducibus eorundem extinctis in Cunradino. *Thuringiae* ducatus poſt familiam Ottoninam formam induit ſyſtematis, cuius uinculum proceres ac comites continebat clientelari tantum nexu, non ſubiectionis. Rheno uicinam *Franciam* imperator habuit iure indiuiduo, inſtar domanii. Sed largitiones, profuſiones, ſuperſtitio et ſacrorum quaedam nimietas miſcuit ibidem infima ſummis. Sola Venedorum *Marchia* et *Bohemia* formulam retinuerunt principatuum indiuiduorum. In reliquis Germaniae prouinciis factae ſunt partes exiles, tenues, ſordidae atque ordinum imperii nominibus indignae. Mouit hoc *Carolum IV.* ut in *A. B. tit.* 24. diuiſionem prohiberet in principatibus infulae electoralis. Cum anteceſſores eius id olim cum cura quadam egiſſent, ut Germaniae ſeptem prouincias diffinderent ſcinderentque in partes minutas, unde nihil roboris ac periculi porro imperatoribus. Ex inſtituto *dn. praeſes ad A. B. tit.* 25.

Qui diuiſionis limites feudis Poruſſiae?

(pp) Hos lapides et limites diuiſioni feudorum Poruſſiae ponit ſtatuitque legiſlator *lib.* 7. *tit.* 3. §. 5 "Wie es mit Theilung der Lehngüter zu halten, ſolches ordnen Wir: daſs ein jeder Lehnsfolger weniger nicht, als 6. Huben und ein Freyer 3. Huben zu ſeinem Antheil bekommen mœge. Man ſolle auch die Dienſte nich theilen, noch die Gerichte, noch das Pfarrlehen. Damit der Herrſchafft und dem Lande ſolche nicht geſchwæchet oder entzogen werden." Vaſalli enim tenuium redituum ex feudis cum egeſtate conflictantur, tantum abeſt, ut ſequi poſſint domini militiam. Inde Poruſſiae rex, Saxoniae aliarumque Germaniae prouinciarum principes iudicia inſtituerunt recuperatoria, ut *partes a praediis auulſae ad illa reducerentur*, iure, quod dicunt *reunionis*, nullo quidem temporum lapſu attento. Sed cum hodie neque uaſalli neque etiam ruricolae ſeruitia et angarias praeſtent domino, ut potius, loco utriusque ſoluant numos: nouiſſimae forte legis ceſſat ratio.

DIFFERENTIA XXX.

Qui foeminis innuptis praerogatiua in feudis ante elocatas?

Tit. 4. §. 1. *de ſucceſſione uirginum prae uxoribus.*

IVre communi in promiſcuae ſucceſſionis feudo nil praecipui habet filia aut ſoror *innupta* (qq): iura autem Poruſſica elocatis *praeferunt innuptas*. Quarum deinde *matrimonia* non *libera* ſunt, uerum conſenſui adligata *domini* et conſanguineorum (rr).

Foeminarum quae diſcrimina?

(qq) Fit quidem in decretis feudalibus mentio diſcriminum inter filias in *capillis*, id eſt, *innuptas*. quae etiam *filiae caſae* patris audiunt atque *elocatas*, diciturque, quod grauius peccet uaſallus in *primas*, quam in *ultimas* 2. *F.* 24. §. 2. atque 1. *F.* 5. ſed in neutro loco aliquid occurrit de *ſucceſſionibus.*

(rr)

DIFFER. XXXI.

Qui feuda praeferant virginem clientelarem uxori?

(rr) Clara eſt conſtitutio ALBERTINA anni 1540. in §. 4. *Wo ein Lehenmann nach Magdeburgiſchen Recht, ohne Mænnliche Lehensfolger, verſtürbe, und Tœchter und Schweſtern hinterlieſſe, ſolle die Unverſorgte oder Unvergebene vor derjenigen welche bemannet, im Lehngut bleiben und jene dieſer ihre Abforderung thun. Es ſolle auch dieſelbe nach Rath, Willen und Vollwort der Herrſchafft und Freundſchafft einem ehrlichen Rittermæſſigen von Adel zur Ehe (darzu auch die Jungfrau nicht gezwungen werden ſolle) in das Gut gegeben werden.* Huc forte digitum intendit legiſlator in *lib. 7. tit. 4. §. 1.* Conueniunt haec cum plurium regnorum inſtitutis, ubi filiae in *caſa patris* (nuptae enim in caſa ſunt mariti) in *capillis* (id eſt, in comis non alio uelaminè caput tectae) *uirgines* (haec enim ſynonyma ſunt) uel ſolae in feudis ſuccedunt, uel tamen filiabus elocatis et nuptis praeferuntur. Quae iura ſub examen uocauit explicauitque cum *Petro* PITHOEO *ad conſuetudines Trecenſes p. 16. ſeq. Thoma de* MARINIS aliiſque *dn. praeſes in Nouocaſtri principatu Porusſiae regi adſerto cap. 2. §. 30. ſeqq.* Cauſa inſtituti facilis eſt ad indagandum. Nam *uirgo* clientelaris ex uoto domini iungitur marito: in *elocata* autem domino ita obtruditur uaſallus et quae alia ſunt diſcrimina generis eiuſdem.

DIFFER. XXXII.

DIFFERENTIA XXXI.

Quae damna foeminae clientelari ex ſecundis nuptiis?

IVre communi ex *ſecundis nuptiis* foeminae nil damni in feudo (ss): Porusſica autem iura foeminam *binubam* altera deſtituunt feudi parte (tt).

Tit. 4. §. 2. de ſecundarum nuptiarum iuribus.

Qui nolla diſcrimina inter primarum et ultimarum nuptiarum liberos?

(ss) Inde etiam nulla hic inter fratres *germanos* et *conſanguineos* diſcrimina: quoniam inter parentes tantum ille, qui cauſam dat liberis in feudo ſuccedendi, reſpicitur. Idem etiam dicendum de *uterinis*, ſi quidem ſuccedi debet in feudo *foemineo.* ROSENTHAL *cap. 7. concl. 57. n. 4.* STRVVIVS *cap. 9. §. 6.* Imo quae iura foeminae in feudo in *primis* nuptiis: quidni eadem in *alteris?* CHRISTINAEVS *uol. 6. deciſ. 44.* SANDIVS *cap. 1. §. 12.*

Qui excludontur in feudo ſecundarum nuptiarum liberi?

(tt) Audiamus legiſlatorem *lib. 7. tit. 4. §. 2.* Ita autem ille: *Solte ſich auch zutragen, daß dieſelbe Schweſter* (quae in feudo ſucceſſit ſola excluſitque alias) *nach ihrer erſten Ehe ſich anderweit verheurathen würde, uf welchen fall ihr halbes Gut, nemlich, wenn ſie keine Kinder aus der erſten Ehe hat, an ihre Schweſtern verſiele, u. ſ. w.* Idem clarius dicitur in conſtitutione ALBERTINA an. 1540. §. 10. *Im fall einer Erbtochter ihr Mann ohne Erben verſtürbe, ſolle ſie, wo ſie ſich weiter nicht verheurathet, im Lehngut, ſo lang ſie lebet, gelaſſen werden. Wenn Sie ſich aber weiter verheurathen ſolte, ſo ſoll ihr die Helffte des Lehenguts, ſo Sie zum Manne gebracht erblich übergeben und die andere Helffte dahin das Magdeburgiſche* Priuilegium *weiſet, kommen.* Vnde autem hoc? Forte *punit* ita ſecundas nuptias curia Porusſiae, quas damnarunt olim ueteris eccleſiae quaedam inſtituta. Forte domini beneficio abuti putant, ſi in altero etiam marito eius conſenſus requiratur. Forte maritus foeminae clientelaris alteram feudi partem ſuſcipit ex lege connubiali. Quo mortuo illam uidua non potuit repetere. Dignoſcent haec planius curatiusque illi, qui in Porusſiae curiis uerſantur. Credere etiam uoluit aliquis, liberos foeminae clientelaris ex ſecundo thoro non admitti in Magdeburgicae formulae feudo. Sed illud uix eſt opinabile.

DIFFERENTIA XXXII.

Qui ſorores cum liberis ſororis concurrant in feudo?

IVre communi definitum non eſt, *ſororem* defuncti excludere *ſororis* demortuae *liberos* [uu]; quod tamen uolunt definiuntque iura *Porusſica* [xx], quae *repraeſentationis* beneficia tum uolunt ſublata.

Tit. 4. §. 3. de ſucceſſione liberorum ſororis.

Qui ſoror concurrat cum ſororum liberis?

(uu) In una enim curia, fratre mortuo, ſoror excludit liberos ſororis a feudi ſucceſſione. In altera obtinet ius repraeſentationis feudumque diuiditur inſtar allodii. Quos mores diuerſos conducunt enumerantque GORISIVS *tract. 2. c. 2.* SOMERN *de iure repraeſ. cap. 10. §. 7. 8.*

Qui ſoror excludat ſororum liberos.

(xx) Definitio legiſlatoris *lib. 7. tit. 4. §. 3.* eſt quidem haec: "Wære nach abſterben des letzten mannlichen Lehentra-

"gers

DIFFER. XXXIII.

"gers nur eine Schweſter im Leben und "von der andern Schweſter Kinder vor"handen: ſo ſollen dieſe letztere von der "erſten zwar ausgeſchloſſen werden, und "die annoch lebende Schweſter das Lehn"gut allein behalten, und wenn ſie keine "Kinder, ſolches dem Lehenherren ver"fallen. Es ſolle aber die Lehnsfolgerin "dero Schweſter Kinder den dritten Theil "von dem Wehrt des Lehngutes abzutra- A gen ſchuldig ſeyn." Idem etiam alibi eſt iuris. Vbi tamen feuda ſunt indiuidua, ibi ſoror gradus praerogatiua gaudet excluditque ſororum liberos. Quoniam repraeſentationis iura ad *concurſum* non ad *excluſionem* debeant prodeſſe. Quorſum legi poſſunt STOCKMANNVS *de iure deuolut. cap. 7. n. 3. 4.* GROTIVS *in manuduct. lib. 2. art. 4. n. 25.* NEOSTADIVS *de feud. c. 5. n. 47.*

DIFFER. XXXIV.

DIFFERENTIA XXXIII.

Qui ſorores praeferantur fratribus conſanguineis?

Tit. 4. §. 4. de germanae ſororis ante fratrem praerogatiua.

IVre communi *conſanguinei* fratris prior locus in feudi ſucceſſione, quam *ſororis germanae* [aa]: contra ſe id habet iure Porusſico, ſecundum quod *germanae* ſorores *conſanguineos* fratres a ſucceſſione *excludunt*, ſiquidem feuda ſint formulae *Magdeburgicae* [bb].

Qui fratres germani ſuccedant cum germanis?

(aa) Quid iure obtineat communi, illud quidem dictum eſt ſcriptumque ſuperius *differ. XVI. p. 761.* Vt nunc opus non ſit, plura addere,

Qui ſorores germanae excludant fratres?

(bb) Audiemus antea legislatorem. Verba autem *lib. 7. tit. 4. §. 4.* ſunt fere haec: "Wenn ein Mann, mit conſens der Herr"ſchafft, in ein Magdeburgiſch Lehen-Gut "heurathet, und mit ſeiner Frauen, die "Ihme das Lehen zugebracht, Sœhne und "Tœchter zeugete, ſelbige ihme aber ver"ſtürbe, und er ſich anderweit verehlich"te, und in der andern Ehe ebenmæſsig "Sœhne erzeugte, hingegen die Mænnli"che Erben erſter Ehe verſtürben, ſo ſol"len die Schweſtern erſter Ehe in der Helfte der Lehen-Güter" (nam altera feudi dimidia delata eſſe uidetur marito, idque ex communione bonorum inter coniuges in- B deque ſuborta adſignatione dimidiae, ſuperſtiti facienda) "ſo von ihre Mutter kommen, für den Halb-Brüdern von Vater, "die nechſte ſeyn, und ſolche Lehen-Gü"ter, nach des Vatern todt, allein erben." In andern Stamm-Gütern folgen die "Halb-Brüder für den Schweſtern." Sunt igitur plura notatu digna. *Principio*, quod feuda eius generis ab uxore deferantur marito: *deinde*, quod in illis, mortua uxo- C re, maritus in una dimidia ſuccedat, liberi in altera: *poſt*, quod foeminae clientelaris filiae excludant in ſucceſſione alterius matrimonii filios: *praeterea*, quod ſuperſtes pater retineat feudum ad dies uitae: *demum*, quod, patre demortuo, feudum redeat ad foeminae clientelaris liberos, alterius matrimonii liberis a ſucceſſione omnino excluſis.

DIFFERENTIA XXXIV.

Qui in oblatione feudi uxoris opus conſenſu?

Tit. 4. §. 5. de uerſione allodii in feudum.

IVre communi *uxor* non habet, quod contradicat, ſiquidem maritus *allodium* deuincire uelit nexu clientelari (cc): in quo tamen *proſpiciunt* eidem leges Poruſſicae (dd).

Qui nulla uxoris iura in bona mariti?

(cc) Supra uidimus *differ. XII. p. 757.* quod *allodia* in feudum poſſint uerti, neque *principis* ideo requiratur conſenſus. Cui certe inſtituto ſe opponere nequit uxor in iure communi. Nam in feudis nulla illius habetur ratio. Ciuili autem iure tantum abeſt, ut *uxor* marito poſſit *obloqui*, ſiquidem ille contrahat de ſuo: ut demortui etiam bona peregrinis potius heredibus debeantur, quam uxori. Quae a mariti hereditate prorſus excluditur *l. un. §. 6. C. de rei ux. act.* deinde in *Nou. 53. cap. 6.* atque *dn. praeſ. de coniugum ſucceſſione diff. 2.* ubi iurium Germanicorum cauſae indicatae ſunt, quae in uxores uiduas ſunt benigniora.

Qui aequalia

(dd) Apertus eſt in hoc argumento le- D giſlator *lib. 7. tit. 4. §. 5.* *Wenn einer von Adel Culmiſche Güter beſæſſe, und ſeine Ehegattin die Wahl hat, zum Culm oder zu ihrem eingebrachten Ehegeld zu greifen, die Culmiſche Güter aber indeſſen der Mann mit* conſens *der Herrſchafft* (quem tamen ſupra *differ. XII. p. 19. lit. ll.* non requiſiuerunt leges) *zu Magdeburgiſchen und Lehen-Gütern gemachet worden, ſolches ohne Bewilligung des Eheweibes nicht geſchehen mœ-* E *ge.* Nam Germanico iure communio bonorum eſt inter coniuges, adeoque uxor etiam in bonis mariti dici meretur condomina, laboris, rerum fortunarumque ſocia. Cuius differentiam a legibus Romanis indicauit aeſtimauitque cauſas *dn. praeſes de ſucceſſ. coniug. differ. 2.*

uxoris iura, quam mariti?

DIFFERENTIA XXXV.

Impenſae funebres num feudi onera, an allodii?

Tit. 4. §. 6. de impenſis funebribus ex feudo.

IVre communi dubium eſt, num *funebres impenſae* ex feudo ſoluendae (ff): Poruſſico autem tum demum ſucceſſor in feudo obligatur ad illas, ſi *deſit allodium* (gg).

Qui feudi onera non ſint uaſalli funeralia?

(ff) Recta eſt doctrina CARPZOVII *part. 2. conſt. 47. defin. 36.* quod ſucceſſor in feudo non teneatur quicquam ſoluere ad impenſas procurandi funeris ſui anteceſſoris, quo onere ſolummodo tenentur obligantur que heredes allodii *l. 1. C. ſi cert. petat.* atque *l. 2. C. de heredit. action.* Nam feudum debet eſſe liberum prorſus, ad quod uocantur agnati, quod dictum eſt ſupra *differentia XXI. p. 767. lit. gg.* Etiam aequitas illa quam laudibus hic extollit STRVVIVS *c. 14. §. 20.* cauſa idonea caret habendaque eſt in cerebrinis. Quicquid ex aduerſo contenderit ad *h. l.* L. B. de LYNCKER.

Qui impenſae funerales ſoluendae ex feudo?

(gg) Plana ſunt, quae habet legislator *lib.* A *7. tit. 4. §. 6. Wann ein Lehenmann etwas eiges hinterlæſſet, ſo müſſen die Begræbnißkoſtē davon genommen, und das Leben nicht beſchwehret werden. Obgleich der Lehensherrliche* conſens *darüber erſchlichen wære. Reichet aber das Erbe nicht zu, oder es iſt dergleichen gar nicht vorhanden, ſo wird der Abgang mit Lehensherrlichen* conſens *aus dem Leben erſetzet. Jedoch müſſen die Erben den Abgang aus einem zu dem Ende ge-* B *machten* inuentario *erweiſen.* Impenſae tamen non peccent in nimietate auctoritate MEVII *part. 2. deciſ. 114.* et LYNCKERI *in analect. c. 14. §. 20.* Imo, quod addit legislator Poruſſus, ante ne quidem feudi uſus agnato dandus eſt, quam uaſalli cadauer honeſte fuerit ſepultum.

DIFFERENTIA XXXVI.

Qui in feudis ſuccedant fratres ſeparati?

Tit. 4. §. 7. de ſeparatione fratrum in feudo.

IVre communi *uenditor* beneficii non ſuccedit *emtori*, licet *fratri* [hh]; contra ſi feudum inter fratres *diuiſum*, alter alteri omnino in eodem ſuccedit (ii): utrinque aliter iura Poruſſica, quae in primo genere *fratrem* ad feudi *uenditi* ſucceſſionem uocant [kk], a feudo autem *diuiſo* eum excludunt [ll].

Venditor feudi qui emtori non ſuccedat?

(hh) Qui enim feudum alienat uendendo, ille excidit omni, quod habuit, iure: niſi claris uerbis ſibi reſeruet ſucceſſionis ſpem retineatque, quod Saxones addunt, ſymbolum inueſtiturae ſimultaneae. Qua de re plenius agunt MOLLERVS *part. 2. Conſt. 45. §. ult.* CARPZOVIVS *part. 2. Conſt. 45. def. 25. n. 6. 7.*

Qui inuicem ſibi ſuccedant fratres ſeparati?

(ii) Principio enim, qui *diuidit* feudum cum fratre, illi non eſt animus extinguendi ſpem ſucceſſionis, inſtituto maiorum illi acquiſitam, ſed componendi lites, quarum cauſa eſſe ſolet fratrum communio. Habes *deciſionem* auctoritate plurium doctorum ſtabilitam, apud SCHRADERVM *part. 8. c. 5. n. 26. 27.* Idem etiam docetur, ſi diuiſerint emphyteutae.

Qui uenditor fratri ſuccedat emtori?

(kk) Fundamentum iuris Poruſſici eſſe ſolet conſtitutio TRVCHSESSIANA *an. 1487.* in cuius §. 6. uerba ſunt haec: *Wære es auch, daß ein Bruder dem andern ſeinen Theil des Lehenguts verkauffen würde, und der Kauffer ohne Leibes-Erben verſtürbe, ſo ſolle das Lehngut an den Bruder und ſeine Kinder, der ſein Antheil verkaufft hætte, erben. Verkaufft er es aber an einen Fremden, ſo fællet alsdann das Lehngut an die Herrſchafft.* Idem formatur *lib. 7. tit. 4. §.* C *7. Mit den (unadelichen) Lehengütern laſſen wir es bey dem Vertrag des Hohenmeiſters Truchſeſſen de anno 1487. daß der Bruder von dem verkauften Theil des Lehengutes nicht auszuſchlieſſen, ob er gleich bey des verſtorbenen Kauffers Leben von ihm geſchieden. Wenn er nur im Hertzogthum bleibet.* Id ergo credi uolunt iura Poruſſica, fratrem tunc animum habere, non *amittendi* feudi ſucceſſionem, ſed *tranſi-* D *gendi* tantum de *illius* uſu. Fauent huic inſtituto ea, quae habet SCHRADERVS *part. 8. cap. 5. qu. 8. n. 23.* Qui calculos aliorum uix meretur. Sibi enim tribuat uenditor, quod ſibi non proſpexerit *pacto* de ſucceſſionis *ſpe*.

Qui frater excludatur a parte feudi diuiſa?

(ll) Verba legislatoris *lib. 7. tit. 4. §. 7.* haec ſunt: "Hætten aber die Brüder bey" ihrem Leben das Lehngut gæntzlich ge-" theilet und ſich alſo von einander geſon-" E dert und einer kæme darauf ohne Lei-" beserben zu ſterben: ſo ſolle alsdann" ſolch abgetheiltes Gut nicht dem über-" bliebenen Bruder, ſondern uns und nach-" kommender Herrſchafft heimgefallen" ſeyn.„ Idem inſtitutum eſt priuilegii TRVCHSESSIANI *an. 1487. §. 5.* Miror, ita rem decidi. Eſt enim maior certior-

que

que alienatio, *uendere* feudum, quam *diuidere*. Sed *altero facto* non amittitur ſpes ſucceſſionis: quam tamen extinguit *factum primum*. Si impetieris me, peccari ita in axioma; *ſi minus non nocet, neque nocebit maius*: non habeo, quod reſpondeam, niſi ſat quidem ſit, *legislatori ita placuiſſe*. Neque enim ex Saxonicis iureconſultis aliquod hic praeſidium: qui pariter docent, *diuiſione, a fratribus facta, amitti partem diuiſam, niſi diuidens ſibi* proſpexerit *inueſtiturae* non renouatione, ſed *collatione noua*, quod dicunt reſpondentque COLERVS *uol. 1. conſ. 30. n. 170. Mod.* PISTORIS *conſ. 40. n. 50.* atque CARPZOVIVS *part. 2. conſt. 45. defin. 24. n. 4. 5.* Verum illi etiam expungunt iura fratris uenditoris ponuntque cauſam in iuribus, Saxoniae propriis, *coniunctae manus*. Forte Poruſſico iuri inde uenia. Quod in *primo caſu* hoc indulgentiae debeatur priuilegii: quod ita ad *alterum* non proferatur ſteturque ideo Saxonica *conſtitutione 45.* ut in reliquis.

DIFFERENTIA XXXVII.

Qui portio feudi debeatur filiabus?

Longobardica iura *filiabus* ex *feudo* nihil largiuntur, ſed illud adſignant ſucceſſoribus *maſculis* absque ullo onere [mm]: *indulgentiora* ſunt *Poruſſica*, quae obligant *fratres* ad QVARTAM, *agnatos* ad TERTIAM feudi partem ſoluendam defuncti uaſalli *filiabus* [nn].

Tit. 4. §. 8. atque lib. 4. tit. 15. artic. 3. de portione filiarum ex feudo.

Qui filiabus nihil debeatur ex feudo?

(mm) Quod ſupra *differentia 21. litt. gg.* diximus, feudi ſucceſſorem ex lege clientelari non teneri debita ſoluere ſui anteceſſoris: idem etiam repetendum eſt hic *abſoluenduſque* uaſallus ab omnis generis *beneficio* exhibendo defuncti uaſalli *filiabus*. Rectum igitur et hic eſt iudicium CARPZOVII *part. 2. conſt. 47. def. 36.* Neque habent aduerſae opinionis ſectatores, quod urgeant ſtudium uirtutis. Illud enim huius *fori* non eſt, quod nemo liberalis eſſe *cogitur*.

Qui filiae ex feudo portio quartae aut tertiae?

(nn) Rata ac definita eſt portio, quae filiabus defuncti ex feudo debetur, *im Preuß. Landr. lib. 4. artic. 3. §. 1. 2. ſeqq.* "Was ein Vater unter ſeinen Kindern diſ- "poniret, dabey ſolle es bleiben. (Qua de re ſupra dictum eſt *differ. 22. lit. ii.*) "Wenn aber ſolches nicht geſchehen, ſo "ſolle ein Bruder, wenn er eine Schweſter "hat, derſelben den 4ten Pfennig aus Le- "hen und Magdeburgiſchen Gütern (aſt bona formulae Magdeburgicae non minus ſunt feudalia, de quo *differ. 2. litt. hh. ii.*) "zu geben ſchuldig ſeyn. Wenn aber der "Brüder und Schweſtern mehr, ſo ſolle ein "Bruder drey Theil, und die Schweſtern das vierte Theil nehmen," et quae ſequuntur deinceps. Wenn aber, quod §. 9. continuatur, ein Magdeburgiſch oder Lehen-" Gut an die Vettern kommet, ſo ſeynd ſie" ihren Mümlein oder Vettern ſæmtlichen" den dritten Pfennig des Werths des Gu-" tes, ſo hoch daſſelbe geſchætzet wird, zu" geben ſchuldig. Ungeachtet ob ſie vom" Vater oder Brüdern ſchon etwas em-" pfangen. Und ſollen die Vettern auch" ihnen Schmuck und Hochzeit zu geben" ſchuldig ſeyn." Fateor, ſtupendam eſſe hanc Poruſſici iuris in filias ex feudo liberalitatem. Debentur enim haec filiabus non in *ſubſidium*, inſtar *Saxoniae*, uerum etiam ſi *allodialia* adſint bona, quae aequis partibus cum ſororibus illos oportet diuidere. Quod dicit definitque *lib. 4. tit. 15. artic. 3. §. 10.* Fieret enim ita, ut familiarum robur eneruetur exhauriaturque, niſi proſpici eidem poſſet gentilitiis pactis aut defuncti ultima uoluntate. Sed cauſa huius facilitatis haud dubie quaerenda eſt in eo, quod olim *filiarum* fuerit *ſucceſſio* in feudis formulae Magdeburgicae ante remotioris ſanguinis agnatos. Quod conſtitutio docet *Truchſeſſiana* ann. 1487. *in differ. 17. litt. bb.*

DIFFERENTIA XXXVIII.

Qui mulierum ex feudo lenocinia?

Poruſſica iura ex feudo adſignant filiabus *cimelia* atque impenſas *nuptiales* [oo]: neutrum fit iure Longobardico [pp].

Tit. 4. §. 9. de cimeliis filiarum ex feudo.

Qui ex feudo cimelia et nuptialia filiabus?

(oo) Non ſatis eſt, *filiam diuitem* eſſe *allodialium* ſiue Culmenſium bonorum; eſſe praeterea eandem ex *tertia* aut *quarta* feudi parte locupletem. Nouum onus Poruſſica iura imponunt uaſallis. Scilicet ut inſtruant illas *muliebribus theſauris* et, ſi ita occaſio ferat, *nuptialibus impenſis*. Ita enim uult *lib. 4. tit. 15. art. 3. § 9. 10. Da Ihnen (den Lehens-Tæchtern) ihr Schmuck und Hochzeit vom Vater noch nicht gegeben, ſollens die Vettern als Lehens-Folger auszurichten ſchuldig ſeyn. Welches mit dem gemeld-*

DIFFER. XXXIX.

gemeldtem dritten Pfennig nichts zu thun haben ſolle. Auch ſollen dergleichen die Brüder gegen ihren Schweſtern thun. Iedoch nach Austrag der Lehn-Güter, und damit ſolche nicht allzuhoch beſchweret und mit unträglicher Laſt überhäuffet werden. Idem *lib. 7. tit. 4. §. 9.* reperitur. Vbi laudatur peculiaris conſtitutio (*eine vor etlichen Iahren* publicirte *Landes-Ordnung*,) in qua utrique rei ſtatutus eſſe dicitur modus.

Qui nil debeatur filiae ex feudo?

(pp) Leges cauſasque indicauimus *diff. XXI. litt. gg.* atque *differentia XXXV. litt. ff.* Quae nolo repetere. Licet autem aliud dicendum de iure *Saxonico*, quod et ipſum in feudis rationem habet filiarum quodue pleraeque Germaniae prouinciae ſequuntur: fit tamen illud eo caſu tantummodo, ſi uires allodii ſunt exhauſtae. Quod in Poruſſicis ſe habet ex aduerſo.

DIFFERENTIA XXXIX.

Qui uiduae ex feudo debeantur beneficia?

Tit. 4. §. 8. de iure uiduae ex feudo.

LOngobardica iura neque in *uiduam* defuncti uaſalli ſunt indulgentiora, cui, inſtar filiarum, omnia ex feudo *beneficia negant* [qq]: Poruſsica autem dant eidem, ut eligat alterutrum. Vtpote uel *dotem*, *donationem* propter nuptias, *alimenta*, *habitaculum*, inſtructum *lectum*, *menſam*, *currum* cum *quadrigis*: uel, hiſce nuntio miſſo, *dimidiam* bonorum *mariti partem* (rr).

Qui uiduis nullum ex feudo beneficium.

(qq) Quia feudum ſine onere ac nomine alieno ad ſucceſſorem debet transferri liberum, cum ſuccedendi cauſa tum non anteceſſori debeatur, ſed illi, qui feudum primus acquiſiuit, Quod cum toties ſit dictum in *differ. XXI. XXXV. XXXIIX.* ſuperfluum eſſet, uerbulum hic addere.

Qui uiduae ex feudo beneficia debeantur?

(rr) Legislator clare haec definit *lib. 4. tit. 15. art. 4. Die Adelichen Wittwen haben die Wahl, ob ſie* 1) *ihr eingebrachtes Heyrath-Gut*, 2) *Gegenvermachung*, 3) alimentation *und Unterhalt*, 4) *Wohnung*, 5) *ein fertiges Bett*, 6) *Tiſch*, 7) *einen Wagen mit* 8) *zugehærigen Pferden von ihres verſtorbenen Mannes Erben fordern: oder aber ob ſie*, deducto alieno aere, *bloß zur Theilung ihrer allgemeinen Culmiſchen Verlaſſenſchafft ſchreiten und vom dem obigen abſtehen wolten.* Quid uero ex feudis? Decidit illud *l. c. §. 15.* his uerbis: *Wenn auch ein Lehenmann allerley Güter, als Lehen, Magdeburgiſche und Culmiſche beyſammen, aber keine Kinder dabey: ſo ſoll das Leibgeding, nach dem mit unſerer einwilligung errichteten Ehevergleich bleiben. Sonſt aber, wenn derſelbe nicht vorhanden, ſo ſolle es NB. aus dem Lehen und Magdeburgiſchen Huben allein geſchehen, ſofern derſelben mehr als der Culmiſchen wæren. Da ſie aber in gleicher Anzahl oder die Culmiſchen das Lehen übertreffen würden, ſolle die Ausſtattung aus Lehen und Erbe zugleich* in partibus aequalibus *geſchehen und das Erbe, wie das Lehen beſchweret werden. Ehe ſoll die Wittwe aus des Mannes Gütern nicht weichen.* Et *lib. 7. tit. 4. §. 8.* dicitur; *Und ſolle denen Wittwen abſonderlich ihr eingebrachtes Ehegeld, wenn ſie ſolches zurechte erwieſen, vollkommen zurücke gekehret werden, und ſie ehe nicht ſchuldig ſeyn, aus dem Lehngut zu weichen.* Illud ergo conſtat, quod *uiduae* iura feudales onerent ſucceſſores, licet allodium illis ſufficiat. Dummodo domini conſenſus fuerit requiſitus. Ille enim ſatis eſt ad feudum onerandum hypotheca, quod dictum in *differ. XXIIX.* Ceterum quare Germanica hic iura abeant a Romanis plane pleneque, aperuit *dn. praeſes* in lucubratiuncula *de ſucceſſionibus coniugum differentia II.*

Atque is eſt *Poruſſicarum* pandectarum exitus et finis. Equidem ſpicilegia quaedam mihi eſſent alia, partim ex codice *priuilegiorum Poruſſiæ*; partim ex *iure* Poruſſiae Polonico; partim etiam ex *hiſtoricis* illius orae collecta conductaque. Verum *primis* derogat fori *hodiernus* uſus: *alterum* regnat in *regali* tantum Poruſsia, non in Poruſſiae *regno*: in fide autem *ultimis* habenda nolim eſſe iuſto licentior. Cum iura, praeſertim clientelaria, migrauerint ibi mores, quos diſcere non licet, niſi a rerum forique domeſtici uſu peritis. Quorum etiam iudicio mea ſubmitto, uerſurus ſtylum, ſi quid illi exciderit, quod ſcriptum nolit reſpublica.

AD-

Digitized by Google

ADPENDIX

MONVMENTORVM AD DISSERTATIONEM

DE

DIFFERENTIIS IVRIS FEVDALIS PORVSSICI ET COMMVNIS.

LITT. A.

Reſponſum iuris de feudorum Poruſſicorum differentiis ſecundum indolem 1) communem, 2) Poruſſicam, 3) Magdeburgicam ſexus unius, 4) utriusque.

Quas habet *Petrus* CRVGERVS, ab illuſtriſſimo principe, ni fallor, GEORGIO FRIDERICO, *Marchione Brandenburgico*, aegri principis *Alberti Friderici* tutore ea de re conſultus.

E. Fürſtl. Durchl. Meinem gnædigſten Fürſten "und Herrn: auf dieſe Frage: Was vor ein "Unterſcheid ſey, wann in denen Verſchreibun- "gen geſetzet wird: 1) zu Lehn-Recht, 2) ſchlecht "Magdeburgiſchen, 3) Magdeburgiſch zu beeden "Kindern, und zu Preuſchen Rechten; thne ich "meinem geringen Verſtand und Wiſſenſchafft "nach, dieſen unterthænigen kurtzen Bericht. "Daſs Lehn-Recht in denen Verſchreibungen "nicht anders verſtanden und angenommen wer- "de, denn wie die gemeine heſchriehene Lehn- "Recht davon diſponiten und ſetzen, alſo daſs "in denen zu ſolchem Recht verſchriebenen Gu- "tern allein die maſculi deſcendentes und ſimul- "tance inueſtiti ſuccediren, und ſolches hat tam "inter nohiles quam inter non nohiles keinen wei- "teren Unterſcheid.

Wann aber nnter denen von der Herrſchafft, "Ritterſchafft altes Herkommens, Nahmens und "Stammes die gantze familie abgegangen und die "ſimultaoee inneſtiti verfallen, alſo daſs keine "Sœhne oder Agnati mehr verhanden, ſo ſucce- "diren die unbegebene Tœchter, jednch nach In- "halt und vermœge des von den alten Hertzogen "in Preuſſen hochlœbl. und milden Gedæchtniſs "anno 1540. gegebenen Magdeburgiſchen priuile- "gii. Magdeburgiſch Recht aber iſt allein zwey- "erley, ſchlecht Magdeburgiſch und Magdebur- "giſch zu beeden Kindern. Wann nun in denen "Verſchreihnngen ſtehet, zu Magdehurgiſchem "Recht, wird dadurch verſtanden, daſs es ein "ſolch Lehn-Gut ſey, darinn wie in einem jeden Feu- "do proprio allein die maſculi deſcendentes et ſi- "multanee inueſtiti und keine foeminae ſuccediren "kœnnen, Weiln es aber zu Magdeburgiſchen, nnd "alſo zu Sæchſiſchen Lehn-Recht verſchrieben, ſo "will daraus ſolgen, daſs in allen Fællen, darinn "die Sæchſiſche Lehn-Recht diſcrepiren, dieſelbe "Güter nicht nach dem gemeinen beſchriebenen, "ſondern nach dem Sæchſiſchen Lehn-Recht ge- "achtet und diiudiciret werden muſſen.

Oh nun wol die von Adel ſo wol als die Frey- "en ein ſolch Recht gehabt, wie ſolches ihre Hand- "veſte ausvveiſen, ſo iſt doch ſolches quoad ſuc- "ceſſionem foeminarum et alienationem von den "alten gottſeligen Hertzogen in Preuſſen durch "das Magdeburgiſche Privilegium geændert, und der Unterſcheid zvviſchen ſchlecht Magdebur-" giſch und Magdeburgiſche zu beeden Kindern" aofgehohen vvorden, deſſen ſich alle die von A-" del alten adelichen Nahmen, Stammes nnd Her-" kommens zu ſreuen und zu gebrauchen. Was" aber Bürger und Freyen ſeyn, vvelche Güter zu" ſolchem Recht verſchrieben haben, mit denen" muſs es nach dem Sæchſiſchen Lehn-Recht und" Gevvohnheiten gehalten vverden. Magdehur-" giſch Recht aber zu beyden Kindern vvird ver-" ſtanden, daſs es ein feudum improprium und" ſoemineum ſey, darinn auch die ſoeminae deſcen-" dentes ſuccediren kœnnen, doch nicht anders," ſondern maſculis feudi ſucceſſoribus et ſimulta-" nee inueſtitis non extantibus. Daſs aber in die-" ſen viel und mancherley Irrung und Zvviſt ſich" zvviſchen der hohen Obrigkeit und Unterthanen" begeben und zogetragen, vvelche doch endlich" auf gevviſſe conditiones und capita verglichen" vvorden, iſt aus dem Vertrag, zvviſchen dem et-" vva gevveſenen Hoſmeiſter Martin Truchſeſſen" nnd ſeiner Mannſchafft A. 1487. aufgerichtet, zu" erſehen, nach vvelchem alle Lehn-Güter ſo zu" Magdeburgiſchen Rechten zu beeden Kindern," denen ſo nicht vnn Adel, als Bürgere und Frey-" en ſeyn, verſchrieben vvorden, ratione ſucceſ-" ſionis, diuiſionis et alienationis auch noch heuti-" ges Tages müſſen reguliret und geachtet vver-" den. Weil aher ſolcher Vertrag in vielen Pun-" cten faſt ſchvver, aoch nicht allermaſſen klar" und deutlich, ob ein ſolch Magdeburgiſch Lehn-" Recht zu beeden Kindern ein antiqunm oder" nonnm feudum ſey, ſo hat der alte hochlœbli-" che Hertzog, hochmilden Gedenckens ſolchen" Vertrag, ſo viel derer von der Herrſchafft, Rit-" terſchafft und Adel altes Herkommens, Nah-" mens, Geſchlechts und Stammes Magdeburgſch" Lehn-Güter zn beeden Kindern betrifft, faſt in" allen Puncten aofgehoben, geændert, erklæhret," vermehret und verbeſſert, und ihnen an ſtatt deſ-" ſelben Vertrages ein neues obangedeutetes Mag-" deburgſch priuilegium gegeben, darinnen auch" deficientibus maſculis (oder vvie in einem an-" dern exemplari ſtehet, vel exiſtentibus fratribus aliisque agnatis de quibus tamen nulli maſculi ex- pectantur) nicht allein die Tœchter, ſondern" auch vvenn nicht Tœchter verhanden, die"

"Schvve-

ADPEND. MONVM.

"Schweſtern zu ſolchen Gütern gelaſſen werden, alles nach Innhalt und vermœge deſſelben Priuilegii, darnach man ſich vor allen Dingen in allen punćten richten muſs. Derohalben aller derer, ſo nicht von Adel ſeyn, ihre Magdeburgiſche Lehn-Güter zu beeden Kindern erſtlich nach obgemeldtem Vertrage, deret von der Herrſchafft oder Ritterſchafft und Adel altes Geſchlechts, Nahmens und Herkommens nach dem Magdeburgiſchen Priuilegio, darnach aber und in defećtum nach Sæchſiſchem und denn endlich nach gemeinen beſchriebenen Lehn-Rechten gerichtet und verſtanden. Preuſsiſch Recht aber wird nach gemeinem Brauch verſtanden, daſs in den **A** liegenden Gütern keine andere Erben, denn allein die maſculi deſcendentes, und wo ihrer viel ſeyn, unter denen nur einer, ſo tüchtig, und keine fœminae oder agnaten ſuccediren, allein daſs die andern Brüder und Tœchter eine geringe Ausſteuer bekommen, ſonſten fallen die Güter und Erbſchafft an die hohe Herrſchafft und Obrigkeit. Ob aber und in welchen fællen das Priuilegium Annu 1487. ſo allein denen von Adel auff Samland gegeban, auff Preuſsiſche Güter kan oder mag gezogen vverden, ſolches vvie auch alles übrige ſtelle ich mehr verſtændiger Gutachten und Bericht anheim.„

Paulus Crüger, D.

LITT. B.

Anonymi reſponſa de feudis Poruſſiae.

Cap. I.

De ſucceſſionibus.

Wie der Succeſſion halber alhier in Preuſſen in Magdeburgiſchen Gütern gehalten vverde, iſt zu vviſſen: daſs Anno 1487. der damalige Hochmeiſter Merten Truchſeſs, ſammt ſeinen Ordens-Brüdern mit der Landſchafft desſals einen gevviſſen Vertrag auffgerichter, vvelchen Vertrag der erſte Hertzog in Preuſſen ſo viel die von der Herrſchafft, Ritterſchafft und Adel altes Herkommens, Nahmens, Geſchlechts und Stammes betrifft, geændert, und ihnen Anno 1540. ult. Oćtobr. ein neu Gnaden-Priuilegium gegeben, nach vvelchem man ſich zu richten hat. **C** Auff die Frage: Welche Erben nach Magdeburgiſchen Rechten zu liegenden Gründen die nechſten ſeyn, iſt aus obangedachten Verordnungen klar, daſs denen von der Schvverd ſeiten dergeſtalt in den Magdeburgiſchen Gütern der Vorzug gebuhre, das gleichvvohl die Spiel-Seite aus denenſelben nach mehterm Inhalt beſagten Priuilegii gebührlich ausgeſtattet, und vvenn niemand von mænnlichen Stamme übrig, auch zur Succeſſion alsdenn zugelaſſen vverde. So aber zvvecne Sœhne verhanden und unter ihnen Streit vorfiele, vver der nechſte zu væterlichen Mag- **D** deburgiſchen Gütern, ſoll der Aelteſte nach Sachſen-Rechte theilen und der Iüngſte kieſen, und ſollen alſo durch Chur und Satzung von einander ſcheiden.

Auff die Frage: Ob Sohns und Tochter Kinder nebſt Sœhnen und Tœchtern, dem verſtorbenen reſpećtiue Groſs-Vatern und Vatern gleich ſuccediren. Antvvorte ich, daſs in Magdeburgiſchen Gütern der Unterſcheid unter Mænnlichen und Weiblichen Geſchlechte zu halten, und nach ſolchem Unterſcheid die Sœhn und Tœchter Kinder in ihrer Eltern Stelle treten, und das **E** aus ihres Groſs-Vaters Erbſchafft zu gevvarten, vvas ihren Eltern, da Sie den Fall erlebet, zukommen ſeyn vvürde.

Auff die Frage: Wenn eine Tochter aus Magdeburgiſchen Gütern ausgegeben und ihr bald nach der Hochzeit ein ſtück Geldes mitgegeben vvird, ob ſolch Geld vor eine freye Gabe zu halten, und ob Sie daſſelbe, vvie auch die AusſtattungsKoſten in die Erbſchafft einzubringen ſchuldig ſey? Antvvorte ich, vveil der Vater ſchuldig iſt die Tœchter auszuſtatten, das ſolches Geld vielmehr auf das gebührliche Ehegeld als eine **F** milde Gabe gegeben ſey zu halten, vnd darumb auch in die Væterliche Erbſchafft einzubringen, es vvære denn Sache, daſs die Tœchter ausdrücklich ervveiſen kœnten, daſs ihnen der Vater ſolch Geld nicht auff die Mitgifft, ſondern als eine **B** freye Gabe gegeben hætte, damit Sie billig geehret vvürden. Was aber die ihr mitgegebene Kleidung und Hochzeit koſten belanget, laſs ich mir derer Meinung gefallen, vvelche dieſelbe, als ein Unterhalt der Tœchter ſchætzen, und dahero nicht einzubringen ſchlieſſen.„

Ob Gebrüdere auch in Magdeburgiſchen Lehn-Gütern durch Chur und Satzung von einander ſcheiden ſollen. Daſs das Sachſen-Recht von Chur und Satzung Lehn-und Erb-Güter nicht unterſcheidet, darum uns einen Unterſcheid darin zu machen nicht gebühren vvil, vvie denn meines Wiſſens im Lande allhie in Magdeburgiſchen Gütern es nicht anders gehalten vvird.

Ob ein Geiſtlicher oder Handvvercks-Mann in Magdeburgiſchen Gütern ſuccediren mœge? Es iſt zvvar nicht ohne, daſs nach gemeinen und alten Sachſen-Rechte geiſtliche Leute von dem Lehn ausgeſchloſſen vverden, vveil Sie ihren Heerſchild niedergeleget haben mit der Pfaffheit, das Wiederſpiel aber vvird ietzo in Gebrauch gehalten, iſt auch durch Churfürſten Auguſtum beſtætiget, daſs nemlich die geiſtl. Perſonen aus der Lehn-Güter Succeſſion nicht kœnnen noch ſollen ausgeſchloſſen vverden. Sintemahl Sie ihre Lehn durch andere ſubſtituirte gegen den Lehn-Herren verdienen kœnnen. Umb deſto vveniger iſt ein Handvvercks-Mann davon auszuſchlieſſen, vveil er an dem, vvas er gelernet, den Dienſt auch in der Perſon zu verrichten nicht gehindert vvird.

Was einer Wittvven aus den Magdeburgiſchen Gütern für ein Leibgeding gehœre? Es vvird das eingebrachte Ehegeld gedoppelt jæhrlich verzinſet, doch ſtehet es in der Frauen Wilkühr, ihr eingebracht Ehegeld vviedern zu fordern, oder aber das Leib-Geding anzunehmen. Da Sie das Leib-Geding annimmt, vvehret ſolches, ſo lang Sie lebet, dagegen verliſchet ihre Mitgifft und Einbringen.

Wie hoch die Tœchter aus den Gütern ſollen ausgeſtattet vverden, iſt in den Magdeburgiſchen Priuilegiis nichts mehr enthalten, als daſs es nach Erkæntnis der Herrſchafft, der nechſten Freunde, Güter, Leuten, und nach Würden der Güter geſchehen ſolle. Was maſſen aber die Güter vvardiret ſollen vverden, iſt noch zur Zeit (1614.) kein gevviſſes in dem Lande gemachet, ohne daſs ein und ander Exempel verhanden, daſs nach Abziehung des Dienſtes und Beſchvverde der dritte Theil des Werths den Schvveſtern zur Ausſtattung zugeeignet vvorden.„ Poſt annum

num v.1620. certum quid determinatum vid. Landr.
L. 4. T. 15. a. 3. per tot.
Ob man ein Magdeburgiſch Guth bey der Mut-
“ter Leben, die ihren Witribenſtand unberückt
“gehalten, theilen mœge? Iſt ſolches, vvenn Sie
“ihr eingebrachtes daraus bekommen, oder gebühr-
“lich verleibdinget zn rechten nicht verbothen.
Ob ein Bruder die Güter, die der Vater von
“der Herrſchafft omb einen Zins ingehabet, oh-
“ne der andern vorvviſſen erblich an ſich kauffen
“mœge? Solches hat keinen Zvveiffel, vveil anch
“einen Fremden die Herrſchafft ſolche Güter zu
“geben oder verkauffen, inſonderheit nach geen-
“digter Miethe berechtiget, ungeachtet des Ver-
“ſtorbenen Erb-Gütern durch Abgebung ſolcher
“Zinſs-Güter ein Vortheil benommen vvürde.
Wenn euch von der Herrſchafft oder eurem
“Vorfahren etliche Haben zu Magdeborgiſchen
“Rechten zu beyden Kindern ſind dergeſtalt ver-
“liehen, daſs ihr dagegen ſchuldig ſeyn ſollet,
“Pferd und Harniſch zu halten zu allen nnd je-
“den Land-Geſchreyen, vvie auch alte Hæuſer zu
“brechen und neue zu banen, ſo giebet der helle
“Buchſtabe, daſs ſolch Guth vor kein Preuſſiſch
“Frey-Guth, ſondern vor Magdeburgiſch zu bey-
“den Kindern zu halten, und ændert ein ſolches
“die angehængte Pflicht, vveiln die Pflicht ſo vveit
“mit der ſucceſſion, davon das Magdeburgiſche
“Recht zu verſtehen nicht zn ſchaffen, auch der-
“gleichen vvol auf alte Adel. Magdeburgiſche Gu-
“ter geleget und geſchrieben gefunden vverden.
Wenn die Herrſchafft aus erheblichen Urſachen
“das Magdeburgiſche Guth nicht vvolte theilen
“laſſen, vvelcher denn unter ſolchen Brüdern zu
“ſolchem Guth der nechſte ſey. Reſp. Daſs kei-
“ner vor dem andern den Vorzug hab, ſondern
“durch Chur und Satzung, oder durchs Loos ſie
“voneinander zu bringen ſind.
Ob Magdeburgiſche Güter unter leibliche Brü-
“der der Herrſchafft Dienſt ohne Schaden kœnnen
“getheilet vverden? Daſs ſolches nach beſchrie-
“benen und Landüblichen Rechten zu gelaſſen,
“daſern nicht in der Belehnung ausdrücklich ent-
“halten, daſs ſolch Guth bey einem bleiben ſolle,
“aber die Herrſchafft mit beſtændigen Grunde
“darzu thun, daſs dero aus der Theilung icht vvas
“zu unvermeidlichen Schaden gereichen vvürde.
Was denen Schvveſter-Mænnern von Rechts-
“vvegen aus Magdeburgiſchen Gütern gebühre,
“und ob Sie auch ſchuldig, Kleider und Hochzeit-
“Koſten, und vvas die Eltern bey ihrem Leben
“ihnen gegeben als baar Geld, und ſonſten vvie-
“derum in die Theilung einzubringen. Reſp.
“Daſs nach klaren Buchſtaben des Magdeburgi-
“ſchen privilegii die Sœhne das væterliche Erb-
“und mütterliche Guth erben, und die Tœch-
“ter, damit die Güter, Dienſt ond Geſchlecht
“nicht geſchwæchet mit ehrl. leydl. und træglichem
“Ehegelde, vvo die Sœhne mit Zuziehung der
“Anvervvandten mit den Schvveſtern ſich nicht

A vergleichen kœnten nach Erkæntniſs der Herr-“
ſchafft hieraus zu entrichten und zu verheyra-“
then ſchuldig, da denn, vvas die eine oder an-“
dere Schvveſter auf ſolche Entrichtung voraus“
empfangen, billich in acht genommen und ge-“
kurtzet vvird.
Species facti. Titius nobilis emit 20. manſos et
ex uxore Sempronia quae nullam intulit dotem
ſuſcepit Caium et Trullam. Caius duxit plebe-
iam et ſine liberis deceſſit, Trulla uiuo Caio nu-
pſit plebeio et manſos illos Magdeburgenſes tan-
B quam hereditarios appropriare liberis ſuis uult?
Quaeritur (1) quid iuris de Sempronia Reſp.
Wenn Sempronia kein Ehe-Geld eingebracht,“
kan ſie aus dem Gut mehr nicht als die alimen-“
ta haben. Landr. L. 4. T. 15. a. 4. §. 13. (2) quid
iuris de Caii uidua. Reſp. Mit der Urkunde“
laut dem Magdeburgiſchen priuilegio f. 49. vvird“
es im Lande ſo ſtricte nicht gehalten, ſufficit die“
Bekænntniſs der Unterthænigkeit. Caii Witti-“
be aber, ob Sie gleich eine Plebeia, hat Sie den-“
noch des Iuris retentionis ſich zu gebrauchen.“
C Ius enim illud et priuilegium retentionis non tam
in fauorem Nobilitatis quam dotis et alimento-
rum intruductum. Landr. L. 1. T. 49. §. 6. L. 4. T.
15. a. 16. §. 1. L. 4. T. 15. a. 4. §. 16. ubi nulla uidua
expelli poteſt. (3) De Trullae liberis an feudi
ſint capaces, an uero feudum poſt Trullae mortem
fiat caducum, et reſp. inter plebeios iſt zu diſtin-
guiren. Ob es ein Burger, oder Bauer oder Frey?“
Hat die Trolla einen Burger genommen aus ſo“
einer Stadt die fæhig des Magdeburgiſchen Rech-“
tens vid. Priu. Truchſ. de anno 1487. circa f. in ner-“
bis. Haben auch Macht zu verſiegeln vor die“
D ſolch Recht haben in den Stædten, ſo iſt ſie auch“
habilis au Erhſahung des Magdeburgiſchen Adel.“
Guthes, und verſtammet daſſelbe auch auf die“
Kinder. Hat Sie aber einen Freyen oder Bau-“
ren geheyrathet, ſo kan Sie zvvar ſolch Guth zu“
Ihren Lebtagen behalten, aber nach ihrem To-“
de vermag Sie ſolches auf ihre Kinder nicht zu“
transmittiren, vvelche denn aus dem Guth nichts“
mehr als eine Eheſteur ihrer Mutter vvegen zu“
fordern haben. Denn vvie alle priuilegia alſo“
auch das Magdeburgiſche ſtricti iuris ſind, die“
E nicht zu extendiren. Weil denn die intentio“
ſelbigen iuris iſt, daſs adeliche Perſonen und die“
ſolches Rechts aus den Stædten fæhig ſind, allein“
Magdeburgiſche Guter beſitzen ſollen: Als kœn-“
nen Adel. Weiber, ſo ſich an Bauren verheyra-“
thet, ob Sie zvvar ſelbilen zu ihren Lebtagen“
propter originem ex nobili familia das Guth be-“
halten, auf ihre Kinder die Adelſchafft et per“
conſequens das ius et praerogatiuam ſiue effe-“
ctum priuilegii nobilitatis, das iſt die Adel. Gu-“
ter nicht transmittiren, und iſt alſo propter in-“
capacitatem horum liberorum der Nahme, Stamm,“
F Schild und Helm des primi acquirentis Titii ſo“
vvohl mænnliches als vveibliches Geſchlechtes“
gantz und gar abgangen.

CAP. II.

Noui priuilegii Magdeburgici Anno 1540. ab ALBERTO, *duce Poruſſiae, conceſſi*

SVMMA.

QVae in nouo iſthoc priuilegio continentur per-
tinent uel ad formalia iſtius priuilegii h. e.
ad occaſionem conceſſionis et ad interpretatio-
nem eiusdem, uel ad materialia h. e. ad ipſa diſpo-
ſitionis de bonis Magdeburgicis et feudalibus ca-
pita. Occaſio conceſſionis eſt, quod equeſtris or-
do multa grauamina contra transactionem Truch-
ſeſſianam ſuper bonis Magdeburgicis anno 1487.
initam allegarit indeque transactione illa caſſata
alia ſibi priuilegia concedi petierit. Quibus con-
deſcendit princeps. Hoc latius diſſeritur in ipſo
priuilegio in princ. usque ad uerba: *Zum erſten,*

G *welches von der Herrſchafft p. 45.* Ad interpreta-
tionem priuilegii pertinet. (1) Quod priuilegi-
um hoc non de praeteritis caſibus intelligi iube-
tur, ſed ad futuros tamen reſtringitur vs. *ſolche
unſere gegebene Begnadigung p. 47.* (2) Quod de-
ciſio caſuum in ipſo priuilegio non deciſurum iu-
diciis Saxonicis committenda deſtinatur uerbis:
und ſo denn menſchliche Sinnlichkeit p. 47. Ipſa diſ-
poſitionis capita de quibus in priuilegio agitur ſunt
haec (1) Agitur de ſucceſſione in bona Magdeburgi-
ca et feudalia, (2) de onere ſucceſſionis bonorum
Mag-

Magdeburgicorum et feudalium, (3) de aliena- A tione eorundem.

Succeſſio in bona Magdeburgica dicitur competere:

I. Filiis excluſis a feudo ſalua dote filiabus uerbis: *Zum erſten, welcher von der Herrſchaffe* p. 45.

II. Bona Magdeburgica deficientibus filiis competunt agnatis ſimultanee inueſtitis excluſis cuiusc. gradus foeminis uerbis: *Und wo es ſich dieſer Geſtalt begebe daß ein Mann* p. 46.

Excipe 1 Niſi filius uel agnatus ob indecentius habitas principis patris agnatorum quibus ſuccedit uel etiam foeminini ſexus perſonas et quarum B praeteritione feudum ad ipſum deuoluitur exheredatus uel feudo priuatus fuerit §. *doch ſoll in allewege bie mit dem Vetter* p. 46.

Excipe 2. feuda Magdeburgenſia noua haec enim deficientibus filiis debentur filiabus excluſis agnatis maſculis ſalua etiam diſpoſitione paterna. §. *Hætte aber der Verſtorbene etwas.* p. 46.

Excipe 3. Niſi agnati ſuccedere cupientes nullam ſpem maſculae poſteritatis habeant et ipſi ex ſimultanee inueſtitis maſculis ultimi ſint, tunc enim feudum filiabus prius defuncti debetur, qui eſt caſus *mit* Laſſaneu *gehalten* non expreſſus in C ipſo priuilegio, ſed notatus tamen in pactis p. 57.

III. Deficientibus agnatis maſculis competunt bona Magdeburgica filiabus non coniugatis, coniugatae enim cum non coniugatis concurrentes, dote ſalua excluduntur ſcil. ſi una etiam fuerit non coniugata huic uni ſin plures ſeniori conſenſu principis et agnatorum nobili uiro elocandae §. item *Wo einer von der Herrſchafft and Adel wie obgemeldt* p. 46.

IV. Deficientibus maſculis filiabusque uirginibus competunt bona Magdeburgica filiabus con- D iugatis et inter has iuniori tempore mortis parentis uiuenti §. *Wo aber mehr den eine ausgegebene Tochter* p. 46. Sin maritus eius ſine liberis deceſſerit, uidua retinet uſumfructum bonorum Magdeburgicorum, quamdiu uidua eſt, ſin ad ſecunda uota tranſierit, alteram partem feudi in nouum maritum transfert, alteram ſorores aut proximiores ex primo acquirente deſcendentes cognatos. §. *im Fall einer Erbtochter* p. 47.

Exceptio generalis eſt in perſonis filiarum eis ſcil. bona Magdeburgica non competere, ſi ob ui- E tam inhoneſtam uel alias idoneas cauſas mereantur excludi. *ibid.*

V. Deficientibus maſculis et foeminis eiusd. nominis et ſtipitis ſucceſſoribus competunt bona Magdeburgica principi §. *Wo aber der Nahme, Stamm* p. 47. Succeſſio in bona feudalia competit ex iure communi feudali filiis uel agnatis maſculis, ex hoc priuilegio Magdeburgico competit illa deficientibus maſculis filiae non coniugatae quae ſcil. matrimonio poſtmodum cum uiro nobili conſenſu principis inito feudo illo inueſtitur uerſ. *Und dieweil viel and offigemeldete* p. 48.

Excipe 1. ſi pater filiae unice praeter feudalia Magdeburgica bona reliquerit, uerbis: *Wo aber einer wie oben gedacht* p. 48.

Excipe 2. Si filia inhoneſte uixerit aut ob alias cauſas non ueniat admittenda ibi: *Doch alſo wie oben von den Magdeburgiſchen Gütern gedacht* p. 48.

Onus ſucceſſionis in bonis Magdeburgicis et feudalibus eſt I. Ius in re, quod habent foeminae ex bonis illis expediundae. 1. Ratione dotis cuius quantitate mutuae partium conuentioni uel hac deficiente principis cognitioni relinquitur decernenda.

Modus ſoluendi dotem eſt, ubi poſteaquam quantitas eius determinata eſt ex ſingulis quinquo uſurarii loco quotannis ſoluantur, niſi ea numerata ſtatim pecunia in continenti exſoluta fuerit §. *Zum erſten welcher von der Herrſchafft* p. 45. 2) Ratione augmenti dotis, quae debetur ſi deficientibus filiis agnati uel foeminae ſuccedant ibi: *Umb ſo viel ſtattlicher mit Gelde auf einem Hauffen* p. 46. Vna cum alimentis donec nuptias contraxerint uerſ. *Da es ſich dieſer Geſtalt zutragen wurde* p. 46. 3) Aduitalitii quod quilibet uaſallus uxori ſuae ratione illatae dotis tenetur conſtituere, uerſ. *Und nach dem Inhalt dieſes ietzigen* p. 47. Vidua enim defuncti uaſalli non tenetur ſucceſſori locum facere, niſi ratione ſui aduitalitii ipſi prouiſum fuerit d. l.

II. Alterum onus ſucceſſionis ſiue bonorum Magdeburgicorum et feudalium ſunt onera et ſeruitia ab anteceſſoribus praeſtari ſolita, quae ſucceſſor nobilis praeſtare tenetur, etſi bona fuerint libertinorum. §. *Nachdem wir bey unſern Tag.*

III. Tertium onus ſunt debita ſiue cum ſiue ſine conſenſu principis in feudo Magdeburgico contracta, quae ſucceſſor ſoluere tenetur §. *die Schuld in Magdeburgiſchen Gütern* p. 84. et *Landr.* L. 4. T. 15. a. 4. id quod diſtinctionem habet in bonis feudalibus §. *Wo aber mit Beliebung* p. 84.

Tametſi eandem diſtinctionem etiam in Magdeburgicis ſuadere uideatur. §. item *Ob einer von der Herrſchafft und Adel, wie vorgedacht* p. 47. item *daß er mit Wiſſen der Obrigkeit* quam tamen reſtrictionem rectius de ſola uenditione accipimus, ne textus iuris inter ſe temere committamus.

Alienatio bonorum Magdeburgicorum permittitur in hoc priuilegio his conditionibus (1) ut ea fiat conſulto principe, qui conſenſum ſuum nunquam denegare debet. (2) Vt praedium prius agnatis uel aliis nobilibus ad ſeruitia praeſtanda idoneis emendum offeratur, quo caſu ſi nolint, cognati principis pro extraneis praerogatiuam habent. (3) Vt uaſallus illud uendat, dum pollet aetate *bey ſeinen vermögenden Iahren* quae uerba in textu adiecta crediderim, ne annoſus et improlis ſenex in fraudem caducitatis bona Magdeburgica in aliam familiam transferat, atque hac ratione nunquam feuda Magdeburgica ad dominum deuoluantur. Haec omnia dicuntur in §. item *ob einer von der Herrſchafft und Adel wie vorgedacht.* p. 47.

CAP. III.

Differentiae bonorum Feudalium *et* Magdeburgicorum *in Poruſſia.*

1.

Filia coniugata non ſuccedit in bona feudalia, F *nach Gnaden* priuil. uerb. *Wo aber ein Lehn-Træger bey ſeinen Lehen* p. 84. In bona Magdeburgica ſuccedit uerb. *Wo aber mehr denn eine ausgegebene Tochter* p. 46.

2. In bona feudalia non ſuccedit filia, etſi non ſit coniugata, ſi pater alia quam feudalia bona reliquerit, uerbis: *Wo aber einer wie obgedacht* p. 48. In bona Magdeburgica ſuccedit et ſi pater alia quam Magdeburgica reliquerit. ibid.

3. In bona feudalia, ſi plures ſint uirgines non coniugatae, ſuccedit illa, cui princeps conſenſum ſuum ratione feudi impertiuerit. *Neu Gnaden* priuil. ibid: *Und ſo der Unterthanen eine uns und der* p. 84. In bona Magdeburgica inter uirgines non coniugatas ſuccedit ſenior, quando eum conſenſu principis nupſerit §. item *Wo einer von der Herrſchafft* p. 46.

4. Bona mobilia in feudalibus cenſentur iure feudali. *Neu Gnaden*-Priuil. uerb. *In den Lehn-Gütern* p. 48. In Magdeburgicis iure Culmenſi uerb. *Wo aber der Nahm, Stamm, Schild und Helm* p. 48. Nempe ex feudalibus debita extra ſpeciales caſus ex feudis non ſoluuntur ſed ex bonis mobilibus

bilibus *Landr.* L. 7. T. 12. §. 12. et ſeqq. L. 3. §. 4. in fin. In Magdeburgicis ſoluuntur ex feudis Magdeburgicis non ex bonis mobilibus, *Neu Gnaden*-Priuil. uerbis: *Die Schuld in Magdeburgiſchen Gütern* p. 48. ſ. 2. *Landr.* L. 4. T. 15. a. 4. §. 17.

5. Bona feudalia ſine conſenſu principis non poſſunt in hypothecam dati. *Neu Gnaden*-Priuil. §. *Was aber ohne Wiſſen und Beliebung der Herrſchafft* p. 48. et *Landr.* L. 4. T. 15. a. 4. §. 17. etſi in praxi haec differentia non obſeruetur.

6. In inueſtitura bonorum feudalium *die zu Lehen-Recht verſchrieben werden*, nomine heredum ueniunt tantum heredes maſculi. In inueſtitura bonorum Magdeburgicorum, *die zu Magdeburgiſchen Lehen-Recht verſchrieben werden*, nomine heredum ueniunt etiam foeminae *Landr.* L. 7. T. a. §. 8.

Cap. IV.
De dotis augmento.

QV. An augmentum dotis quae ex priuil. Magd. p. 46. et *Landr.* L. 4. T. 15. a. 3. §. 11. ſororibus fratris ſine liberis defuncti competit etiam praedefunctae ſororis liberis competat. R. N.

Quia ex quibus bonis liberis defunctae ſororis non competit dos, ex iis neque augmentum dotis iis competit. Acceſſorium enim ſequitur naturam principalis. At ex bonis auunculi non competit dos liberis ſororis, quippe quae tantum ab agnatis non a cognatis ex bonis ab agnatis ad agnatos agnatasque deuolutis ad compenſandam agnatarum foemellarum excluſionem debetur. *Landr.* L. 4. T. 1. a. 1. §. 2. *Von dem nechſten Schwerdmagen, die eines Namens, Schildes und Helme ſeyn, und das alt Væterliche Guth erben.* Priu. Magd. p. 46. *Das Magdeburgiſche Recht hat ſeine Milde den Tœchtern, Schweſtern und Vetterinnen, welche des Væterl. und Bruderl. zu genieſſen haben ſollen, mitgetheilet, nirgends aber iſt zu finden, daſs ein* Vaſallus *des andern* Vaſalli, *der nicht von ſelbigem Schild und Nahmen iſt, Tœchter* dotiren *ſolle, welches aber geſchehen würde, wenn ein* auunculus, *deſſen jedwede Schweſter wol 6. oder 7. Tœchter verlaſſen mœchte, einem jedweden Schweſter-Kinde auch den Ehren-Schmuck und Hochzeit geben muſſen, als welche bey den* dotem *gehœren.* *Landr.* d. A. 3. §. 10. *Wodurch aber die Lehn mit untræglicher Laſt würden überhæuffet werden. So kœnnen auch die Schweſter-Kinder vor ihre Perſon, weil der Mutter-Brüder leben, der Verſtorbenen Mutter-Bruder nicht erben, denn Sie als* remotiores a uiuentibus auunculis tanquam proximioribus *auch in Colmiſchen Erbſchafften würden* excludiret *werden. Das* ius repraeſentandi *aber, durch welches Sie ihre verſtorbene Mutter mœchten* repraeſentiren *wollen, iſt* in allodialibus *nur* introduciret, *nicht* in feudalibus, *und kan als eine* fictio iuris ultra caſus in iure fictos *nicht* extendiret *werden. In den erworbenen Gütern als Fahrniß und Cœllmiſchen haben ſich der verſtorbenen Schweſter-Kinder ihr Mutter-Recht* in ſtirpes *zu getrœſten.* *Landr.* d. a. 3. §. 12. *Aber in den Lehn-Gütern, welche* ex beneficio *nur beſeſſen werden, und mit gewiſſen* conditionen *vom* domino *nur geliehen oder verliehen worden, iſt dergleichen Verordnung nicht zu finden.* In allodialibus bonis *iſt* ratione ſucceſſionis *unter den Blute-Freunden, ob ſie vom Vater oder Mutter befreundet ſeyn, kein Unterſcheid.* *Landr.* L. 5. T. 12. a. 1. §. 3. *In den Lehn-Erbſchafften aber wird allein die* agnatio *vom Vater angeſehen.* *Landr.* L. 7. T. 2. §. 6. Non obſtat *das* ius repraeſentationis, *welches die Schweſter Kinder* allegiren *mœchten.* Non obſtat 2. *daſs ſie eben ſo nahe gefreundet ſeyn als etwa die Bruder-Kinder, welchen der* dos *und* augmentum dotis *nicht kœnte verſaget werden, wenn gleich ihr Vater zuvor verſtorben wære. Denn bey den Brüder-Kindern iſt das* ius repraeſentationis in feudis *auch* introduciret, *Landr.* L. 7. T. 2. §. 4. *aber nicht bey den Schweſter-Kindern.* Non obſt. *daß im Magdeburgiſchen* priuilegio p. 46. *insgemein vom weiblichen Geſchlecht geſaget, daß daſſelbe* in propoſito caſu *deſto ſtattlicher ſolle* dotiret *werden, und kein unterſcheid gemachet wird, ob Sie vom Vater oder Mutter herrühren, geſtalt auch* in ſpecie *der Muhmlein gedacht wird,* quae adpellatio cognationis eſt, ſicut *Vetter, Vetterinnen* agnationis nomina habentur. *Denn das Magdeburgiſche* priuilegium *redet* limitate *von dem weiblichen Geſchlecht, welche des Vetterlichen oder Bruderlichen zu genieſſen haben.* Item *von Tœchtern und Schweſtern, die aus den Lehn-Trægern gebohren ſind, das Wort Muhmlein wird auch im* *Landr.* L. 4. T. 14. a. 3. §. 9. *erklæret* per particulam disjunctiuam, *oder daß durch die Muhmlein nur die Vetterinnen verſtanden werden, geſtalt auch* pro generali regula *im* *Landr.* L. 7. T. 2. §. 8 *angeführet wird, wenn in Lehn-Sachen der Erben gedacht wird, daß es allezeit von den Mænnlichen Erben zu verſtehen ſey.*

Cap. V.
Der Herren Hoff- und Gerichts-Ræthe Bedencken über die clauſul *erblich und ewiglich ann. 1549.*

IN Sachen die clauſul erblich und ewiglich, ſo in allen handveſten befunden, und jetzt zwi-“ſchen Paul von Kauplancken ſeel. Wittiben und “Erben derhalben Zvveiffel ſurgefallen, achten “die Herren Ræthe fur gut: daſs ob vvohl ſolche “clauſula von der alten abgeſtorbenen Obrigkeit “gedeutet, daſs Sie auf Preuſſiſch Recht zu ver-“ſtehen, auch demſelben nach etliche derglei-“chen Fælle verabſcheidet vvorden ſeyn ſolten, ſo “befinde man doch keine rechtmæſſige billige Ur-“ſache darauf obbemeldte Deutung gegründet ſeyn “mœge. Derowegen ſolten die obbemeldte Wor-“te erblich und evviglich auf rechten Cœllmiſchen “Erbgang (inmaſſen ſie denn klærlich lauten) zu “verſtehen ſeyn. So fern nicht über ſolche clau-“ſula ausdrücklich in handveſten befunden, daſs “die Güter zu Preuſſiſchen Rechten verliehen; Und “damit dieſer letzte Verſtandt der gemeldten clau-“ſul alles Zvveiffels mœge bekræfftiget und erlediget vverden, vvird für gut geachtet, daſs man“ ſich zu Magdeburg oder Leipzig zu forderlicher“ Gelegenheit eines Urtheils über die Deutung ſol-“ cher clauſuln erholen, und darnach hinfort die“ künfftigen Fælle entſcheiden ſolle. Die erbli-“ che Theilung, darum bemeldte von Kauplan-“ cken Wittibe und Erben ſtrittig, belangende,“ achten die Herren Ræthe, daſs die gelaſſene“ Wittibe erſtlich zu ihrem gebührlichen Antheil“ an Collmiſchen Guthe gelaſſen vverden ſolle,“ und denn da die Deutung der clauſul der Her-“ ren Ræthe bedencken nach erfolget, die Witti-“ be auch zu dem andern Guth ſo man jetzt für“ Preuſſiſch Guth deuten vvill, ohngeachtet der“ clauſul erblich und evviglich zum gebührlichen“ Antheil kommen laſſen ſollen.

Ihre Fürſtl. Durchl. haben auf die gegebene“ declaration vvelcher geſtalt der vorigen Herr-“ ſchafft Verleihung und Begnadigung zu Erbrecht“

ADPEND. verſtanden werden ſoll, folgender Erklærung ſich entſchloſſen, und wollen, daſs der alten regierenden Herrſchefft Begnadigung en Erbrecht hinſorder nach Art und Gewohnheit des Cœlmiſchen Rechtens verſtanden und gehalten werden ſolle. Actum Kœnigsberg den 24. Mej. 1564. Dieſe Declaration iſt Wolff von Kreytzen unter Fürſtl. Durchl. Secret gegeben worden. MONVM.

LITT. C.

Vortrag des Hohemeiſters, und Ordens, mit der Landſchafft wegen der Magdeburgiſchen Lehn-Güter, zu beiden Kindern. Anno 1487.

WIr Bruder Merten Truchſes des Ordens der Brüder S. Meriae, des Deutſchen Heuſes von Hieruſelem Hohemeiſter, thnn kund und hekennen mit dieſem uoſerm offenen Brieff, für allen und jetzlichen, die ihn ſehen oder hœren leſen. Sn denn etliche Zeit Irrnüſs des Magdeburgiſchen Rechten, und zu beiden Kindern evviſchen uns und nnſers Ordens lieben getreuen Herrn Ritterſchafften und Mannſchafften, auch etlichen eus unſers Ordens Stædten Kœnigsberg und Kneiphoff, die ſolche Rechte haben, und ſtenden iſt, dardurch fürder Unvville, Zvvytrecht und Widervværtigkeit unter uns, unſerm Orden, nnd denſelbigen unſers Orden lieben getreuen hætte mœgen ervvechſen. Solchen allen vorzukommen, und ſonderlich, nachdem die Eintracht eine Gebehrerin iſt der Liebe, damit vvir dieſelhen unſer und unſers Ordens lieben und getreuen alleeeit begehret, nicht zu verſolgen, engeſehen, heben Wir eine Verklærunge derſelben Megdeburgiſchen Rechte helben en heiden Kindern verſchrieben, durch uns, unſere Gehietigere und dieſelbe unſere und unſers Ordens lieben getreuen Ritterſchafften und von Stædten in Gegenvværtigkeit des Ehrvvürdigen in GOtt Veters und Herrn Johannſen zu Semhlands Biſchoff vorbandelt, vorliebet und beſchloſſen vvie hernech volget.

I. Item ins Erſte iſt vervvilliget, und beſchloſſen, in vvelchen Lehn-Gut zu Megdeburgiſchan Rechten und beiden Kindern verſchrieben, ein Mann ſtirbet, und keine mænnliche Leibes-Erben nach ihm verlæſſet, ſondern eine ehrliche Tochter, dieſelbe Tochter ſoll das Lehn-Gut erben, und nech ratho ihrer neheſtan Freunde, mit einem Menne, ſo offt ihr des von nœthen ſeyn vvird, der ein gut unberüchter Menn iſt, verſorget, und aus dem Gute nicht verdrungen vverden, demſelben vvollen vvir des Lehen-Gut gnædiglich leihen, ſeyn aber mehr cheliche Töchter, ſo ſoll eine durch ihrer Freunde Rath in dem Lehn-Gut bemannet bleiben, und die andern Geſchvviſtere eus dem Gute zum Manne oder ſonſt verſorget vverden.

II. Item zum endern mahl iſt vorrahmet, und eugeleſſen, vvelchem Lehn-Gute zu Magdeburgiſchen Rechte und beeden Kindern verſchrieben vverden, ein Mann ein einige Toehter hætte, mag und ſoll ihr einen Mann geben, und demſelben dem er ſeine Tochter geben vvill, dem ſoll er nicht mehr denn anf das hœchſte die Helffte, vvas des Lehengut vverth iſt, zuſegen, dieſelbige Tochter vvæte vergeben oder unvergeben, ſo ſoll ſie ſeyn ein Erbe in demſelben Lehn-Gut nach ihres Vetern Tode.

Item, daſs auch ſo ein Mann im Megdeburgiſchen Rechte und zu beiden Kindern geſeſſen, evvo, drey oder mehr Tœchter hætre, daſs der mæchtig ſey, ſeinen Tœchtern ein Theil ſeines Lehnguts mitzngeben, doch nicht mehr denn in allem die Hælffte.

III. Item zum drittenmehl iſt verrahmet nod eugeleſſen, in vvelchem Lehngut zu Megdeburgiſchen Rechten und beyden Kindern verſchrieben, eio Mann ſtirbet, und einen oder mehr Sœhne, und eine Tochrer oder mehr, hinder ihm læſſet, die Sœbne ſollen das Lehngut erhen, und die Schvveſtern ausgeben nnd verſorgen. So aber die Sœhne elle ohne Leibes-Erben verſtürben, ſo ſie zu ihren mündigen Jahren, das iſt ein und zvvanteig Alt vvehren oder kommen ſeyn, alsdenn ſoll das Lehn-Gut an die Herrſchafft gefallen, und den ausgegehenen Schvveſtern ſoll ihre Mitgifft erhœhet vverden, nach Erkændtniſs der Herrſchafft ihrer nebeſten Freunde und guter Leute, und nach Würden der Gürer, und die Herrſchafft ſoll ſich der nicht untervvinden, ehe und zuvor ſolche Erkændtniſs geſetzet und geſchehen iſt, und ſo dann die Herrſcheſft ſamt andern guten Leuten ſolche Erkænntniſs thun und machen vvollen, da ſollen ſich die Freunde und Schvveſtern in keinem vvege vvegern noch vviederſetzen. Sturben aber die Brüdere oder der Bruder ehe, und zuvor ſie kommen vvæten zn mündigen Jahren, vvie obeu angezeiget, ſo ſoll der Schvveſtern eine vvieder in das Gut kommen, nnd den andern Schvveſtern ihre Mitgifft erhœhen vvie berühret iſt.

IIII. Irem zum Vierdten iſt verrahmet und zugelaſſen, in vvelchem Lehn-Gut zn Magdeburgiſchen Rechten und beeden Kindern verſchrieben, ein Mann oder Frau die im Lehn-Gut ein Erb iſt, ohne Leibes-Erben verſtürbe, ſo das ſtammliche Guth en die Herrſchafft geſæller, was denn nech deſſelben verſtorbenen Mannes oder Frauen Tode en ſahrender Habe und Gereitſchafft im Lehn-Gut bleibet, das ſoll nngebindert eines jeglichen an die ende gefallen, dahin es durch den verſtorbenen Mann oder Frau geſchafſet oder beſcheiden iſt. Het eber der Menn oder Fran davon keinen Beſcheidt gethan, daſs ihm die Zeit zu kurtz vvorden vvære, de GOtt vor ſey: ſo ſoll die fahrende Heebe an die nebeſten Freunde gefallen, doch mit ſolcher Unrerſcheid, daſs alle Heuſs-Schuld, als Geſinde-Lohn, Bier, Brod, Gevvandt, aus der fahrende Haabe bezahlet werde, ſondern mit gelobet Ehegelt ſoll ans dem Lehngut hezahlet werden.

V. Item zum Fünfften, wo zweene, drey oder mehr leibliche Brüder ungeſondert, ſæmmtlich eines oder mehr Lehen-Güter heben, und mit Wohnnng ſich ſcheiden, ihre Zinſer und das Leben-Gut doch ungetheilet bleibet, welcher dann ohne Leibes-Erben verſtürhet, des Antheil ſoll an ſeinen Brudet, und nach Tode desſelben Bruders, Bruder Kinder gefallen. Theilen ſie ſich eber und werden mit dem Gute und Zinſe geſündert, walcher denn ſo ohno Leibes-Erben verſtirbet, das Lehen-Gut ſoll an die Herrſchafft gefallen.

VI. Item wære es auch Seche, daſs ein Bruder dem endern ſein Theil des Lehen-Gutes verkauffen würde, und der Kæuffer ohne Leibes Erhen verſtürbe, ſo ſoll das Lohn-Gut an den Bruder und ſeine Kinder, der ſein Antheil des Leben-Guts verkeufft hætte, erben, verkaufft er aber ſolch Lebn-Gut einen Frembden, ſoll deſſelbige Leben-Gut nicht wieder an den Verkæuffer gefallen, ſondern en die Herrſchafft, wæhre es eber, daſs ein Bruder dem andern ſein væterlich Gut ebkauffe, und der Verkæuffer des Geld des Keuffes nicht alles empfinge, was denn alſo von Erb-Gelde binderſtellig bliebe, des ſoll dem Kæuffer ſeinem Bruder zu gute gedeyen,

und

ADPEND. MONVM.

“und vvo es der verſtorbene Mann hingeſchaffet A
“hat. Desgleichen ſollen allerley Erbegelde, die
“hinterſtellig blieben, von ſolchen Verkæuffern
“Lehen-Gütern au Magdeburgiſchen Rechten und
“beyden Kindern gefallen an die nehiſten Freun-
“de.

VII. Item ein Mann geſeſſen in Magdeburgi-
“ſchen Rechten zu beeden Kindern, der mag ſei-
“ne Güter mæchtig ſeyn zu verkauffen oder zu
“verſetzen, vvano ihm das geliebet, doch alſo
“daſs er es der Herrſchafft zuvor anbeut, vvære
“es aber Sache, daſs ein Mann ſo alt vvære, und
“vor Alter in die Kindheit kommen vvære, der B
“ſoll es der Herrſchafft zu vviſſen thun, und die
“Herrſchafft ſamt andern guten Leuten ſollen er-
“kennen, vvas man denſelben Manne vorgünnen
“ſolle, erliche Huben davon zu verkauffen, oder
“zu verſetzen, vvie man des zum heſten erken-
“net, damit er ſich ſeines Lebens enthalten
“mœge.

VIII. Item es iſt auch vervvilliget und beſchloſ-
“ſen, daſs ein Mann in Magdeburgiſchen Rechte
“und beyden Kindern mæchtig ſey ein Teſtament
“zu ſetzen, nach Würden der Guter, eine Marck
“zvvantzig, dreyſſig, oder viertzig, oder funff- C
“zig, und nicht hœher.

IX. Item ſo denn menſchliche Sinnigkeit noch
Vernunfft nicht durchgründen mag zufællige Irr-
“niſs, ſo ſich durch oder neben den obgeſchrie-
“benen Artickeln begeben oder zufallen mœ-
“gen, derhalben iſt beſchloſſen und vervvilliget,
“ſo einigerley Widervværtigkeit der Artickel hal-
“ben zvviſchen uns, unſers Ordens Lieben und
“Getreuen entſtünde, daſs GOtt nicht gebe, ſo
“ſollen vvir bemeldter Hohmeiſter oder unſere
“Nachkommende, ſolche Sache zu uns nehmen,
“und von den guten Leuten den Elteſten unſers D
“Ordens Unterrhanen vier oder mehr, oder drey
“oder vier Gebiettigere, und auch vier oder mehr
“wie berühret iſt, von den Landen, die Sache zu
“entſcheiden, ordeniren.

X. Und ſo ſolche Sache durch uns unſere nach-
“kommende Hohemeiſter, die gute Leute, und
“die vier Gebietigere nicht entſcheiden mœchten
“werden, daſs vvir nicht hoffen, als dann mag
“ein jeglich theil, ſo vvol vvir unſer Orden, als
“dieſelbigen unſers Ordens lieben getreue die Sa-
“che ſuchen an den Enden, da ihre Brieffe hin-
vveiſen, oder da man ſolch Recht billich ſuchen“
ſoll. Auch ſo ſoll dieſe Vorklærunge des Magde-“
burgiſchen Rechten unſchædlich ſeyn und blei-“
ben eines jeglichen Priuilegien, Puncten, und“
Artickeln, damit ſie von unſerm Orden begna-“
dig ſeyn, ausgenommen dieſe oben beſtimmte“
Artickel.

Dieſes alles, vvie angezeiget, geloben vvir“
Hohemeiſter und unſern gantzen Orden, auch“
vvir Mannſchafft alle vor uns, und der vvir macht“
gehabt, auch unſere Nachkommen, ſtete und“
feſte und unvorbrüchlich zu evvigen gezeiten,“
dem vvir doch zu fœrderem Bekænntniſs und“
mehrer Sicherheit vvir obgemeldter Hohemei-“
ſter, und vvir nach geſchriebene Gebiettigere,“
Steffen von Streitbergk Groſs-Compter, Nicklaſs“
von Gebeſattel Obriſter Marſchalck, Hanſs von“
Tieffen, Obriſter Spittler und zu Brandenburgk,“
Eraſmus von Reiſſenſtein Obriſter Trappir, und“
zu Balge Comptor, unſere Siegel vor uns und“
unſern gantzen Orden, und vvir von der Land-“
ſchafft Herr Stentzel von Dohnen, Herr Both“
von Eylenburg, Herr Nicklaſs Wilcke, Ritter,“
Hanſs Keller Landrichter, Hanſs Falckenhain,“
Caſpar Liechtenvvaldt, Lorcke von Cremitten“
aus dem Preuſſenmarckiſchen Gebieten, Daniel“
von Kunheim Landrichter, Heintz Mercicktha-“
ler, Peter Koberſche, Hanſs Lautter, Michel“
von Konſeck, aus dem Brandenburgiſchen gebie-“
ten, dieſelben haben auch Macht zu verſiegeln, vor“
die ſolch Recht haben in den Stædten, Nicklaſs“
Chavv Bonheim und hat auch Macht zu verſiegeln,“
vor Friederich und Hanſs Kuchenmeiſter, Fri-“
derich Bernſeldt, Hauſs Lange, aus dem Balgi-“
ſchen, Hanſs Gabelcke, aus dem Hollændiſchen,“
Hanſs von Weyer, Gerlach von Konſeck,“
Nicklaſs von Renſsken, Paeſsken von der Tywer-“
ſche aus dem Oſterrodiſchen, Stentzel Schollin,“
aus dem Reiniſchen, und Titz Aueroxs, aus dem“
Labiavviſchen Gebieten, unſer Inſigel vor uns“
und alle die ſolch Recht haben, der vvir mæch-“
tig ſeyn, auch unſere Nachkommende, Geſehr-“
de und Argeliſt ausgeſchloſſen anhangen laſſen,“
dieſem Brieffe, der gegeben iſt, auf unſerm“
Hauſe Kœnigsberg am Tagge Petri den man nen-“
net ad vincula nach CHriſti unſers HErrn Ge-“
burt, tauſend vierhundert im ſieben und acht-“
zigſten Jahre.

LITT. D.

*Das newe Gnaden-*Priuilegium, *über die Magdeburgiſchen, und Lehen-Gü-ter des Hertzogthums Preuſſen, von Marggraff Albrechten dem Eltern, und erſten Hertzogen in Preuſſen, gegeben im Jahre 1540. den letzten Octobr.*

VOn GOttes Gnaden, Wir Albrecht Marg- E
“graff zu Brandenburgk, in Preuſſen, zu Stet-
“tin, Pommern, der Caſſuben, und Wenden,
“Hertzog, Burggraff zu Nürnberg, und Fürſt zu
“Rugen. Thun kundt und bekennen vor jeder-
“menniglichen die dieſen unſern Brieff ſehen oder
“hœren leſen, Nachdem im Jahr tauſend, vier-
“hundert ſieben und achzig ein Vortrag und Er-
“klehrung zu verhütung Zwytracht und Irrung
“zwiſchen der alten Herrſchafft und derſelben
“Underthanen, über die Magdeburgiſchen Rech-
“te zu beyden Kindern, durch den Hochwürdi-
“gen und Geiſtlichen Herrn Merten Truchſes, F
“Teutſchordens Hoemeiſter, mit Rath deſſelben
“gebiettigern Herrſchafft, Ritterſchafft, Mann-
“ſchafft, und der Stædte Kœnigsbergk, in kegen-
“wertigkeit des Ehrwürdigen, in GOtt Vatters
“und Herrn etwan Johanſen Biſchoffen zu Sam-
“landt auf etliche Artickel herabmet, verliebt und
beſchloſſen. Und wiewol dieſer gemelter Vor-“
trag von voriger Herrſchefft und auch den Un-“
derthanen von des beſten wegen, auch dadurch“
Fried, Lieb und Eynigkeit, gemehret und gepflan-“
tzet mœcht werden, auffgericht, ſo befindet ſich“
das aus ſolcher berahmung und Vergleichung“
unſere getreue Underthanen, die von der Herr-“
ſchafft, Ritterſchafft, und Adel, ietzgtemeldten“
Vortrages, allerley hohe Beſchwerung tragen“
und haben. Dennoch die gedachten, alle un-“
ſere liebe Getrewe, die von der Herrſchafft, Rit-“
terſchafft, Adel, und vollmæchtige Geſandten“
unſers Hertzogthoms Preuſſen in gemeiner Tag-“
fahrt, im Jahr Tauſend funffhundert neun und“
dreyſſigſten den vierten May verſammlet, auffs“
underthenigſt gebeten, wir wolten als der gnæ-“
dige Herr und Landes-Fürſt, bey des Zeiten ſie“
alle auch gemeine Landt und Leute, durch Schi-“
ckung des Allmæchtigen, in Gœttlichen und ge-“

"wiſſen Sachen, zu Chriſtlicher Freyheit und mehrer Erkeontnüſs, ſeines alleine ſeligmachenden Worts (darumb GOtt billiche Danckſagung geſchicht) kommen, ſie ihre Erben, Erbnahmen und Nachkommende, Erblich, ewiglich und zu ewigen Zeiten, dieſer ihrer bedruckten ſchmertzlichen Beſchwerung, welebe ibnen der vielgemeldte auffgerichte Vertrag aufflegen thet, gnediglichen entnehmen, denſelben aufheben, todt und abe ſeyn laſſen, und ſie die von der Herrſchafft, Ritterſchafft und Adel, ihre Erben, Erbnehmen und Nachkœmhlinge, welche mit Magdebucgiſchen Gütern u. Rechten zu beyden Kindern, auch Magdeburgiſchen vor ſich, von GOtt und ihrer Herrſchafft begnadiget und begabet, auch derſelben Freyheit und Gerechtigkeit, ſo viel derſelben Recht nach ihrer Art in ſich haben und vermugen, mildiglich genieſſen laſſen. Dieweil wir dann als der gnedig und erkendlich Landes-Fürſt gegen unſern Undertbanen und mennig lich, damit wir in allen ziemlichen und rechtmeſsigen, ja gerne dermaſſen, daſs wir als der wohlthætige Fürſt aller underthenigen Dienſtbarkeit danckbar befunden werden wolten, zum hœchſten bewogen, nichts weniger auch alles dasjenige, was ietzo und in zukunfftigen Zeiten zwiſchen uns und unſern Erben, Erbnahmen, Nachkommenden und derſelben Undertbanen, zu ruhe, Lieb und Einigkeit dienſtlich ond förderlich bedeocken, und wircklich vollenziehen wolten, ſo urſachet uns dieſe unſere Trewe und Liebe, aoch die vielfeltigen geleiſten gehorſamen und underthenigen und fleiſsigen Dienſte, ſo uns von denen von der Herrſchafft, Ritterſchafft und Adel, diſs unſers Fürſtenrbumbs, von anfang unſerer Regierung bis anhero, und ſonderlich im nechſtem vergangenem ſchweren Kriege, in welchem ſie als die getrewen Underthanen bey uns mit darſtreckung ires Leibes, Bluts und Gutes, auch Verlierung Vervvüſtung, und gentzlicher Verzehrung und Verhærung aller ihrer Guter, geblieben, und bis ins ende getrevvlich verharret, und doreh keinen Weg ſich abvvenden und abhalten baben laſſen, erzeigt, auch hinfürder zuerzeigen vrbœttig, vvillig, gefliſſen und verpflicht ſein vvollen und ſollen, daſs vvir nach gehabten reiffem und zeitigem bevvegen, hedencken und Rathsſchlægen, alle gemeldte unſere getreue Underthanen, die von der Herrſchafft, Ritterſchafft und Adel des Hertzogthumbs Preoſſen, ſo Adelicher Ankunfft, Stammes und Herkommens, alle ihre Erben, Erbnahmen und Nachkœmblinge, umb gedachte ihre getrevve Dienſte, gnediglich der Beſchvverung zuendnehmen, mit andern und træglichern Privilegien und Freyheiten zu privilegiren, zu befreyen und zu begaben, auff ihr undertheniges Bitten und anlangen, angeſehen, das ſolches dem Rechten nicht zu endkegen, mit gnaden vvillfahren vvollen, endnehmen ſie dec Beſchvverung, und begaben, befreyen und privilegiren ſie, ihre Erben, Erbnahmen und Nachkommen, evviglich und zu evvigen Zeiten zu gebrauchen, und ſich deſs und nichts anders zu halten, vor uns, alle und jedere unſere Erben und Erbnahmen, und nachkommende Herrſchafft, in Krafft dieſes unſers Brieffes, vvohl bedechtiglich und aus Goadeo mit dieſem hernach klærlich von Punſten zu Punſten, von Artickel zu Artickel, verzeichenten Freyheiten und Begnadigungen:

Artic. I.

I. Ins erſte, das der obengemeldte, uffgerichte Vertrag, aus oberzehlten Urſachen und ſonſt allerley bedencken, in allen ſeinen Punſten und Artickeln falle, todt, abe, und nichtig ſey; Allen denen von der Herrſchafft, Ritterſchafft und Adel derſelben Erben, Erbnahmen und Nachkœmblingen, vvie oben vermeldet, zu nachtheil und Beſchvverung nimmermehr und keinen Zeiten gebraucht vverde, daſs vvir vor uns, alle und jede unſere Erben, Erbnahmen und nachkommende Herrſchafft, uns deſſelben Vertrags gantz und gar zu evvigen Zeiten verziehen und begeben haben vvollen, begeben und verzeihen vor uns alle und jedere unſere Erben, Erbnahmen und nachkommende Herrſchafft, demnach hiemit und in Krafft dieſes unſers Briefes, den vorbedachten allen unſern lieben und getrevven Underthaneo und derſelben nachkommenden, aus beſondern gnaden und zum beſten, ſolches vielgemelten Vertrages gantz und gar, alſo, das ſolchec Vertrag durch niemand hinfur an gegen die vorgemelten gebraucht, gehalten, oder dieſelben damit gebunden vverden ſollen, hiemit aus Gnaden ordende und vvollende, daſs es hinfort mit allen denen von der Herrſchafft, Ritterſchafft und Adel, allen ihren Erben, Erbnahmen und Nachkommenden, ſo Adelicher Ankunfft, Stammes ond Herkommens, vvelche mit Magdeburgiſchen Gutern und Rechten zu beyden Kindern, aoch ſonſt Magdeburgiſchen begabet und begnadiget, erblich, evviglich, und zu evvigen gezeiten folgender Geſtalt gehalten vverden ſolle.

§. 1. Zum erſten, vvelcher von der Herrſchafft, Ritterſchafft und Adel, vvie gedacht, in Gütern, ſo zu Magdeburgiſchen Rechten zu beydeo Kindern, auch Magdeburgiſchen vor ſich, verſchrieben, verſturbe, Sœhne und Tœchter, die in Ehelichen Stande und erte gezeuget, hinder ſich verlieſſe. Sollen alsdann die Sœhne, das Væterliche und Mütterliche Gut erben, und die Tochter, oder Tœchtere, damit die Güter, Dienſt und Geſchlecht nicht geſchvvæcht, mit ehrlichem, leidlichem und træglichem Ehegelde, vvo der, oder die Sœhne ſich ohne daſs, mit der, oder den Schvveſtern vergleichen nicht kœnten, nach Erkenntnuſs dec Herrſchafft, Freundſchafft und Vervvandten, heraos entrichten und verheyrathen, doch das ſolch Heyrathgeld bahr übec einen hauffen, der odec den Tœchtern, angeſehen, das ihnen das Magdeborgiſche Recht ſeine milde auch mitgetheilet, gegeben vverde. Wo aber der oder die Sœhne ſolch Heyrathgelt auff einem hauffen nicht zu geben hætten, und das Unvermœgen je ſo groſs, und der Tœchter oder Schvveſtern ſo viel, daſs vvo dieſem ſolte nachgegangeo vverden, die Güter, Dienſt, und Geſchlecht, zu hoch dadurch geſchvvecht vverden, ſo ſoll hiermit zugelaſſen ſeyn, daſs die Tochter, oder Tæchtere, Schvveſter, oder Schvveſtere, in zvveyen oder dreyen Iahren, vvie das die Beredung geben kan, entrichtet vverden nach ausgang derſelben, ſollen ſie ſolche Mitgifft ihrer Schvveſter, oder Schvveſtern, von hundert funffe verzinſen, hiſs ſo lange die Summa vvie obgedacht, erleget.

§. 2. Und vvo es ſich dieſer geſtalt hegebe, daſs ein Mann des Standes, vvie ohen ausgedruckt, ſo leibliche Bruder oder Brüder-Kinder Mænnliches Stammes, die vvie billich, eines Namens, Stammes und Schildes vveren, hette, verſtürbe, und lieſſe hinder ſich keinen leiblichen Sohn; ſondern alleine eine Tochtec, oder Tœchtere, Schvveſter oder Schvveſtere, die vvereo beſtattet oder unbeſtattet: ſo ſoll der, vvelcher der negſte Schvvertmagen eines Namens, Schildes ond Helmes ſein vvird, es ſey Bruder, Brüder-Kinder, oder abec auch vveitere Siebſchafft, doch vvie oben gemeldet, deſſelben Bluts, Stammes, Namens, Schildes und Helms, unangeſehen ſie die Brüder, oder Vettern vveren getheilt gevveſt, mit dem Rauch und Gut, oder nicht, nach Art des Magdeburgiſchen Rechtens,

vor

“ver den Tœchtern oder Schvveſtern, das alt und A
“Væterliche Gut erben. Iedoch das durch den
“Vettern, ſo ſolch Gut erbet, nach Erkantnoſs der
“Herrſchafft, Freundſchafft und würden, oder
“vvirderung der Güter das Weiblich Geſchlecht
“umb ſo viel ſtattlicher mit Gelde auf einen hauf-
“fen ausgegeben werde, damit dennoch das Weib-
“liche Geſchlecht ſich deſs zu freuen, und des Vet-
“terlichen, oder Brüderlichen zu genieſſen. Ehe
“aber zuvor ſolche Erkenntniſs und vergleichung
“geſchehen, und das Geld auff einen hauffen ge-
“fallen, ſoll die Tochter oder Schweſter, im Gut B
“bleiben, oder mit ſo viel ſtehender beſtendiger
“und gewiſſer nutzung, ohne wiederrede verſor-
“get vverden, da volgents, vvenn das Gelt gefal-
“len, dieſelben vvieder den Stemmen eingereu-
“met vverden ſoll. Doch ſoll in allvvege bie-
“mit dem Vetter, oder den Vettern, ſo vermüge
“des Priuilegii zu den Gütern zu Magdeburgiſchen
“Rechten zu beyden Kindern, auch ſonſt Magde-
“burgiſchen verſchrieben, erben, und kommen
“mœgen, mit Ernſt eingebunden ſein, ſich gegen C
“der Herrſchafft und Vettern, davon er oder ſie
“des anfals zugevvarten underthenig, ehrlich, ge-
“buhrlich, freundlich und aller Erbarkeit halte,
“dergleichen auch ſich gegen den armen Meidlein
“aller ehren, Vetterlichen, freundlichen und Er-
“barlichen erzeigung, hülf, fœrderung und raths
“bevveiſe. Wo aber jemands von den Vettern,
“in dieſem ſich nicht vvürde, vvie oben gemelt,
“underthenig, ehrlich, Vetterlich, freundlich,
“hülflich, verſtendig und zuræthig kegen der Herr-
“ſchafft und dem, von vvelchem er des anfals zu-
“gevvarten, oder dem Mümlein halten und erzei- D
“gen vvurde und vvolte; ſoll der an dem der fall
“zogevvarten, ſich kegen ſeinem Freunde und Vet-
“tern nach erkentniſs der Herrſchafft und Freund-
“ſchafft mit endterbung oder andern Straffen zu-
“erzeigen macht haben.

§. 3. Hette aber der verſtorbene etvvas bey Für-
“ſten ond Herren, zu dieſen rechten verdienet,
“umb ſein verdienet oder ſonſt ervvorben Gelt er-
“kaufft, alſo, daſs es an ihnen von ſeinen Vatern
“oder Altvatern nicht kommen vvere, das ſol
“billig auf die Tochter oder Tœchtere, vvo kei-
“ne leibliche Sœhne hinder ſich verlaſſen, fallen, E
“kommen und erben, doch daſs dem Vatern in
“dieſem die Handt aus billichen Urſachen mit
“ſolchem Gut zu gebahren, frey und offen ſtehe.

§. 4. Item, vvo einer von der Herrſchafft und
“Adel, vvie obgemelt, im Magdeburgiſchen Rech-
“ten zu beyden Kindern, und ſonſt Magdebur-
“giſch vor ſich, ſitzend verſtürbe, und hinder ſich
“keinen Mænnlichen Saamen als Sœhne, Bruder,
“Vettern und dergleichen, ſo eines Stammes,
“Bluts, Nahmens, Schildes und Helmes vveren, F
“ſondern allein eine Tochter oder Tœchtere, ei-
“ne Schvveſter oder Schvveſtere, oder aber beyde
“Geſchlecht, Mænnlichs und Weiblichs verlieſſe,
“da doch das Mænnliche ohne Erben, Mænnliches
“Sames verſtœrbe, ſo ſoll die nachgelaſſene Toch-
“ter oder Tœchtere, Schvveſter oder Schvveſte-
“re (vvelches das negſte zum Erbe) in dem Gut,
“nach Art und Gevvonheit des Magdeburgiſchen
“Rechtens, ſie vveren ausgegeben, bemannet oder
“nicht, bleiben.

§. 5. Doch vvo ſie alle biſs auff eine Tochter G
“oder Schvveſter begeben und ausgeſtevvret; daſs
“die unverſorgte im Gut bleibe, und nach rath,
“vviſſen, vvillen und vollvvort der Herrſchafft,
“Freundſchafft, und negſt Vervvandten, einem
“Ehrlichen, Rittermæſsigen vom Adel zur Ehe,
“dazu ſie die Iungfravv keines vveges gezvvungen
“vverden ſoll, in das Gut gegeben, und die an-
“dern Schvveſtern nach erkændniſs der Herrſchafft,
“Freundſchafft und vvirden der Güter, ehrlich
aus dem Gut gevveiſet vverden.

§. 6. Wo aber mehr dann eine unausgegebe-“
ne Tochter verlaſſen, ſo ſol die im Gute bleiben,“
vvelche die elteſte und unausgegebene nach des“
Vatern tode ſeyn vvürde, mit vvelcher folgends“
vvie oben berührt, gebahret vverden ſoll. Wo“
ſie aber alle begeben, ſoll die iungſte, ſo nach“
ihres Vatern tode bey leben, ins Gut gevveiſet“
vverden, daſſelbe beſitzen, und die andern mit“
erbeſſerung ires Ehegelts oben erzehlter maſſen“
aus dem Gute ausgeben und endrichten, ſo fern“
es anders mit den genannten Perſonen alſo gele-“
gen, daſs ſie Ehren halben und ſonſt aus gnugſa-“
men billichen Urſachen nicht zu vervverffen.

§. 7. Da es ſich dieſer geſtalt zutragen vvürde,“
daſs ein Vetter ein Gut, vermœge dieſes Ver-“
trages erben ſolte, oder daſs eine Tochter in das“
Gut bemannet, ihre Schvveſtern aber gantz klein,“
oder aber gevvachſen und noch unbegeben, ſo“
ſollen ſie aus ihren Væterlichen Gütern den müg-“
lichen und ehrlichen endhalt, von Eſſen, Trin-“
cken, auch Kleidung, ihrer Ausſtevver unſched-“
lich, biſs ſie mit einem ehrlichen Bidermann aus-“
gegeben, haben, vvorauf vvir uns unſere nach-“
folgende Erben, Erbnahmen und nachkommen-“
de Herrſchafft, und derſelben Amptleute, auch“
der Megdlein neheſt Vervvandte und Vormunder“
mit gnaden und gutem vleis achtung haben ſollen“
und vvollen.

§. 8. Item, ob einer von der Herrſchafft ond“
Adel, vvie vorgedacht, zu Magdeburgiſchen“
Rechten zu beyden Kindern, und Magdebur-“
giſch vor ſich ſitzende, aus notturfft oder ſonſt“
ſeiner Beſſerung nach, ſeine Güter bey ſeinen vvol-“
mügenden Iahren verkauffen oder verpfenden“
muſte und vvolte; ſoll ihme ſolches iederzeit“
zu thun offen ſtehen, und zugelaſſen ſeyn. Ie-“
doch alſo, daſs ers mit Wiſſen der Obrigkeit,“
die ihme darzu auff ſein undertheniges bitten“
und anzeigen den zulaſs, ohne verzug nicht ver-“
ſagen ſol, thue, ond ſolchen Kauff erſtlich ſei-“
nen neheſten Freunden, dem gebrauch nach an-“
bieten, demſelben oder einem von der Herſchafft“
und Adel, der zum Dienſt tüglich und am mei-“
ſten darum giebet, verkauffe, vvann aber die“
Bluts und Schildsfreunde deſs zu kauffen nit be-“
dacht, das alsdann die Herrſchafft vor den frömb-“
den umb das gebürende Gelt die neheſten ſeyn.

§. 9 Und nach dem, inhalts dieſes ietzigen“
unſers ietzigen Privilegiens, ein ieder Tochter“
mit bahrem Gelde auſs den Gutern auſsgerich-“
tet vverden ſollen, vvird da entgegen dieſelbe“
berathene Tochter nicht unbillig von irem Ehe-“
gatten vorleibgedinget, dennoch ſoll ein ieder“
von der Herſchafft, Ritterſchafft ond Adel, ſei-“
nen Ehegatten nach vermœge der Güter und“
Dienſt, damit die nicht geſchvveche, mit einem“
ziemlichen ond ehrlichen Leibgedinge, mit Ver-“
willigung und Bekrefftigung und zulaſs der Herr-“
ſchafft verſorgen und verſehen, deſs die nach-“
gelaſſene Witfrau ehe und zuvor ſie ſolches Leib-“
gedinges verſichert, ſich aus den Gutern, ſo ſie“
mit ihrem verſtorbenen Ehemann beſeſſen, zu“
begeben ſchuldig ſein nicht ſol.

§. 10. Im fall einer Erbtochter, ein ehrlicher“
vom Adel zur Ehe ins Gut gegeben vvürde, und“
derſelbe vom Adel ohne Maunliche und Weib-“
liche Leibes Erben verſtürbe, ſo ſoll ſie, vvo ſich“
dieſelbe Erbtochter, vveiter verheyrathen nicht“
vvürde, daſſelbe Erbgut zo ihren Lebtagen in-“
nen haben und genieſſen: Nach derſelben abſter-“
ben ſol es mit dem Gut, in maſſen dis Priuile-“
gium ausvveiſet, gehalten vverden, vvann ſie ſich“
aber vveiter verheyrathen vvolte, ſo ſoll ihr die“
Helffte des Guts, ſo ſie zum Manne gebracht hat,“
erblich übergeben, und die andere Helffte ieder-“
zeit an ire gebürende ort und ſtellen, dahin diſs“
Priuilegium vveiſen thut, kommen und erben.“
Iedoch das in allen beyden fellen die verlaſſene“

Digitized by Google

“Witfravv das Gnr, ſo viel ſie des innen hat, in A vveſentlichen Bavv und vvirden durchaos erhalte, nnd gehubrlicbe Dienſte der Herrſchafft und dem Lande zum beſten verſebe, und beſtelle.

§. 11. Wo aber der Nahme, Stamm, Schilt ond “Helm, ohne einige mebr gelaſſene Erben des Srammes und Nahmens Mæolichs oder Weiblichs Geſchlechts gantz nnd gar abgehen, ſo ſoll alsdann und nit eher das Magdebürgiſche Gut zn beyden Kindern, und Magdeburgiſch vor ſich, an Uns, nnſere Erben, alle und iedere Erbnabmen und nachkommende Herrſchafft, als den Landesfürſten ſterben, fallen und kommen, vvas B dann an allem dem, ſo zn ſahrender Haabe, oder dem Erbe, nach Magdeburgiſchen Rechten gehœrig, von einem der Herrſchafft, Ritterſebafft oder Adel vorlaſſen, des ſoll die Erbfœrderung und entpfabnng deſſelben nacb, nach art des Cœlmiſehen Rechtens oder Priuilegii gebalten vverden.

§. 12. Und ſo dann Menſchliche Sinnligkeit, “Vernunffr, bedencken und vorberrachtung aus menſchlicher Schvvachbeit, zufellige Irrungen und beyfell, ſo ſich durch oder neben den obgeſchriebenen Artiekeln begeben oder zutragen C mügen, nicht gnugſam ergründen, ſetzen vorkommen und verordenen mag oder kan. Demnach haben vvir nnſern getrevven lieben Underrhanen, ihren Erben, Erbnahmen, und Nachkœmlingen mit gnaden zugelaſſen und bevvilliget, vvo einige Wiedervvertigkeit oder Irrung, auſſerhalb dieſer obgeſchriebenen Artiekel, oder deſs, ſo dem anhengig zvviſcben uns alle und iedere unſere Erben, Erbnahmen und nachkommende Herrſchafft, und nnſern lieben getrevven, oder aber ihnen ſelbſten entſtuoden (deſs D GOtt nichr gehen, ſondern mit Gnaden verhüten vvolle) ſo vvollen vvir alle und iedere unſere Erben, Erhnabmen, nnd nachkommende Herrſehafft ſolehe Sache alsdann von allen theilen, als vvohl vvir alle ond iedere unſere Erben, Erbnahmen, und naehkommende Herrſehafft, als unſere liebe getrevve Underthanen ire Erbnahmen, und Nachkœmblingen. In allen und ietzlicben fürfallenden fællen, am Chur- und Fürſtlichen Sæchſiſehen Oberhoffgericht, vvelches mit ſtattlichen von der Ritterſchafft, Adel und Doctoren heſetzt, Reeht ſuchen, nehmen, E geben, und darbey bleiben. Wo aber ſolches in abnebmen keme nnd ſo ſtattlieb nicht beſetzt, ſo vvnllen vvir an den eoden, da die Sæchſiſchen Gerichtsſtüle am beſten, nnd ordenrlichſten verſorgt und beſtellt, auch den meiſten Beruff zn jederzeit haben, vvie oben gemelt, recht ſuchen, nehmen, geben und gevvarten.

§. 13. Solche unſere gegebene Begnadigung nnd “Befreyung, vvollen vvir anfalle fehl, ſo von datis an ſich hinfurt zntragen mügen, und zu Magdeburgiſchen Rechten zu beyden Kindern und F Magdehurgiſchen vor ſich, verſchrieben iſt, oder ihn zukommend verſehrleben vverden mag, gemein haben, iedoch daſs die Gürer, ſo vvir, auch unſere Vorfahren allbereit durch unſere und derſelben Zuſage, Brieff und Siegel, in Anmerckung, daſs vvir es got fug und recht, deſs vielgedachten jetzo genichtigten Vertrages halben, gehabt, vorgeben, vorbrieffet, vorſiegelt, und zugeſagt, ſie ſeynd vorfallen oder nicht, aus dieſer Freyung als vveren ſie vvœrtlich eingeſetzet ausgezogen, nod uns zu dem Brauch, vvie es vormuhls gehalten vvard, vorbehalten G haben, alſo das dieſelben Gürer, denen Perſonen, ſo durcb uns, umb ihrer trevven Dienſt vvillen, damit begabet, folgen und bleiben ſollen.

§. 14. Nachdeme vvir hey unſern Tagen etzliehen vom Adel mit Gnaden frey Güter an ſich zu kauffen vergundt, mit dem Beſcheide, daſs ſie die Beſchvverung Dienſt und anders, ſo die Freyen oder dieſelben Güter ſchuldig zu thnn, geleiſten und ausrichten ſolten, dennoch vvollen vvir vor nns, nnſere Erben, Erbnahmen und nachkommende Herrſchaffr, dieſelben Güter nach laut ihrer Brieff und Siegel, die ſie darüber haben, und dabey billig bleiben, aus dieſem Prinilegio, als vveren ſie vvœrtlich hiemit eingeſetzt, ausgezogen, und zn dem rechten auch Gebranch, vvie ihre Brieffe nnd Siegel vveiſen und aosdrucken, uns vorbehalten baben.

§. 15. Und dievveil viel und offtgemelte Herrſebafft nnd Adel unſers Fürſtenthumbs Preuſſen, nns vveiter in aller Undertbænigkeit angeruffeo und geberen, nachdeme viel derſelben zn Lehn-Reeht ihre Gürer vetſchrieben hætten, wir wolten mit Gnaden zulaſſen, daſs, wo einer von der Herrſchafft, Ritterſchafft und Adel mit Lehn-Gut hegaber, und keine mænnliche Leihes-Lehns-Erben, ſondern eine oder mehr unausgegebene Tœchter hinter ſich verlieſſe, daſs der Tochter eine, mit einem frommen redlichen des Adels der es auch umb uns und dieſe unſere Land nnd Leute getrevvlieh verdienet, oder verdienen kœndte, mit unſerer aller nnd jederer unſerer Erben, Etbnahmen und nacbkommenden Herrſchafft, Gnad, Gunſt nnd Willen, auch vviſſen der Frenndſchafft (ſo fern ſie derſelben folgen vvil) in das Lebogut verchlicht, und alſo, vvem vvir, alle und jedere unſere Erben, Etbnahmen und nachkommende Herrſchafft das Lehngut ſambt einer Tochter gœnnen vverden, daſs derſelhe die andern Tœchter, nach Erkentniſs der Herrſehafft und vermüge der Güter heraus entrichte. Wo aber der Tœcbter eine oder keine, nicht folgen vvolte, daſs ſie alsdann nach vermüge der Güter, vvie oben gemelt, mit gebuhrenden Ebegelt ausgeſtevvret vvürde, ſo vvir dann die vielgeleiſteten Dienſte, unſerer getrevven Underthanen, der von der Herrſchafft, Ritterſcbafft und Adel hedencken, kœnnen vvir ihnen dieſe ihre ziemliche Bitte nicbt verſagen, vvollen demnach, daſs es mit dem Fall der Lehn-Güter, ſolgender geſtalt gehalten vverde.

§. 16. Wo eioer von der Herrſehafft, Ritterſchafft und Adel verſtürbe, und keine andere dann Lebngüter, aucb keinen Mænnlichen Lehns-Erben, ſondern eine Tochter, die unausgegeben vvere, allein verlieſſe. Das es damit, der von der Herrſchafft, Ritterſchafft und Adel, bitte nachgehalten vverde, Wo aber einer vvie oben gedacht, beyde Magdeburgiſch nnd Lehngüter hette, und keinen Mænnlichen Lehns Erben verlieſſe, ſondern eine eintzliche Tochter, vvelche vermœge dieſes unſers Priuileginms zu den Gütern, ſo zu Magdebuigiſchen Rechten verſchrieben, eine Erbtochrer vvere, ſo ſolten die Lehogüter ohne alle mittel an uns, unſere Erben, Erbnahmen, und nachkommende Herrſchafft fallen, doch alſo daſs ibr nicbts deſtovveniger die Mitgifft auſs den Lehngütern nach vermœge derſelben gegeben und gereicbet.

§. 17. Wo aber mebr dann eine Tochter, als vvie oben gemelt, in manglung der Lehns-Erben unberathen verlaſſen, und beyde Magdeburgiſche und Lehngüter ererbet betten, eine aber in den Magdeburgiſchen Gütern nach Innbalr dieſes Priuilegii bleiben ſolt, ſo ſollen vvir, nnſere Erben, Erbnahmen und nachkommende Herrſchafft einen ehrlichen vom Adel mir dem Lehn-Gur zu begaben machr haben, und ſo der unberathene eine uoa nnd der nachkommenden Herrſchafft folgen vvill, mit demſelben guten und ehrliehen Manne ins Gut veteblichen, vvelcher

“cher volgents die andern aus dem Lehngur, nach A
“vermüge derſelben Gütee entrichren ſoll, docb
“alſo, vvie oben von den Magdeburgiſchen Gü-
“tern gedacht, daſs die Perſonen ehren halben
“und ſonſt ans gnugſamen billiehen Urſachen nicht
“zu vervverffen.

§. 18. Wo aber ein Lehntræger bey ſeinem Le-
“ben aus den Lehn-Gürern, derſelben Tœchter
“oder Tœcbtare ausgegeben oder vereblichet hæt-
“re, und das Gur alſo an uns, unſere Erben und
“Nachkommenden, vermœge dis priuilegiums
“fallen vvürde, ſo vvollen vvir unſera Erben, B
“Erbnahmen und nachkommende Hertſchafft,
“der oder denſelben ausgegebenan Toehrer oder
“Tœchteren, die Mirgifft nach unſer auch unſe-
“rer Erben, Erbnahmen und nachkommenden
“Herrſchafft Erkantniſs aus dem Lehn-Gur, nach
“Vermœge und Gelegenheit deſſelben, mit Gna-
“den erhœban: In den Lehngûtern ſoll es mir der
“fahrenden Haab, nach Art der Lehnrecht ge-
“balren vverden.

§. 19. Die Schuld in Magdeburgiſcben Gütern, C
“bezahlt billicb der Erbe der Güter, von den Gü-
“rarn allein, ausgeſchloſſen, der fahrenden Haab,
“mir vvelcher as gehaltan vverden ſoll vvie oben
“gemelt. Wo aber mit Beliebung der Herrſchafft
“auf das Lebn Schuldt gemacht, das vvird davon
“billig bezahlt. Was aber ohna Wiſſen nnd Be-
“liebung der Herrſchafft vor Schuldr auf das Lehn
“genommen, das ſoll aus der ſahrenden Haab, ſo
“vveit ſich die erſtreckr bezahlt vverden, und
“nicht aus dem Lehngut.

§. 20. Mit dieſen allen oban geſchriebenen und D
“vermeldten Freyheiren, Privilegien und Garecb-
“tigkeiren und Rechten, in maſſen die lanten, in
“ſich halten und ſchlieſſen, begeben und begna-
“digen vvir Albtecht Marggraff zu Brandenburgk,
“in Preuſſen &c. Herrzog, vor uns alle und jede-
“re nnſere Erben, Erbnahmen und nachkommen-
“de Herrſchaffr, aus offtmahls angezogenen Ur-
“ſachen, in der allerbeſten Form, Weiſe, Geſtalt
“und Maſs, als vvir der Landes-Fürſt immer thun
“ſollen und kœnnen, alle unſere gerrevve Un-
“darthanen, ihre Erban, Erbnahmen nnd Nacb- E
“kœmblingen, Erblichen und evviglichen von der
“Herrſchafft, Ritterſchafft und Adel, Adeliches
“Stammes, Nahmens und Herkommans gæntz-
“lich vor uns, alle und jedere unſere Erben, Erb-
“nahmen und nachkommende Herrſchafft, in
“vvahren Fürſtlichen ttevven verſpreehende, das
“vvieder dieſe unſere Begnadigung und Beſrey-
“hung, obgemelte unſare lieba getrevve, in oder
“mit geiſtlichen oder vveltlichen Rechten, eini-
“gen Schein, Behelff, oder Ausflucht, vvie die
“menſchliche Sinnen immer bedeneken, oder er-
“greiffen mœgen, der vvir uns vor uns alle und F
“jedere unſere Erben, Erbnahmen und nachkom-
“mende Herrſchaffte hiermir gentzlichen und gar
“aufs beſtændigſta aus Gnaden verzeihen und ver-
“zieben haben vvnllen, betrübet, genœriger, o-
“der beleſtiget, ſondern ſieb des und niehts an-
“ders haben und balten ſollen, mit dieſam An-
“hange, vver ſicb von unſern getrevven Under-
“dertbanen, denen von der Hertſchaffr, Ritter-
“ſchafft und Adel, Adaliches Stammes, Nah-
“mans und Herkommens dieſes unſers gegebenen
“Priuilegii frevven vvill, daſs der oder dieſelbi-
“gen vermœge irer Brieff nnd Siegel die Urkundt G
“geban, die andern aber in Entpſahung der Erb-
“ſchafft mit Bekænrniſs der Underrhenigkeit ſich
“darzu erzeigen, vvie dann auf gehaltenen ge-
“meinar Tagefahrt und Zuſammenkunfft, im
“Jahr 1540. im October, in unſer Stadt Kœnisg-
bergk ſolche Punct alle darch uns œffentlich,“
gegen den bemelten von der Herrſchafft, Rit-“
terſchafft und Adal, unſern lieben nnd getreu-“
en Underthanen, vor ſich; alle ihre Erhen, Erb-“
nahmen, und Nachkœmblingen, erblich und“
evviglich und zu evvigen Zeiten vorjaer, ſie“
auch die vielgedacbre unſere Underthane, dia“
vnn der Herrſchafft, Ritterſchaffr und Adel“
dencklich one alle Ausfluebt vvie oben gemelr“
ſtets zu halten, vereyniget, beliebet, bevvilli-“
get und angenommen haben, vvie vvir dann“
von der Herrſchafft, Ritterſchafft und Adel des“
Hertzogrbums Preuſſen, für uns unſere Erben,“
Erbnahmen, Nachkœmblingen und Jedermæn-“
niglichen ſolch oben-erzeblr und eingeleibr Pri-“
uilegium uns allen zum beſten zu undertbæni-“
gen bœchſten Danck, hiermit nnd in krafft die-“
ſes Brieffes, belieben, bevvilligen und anneh-“
men.

§. 21. Das allas zu ſtæter, veſter, evviger und“
unvviderruffllicher Haltung haban vvir Albrecht“
Marggraff zu Brandenburgk in Preuſſen, Hert-“
zog, &c. oben genandt, vor uns, unſer Erben,“
Erbnahmen, und alle oachkommende Herr-“
ſchaffr, zvveene Brieff eines und gleiches lauts“
verſertigen, mit unſern groſſen anbangenden“
May. Inſigel vviſſeotlich beſiegeln laſſen, und“
uns eigener Fürſtlicher Handt underſchrieben,“
einen vor nns alle und jeda nnſere Etben, Erb-“
nahmen, und nachkommende Herrſchafft be-“
halten, den andern vielgemelren unſern getren-“
en von der Herrſcbafft, Ritterſchaffr und Adel,“
ſieb deſſelben zu ihren aller ihrer Erben, Erb-“
nabmen und Nachkœmblingen beſtes und Not-“
turfft zu gebrauchen bebendigen laſſen.

§. 22. Auch vvir von der Hertſchafft, Ritter-“
ſchafft, Adel und andern Vollmæchtigern, Ge-“
ſandtan, einee Erbarn Landſchaffr des gantzen“
Fürſtenrbumbs Preuſſen, aus allen Gebieten, vor“
uns ſelbſt, auch alle unſere Erben, Etbnabmen“
und Nachkœmlingen, baben zu mehrern Be-“
kæntniſs und Sicherheit alle geſehrde und arge-“
liſt ansgeſchloſſen, unſer Siegel-Secret und an-“
geborne Pitſchafft in maſſen mit nahmen, vvie“
hernacb folget, an dieſen Brieff vviſſentlich ge-“
henekt, nemblich George von Samlandt, und“
Paulus zu Pomeſan Biſchoffe, von vvegen der“
Herrn Prælaten, Peter Burggraff und Herr von“
Dobna auff Morungen, Wolff zu Heydeck, zu“
Raſtanburgk Hauptmann, Friederich Erbtruch-“
ſes, und Freyherr von Waltburgk, vnn vvegen“
der Herrſchafft, der Landræthe halben, Melcbior“
von Kreytzen Hoffmeiſter, Martin Kannacher“
Oberſter Burggraff in Kœnigsbergk, George von“
Kunheimb Haoptmann zu Tapiavv, Hanſs Raut-“
ter Voigt anff Samlandt in Fiſchhauſen, Michel“
von Draha, Hanſs Leskevvang, Wilhalm von“
Schlieben, Eck von Reppichavv Michel von“
der Lautten, von vvegen des Brandenburgiſchen“
gebiets, George Schlubut, des Raſtenburgiſchen,“
und Georga Brunſert, des Bartiſchen, Chriſtopb“
Portugal, des Balgiſchen, Hanſs von Schert-“
vvitz, des Hollendiſchen, Martin Walrœder,“
des Preuſchmarckſchen und Rieſenburgiſchen“
ſambtlichen, &c. Gaorge Sack, Landrichter,“
und Albrechr Finck von vvegen des Liebmübl-“
ſeben, Oſterrodiſchen, Hohenſteiniſchen, Sol-“
dauſchan, Naydenburgiſchen, Urtelsburgiſchen,“
Gilgenburgiſchen, und Stradaunſchen, Caſpar“
Schiren-

Digitized by Google

ADPEND. «Schiſendinger, Gabriel Iagenreutter, und Baſti-«an Berbandt, von vvegen des gantzen Samlen-«diſchen kreyſes. Geſchehen und gegeben zu Kœnigsbergk, den letzten des Monaths Octobris,« nach Chriſti Geburt, Tauſend, fünff hundert und« im viertzigſten Iare,» MONVM.

Albrecht Marggraff zu Brandenburgk in Preuſſen, Hertzog, etc. Manu propria ſpt.

DOCTISSIME CANDIDATE,

mihi meisque muſis amiciſſime,

TVO *in me amori debeo, quod malueris ſero redeuntem expectare, quam alium ducem ſequi in conflictu inaugurali. Neque enim mea tum culpa abſui ab hoc bonarumlitterarum domicilio: ſed cauſa fuit principis, quam primo habemus loco ſubditi in rebus mortalium. Ipſe ſcis, quod academici mei muneris ideo plura neglexerim compendia. Cum, abſente decano, eorum qui mihi nomen ſuum dederant in petendis ab ordine noſtro priuilegiis iurisprudentiae doctorum, hinc diſceſſerint alii, alii alios habuerint brabeutas. Quis autem bonus damna, principis ergo contracta, non habuerit in lucro? ſi quidem aliquod inde commodum reipublicae. Oportet me ideo haec ſcribere, ut mihi apud te atque muſarum cultores alios uenia ſit facilior in annui ſpatii facto otio. Quae autem tibi a reduce ex regia ſpes? Scilicet innotuerat tibi inſtitutum meum, quo ſyſtema meditor differentiarum iuris tam* Romani, *quam* Longobardici *a Germanico eique uicinarum prouinciarum. In ultimo igitur genere* Poruſſica *tibi ſelegiſti, partim quod in hoc regno patronos, fautores et amicos rerum tuarum haberes plurimos, ut illud tibi inſtar patriae eſſet colendum; partim etiam, quod Porusſicae clientelae nullum unquam habuerint interpretem, cum* Schwendendoerferus, Kleinius *et* Gruben, *Poruſſicarum legum commentatores, uerſati tantum ſint in* ciuilibus; *partim etiam, quod in Poruſſiam redux huius argumenti proferre poſſes limites, augendo et emendando. Excuſſi igitur in gratiam tui loculos meos, conduxi ex ſupellectili mea codices et libros, ut eſſent ad manus tuas opuſculo ſcribendo admotas, neque etiam, cum in aedibus meis haberes muſeolum, tibi conſiliis meis defui, ſi quando tibi haeſit aqua in re tot quidem circumſepta difficultatibus. Hunc uero laborem dum tibi gratulor, omnibus ego bonis commendo litteras tuas et egregios in iurisprudentiae ſtudio profectus, ſolertiam induſtriamque animi probitatem uitae morumque cultum. Quae omnia in utroque examine illuſtri iureconſultorum ordini probaſti mihique, cum olim per quinquennium in meis ſcholis, tum etiam nouiſſime in praeſenti inſtituto. Quo teſtimonio te omnino dimittere poſſum fidemque meam dare rerum tuarum patronis, fore, ut, quae tibi didiciſti adhuc, illa cum fructu ſucceſſuque doceas alios. Ad quam ſpartam* DEVS *tibi aperiat uiam concilietque dignos muſis tuis patronos tuamque ſeruet ac tueatur ualetudinem. Halae die* VII. *Kal. menſis Iunii* cIↃIↃCCXVI.

OPVSCV-

Digitized by Google

OPVSCVLVM III.

DIFFERENTIAE IVRIS FEVDALIS COMMVNIS ATQVE LVSATICI.

Die XXII. Menſis Auguſti cIↄ Iↄccxiv.

PROOEMIVM.

§. I.

QVae olim apud SILESIOS (aa) ipſosque SAXONES (bb) querela; *confundi patrii iuris rationes cum extraneis aliorum populorum inſtitutis, tum maxime, ſi academiae conſulerentur, eorumque doctores, uix alio, quam Romano et Longobardico iuribus,* ut olim tempora fuerant, *imbuti, adeo, ut forenſium actorum transmiſſio inter morbos ſit referenda, ruentis in alienos mores reipublicae et priſtinae libertatis obliuionem:* illa omnino LVSATIAE quoque meae cauenda eſſe, hodie praeſertim, ubi Romana et academica nomina in curiis cum frequentiora ſunt, tum celebriora, id quidem ex argumentis intelligimus tot patrii et peregrini iuris differentiarum (cc). *De patrii iuris ignorantia querelae.*

De ignorantia Sileſiaci iuris apud extraneos, querelae. (aa) Habeo interpretem ea in re *Sileſiaci iuris* callentiſſimum, *Iacobum* SCHICKFVSIVM, quondam *imperatoris et ducis Lignicenſis conſiliarium fiſcique patronum.* Is certe in utiliſſimo libro de *feudis Sileſiae*, usque huc inedito, *cap. I. n. 38.* his uerbis eo fine ſcribit: *propter ſummam conſuetudinis* in Sileſiae feudis *poteſtatem multi cordati uiri et in litteratura illuſtres exoptarunt, ut et in Sileſia conſuetudines feudales, tenebris plusquam cimmeriis obru-* A *tae, in lucem conſpectumque producerentur. Per eas certe* mira exterorum iudicia *auerterentur plurimaque ſopirentur* indigenarum *litigia. Accipiat deſideria haec beneuolus lector ex* epiſtolis *duorum Sileſiae* procerum, *maximi apud ſuos nominis et meritorum.* Prima eſt *Georgii* comitis de OPPERSDORFF, S. C. maieſtatis conſiliarii ſtatus ſecretioris (*): altera *Melchioris* de SENIZ, qui in hoc argumento longe amplior primo curatiorque (**). *Loca ex Schickfuſii codice inſerta.*

(*) Ita autem ille: *Auf die vorgefallene Lehns-Strittigkeiten antworte ich, daß in ſolchen Sachen mancherley Zweiffel entſtanden. Welche man von Ann. 1513. biß 1560. zwiſchen Kayſerl. M. and den Land-Staenden zu heben geſuchet, and abſonderlich von 1590. biß 1600. darum gar ſehr gearbeitet hat. Davon* D. Krumbktigers *damahlige Gutachten im archiv liegen. Unterdeſſen werden die Lehns-Strittigkeiten entweder zum Rechten verwieſen, oder, wenn es K. Majeſt. vortheilhafftig, durch* Commisſiones *ausgemachet. Waere aber gar ſehr zu wuendſchen, daß man dergleichen* (ob ignorantiam patrii iuris) *in Ungewißheit ſchwebende Lehns-Sachen durch Leute, die dieſer Lande Rechten erfahren, ausmachen lieſſe. Großglogau den 25. Iun. 1630. An die Kayſerl. Cammer in Ober- und Nieder-Schleſien.*

(**) Conſilium, Schickfuſio in litteris datum, hoc eſt, *Wenn der Herr bey dieſem Werck vom* B *Schleſ. Lehn-Recht* ex antiquitate Sileſiaca *erweißlich machen koente. Wie weit die Polniſche Rechte in dieſen Landen gegangen, und wie lang ſie gewehret, und wie ſie uffgehoeret, and warum Schleſien das Teutſche Lehn-Recht ſonderlich beliebet, und alle Ritter-Gueter dem Herrn zu Lehen gereichet, auſſer wenigen, ſo Erbe und eigen, auch Polniſchem Recht geblieben, und darum gar ein ſonderlich Recht, die* Zauden *genennet worden. Ferner, was unter beyden fuer ein Unterſcheid geweſen u. d. wuerde allen Fuerſten, Staenden und Kayſerl. M. nicht weniger ein* C *groſſer Nutzen geſchehen. Abſonderlich da dem Herrn wohl wiſſend, wie bißhero die Landes-Obrigkeiten, Juriſten, Facultaeten, Schoeppen-Stuhle, auch die Koenigl.* Appellation *ſelbſten in dieſen Stücken,* ob ignorantiam antiquitatis patriae, *in Zweiffel und Ungewißheit geſtanden. Abſonderlich werden die alten Lehn-Brieffe von den Univerſitaeten mit wunderlichen Augen angeſehen, und* cum iniuria Caeſaris

PROOEM.

De ignorantia Saxonici iuris querelae.

(bb) Verba querulae Saxoniae, in ordinum prouincialium an. 1592. inſtituto conuentu, recitauit exhibuitque ex *mſcto* codice auctor *Germaniae principis lib. 3. c. 6. §. 10. p. 223.*

Luſatici iuris, cum ſimplicis, tum apud exteros ignorati?

(cc) Quae mox ordine ſequentur. Ratio autem ſimplicis et ſingularis in Luſatia iuris extraneiſque ignorati necquicquam eſt obſcura. Nam *principio* regio haec cum Sileſiae tum Saxoniae eſt uicina habetque cauſas iurisprudentiae ſingularis et domeſticae cum his fere communes: *deinde* incolae Luſatiae, temporibus diuerſis et ipſi diuerſi uarios in illam mores contulerunt abhorrentes Romanis: *porro* ordines, libertatis amantes et tenaces, inſtituta, quae ſemel accepere, contuiti ſunt fortiter: *praeterea* ipſi principes, rerum domini, priſtina ciuibus iura ſubinde confirmarunt: *imo*, quod maximum, iudiciaria et legislatoria hic auctoritate uix uſi ſunt principes, niſi ordinum accedente adplauſu conſenſuque: *tum* academica iurisprudentia in Luſatiae iudiciis ideo re- A gnare non potuit, quod pleraque Luſatiae fora adſeſſores habere ſoleant, iudicio ciuitatis, non principis, electos; ut adeo illa ſemper iudices maluerit uſu doctos, quam formatos tantum in ſcholis: *demum* rarus ex Luſatia quondam actorum transmiſſio ad academica collegia, frequentior ad patrii iuris antiſtites, Magdeburgicos inprimis ſcabinos et Hallenſes: *tandem* Luſatia, a ſyſtemate iuris aliena, *einem ge-* B *ſchriebenen Land-Recht*, eius enim conditores, teſtibus tot exemplis, id fere egerunt, ut patria inſtituta cogerent in harmoniam cum legibus Romanis: *ad extremum* defuerunt quoque Luſatiae interpretes ICti, qui habitum patrii iuris ad Latii exigerent leges ueſtiarias, id eſt, ſenſus ibi populares nunc torquerent ad apices Iuſtiniani, nunc, primis deletis, locum facerent ultimis. Quo itaque magis ſim- C plicia & ſingularia ſunt Luſatiae iura, eo quoque cauendum magis, ne illa peruerſas experiantur ſententias apud doctores et iure conſultos Romanos et alios quosque peregrinos.

Praeſertim in iurisprudentia clientelari.

§. II. Quamuis uero commixtio haec in cauſis etiam priuatis earumque deciſionibus officiat reipublicae (ee): in iure tamen beneficiario grauius inde damnum. Cum, quod ordinum clientelae praedia resque tangant ualde momentoſas (ff): tum, quod in illis nexus uerſetur (gg) imperantium atque parentium, id eſt, caput et cardines reipublicae.

Peſtis reipublicae iuris ambiguitas.

(ee) Quis dubitauerit de damnis, ex iu- D re incerto et perturbato, redundantibus in rempublicam. Ciues fallunt falluntur que in formis negotiorumque rationibus, norma deſtituti rerum agendarum certa ac ſtabili. Iudicibus uia aperitur ad decipiendum et illudendum partibus nunc ſub Latii, nunc ſub alieni populi laruis. Interdum ſub ratiuncularum aenigmatibus auctoritate ſanctae curiae ueſtitum faciunt glaucoma. Saepe irreti- E unt partes opinionum diuortiis dimouentque illas a ueritate unico uerbo, quod ſententia ſit communis. Cauſarum uero patroni in his tenebris protrahunt, excitant, fingunt, uertunt, trahunt retrahuntque lites, ut exitus ante non uideatur, quam iuribus et numis careant litigantes.

Cauſae feudales maioris longe momenti, quam res allodiales.

(ff) Nam in Germania cum uniuerſim, tum ſigillatim etiam in Luſatia opes *procerum* abſoluunt fundi clientelares. Quae *allodialia*, ſeu ciuium ſunt propria, uel in ancipitis fortunae *nominibus* uerſantur, uel in *crepundiis*, uel in *aedificiis* ac *uillis* rerum uacuis, uel in *agrorum* aliquot iugeribus, cenſuum ac tributorum onere ita exhauſtis, ut uix aliud poſſeſſori relinquant, quam operas et ſeruitutem. Vt adeo *allodia* cum *feudis*, ne quidem mereantur conferri, tantum abeſt, ut his illa queant reſpondere.

Leges clientelares fere abſoluunt capita iuris publici ſingularis.

(gg) Inter ordines prouinciales principem locum habent *uaſalli*, reipublicae ſuſtentacula et columnae. His collapſis, aut patriae iurium ignorantia concuſſis conuulſisque, de reliquorum ciuium actum eſt fortunis, aris, focis, ſalute. Eo itaque magis curandum eſt, ut conſtet ſibi respublica in clientelaribus argumentis. Diſces inde, quae facere principem uel ſolum facere eſt nefas. Quae iura ſubditis propria uel communia illis cum principe. Quibus rationibus omne punctum abſoluitur *iuris publici ſingularis*.

Inde opus eſt doctrina iuris differentiarum.

§. III. Non uero alia ratione euitabitur utriusque iuris perturbatio, quam ut in rationes cuique proprias inquiratur ſigillatim doceaturque poſt, quantum aliae atque aliae diſtent inuicem et quae demum ſint momenta differentiarum (hh).

Ad tollenda ambiguae iurisprudentiae diſcrimina, uiae multiplices.

(hh) Alii atque alii alia etiam atque alia remedia attulerunt, ad tollenda perturbatae et ambiguae iuris prudentiae diſcri- F mina. Sunt, qui codices hic ediderunt *legum abrogatarum*: ſunt, qui docere uoluerunt *iura* nonniſi *nouiſſima*: ſunt, qui iuris

ſaris et principum *auf die Regel*, quod fundus praeſumatur liber, *geſprochen. Wie* ex Mod. *Piſtoris* uol. 2. conſil. 12. *zu ſehen. Solche* errores *ſollten billig* ex patria antiquitate *den auswärtigen abſonder-* G *lich benommen werden. Der Herr wird alſo dardurch* tot amplisſima collegia et dicaſteria ex tot foecundis erroribus educiren, *und ihnen ein Licht geben.* Dat. Olau die 3. Febr. 1624.

PROOEM.

DIFFER. I.

nobis probantur utriusque iuris differentiae.

iuris utriusque amarunt *collationes:* ſunt, qui iurisprudentiam quaeſiuerunt *forenſem*: ſunt, qui opiniones collegerunt *communes* aut communiſſimas: ſunt, qui *praxeos* et theoriae inierunt diſcrimina: ſunt, qui *uſum* docuerunt *modernum*: ſunt denique, qui firmum ſe inueniſſe talum exiſtimarunt in *curialium deciſionum* auctoritate: nonnulli illos partus habuerunt genuinos, quos excluſiſſet *ratio* et *aequitas*: *trutinas* etiam et *ariadnaea* fila oſtenderunt, alii in conciliandis Romanorum legibus occupati. Horum omnium ratio- A nes uti ſuo relinquimus loco et meritis in iuris adeo incerti prudentiam: ſic praeſenti tamen inſtituto uiam inire lubet *iuris differentiarum*, Dno *praeſide* duce, qui ante aliquot annos hoc etiam nomine ſaliuam mouit iureconſultis cum forenſibus tam academicis in iurisprudentia *ciuili* cauſasque noui in Germania inſtituti ipſe aperuit in *prooemio* primae diſſertationis *differentiarum iuris Romani et Germanici*, *an.* 1711. in Fridericiana in publicum emiſſae.

Inprimis etiam in Luſatiae, patriae meae, inſtitutis.

§. IV. Hoc egomet conſilio animum adpuli ad tractandum eius generis argumentum, differentias ſcilicet iuris *feudalis Luſatici* et *communis*. Quo ultimo nomine nunc *Longobardica*, iterum *Saxonica*, quandoque etiam *Germanica* intelligo inſtituta uniuerſim (ii). Neque enim in hoc ſpecimine conflictus inauguralis extra oleas peregrinarum uerſari opus fuerat: quod patria hic mea tot luminibus ſplendeat iurium ſibi propriorum (kk) uitamque ego uiuam negotiis usque addictam forenſibus. Dei numen adſit ſcribendis.

Communis hic uerbi ſenſus multiplices.

(ii) Nam communia dicuntur iura et *Longobardica*, intuitu Germanicorum et *Germanica*, Saxonicorum intuitu, tandem et *Saxonica*, intuitu illorum, quæ Luſatiae omnino ſingularia. Atq; hoc ordine in *Luſatiae* ſoris principio attendimꝰ *domeſtica ſtatuta*: tum *Saxonica*: deinde *Germanica* uniuerſim: demũ *Longobardica*: ultimo *Romana*. B

Feudalia iura multiplicia in prouinciis Germaniae.

(kk) Cuius rei origines cauſasque dedimus ſupra *litt. cc.* Ceterum facilius *ciuilia* Germanorum iura uocaueris in concordiam et harmoniam, quam clientelaria, quae cuique tantum non *curiae feudali* in Germanico imperio ſunt propria. Vt adeo operam hic quoque mereantur ſingularem.

DIFFERENTIA I.

Num Luſatiae feuda oblata?

De Luſatiae feudorum origine.

LOngobardici iuris rigor feuda tangit *beneficiata* (aa); alia ratio feudorum Luſatiae, quae in numero ſunt *oblatorum* (bb). Ideoque uirgula notari merentur paulo leniori (cc).

Num Longobardica iura oblatorum feudorum ſint ignara?

(aa) Diſputant inuicem ICti, utrum in Longobardico iure ueſtigia reperiantur feudorum *oblatorum*. Qui hoc *affirmant*, his fere utuntur argumentis. *Principio* dicunt, nemini eſſe ignotum, quod exempla ſint antiquiſſima illorum, qui res *proprias*, id eſt, *allodiales* aliis ea lege donauerint, ut illas iure clientelari ceu *feuda* reciperent, nunc *pietatis*, nunc *lucri*, nunc etiam *ſecuritatis* cauſa, caſuque demum alio ſic eueniente. Quae feudorum ge- D nera cum aeuum ſuperent Carolidarum, vix eſſe, quod dubitemus de iure. *Deinde* uerba *2. F. 17.* atque *2. F. 23.* demum *2. F. 54.* ita explicant, ut uero eſſe ſimile uideatur, reſpici ab illis ad feuda oblata. Quorſum *Bocerus* et *Schoppius* legendi. Alii contrarium adſerunt et Longobardica iura oblatorum feudorum habent prorſus ignara. In quo numero ſunt *Feltmannus*, *Rhetius* atque alii. Cum, quod textus ſu- E periores ab his ſenſibus alieni: tum quod fieri non potuerit, per uniuerſum codicem Longobardicum nihil circa feuda oblata præceptum reperiri, ſiquidem eorundem C aliquam habuiſſent cognitionem eius conditores. Neque eſt, quod ultimum argumentum improbetur HERTIO part. 1. theſ. 18. Nam illa, quae ſemel tantum et iterum fuerant facta, *pactis* confici poterant neque opus fuerat iure *legitimo*.

Num Luſatiae feuda in numero ſint oblatorum? Rationes negantium. prima,

(bb) Sententia, utrum Luſatiae feuda *oblata* ſint, an uero *beneficiaria* ſeu data, in utramque partem habet rationes et ambiguitates. Qui ultimum tenent, ita poterunt philoſophari, ut coniecturae ſint pro feudis *datis*. Quoniam *primo* Luſatia armis Germanorum ſubacta fuerit, cum per *Carolingos*, tum etiam per *Henricum* aucupem. Admodum igitur opinabile eſſe, terram ceſſiſſe militi uictori idque factum eſſe ſub nexu clientelari. *Repono Carolidarum* imperia in populos incultos eius fuiſſe genetis, ut reliquerint regionem incolis, quibus, inſtar Romanorum, uſi ſunt ceu inſtrumentis ſeruitutum ad annua tributa, ceteraque extorquenda populis. Idem repetendum eſſe de Henrico aucupe. Praeterea ignorata tum fuiſſe feuda gentilitia apud Landſaſſios, ergo ſi qui tum mi-

litibus donatum aut allodii iure donatum eſt aut ſi feudali lege uel *precariis* inſtar, uel tantum ad dies uitae. Cuius ultimi generis nulla apud Luſatos ſunt ueſtigia in iure clientelari. *ſecunda,* *Deinde* propterea poſt Venedas, primi populi familias, tot reperiri, quae a Germanis ſint oriundae, quoniam plures Luſatiae tractus feudi iure adſignati uictoribus Germanis. Imo uniuerſam prouinciam habitum induiſſe Alemannicum, qui in lingua, moribus, ſacris, legibusque Germanicis cognoſcatur. *Repono.* Luſatiae primos incolas fuiſſe *Sueuos*, quod extra aleam dubitationis. Nil ergo obſtare, quo minus familiae ibi Germanicae pro horum reliquiis poſteriſque habeantur. Accedere, quod per nouas ex Germania colonias gentes ibi non extinctae neque opibus ſint exutae: ſed connubiis mixtae cum indigenis. *tertia,* *Porro* Saxonica in Luſatiae clientelis recepta fuiſſe iura et leges: ſed has ſcriptas eſſe feudis beneficiariis. *Repono*, in iure feudali nullo tot praecepta reperiri de feudis oblatis, quam in Saxonico, quod etiam dixerunt SCHILTER et HERTIVS. *quarta.* *Demum* ipſos Luſatiae uaſallos libertatem ſuorum feudorum adſcribere priuilegiis regum Bohemiae, certo indicio eorundem olim fuiſſe conditionem longe duriorem idque ex rationibus iuris beneficiarii. *Repono.* Saepe principes ſuis tribuere priuilegiis, quod iuris in prouincia ſit ordinarii. Hac arte ſcriptam eſſe *A. Bullam*, quae principum electorum praerogatiuas pleraſque largitioni adſcribat Caroli quarti, conditoris, quae tamen origines habeant Germanici imperii natalibus coaeuas. Atque ex hac fereſcena prodeunt argumenta eorum, qui feuda Luſatiae habent pro mere beneficiatis. *Rationes affirmantium. Prima,* Nobis, qui ex aduerſo ſentimus et quibus *Luſatiae feuda* in numero eſſe uidentur *oblatorum*, cauſae ſunt, quae ſequuntur. *Principio* populi uox hic nobis ſit maximi. Ita autem ordines Luſatiae: *liberam ſe gentem eſſe, quae ſponte iuerit in Bohemiae regum poteſtatem, necquicquam uero coacta ſit armorum ui. Tantum abeſſe, ut res ſuas pro beneficiis habeant principis, ut potius Bohemiae olim reges beneficii* loco aeſtimauerint, *Luſatos illorum, non aliena imperia, delegiſſe.* Verba ordinum in libello, quo An. 1706. Suecis Luſatiae inuaſoribus reſponderunt, ſunt haec: *Daß das Marggrafthum Laußnitz, nachdem es durch Abſterben* Woldemari, *des letzten Marggraffen zu Brandenburg, aus dem Anhaltiſchen Stamme*, NB. ſui iuris *worden, frey und gutwillig, um mehrer Sicherheit und Schutzes willen im An. 1319. dem damahligen Kœnig in Bœhmen* Iohanni *ſich* ſubmittiret, *und dargegen von demſelben ſo wohl, als deſſen Nachfolger im Kœnigreich, die theureſte Verſicherung, wie aus dem* Submiſſions-Document *und* Pri-A uilegio *zu erſehen, erhalten haben, daß ſelbiges in ſeinem Schutz und Landes-Herrſchafft zu keiner Steuer verbunden ſeyn ſollte. Welches alles auch Chur-Sachſen* confirmiret, *und von Fællen zu Fællen beſtætiget.* Iidem Luſatiae ordines dixerunt etiam olim an. 1636. quo Marchionibus Miſniae a Bohemis ſunt relicti: *es auch unverborgen ſey, was es mit dieſem Lande vor eine Beſchaffenheit habe, und daß die Stænde dieſer* B *Marggrafſchafft Nieder-Laußnitz hiebevor mit der Cron Bœhmen ſich* libere coniungiret, *die Kœnige vor ihre Marggraffen und Herren gut und freywillig angenommen haben.* Diploma exhibet LVNIG *tom. 4. n. 53.* Verum ne exiſtimes, ſenſibus hic plus datum eſſe, quam ueritati, en ipſas *Bohemiae* regis *Ioannis* litteras anno 1319. uerbis conceptas, quae ſequuntur: *Ioannes dei gratia &c. &c. Sane marchiae Luſatiae* C *incolae* ſe *et* ſua, *una cum tota* marchia *et prouincia Budiſſenſi noſtrae ditioni* ſpontaneo *ſubmiſerunt.* Igitur *iure ſoli aequum et rationi conſentaneum cenſemus, dictos incolas talium praerogatiuarum priuilegiis inſigniri et recompenſare, ut ipſi de noſtrae Maieſtatis dominio poſſint gratulari utque barones, nobiles, uaſalli dictae prouinciae et incolae ſe noſtro gaudeant ſubeſſe regimini.* Monumentum hoc *Luſaticae* immu-D nitatis exhibet LVNIG *in archiuo S. R. I. tom. 4. ſyſtem. Sax. Dom. n. 3.* Confeſſio autem ipſius partis imo *principis* in iure habetur pro firmiſſimae fidei robore et probationum, quod dicunt, probatione. Quicquid igitur ſit de Luſatis *aboriginibus*: id ſatis eſt, *ultimam* reipublicae faciem inde conſpici *liberrimam* inſignemque rationibus feudorum *oblatorum*. Neque eſt, quod ſententiae huic opponas epiſto-E lam *Ludouici IV.* Caeſaris, qua ſibi imperioque tribuit Luſatiae Bohemis in feudum conceſſae gloriam, his quidem uerbis: *nos LVDOVICVS DEI gratia Rome rex, ſemper auguſtus etc. Quod illuſtris Ioannis* Bohemiae ac Poloniae regis adſectum, quem circa nos et imperio aliquarum retributionum repenſare alacre cupientes ſibi heredibus et ſucceſſoribus ſuis Bohemiae regibus marchiam Luſatiamque ad F imperium ex eo, quod Woldomarus Brandenburgenſis marchio ſine *herede deceſſit. fuerant deuoluta, damus, concedimus, et donamus in* feudum *et ius* feudi *tenendum et poſſidendum perenniter. Volentes, ut reges Bohemiae nobis et* imperio *debita* fidelitatis *obſequia, ut* ius feudorum *exigit, de terra et ciuitatibus praedictis praeſtare teneantur. Datum ann. Dni 1320.* Litteras exhibuit LVNIG *tom. 4. n. 5.* Verum e-G nim uero diploma Caeſaris, quod ipſum non extat, ſed eius copia, fide epiſcopi ſcripta, tale non eſt, ut euertere poſſit modo laudatas oblati feudi rationes, concordes cum ordinum formulae, tum regis Bohemiae

DIFFER. I.

hemiae ſolenni confeſſioni. Nam habuit A rex Bohemiae an. 1319. Luſatiam deditione populi libera: ut adeo non potuerit eandem anno demum poſt 1320. Caeſaris beneficio accipere. Et ſane ſi ſtetiſſet penes Caeſarem Ludouicum, is certe non Bohemiae regi, uicino principi admodum potenti, adſignauiſſet Luſatiam, ſed filio potius ſuo, Brandeburgicae marchiae ſucceſſori. Accedit, quod cum *A. BVLLAE tit. 7. §. ult.* tum moribus ab auctore *Germaniae principis* corroboratis clarum eſt, olim principatus non tam Caeſari, quam ordinibus cuiusque prouinciae apertos fuiſſe, ut horum eſſet, ſufficere ſucceſſorem, quem poſt ſuo Caeſar probaret firmaretque iudicio. Neque nouum eſt aliquid, medii aeui diplomata uerbis *confirmare* et *concedere*, *donare* uti pro ſynonymis.

ſecunda, *Deinde* ordinum Luſatiae iura, quae in *adminiſtrationis ſocietate* cum principe communia habent, adeo magna et fere immenſa tum fuere, ut omnes coniecturas et praeſumtiones euertant feudorum beneficiatorum. Nam in maximi momenti negotiis principis poteſtas adducta et limitibus circumſcripta ordinum prouinciae: quibus *conuentus* ſunt *prouinciales* uere annui *die Land-Tæge*, non dicis, ſed reipublicae cauſa inſtituti; illi in iure *iudiciario* et *legislatorio* principi a latere et conſiliis; illi ius habent *ſubcollectandi* tributa, quae a principe non imperata ſunt, ſed promiſſa principi, per ſuffragia liberrima ab ordinibus; *illi* principem non ſequi tenentur extra limites prouinciae; illi inſcio principe alienare poſſunt, quod poſſident uerbo clientelae et feudorum, cetera. Quorum omnium amplior ratio habebitur in *differentiis*, quae ſequentur. Neque putauerim, fore, ut aliquis pro *feudis datis* habeat Luſatica, ſi calculos et momenta collegerit noſtrarum differentiarum.

tertia, *Praeterea* ſi principes Luſatiae ullo unquam tempore, ut fieri oportuerat, in feudis datis, omnibus praediis incolas deſtituerunt, haud quaquam eſt credibile, illos omnia haec iterum profudiſſe in ordinum clientelas, nullis bonis, patrimonialibus et *domanialibus*, quae neſcit Luſatia, ſibi et fiſco ſuo reſeruatis; illos porro tantam nouis beneficiariis dediſſe poteſtatem in ſubditos agricolas, qui hodieque nobilibus landſaſſiis addicti ſunt obſequio, proximo ſeruituti Romanae.

DIFFER. II.

quarta, *Ad extremum* Luſatiae uicinarum quoque gentium iura adiuuant coniecturas noſtras. Nam et *Sileſiaca* et *Marchiae* et *Pomeraniae* atque *Mecklenburgica* feuda, B iudicio omnium fere ICtorum, ipſius *b. m.* STRYCKII uirgula aeſtimantur oblatorum, ut adeo iura, quibus Slauicae gentes imperio Germanico acceſſerint, inuicem uideantur cohaerere.

ultima. *Addo*, quod familiae Luſaticae, quas in *adpendice* dedimus *litt. A.* nomina circumferant hodieque *Slauica* loquanturque ita Slauicam originem. Horum uero quaeſo! unde libertas tanta, ſi Slauica nobilitas a milite Germano re- C dacta unquam fuiſſet in ſeruitutem. Illa enim odia Germani habuerunt aduerſus Venedos, ut opinabile non ſit, horum praedia in meliorem conditionem uerſa poſt fuiſſe pace et uoluntate illorum. Vero itaque ſimilius, Venedos in Luſatia priſtinam conſeruaſſe libertatem feudis amicam oblatis.

Uſus oblatarum in Luſatia clientelarum forenſis. (cc) Longobardica inſtituta, qualia nunc D ſuperſunt, opinione leniora ſunt in feudis *datis*, *duriora* autem iuſto in *oblatis*. Qui enim *offert allodium* ſuum alteri in feudum, ille *confert* domino beneficium, non *accipit*; ille leges dare poteſt limitesque dominii directi. Vt adeo ordo iurium hic ſit paulo inuerſus. Ceſſant enim hic regulae iuris, quod beneficia, ſeu eius generis feuda, reuocari poſſint ob leuem ingratitudinis notam: quod in du- E bio coniecturae ſint pro domino directo: quod beneficia haec tantum ſint collata intuitu clientelarium ſeruitiorum: quod haec a nutu pendeant domini: quod omni facultate clientelis deſtituti in alienando, diuidendo, oppignerando et quae ſunt generis eiusdem, a quibus ideo Luſatiae feuda ſunt alieniſſima, ut mores, leges, inſtituta Luſatiae uolunt iam nunc laudanda in differentiis.

DIFFERENTIA II.

Num feuda Luſatiae rogantur iure non ſcripto?

De origine iuris Luſatici. IVs commune de clientelis eſt non non ſcriptum (dd): Luſatiae autem feuda reguntur legibus, ſanctione publica munitis (ee). Quas inter iura derogatoria referre et ſenſus anguſtiores, meo iudicio (ff), eſt nefas.

Qui ius feudale Longobardicum ſit non ſcriptum? (dd) Scriptura enim, qua ius feudale F Longobardicum traditum accepimus, *priuata* eſt iureconſultorum, non publica *legislatoris*, principis uel illius auctoritate muniti ſcriptoris, in quo tamen *legis* uerſantur rationes, Dd. ad *l. 36. ff. de LL.* Neque ab hac regula ſeparaueris conſtitutiones imperiales, Longobardicis decretis inſertas, ut faciunt FINCKELTHAVS *diſp. 1. quaeſt. 6.* cum b. m. STRYKIVS *cap. 1. quaeſt. 12.* Partim, quod imperatorum illae conſtitutiones Longobardis ſint ſcriptae, non

Ger-

DIFFER. II. Germanis: partim etiam, quod his ne quidem potuerint ſcribi. Quoniam iura legislatoria in Germanico imperio penes ordines ſimul ſunt et imperatorem, ut neutrius abeſſe ibi poſſit auctoritas. Germaniae itaque intuitu etiam iſtae conſtitutiones inter ius non ſcriptum ſunt referendae.

Codex iuris Luſatici hoc aeuo collectus, uerum adhuc ineditus.

(ce) A temporibus inde regum Bohemiae Luſatiae principum, ab anno ſcilicet 1319. uariae ſuperſunt de *feudis Luſatiae* ſanctiones. Erat ante aliquot annos inſtitutum iureconſulti cuiusdam, in rebus atque iuribus patriae ſuae uerſatiſſimi, quo meditatus eſt CODICEM IVRIS LVSATICI ampliſſimum pleniſſimumque. Ex uariis enim Luſatiae tabulariis deſcripſit congeſſitque *diplomata*, *libellos*, *priuilegia*, *decreta*, *ſententias comitiales*, *pacta* item et *leges*, ut, ſi opus illud lucem uidiſſet, haud dubie habendum eſſet pro pulcherrimo aeternumque duraturo patrii iuris inſtrumento. Sed conſilio, neſcio quo, factum eſt, ut auctor relinqueret illud, a ſtudioque edendi abſtineret. Quod certe non patriae ſolum cauſa dolendum eſt, ſed etiam Germaniae ergo, cui lumen exinde adfulſiſſet ad illuſtrandam ueterem iurisprudentiam, moribus certe noſtris habendam in pretio. Laudanda itaque nobis opuſcula minoris momenti, in quibus iuris Luſatici etiam feudalis offenduntur laciniae. *Principio*, cum Luſatia Saxoniae cederet principi electori, anno poſt 1636. publicis litteris ſcriptae ſunt: *Der Rœm. Kæyſerl. auch zu Hungarn und Bœhmen Kænigl. Maieſt.* confirmirte *Amts-Ordnung*, *Gœrlitz* 1636. in 4to. Eodemque anno ibidem prodiere uatjae SANCTIONES FEVDALES *Ferdinandi I. Maximiliani II. Rudolphi II.* atque *Matthiae*, uolumine his uerbis inſcripto: *Wahrhafftiger Abdruck etlicher den Herrn Land-Stænden und Stænden des Marggrafthums Ober-Lauſsnitz verliehenen* Priuilegien, *ertheilten* confirmationen *und* Decreten, *gedr. Gœrlitz* 1636. in 4to. Poſtea cum auctoritate Saxoniae electoris *Ioh. Georgii II.* promulgaretur CORPVS

A CONSTITVTIONVM SAXONICARVM NOVVM, Dresdae an. 1660. fol. *adpendicis* loco additum eſt uolumen *Luſatici iuris* ſingulare ita inſcriptum: Conſtitutiones *und* patenta, *ſo in denen beyden Marggrafthümern Ober-und Nieder-Lauſsnitz in Iuſtitien-und Policey-Sachen gebrauchet und* offeriret *werden*. Hoc opus poſt acceſſionibus eſt auctum ea etiam parte, qua reſpicit Luſatica inſtituta. Et cum non leB ue ſpicilegium, uel, ut uere dicam, ipſa conſtitutionum Luſatiae ſuperſit meſſis, nulli dubitamus, quin *nouum Saxonicarum conſtitutionum opus*, quod ſub prelo eſſe dicitur, auctus etiam habiturum ſit non pœnitendos. Ceterum *Ioann. Chriſtian.* LVNIG, uir ſuis publicorum inſtrumentorum collectionibus pridem celebris, utiliſſimam quoque operam praeſtitit Luſatis, quod in *partis ſpecialis continuatione 2.* archiui, C quod adpellat, adpendicem fecerit, ita inſcriptum: *Anhang zu dem Chur-und Fürſtlichen Hauſs Sachſen, von denen Marggrafthümern Ober- und Nieder-Lauſsnitz.* Quo nomine *quinquaginta octo* diplomata edidit iura resque Luſaticas tractantia. Hi ſunt iuris libelli, quos in Luſaticis poſſumus laudare. In quibus, ſi uno uel altero documento opus habuerimus, quod in illis non habetur, dabimus operam, ut iſta D in diſſertationis adpendice exhibeantur.

DIFFER. III.

Num Luſatiae ſtatuta iuris derogatorii et interpretationis adducta?

(ff) Ita enim a ICtis fit plerumque, ut ſtatuta, qua parte iuri aduerſantur communi, referant inter leges *derogatorias*, quae *ſtrictae* ſunt *interpretationis*, *cap. 8. X. de conſuet.* Ipſe CARPZOVIVS ad hunc lapidem offendit *part. 3. deciſ. 295. n. 21.* itemque in *practica crimin. part. 2. quaeſt. 53. n. 28.* Verum peruerſa haec ſunt de patrio iure iudicia. Nam ueri ſunt doctores, ubi E communia iura obligant ex *facto* legislatoris, non uero, ubi obligant tantum ex *recepto*: ueri ſunt, ubi iura communia *primo* loco ſtant, non autem, ubi loco ſtant *ultimo* adhibenturque tantum in *ſubſidium*. Plenus in diſcutiendo hoc errore eſt MEVIVS in *prooem. ad ius Lubecenſe* et dn. *praeſes* in *differentiis iuris Romani et Germanici diſſ. 1. p. 4.*

Adfirmatur.

Negatur.

DIFFERENTIA III.

Luſatiae ſtatuta num explicanda ex iure communi?

Iuris Luſatici ἑρμηνεία.

VVlgo *ſtatuta* interpretationem accipiunt ex iure communi (gg): non autem *Luſatica*, quorum potius rationes petendae ex indole reipublicae (hh).

Statutorum Luſatiae explicatio.

(gg) Fidenter ita doctores: *Regulariter omnia ſtatuta interpretationem a iure communi accipiunt*, *praeſertim* declaratoriam *et paſſiuam*, ut uocant *l. 2. ff. de nox. act.* atque *in c. cum dilect. §. quia X. de conſuetud.* Ita GAILIVS *lib. 1. obſ. 50.* et iterum CARPZOVIVS *in pract. crim. part. 2. quaeſt. 65.* F *n. 36.* Quare fit, ut inter tot prouincialium Germaniae iurium commentatores uix unus ſit uel alter, qui hic agat aliud, quam, ut leges prouinciales augeat oneretque teſtimoniis Pauli, Celſi, Vlpiani aut notae et aeui iunioris iureconſultorum.

(hh) Re-

DIFFER. IV. *Repetenda omnino ex hiſtoria prouinciali.*

(hh) Recte atque ex reipublicae noſtrae rationibus ſcribit MEVIVS ad *ius Lubec. pr.* his quidem uerbis: *eſt aberrandi cauſa, quod ICti patrii iuris ſenſus uolunt explicare per iuris Romani aut Longobardici leges; non intelligentes harum rationum ab illis regulis et rationibus multum diſtare. Neque magis ex iſtis noſtra* (Luſatica) *explicare, quam ex priſtinis Romanorum inſtitutis immutatam reipublicae formam regere ac definire uelle.* Dolet ideo iureconſultus idem, quod interpretes iuris prouincialis ignari plerumque ſint in prouinciae illius hiſtoria. Vnde tamen legibus prouincialibus accedere oporteat lumina, A ſenſus, rationes. Vtinam igitur Luſatiae meae eſſent hiſtorici rerum domeſticarum. Nam *Sagittarii* opuſculum de Luſatia leui ſcriptum eſt brachio. Vnde decerpſit fere ſua Adam Erdm. MIRI in oratione de rebus Luſatorum. *Schurzfleiſchii* de Luſatia ſchedae aliquot ſunt plagularum. *Peuceri* de Luſatia carmen numeros ſibi magis proponit, quam res geſtas inter principem et ordines. Super- B eſt tantum *Chriſtophorus* MANLIVS, Gorlicenſis, qui *rerum Luſaticarum* ex inſtituto ſcripſit hiſtoriam, ſpiſſo uolumine abſolutam, quod magna animi contentione ex Lipſienſi taberna expectatur.

DIFFER. V.

DIFFERENTIA IV.

Qui locus Longobardico iuri in feudis Luſatiae?

De iuris ordine in Luſatiae clientelis.

VVlgo docetur, primum *litteras* clientelares, tum *ſtatuta*, deinde leges *Longobardicas* pro norma habendas in iudicio clientelari (*): malim ego, ſtatutis deficientibus, operam ante impendi in *rationibus* patriae feudorum aeſtimandis, quam ad iura deueniatur peregrina (**).

Qui poſtponendae iuri Longobardico feudorum rationes?

(*) Hunc iuris ordinem docent ſequunturque STRVVIVS *c. 1. theſ. 13. 14.* cum eoque *b. m.* STRYKIVS *c. 1. q. 23. 26.* Neque enim illi feudorum ratiocinia ante probant, quam deſint iuris communis inſtituta.

Qui feudorum rationes iuri communi ſint praeferendae?

(**) Nam principio ius *Longobardicum* Luſatiae feudis eſt *inconcinnum.* Deinde cum illius receptio ſit *ſubſidiaria*, non ſatis eſt, per illud non laedi ſtatuta, ſed nec rationes et indoles laedi debent patriae C feudorum. Aliud ſentiendum apud Italos, quorum feuda ſunt uere Longobardica, quae hoc tantum iure reguntur. Prodeſt differentia haec in curiis clientelaribus, quod unico exemplo docemus. Nam ipſo iureconſultorum iudicio, *mitius longe agendum* eſt cum uaſallo in feudis *emtitiis*, *oblatis*, *titulo* acquiſitis oneroſo. Quod quoties neglexeris, glaucomate impeditus decreti Longobardici, toties impinges facieſque partibus iniuriam.

DIFFERENTIA V.

Num Luſatiae feuda praeſumantur propria?

Diuiſio feudorum Luſatiae.

IVre communi coniecturae, quod omne feudum *proprium* ſit (ii): contra in Luſaticis, quae ordinarie ſunt impropria (kk).

Qui feuda praeſumantur propria?

(ii) *Propria* enim dicimus feuda illa, quae inſtituta *ubique* ſequuntur iuris *Longobardici*; contra quae ab his *declinant*, illa audiunt *impropria.* Ea uero, quae *legis* ſunt, contractibus ineſſe *praeſumimus*: *pacta* uero legi *contraria* probare oportet eum, qui illa adducit. Nam iuris ibi praeſumtione utimur, quae cedit ueritati. Atque hoc fundamentum eſt axiomatis: *omne feudum praeſumi proprium 2. F. 2. §. fin. I. F. 1. §. 3.*

Qui Luſatica feuda praeſumantur eſſe impropria?

(kk) Ex innumeris exemplis laudo unicum. *Lege Luſatica* uaſalli alienare queunt feuda ſua, pro alienandi igitur libertate praeſumtio eſt in omni feudo Luſatico, usque dum pactis doceatur iure hoc uaſallum deſtitui. Sed quis negauerit feuda alienabilia impropria eſſe iurique Lon- D gobardico aduerſa? Aut igitur iuris axioma inuerſo ordine docendum: *quod Luſatiae feuda praeſumantur impropria*, aut alia definitione rei conſulendum. Scilicet impropria feuda dicuntur uel intuitu *Longobardici*, uel iuris *prouincialis*; adeo, ut, quae *ultimo* ſenſu *propria* ſunt, illa in *primo* maneant *impropria* et contra. Quae inuicem ſi diſtinxeris, tum dici non minus poterit: *Luſatiae feuda omnia prae-* E *ſumi non minus propria*, id eſt, talia, quae legibus prouincialibus ſunt conformia, in quo ratio uerſatur *proprietatis prouincialis.* Quo intuitu feuda *alienabilia*, *foeminea*, *iniurata* ceteraque adnumeranda *propriis*: quae a Longobardici iuris proprietate ſunt alieniſſima.

DIFFE-

Digitized by Google

DIFFERENTIA VI.

Num fundus in Luſatia praeſumatur allodialis?

Feudi et allodii cognitio.

IVre communi coniecturae, quod quilibet fundus ſit *allodialis* (ll): contra in Luſaticis nobilium, qui ordinarie ſunt *feudales* (mm).

Qui omnis fundus praeſumatur allodialis?

(ll) Quia quilibet fundus praeſumitur *liber*: quia feuda non ſunt ex natura rei, ſed ex *facto*, quod opus habet probatione: quia leges id uolunt *2. F. 26. §. 1. atque 2. F. 51. §. ſi contentio* et ſententiae forenſes, ut CARPZOVIVS *part. 2. conſt. 27. def. 7. 9.* STRVVIVS *cap. 16. theſ. 11.* SIXTINVS, qui, quod improbum, idem adfirmat in ducatibus *lib. 1. regal. c. 4. n. 63.* ANTON. *diſp. 15. theſ. 7.*

Qui nobilium Luſatiae fundi praeſumantur feudales?

(mm) Rationes, quae nos mouent ad ita ſentiendum, in his uerſantur. Nam inter tot nobilium poſſeſſorum praedia uix offendes unum aut alterum, quod proprium ſit et allodiale. Itaque filum conſecutionis eſt hoc: *quam indolem maior pars habet, ea in ceteris eſt praeſumenda.* Hoc uinculo conſecutionis utuntur CVRTIVS *part. 2. feud. quaeſt. 2. n. 40.* RVINVS *uol. 2. conſil. 466. n. 6.* Quemadmodum etiam illud huc facit, quod una res non debeat iure diuerſo cenſeri *Dd. ad l. 23. ff. de uſucap* MENOCHIVS *conſ. 180. n. 98.* TREVTLERVS *conſ. 68. n. 4.* quod maior pars trahat minorem Dd. ad *l. nulli ff. quod cuiusque uniuerſ. nom.* MASCARDVS de *probat. concluſ. 79. n. 17.* MENOCH. *de praeſumpt. lib. 3. c. 91. n. 62. 63.* quod eadem ſit ratio partis, quae uniuerſi Dd. ad *l. 76. ff. d. R. V.* Quorſum et ipſa uerba decreti reſpiciunt 2. F. 41. Licet enim is contrarius eſſe uideatur 2. F. 26. poterunt tamen ſententiae ita conciliari, ut ultima tum uera ſit, ſi minor praediorum numerus uerſetur in clientelis. *Deinde* cum praedia nobilium omnia in clientelam principi ceſſerint ſimul, alia porro inter allodia non fuerunt, niſi exemtione, quae eſt *facti.* Docuit idem de uicinae *Sileſiae* feudis SCHICKFVSIVS *cap. 10. n. 38. 39. 40.* Cui quidem ob numerum tantummodo maiorem uix ſubſcriberet philoſophus, cum regula firmo maneat loco, quamuis ab ea plures aberrent; neque praeſumtio libertatis pereat ideo, quod maior pars humeros ſubmiſerit iugo.

DIFFERENTIA VII.

Qui poenae originem debeant Luſatiae feuda?

De feudis poenae.

IVre communi feuda proficiſcuntur ex domini *gratia* (nn): ſed Luſatiae quaedam allodia *ann.* 1547. poenae loco uerſa ſunt a principe irato in clientelas (oo).

Qui feuda tantum ſint gratiae?

(nn) Inprimis facit huc decretum 1. F. 27. §. 1. his uerbis conceptum: *ſi quis obligauit aliquam rem pignori, eo pacto*, ut, ſi ſtatuto tempore pecunia ſoluta non fuiſſet, res eſſet creditoris et eam pro *feudo* habeat, *poteſt debitor quandocunque pecuniam ſoluendo, pacto non obſtante, pignus recuperare.* Feudum *enim non ſub* praetextu *pecuniae, ſed* amore *et* honore *domini acquirendum.* Rationes non difficiles ſunt ad inueſtigandum. Ne ſcilicet clientelaria iura uerſarentur in ſorditie; ne dominus acciperet uaſallum lucro magis, quam fide ſibi probatum; ne ipſe uaſallus officio ſuo clientelari hoc colore deeſſet, quod ob ſolutam mercedem illud haberet, non ob fidei et ſeruitiorum ſpem.

Qui Luſatica feuda ſint irae?

(oo) Hiſtoria eſt notatu omnino digna. Imperauerat Luſatiae ciuibus an. 1544. tributa Ferdinandus, Romanorum ac Bohemiae rex ob impenſas belli aduerſus Saxonem. Negauerunt illa ciues, ſacrorum cauſa, quoniam et ipſi Lutheri dogmatibus ſubſcripſerant, quae Saxo armis tueatur. Grauiter id tulit Ferdinandus ciuesque deſtituit fundis ac praediis, quae ideo alia non lege reddidit, quam clientelari. Hac cauſa allodia ciuium a principe irato uerſa ſunt in feuda. Quo nexu tenuit illa ſpatio quatuordecim annorum. Tum enim rogatione foeminarum praeſertim, quibus duriſſima fuerat lex feudorum ſucceſſoria, aliorumque interceſſionibus, qui priſtinae fidei admonuerant regem a ciuibus olim probatae, eo res deuenit, ut reciperent ſua pleno iure ciues nexuque feudali, quo conſtricti fuerant, liberarentur. Conceptum eſt hac de re diploma FERDINANDI *an. 1558.* quod dabimus in adpendice *litt. B.* Tantum uero abeſt, ut hoc faciat ad ciuium contumeliam, ut potius hoc laudi et gloriae eorundem ſit tribuendum, quod extrema pati maluerint, quam purioris fidei ſocios bello impetere, aut, qui illos impetierant, armis aut numis aduerſus conſcientiam adiuuare. Ceterum Ferdinando, quin *feuda* haec *irae* daret, non obfuit 1. F. 27. §. 1. ſupra exhibitum

Digitized by Google

DIFFER. VII.

bitum clientelare decretum. Partim quod poſſeſſoribus non traderet aliquid, uerum alterum dominii partem eriperet: partim, quod tum etiam ea tempora eſſent, quae ſunt hodie, ubi clientelaria ſeruitia uix alia expectantur a uaſallis, quam praeſtent equeſtria tributa, *das Ritter-Geld* A *oder Ritter-Pferde*, ut adeo domini parum aut nihil interſit, quem habeat vaſallum: partim tandem, quod, ipſo Ferdinandi iudicio, a perduellionis crimine ciues crederentur abeſſe, quos ideo bonis priuare noluit, ſed bona nexu tantum conſtrinxit clientelari.

DIFFER. VIII.

DIFFERENTIA VIII.

Qui Luſatiae feuda uere ſint nobilia?

De feudo nobili in Luſatia.

IVre communi a feudorum, etiam militarium, poſſeſſione excluduntur ciues (pp): Luſatico autem, hos feuda acquirere, eſt nefas idque publica ſancitum lege (qq).

Qui feuda acquirere liceat ciuibus ex plebe?

(pp) In quaeſtione: *num feuda Landſaſſiorum acquirere liceat ciuibus, quos homines dicunt ex plebe?* magna eſt rerum rationumque confuſio et perturbatio. Neque enim dum conſtant ſibi iureconſulti in *feudi nobilis* definitione ac ſignificatu. Peruerſo certe iudicio *nobile* dicunt, quod confert ille, qui ius nobilitandi habet, ut LVDWEL *in ſynopſ. p. 43.* aliique, cum potius illud dici debeat nobile, quod *ſeruitia* exigit non niſi a homine nobili praeſtanda, C uel, quod eodem recidit, cuius poſſeſſionem acquirere poteſt nonniſi homo nobilis. Quid enim obſtat, quo minus imperator uel rex feuda conferant *ciuica*, id eſt, praeſtationibus tantum adſtricta *pecuniariis*, quae etiam hominum ex plebe. Licet uero, ſi decretum 2.F.10. expenderis, omnia feuda ordinarie apud Longobardos fuerint nobilia neque tulerint ignobilioris ordinis ſucceſſores: iuit tamen hodie D in plerarumque Germaniae prouinciarum mores, ut etiam homines ex plebe, quos ciues dicimus, utpote mercatores, opifices uirique alii, opibus inſtructi, ad feuda emenda eodem iure admittantur, quo alii quique ex optima nobilitate. Vt adeo inſtituta haec ius commune in Germania omnino abſoluere uideantur. Legi huc poſſunt KNICHEN *de inueſtit. pact. part. 2. c. 3. n. 91.* KLOCKIVS *uol. 3. conſil. 28. n. 403.* E WVRMSER *claſſ. 2. ſect. 1. n. 10.* HERTIVS *de feudo nobili ſect. 4. §. 7.* Neque priſtinos forſitan mores migrauimus praeter rem. Nam hodie fere cauſas non inuenies, ob quas emptores feudorum ignobiles olim ſunt improbati. Olim uaſalli uerſabantur in militia tantum *equeſtri*, qua indigni habiti ſunt ciues, *pedeſtribus* tantum cohortibus adſcripti, imo miles nobilis inter dedecora retulerat, *ignobilem* habere *commilitonem*: F hodie, poſtquam mercenario utimur milite, uaſalli uitam colunt ciuilem in agris ſuis ac uillis ſoluuntque, militarium ſeruitiorum loco, ſummam pecuniae, quae equeſtri adparatui reſpondet, *einem halben, gantzen, doppelten, drey-oder mehr-fachen Ritter-Pferd,*

B inſtar ciuilium ſiue burgenſium feudorum, *der Bürger-oder Beutel-Lehn*, ut adeo neque domini neque uaſallorum interſit, cuius demum ordinis habeat clientem. *Deinde* id potius agitur utrinque, ut praedia clientelaria emtores inueniant opimos ac liberales, in quo fere numero ciues ſunt, qui in quaeſtu ac mercatura uerſantur. *Olim* contra, quo feuda principis gratiae debebantur, hanc purpurati magis prouocare poterant, quam homines inferioris fortis. *Porro* cum olim et prouinciales conuentus eſſent frequentiſſimi et parium curiae in iudiciis *denen Manngerichten* conſeſſus, ſi non iuri, decoro certe aliquatenus uidebatur aduerſum, inter tot uiros nobiles oſtendi ignobilem collegam. Verum deeſt etiam haec cauſa hodie, poſtquam in primo genere uix umbra ſupereſt, alterum uero ſublatum deſuetudine. Neque tamen exempla deſunt, ubi ab ordinibus nobilitatis prouincialis illi etiam ciues, qui *praediis equeſtribus, mit Ritter-Gütern*, a principe inaugurati fuerant, excluſi ſunt ab equeſtri conuentu, *man hat ſelbige nicht in die Land-Tages-Stuben laſſen, noch auf Land-und Ritter-Tæge verſchreiben wollen.* Legi poteſt TABOR de *ſuffragio peric. 5.* Imo de *Cliuiae* et uicinis regionibus teſtatur FELTMANN *cap. 2. feud. th. 5.* quod *ciuis feudi* poſſeſſor dicatur tantum *ein Innhaber eines Ritter-Sitzes*, neque uſum habeat iuria *uenandi regaliumque* eius generis praedio adnexorum, quae, donec res ad nobilem redierit, quieſcant ſuſpendanturque.

Luſatiae feuda qui acquirere poſſit nonniſi uir nobilis?

(qq) Integrum *diploma*, quod editum non uidimus alias, exhibuimus in *adpendice monumentorum litt. A.* Principio enim an. 1619. *pactis* inuicem ſe obſtrinxit *nobilitas in Luſatia*, ne emtores equeſtrium bonorum, *der Ritter-Güter*, admitterent alios, quam uiros nobiles. *Daß ſie niemand anders, als einem vierſchildigen Herren-Standes oder vom Adel uhralten Geſchlechtes und Herkommens, die Lehn-Güter verkauffen wollten, bey Verluſt des halben Theils der Kauff-Summa.* Poſt haec

DIFF. VIII.

pacta habuit rata ipſe princeps an. 1667. Cauſae legis fuiſſe dicuntur hae. *Quod* praedia *equeſtria* inter prouinciae cimelia referenda, quae omnino inuidenda *ciuibus*, cum familiarum eſſe debeant illuſtrium in militia et bellis pro patria ſuſceptis. *Quod* ita fiat, ut *ciues*, maiori pretio propoſito, ſemper ſere ſuperent emtores nobiles, quos deinde oporteat uel cum egeſtate conflictari et uiuere in ſorditie, uel ex patria emigrare ad uictum et cultum quaerendum apud peregrinos. *Quod* ciuibus equeſtria praedia haud dubie ſemper maioris fiant, quam uiris nobilibus, partim, quod illi ad lucra et quaeſtus ſiut nati, partim, quod magni faciant nomina, honores, titulos ex equeſtribus praediis quaeſitos, partim quod in illis domicilium non figant, aut ſi fecerint hoc, parciſſimi tamen paruoque contenti ſint, cum e contrario uirum nobilem deceat, ut in conuiuiis ſit lautus, erga hoſpites, praeſertim nobiles, facilis et liberalis, in habitu et ſupellectili elegans et politus, quibus impenſis praediorum minuantur reditus, quos colligere poſſit ciuis poſſeſſor. *Denium*, quod talionis et repreſſaliorum iura id uelint, ut ciues equeſtrium praediotum emtione prohibeant, cum in leges iuerit, ne ciuitatibus adſignata praedia in manus ueniant hominum nobilium et quae ſunt generis eiusdem clarius et plenius ex ipſo diplomate cognoſcenda. Addo, quod Luſatiae hoc inſtitutum quibusdam etiam Germaniae prouinciis aliis ſit probatum. Vicini *Saxones* an. 1609. in *conuentu Torgauienſi* non minus ordini nobilium adſeruerunt: *daß die Ritter-Güter keinem aus dem Bürgerſtande, wie auch denen Auslændiſchen nicht verkaufft noch verliehen werden mæchten*, quae uerba recitat AVCTOR *Germaniae principis lib. 3. c. 5. §. 10.* Olim certe etiam Fridericus, marchio Miſniae, ſenſit: *Burgenſes debere iurisdictionem et aduocatias minime poſſidere*, niſi qui priuilegio eſſent muniti, quale exhibet SCHILTERVS *ad ius Alem. §. 19.* et LEHMANNVS *lib. 7. c. 41.* Quae loca cum aliis HERTIVS congeſſit *de feudo nobili ſect. 4. §. 7.* qui omnino hic euoluendus. Ceterum in Luſatiae inſtitutis id uidetur praeterea admodum ſingulare, quod in feudi emtore illis ne quidem ſimplex ſufficiat nobilitas, ſed requirant uetuſtam et *quatuor maiorum* inſignibus illuſtrem. Vt adeo ſere illa ſacris collegiis concinna, quae alios in Germania collegas non ferunt, quam gente oriundos, *quatuor*, *octo* quandoque et *ſedecim* aut *triginta duabus* maiorum nobilium, imaginibus. Qui certe mores peregrinis fere regnis nimium elati uidentur ac inſolentes in ipſumque principem iniurii, quaſi huic non liberae manus ſint in *nobilitandi iure* ſamiliasque ex plebe illuſtrium ac nobilium numero adſcribendi. Addo, quod *probibitiuae legis* non ratio aliqua ſuperſit in homine, nobilium numero recenter licet, rite tamen adſcripto. Verum haec ad legislatoriam magis et conſultatoriam iurisprudentiam pertinent, non autem forenſem, quae, quod ſemel placuit, ſequitur, in quo nos hic uerſamur argumento.

DIFFER. IX.

DIFFERENTIA IX.

Num feuda Luſatiae maſcula acquirere liceat foeminis?

IVre communi foeminae ut a ſucceſſione, ita ab *acquiſitione feudorum*, excluduntur (rr): quamuis autem in primo conſentiant Luſatiae inſtituta, diſſident tamen in altero, *foeminaeque* illis ſunt *habiles* ad maſcula etiam *feuda acquirendum* et poſſidendum (ss).

Foemina habilis feudi emtrix in Luſatia.

Qui foemina excludatur a feudi acquiſitione.

(rr) *Foemina* feudum neque *acquirere* neque in eo ordinarie *ſuccedere* poſſe, decretum eſt 2. F. 36. Verum ſi tamen *foemina* priuilegio forte acquiſiuerit *feudum*, filum conſecutionis eſt hoc, quod *filiae* etiam in illo ſuccedant 2. F. 30. 104. Quapropter alii, licet, meo iudicio, minus recte, foemineum feudum a *qualitate* dicant *acquirentis* CARPZOVIVS *part. 3. conſt. 28. def. 10. n. 2.* cum eoque *b. m.* STRYKIVS *cap. 4. quaeſt. 5.* Neque etiam in eo adſentior HORNIO *cap. 4. §. 5.* qui iureconſultorum Wittebergenſium ſuffragiis ſe tutum dicit, quod uinculum conſecutionis nullum ſit, foeminam *acquiſiuiſſe* feudum, ergo et *filias* in illo poſſe ſuccedere. Nexum certe *acquiſitionis* et *ſucceſsionis* hic tum *iura* tuentur 2. F. 30. cui decreto concinnum quoque illud eſt, quod 2. F. 104. habetur: tum *ratio* clientelaris. Cui enim domino foemina, feudum comparans, ſemel arriſit, ei, improbum eſſet, ſi foemina diſpliceret ſucceſſor. Hodie, ubi ſeruitia ſeudorum ſere numaria et tum praeſertim, ubi feudum eſt aere a foemina redemtum. Verum aliter pactis poſſe rem definiri, inficias iuerit nemo aut etiam lege, quae eſt in Luſatia, noſtro hic iudicio aliena a iure communi.

Qui foeminae acquirere liceat feuda Luſatiae, non autem in illis liceat ſuccedere?

(ss) Inſtituti clientelaris in *Luſatia* uerba ſunt clariſſima, concepta, ut ſequuntur: *Ingleichen, da Weibsperſonen von Adel*[re]?

DIFFER. IX.

Adel Lehn-Güter von neuem an ſich erkauffen würden (quod ſoeminis Luſatiae nobilibus facere eſt integrum), *ſolle denſelben unverwehret und unbenommen ſeyn, andere Geſchlechts-Verwandte mænnlichen Stammes* (eo quod filiae illarum in feudo recens a matre aequiſito nequeant ſuccedere) *in die geſamte Hand und Mit-Belehnung zu nehmen. Weilen die* Succeſſion *auf die Mit-Belehnte mænnliches Geſchlechts allein gerichtet* et quae ſequuntur deineeps *in der Laußnitz. Lehns-Ordn. p.73. §. Wir wollen &c.* Vt adeo per Luſatiae inſtituta uerum ſit, quod a iure *foeminae* in feudo *comparando*, ad ius in *ſuccedendo* nullum ſit uinculum eonſecutionis. Quapropter, ne lex uideatur iniqua aut inconcinna, ſucceſſionis loco, ſoeminae datum eſt, ut conſulat filiabus ſuis numero *ſimultaneae inueſtitorum nouumque* feudum acquirat iure *antiqui*. Id eſt, maſculos ad *reuerſales* adſtringat ad ſatisfaciendum filiabus aere aut modo quouis alio. Quod iure eommuni fieri poteſt nonniſi ex ſingulari domini directi eonſenſu: in Luſatia autem nobiles ſoeminae id habent iure prouinciae ordinario.

DIFFER. X.

DIFFERENTIA X.

Num feudis Luſatiae iurisdictio ſit adnexa eaque ſuperior?

De uariis iurisdictionis generibus uaſallorum denen Erb- und Ober-Gerichten.

IVre communi *iurisdictionis* nullum genus adnexum eſt feudis (tt): Luſatiae autem uaſalli principio *inferiori, den Erb-Gerichten*, gauiſi ſunt, poſt an. 1562. ſingulis etiam acceſſit *ſuperior* ſiue merum imperium, *die Ober-oder Peinliche Gerichte* (uu). Vt adeo in praediis nobilium omnibus pro iure iudiciario ſint coniecturae.

Qui pro iurisdictione uaſalli non ſint coniecturae apud Longobardos?

(tt) Nam *iudiciaria* iura pertinent ad *regalia*, a nobili ſeudo omnino diſtincta et ordinarie aliena 2. *F. 56.* Inde iureconſultorum axioma: *pago ſiue caſtro in feudum conceſſo, non ideo praeſumi, conceſſam eſſe ſimul iurisdictionem.* Quod docent GAILIVS *lib. 2. obſeru. 62.* ROSENTHAL *cap. 5. concluſ. 6.* Neque praeter rem et rationem etiam in Germanico imperio, Nam *iurisdictio ciuilis* ſiue mixtum, ut uocant, imperium fuit quondam in manibus *comitum prouincialium*, qui etiam uerbo *iudicis* ideo ſunt adpellati. *Merum imperium* ſiue *dux* habuerat ſiue populus, in quo cum auctoritate praeſederant *comites*. Quo rerum ſtatu nulla *landſaſſiis* ſuit jurisdictio. Verum, quod haec poſt acceſſerit *fundis nobilium*, id quidem cauſas habet plures et uarias in uariis prouinciis. In *Boioariae* ducatu an. 1311. Otto dux iurisdictionem adſcribit fundorum poſſeſſoribus nobilibus, quod ſummam peeuniae ſoluerant, duci ualde neceſſariam. Quae iurisdictio domi nata uoce adpellatur *das Hofmarcks-Gericht*, caſusque principi tantum relinquit tres, utpote *1) homicidii, 2) ſtupri* uiolenti, *3) publicae rapinae*, qua de re legi poſſunt MANZIVS in *deciſ. Palat. decad. 2.* ERTELIVS *in relat. Boicis 40. p. 63.* auctor *Germaniae principis lib. 4. c. 5. §. 6. p. 100.* idem fieri potuit, pretio interueniente, etiam in prouinciis aliis. *Deinde* ex quo tempore e re ſua uidebatur ducibus, ut *comites*, in quos ducatus iurisdictio per pagos aut tractus fuerat diſtributa, abrogarent: eo faciliores ſuerunt, ad ſurrogandum illis nobiles, quemque in ſuo praedio clientelari. *Praeterea* etiam illud obſeruaui, plurimos ex nobilitate *allodia* ſua principi uel duci territoriali conceſſiſſe in feudum, hoe tantum fine, ut illa lege reciperent clientelari cum *iurisdictionis* acceſſione. Serius autem ita factum hoc ſuerat in iurisdictione criminali; citius longe in *ciuili*, fundis quoque *allodialibus* et hereditariis adſcripta, unde uerbi *der Erb-Gerichte* eſt quoque adpellatio.

Qui in Luſatiae feudis pro utriusque generis iurisdictione ſint coniecturae?

(uu) *Ciuilis iurisdictio*, id eſt, ea, quae ſex cauſas non habet, *der ſogenannten hohen Fælle, als 1) Mord, 2) Raub, 3) Brand, 4) Dieberey, 5) Læhmde, 6) Verrætherey*, cuique fundo antiquiſſimis temporibus fuerat adfixa, ut aetas iuris huius tantum non coaeua ſit noſtrae reipublicae. Quapropter etiam hoc genus iurisdictionis nomen habet *der Erb-Gerichte*, iurium ſcilicet, quae tranſeunt ad *heredes*. Quoniam eo quoque tempore *ciuilis* iurisdictio penes *nobilitatem* fuerat prouincialem, quo fundi illius adhuc dum fuerant *allodia*. Verum enimuero *criminalis iurisdictio, die Hohe, Peinliche oder Blut-Gerichte*, principi Luſatiae adeo ſuerat propria, ut cum eo neque *ciuitatibus* communis eſſet, neque prouinciali *nobilitati*. Niſi quod illa, pace *Landuogtii* ſiue praeſidis prouincialis, quandoque a *ciuitatibus*, et an. 1548. a nobilibus *ſcabinis, von Land-Richter und Adelichen Schæppen* non *feudi*, ſed *adminiſtratorio* prorſus iure exerceretur. Factum eſt tamen an. 1562. ut FERDINANDVS *imperator*, qua marchio Luſatiae, *priuilegium, uniuerſis ordinibus commune*, promulgaret, quod fundi cuiuslibet poſſeſſor nobilis gauderet *mero imperio*,

DIFFER. X.

Verba codicis mſcti de iurisdictione ann. 1562. adſcripta fundis nobilium.

rio, id eſt, *iurisdictione*, quam uocant *alta*, praeter ciuilem, quam habuerant olim. Auctor CODICIS MSCTI, quem in *Dn. praeſidis ſupellectili* conſulere, licuit, inſcriptus: *Bericht von des Marggrafthums Laußnitz Aemtern, Gerichten und Rechten part. 2. artic. 5.* ita loquitur de hoc argumento, *von Ober-und Erb-Gerichten: Es haben wohl etliche Herren und vom Adel, deren nicht ſo gar viel, beydes Ober- und Unter-Gerichte und darüber* Priuilegia *gehabt, ſonſten aber haben die Ober-Gerichte den regierenden Kœnigen in Bœhmen als Marckgr. zu Laußnitz zugeſtanden, die haben dieſelbe weiland durch die Land-Vœgte, und die Land-Vœgte durch die Stædte,* (haud dubie, quod in ciuitatibus plures uiri, iura docti diſciplina ac uſu, quam in nobilium pagis) *verwaltet. Nachmals aber die Ober-Gerichte An. 1548. durch den von Ihrer Majeſt. inſonderheit zubeſtellten Land-Richter und Land-Schœppen, ſo* NB. *vom Adel geweſen, handlen und verwalten laſſen. Es haben aber Kæyſer* Ferdinandus I. *auf der Land-Stænde ſuppliciren; und ſeiner Sœhne* Maximiliani II. Ferdinandi *und* Caroli *interceſſion; wie auch zu beſſerer Haltung gemeinen Land-Friedens; Sicherheit der Straßen: Beſtraffung des Ubels etc. allen von Land Stænden. ſo zuvorn die Ober-Gerichte biß auf dieſelbe Zeit nicht gehabt, und den Sechß Stædten der Ober-Laußnitz allergnædigſt zukommen laſſen. Vermœge Inhalts* Priuilegii, *die Obergerichts-Gnad genannt, gegeben Prag den 12. Martii An. 1562.* Diploma ipſum in *corpore iuris* Saxonici primo omiſſum, ſed poſt editioni *an. 1672.* eidem *p. 25.* eſt additum, ut adeo operae pretium non ſit, illud inde exſcribere. Ceterum praeter cauſas, in laudato *codice* enumeratas, mihi quidem aliae ſe obtulerunt, dum legerem *ordinum* et *ciuitatum* inuicem coram *Ferdinando I.* an. 1544. *Pragae* prolata et Caeſaris tum iudicio compoſita diſcrimina. Scilicet de limitibus *ciuilis* et *criminalis* iurisdictionis tum maxime fuerat litigatum, quoniam ciuitates retulerant ad *ultimum* genus, quae in *primo* habuerant nobiles landſaſſii. Quorum his uerbis tum expoſitae querelae: *Die Ober-Gerichte gehœren vor den Land-Vogt und nicht vor die Stædte.* Carolus IV. *hætte An. 1372. verſehen, daß die Bürger keine Gerichte haben ſollten, wenn ihre Flur-Zæune wenden. Eben dieſes wære An. 1384. wiederhohlet, auch An. 1410. vom K.* Wenceslao *beſtætiget. Was*

A *ſie nach der Zeit an ſich geriſſen, da hætte nach Kœnigs* Uladislai An. 1510. *gegebenem Ausſpruch keine Verjæhrung ſtatt. Und ob man ihnen gleich die 6. Fælle, Mord, Raub, Brand, Dieberey, Læhmde und Verrætherey eingeræumet, hætten doch die Stædte ſich darnach durch deroſelben Mißbrauch auch dieſer wieder verluſtig gemachet. Dieſer beſtünde darinnen.* I) *Weil die Blutrünſte ihnen zu richten übergeben, ſo* citirten *ſie*
B *offters einen Bauren, der ſich etwa in Finger geſchnitten oder Nagel gekræhlet, von fünf und mehr Meilen in die Stadt vor Gericht. Machten ihnen mit Beſichtigung der Barbier, Bezahlung der Gerichts-Perſonen vergebene Unkoſten, daß auch die Leute, bey ihrer klaren Unſchuld, œfters Rock und Kleider in der Stadt verſetzen müſten, um ſolche zu entrichten und wieder nach Hauß zu kommen.* II) *Geben ſie vor Læhmde aus, und*
C *beſtraffen, als Læhmung, da doch keine nicht wære, welches alles der arme Mann geſchehen laſſen müſte.* III) *Wenn einen Herrn ſein eigen Roß oder auch des Herrn Sohn und Knecht beißt, ſchlægt oder abwirfft, ſo muſte daſſelbige Roß dem Richter deß Ortes gefolgen und verfallen ſeyn.* IV) *Zœgen ſie alle Geld-Sachen, Schuld-Sachen, liegende Gründe, Græntz-und Waſſer-Strittigkeiten, welche denen Erb-Gerichten, folglich dem Adel*
D *aufm Lande ſelbſten zuſtünden, unter die Blut-Gerichte; ſo daß den Erb-Gerichten nichts, als der bloſſe Nahme, und wie viel die Stætte ſolchen übrig laſſen wollten, verbliebe,* V) *geſchehe alles aus Gewinn-Sucht, und würden die Richter in den Stædten reich, baueten ſchœne Hæuſer, und koſtete der Richter die Unterthanen ſo viel, als kaum die Steuren des Landes ausmachen.* VI) *Würden dardurch die Unterthanen gegen dem*
E *Adel verhetzet, und von ihrem Gehorſam abgeführet.* VII) *Wenn ſich jemand gleich auf den Land Vogt bezœge, führen ſie doch mit der* execution, *ſtraffen, Erklærung in Acht und andern* extremit*æten fort.* VIII) *Daß ſie von denen ſo heilſamen, ietzo faſt aller Orten aufgekommenen* appellation*en nichts wiſſen wollten*, et quae ſunt generis eiusdem. Hac igitur iurium et iurisdictionis maxima confuſione ac perturba-
F tione peſtilentiſſima factum eſſe puto, ut, poſt alias cauſas, in ipſo diplomate recitatas, imperator FERDINANDVS. *an. 1562. die 12. Martii* ordinibus *nobilibus*, *omnibus* atque ſingulis adſcriberet iurisdictionem quoque *criminalem*, ut adeo pro hac apud illos omnino ſint coniecturae.

DIFFER. XI.

DIFFERENTIA XI.

Quae inter Luſatiae uaſallos tutela nominatiua?

De nominatiua tutela in Luſatiae clientelis.

IVre communi omnis tutela *trium* generum oritur ex aliquo (xx): Luſatiae inſtituta addunt quartum, cum uiuo ſuis tutorem liceat nominare (yy).

(xx) Ti-

DIFFER. XII.

Qui tutelarum apud Romanos genera tria?

(xx) Tironibus iuris nota ſunt *tria* tantum genera tutelarum, *teſtamentaria*, *legitima* atque *datiua*. Neque porro aliud quid inſtituta habent Longobardica. Neutro igitur iure aliquis proficeret, ſi uiuus ſuis uel tutorem *nominaret*, uel etiam ex ſimplici *conuentione* alterum ad ſuſcipiendam tutelam poſt mortem ſuam uellet obligatum. Ita clare §. 9. *Inſtit. de excuſ. tut.* et *l. 15. ff. eod.* iterumque *l. 29. ff. de teſtam.*

Qui in Lusatiae feudis tutela in uſu nominatiua?

(yy) Clara eſt lex atque his uerbis *in der Waiſen-Amts-Ordn.* §. 2. concepta: *Wenn iemand von Herrn oder Adel* (id igitur iure praecipui habet nobilitas) *mit Todt abgehen, und bey ſeinem Leben iemand von ſeinen Freunden ohne Verwandten* (ne amici confundantur cum cognatis) *in beyſeyn anderer von Adel oder ſonſten ehrlicher Leute darzu* deputiret: *ſolle es innerhalb ſechs Wochen dem Amte, darunter der Verſtorbene ſeſshafftig geweſen, zu erkennen gegeben, und* confirmiret *werden.* Prouida certe lex, quae pietatis rationem habet, quam debemus orphanis, ut hanc illis probemus requiſiti a parente, licet formularum neglecto concentu. Idem fere in *pactitia* tutela, ueluti *quinto* genere, iuris eſt, quod oſtendit *dn. praeſes* in *differentia tutelari 4. litt. yy.* Cui addi poteſt HERTIVS de *tut. regia cap. I. §. II. p. 466.*

DIFFER. XIII.

DIFFERENTIA XII.

Fundamentum legitimae tutelae num ſucceſſio?

Fundamentum tutelae in Luſatia non ſucceſſio.

IVre communi fundamentum *legitimae* tutelae eſt ſucceſſio in bonis pupilli (zz): non Luſatico, ubi *ſanguinis* uinculum cum *officio* coniunctum pietatis (aa).

Qui communi iure fundamentum legitimae tutelae ſucceſſio?

(zz) Ea enim propter nulla eſt *curatela legitima*, quoniam puberes conſanguineos ſuos commodo ſucceſſionis poſſunt deſtituere facto teſtamento, quod cum a furioſo nequeat fieri, hunc ſolum habere putant *legitimum curatorem*, VINNIVS, HOPPIVS aliique interpretes ad §. 3. *Inſtit. de curat.* Addunt ex eadem cauſa *uaſallum*, cui pariter teſtamenti factio interdicta *1. F. 8.* id eſt, facultas excludendi a feudali ſucceſſione agnatum, ita b. m. STRYKIVS *cap. 7. quaeſt. 27.* Cui merito ſubſcribimus aduerſus ROSENTHALIVM *cap. 12. concluſ. 10. n. 46.* et SCHRADERVM *part. 10. ſect. 19. n. 48.* Niſi feudum uel hereditarium ſit, uel *teſtandi de feudo* poſſeſſori conceſſa ſit facultas. Quo caſu iterum deeſt hic etiam *legitima* curatela.

Qui Luſatico iure ſacra ſit legitima curatela.

(aa) Verba legis *in der Waiſen-Amts-Ordn.* §. 3. ſunt manifeſta, quod agnatus aut ſimultanee inueſtitus, licet commodo ſucceſſionis nuntium uelit mittere, nequeat is tamen declinare tutelam. *Solle ſich der* agnatus *davon, durch* renuncirung *der Lehens Anwand-oder Erbſchafft, nicht zu entbrechen haben.* Vt conſtet doceaturque legitimam tutelam aut curam pietatis officio niti, non turpi ſpe et lucro ſucceſſionis.

DIFFERENTIA XIII.

Excuſationi a tutela num ſit locus ob numeros liberorum?

De excuſatione a tutela uaſalli.

IVre communi *excuſamur* a tutela *numeris liberorum* (bb): non autem Luſatico (cc).

Qui πολυπαιδία excuſet a tutela?

(bb) Πολυπαιδίαν inter cauſas principes eſſe, quibus a ſuſcipienda tutela excuſamur, teſtatur *pr. inſtit. de excuſ. tutor.* Et licet neque *tres* ut *Romae*, neque *quatuor*, ut in cetera *Italia* patriae ſuffecerint: *quinque* tamen ſatis eſſe ad ſe excuſandum propterea uidetur, quoniam is numerus praeſcriptus eſt *prouinciis* extra Italiam.

Qui numeri liberorum non excuſent a tutelis in Luſatia.

(cc) Verba inſtituti prouincialis *in der Wæyſen-Amts-Ordnung* §. 3. ſunt haec: *die* agnati *und* cognati *ſollen durch den* numerum *fünf oder mehr Kinder der Vormundſchafft ſich nicht zuentbrechen haben. In erwegung, daß ſie durch dieſe Vormundſchaffts Ordnung alles gefæhrlichen Zuſpruchs entnommen werden.* Eſt in hac ſanctione inprimis ſermo de tutela pupillorum ex ordine nobilium incolarum. Ceterum foecundior forte credita fuit Luſatia, quam ut ob liberorum numeros dari poſſet ab onere tutelari immunitas.

DIFFERENTIA XIV.

Num feudi loco pecunia?

Pecunia feudalis.

IVre communi ex feudo facta pecunia feudi loco non eſt (dd): eſt tamen per Luſatiae inſtituta (ee).

Qui non feudi loco pecunia?

(dd) Pertinet huc decretum clientelare *2. F. 26. §. ſi uaſallus*, ubi clare dicitur, quod illa *pecunia*, quam transactionis nomine acceperit cliens de feudo, non ideo in feudi ſit nexu. Rationes adducunt plures. Scilicet, quod pretium non ſuccedat in locum rei b. m. STRYKIVS *cap. 4. quaeſt. 26.* quod pecunia neque naturaliter ſit res immobilis neque ciuiliter LVDWELL *c. 2. p. 28.* Quare feudum, in *pecunia* ſiue nummis conſtitutum, omnino *improprijs* adnumeratur, quod fruſtra impetit HORNIVS *cap. 4. §. 21. p. 89.*

Qui feudi loco pecunia in Luſaticis?

(ee) Pacto fieri poſſe, ut pecunia feudi loco concedatur, nulli dubitamus et omnis aeui notauimus exempla. Verum patrio iure *pecunia*, ex feudo ſoluta, agnatis permanet in nexu clientelari. *Lauſſnitz. Lehns-Ordn. §. mit den Unmündigen etc.* ita inſtituit: *da einer die Lehen-Güter annehme und den andern oder mehrern* ſucceſſorn *und Mitbelehnten eine* ſatisfaction *an Geld thæte: ſo ſoll derienige, er ſey In- oder Auslænder, verbunden ſeyn, das Geld* A *aus dem Lehn-Gut entweder wieder an Lehn-Gütern anzuwenden oder daſſelbe, wie biſshero vermittelſt der Aemter aus dem Erbe zu Lehn zu erheben, damit auf den Fall der* Succeſſion *und Lehns-folge eine Gleichheit erhalten werde.* Neque ſine ratione ita eſt conſtitutum. Eſſet enim ita feudi poſſeſſor ſortis longe peioris, quam alter, cui ſumma aeris adſignata loco partis in feudo ipſae uenditae. Quoniam ul- B timus dominus et arbiter fieret rerum ſuarum, praetereaque ſucceſſionem retineret in feudo uniuerſo poſt mortem poſſeſſoris: contra huius opes in nexu permanerent clientelari neque ulla ei ſpes ſuccedendi in mercedem a uenditore acceptam. Ceterum melius hoc caſu ſibi conſulere alterum, ſi pecuniae ſummam, uenditori coheredi ſolutam, inſerat non minus in litteras clientelares eaque dominus C utrumque uaſallum inauguret, quo neque domini neque agnatorum intuitu deſit in pecunia, quod eſt conſuetudinis feudalis, id quidem monet *L. B. de* LYNCKER *in analect. ad Struu. cap. 4. §. 6. n. 4.*

DIFFERENTIA XV.

Num ultra ſeptimum gradum ſucceſſio?

De ſucceſſionis in feudo infinitate et nonniſi ad 7. gradum.

IVre communi in clientelis hodie ſuccedunt, quotquot deſcendunt a ſanguine primi acquirentis (ff): aliter in Luſaticis, ubi cum ſeptimo conſanguinitatis gradu ſucceſſionis iura omnino exſpirant (gg).

Succeſſionis infinitas in iure communi.

(ff) Licet enim feuda principio fuerint *precaria*, inſtar publicorum munerum; *deinde* firmitas illis data ſpatio *annuo*; tum perdurauerint ad dies *uitae*; poſt peruenire coeperint ad *liberos*; ad *fratres*; mox ad *patrueles* infra quartum gradum: demum ad agnatos intra *ſeptimum* geniculum; *tandem* ad poſterorum omnium gradus et numeros *infinitos*: quod omne claris uerbis dicitur *1. F. 1. §. 1. 2. 3. 4.* in Germanico tamen imperio nullo unquam E tempore uiximus inter hos ſucceſſorii iuris multiformes uiciſſitudines. Longobardici ſunt mores, quos deſcripſimus; non Germanici, qui noluerunt eſſe adeo multiplices. Nam Carolingorum aeuo, quo feuda inſtar munerum fuerant, uaſalli inſtar officialium, illa omnino fuerunt precaria. Sed poſt Carolidas, quum ſemel ſucceſſio poſterorum placuerat, illa in numeros iuit graduum infinitos, qui- F bus moribus cum in *imperialibus*, tum prouincialibus landſaſſiorum feudis uiuimus D etiamnunc. Concinnum eſt illis decretum *2. F. 50.* ut adeo diſcrimina feudi *antiqui* atque *paterni* noſtris inſtitutis nulla eſſe uideantur.

Qui Luſatiae feudorum ſucceſſio exſpiret in ſeptimo gradu?

(gg) Luſatiae ſtatutum eſt manifeſtiſſimum his conceptum uerbis: "Gnædigſt verwilliget, daſs im Marggr. Ober-Lauſitz" alle Lehn-Güter, die nicht mit beſon-" dern priuilegiis der geſamten Hand an-" ders weiter und mehr befreyet, auf alle" Schwerdmagen Mænnlichen Stammes" biſs zum ſiebenden Grad nun hinfüro" kommen und ſtammen ſollen. Setzen" demnach, daſs nunmehro und zu ewigen" Zeiten kein Mitbelehnter, Vermœge der" allgemeinen„ (communis hic ſimultanea inueſtitura intelligitur, quae eſt in omni feudo antiquo uel nouo etiam iure antiqui conceſſo, quoniam Saxones contra requirere praeterea ſolent coniunctae manus, uel domino mutato uel uaſallo, renouationem) "habenden geſamten Hand, er ſey in weitem oder nahem gradu obbenannter"

"ſieben-

DIFFER. XV.

"ſiebenden zahl in oder auslændiſch, ſchuldig ſeyn ſolle die Lehen der geſamten "Hand zuſuchen und zumuthen. Nouum hoc et inſolens eſſe poſſet in Germaniae prouincia, niſi cauſa adpareat, quae haec eſt. Nam uoluerat princeps legislator an. 1653. ne alii in feudis ſuccederent Luſatiae, niſi illi, qui identidem iure ac ritu Saxonico renouaſſent coniunctam manum. Sed ab hoc onere clientelari propterea abhorruerunt ordines, partim, quod moribus obeſſet patriae, partim etiam, quod Luſatiae clientelis inconcinnum, quae eſſent alienabiles adeoque fruſtrari poſſent coniunctae manui addicti commilitones ex ſucceſſioneque prorſus excludi, ut operae non foret pretium, impenſas ſimultaneas fieri ob ſpem adeo incertam et in uoluntate poſitam uaſalli multiplicem ac mutabilem. Tertium itaque placuit, ut Saxonum coniuncta manus iure quidem ordinario exularet in Luſatia, uerum nulla quoque agnatio attenderetur in ſucceſſione, poſt *ſeptimum gradum.* Vt adeo lex haec non auita, ſed nuper demum nata eſſe uideatur. *Ceterum* neque ſic etiam exempla deſunt in Germaniae clientelis, quae Luſatiae his inſtitutis reſpondent. Ita GAILIVS *lib. 2. Obſeru. 150. n. 4.* ſcribit: *Breuior et uerior opinio eſt, aut feudum* ANTIQVVM *ſemel ad deſcendentes tranſitum fecit, poſtea uero peruenit ad collaterales et tunc agnati ſuccedunt in* INFINITVM *per textum 2. F. 50.* etiamſi feudum uenerit per mille manus: *aut feudum non fecit ſemel tranſitum ad deſcendentes, ſed* PACTO *uenit ad collaterales et tunc locum habet ſucceſſio ad* SEPTIMVM *tantum gradum per textum 1. F. 8.* Etiam ZASIVS *part. 8. n. 5. 34. hanc opinionem dixit communem in ipſa Germania: quam et cameram imperialem, conſtat, eſſe ſecutam.* Vereor, ut uerum ſit, quod ſcripſit Gailius, qui ideo tantum ad ſententiam prouocauit curialem, ut ſuae opinioni conciliaret auctoritatem, quod eum feciſſe etiam alias queruntur ſupremi collegii illius adſeſſores. Illud prorſus eſt ſingulare et iuris longe durioris in epiſcopatu *Bambergenſi*, ubi in A ſucceſſione feudali attenduntur poſteri tantum cuiusque poſſeſſoris, necquicquam fratres illius, aut ulteriores agnati, licet et ipſi a primo oriundi ſint acquirente feudumque ſit eorum intuitu haud dubie antiquum, teſte *Iuſto* VERACIO *conſuetudinum Bambergenſium quaeſt. 2.* Eandem etiam conſuetudinem eſſe dicunt in *Porusſiae* clientelis. Vti enim illae *quinque* ſunt generum, uel iuris 1) *Culmenſis*, quae B allodiorum inſtar, ob auitam libertatem, qua gentes uixerunt principio, 2) *Magdeburgici* eiusque uel ſimplicis ſexus, ubi foeminae a feudis excluduntur, uel 3) *Magdeburgici* ad ſexum utrumque, ubi admittuntur foeminae in ſucceſſione clientelarum, 4) *Longobardici*, ubi huius populi regnant inſtituta, 5) *Porusſici, Lehn zu Preuſſiſch Recht*; ita omnium duriſſima feuda generis ſunt ultimi, ubi pariter omne feu- C dum nouum eſt, excluduntur que ab eius ſucceſſione ultimorum poſſeſſorum fratres et agnati omnes, licet de poſteritate ſint primo acquirentis. Ratio legis mihi haec eſt. Nam ultimi generis haec feuda mere ſunt beneficiata, ut adeo, quod ſupra diximus, Longobardica iura illis iuſto mitiora eſſe uideantur, praeſertim in ſucceſſionibus omnium numerorum. Hoc lumine illuſtrari debet *lib. 4. tit. 15. artic. 3.* D *ſqq. des Preuß. Land-Rechts*, quo carent alias illius commentatores. Id ultimo reſtat, ne cui patriae clienti ſucceſſoria haec lex dura videatur, quoniam antiquis Germaniae moribus diſplicuere etiam in ipſis allodiis ſucceſſiones in numeros graduum conſanguinitatis infinitos, adeo, ut *Carolus IV.* imperator in *Bohemiae legibus*, quae promulgatae ſunt nomine *Maieſtatu Carolinae*, uoluerit (*): *ut, liberis deficientibus,* E *bona defuncti cederent fiſco.* Et uero animi pendeo utique, qui factum ſit, quare ſummi principes migrauerint mores hosce locoque ſucceſſionis, ad *quartum, ſeptimum* aut *decimum* gradum adligatae, probauerint alias, quae fierent ſine modo cum infinitate. Praeſertim, in tantis hodie pro fiſco ſtudiis, non fuiſſe, qui huius eum iuris admonuerit poſtliminio.

Porusſica feuda.

DIFFERENTIA XVI.

DIFFER. XVI.

Num alienatio iuris ſit in feudis Luſatiae?

COmmuni iure nefas eſt, feuda alienare ſine *domini et agnatorum* conſenſu (hh): neutris opus eſt per Luſatiae ſtatuta (ii).

De conſenſu in feudis alienandis.

(hh) Sce-

(*) Inſolens ac incredibile inſtitutum recito F uerbis, quibus eſt conceptum, ne uidear aliquid de meo addidiſſe. Sunt autem haec: *curiae noſtrae, quae ex priſcorum temporum uſu ſunt probata, tueri uolumus. Sancimus igitur, quando regnicola auita migrauerit, nullis relictis liberis legitimis, quod bona omnia defuncti ad noſtram regiam cameram ſiue fiſcum totaliter deuoluantur* Carolinae maieſtat. *tit. 58.*

DIFFER. XVI.

Qui in alienatione feudorum opus ſit domini et agnatorum conſenſu?

(hh) Sceleris eſt in iure communi, *alienare feuda* ſine domini conſenſu, illudque punitur rei clientelaris *priuatione*. Neque haec inſtituta quis poſtulauerit iniuriae, quoniam alienando obtruditur domino uaſallus, ut fieri poteſt, ingratus, quoniam coniecturae ſunt, uaſallum id feciſſe in domini contemtum: quoniam ita extingui facile poſſet nexus feudalis memoria et quae alia ſunt tradita doctoribus ad a. F. 24. §. *ſi uaſallus* ſub finem.

Qui alienatio feudorum ſit conceſſa Luſatiae uaſallis neutrius quaeſito conſenſu?

(ii) Viuitur his moribus, in Luſatia ueruſtisſimis, quos ratos habet probatque Saxonica conſtitutio, his uerbis: "Anlangend die 2. clauſel, daſs ein ieder von dem "andern (mitbelehnten und Lehns-Herrn) "unbehindert mit ſeinem Lehngut frey "zuthun und zu laſſen vollkommene "Macht und Gewalt haben ſolle und mœ"ge. Ob nun zwar in Kæyſerlichen Pri"uilegiis insgemein mit den Lehn-Gütern C "zu thun und zu laſſen verſtattet, und da"hero ſich anſehen læſſet, daſs auch ſolches "insgemein auſ alle actus mortis cauſa o"der inter uiuos zu deuten, die Kæyſerl. "Maieſt. auch ſo wohl, als die Agnaten den "einmahl (für allemahl insgemein) erthei"let: Dieweilen aber dardurch denen "Lehn-Gütern die Eigenſchafft der Lehen "deſswegen nicht benommen, noch die"ſelbe zu Erbe gemachet, oder aufs weibli- D "che Geſchlecht gebracht werden mœ"gen, vielmehr denen Agnatis biſs auf den "ſiebenden Grad, und alsdann dem Lehen"Herrn anſallen: als erklæren Wir hiemit "dieſe clauſul, daſs, der allgemeinen ge- A ſambten Hand ungeachtet, ein ieder Be-" ſitzer vor den andern Mitbelehnten A-" gnaten oder Schwerdmagen ohngehin-" dert, ſein Lehen-Gut per actus NB. inter" uiuos alieniren und veræuſſern, verkauſ-" ſen, und verwechſeln iudicialiter et extra" iudicialiter, (doch ſolches dem Aemtern" zu benachrichtigen) verpfænden, verge-" ben und verændern, Leib-Geding, Inn-" halt der Amts-Ordnung darauf machen," B Fug und Macht haben, und ſolches alles" ohne der Mitbelehnten Conſens, ſo auch" diſsfalls die alienirte Lehen-Güter zu re-" uociren nicht berechtiget ſeyn ſollen." Ne uero haec lex de *feudis Luſatiae alienabilibus* eſſe uideatur iuſto aliquantum licentior: rationibus illam adiuuabimus ex moribus Germaniae repetitis. *Principio* feuda, poſtquam *emtitia* et *oblata* ſunt facta, etiam liberiores indulgent manus uaſallo. C *Deinde* poſtquam ſeruitia clientelaria non ipſi praeſtant in militia uaſalli, quod factum olim, domini iam parum intereſt aut nihil, quem feudi habeat poſſeſſorem, qui ſummam aeris ſoluat, in matricula notatam clientelari, *das Ritter-Pferd. Poſt* in mores uniuerſae ideo Galliae et pleraeque Italiae prouinciarumque Germaniae iuit hodie, ut uaſallis alienare feuda, id eſt, de illis inſtar rei propriae liceat D diſponere ſine interceſſu conſenſuque uel domini uel agnatorum. Quae ex ſchedis *dn. Praeſidis* dari poſſent, niſi loca eſſent a Luſatiae limitibus aliena. Ceterum, qui expenderit haec, ille hos ordinum Luſatiae mores oculo adſpexerit irretorto.

DIFFER. XVII.

DIFFERENTIA XVII.

Quae feudorum iura in teſtamentis?

De teſtamentis in re clientelari.

COmmuni iure *teſtamenta* de feudis ipſo ſunt iure *nulla* (kk): neque per Luſatiae inſtituta aliter, niſi ſucceſſor nominetur *agnatus* intra *ſeptimum* gradum, qui ex teſtamento in Luſatiae feudis utique ſuccedit (ll).

Qui de feudo nequeat condi teſtamentum iure communi?

(kk) Verba decreti ſeudalis *1. F. 8. pr.* clara ſunt et aperta: *Si quis* (uaſallus) *deceſſerit, ſuccedunt tantum filii: nulla ordinatione* (teſtamento) *defuncti in feudo manente uel ualente*. Ratio ad inueſtigandum eſt facilis, quoniam *primo* uaſallus alienare feudum nequit actu inter uiuos, multo igitur minus ultima uoluntate: *deinde* fieri nequit, ut cliens patrono ſiue domino obtrudat clientem. Ex aduerſo teſtamentum uaſalli etiam de ſeudo eſt *ualidum*, ſi conſenſerit dominus uel principio uel deinceps idque uel tacite uel expreſſe, quod de Carolo V. imperatore eſt dictum, qui *Renato* et *Philiberto* principibus Arauſionenſis ducatus teſtatoribus ſuo acceſſit conſenſu, ob ſingularia principum in Caeſarem merita. Documenta eius rei publica in medium protulit eorumque rationes amplisſimas *excell. dn. praeſes im* E *Preuſſiſchen Neuburg*, id eſt, libello, pro iuribus Poruſſiae regis in Nouicaſtri principatum, ſcripto iuſſu regis, ordinumque Nouicaſtri adprobato auctoritate *part. 2. §. 35. 36. ſq. p. 135. 136. 137. ſqq.*

Quae de Luſatiae feudis ualeant teſtamenta?

(ll) Luſatiae inſtituta haec ſunt. *Poſſeſſor ſeudi poteſt illud omnino* ALIENARE, *nullo neque domini neque agnatorum impetrato* CONSENSV: *debet autem fieri alienatio actu aliquo inter uiuos, nec quicquam* F TESTAMENTO, *uel ultima uoluntate, niſi inſtitutus ſit ſucceſſor* agnatus inter ſeptimum *gradum*. *Qui ſolus recte feudi heres nominatur a teſtatore*. Verba *der Lehns-Ordn.* p. 73. ſunt haec: "dieſemnach obberührte clauſel (de alienando) keines we-" ges auf Teſtament und letzten willen zu" ziehen, daſs nehmlich dadurch der Beſi-" tzer den Lehns-Vettern hiedurch die" ſucceſsion und dem Lehns-Herrn die"

"Lehns-

"Lehns - Fælligkeit entziehen mœge. A "Weiln aber die ſuccesſion, vermœge pri- "uilegii (de feudis alienandis) auf die Mit- "belehnte Mannliches Geſchlechts allein "gerichtet und ohne derſelben Einwilli- "gung nichts deſto minder einem ieden "die freye alienation vorbehalten und zu- "gelaſsen, ſo wollen wir aus Chur-Fürſt- "licher Macht vielberührte clauſel (de alie- "nando) nicht nur auf obgedachte Fælle "(ad actus inter uiuos) ſondern auch da- B "hin gnædigſt extendiren und erſtrecken, "daſs auch ein ieder Mitbelehnter freye "Macht und Gewalt haben ſolle, von ſei- "nen Lehns-Gütern, quoad habiles per- "ſonas (excludendo filias) ſo innerhalb "des ſiebenden Grades ſeyn, und ohne- "dem die Anwartung haben, Teſtament "und letzten Willen zu machen. Neque hic ratio legis obſcura eſt. Nam cauſatum prohibendi deeſt, ſi agnatus intra *ſeptimum* inſtituatur gradum, qui omnes habent iura ſuccedendi alias, ut adeo *domini* non interſit, quis inter illos primum, quis deinceps uel ultimo loco uocetur ad ſucceſſionem. Intereſſe autem hic agnatorum, quorum unus alteri praefertur, nullum eſt dubium. Sed tamen, intuitu horum, feuda Luſatiae ſunt inſtar allodii: ut adeo nihil obſtet, quo minus ſuam hic ſequi poſſit uoluntatem teſtator. Licet in iure illud etiam ſit manifeſtum alias, quod a libertate alienandi inter uiuos ad alienationem ultima uoluntate ſiue teſtamentariam uinculum non ſit alicuius conſecutionis, quod uulgo etiam Icti docent ad *tit. Inſtit. de lege Fuſia Can. toll.* cetera.

DIFFERENTIA XVIII.

Num feudi inauguratio fieri poſſit per procuratorem?

IVre communi inueſtitura ſuſcipi poteſt ab abſente per *procuratorem* (mm): non Luſatico, quod requirit, ut praeſens ſit uaſallus (nn).

De inueſtitura feudi per procuratorem.

Qui Longobardico iure inueſtitura ſuſcipi queat per procuratorem.

(mm) Decretum feudale hic clarum eſt C *2. F. 3. §. ſed utrum* his conceptum uerbia: *ſed utrum ipſe uel alius pro te inueſtituram faciat ſiue ſuſcipiat, nihil intereſſe putamus. Poteſt enim hoc negotium et per* procuratorem *ab utraque parte expediri.* Aliter forte moribus imperii Germanici, quod ex hiſtoria medii aeui conſtat, olim ipſos principes non praeſentes ſolum inueſtituram ſuſcepiſſe, ſed hanc quoque fuiſſe negatam abſentium legatis. Exemplo id conſtat D *Quedlenburgenſis* abbatiſſae. Licet enim hanc uel ratio excuſauerit ſexus: Carolus tamen IV. imperator illius procuratorem non alia audiuit lege, quam abbatiſſa ipſi ſpem faceret, fore, ut ipſa *praeſens* renouaret clientelam, quam abſenti imperator, ex indulgentia ſingulari, detuliſſet. Quapropter hodieque legati principum clientelares ſuorum principum abſentiam excuſare ſolent apud imperato- E rem. A qua tamen formula alieni ſunt legati regum, quoniam hodie in mores iuit, reges non ipſos inueſtituram rogare ſuſcipereque, ſed eorundem legatos. Vnde eſt, quod hac olim ſparta filii regum ſint defuncti et primogenitus ab eius generis feudo adpellatus *Delphinus*, dux *Holſatiae*, princeps *Walliſius*, cetera.

Luſatiae inſtitata aduerſa inueſtiturae per procuratorem.

(nn) Quamuis enim *procuratorem* nominatim non excludat Luſatiae ſtatutum: cum tamen uaſallum, inaugurandum, uelit eſſe praeſentem, uinculum confecutionis uidetur hoc eſſe, ut abſentis ratio non habeatur. Sunt uerba *der Lehns-Ordn. §. mit den etc.* p. 71. fere haec: *Daß der Unmündigen abweſenden Lebens-Folger die nechſten Freunde, an ſtatt derſelben, die Leben muthen, und nachmahls, wenn ſie zu ihren mündigen und vogtbahren Iahren kommen, welche wir biß auf das XXI. Iahr* complet *erſtrecken, die Abweſenden zu ihrer færder.ichſten Wiederkunfft binnen Iahr und Tag*, a die ſcientiae, *anzurechnen, in Perſon die Erb- und Lebens Pflicht zugleich ablegen, und die Leben würcklich, auf vorgehende Muthungen, entpfahen ſollen.* Neque eſt, quod forte id intelligas de abſentibus extra prouinciam tantum, contra in ipſa prouincia, qui morantur, curiaque abſunt clientelari tantum, iudices ex decreto 2. F. 3. Nam praeferendi potius imperii noſtri mores, quos ſupra dedimus, aduerſi omnino inueſtiturae per procuratorem.

DIFFERENTIA XIX.

Quid Luſatiae inſtitutum der Vorritt?

IVre communi nefas eſt, feuda alienari, niſi domini rogato acceptoque conſenſu (oo): cuius loco per Luſatiae inſtituta requiritur uirium et uigoris periculum equeſtre (pp) *der Vorritt.*

De uirium clientelarium experimento dem Vorritt.

DIFFER. XIX.

Alienatio qui domini nolit conſenſum LL. Longobardicis?

(oo) Clarum eſt clientelare decretum *2. F. 24. in fine.* ubi non ſolum ille, qui abſque domini conſenſu alienat feudum, nihil agit: ſed etiam illo priuatur. Inſtar illius, qui deliquit in dominum perfidia. Vnde ſunt porro, qui exiſtimant, etiam parte feudi tantum alienata, neſcio domino, totam amitti.

Alienatio feudorum qui fieri queat in Luſatia?

(pp) In eo certe Luſaticae clientelae aliquid habent admodum ſingulare et ingentis momenti, quod alienatio feudi recte atque impune fiat, domino inſcio neque conſentiente. Verba decreti Ferdinandini an. 1544. his uerbis ſunt concepta: *Wo ſichs begebe, daß einer* (de uaſallis loquitur legislator) *ſeine Lehn-Güter zu verkauffen willens, ſolle derſelbe ſolches unſerm Land-Voigt anzeigen, der ihn über einen Monath nicht aufhalten ſolle, daß derſelbe das Seine ungehindert verkauffe.* Sed tamen hic caſus reſpondetur, ubi aere alieno urgetur uaſallus ad alienandum. Anno itaque 1575. Maximiliani II. conſtitutio eſt haec: *und doch ein ieder ungehindert mit dem Gut frey zu thun und zu laſſen vollkommene Gewalt haben ſolle.* Quamuis uero aliqui ſint, qui poſterius decretum ampliores limites habere putent, ego tamen ſentio hic ex aduerſo, partim, quod in feudis *oblatis*, qualia *Luſatica* eſſe *differentia I.* euictum, non rara ſit alienandi libertas, partim etiam, quod *Maximilianus II. repetat* legem, non *ferat*, ut adeo, domini intuitu, alienandi facultas antea quoque uaſallis fuiſſe uideatur. Verum, ne quid fieret ex aemulatione inuidiaque domini, *aperturam feudi* expectantis, illud eſt cautum inſtitutumque, ut uaſallus, alienator, liberis agnatisque deſtitutus, faciat equeſtrium iurium pericula experimentaque, quae in patria nato uocabulo *den Vorritt* ſolent adpellare. Verba decreti clientelaris accipe, quae haec ſunt: *Wo einer keine mannliche Erben hætte* (hos enim ſi habuerit feudum apertura non eſt proximum adeoque nullae adſunt aemulationis aduerſus dominum ſuſpiciones, qua ipſum ſpe deſtituere uelit ſucceſſionis) *und ſo iung, geſund und ſtarck wære* (qui enim has uires habet, eum nefas eſt, habere impotentem, ad procreandum ſucceſſores clientelares) *daß er in ſeinem Küriß von der Erden auf ein hengſtmæßiges Pferd ſitzen mag, wann er daſſelbe vor dem Land-Vogt gezeiget, ſoll er alsdann auch Macht haben, ſeine Lehn-Güter zu verkauffen, mænnigliches unverhindert.* E re eſſet, hanc Luſatici iuris conſuetudinem amplius explicare notareque ex uetuſtate ritus atque ſolennia illius: uerum ante nos huic deſiderio ſatisfecit BORNIVS *diſſertat. de transmut. feud. in allod.* §. 25. Qui omnia momenta, ſolennia, ritus ac mores, patriae ſacros, in hoc periculo equeſtri, *dem Vorritt*, plene luculenterque explicauit. Vt adeo in rebus, per alios explicatis, nobis liceat eſſe eo breuioribus. Ceterum in aliis Germanici imperii prouinciis uel libertas alienandi feuda prorſus eſt libera, uel tum conceſſa tantummodo, ſi *oculi ſex* luceant trium uaſallorum. *Wenn noch ſechs Augen ſeyn, und das Leben nicht auf dem Fall ſtehet.* Ex his enim unico extincto, nefas eſt, alienare feudum, ne domino temere ſubtrahatur ſpes ſuccedendi et *conſolidandi* proxima, quod omnino improbum neque ſine aemulatione et odio eſſe uidetur.

DIFFER. XX.

Von dem Vorritt der Lauſitziſchen Lehen.

DIFFERENTIA XX.

Qui feuda Luſatiae ſint alienabilia?

De conſenſu agnatorum.

IVre communi neque *alienare* licet feuda, *agnatis* inuitis (qq): ſed *Luſatico* neque horum opus eſt conſenſu (rr).

Qui feuda neſcus ſit alienare inuitis ſimultanee inueſtitis?

(qq) Vaſallus, alienans feudum, agnatis inſalutatis uocatur in ius *tripliciter.* Habent agnati 1) ius *προτιμήσεως*, contractu nondum conſummato, 2) ius *retractus*, poſtea 3) ius *delatae* ſucceſſionis et actionis *reuocatoriae.* Primo caſu et altero pretium reddunt, non ultimo, ſi quidem uenditoris defecerit poſteritas ſucceſſioque ad agnatos deuoluta. Habes in ultimo, de quo hic ſermo eſt, decretum clientelare *2, F. 26, §. Titius*, quorſum conſulendi ſunt doctores.

Qui Luſatiae feuda alienare liceat, agnatis inuitis?

(rr) De *προτιμήσεως* et retractus iure hic opus non eſt diſſerere, quoniam exinde nullum fere damnum uaſallo, cuius parum intereſt, feudi uenditi pretiumne ab agnatis accipiat, an uero ab extraneis. Verum cardo rei uerſatur in ultimo. Scilicet id quaeritur, an, uenditoris poſteritate extincta, emtor ab iure agnatorum uindicatorio ſit immunis? Quod Luſatiae tantummodo uolunt inſtituta. "Lauſnitz. Lehns-Ordn. p. 81. 82. 83. Daſs obgleich"
"denen Agnatis das ius ſuccedendi einge-"
"ræumet wird, doch dem Beſitzer des Le-"
"hens ungehindert mit ſeinem Gut zu"
"thun und zu laſſen frey ſtehen ſolle, oh-"
"ne daſs ermeldter Agnaten conſens von-"
"nœthen, noch ſich ſelbige des iuris pro-"
"hibendi, redimendi, oder reuocandi an-"
"zumaſsen, welchem Recht der Agnaten"
"auf einhelliges Begehren der Stænde de-"
"rogiret worden. Dergeſtalt, daſs deren"
"ohngeaehtet, ein ieder Beſitzer, vor den"
"andern Mitbelehnten, Agnaten und"
"Schwerdmagen ungehindert, ſein Lehn-"
„Güt

DIFFER. XXI.

„Gut per actus inter uiuos zu alieniren „und veraeuſſern Fug und Macht haben ſolle. Verum integra ſunt agnatorum iura *delatae ſucceſſionis*, 1) ſi Saxonicam habeant *comunctam manum* inueſtiti, eamque toties quoties renouauerint, nc coinueſtiti impenſis excidant, factis in renouationes, *wenn ſie der Sechſiſchen geſambten Hand ſo offt Folge gethan*, 2) ſi in familiis quibusdam mores ſint alii, quos omnino ſequi oportet uaſallos, 3) ſi alienandi libertati aduerſae fuerint conuentiones, quibus non minus eſt ſtandum.

DIFFER. XXII.

A Quod autem de *agnatis* diximus, idem etiam repetendum eſt in extraneis, quos ſui cauſa uaſallus adſciuit in ſimultaneam inueſtituram, iure communi talem. Nefas enim eſt, plus iuris largiri extraneo, quam conſanguineis et agnatis, praeſertim in praediis eius generis, quae numero habentur bonorum auitorum. Abſit enim, ut contrahamus hic uela, ob iuris communis decreta aduerſa, quod patriae ſingularia haec iura lumen aut normam non accipiant ex legibus et inſtitutis peregrinis.

DIFFERENTIA XXI.

Tempus iuris προτιμήσεως quantum?

De iure quod dicimus, den Vorkauff.

IVre communi non eſt ſtatutum, quo tempore expirent iura *προτιμήσεως der Vorkauff* (ss): Luſatia tamen ſpatium dedit *trimeſtre* protoemtori (tt).

Iure communi quae tempora des Verkauffs.

(ss) Decretum clientelare *2. F. 26. §. Titius* his quidem uerbis conceptum: *Quod ſi conſenſit alienationi* (agnatus aut quod idem eſt ſimultanee inueſtitus) *uel per* ANNVM, *ex quo ſciuit, tacuit, omnino remouebitur.* Quamuis autem doctores illud trahant ad *προτιμήσεως* iura: ſenſus tamen illius reſpiciunt ad iura *retractus*, uenditione ſcilicet iam perfecta & conſummata. Vt adeo, in primo caſu, cum deſit lex, illum ex altero ſoleamus reſpondere. Quod iure an uero iniuria fiat, iam quidem non diſputo.

Luſatica προτιμήσεως iura ſpatio extinguuntur trimeſtri.

(tt) Verba inſtituti Luſatici haec quidem ſunt: *Wollen auch ferner gnaedigſt, uns Verhütung allerhand* inconuenientien *willen*, in alienationibus extraiudicialibus *dem nechſten* Agnaten, *ſo viel den Vorkauff, der ihme hiermit auch ſolle augeſetzet und vorbehalten ſeyn, antrifft, eine gewiſſe Zeit, als nehmlich drey Monath, zur Loſſage oder zum Kauff des Lehens des Mitbelehnten* deſigniret *und beraumet haben. Und da er, nach beſchehener Antragung in ſolcher Friſt bey den Aemtern und durch dieſelbe bey dem Verkaeuffer und Kaeuffer ſich* B *nicht angeben laſſen würde, daß er nachmahls in den Kauff zu treten, nicht befugt ſeyn ſolle.* Scilicet, iubetur uaſallus alienator non conſenſum impetrare ab agnato, huic tamen feudum offerre ad emendum, antequam in extraneum illud transferat. Ne tamen agnatus (*de uulgariter ſimultanee inueſtito idem eſt iudicium*) moras nectat adferatque taedium emtori, trimeſtre ei eſt ſpatium propoſitum, poſt C quod iura *προτιμήσεως*, quae habuit, expirant extinguunturque. Neque praeter rem, quia in tanta alienandi libertate, qua Luſatiae gaudent uaſalli, quod hic agnatis eſt datum *in dem Vorkauff*, ad iura patriae derogatoria pertinet, cuius tempora iure meritoque ſpatio fuerunt incluſa *trimeſtri*. Nam ubi *inueſtitura Saxonica*; ubi *fideicommiſſaria* feuda; ubi *pacta* de non alienando: ibi trimeſtre tempus ha- D betur anguſtum minus. Cum ipſa Luſatiae ſtatuta claris uerbis uelint, ut huic generi uaſallorum iura 1) *προτιμήσεως*, 2) *retractus*, 3) *reuocationis* ſalua maneant atque integra ad normam decretaque iuris communis.

DIFFERENTIA XXII.

Num retractui locus in alienatione neceſſaria?

De uenditione feudi neceſſaria.

DIſputant iure communi doctores, num in alienatione neceſſaria locus ſit retractui (uu): qui tum etiam ſaluus eſt intra annum et diem iure Luſatico (xx).

Qui locus non ſit retractui ſub haſta iure communi?

(uu) Plurimi retractus iura negant in alienatione neceſſaria locum habere ob auctoritatem quidem *haſtae fiſcalis arg. l. 4. C. de fide et autoritate haſtae fiſcalis* KLOCKIVS *de contrib. c. 13. n. 70.* quia nullus alias licitationum foret finis.

Qui Luſatico iure locus ſit retractui ſub haſta?

(xx) Hic iuris communis rigor rurſus in Luſatia exulat. Nam cum nimium E quantum in uenditionibus neceſſariis licitatorum fraudes, manifeſto cum debitorum et creditorum detrimento coniunctae, licitatoribus auaris ſoleant exerceri: placuit hiſce obuiam ire, legeque publica ſancire, ut debitori agnatisque, intra ſeptimum gradum conſtitutis, feudum, *proſcriptione publica* alienatum, intra annum

DIFFER. XXIII.

num et diem oblato eodem pretio ab omni emtore reluere retrahereque, uel pinguiorem emtorem offerre liceat. Vide *Ober-Laußnitz. Amts-Ordnung P. 2. §. 4.* nec non diſſert. de *iure reluendi feudum Luſatiae ſub haſta uenditum*, a me an. 1712.

DIFFER. XXIV.

A *Lipſiae*, loco ſpeciminis ualedictorii, habitam praeſ. *Dno. D.* TROPPANNEGER *P. P. et ſcabino meritiſſimo*, ad quam, breuitatis ergo, beneuolum lectorem remitto.

DIFFERENTIA XXIII.

Num domino ius ſit πρωτιμήσεως *in feudo?*

De protoemtione domini.

IVre communi domino adſeritur ius *protoemtionis* in feudo (yy): quod uix ac ne uix quidem adfirmauerim per Luſatiae inſtituta (zz).

Qui domino adſeratur protoemptio in feudis?

(yy) Verba decreti clientelaris *2. F. 9. ſub fin.* ſunt haec: *Porro ſiue de bona conſuetudine ſiue de praua quaeramus, conceſſa erat domino pro* aequali pretio redemtio. *Niſi hoc beneficium amiſerit dominus, per refutationem uel annali ſilentio. Potior erat tamen proximi* agnati, *quam* domini *conditio in redimendo.* Quod omne etiam in Germaniae feudis uulgo adfirmant doctores iureconſulti, SCHRADER *part. 8. de feud. c. 3.* omnesque alii.

Qui negetur domino protoemptio in feudis Luſatiae?

(zz) Reſpondit hoc dubium an. 1701. ordo iureconſultorum Wittebergenſium, HORNIO interprete *in adpend. 2. num. 16.* cui uicinus eſt *num. 17.* utrique hic omnino conſulendi. Licet uero pro *domini* iure *protoemtionis* adlegentur uaria, ſcilicet, quod domino id debeatur ex iure communi neque illi negatum ſit per Luſatiae ſtatuta nominatim; quod dogma fauore nitatur conſolidationis dominii utilis cum directo, inſtar bonorum emphyteuticorum *l. f. C. de bon. emphyteut*, quod feuda, in uno impropria, maneant tamen propria in altero; quod a iure alienandi ad neganda protoemtionis iura nullum ſit uinculum conſecutionis, cetera: uerum enim uero cum de pleriſque Germaniae

B feudis prouincialibus doceatur, quod res ſint *infeudari ſolitae*, quas princeps non ſibi retinet, ſed iterum aliis adſignat easdem, in Luſatia praeſertim, neſcia domanii; deinde *fauor* hic *conſolidationis nullus*, quod potius e re ſit ordinum, ne feudorum in prouincia *contrahantur numeri* et onus accreſcat reliquis, tuendi patriam armis, nummis, conſilioque; poſt, ne ita ordinum *decreſcat auctoritas* ac robur in
C prouincialibus comitiis; praeterea cum *agnatorum* protoemptionis iura *nominata* ſint, quae tamen hic ſunt maiora 2. F. 9. contra iura domini, quae minora illis, ſunt omiſſa prorſus, filum eſt conſecutionis, quod domini protoemtio Luſaticis inſtitutis uideatur eſſe inconcinna. Vere SCHRADERVS uidetur arguere; ubi feudum eſt *alienabile*, ibi nulla eſt domini protoemtio *part. 8. cap. 3.* ad *extremum*
D feudi improprietas non ſolum ex ſtatutis, ſed potius ex indole atque rationibus aeſtimanda, quae cuiusque prouinciae feudis ſingularia; taceo, quod *different.* 3. ſit negatum, Luſatiae inſtituta explicanda eſſe ex iure peregrino: itaque domini hic iura ſatis quidem erunt ambigua, quae in legibus Longobardicis ſunt clariſſima.

DIFFERENTIA XXIV.

Qui Luſatiae deſint domania?

De Luſatiae domanio.

IVre communi, poſt feuda, principi ſunt *domania* (aa): uerum Luſatiae marchionatus ab his eſt alieniſſimus (bb).

Qui iure communi bona ſint domanialia?

(aa) Non eſt opus, ut, in *domanialium bonorum* mentione, conſuetudines laudemus Neapolitanas earumque feuda *quaternata* cum WVRMSERO *claſſ. 3. feud. improp. ſect. 19.* neque ad obſonia clientelaria Noribergenſium cum ITTERO *c. 3. §. 27.* hic deueniamus aut rem hanc Gallis habeamus propriam cum Ren. CHOPPINO *lib. 1. de Doman. tit. 7.* Res omni poſt Carolingos aeuo cognita et principatibus Germaniae omnibus, tam ſacris, quam ciuilibus ſolenniſſima, quod ordines cuiusuis prouinciae domino territorii, quem fecerant, bona adſignauerint ad uictum et

E cultum, nominibus ſacra, in Germania natis, *des Herren Tiſch-Güter, Tafel-Güter, herrſchafftliche Aemter, Cammer-Güter. herrſchafftliche Stücke*, cetera. Ex innumeris locis medii aeui documentorum laudo unicum ab *Henrico leone* an. 1170. his conceptum uerbis: HENRICVS *Boioariae et Saxoniae dux. Notum facimus, quod pro remedio animae noſtrae ad propagandam*
F *chriſtianam religionem in terra Slauorum transalbina, in loco honoris et uaſtae ſolitudinis, tres* epiſcopatus *conſtruximus, allodiis,* REDITIBVS MENSAE NOSTRAE, *dotauimus, inſuper ea, quam gladio et arcu noſtro*

DIFFER. XXV.

noſtro quaeſiuimus, hereditate ampliaui- A *mus* et quae ſequuntur deinceps. *Acta ſunt haec* VIII. *Id. Sept. anno* 1170. Quod ſi ergo dominus territorii quilibet in Germania, *menſalia habuit* ſiue *dominica praedia*: pro his certe ubiuis ſunt coniecturae. Plenior eſſem in hac ſcena, niſi *dn. praeſes* libri, de *Germaniae domaniis* edendi, feciſſet ſpem.

Qui domaniorum neſcia ſit Luſatia?

(bb) Mireris forte, qui tandem factum B ſit, quod Luſatiae marchionatus neſcius ſit alicuius domanii. Sed uox ordinum “eſt haec: “Was biſshero Sr. Kœnigl. Ma-“jeſt. in Pohlen und Churfürſtl. Durchl. “zu Sachſen von denen Stænden des Marckgrafthums Ober-Lauſitz abgetra-“ gen worden, iſt als eine freye und guther-“ tzige Bewilligung anzuſehen. Und weiſs“ man dahero (denen Schwed. Commiſſa-“ riis, qui matriculam *domaniorum Luſatiae*“ poſtulauerant ab ordinibus Luſatiae an.“ 1706.) von DOMAINEN gantz nichts zu“ ſpecificiren.“ Quantum ego quidem adſequor coniecturis, patet inde, quod Luſatia neque bellis ſubacta ſit neque alio iure acceperit elegeritque principem, quam hoc, ut ex prouinciae reditibus uiueret aliis abſtineretque cetera a bonis domanialibus.

DIFFER. XXVI.

DIFFERENTIA XXV.

Cuius ſumtibus in militia uaſalli?

De impenſis militaribus uaſallorum.

IVre communi ad quaeuis ſeruitiorum genera obligantur uaſalli, ſuis quidem ſumtibus, quod feuda illis inſtar *ſtipendiorum* (cc): ex aduerſo Luſatiae uaſalli, ex quo militiam extra fines patriae ſequuntur, uiuunt de ſtipendio, quod a domino expectant (dd).

Qui ſuis uaſallus ſeruire teneatur impenſis?

(cc) Habes decretum clientelare 2. F. C 23. quod hoc eſt: *tranſit ad uaſallum feudi uſusfructus, ut domino ſeruiat ſiue ſeruitium ſit expreſſum ſiue indeterminate ſit promiſſum.* Inde formula clientelaris: *et ſi ſciuero, te* (dominum) *uelle iuſte aliquem offendere et inde generaliter uel ſpecialiter fuero requiſitus, meum tibi, ſicut potero, praeſtabo auxilium 2. F. 7.* ſub finem. Inde etiam Germanica formula: “Will und ſol-“le mir angelegen ſeyn laſſen, die Lehen D “getreulich zu verdienen. Neque hoc eſt praeter rem et rationem. Habet enim eo fine reditus feudi uaſallus, ut ipſi ſtipendiorum ſint loco, quae in militia mereri, obligatur. Imo ſi etiam ſubditi eſt, arma ſumere pro patriae tutela idque gratis, quid quaeſo inter *officium* ciuis et *ſeruitia clientelaria* uaſallorum intereſſet demum, ſi ultimi ad alia non tenerentur, quam illa, quae pro aris et focis, id eſt, patriis laribus E ſuſcipiuntur.

Qui Luſatiae uaſalli ſtipendia rogent a domino?

(dd) Niſi prorſus fallor, Luſatiae quondam uaſalli extra patriae limites ad ſeruitia obligati fuerunt nulla prorſus, quod patet ex reuerſalibus *Sigismundi* an. 1431. apud LVNIG. *n. 15.* poſtea autem Ferdinandus I. an. 1550. illos ideo uocauit in ius. Quem, ne priſtino iure offenderent, hac lege ſunt adſtricti: Daſs die Ritterſchafft“ in der Ober-Lauſitz mit CLXXIII. wohl-“ gerüſteter Pferde Sr. K. M. dienen ſollen.“ Daſs ſie wollen ſchuldig ſeyn, auch über“ die Græntze des gemeldten Marckgraff-“ thums Lauſitz zu dienen. Doch wie Ihre“ Majeſt. Sie, als über die Grænzten zu die-“ nen erfordern, ſo ſolle Ihro Majeſt. ſo“ bald ſie über die Grænze gedachtes“ Marckgraffthums kommen, und nicht e-“ he, ihnen die Beſoldung, wie andern Ihro“ Majeſt. daſelbſt habenden Kriegs-Volck“ geben, daſſelbe gemæſs unterhalten, und“ da einer ſelbſten perſœhnlich aus tragen-“ den Urſachen zu ziehen ungeſchickt, ſoll“ er eine andere taugliche Perſon mit ſeiner“ Anzahl, ſo viel auf ihn kommen, ſchicken,“ transactionis tabulas exhibet LVNIG *in archiuo part. ſpec. contin. 2. n. 11. 29. p. 12. 57.* Neque eſt, quod haec pacta habeas pro capite iuris derogatorii. Primo enim ſunt *Pomerana, Mecklenburgica*, feudaque aliarum prouinciarum, ubi eadem habentur inſtituta. Deinde cum cliens in feudo oblato nequeat dici *mercenarius* domini *miles*, ex cauſis ſupra laudatis: certe mirum non eſt, laxiori eundem nexu teneri, quam beneficiarium Longobardorum.

DIFFERENTIA XXVI.

Dominii directi alienatio num conſenſu facienda uaſallorum?

De alienatione dominii directi.

IVre communi *directi dominii* alienatio fieri poteſt, inſcio ac diſſentiente uaſallo (ee): non *Luſatico*, prouinciae iure teſtatiſſimo (ff).

Eſt

DIFFER. XXVI.

Num alienare liceat domini- um directum conſenſu uaſalli?

(ee) Eſt quidem noſtrae ſententiae aduerſum decretum feudale 2. F. 34. §. 1. ita conceptum: *Ex eadem lege* (Gorradi) *deſcendit, quod dominus ſine uoluntate uaſalli feudum alienare nonpoteſt; quod Mediolani non obtinet.* Verum enim uero de Germanici imperii curiis locuples eſt teſtis ROSENTHAL *c. 9. concl. 62. n. 28.* his quidem uerbis: *uideo hic plerumque uſu hoc ſeruari, ut, cum totae curiae, caſtra, iurisdictiones, comitatus cum omnibus ſuis iuribus et pertinentiis alienentur, iura uaſallorum ſimul tranſeant, idque ſine ulla contradictione* (uaſallorum puta) *ſic fiat.* Et ſane ſuperius decretum, meo quidem iudicio, factum eſt praeter rem et rationem. Nam *principio* dominus, dum eligit uaſallum, ipſe non accipit beneficium, ſed confert; *deinde*. ſeruitiorum cauſa, uaſallo relinquit feudi uſumfructum, ut adeo non habeat is, quare huic ponere limites porro uelit in alienando; *poſt*, cum plerique uaſalli hoc in argumento ſibi proſpiciant, conſecutionis eſt uinculum, quod idem lege non habeant; *taceo*, quod ipſi Medilolanenſes improbent decretum, cum tamen ad exemplum curiae illorum pleraque Italiae feuda ſint compoſita, ut, quod de lege Corradi dicitur in decreto, uix opinabile eſſe uideatur.

Dominium Luſatiae qui nequeat alienari, inuitis ordinibus?

(ff) Luſatiae inſtituta confeſſione nituntur Bohemiae regum, ſaepius iterumque teſtata. Principio Carolus IV. an. 1370. uaſallis atque ordini Luſatiae non ſolum ipſe ſpem fecit de non alienanda prouincia: ſed etiam reges ſucceſſores adſtrinxit uinculo ac religione iurisiurandi, ne ullo unquam tempore Luſatia alienaretur diuelleretur que a ſyſtemate regni Bohemici. Verba diplomatis, quod LVNIG habet in *ſupplem. part. ſpec. num. XLI. p 88.* ſunt haec: CAROLVS *IV.* &c. *Principatum marchionatum* Luſatiae, *cum uicinis regionibus et iuribus regno noſtro* Bohemiae *et eiusdum regni heredibus, proheredibus, poſteris ac ſucceſſoribus noſtris adiungimus, attribuimus*, incorporamus, *inuiſceramus et unimus perpetuo et irreuocabiliter ſub modo iure et forma meliori. Decernentes, quod non liceat, quauis ratione aut cauſa alicui ſucceſſorum antedictum marchionatum* Luſatiae *in* toto *uel* parte, *quibusue etiam ingenio, excuſatione ſeu colore quaeſitis, uendere*, alienare, *ſcindere, obligare, permutare, diuidere uel alio quouis modo a poteſtate et dominio regum Bohemiae* remouere. *Quod ſi quis regum* alienaret *principatum, nulli poenae corporali reddatur obnoxius, cum non ſit conueniens quod* regiam maieſtatem *corporalis poena conſtringat, ſed ipſum regem poenam et notam periurii ipſo facto incurriſſe decreuimus. Qui principes, barones et nobiles conſenſerint alienationi; ſint infames, rei laeſae maieſtatis, ab omnibus impune occidi poterunt et bona fiſco addici. Iurent hunc articulum de non alienando reges in praeſentia ordinum Dat. Pragae 1370. Kalendis Auguſti.* Inde iusiurandum WENCESLAI an. 1411. his conceptum uerbis: "Verheiſsen, geloben ihnen (den Stænden von dem Marckgr. Lauſitz) bey unſern kœniglichen Worten, daſs wir ſie von der Cron Bœhmen nicht ſcheiden, verweiſen, vergeben noch entfremden ſollen noch wollen. Sondern ſie ſollen bey der Cron Bœhmen ewiglich erhalten werden." Eandem fere repetit formulam SIGISMVNDVS an. 1414. Eandem VLADISLAVS recitauit an. 1507. Cum tamen in tricennali bello Luſatia an. 1623. oppignoraretur Saxoniae principi electori, imo poſt Pragenſem pacem 1635. eidem ſub nexu clientelari concederetur ab imperatore Ferdinando III. ordines Luſatiae e re ſua eſſe crediderunt, ne in calculis ſuis lenti ac difficiles eſſent. Quapropter *an. 1636. die 6. Maii* iura quidem ſua expoſuerunt Saxoni, uerum in gratiam illius, nuntium illis quoque miſerunt. Vt tamen ſub hoc principe iisdem priuilegiis uterentur, quibus illi a Bohemiae regibus fuerant communiti. Ceterum, ſi Germaniae prouinciarum expendo rationes, certum eſt, iisdem olim priuilegiis eosdem uſos fuiſſe, cum imperii et imperatoris ergo, tum *principum* intuitu *territorialium.* Quod in conflictu tueri, haud reformido. Licet priſtinos mores hodie pleraſque conſtat migrauiſſe.

DIFFER. XXVII.

DIFFERENTIA XXVII.

Quis iudex in Luſatia clientelaris?

De iudice feudali.

IVre communi *curiam feudalem* abſoluunt dominus et pares curiae, nobiles commilitones (gg): per Luſatiae autem ſtatuta ſparta *des Lehens-Probſts* defungitur praeſes prouinciae *der Land-Vogt* (hh):

Iudex feudorum qui dominus et pares iure communi?

(gg) Pertinet huc decretum clientelare 2. F. 18. ita conceptum: I) *Si contentio fuerit de beneficio inter capitaneos, coram imperatore definiri debet.* II) *Si uero fuerit contentio inter minores ualuaſores et maiores de beneficio, in iudicio* parium *definiatur, uel* III) *per* iudicem *curiis.* His moribus iudicia fuerant inſtructa Longobardorum. Nam Germanico imperio uti nomina *capitaneorum, ualuaſorum* ſiue maiorum ſiue

mino-

minorum inconcinna ſunt et peregrina: ſic etiam aliter ſe habent perſonae, quae conſtituunt abſoluuntque iudicium. Certe in feudis *imperialibus* olim iudicare quidem ſolebat *imperator*, ſed necquicquam *ſolus*, uerum, quod omnia medii aeui documenta oſtendunt, in *ordinum*, id eſt, principum ac procerum imperii conſortio. Idem fere iuris fuit in *prouincialibus feudis*, de quibus *princeps* quidem: ſed neque hic ſolus, uerum in conuentuum prouincialium celebritate iudicauit. Qui ideo fere quotannis inſtituebantur. Ab his autem moribus cum *imperator* receſſit, tum *principes* in prouinciis. Ille enim *curiam* hodie imperialem, hi autem *prouincialem* conſtituunt celebrantque per conſiliarios adſeſſores. Qui umbram priſtini moris, id eſt, *ordines* dicuntur referre ac repraeſentare.

Luſatiae praeſes der Land-Vogt qui iudex ſupremus etiam clientelaribus cauſis?

(hh) Iuris iudiciarii in Luſatiae marchionatu rationes ſunt, admodum ſingulares. Supremus in Luſatia iudex feudalis eſt *praeſes prouinciae, der Land-Voigt*; cui, quatenus in negotio feudali de principis commodo agi ſolet, adiunctus eſt *der Landes-Hauptmann und Gegen-Hændler*. Abſente priori, ſparta haec *ſupremo marchionatus praefecto dem Ober-Amts-Hauptmann*, uel, hoc deficiente, alii uiro nobili demandatur. Vtimur nominibus in patria natis, ne peregrinis uocabulis rei adferamus tenebras. Supremi in prouincia praefecti ſiue praeſidis munus his definit limitibus CODEX MSCT. *Von des Marggrafthums Ober-Lauſitz Aemtern part. 1. artic. 1.* ſupra laudatus. Summa ibi, quae huc pertinet, eſt haec: “Die Annehmung eines Landes-Vogtes ſtehet bey “dem Landes-Fürſten: der ſolle ein gebohrner und mit Güthern im Lande an- “geſeſsener Herr ſeyn: er ſolle den Land- “Stænden auf dem Land-Tag praeſenti- “ret und von dieſen auſm Land-Tag, ge- “gen Ausſtellung gewœhnlicher reuerſa- “lien und Verleſung ſeiner inſtruction, ein- “geführet werden: der reuers beſtehet “darinnen, daſs der Land-Vogt nichts “wieder der Stænde ihre priuilegia vor- “nehmen, ſondern ſelbige dabey ſchüt- “zen wolle, daſs, wenn Ihme K. Majeſt. ei- “ne Summa Geldes auf das Land verſehrie- “ben, geben und ſchencken würden, we- “der er, noch ſeine Erben deſshalben das “Land anlangen, bekümmern, oder auch “forthin mehr annehmen wolle: daſs er “alles mit Rath und Wiſſen der Land- “Stænde und Stædte thun wolle, daſs er “ſich nicht ſelbſten recht ſprechen, ſon- “dern wenn er mit jemand aus dem Land “und Stædten zu thun, er ſich deſs, nach “Schuld und Antwort, von andern ausm “Land und Stædten, welche die Sache “nicht angehe, wolle laſſen billigen und “erkennen: daſs er das Schloſs zu Budiſsin

A niemand, ohne des Landes und der Stædte Rath und Geheiſs, ohne allein S. K. Maj.“ abtreten, noch überantworten wolle:“ wenn der Land-Vogt ſelbſt nicht im Amt“ ſeyn kan, ſollen die Amts-Haupt-Leute“ die ordentliche Hof- und Land-Gerichte beſetzen: doch ſolle er das Hauſs zu“ Budiſsin nicht ledig laſſen, ſondern in ſeiner Abweſenheit mit einem Ritter-mæſſigen Land-Saſſen vom Adel beſetzen:“

B der Land-Vogt ſolle die Unterthanen, ſo“ viel müglich, zur Güte ermahnen, und“ Gerichtliche Unkoſten verhüten: Er ſolle auf Grænzirrungen ein wachtſames“ Auge haben: ſolle denen iuſtiz-Sachen,“ ſo viel mœglich, ſelbſten beywohnen, mit“ den Aelteſten des Landes, und von Stædten nach den mehrern Stimmen ſchlieſſen: die Urtheil ſollen im Nahmen des“ Landes Vogts und der Verordneten vom“

C Land und Stædten erœfnet werden: die“ 2. Aemter zu Gœrlitz und Budiſsin, Hof-Richter und Cantzler, ſtehet in des Land-Vogts Macht aufzunehmen und zu urlauben; die beyde Haupt-Leute aber mit“ Rath und Vorwiſſen der Stænde anzunehmen und zu unterhalten: in œffentlichen Verbrechen ſolle es der Land-Vogt“ zu keiner Geld-Straffe oder Vertrag kommem laſſen, ſondern K. M. davon berich-“

D ten: Von dem Land-Vogt gehet die adpellation und ſupplication an Kœnigl. M.“ ſolle nicht geſtatten, daſs die kleinſchætzigen Sachen vor K. M. kommen, und Selbige damit behelliget werden: ſolle die“ Cantzeley-Tax nicht überſetzen: auf“ Wittben und Wayſen uſachtung haben:“ K. M. haben ſich in der an die Stænde verliehenen Ober-Gerichts Begnadigung,“ die Adels-Perſonen, auch hœhern Stan-“

E des, wie auch die Perſonen, ſo Ihrer Majeſt. Aemtern und dem Rath verwand,“ vorbehalten, wieder welche dann vor“ dem Land-Vogt, wie Recht, verfahren“ wird: K. Majeſt. haben in gewiſſen“ ſchwehren Verbrechen mit dem Adel“ und Stædten, concurrentem iuriſdictionem, darauf der Land-Vogt acht zu haben: Solle keinem Fehder Geleite geruffft“ werden, ohne des Land-Vogts Willen:“

F Der Land-Vogt und die Haupt-Leute“ ſollen die Lehens-Sachen handhaben,“ keinen Lehen-Mann wider den Lehens-Brauch im Land beſchwehren; der Land-Vogt ſolle Verleihung und Vergünſtigung, wie auch den Lehen-Brief geben,“ iedoch ſolle er die Lehen nicht zu Erbe“ machen, ſolle über die 173. und die neue“ belegte Ritter Dienſt tüchtige Regiſter“ halten. Die drey Land-Tæge, Oculi,“

G Bartholomaei und Eliſabeth, ſind ordentlich und jæhrlich, ſonſten werden die andere Land-Tæge alle von dem Land-Vogt ausgeſchrieben: weil der Land-Vogt auch den Land-Stænden Pflicht ge-“

“than,

DIFFER. XXVII.

“than, iſt ihme unverwehret mit auf den
“Handlungen zu erſcheinen: in Lehens-
“conſenſen ſolle der Land-Vogt keinen
“Lehen-Mann über einen Monath auf-
“halten: der Land-Vogt ſolle gute Policey
“halten, alte Verſchreibungen auf 7. oder
“8. vom hundert zwar in ihrem eſſe blei-
“ben, in neuen aber nicht über 6. vom hun-
“dert geſtattet werden: den Glaubigern
“ſolle der Land-Vogt zwar zulaſſen, daſs
“ſie die Bürgen aus ihren Güthern ein-
“fordern mœgen, aber auch nicht mehr als
“mit zwey Pferden und auf Roſs und
“Mann Zehrungs-Koſten Tag und Nacht
“60. Kreutzer gehen ſolle: Wer nicht be-
“zahlet, ſolle in Schuld-Thurm kommen,
“und dagegen keine ceſſio bonorum helſ-
“fen: dem Land-Vogt ſtehet frey Land-
“und Hoff Gericht zu halten, wo er es gut
“findet: ſchlechte Perſonen müſſen ſich
“beym Land-Vogt anſagen laſſen, allein
“die Land-Stænde mœgen zu ihme unan-
“geſaget hinein gehen.“ Idem CODEX
part. 1. artic. 2. von der Kœnigl. Hauptmann-
ſchaſſt ita loquitur, quae uerba propterea
recitamus, quoniam *capitaneus* cum *ratio-*
nario dem Gegen-Hændler conſtituunt ab-
ſoluuntque curiam clientelarem *die Le-*
bens-Cammer. Sunt autem fere haec:
“K. Majeſt. halten einen beſondern Haupt-
“mann, dem ordnen ſie auch einen Ge-
“gen-Hændler zu, und werden dieſe bey-
“de, der Landes-Hauptmann und Gegen-
“Hændler von K. M. beſoldet. Bey Ver-
“leiung der Lehen, Vergünſtigung der-
“ſelben, auch Vollziehung darüber der
“Brieffe, und wenn ſolche Lehen verkaufft
“und verændert werden, ſoll der Haupt-
“mann gegenwærtig ſeyn, und mit dem
“Land-Vogt zwey Regiſter darüber hal-
“ten, darinn alle Lehen, Gunſte und Ver-
“leihung geſchrieben. Das eine mit des
“Land-Vogts Unterſchrifft dem Haupt-
“mann, das andere mit des Hauptmanns
“Hand-Unterſchrifft gefolget, dem Land-
“Vogt zugeſtellet werden. Fællige Le-
“hen ohne Vorwiſſen K. M. nicht verlei-
“hen, noch auch wieder des Landes Pri-
“uilegia eine Verkauffung, Verſetzung,
“Verænderung, ſchædliche Leib Gedinge
“zu geſtatten, noch auch einigerley Wei-
“ſe Gunſt darüber geben noch verferti-
“gen. Die Fælligkeiten der Lehen, auch
“Einfælle in Stædten und aufm Land aus
“Mangel der Freundſchafft K. M. ausführ-
“lich berichten und Beſcheids erwarten.
“Es ſolle auch der Hauptmann und Gegen-
“Hændler auf alle die Fælligkeiten. Büſsen,
“Straffen, Einnahme, Zœlle, Bier-Geld,
“und Wandel, ſo Ihrer M. zuſtændig, gute
“Aufachtung haben, alle fleiſsig beſchrei-
“ben, einfordern, und darüber ordentliche
“Raitung halten. Auch Kirchen, Schu-
“len, Hoſpitæhle in Aufſicht haben. An
“Ihr. M. Burg-Lehen und andern nichts

Vom Landes-Hauptmann und dem Gegen-Hændler.

De burgenſibus Luſatiae feudis curſim.

A entziehen, noch zu erb und eigen ma-“
chen laſſen. Die Vorſehung thun, daſs“
auf den Burg-Lehen iederzeit Erbare,“
fromm und gottesfürchtige Leute ge-“
halten werden. Gleichfalls, daſs von“
den Clœſtern, die auf Burg-Lehen er-“
bauet, ſamt andern geiſtlichen Hæuſern,“
und derſelben Nutzung nichts entwen-“
det noch entzogen werde. Veniunt“
autem hic nomine *der Burg-Lehen* nume-
B ri aedium, quae in ciuitate Budiſſinenſi
ſunt, a reliquorum ciuium iuribus et ma-
giſtratu prorſus ſeiuncti ſeparatique. Ac-
cidit enim multoties, ut magiſtratus eius
generis *aedificia clientelaria*, *dergleichen*
Lehen-Hæuſer oder Burg-Lehen, uel ſibi uo-
luit uindicare uel diſputare illis tantam
immunitatem. Exemplum habes apud
LVNIGIVM *part. ſpec. contin. 2. p. 67.* In-
de Ferdinandus I. an. 1561. *landuogtio* ſi-
C gillatim mandauit: Belangende unſere“
Burg-Lehen, derhalben ſoll unſer Haupt-“
mann ſein fleiſsig aufmercken, damit uns“
an ſolchen Burg-Lehen, oder wie ſie ſon-“
ſten Nahmen haben mœgen, nichts ent-“
zogen noch zu Erbe gemacht werde.“
Und als wir auch unter andern Straff-Ar-“
tickeln jüngſt etliche Hæuſer zu Budiſsin,“
welche uns von E. Rath daſelbſt von un-“
ſern Burg-Lehen angewandt, und in ihr“
D Stadt-Recht genommen worden, zu un-“
ſern Hænden einziehen laſſen, welche“
Hæuſer aber etliche Handwercks-Leute“
doch biſshero, ohne alle Geſchoſs und“
Zinſs inne haben und beſitzen, ſo ſolle“
derhalben unſer Hauptmann auf ſolche“
Handwercken, inmaſſen wir auch ande-“
rer Innwohner in der Stadt gleich Ge-“
ſchoſsen und Zinſs ſchlagen, uns die zu“
geben auſerlegen, und neben andern“
E Einkommen durch den Gegen-Hændler“
einnehmen und berechnen laſſen.„ Ha-
bes itaque iudices atque procuratores
feudales, 1) *landuogtium* ſiue praeſidem
prouincialem, 2) *capitaneum*, qui diſcri-
minis cauſa *vom Amts-Hauptmann*, adpel-
lari ſolet *der Landes-Hauptmann*, uel etiam
der Kœnigliche Hauptmann, 3) *rationari-*
um, den Gegen-Hændler, quod ſufficere in-
terim poteſt ad deſcriptionem iudicii et
F curiae clientelaris. Ceterum id praeterea
eſt ſingulare, quod GOERLIZENSIS pagus,
quem circulum dicunt, *iudicem* habeat *pe-*
culiarem, *einen beſonderen Amts-Haupt-*
mann. Cuius auctoritas ea propter ad res
feudales eſt prolata, quod praeſes prouin-
cialis *der Land-Vogt Budiſſinae* agere ſolet, in
loco a Goerlizenſibus nimium remoto. CO-
DICIS MSCT. uerba *part. 1. art. 3.* ſunt haec: *der*
Amts-Hauptmann zu Budiſſin ſolle ſich nichts
G *anmaſſen auf Lehen-Güter, Gunſt-Briefe etc.*
Der Amts-Hauptm. aber im Gœrlitzi-
ſchen, weil derſelbe dem Land-Vogt weit ent-
ſeſſen, die Lehen-Leute ferne gelegen, ſolle im
Namen des Land-Vogts Verheiſſung thun.

De curia feudali Goerlicenſi, des Amts Hauptmanns.

DIF-

DIFFERENTIA XXVIII.

Quid ſi lis ſit inter dominum et uaſallum?

Iudex cauſarum inter dominum et uaſallum.

IVre communi cauſae inter dominum et uaſallum iudicantur per *curiae pares* (ii): non Luſatico, quod iudice etiam hic utitur ordinario (kk).

Cauſae inter dominum et uaſallos qui pertineant ad curiae pares?

(ii) Decretum feudale eſt clariſſimum 2. F. 16. his uerbis ſcriptum: *ſi inter dominum et uaſallum de feudo orta fuerit contentio; per pares illius domus* (ſiue curtis aut curiae feudalis) *dirimatur. Etſi quidem dominus et uaſallus conſenſerint, nulla eſt dubitatio. Sin minus et dominus eligat alios et alios iterum uaſallus.* Idem repetitur in locis etiam aliis *2. F. 39. §. ſi inter dominum*, idem reperitur *2. F. 55. §. fin.* et alibi. Neque, ut dicunt, praeter rem. Quia nemo debet auctor eſſe in rem ſuam; nemo iudicare in propria cauſa; idem hodie in iudicio militari, quod abſoluunt commilitones, quamuis litigent inter ſe. Verum in *beneficiatis feudis* id quidem non tam iuris eſſe uidetur, quam priuilegii et dominicae indulgentiae. Quae uti Conrado tribuitur: ita ueſtigia prodit Germanicae libertatis. Licet plurimae Germanicae curiae ab hac conſuetudine ſint deſueſactae. In aliis autem priſtini iudicii clientelaris forma in uſu eſt hodieque, in Germania nato uocabulo: *der Mann-Gerichte*, *Manns-Cammer*, *Manns-Hæuſer*, cetera. Legi hic poteſt, poſt alios, Wern. THVMMERMVTH *im Coln. Krumſtab* part. 2. p. 30. 31. Gerh. FELTMANNVS *c. 19. §. 2. 7. p. 174. ſeqq.*

Qui Luſatiae ordinaria iudicia cauſas etiam tractent inter dominum et uaſallum?

(kk) Scilicet ſupra dictum eſt *litt. KK.* quod Luſatiae clientelae earumque ſolennia pendeant a *praeſide prouinciali*, *dem Land-Vogt*, ceu procuratore feudali, cui adſcripti ſunt *der Landes-Hauptmann und Gegen-Hændler* in iuribus, ubi principis intereſt. Verum ab hoc collegio abſunt prorſus illa, quae ad res pertinent *forenſes* et *iudiciales*, ſiue cauſa ſit uaſallorum inter ſe, ſiue principis, id eſt, *domini* et *uaſalli*. Haec enim ſparta, quae uere eſt *iudiciaria*, pertinet in circulo Budiſſinenſi ad *praefectum*, *den Ober-Amts-Hauptmann*, in Gorlicenſi ad praefectum huius circuli, *den Amts-Hauptmann im Gœrlitzſchen*, 2) *duos* ex ordine nobilium ſenatores, *die zwey Landes-Aelteſten, welche Rittermæſſig von Adel ſeyn*, 3) *legatos* ciuitatum, *die* deputirte *von den Stædten*. Vt adeo unus *principis* cauſa, alter *nobilium*, tertius *ciuium* ergo locum habeat in prouinciali praetorio: omnium uero nomine illi cum auctoritate praeſideat 4) *der Land-Vogt*. Mirum itaque non eſt, *praeſidem* prouincialem, *den Land-Vogt*, cum *tribus adſeſſoribus* collegis et cauſas *ciuiles* tractare et *clientelares* atque utrasque ſiue inuicem litigent uaſalli, ſiue cum ipſo

A principe controuerſias habeant forenſes. Nam iudicio huic ordines dant ſuos adſeſſores, nobiles quidem *die 2. Landes-Aelteſten*, ciuitates *die* deputirte: quo nomine non tam principis, quam curia adpellari debet ordinum ſimul prouinciae *das Landes Gericht oder die Landes-Regierung*. Imo habet patria mea, de quo ſibi gratuletur, quoniam *ordines prouinciales* a principe ita adſciti in rei iudicia-
B riae ſocietatem. Neque ideo fieri poteſt, ut Luſatiae marchionem, aliquis dicat, in propria cauſa iudicare: quoniam praeſes huius ſenatus, *der Land-Vogt*, non ſolum pariter in fidei eſt nexu, ordinibus probandae: etiam reliqui *adſeſſores* pendent ab ordinibus rei publicae, *denen Land-Stændten und Stædten*, neque fieri poteſt, ut hi uel commilitonum uel etiam conciuium ſuorum in hoc iudicio obliuiſcan-
C tur. Audiemus iterum deſcriptiones huius iudicii ex CODICE MSCTO. Principio ille agit *part. 1. artic. 3. vom Amts-Hauptmann* idque his uerbis: *Es werden im Marckgrafthum Ober-Lauſitz zweene unterſchiedliche Amts-Haupt-Leute, einer zu Budiſſin, der andere in dem Gœrlitziſchen gehalten. Der zu Budiſſin hat die drey Creyſſe. 1) Budiſſin. 2) Camentz. 3) Lœbau: Der zu Gœrlitz die drey Creyße. 1) Gœr-*
D *litz 2) Zittau. 3) Lauban. Dieſe beyde Amts-Haupt-Leute ſollen als vormahls Mænnern des Landes, von dem Land-Vogte, mit Rath und Vorwiſſen der Stænde auf- und angenommen werden. Dieſen beyden Amts-Haupt-Leuten werden vier Landes-Aelteſte, und von ieden Stædten Deputirte zugeordnet. Sie werden vor des Landes Væter und Vorſteher gehalten. Denen Ge-*
E *richt und Recht zugehœret. Die Landes-Aelteſten werden auf dem Land-Tag erwehlet, und von dem Land-Vogt beſtætiget. Niemand darf ſich wegern, ſolches auf ſich zu nehmen. Iedoch kan keiner dabey zu bleiben über 2. Iahr gezwungen werden an einander Aelteſter zu ſeyn. Die Land-Aelteſten haben Macht Zehen vom Auſſchuß zu verſchreiben, und mit Ihnen zu rathſchlagen, wære die Zahl darüber,*
F *müſte ſolches vom Land-Vogt geſchehen. Der Landes-Aelteſten Beſoldung war vor dieſem jæhrlich viertzig Schock, von An. 1574. ſind iedem iæhrlich achtzig Schock ausgemachet.* Contrahemus uela ſummamque Luſatiae ſupremorum magiſtratuum deſcribemus in tabella.

Von 2. Amts-Hauptleuten.

Von den 4. Landes-Aelteſten und deputirten der Stadte.

ª Supremus Luſatiae arbiter

Der Land-Vogt,

is reſpicit

Cameralia et *feudalia* ubi adſcſſores haber adiunctos 1) *den Landes-Hauptmann*, 2) *den Gegen-Hændler*	*Forenſia Gericht und Recht*, ubi adiunctos habet adſeſſores 1) *die Amts-Haupt-Leute*, 2) *die 4. Landes-Aelteſten*, 3) *die* deputirte *von 6. Stædten*.

DIFFERENTIA XXIX.

Quae adpellationi forma in iudiciis Luſatiae?

De forma adpellationis.

IVre communi in *adpellatianibus* alius eſt iudex a quo, alius ad quem (†*): non Luſatico, ubi iidem fere utraque ſparta defunguntur (**).

Qui adpellatio ab eodem ad eundem nequeat fieri?

(†*) Recta id ratio uult, ne *unus* perſonam ſuſtineat *duplicem* iudicis nunc *a quo*, nunc ad *quem*. Eſſe enim nemo ſolet contrarius ſibimet ipſi, ne diſpliceat nunc, quod placuit paulo ante. Prudenter BONIFACIVS 8. pontiſex in *c. Romana eccleſia 3. de adpell. in 6.* his quidem uerbis ſcribit: *Cum ſuffraganeorum Remenſis eccleſiae ſuorumque officialium unum et idem conſiſtorium ſiue auditorium ſit cenſendum: ab ipſis officialibus non ad dictos ſuffraganeos (ne ab iisdem ad ſe ipſos interponi adpellatio uideatur) ſed iure ad Remenſem curiam adpellandum.* Idem ridet exploditque VLpianus *l 13. §. 4. ff. ad SCt. Treb.* cuius uerba ſunt haec: *Tempeſtiuum eſt requirere, ſi praetor aut conſul heres inſtitutus ſuſpectaque hereditas, an cogi poſſit? Et dicendum eſt praetorem in praetorem nullum imperium habere neque conſulem in conſulem. Ipſe ſe cogere non poteſt, qui triplici officio fungi non poteſt et ſuſpectam dicentis et coacti et cogentis. Sed in his omnibus caſibus* PRINCIPIS *auxilium implorandum.* Quapropter adpellatio fieri a principe non poteſt, *cum ſtultum ſit illud admonere, cum ipſe ſit princeps, qui prouocetur*, uerba VLpiani ſunt *l. 1. ff. a quib. adpell. non licet.* Ad ſuperiorem igitur eſt adpellandum, non ad inferiorem, non ad parem, non ab eodem ab eundem, quod plene recteque docet BESOLDVS *cap. 4. de adpell. n. 1. 2. 3. pag. 149. 150.*

Qui Luſatiae inſtituto adpellatio ab eodem ad eundem?

(**) Scilicet, dixerunt ſententiam iudices *in dem Amt*, quales ſunt 1) *der Landes-Vogt*, 2) *die Landes-Haupt-Leute*, 3) *die Landes-Aelteſten*, 4) *die Deputirte von den Stædten*: diſplicet illa parti alteri, quae intra fatale tempus *adpellat.* Recurrent nomina iudicum modo laudata in ipſo prouocatorio iudicio, ut ſatis pateat: *ab eodem adpellari ad eundem.* Audiemus iterum CODICEM MSCT. *part. 2. artic. 2. Vom Ober-Amt oder Gericht, vom Land und Stædten*, ubi uerba ſunt haec: *das Ober-Amt beſetzen und halten 1) Der Land-Vogt. 2) Der Lands-Hauptmann. 3) Die beyden Amts-Haupt-Leute. 4) Die vier Landes-Aelteſten. 5) Die Deputirte oder Abgeſandten von denen Sechs-Stædten, und welche Perſonen 6) der Land-Vogt, nach Beſchaffenheit der Sachen, noch darzu vom Herren-Ritter-Stand erfordert. Vor dieſes Gericht kommen die Sachen, welche vom Land-Vogt, Amts-Haupt-Leuten, Landes-Aelteſten und Stadt-Deputirten abgeurthelt, aber in gebührlicher Friſt der Zehen Tage davon adpelliret worden. Hierzu kommet der Cantzler, der hælt das* protocoll, colligiret *die* uota, *zeigt den Parten die Meynung an, ſtellet die Abſchiede, welche, alter Gewohnheit nach, General-Beſcheid genennet wird, redet und fordert, was Ihme befohlen.* Hoc tamen decreto niſi ſteterint partes, *ſuprema* demum ad ipſum *regem* ſeu principem ſit *prouocatio.* Reliqua *litt. D.* deſcripſimus in *adpendice monumentorum.* Licet igitur ab hoc inſtituto adpellationis ab eodem ad eundem ualde abhorreant tum *leges* Romanae, tum eccleſiae *canones*: moribus tamen aliarum quoque Germaniae prouinciarum nihil habet inſolentiae. Dum enim haec ſcribo, *dn. praeſ.* forenſia acta reſpondit, *Moerſae* uentilata, ubi pariter facta ab iisdem ad eosdem adpellatio. Si quid coniecturis adſequor, *adpellationes* ignorauit Germania eo quidem usque, quo receptum fuerat ius Romanum et paulo forte ante A. Bullam. Inde eſt, quod Carolus demum quartus diſtribuerit *de non adpellando priuilegia* principibus electoribus; quod diu poſt peregrina uocabula audita *ſumma adpellabilis*; inde eſt, quod *nullae* hodieque apud nos *adpellationes in criminalibus*, cetera. Neque exiſtimauerim, imperii principes ſuprema iudicia ſubmiſiſſe adpellationibus, ſi quidem, ut olim fuerat, ipſi ſententiam dixiſſent. Tum certe principe indignum fuiſſet, ſubditum illius

ſacra

ſacra decreta polluere et eludere adpellando. Qui tamen ferre poterat *ſupplicationes, reuiſiones, reſtitutiones* in integrum ex cauſa principi ante ignorata. Atque hoc erat, prouocare a dormiente ad uigilantem; a male informato ad informandum melius. Quae omnia talia ſunt, ut fieri poſſent, optimo iuris ordine, prouocationes ab eodem ad eosdem. Id quod

A male congruo uerbo adpellauimus nomine *adpellationum*. Atque idem in patria mea factum eſſe, ego quidem omnino exiſtimauerim. Ceterum, quod hodie officiales, non autem ipſe princeps ſententias dicat forenſes et iuriſprudentia, iure iam ciuili recepto, non principis uoluntas ſit, uerum ſcientis legum et uſus, recte in mores iuerunt remedia adpellationis.

DIFFERENTIA XXX.

Quodnam Luſatiae iudicium heroicum die Ehren-Tafel?

De heroico iudicio der Ehren-Tafel.

IVre communi ignota *heroici iudicii* nomina (ll): quod in Luſatia offendimus in uerbo *der Ehren-Tafel*, cuius rationes in margine damus idque in honorem uenerandae antiquitatis (mm).

Qui heroici iudicii nulla ueſtigia iure communi?

(ll) Vbi ſcilicet aliquis iniuriarum uel accuſandus fuerat uel condemnandus. Poterat enim hoc fieri coram ordinario quoque et competente iudice *L. ult. C. de iniuriis*. Neque enim iudicium mutat, ſiue illuſtris accuſet iniuriarum, ſiue accuſetur. Cui hoc tantum praecipui eſt loco, ut poſſit tum *procuratore* uti, quod alii nequibant facere, quos oportuerat tum eſſe in iudiciis praeſentes.

Quae heroici iudicii ratio in Luſatia?

(mm) Poſt forenſium iurium fercula ultimo adponam loco uenerandae antiquitatis bellarium. Scilicet *ſingulare iudicium* in Luſatia, quo iniurias uindicarunt *uaſalli*. Cum enim corruptis moribus uiuerent maiores noſtri, maculam infamiae etiam illi adhaerere, qui ab altero paſſus eſſet, praeter rem et cauſam iniurias: fieri aliter non potuit, quam ut, uindicando iniurias, labem delerent commentitiam. Eo autem hic remedio opus fuerat, quod nobilibus probaretur commilitonibus ad maculam abſtergendam. Noluerunt igitur iniuria laeſi heroes coram iudice agere ordinario: quoniam uiderunt ea opinione regi ordines nobiles, rem uel duello conficiendam, uel ordinis equeſtris expectandam ſententiam. Primo itaque qui uti noluit, ille quaeſiuit in altero gloriam. Scilicet *praeſidem* prouinciae ſupremum adit, rogatque ab eodem, ut ordinis equeſtris inſtitueret conuentum, cuius iudicium explorare uellet, utrum maculam accepiſſet ab iniuriante, an minus. Si ultimum, abſolueretur, ſi primum, expectaret conſilium, qua demum uia uti deberet ad famam recuperandam. Huius itaque generis iudicium appello *heroicum*, partim quod conſtituerent illud heroes, partim quod cauſas reſponderet non niſi heroum. Dedimus hiſtoriam huius fori in *adpendice monumentorum litt. C.* idque conſilio aliorum, qui illud pro patriae nobilitatis et libertatis habuerunt inſigni admodum argumento. Prooemium deſcriptionis huius iudicii in CODICE MSCTO *part. 2. artic. 4.* eſt quidem hoc: *Vom Ritter-Recht und Ehren-Taffel. Demnach ſich zwiſchen denen von Adel zum æſ-*

B *tern zutrægt, daß einer den andern* iniuriret *und ſchimpffet und daß ſie ſich ſolcher Schmæhung halben gütlich oder ſühnlich nicht mægen vergleichen und vertragen laſſen; ſondern der Beleidigte ſolches an den Herrn Land-Vogt gelangen læſſet. Und demnach wenn er um Beſtellung der Ehren-Taffel anhælt, kann ihm ſolches der Land-Vogt nicht verſagen.* Citiret *und verſchreibet derowegen vierzehen Perſonen unter-*
C *ſchiedlichen Geſchlechts vom Adel auf den Tag, da das Ritter-Recht gehalten werden ſoll. Unter denen* deputiret *und ordnet er einen zum Marſchall; den andern zum Ehren-Holden und die andern zwælff zu Beyſitzern.* Cetera repeti debent ex *litt. C.* dicti adpendicis monumentorum. Sed quae cauſa quaeſo, quare non ſolum coram hoc iudicio iniuriarum nobilis poſtulari potuit; ſed etiam ſententia ibi lata ma-
D iorem fere auctoritatem habuit, quam ſuprema quaeque iudicia ordinaria? ſi quid coniecturis adſequor, fuit cauſa quidem haec. Quoniam *quatuordecim* hae familiae, per quos conſtitutum fuerat iudicium *die Ritter-oder Ehren-Tafel*, omnino repraeſentauere nobilium ordinem uniuerſum, ut adeo hic lata ſententia populi nobilioris uox eſſet, cui obloqui aut interce-
E dere uelle, fuerat religio. Verum quo tempore iudicium hoc deſuetudine fuerit ſublatum, iudicare non poſſum, licet cauſae, quare id factum, non ſint obſcurae. Scilicet improbum eſſe dixerunt cum noſtri, tum alii principes: quod nobiles id ſibi ſumpſerint, ut infamiae notas et inurerent aliis et tollerent illas ſuo quidem priuato iudicio; quod inuicem digladiarentur bellis priuatis; quod iniuriam paſſos
F haberent infames; quod in factis iniurioſis lumina quaererent gentilitiae dignitatis, cetera. Atque hoc fine tandem promulgatae publicae aduerſus eorum tum duella, tum uerba et facta iniurioſa ſanctiones: ut priuata corruptaque equeſtrium uirorum de iniuriis notisque infamiae iudicia atque fora proſcriberentur delerenturque aeternum eorundem memoria.

ADPENDIX

MONVMENTORVM AD DISSERTATIONEM *DE* DIFFERENTIIS IVRIS FEVDALIS LVSATICI ET COMMVNIS.

LITT. A.

Confirmatio pactorum de admittendis feudorum Luſatiae emtoribus nonniſi nobilibus die 24. Maii Anno 1667.

VOn GOttes Gnaden Wir IOHANN GE-
“ORG der Andere, Hertzog zu Sachſen,
“des H. R. R. Churfürſt etc. Bekennen
“vor Uns, Unſere Erben, und nachkommende
“Marggrafen in Ober-Lauſitz, in dieſem offenen
“Briefe, daſs, als Unſers in GOtt ruhenden Hoch-
“geehrten Herrn Vaters Gnaden, weyland Herrn
“JOHANN GEORGEN den Erſten, hochſelig-
“ſten Andenckens, die getreuen Stænde Unſers
“Marggrafthoms Ober-Lauſitz, bereits am 3. A-
“prilis Anno 1653. unterthænigſt angelanget, das-
“jenige pactum, welches ihre Vorfahren, wegen
“der Einkæuffe ins Land, im Jahr 1619. am 7. Ju-
“nii aufgerichtet und vollnzogen, und zu der Rœ-
“miſchen Kæyſerlichen Majeſt. als Kœnigs in Bœh-
“men und damahligen Marggrafens in Ober-Lau-
“ſitz, gnædigſter Beſtættigung geſtellet, nunmehr
“als der regierende Landes-Fürſt zu confirmiren,
“Hochgedachte Ihre Gnaden es veranlaſſet, die
“Verordnung unterm 10. Auguſti vorernenneten
“1653. Jahres zu ertheilen, dass unſer verordneter
“Land-Voigt, Herr Curt Reinicke, Freyherr von
“Callenberg, die geſamhten Srændé, ob Sie al-
“lerſeits mit beſagtem pacto zu frieden, bey œf-
“fentlichem Land-Tage vernehmen ſolte: Aller-
“dinges nun ermeltes durch die Vorfahren aufge-
“richtetes pactum von denen verſammleten Land-
“Stænden, vermittelſt einhelligen Schloſſes, an-
“dervveit beliebet, von neuem zu Pappler bracht,
“am 27 Auguſti Anno 1654. unterſchrieben und be-
A ſchriehen und beſiegelt, auch von denen dar-“
innen benandten Stænden am 31. Martii Anno“
1656. obgedachtem Unſerm verordneten Land-“
Voigt, mit mündlicher Wiederholung ihrer ein-“
helligen Meynung, perſœhnlich übergeben, und“
im folgenden 1657. Jahre, bey Unſerm angetre-“
tenen Regiment, ſolches gehorſamſt anhero ge-“
ſeodet vvorden, auch hernach am 25. Auguſti“
1657. die getreuen Stænde durch eine Abſchi-“
ckung gehorſamſte Anſuchung gethan: Sn ha-“
ben Wir die Getreue Landſchafft damahls dahin“
beſchieden: Daſs Wir Uns das mehrernandte pa-“
B ctum zu confirmiren gefallen lieſſen, auch es“
alſobald, in Krafft der gegebenen reſolution, ie-“
doch mit dem darinn befindlichen reſeruat, con-“
firmiret und beſtættiget, auch ſolches in einer“
andervveitigen reſolution vom 21. Septembris ſel-“
bigen 1657. Jahres, neben dem Vorbehalt, noch“
einſten in Gnaden vviederholet.

Wann Uns nun ietzo eine getreue Landſchafft,“
durch dero Mittels-Freunde und abgeordnete,“
andervveit unterthænigſt angelanget, daſs Wir“
C ihnen Unſere confirmation über beſagtes Lehens-“
pactum in forma ſpecifica zu ertheilen gnædigſt“
geruhen vvolten, zu ſolchem Behuff ſo vvohl das“
alte exemplar de anno 1619. als auch das von neu-“
en unterſchriebene gehorſamſt vorgeleget, und“
des vvœrtlichen Inhalts, vvie hernach folget,“
befunden vvorden.

Confirmirte Lehns-Pacta.

WIr N. N. Herren, Prælaten und Ritterſchafft
“dieſes Marggrafthums Ober-Lauſitz,
“thuen kund bekennen hiermit vor Uns, alle Un-
“ſere Erben, Erbnehmen und Nachkommen, und
“vvo ſonſten von Nœthen, demnach Wir bey Uns
“ervvogen die Urſachen, vvarum ſeithero viel
“alte, vornehme, vvohlverdiente Geſchlechter
“in dieſem Marggrafthum zu Grunde gegangen,
“und vvie dem Ubel, aus angebohrner natürli-
“chen Liebe, ſo Wir ſamt und ſonders zu unſe-
“rer Stænde Aufnehmen und Unſerer lieben po-
“ſteritæt tragen, ſo viel mœglichen, mit gutem
“Rath und Ordnung geholffen und abgevvendet
“vverden mœchte; Haben Wir diſs die vornehm-
“ſte Urſach vermercket, das aus den alten wohl-
“erworbenen ſamt und ſonderlichen Freyheiten
“und Begnadigungen geſchritten, und denſelben
“von etzlichen, ihres Gevvinns und Eigennutzes
D halber, auch wohl zum Verdruſs ihrer agnaten,“
zuwider gehandelt, und nicht nachgegangen“
worden, und derentwegen keinen beſſern, be-“
quemern, und den priuilegien gemeſſern Weg“
finden kœnnen, denn daſs zu Erhaltung ehrli-“
cher alter familien, der eingeſchlichene Miſs-“
brauch corrigirt, und bey Zeit vorgebauet würde,“
de, damit die agnaten und Geſchlechts-Ver-“
vvandten, ſo Geblüts, und vieler Kæyſerlichen“
und Kœniglichen Special- und General-Begna-“
dungen nach, der næchſte Zutritt, vvie dahero“
in etlichen vornehmen Fællen geſchehen, nicht“
E zur Unbilligkeit entzogen, oder durch unmæſ-“
ſige und unerſchwindliche Steigerung der Kauf-“
Gelder halber abgedrungen, und Ihnen alſo Ihr“
Ius Succeſſionis vor der Zeit abgeſchnitten, ſon-“
dern die Begnadungen der Succeſſion et Iuris“
Retractus zu ſtatten kommen und nicht in ma-“

niſſe-

“niſeſtiſsimam frandem legis eludiret würden,
“damit auch der Ingend, vvelchen ihre Eltern
“aut Unzeit mit Todt abgehen, au Ubung Zucht
“und Tugend, eingeaogenem Leben, und ordent-
“lichen und beſſerer Hauſshaltuog Urſach gege-
ben.

Und erinnern Uns ſamt und ſonders, daſs von
“dem Hochlœbliebſten Kayſer MAXIMILIANO
“dieſes Nahmens dem andern, Chriſtmildeſter Ge-
“dæchtniſs, im Tauſend Funff-Hundert Funffund
“Siebeozigſten Iahre, Wir ſæmbtlirben mit nach-
“ſolgendem Priuilegio begnadet, nemlichen, daſs
“ein Agnat dem andern biſs in den ſiebenden grad,
“in Lehen-Gütern ſnecediren ſolte, Inmaſſen dann
“diſs daa vornehmſte Mittel iſt, dardurch die Ade-
“lichen Geſrhlechter, nechſt GOrres Segen, Bey-
“ſtand und Hulffe, biſs anbero erhalten, die ſamb-
“te Belehnnng vieler Perſonen eines Geſehlechts,
“Wapens und Nahmens vermœge welcher nicht
“allein ein Agnat dem andern, deſirientibus hae-
“redibus maſculis, ſuecediret, ſondern auch, wann
“einer unter Ihnen durch nnverſehenen Zufall, in
“Abfall ſeiner Nabrung kœmmt, dem andern Ver-
“mœgenden der nechſte Zutritt und pracrogatiua
“au Erkauffung der geſambten Lehen-Güttere vér-
“ſtattet nnd concediret wird, derowegen dann
“viel Geſchlerhtee in dieſem Marggrafthum O-
“ber-Lauſitz, biſsanhero von Kœnigen au Kœni-
“gen in Bœheimb, wegen Succeſsion und der Næ-
“hergeltung ſtattliche Priuilegia eclanget, vvie
“dann auch in einem andern dieſea Landes Pri-
“nilegio ausdrücklichen verordnet und diſponirt,
“daſs in Verſetznnge nnd Verpſændange der Le-
“hen-Gütere dieſelben den Mitbelehnten gegön-
“net, und vor andrrn gelaſſen werden ſollen, welcb
“Priuilegiam von dem Hochlœbliebſten Kayſer
“RVDOLPHO dieſes Nahmens dem Andern,
“Chriſtmildeſter Gedæchtniſs, den 18. Maji Anno
“1582. von neuen allerguædigſt beſtætiget, ſo offt
“ſieh anch dahero Lehenfælligkeiten augetragen,
“haben die Kayſerl. Maieſt. allevvege dieſe gnæ-
“digſte Verotdnung gethan, daſs dieſelben Gutet
“vor allen andern, den Wapensgenoſſen, oder
“da derer nicbt verhanden, drn neehſten Bluts
“Freunden, kænſliehen gelaſſen vverden, auch
“ins künfftige Uns keines andern unterthænigſt
“getrœſten.

Ob nun zvvat dieſe lœbliehe Freyheit nnd Ord-
“nung biſsanbero von vernünftigen, verſtændi-
“gen Lenten, vvelehen die Erhaltung und Auſ-
“nehmen ihrer ehrlichen Geſchleebter ein Ernſt
“gevveſen, vvohl in gebührliche acht grnommen,
“ſo hat ſichs doeh aueh, vvie keine Ordnung,
“Geſetz, nnd Priuilegium ſo gut, nützlich, heil-
“ſam, nnd autræglich, daſs nirht durch unbeſon-
“nener und unbedæehtiger Perſonen Eigen-Nutz,
“Attentat und Vornehmen gemiſsbranchet, in die-
“ſem Marggrafthum Ober-Lauſitz, mehrmahl zu-
“getragen, vvann eines oder andern Geſchleehts
“Vervvandter ſein Lehn-Gut, vvegen bedræng-
“ſicher Schulden-Laſt, oder aus andern bevve-
“genden Urſachen, zu verkauffen gedrungen, oder
“entſchloſſen, daſs Er ſich zvvar erinnert, daſs
“ſolch Lrhen-Gut ſeinem nechſten Mitbelehnten,
“uigore ſimultaneae inneſtiturae, vor allen an-
“dern verkæuflichen hingelaſſen vverden ſolte,
“daſs ſich doch etliche, ſo entvveder aus Unver-
“mœgen, und daſs ſie anderer Geſtalt anr Beaah-
“lunge ihrer gemachten Sehulden nicht gelangen
“kœnnen, verkanffen müſſen, oder ohne alle Ur-
“ſaeh, allein an Verdruſs ihrer Freunde, aus ei-
“genem Nutz die Veræuſſerunge vor die Hand
“genommen, nnterſtanden, mit ein oder der an-
“dern Stadt Commun, oder reichen vornehmen
“auſs-und inlændiſchen Bürgern, heimlichen dahin
“zu practiciren, daſs Sie, ſonderlich in Anſehung
“vvohl erbaueten Hæuſer, bey vveiren ein meh-
“rers, als des Gutes Landüblicher Werth und ae-

A ſtimation ſich erſtreeket, Ihnen auf die Lehen-“
Güter geſetzet, daraus dann diſs Inconueniens“
erfolget, daſa die Mitbelehnren, oder andere“
vom Adel, denen es von ihneh gegœnnet wer-“
den vvollen, entvveder mit ihrem groſſen Scha-“
den und Nachtheil, auch Zerrüttung der geſamb-“
ten Hand und Verderb des Adels, von dem Kauff,“
vvegen des übermæſsigen Werths, gæntzlichen“
abſteben, oder vvider Ihren Willen, bey vvei-“
tem ein Mehrers, als die Landübliche Taxa be-“
ſaget, und das Gut an ihme ſelbſten vvürdig,“
vor das Lehen-Gut geben müſſen, dardurcb nur“
B Verbitterunge, nnverſœhnlieber Wiedervville,“
und anderer Unrath nnd Weitlænfftigkeit, un-“
ter nahen Bluts-Vervvandten, Vettern nnd“
Freunden, mehrmahl entſtanden, aneb den ie-“
nigen, ſo ſolehes attentiret, nur Urſarh und An-“
leitung gegeben, ohn alles Nachdencken, und“
In Hoffnung, ihre Güter bey den vvohlhaben-“
den Bürgern, Stædtrn und Commnnen, tbener“
genug loſs an vverden, in Tag au leben, das“
Ihrige unnœthiger Weiſe zu verſchlemmen und“
zu verpraſſen, da auf dem Gegenfall, ibrem un-“
gebührlichen Vornehmrn, Eigen-Nutz, Wol-“
C lüſten nnd proſuſionibus vvohl geſtenret, vvann“
Sie ohne Mittel gegen Landüblicher billiger Taxa,“
vvelche von vornehmen ehrlichen Leuten, oder“
auch von denen Kœniglichen Aemptern recht-“
mæſsig beſunden, Krafft der geſambten Hand,“
ihre Lehen-Güter den nechſten Mitbelehnten,“
oder mit deroſelben Znlaſſung, andern ehrlichen“
Leuten vom Adel verkauffen muſten.

Dann den Stædten und reiehen Bürgern iſt ſo“
viel deſto leiehter nmb ein Lehen-Gut deſto meh-“
res, als einem von Adel, au geben, vveiln Sie da-“
ſelbſten keine ſonderbahre Hauſshaltungen an-“
D ſtellen, und ohne diſs in Stædten vvohnen, ihre“
Commercia und Handvvercke treibrn, mit kei-“
nem Uberlaſt von Gæſten und andern, vvie offt-“
mahls im Durchreiſen und ſonſten aus guter“
Freundſchafft vnn denen vom Adel au geſchehen“
pfleget, nicht beſrhweret, auch andere commo-“
ditates und Gelegenheiten auſ dem Lande au ge-“
warten haben, die ihnen in den benachbarten“
Furſtenthumern in Sehleſien, wegen derer da-“
ſelbſt verhandenen Priuilegien, daſs keiner vom“
Adel ſein Ritter-Gut einigen Burgern verkauffen“
ſolle, verſchrenckt und abgeſtricket.

E Dahero dann die Erfahrung beaeuget, daſs die“
Stædte, Commnnen und Bürger in dieſem Marg-“
grafthnm, von etzlichen zvvantzig Jahren hero,“
von Herren und Ritterſchafft, weit uber die“
Zweymahl hundert Tauſend Thaler vverth er-“
kanfft; Wann nun ſolcher geſtalt alle awantzig“
Jahr continuiret vverden ſolte, vvürde in hun-“
dert Jahren von unſer poſteritæt vvenig übrig“
verbleiben. Weiln aber unſere liebe Vorfah-“
ren von viel hundert Jahren in dieſem Marg-“
grafthum gevvohnet, ſolehes ſonder Zvveiffel“
erbauen, und offtermahls mit ihrem Blute defen-“
F diren helffen, den alten Marggrafen, nnd vie-“
len lœblichen Kœnigen an Bœbeimb viel treue,“
nützliche Dienſte geleiſtet, und hierdurch Ihnen“
nnd Ihrer poſteritæt znm beſten, priuilegia er-“
vvorben, als vvolte uns nicht vvenig bekümmer-“
liehen fallen, daſs dergeſtalt Unſere liebe Narh-“
kommen ausgerottet, und andere deſſen, vvas“
mit der lieben Vorfahten und Unſerm Blut und“
Gut redlich acquiriret, genieſſen ſolten, darum“
Wir deſto vveniger bey allen vernünfftigen un-“
partheiiſcben ehrlirhen Leuten zu verdeneken,“
daſs Wir Unſerer poſteritæt aum beſten, in die-“
G ſen Dingen ſorgfæltig, in ſonderer Ervvegung,“
vveiln diſs allen künfftigen Kœnigen an Bœheimb“
und Marggrafen in Ober-Lanſitz, aucb der lœb-“
lichen Cron daſelbſtrn aum beſten, Nutz und“
Ehren, mit angeſehen, damit die Lehensfællig-“
keiten und Mannſchafft deroſelben nicht entzo-“

 gen

ADPEND.

“gen und geſchmælert, com communitates non A
“moriantur, und aller bohen Obrigkeit nicht we-
“nig rubm-und nützlich, ſo dieſelbe in ihren Lan-
“den viel Mannſchafften und Rittermæſsige Leu-
“te haben, und in Stædten die commercia und
“Handrbierungen, dadurch nicht allein das Geld
“ins Land kommt, ſondern auch an Zœllen, nicbt
“vvenig einbringer, ſtartlich getrieben, da hin-
“gegen, vvann die Burger-ond Handels-Leute
“ſich auf die Hausbaltung allein legen, und die
“Commercia erſitzen, ſolches nothvvendig fallen
“muſs, und der bohen Obrigkeit vvenig zu ſtat-
“ten kœmmt, vvann ſchon die communen reicb B
“von Land-Gütern, vielmebr aber dieſelben mu-
“thig machet und zu Widerſetzung uhrſachet;
So haben Wir auch aos tæglicher Erfahrung, daſs
“in keiner Stadt dieſes Marggrafthums Ober-Lau-
“ſitz, von den Ræthen zugelaſſen, daſs einer vom
“Adel etvva ein Hauſs, auſſer vvas etvva einer
“Perſon, auf vorgehende der verſtorbenen Kæy-
“ſerlicben Majeſtæt hochmildeſter Gedæcbtniſs,
“Gnædigſte interceſſion und ſchvvere conditio-
“nes, beſchehen ſeyn mag, ſo unter der Stædte iu-
“risdiction behœrig, kauffen mœge, diſs dann C
“vornehmlicb aus dieſer Urſach beſchicht, dar-
“mit die Stænde nicht confundirer und vermen-
“ger, und alſo der Burgerliche Handel ond Wan-
“del nicht in Abſall kommen mœge; Derovve-
“gen ex natura correlatinorum billich, daſs ſich
“keine Stadt noch Bürger eines Ritter-Guts an-
“nehme, dadorch confuſion aufm Lande einge-
“ſuhret, und die Adelichen alten Geſcblecbter
“in Abfall gerathen, dann ſonſten, vvie gemelt,
“vverden die Mannſchafften auf dem Lande ge-
“ſchvvæcht, des Adel-Standes Einkommen ge-
“ringert, der Kœnigl. Majeſt. und der lœblichen
“Cron au Bœheimb regal und intereſſe, bey allan D
“zutragenden Nothfællen, darbey Rittermæſsiger
“Perſonen Hülff und Beyſtand vonnœthen, ge-
“ſchmælert, und allerband ſchædlicbe und nach-
“thelliche Zerrüttungen geohrſachet, diſs dann
“auch ſo viel deſto mebr in acbt zu nehmen, daſs
“gemeiniglicb, vvie glaubvvürdiger Bericht ein-
“kœmmt, vvann die Rætbe oder Bürger in den
“Stædten Land-Güter an ſich erlangen, zwiſcben
“Ihnen in andervveit Verkauffunge Pacta aufge-
“richtet, daſs keinem von Adel, das von ihnen
“erkauffte Gut hingelaſſen, ſondern dem Rath,
“oder einem Bürger hinwieder verkaufft vverden E
“ſolle, ja es dœrfften vvohl die Ræthe ihren Bür-
“gern, wann ſie ihre Land-Güter, ſo doch imme-
“diatè mit Lehen, Dienſten, Gericbten, Both-
“mæſsigkeiten, Mitleidungen und andern, unter die
“Kœnigl. Aemter und Land gehœrig, verkauffen
“vvollen, verbieten laſſen, daſs ſie ſolche Güter
“denen vom Adel nicht laſſen ſollen.
Und do euch gleich ſolche Gutere denen von
“Adel vviederum zu feilen Kauff angebothen, ſo
“vverden doch dergleichen ſchwere, unleidliche
“conditiones, ſo des Adels ond Landes-Freyheit
“zuvvieder, vorgeſchlagen, daſs man Bedencken, F
“diſsfals etvvas einzogehen, vveiln in der Stædte
“Dienſtbarkeit zu gerathen bedencklichen, zu ge-
“ſchweigen, daſs durch Veræuſſerung der Land-
“Güter, den Land-Stænden anch dieſe Bequem-
“lichkeit entzogen, vveiln die bey den Stædten
“nechſt engelegene Güter in ihre Hænde kommen,
“daſs zu den Kœniglichen Hof-Gerichten, ent-
“vveder nicbt allerdings qualificirte Perſonen und
“Aſſeſſores, hierzo denn vor Alters allevvege die
“vom Adel, ſo am nechſten bey den Amptſtellen
“und Stædten gevvobnet, zu erlangen, oder aber G
“andere von den Aemptern vveit abgeſeſſene, mit
“Unſtatten hierzo erfordert vverden müſſen.
In Betrachtung nun dieſer ond anderer boch-
“wichtigen Urſachen, vornehmlich, vveiln ſol-
“ches der Kœnigl. Majeſt. ond Marggraffen in Ober-
“Lauſitz, und lœblicben Cron zu Bœheimb, in

MONVM.

viel Wege Regal und Intereſſe mit concernirt, da-“
mit die Adel. Geſchlechter, wie bey wæbrenden“
offenen und in kunfftig beſorglichen Türckē-und“
andern Kriegen, dabey mancher Ritters-Mann“
ſein Leben zuſetzet, in eſſe und Würden erhal-“
ten, und alſo der Kœnigl. Majeſt. und Marggraf-“
fen in Ober-Lauſitz, und allgemeinen Chriſten-“
heit, in dieſen und andern vorfallendan Nœtben,“
nicht allein mit Darreichunge der begehrten“
Geld-Hülffen, ſondern auch auf den æuſſerſten“
Nothfall, mit Leib und Leben durch Ehrliehe“
von Adel beygeſprungen werden kœnne, baben“
Wir Uns ſambt und ſonders, auf gnungſam ge-“
baltenen Rath, mit guten Wiſſen ond Willen,“
vor ons, alle unſere Erben, und Erbnehmen,“
aucb Naebkommen, folgender Meynung vergli-“
chen, daſs, Vermœge des Laodes General-und“
Special-Begnadungen, *die Land-Leben-und Erb-*“
Güter, in Verkauffunge und Verſetzunge derſelben,“
allewege den nechſten Mitbelebnten und andern“
Geſcblechts-und Wapens-Genoſſen, oder do derſel-“
ben nicbt vorbanden, oder ſich des Vorkauffs bege-“
ben, andern ebrlicben Leuten, Herren-Standes,“
oder von Adel, auf ordentliche vorgebende Anneb-“
mung ins Land, angetragen, und der necbſte Zu-“
tritt hierzo verſtattet, ond *daſs kein Landſaſs bey*“
Verluſt des balben Theils der Kauff-Summa, ſo al-“
len künfftigen Kœnigen ao Bœheimb und Marg-“
grafen in Ober Lauſitz, au Bezahlung dieſer Lan-“
de Schulden, zo appliciren, Macht und Gewalt“
haben ſolle, ſeine Leben-und Erb-Güter, wel-“
che zum Land und unter die Kœnigliche Aem-“
ter gebœrig, jemandan anders, als einem *Vier-*“
ſchildigen Herren-Standes, oder vom Adel, uhr-“
alten Geſcblechts und Herkommens, hinzu laſſen,“
zu verſetzen, zu verpfænden, oder ſonſten alio“
quoconque titulo auf ihn zu transferiren.
Uff den Fall nun ein oder der ander Landſaſe
ſein Gut gar oder zum Theil zo verkauffen be-“
dacht, und ſolches ſeinen Mitbelehnten und an-“
dern Agnatan angetragen, ſollen er und dieſel-“
ben ſchuldig ſeyn, mit ibrer Gegen-Erklærung“
Ibn über drey Monatb lang nicht aufzuhalten,“
do aber ſolches in beſtimbter Zeit, vvelche von“
daſo dee Wiſſenſchafft anzuraiten, nicht erfol-“
gete, ſoll der Ienige, ſo zo verkauffen vvillens,“
unverbunden ſeyn længer zu vvarten, ſondern“
ſoll ibme freyſtehen, ſein Gut einem andern Her-“
ren oder vom Adel, vvie obgemelt, alten Ge-“
ſchlechts, und do derſelbe ein Auslænder, uff“
vorgehende Annehmung ins Land, zu verkauf-“
fen.
Dafern auch Kæuffer und Verkæuffer ſich des
Werths nicht vernehmen kænten, ſollen beyde“
Theil ſolehes auf Erkæntniſs der ordentlichen“
Aempter oder ehrlicher Leute, darzu iedes Theil“
zvvey Perſonen zu erkieſen beſugt ſeyn ſol, ſtel-“
len.
Und vveiln nicht allein in den General-ſondern
euch etzlieher vornehmer Geſchlechter Special-“
Priuilegien dieſe Clanſul begriffan, daſs einem“
iedem mir dem Seinigen, ungehindert des an-“
dern, zo thun und zu laſſen freyſteben ſolle, als“
ſoll dieſer und allen andern in den General-und“
Special-Priuilegiis begriffenen Clauſuln, auſſer“
dieſem obgeſetzten Fall, vvie dann auch inglei-“
chen denienigen Geſchlechtern, ſo in Ihren ſon-“
derbahren Special-Priuilegiis Libertatem uen-“
dendi et diſponandi haben, niebts derogirt oder“
benommen ſeyn, ſondern ſollen ie und allewege,“
ietzo alsdann und dann als ietzo, ihre Krafft und“
Wirckung behalten, anch von niemanden zu ei-“
nigen Behelff vveiter angezogen, oder zu deu-“
ten onterſtanden vverden.“
Wir vvollen auch alſobald bey der Königlichen
Maieſt. als Marggrafen in Ober-Lauſitz, umb“
mehrer Verſicherung und Aotoritæt vvillen, umb“
eine Confirmation dieſes unſers zu Recht ge-“
nungſam

“nungſam baſtændigen Paсti unterthænigſt anhal- A
“ten.

Do nun gleich anch, anf den unverhofften Fall,
“erſtbeſagte Confirmarion gæntzlieb nachbleiben
“ſolte, ſo ſol doeb niebts minder dieſe unſere
“Vergleiebung gelten, nnd derſelben in allem
“oachgelebet vverden, in ſonderer Ervvegung,
“daſs unſer Intent nnd Meynuog zu keinem an-
“dern End und Zvveek gerichtet, denn daſs ehr-
“liche Geſehlechter fortgepflantzet, anch uoſere
“Freyheiten in ihren Wurden, und bey dieſem
“Effeсt, darzu dieſelben unterthænigſt ausgevvir-
“cket, erhalten, und aller deroſelben nngleicher B
“Verſtand und Miſsbrauch abgeſteller, und die-
“ſe vielgedachte Vergleiehnng an ibr ſelbſten uns
“und unſerer Poſteritæt notbvvendig, ehrlich und
“nütz, principalirer aneb zu der Königl. Maieſt.
“als Marggrafen in Ober-Lauſitz nnd der lœbli-
“chen Cron zn Boheimb Regal und Intereſſe Er-
“haltung mit angeſehen.

Wie denn dieſe und dergleichen Ehr-nützliehe
“und nothwendige Paсta dieRechte zulaſſen, Kauf-
“fen und Verkauffen anch an ihme ſelbſten ein
“aсtus meræ noluntatis, nnd unſere Priuilegia oh-
“ne diſs, mit dem nnſern nnſers Gefallens zu thun C
“und zn laſſen, uns nachlaſſen.

Demnach verſprechen, zuſagen nnd verhin-
“den vvir nns hiermir ſambt und ſonders, vor uns,
“alle unſere Erben und Lehens-Erben, auch Nach-
“kommen, bey unſern Herrlichen, Adelichen
“Trauen uod Ehren, vvahren Worteo und guten
“Glauben, daſs vvir nnd unſere Lehens-Erhen,
“Erben und Nachkommen, dieſer aufgerichten
Vergleichung, in allen ihren Clauſuln, Arti-“
ckeln und Punсteo, Ehrlieben, als Biederleu-“
ten geziemet, nachkommen, nun und zu evvi-“
gen Zeiten ſtet, feſt unverbrüchliehen halten ſol-“
len und vvollen, alles bey Verluſt obausgeſetz-“
ter Straff der halben Kaoff-Summa, und ſol aueb“
der Ienige, ſo vvider dieſes Paсtum bandelr, für“
einen ſolchen zn halten ſeyn, als der, ſo da vvi-“
der ſein oder ſeiner Eltern und Vorfahren Brieff“
und Siegel und des gemeinen Vaterlandes Nutz“
und Anfnehmen gehandelt.

Iedoch, do über allen angewandten Fleiſs kein“
Kauffmann von Herren- und Ritter-Standes,“
vveder In-noch Auslændiſcher zo finden, das Gut“
aber hochbedrengter Schulden halben verkaufft“
vverden müſte, Auf ſolcben Fall ſoll ſolehes zu-“
vor an die ſæmbtliehen Land-Stænde zu berath-“
ſchlagen, quibus conditionibus et teſeruatis ſolch“
Gut zum Theil, oder gar nach Befindnng der“
Angelegenheit uod Noth, zu Erhaltung credits“
nnd guten Namens, veræuſſert vverden ſolre o-“
der kœnte, gehracht werden. Gantz treulich,“
auch ſteter und feſter, unverbrüehlicher Hal-“
tung vvillen, haben vvir unſere angebohrne“
Herrliche und Adeliche Petſchafften hierunter“
vviſſentlich und vvohlbedæchtig gedruckr, und“
ein jeder, ſo gegenwærtig ſeyn kœnnen, mir eig-“
ner Hand ſich unterſchrichen, uns und unſere“
Nachkommen hierdurch kræfftig verbindende.

Geſchehen zu Budiſſin, in gehaltener willkühr-“
licheo Land-Tags-Verſamblung, den ſiebenden“
Junii, nach Chriſti unſers Seligmachers Geburt“
im Sechzehenhuodert und neunzehenden Jahte.

(L. S.) Carl-Magnns, Freyherr von Schelleodorff.
(L. S.) Chriſtoph, Freyherr von Schellendorff.
(L. S.) Auguſtinus ab Otterbach, Decanus.
(L. S.) Adolph von Gerſsdorff.
(L. S.) Chriſtoph von Noſtitz.
(L. S.) Hans-Fabian von Ponickau.
(L. S.) Wolff von Bolberitz.
(L. S.) Fabian von Sehœneich.
(L. S.) Siegmund von Gerſsdorff.
(L. S.) Hanſs-Wolff von Sehœnberg.
(L. S.) Abraham von Metzrad.
(L. S.) Rudolph von Rechenberg.
(L. S.) Ahraham von Hangwitz.
(L. S.) Caſpar von Fürſtenavv.
(L. S.) Chriſtoph-Friedrieh von Temritz.
(L. S.) Chriſtoph von Minckwitz.
(L. S.) Ahraham von Gerſsdorff.
(L. S.) Heinrich von Gerſsdorff.
(L. S.) Tobias von Ponickau.
(L. S.) H. von Luttitz.
(L. S.) Chriſtoph von Noſtitz.
(L. S.) Caſpar von Eberhardt.
(L. S.) Chriſtoph von Haugwitz.
(L. S.) Ioachim von Bolheritz.
(L. S.) Friedrich von Gerſsdorff.
(L. S.) Caſpar von Noſtitz.
(L. S.) Nicol von Gerſsdorff.
(L. S.) Chriſtoph von Temritr.
(L. S.) Rndolpb von Gerſsdorff.
(L. S.) Heinrich von Noſtitz.
(L. S.) Adam vnn Kyavv.
(L. S.) H. O. von Gerſsdorff.
(L. S.) Chriſtoph von Gerſsdorff.
(L. S.) Hans-Wolff von Schœnberg.
(L. S.) Heinrieh von Luttitz.
(L. S.) Peter von Temritz.
(L. S.) Heinrich von Temritz.
(L. S.) Melchior voo Lœben.
(L. S.) Caſpar von Gersdorff.
(L. S.) Wencel von Hund.
(L. S.) Jacoh von Gersdorff.
(L. S.) Heinrich voo Metzrad.
(L. S.) Heinrich von Zetzſchwitz.
(L. S.) Wolff von Muſchwitz.
(L. S.) Bernhard von Heiniz.
(L. S.) Nicol von Lüttichau.
(L. S.) Rudolph von Bünau.
(L. S.) Reinhard Belbitz von Noſtitz.
(L. S.) Wolff Magnus von Baudiſſin.
(L. S.) Friedrich von Weigsdorff.
(L. S.) Hanſs-Ludvvig von Roſenhagen.
(L. S.) Hanſs-Nicol von Noſtitz.
(L. S.) Hans von Jornitz.
(L. S.) C. v. M.
(L. S.) Heinrich-Otto von Gerſsdorff.
(L. S.) Hieronynus von Gerſsdorff.
(L. S.) Elias von Noſtitz.
(L. S.) Haos-Bernhard von Klix.
(L. S.) Wolff-Caſpar von Gersdorff.

Anbang,

Wie und welcher Geſtalt die am 27. Auguſti 1654. verſammlet geweſenen nachbenahmten Land-Stænde vorſtehendes Paсtum *aufs neue beliebet und unterſchrieben.*

(L. S.) Chriſtian, Freyherr von Noſtitz.
(L. S.) Johann-Wolffgang, Freyherr von Reehenberg.
(L. S.) Andreas Buceovins, Senior Cap. Budiſſ.
(L. S.) H. A. von Haugwitz.
(L. S.) Gottlob-Ehrenreich von Gersdorff.
(L. S.) Heinrieh von Metzrad.
(L. S.) Chriſtianus-Johannes von Schœnberg.
(L. S.) Loth-Gotthard von Minckwitz.
(L. S.) Chriſtoph von Hohberg.

(L. S.) Wolff

ADPEND.

(L.S.) Wolff-Friedrich von Noſtitz.
(L.S.) Johann-Friedrieh von Brettin.
(L.S.) Chriſtopb von Tzſchirnhans.
(L.S.) Heinrich von Rabenau Kloſter-Voigt.
(L.S.) Abraham-Benno von Luttitz.
(L.S.) Wolff von Webrtern.
(L.S.) Valentin-Nieol von Ponickau.
(L.S.) Caſpar vnn Reebenberg.
(L.S.) Chriſtoph-Volkmar von Gersdorff.
(L.S.) Carl-Heinrieh von Noſtitz.
(L.S.) Wolff-Rudolpb von Ziegler und Kliphauſen.
(L.S.) Joachim-Erneſt von Ziegler und Kliphauſen.
(L.S.) H. Cbr. von Biſeboffswerder.
(L.S.) Heinrich-Otto von Zetzſehvvitz.
(L.S.) H. George von Ponickau.
(L.S.) Wolff-Heinrieb von Poniekau.
(L.S.) Hans-Friedrich von Ponickau.
(L.S.) Wolff-Conrad Thæler.
(L.S.) Melehior von Dœbſchütz.
(L.S.) Caſpar vnn Poniekau.
(L.S.) Hans-Hartmann von Staupita.
(L.S.) Cbriſtoph von Noſtitz.
(L.S.) Hans-Ernſt von Warnsdorff.
(L.S.) Hans-George von Gersdorff.
(L.S.) Otto-Heinrieb von Noſtitz.
(L.S.) Abraham von Luttitz.
(L.S.) Hans-Cbriſtopb von Ponickau.
(L.S.) Wolff-Wilhelm von Bolberſtz.
(L.S.) Wolff-Cbriſtoph von Noſtitz.
(L.S.) Hans-Wenzel von Gersdorff.

A (L.S.) Hans-Heinrich von Luttitz.
(L.S.) Hans-Georg von Temritz.
(L.S.) Peter von Pentzig.
(L.S.) Wolff-Friedricb von Luttitz.
(L.S.) Caſpar-Adolpb von Metzrad.
(L.S.) Carl von Ponickau.
(L.S.) Georg-Iobſt von Carlowitz.
(L.S.) Hans-Chriſtoph von Temritz.
(L.S.) Hieronymus von Gabelentz.
(L.S.) Nicol von Klix.
(L.S.) Hans-Adolpb von Zetzſchvvitz.
(L.S.) Hans-Abraham von Rauſendorff.
(L.S.) Hans-Henning von Blanckenfeld.
(L.S.) Hans von Noſtitz.
(L.S.) Wolff-Heinrich von Spor.
B (L.S.) Hans-Wolff von Metzrad.
(L.S.) Wolff-Heinrieb von Klix.
(L.S.) Wolff-Wilhelm von Bolberitz.
(L.S.) H. C. von Kalckreiter.
(L.S.) Georg-Rndolpb von Pentzig.
(L.S.) Caſpar-Heinrich von Rodewitz.
(L.S.) Joachim von Gersdorff.
(L.S.) Rudolph-Abraham von Leibnitz.
(L.S.) Heinrich von Seidlitz.
(L.S.) Caſpar-Chriſtoph vnn Gerſsdorff.
(L.S.) Ernſt von Gerſsdorff.
(L.S.) H. W. von Hund.
(L.S.) Heinrieh-Ernſt von Rsckel.
(L.S.) Hans-Heinrich von Ponicksu.
(L.S.) Ludvvig von Kahle.
(L.S.) Caſpsr-Chriſtopb von Minckvvitz.

Und VVir bey ſolcher Bevvandniſs der gehorſamen Stænde unterthænigſten Bitten in Gnaden ſtatt gegeben: Als haben VVir demnach das vorſtehende Lehens-PACTVM in allen und jeden ſeinen Punſten, Inhalt und Meinungen, gnædigſt bekræfftiget; Bekræfftigen und beſtætigen auch daſſelbe hiermit, aus Churfürſtl. Macht und als Marggraſ in Ober-Lauſitz, vviſſentlich in Krafft dieſes Brieffes, meynen, ſetzen und vvollen, daſs ſolcher Ordnung nun hinfüro von denen getreuen Land-Stænden des Marggrafthnms nachgelebet, und darvvieder nicht gehandelt werde.

C Und gebieten darauf jetzigem und künfftigem Land-Vogte, Haupt-nnd andern Befehlichs-Leuten mehrgedachten Marggrafrhums Ober-Lauſitz, daſs ſie über dem offtervvehnten Lehens-PACTO feſtiglich halten, und darvvider nichts fürnehmen oder geſtatten, oder daſs ſolebes geſchehe, naehlaſſen ſollen, jedoch obangeführtem Reſervat, auch unſern Landes-Fürſtlichen Regalien allenthalben unſchædlieh. Zu Uhrkund mit unſerm aohangenden Churfürſtlichen grœſſern Inſiegel beſiegelt, und geben zu Dresden am 1. Februarii Anno 1666.

Iohann Georg Churfürſt.

(L.S.)

Heinrich Fhr. von Frieſen.

Ant. Weck.

WIr Curt Reinicke, Freyherr von Callenberg, Herr der Erb-Herrſchafft Muſskau auf VVeteſingen und VVeſtheim etc. Churfurſtl. Durchl. zu Sachſen etc. beſtalter Ober-Hof-Marſchall, vvurcklieb Geheimer Rath, des Marggrafthnms Ober-Lauſitz vollmæchtigee Land-Voigt, Cammer-Herr und Obriſter, etc. Entbieten denen VVohlgebohrnen, Ehrvvürdigen, Edlen, Geſtrengen und Ehrenveſten, Herren, Prælaten, denen von der Ritter- und Landſchafft dieſes Marggrafthums Ober-Lauſita, ſo vvohl anch denen Erbaren und VVohlvveiſen, Bürgermeiſtern und Rathmannen der Stædte daſelbſt, unſere freundliche Dienſt, günſtige und geneigte VVillfahrung in allen Guten hevor:

Und haben E. Liebd. nnd ihr die ſæmtlichen Herren Land-Stænde beyder Creyſſe ſieb nothdürfftig zu erinnern, vvas Geſtalt Uns dieſelben nnd Ihr, dasjenige PACTVM, ſo von Dero und Euren Vorfahren, vvegen Erkauff-nnd Veræuſſerung der Lehen-Güter, bereit in Anno 1619. aufgerichtet, und im 1654ſten Jahre von damals gegenvværtigen Land-Stænden von neuen

D beliebet und unterſchrieben, von hœchſtgedachter Churfurſtl. Durchl. zu Sachſen etc. Unſerm gnædigſten Herrn etc. als regierenden Marggrafen in Ober-Lauſitz aber, ſub dato Dresden am 1. Februarii 1666. gnædigſt confirmiret vvorden, au mænnigliches VViſſenſchafft, in Drnck au publiciren, Amts gehorſamlich angelanget;

VVann VVir dann derer Herren und Euerm Suchen ſtatt gegeben: Als haben VVir ſolch Lehens-PACTVM nicht allein zum Druck befœrdern, ſondern auch biermit au Jedermæn-
E nigliches VViſſen bringen und publiciren vvollen, dergeſtalt: daſs Evv. Liebd. und Ihr, gnædigſt anbefohlener Maſſen, ſteiſ und feſt darüber haltet, ſelbſt darvvieder nichts vornehmet noch andern zu thun geſtattet.

Uhrkundlich mit Unſerm grœſſern Ober-Amts-Inſiegel und eigener Hand Unterſchrifft bekræfftiget. So geſchehen auſm Chnrfurſtl. Sæchſi-Schloſs zu Budiſsin, am 24. May des 1667ten Jahres.

LITT.

MONVM.

LITT. B.

Litterae Ferdinandi regis, quibus ann. 1558. *feuda poenae* poſtliminio uertit in *allodia.*

WIr Ferdinand &c. Bekennen, nachdem Wir A
“verſchienen 47. Jahres unter endern
“Straff-Articuln von wegen unſer Stædte in Ober-
“Lauſsitz Vervvürckung auch der Bürger und
“Innvvohner nnſerer Stadt N. N. Erb-Güthern,
“ſo ſie auf dem Lande haben, aus der Erbſchafft
“zn Lehæ gemacht, vvie denn anch ſolche Güther
“in der Lehn-Natur biſsher verblieben, haben an
“uns die Ehrſamen unſre Liebe Getreue Bürger-
“meiſter und Rathmænner itzo gemeldter Stadt
“N. N. unterthænigſt ſuppliciret, und uns de-
“müthigſt zu erkennen gegeben, daſs ſie nicht
“allein von obhemeldten Straffen zu Ahlegung der B
“uns überreichten Pœn-Fælle in groſſe Schnlden,
“darinn Sie noch tæglich hafſteten, gerathen,
“ſondern, daſs auch itztgemeldter Articul, der
“von nns gemachren nnd vervvandelten Erb-Gü-
“ter in Lehen der verlaſſenen Wittiben, Weyſen,
“Frauen und Iungfrauen, ſo zu obgedachter Ver-
“vvürckung keine Urſache gegeben, im Ansſten-
“ern und Verheurathen, dievveil ſie derſelhen
“nicht fæhig vverden, zu groſſen Schaden, nnd
“Nachtheil reicheten, vvie denn itzo gedachre
“Wittiben, Weyſen, Frauen und Iungfrauen in- C
“ſonderheit geborſaml. an uns ſuppliciret und S.
“T. Ferdinand Ertz-Hertzog zn Oeſterreich un-
“ſer freundl. lieber Sohn und Fürſt Sr. Lbden
“freundlich und gehorſaml. für Sie intercediret
“mehrgedachten Articul vervvandelter erbeige-
“ner Sradr-Güter in Lehn denen ſondern nnd Pri-
“uat-Perſonen, Bürger und Einvvohner nnſer lie-
“ben Stadt N. N. von vvegen derer ihrer Suppli-
“cation ausgefundenen Urſachen zu caſsiren und
“die Natur (vvie vor Alters) der Erb-Eigen-
“ſchafft allergnæd. von neuen kommen zu laſſen:
“Als hahen Wir gnædigl. angeſehen, itzo und
“Wohlgedachten Ertz-Hertzogs Ferdinands Sr.
Lbden Intereesſion euers Raths unſerer Stadt N.“
N. gehorſamſt ſuppliciren, deſſelben und der“
Gemeine Anliegen und hœchſte Beſchvverde von“
vvegen der Schulden-Laſt auch betrachter die“
geleiſtete gehorſamſte Dienſte, ſo die von N. N.“
uns und unſern Vorfahren vielfælltigſt und un-“
terthænigſt gethan, aucb künfftig vvohl thun“
kœnnen und ſollen und mœgen. Und dann zu“
Gemüthe geführet, als ein Oberſter Vormund“
und armer verlaſſenen Wittiben, Weyſen, Frau-“
en und Iungfrauen demüthiges Flehen, Anruf-“
fen und Bitten, denen Wir aus angebohrner Kæy-“
ſerl. Milde nnd Güthe zu Hülffe zu kommen“
allezeit mit Gnaden geneiget ſeyn, und alſo mit“
vvohlgedachter unſer Cron Bœheimb Offecirer“
und recbten guten Wiſſen ans ſonderl. Kæyſerl.“
Gnaden alle nnd iede unſer Stadr N. N. Bürger“
und Innvvobner Land-Güter aus der Natur der“
Lehn zu Erb-und eigen gemacht, allermaſſen“
und geſtalt damit zu handeln nnd zu gebahren,“
vvie ſie dieſelhen Güther für der Vervvürckung“
aus ibren Priuilegien in Poſſeſs, Beſitz und Ge-“
vvehr vor Alters erbl. gevveſt, derſelben genoſ-“
ſen und gebraucht hahen. Machen dann viel-“
gedachter Sradr N. N. nnd derſelben Bürger und“
Innvvohner ietzo gedachte Land-Güter aus der“
Natur der Lehen hinführo künfftig und zu ewi-“
gen Zeiten als Kœnig zu Bœhmen, Krafft die-“
ſes neuen Briefes zu Erb-eigen Güthern, dieſel-“
be ohn nns, nnſere Nachkommen und mæn-“
nigl. Vorvviſſen und Willen, Eintrag und Hin-“
derung zn verſetzen, zu verkauffen, zu verwech-“
ſeln und damit an tbun und zn laſſen, vvie die“
Art Erb-eigener Güther erfordert, auch dieſel-“
ben, vvie vor Alters, vor den Stadt-Rechten“
zu übergehen, an quittiren, zu vertreten, und
zu verfechten &c. Prag, den 18. Decembr. 1558.“

LITT. C.

Ehrenholds Beſœrderung
bey der
Ritter-Tafel.

NAchdem die Lœbliche Ehren-Ritter-Tafel D
“dieſes Kœniglichen Marggrafthumbs Ober-
“Lauſita, auf Anſnchen etlicher Parts, durch gnæ-
“dige Verordnung, des Wohlgebohrnen Herren,
“Herren Graffen und mæchtigen Land-Voigts
“obbemeldtes Marggrafthumbs an ſtatt der Röm.
“Kæyſerl. Maieſt. als Marggraffen au Lauſsnitz,
“unſers allergnædigſten Herrn, einen ieden ſei-
“ner Ehren-Nothdurfft, nach Alten Herkommen
“und Gebrauch dieſes Marggraffthumbs geheget
“und beſetzet, ſo ſollen ſich vermœge ſolcher Be-
“dingung, die Parthen ſo für derſelben zu thun,
“folgenden Articul gemæſs zu verbalten ſchuldig E
“ſeyn.

Erſtlich gebeuth der Herr Marggraff mit ſeinen zugeordneten Beyſitzern und zvvœlff Geſchechten, daſs vor und bey dieſer Ehren-Ritter-Tafel ſich mænniglich und ſonderlich die Partt, gegen einander, in VVorten und Thaten verhalten, und zu keiner Iniurien keine Urſache ſoll gegeben vverden, bey Straffe nach ihrem Erkæntniſs.

Zum Andern ſoll niemand für dieſer gehegten Ehren-Ritter-Taffel dem andern ſein VVort reden, er ſey dann ein Rittermæſsiger vom Adel, und habe ſich das bey der Ehren-Ritter-Taffel angedinget.

Zum Dritten, ſo ſoll mündlicher Vortrag von einem und dem andern Partt, dermaſſen deutlich und langſam fürgebracht vverden, damic Klage, Antvvort und andere Nothdurfft aus dem Munde in die Feder gefaſt vverden könne.

Znm Vierdten, ſoll kein Theil deſs andern in ſeinem Fürbringen verhindern noch einfallen.

Zum Fünfften, behælt ihme der Herr Marſchal, Beyſitzer und Geſchleechter bedinglich bevor, ob ſichs durch Schickung des Allmæchtigen oder ander fürfallenden Ehehafften begebe, daſs ihr einer oder mehr aus der Ehren-Taffel aufſtehen nud abtretten vvürde, daſs doch nichts deſtovveniger ihme oder ihnen furbehalten ſeyn ſolle, andre Rittermæſsige Perſohnen, an ſeiner oder ihre Stelle, in die Ehren-Ritter-Taffel einzuſetzen, und vvas recht, zu beſœrdern.

Und derovvegen ſo ruffe ich Chriſtophen von“
Haugevvitz, als an dieſer Ehren-Ritter-Taffel“
von VVohlgedachten Land-Vogt S. Gn. an ſtatt“

"ihrer Kæyſerl. Mai. verordneter Ehrenholdt ſolche gegenvværtige und mehrgedachte Ehren-Ritter-Taffel, ſo mit Urthel und Recht einen ieden zu ſeiner Ehren-Nnthdurfft, nach Ritters-Art, auch alten Lœblichen Herkommen und Gebrauch dieſes Marggraffthumbs Ober-Lauſitz gnungſam geheget ond heſetzet, aus zum erſten, zum andern und zum dritten mahl, mit dieſem Anhange, oh iemandes ſeiner Ehren-Nnthdurfft nach, vor derſelben zu thun, daſs er in berührter maſſen und auf die erzehleten Artiekel heſcheidentlich vvolle vnrkommen, und nach ihren Ritter-Rechts-Art Reehtens gevvarten.

Marſchalchs Beſœrderung bey der Ritter-Taſel.

Der Marſchall zum erſten Beyſitzer zur rechten Hand in Dingung der Ehren-Ritter-Taſel.

"Ich ſrage euch, vveil auſ Anſueben etlicher Partt, eine Ehren-Ritter-Taſcl zu heſtellen, vonnöthen, ond ich von den Herten Graffen und Land-Vogt S. Gn. an ſtatt der Rœm. Kæyſ. Mai. meines allergnædigiſten Herrn, hierzu zum Marſchall verordnet, nb es an der Zeit, damit ſolche Ehren-Ritter-Taſel mit Gericht und Recht mœgc heſtallt vverden.

Die Beyſitzer zur Rechten.

"Herr Marſehall, vveil Partten fürhanden, ſo für der Ehren-Ritter-Taſel ihren Ehren-Nothdurfft nach, zu thun, und ihr vnn vvnhlgemeldten Herren Land-Vngt S. Gn. an ſtatt Ihr. Kæyſ. Mai. zum Marſchall verordnet, ſn mœget ihr die Ehren-Ritter-Taffel mit Gericht und Recbt wohl beſtellen.

Zum 2. Beyſitzer auf der rechten Hand.

"Ieh frage eucb, vvie ich dieſe Ehren-Ritter-Taffel dingen ſnll.

Der 2. Beyſitzer auf der rechten Hand.

"Herr Marſehall hegets mit Urthel und Reeht dem Klæger als dem Antvvorter, und dem Antvvnrter als dem Klæger.

Marſchall zum Dritten.

"So hege ieh ſnlche Ehren-Ritter-Tafel mit Urthel und Reeht, allermaſſen und geſtalt, vvie ſolche naeh Ritters-Art Alten Herknmmen und Gebrauch, dieſes Lœhlichen Marggraffthnmhs Ober-Lauſitz vor Alters nnd ietzo; am allerkræftigſten und beſtændigſten hat kœnnen, ſnllen oder mœgen gehalten vverden, und hege ſolche Ehren-Ritter-Tafel einem ieden zu ſeinem Rechten, und zu Ethaltung Ihrer Kæyſerl. Maieſt &c. Marggrafen in Ober-Lauſitz, als Landes-Fürſten Hnheit, in dieſen Ihrer Kæyſ. Mai. Marckgraffthumb Oher-Lauſitz, im Nahmen GOttes des Vaters, des Sohnes, und GOttes des Heiligen Geiſtes Amen.

Zum 3. Beyſitzer zur rechten Hand.

Ich frage euch, nb ich dieſe Ehren-Ritter-Taſel nach Ritters-Art und alten Herkommen dieſes Marckgraſthumbs Oher-Lauſitz, einem ieden Ritter-mæſſigen zu ſeiner Ehren-Nothdurfft geheget und heſtellet habe."

Dritte Beyſitzer zur rechten Hand.

Herr Marſchall, vveil ihr ſolche Ehren-Ritter-Taſel einem jeden zo ſeiner Ehren-Nnthdurfft und zu Erhaltong Ihr. Kæyſ. Maj. als des Landes-Fürſten Hnhcit in dieſem Ihr. Kæyſ. Mai. Marckgrafthumbs Oher-Lauſitz mit Urthel und Recht und im Nahmen der Allerhœchſten Dreyfaltigkeit geheget, ſo habt ihrs einen jeden untadelhafftig und zu recht genugſam geheget."

Nach Erledigung eines Ehren-Handels ſoll Ehrenhold zu den Beyſtænden nachfolgenden Fürtrag zu dreyen mahlen, doch durch ein wenig interuallum repetiren.

Oh jemandes, ſn fur dieſer Ehren-Ritter-Taſel, ſeiner Ehten-Nothdurfft nach, was weiter fürzuhringen hedacht, der thoe es, dann nhne diſs, ſeind der Herr Marſchall, Beyſitzer und Geſchleehter, die Ehren-Ritter-Taſel aufzuheben Vothahens, zum erſten mahl."

Nun folget die Anmeldung des Ehrenholdes gegen den Partten und Beyſtænden wie oben zum andern mahl.

Hernach ſoll Ehrenbold ein wenig warten, und wie oben ſtehet zum dritten mahl.

Nach dieſem, wenn von der Ehren-Ritter-Taſel weiter niemand was vorzubringen, fragt Marſchall den erſten Beyſitzer auf der lincken Hand.

Zum erſten Schœppen auf der lincken Hand.

Ich frage euch, weil niemand zur Stelle, der für dieſer Ehren-Ritter-Taffel weiter zu klagen, oh es an der Zeit ſey, ſolehe Ehren-Ritter-Taſel vvieder aufzuhehen,"

Der nechſte Beyſitzer auf der lincken Hand.

Herr Marſchall, vveil niemand für dieſer Ehren-Ritter-Taſel, zu klagen, ſn iſt es an der Zeit, daſs ihr dieſelhe aufheben mœget."

Zum andern Schœppen auf der lincken Hand.

Ich frage euch, vvie ich ſnlehe Ehren-Ritter-Taſel aufheben ſoll."

Der andre Beyſitzer zur lincken Hand.

Herr Marſchall hebet anſ mit Urthel, Reeht und gœttliches Nahmens."

So hehe ieh ſolche Ehren-Ritter-Taſel auf mit Urthel und Reeht, im Nahmen GOttes des Vaters, GOttes des Sohnes, und GOttes das Heiligen Geiſtes Amen."

LITT. D.

Hiſtoria *fori* in Luſatia *ſupremi*, a quo *ultima* tandem ad ipſum principem *prouocatio*, fide *codicis MSti.*

Vom Amht oder Gericht deren von Land und Stædten.

DAs Oher-Amht oder die von Land und Stædten, oder das Gericht von Land und Stædte, iſt ein vvnhlhergebrachtes ordentliches Gericht und Recht des Landes.

Daſſelbe beſitzen oder halten, der Herr Land-Vogt, der Herr Kayſerliche oder Landes-Hauptmann, die heyden Amhts-Haupt-Leute, vier Landes-Aelteſten."

Und vvelehe Perſnnen von Herren-Ritter-Stand ein Land-Vogt nach Wichtigkeit der Sachen mehr darzu erfordert."

Und

Und die Abgeſandten von den Sechs-Stædten A aus den Stædten Budiſſin, Gœrlitz, und Zittau, aus jederer zvvo, aus den andern drey Stædten, aus jederer eine, auch naeh Gelegenheit vorſtehender Sachen, mehr Perſonen, und fürnemlich die Raths-Elteſten, vvelche pflegen Burgermeiſter zu ſeyn, von Land-Vœgten oder ihren Amts-Vervvaltern verſchrieben, von den Stædten abgefertiget vverden und ſitzen ſollen,

Für diſs Gericht oder Oher-Amt, oder fürs Amt, Land und Stædte kommen die Sachen, welche zuvor durch die Amts-Haüprleute und ihre verordneten Beyſitzer iedes Amt vorgenommen, B genugſam verhœrer, tractiret durch ſuhnliche Vergleichung oder rechtmæſſige Verabſcheidung erlediget, und von den Abſchieden in gebührlicher Friſt der zehen Tage appellirt vvorden,

Oder vvelche Partheyen, die Amts Hauptleute, und ihre Beyſitzer bochvvichtiger Urſachen halber zu verabſcheiden hedencken, und ſie ins Ober-Amt remittiren und weiſen, und die Part beyde darein vvilligen.

Oder da einer in Ober-Amte verklagt, und er gutvvillig darinnen antvvorten vvill,

Dieſelbigen Vorbeſchiede, ſo fürm Amt, Land C und Stædte geſcheben, nennet man ſonſten alter Gevvohnheit nach, General-Vorbeſchiede,

Und es ſoll einen ieden, der fürs Ober-Amt erſcheinen ſoll, zum vvenigſten Sæchſiſche Friſt darzu gegeben vverden.

Der Cantzler ſitzt ietzo anch beym Verhœren ans Herren Lands-Vogts Tiſche, vvelches für alters nicht gevveſen, ſondern Cantzler bey einem andern Tiſche geſeſſen, hælt das Protocoll, colligirt die Vota, zeigt den Partheyen der von Land und Stædten Meynungen an, ſteller die Abſchiede, reder und fürdert, vvas ihme befohlen vvird, D

So denn von den Partheyen Klag und Antwort Exception Replica er Duplica furgehracht, und die Parten nichts mehr einzuvvenden, oder vorzubrigen haben, und vvie gebührlich zur Sache, alle mügliche Mittel und Wege fürgenommen und vorgeſchlagen, die Part darein nicht vvilligen vvollen, und die Sache entſtanden oder ſich zerſchlagen, læſt man die Part abtreten, alsdenn giebt der Herr Land-Vogt den Verordneren vom Land und Stædten, die Sache E zum Rath, Bedencken und Ervvegung, und es ſtehet der Herr Landes-Hauptmann, und der Gœrlitziſche Amts-Hanptmann, die Landes-Aelteſten, und was mehr erforderte Perſonen vom Lande zur Stelle ſeynd, auf, gehen beyſeits zuſammen alleine,

Die Verordneten von Stædten, ſeynd ſo vvohl abgetretten und beyſammen allein,

Im Gleichniſs der Herr Land-Vogt, mit ſeinem Hauptmann und Cantzler auch alleine bleiben,

Und unterreden ſich heyderſeits ihres Bedün- F ckens, vvas geſprochen, und zum Abſchied gegeben, oder ferner gefordert vverden ſoll.

Wann dann die von Land und Stædten, mit ihrem Gutbedüncken und Stimmen gefaſt ſeynd, ſo fordern ſie die von Stædten zu ſich, berichten ſie ihrer Meynung, vvofern die Stædte mit ihnen gleichſtimmig ſeynd, oder vverden, gehen ſie zugleich für den Land-Vogt, zeigen ihm an, daſs ſie ſich eines Sentenzes und Stimmen miteinander entſchloſſen und vereiniget,

Kœnnen ſich aber die Aſſeſſores von Land und Stædten nicht vereinigen oder vergleichen, ſo zeigt ein jeder Stand, als erſtlich der Land-Stand, nachmahlen die Stædte dem Land-Vogte ihre Meynung an,

Der Land-Vogt, der mit ſeinem Hanptmann und Cantzler auch Rath gehalten, erklæhret ſich erſtlich ſeines Auſſatzes, vvelches Gutbedüncken oder Stimme dann der vom Land oder Stædte ihme Land-Vogten beyfæller, bey demſelben verhleihets, und vverden die Abſchiede daranf geſtellet, den Beyſitzern vorgeleſen, den Parten publiciret, und alsdann ins Amts-Buch einverleibet und geſchriehen, und dem hegehrenden Theil, deſſen eine vom Herrn Land-Vogt heſiegelte und unterzeichnete Abſchrifft mitgetheilet,

Wann aher Land und Stædre, ſich einhelliger Meynung verglichen, des Land-Vogts Anſſatz aber der zuvvider, und kein Theil von derſelhen vveichen vvill, ſo geber es vvie es pfleget, daſs er mit den mehrern Stimmen ſchlieſſen muſs.

Welches Theil dann die Abſchiede nicht annehmen vvill, und inner zehen Tagen davon an die Kæyſerl. Majeſt. oder derſelhen Appellation-Ræthe aufs Prager-Schloſs appellirer, dem kan noch ſoll ſolches nicht vervviedert vverden,

VVann die Schrifften alle einbracht vvorden, die Parthey zu collarionirung und inrotulirung der acten erfordert, die acta collationiret, rotuliret und zu verſprechen in die appellation überſchicket, ſo offte dann interlocutoria Bey-oder End-Urtheil einkommen, vverden die Part erfordert, und ihnen das Urtheil publiciret, bernach ferner, vvas der Parte Suchen Rechtens der Billigkeit und bræuchlich iſt, gefordert;

VVann aber Parten zu collationirung oder rotulirung der acta ungehorſamlich auſſen bleiben, ſollen die acta nichts minder in contumaciam collationiret vverden.

Das gehorſame Theil ſoll die Cantzley-Taxe allein geben, und demſelhigen vvegen der halben Unkoſten, ſein Recht vvider das ungehorſame Theil fürbehalten ſeyn,

VVürde aber von den gegebenen Abſchieden auf unvervvandten Fuſs, oder innerhalb zehen Tagen nicht appellirt, ſo kommen die Abſchiede nach Verſcheinung der zehen Tagen in rem iudicatam, und in ihr vvirckliche Krafft.

Und es ſeynd, altem Brauch nach, die General-Vorbeſchiede balde nach den dreyen vvillkührlichen Land-Tagen angeſtellet, und gehalten vvorden, damit die Beyſitzer vom Land, vvelche bey den Land-Tagen ſeyn müſſen, ſonderlich die Gœrlitzſchen, nicht vergeblich hin und vvieder reiſen dürffen.

):(

Digitized by Google

OPVSCVLVM IV.

DIFFERENTIAE IVRIS COMMVNIS ET LVSATICI IN LEGITIMA ATQVE DOTE,

vom Lehens-Pflicht-Theil.

Die XIX. Menſis Septembris ɔ ɔcc xvi.

PROOEMIVM.

Ratio inſtituti. CVm egomet, tum *dn. praeſes* olim themata ſcripſimus (**), Luſatico iuri propria a communique diuerſa. Vtriusque igitur e re eſſe uidebatur, in eodem inſtituto occupari etiamnunc, poſtquam ipſo uſu intelleximus, quod haec patriae iuris argumenta Luſatiae foris iudiciisque eo magis ſint commendata, quo frequentiores illius a *Romanis, Longobardicis* atque *Saxonicis* legibus diſſenſus ac differentiae. Quamuis autem ſuperſint hic ſpicilegia cum alia plura (†), tum praeſertim in *Luſatiae clientelis:* nos tamen, ne inſtituti limites egrediamur, illa tantum ex hoc promptuario decerpemus, quae faciunt ad IVRA LEGITIMAE atque DOTIS FILIARVM SORORVMQVE EX FEVDIS. Supremum numen adſit ſcribendis.

De iure Luſatico biga diſſertationum. (**) Nam *dni* PRAESID. *differentiae iuris feudalis communis et Luſatici die XXII. Aug.* ɔ ɔcc XIV. prodierunt: mea autem diſſertatio *de hominibus glebae adſcriptis Luſatiae ſuperioris Lipſiae* eſt uentilata *die X. Maii* ɔ ɔcc XV.

MSTA in tabulariis. (†) Sermone aliorum nobis conſtat, quod in Luſatia plures ſint, qui patrii iuris *decreta, conſilia, ſententias, reſcripta* multis abhinc temporibus collecta in priuatis tabulariis adſeruant. Eius generis quoque uolumen ſatis magnum, nomine inſcriptum: MISCELLANEA IVRIS LVSATICI *dn. praeſes* oſtendit in ſupellectili MSCTORVM. Sed inprimis laudari ſolet ingens *rerum iuriumque patriae adparatus*, quo muſeum inſtruxit Luſatiae h. t. cancellarius *Ioan. Gottl.* PLATZ, uir cum de Luſatia uniuerſa, tum de re inprimis iudiciaria ac forenſi meritiſſimus, inſignis litterarum rerumque noſtrarum patronus, honoris cauſa adpellandus.

DIFFERENTIA I.

Quì filiabus ex feudo dos et legitima?

De Longobardica dote filiarum legitimaque. IVre communi *filiabus* neque *dos* neque *legitima* ex feudo, licet *nouo* debetur (aa): utrumque, iuxta Luſatiae inſtituta, uaſallus teſtator et filiae deferre poteſt et ſorori (bb) eoque onere grauare feudi ſucceſſorem.

Qui nulla Longobardico iure legitima? (aa) *Vnicus* enim in decretis Longobardicis eſt caſus, quo ſucceſſor feudi alere tenetur uaſallum, ob *corporis uitia* a ſucceſſione excluſum 2. *F.* 6. §. 2. Extra quem ipſe ab omni onere ſui deceſſoris eiusque familiae eſt immunis beneficiumque accipit

DIFFER. I.

cipit omnino liberum *Petr.* HEIGIVS *part. 1. quaeſt.* 25. atque dn. PRAESES in iuris *communis et Porusſici differ.* XXI. *atque* XXXVII. Sigillatim in *legitima* filiabus exſoluenda neque iuſſu uoluntateque patris tenetur ſucceſſor neque ulla alia lege. Num ex officio *humanitatis* obligatus ſit, dubito proboque iudicium CARPZOVII *part. 2. conſt. 46. def. 36. Ioh.* KOEPPEN *deciſ. 54. n. 85.* quodque, communi iure, neque ex *feudo nouo* debeatur *filiabus* anteceſſoris legitima FACHINAEVS *lib. 4. contr. 33. L. B. de* LVNCKER *deciſ. 1206.* Partim, quoniam tum non ratio habetur uel *uoluntatis* uel *conſanguinitatis* defuncti, a quo ſuccedendi nulla eſt cauſa: ſed *egeſtatis* tantummodo et indigentiae. Quam *morum* doctrina regit; non *clientelaria* inſtituta. Et ſane tantum abeſt, ut iura communia iuſto hic ſint *duriora* in *filias* A et *ſorores*: quantum abeſt, *ſucceſſorem* obligari ad *alimenta*, dotem, *legitimam* ſui in munere *deceſſoris filio*, filiae, uiduae, ſorori praeſtandam, cum uidet, unam earundem conflictari cum extrema *egeſtate*, *P.* HEIGIVS *part. 1. quaeſt.* 25. et FINCKELTHAVS *diſp. 6. theſ. 31.* ubi confutant *Hartm.* PISTORIS *lib. 2. qu. 38. n. 3.* aliosque in gratiam filiarum ſentientes.

DIFFER. II.

Qui e Luſatiae feudis legitima defeſratur?

(bb) Habent id claris uerbis INSTI- B TVTA LVSATIAE FEVDALIA an. 1653. Ita enim legitur *in der Lehens-Ordn.* §. *Wir wollen einem Vater oder Bruder dieſes nachlaſſen, wenn er keine mænnliche Leibes-Lehens-Erben verlæſſet, von ſeinen Lehengütern zu Ausſtattung der Tœchter und Schweſtern, nach art und weiſe der in denen gemeinen Sæchſiſchen Rechten* obſeruirten LEGITIMAE, per ultimam *uoluntatem zu* diſponiren.

DIFFERENTIA II.

Quid in dote filiarum ex feudo LL. Saxonicae?

De dote ex feudo SAXONICO iure 1] ducali 2] electorali, a Luſatico alienis.

SAxonica iura ſucceſſorem obligant ad *dotem* filiabus deceſſoris ex feudo ſoluendam, ſi quidem deſit allodium (cc); imo, licet hoc adſit, debito, dotis cauſa, a patre contracto nihilominus feudum onerat legislator AVGVSTVS, inſtituto tamen prorſus inconcinno (dd): Luſatica autem decreta *patris* hic ſtant *ultima uoluntate*, ſi ille filiam dotare iuſſit ex feudo, diuitem licet, ſiue ſuis (ee) ſiue paternis ſiue utriſque bonis (ff).

Qui dos ex feudo debeatur filiabus?

(cc) Ita enim eſt, intempeſtiua hic commiſeratio iureconſultos egit in transuerſum. Inſtituta certe Longobardica, quae ſucceſſorem feudi liberant cum a *dote*, tum ab *alimentis*, deceſſoris ſui filiabus exſoluendis, ſunt quidem et naturae et beneficiarii iuris rationibus concinna. Nam liberum eſſe debet ab omni onere feudum cum uaſalli cauſa, ne pauper minori ſeruiat adparatu; tum domini, ut reditus feudi maiores eo etiam alacriorem reddant uaſallum, ad probandum domino genera officiorum quaeuis. Quas etiam rationes habet uir inſignis *Petr.* HEIGIVS *part. 1. quaeſt. 25.* qui omnino hic conſulendus. Verum enimuero numeri et tempora errantium errori huic fecerunt ius. Nam, audacter licet, edicunt Saxonici iureconſulti: *uniuerſam Germaniam obligare feudi ſucceſſores, ad ſoluendam deceſſoris ſui filiabus dotem et alimenta, ſi quidem deſint uires allodii*, ita SCHRADER *part. 8. c. 1. n. 38. Mod.* PISTORIS *uol. 1. conſ. 5. qu. 2. n. 22. Hartm.* PISTORIS *part. 2. quaeſt. 37.* CARPZOVIVS *lib. 4. reſponſ. 65.* centumque alii. Imo ipſe legislator *in der Proceſſ-Ordn. tit. 45.* §. *Es trægt ſich offt zu, daß die Sœhne ihre Schuldner auf das Leben verſichern laſſen und denen Schweſtern ihre gebührende Ausſtattung nicht ablegen. Damit ſie nun nicht um das, was Ihnen aus den Lehengütern gebühret, gebracht werden,* C *wollen wir, daß in ſolchen fællen die Tœchter, wofern ſie 1) ſich an den Erbgütern nicht erhohlen, 2) auch in dem Lehen ein ſolches Recht haben ſollen, daß Sie ſich in allen demjenigen 3) was Ihnen von ihrem Vater her zu ihrer ausſtattung zuſtehet, 4) vor allen andern* NB. *ihrer Brüder Glæubigern, an das Leben, 5) ob es auch ſchon in andere Hænde kommen, halten mœgen, iedoch daß 6) das Leben nicht alzuſehr beſchweret werde.* Id D uero hic uelle dicunt legislatorem Saxonem; *primo* ut filiabus, allodio deſtitutis, dos ex feudo ſoluatur; tum ut iure gaudeant praelationis filiae intuitu quidem creditorum a fratribus contractorum. Quid uero ſi filiae aliunde habeant, unde uiuant? quid ſi bona illis ſint materna, exhaurientia uel aequantia dotem? Tum ſane mallem, expirare hanc iureconſultorum intempeſtiuam commiſerationem. E Sed etiam hic curiae pleraeque nihilominus ſequuntur CARPZOVIVM *part. 2. deciſ. 172.* quaſi patris officium ſit, filiam dotare etiam diuitem, quod filius, feudi ſucceſſor, teneatur explere. Ego contra putauerim; neque diuina neque humana iura uelle, ut quis liberalis ſit de alieno. Quod in alio caſu magis eſt uerum. Nam hoc quoque docent aliqui ſcriptores forenſes: quod filiae ex feudo paterno dotari debeant, licet illud non ſufficiat ad ſoluendum creditoribus, qui filiabus ea in

Licet aliunde diuites ſint bonorum.

Licet patris creditoribus ſolui nequeat.

Digitized by Google

DIFFER. II.

re debeant puſtponi: quos recte notat reſellitque CARPZOVIVS *part. 2. conſt. 46. def. 17.*

Licet ex allodio dotem queant habere.

(dd) Ita enim uerba legiſlatoris ſe habent *Part. 2. conſtit. 46. Wann die Schuld wegen Ausſteurung der Tœchter oder Schweſtern aufgenommen, ſollen ſolche Schulden aus dem Lehen durch die Lehensfolger vergnüget, und die Landerben damit verſchonet werden.* Stupent ad hanc legem ipſi iureconſulti Saxones. Nam hac ratione quilibet pater agnatos ſuos ad *dotem*, filiabus, etiam allodii ditiſsimis, ex feudo ſoluendam poteſt obligare, ſuo quodammodo arbitratu: cum tamen iure electorali quoque *dos* tum demum ex feudo debeatur, ſi illa nequeat haberi aut expectari ex allodio, quod dictum in notula praecedente. Sed haec portenta edere ſolet in lucem intempeſtiua et rationibus beneficiarii iuris aduerſa commiſeratio.

Iuris Saxonici electoralis manifeſta antinomia.

Ipſi CARPZOVIO hic aqua haeret in *lib. 4. reſp. 65. n. 13.* ubi dicit: *rationem hic inuenire ſolidam difficile uidetur et forſan locus hic dari debet effato* l. non omnium 20. ff. de leg. Quae enim ipſe poſt, dicis gratia, fingit, illa ne inanium quidem ſpeciem habent. Vt ueniam uix mereatur, quando *Part. 2. deciſ. 173.* hanc ſibi gloriam tribuit eo prouocando: *de ratione diuerſitatis* (legum ſibi aduerſarum) *ne ſimus anxii, repetere illam licet ex iam traditis a me.* Id potius dicendum eſt; cum iuris Auguſtaei diuerſi fuerint ſcriptores, mirum non eſſe, illud quandoque ſibi non conſtare. Nam auctor *Part. 2. conſt. 46.* haud dubie *dotem filiarum* habuit pro *debito feudali ordinario:* alter autem *in der Proceſſ-Ordn. tit. 45. §. Es trægt etc.* pro *ſubſidiario, allodio* ſcilicet *deficiente.* Sed facile eſſet principi, ſcopulos reſcripto tollere et leges male cohaerentes emendare in tantis iureconſultorum Saxonicorum otiis, numeris, operiſque.

Num ex LVS. feudis DOS filiae DIVITI aliunde? Rationes aegantium.

(ee) Admonuit me nuper patronus aliquis caſus eiusmodi, quo fuit requiſitum: *utrum pater diuiti filiae dotem potuerit ex Luſatiae feudis legare?* Quod autem nullus dubito *adfirmare.* Licet enim contra ſentientes forte oppoſuerint nobis *primo*, quod tum cauſa dotis non adſit, quae facere debeat ad onera ſuſtinenda matrimonii et habenda alimenta ALCIATVS *lib. 8. parergo 3.* SVRDVS *de aliment. tit. 5. qu. 1. n. 43. deinde* praeiudicium habeatur SCABINORVM *Lipſienſium an. 1616.* qui abſoluerint a dotis praeſtatione uaſallum, ob filiae opes diuitiasque; *Weil die Tœchter ſonſten wohl begütert, ſo bleibet der Lehensfolger mit deroſelben ausſtattung, welches ihr ſonſten aus dem Lehen zukommet, billig verſchonet*; tum ipſe CARPZOVIVS *in deciſ. 173. n. 29.* et *de onerib. feud. dec. 3. poſ. 3. n. 16.* dubitet titubetque; *praeterea* aliquid ex feudo tum demum debeatur filiabus, ſi defe-

A cerit allodium, perinde autem ſit, ſiue filia allodia eius generis patri, ſiue matri debeat, ſiue etiam extraneis *Iac.* SCHVLT. *ad Modeſt. Piſtor. part. 3. qu. 122. n. 33.* ZIEGLER *diſput. de debitis feudal. cap. 2. §. 22.* ad *extremum* licet Romana forte iura in dote faueant etiam filiae diuiti, id tamen propterea fiat; quoniam dos fuerit tum inſtar portionis hereditariae, cum tamen inſtituta Germaniae ſe habeant aliter, filiam-

B queelocatam ideo non deſtituant hereditate paterna, et quae ſunt generis eiusdem.

rationes affirmantium.

Verum enimuero cum *primo* ipſi etiam Romani uelint, ut filia diues nihilominus ex *patris ſubſtantia* dotetur *l. ſi pater dotem 7. §. ult. C. de dotis promiſſ.* idque propterea, quoniam filia, ſemel dotata, non uocata fuerat deinceps porro ad patris hereditatem; deinde *ultimum* hoc quoque in Luſatiae feudis ſit uerum, ex quibus, poſt do-

C tem, non habent filiae, quod porro expectent, licet feuda olim Luſatiae fuerint, opinione plurium, hereditaria; *poſt*, quae dicta ſunt de ſimilitudine alimentorum et dotis matrimoniique oneribus, illa trahi huc non debeant, cum dotis ratio potius portioni reſpondeat *hereditariae* atque *legitimae*, quam etiam filia diues iure requirit HEIGIVS *Part. 1. qu. 25. n. 63. porro* ideo etiam filiae opes, aliunde paratae, pa-

D trem non liberent, licet eum liberarent, ſi ex ſubſtantia patris proueniſſent, *praeterea* ipſas etiam Saxoniae curias puduerit pigueritque ſententiae aduerſae, teſte CARPZOVIO *part. 2. deciſ. 173. n. 29*; *tum* in Luſatiae feudis, olim certe hereditariis, plus iuris eſſe filiabus, credi debeat; *tandem* hic non de officio fratris aut agnati uaſalli quaeratur, ſed de uoluntate patris teſtatoris, utrum illa hic ſit attendenda;

E *ad extremum* quoque auctoritas adſit ipſorum Lipſienſium SCABINORVM, quorum ſententia menſe *Maio an. 1697.* lata eſt quidem haec: *Obwohlen die Schweſter vor ſich Mittel genug, folglich es ſcheinen mœchte, daß Sie nicht befuget, ſich an das Lehen zu halten: dieweilen aber die Ober-Lauſn. Lehens-Ordn* general *und zwiſchen den Tœchtern und Schweſtern, ob ſie begütert oder nicht, keinen unterſcheid machet;*

F *ſo iſt die Schweſter das Theil an dem Lehengut zu fordern wohl berechtiget. V.R.W.* idcoque nulli dubitamus: *filiam ſororemque diuites dotem repetere poſſe ex Luſatiae feudis ſibi a defuncto patre aut fratre adſignatam.*

Num ex LVS. feudis DOS filiae PATERNORVM BONORVM diuiti?

(ff) Non leues dubitationes ſunt, quam ſententiam quaeſtio iuris mereatur: *Num filia, paternis iam bonis diues, nihilominus dotem aut legitimam requirere poſsit ex*

G *feudis Luſatiae?* Qui negauerint hoc caſu iura filiarum, eorum rationes ſunt hae.

Rationes negantium.

Principio putant, nulla ratione fieri poſſe, ut filia, *paternorum* bonorum iam diues, poſtea nihilominus conqueri poſsit de

dote

DIFFER. II.

dote aut *legitima*, quoniam bona tum paterna debeant uel ab eadem conferri uel deſiſti a querela: *deinde*, licet inſtituta *Luſatiae* fauere uideantur filiabus in dote ex feudis repetenda, eſſe tamen in dubio contrahenda haec iura ob decreta cum Longobardica, tum Saxonica, quoniam in his filia uel prorſus uel partim a largitione ex feudo repellatur, ſi patris ſufficiant allodialia bona! ORDIN. PROCESS. *elect. Sax. tit. 45. Hartm.* PISTORIS *part. 2. q. 37.* B SCHVRFFIVS *cent. 1. conſ. 24. n. 11.* CARPZOV. *part. 2. conſt. 46. def. 16.* ſtatutorum uero interpretationem repetendam eſſe ex iure communi, GAILIVS *lib. 1. obſ. 50. n. 8.* MVNSINGER *lib. 1. obſ. 5.* FOERSTER *lib. 2. de interpret. cap. ult.* CARPZOVIVS *in pract. crim. part. 2. qu. 68. n. 36.*

rationes adfirmantium. Verum enim uero cum Luſatiae quondam feuda fuerint *hereditaria*, in quibus filia excluſerat in ſuccedendo fratrem, in dubio eadem C omnino fauorem merebitur. *Deinde* Luſatiae inſtituta propterea dare ſolent patris aut fratrum ultimae uoluntati, ut filiae et ſorori, *ſucceſſionis* loco, tantum ex feudo adſignent, quantum requirere ſolet legitima. Eaque, non allodii intuitu, ſed *feudi*, cuius negata fuit illis ſucceſſio. Igitur tantum abeſt, ut opes in allodio, ſpem filiarum ex feudo euertant: quantum abeſt, *legitimam* ex bonis paternis filiae D negari, diuiti *maternorum* uel aliunde quaeſitorum bonorum FACHINAEVS *lib. 5. contr. 83.* BERLICHIVS *part. 2. dec. 2.* atque *dec. 242. n. 19.* Praeterea eſt iuris axioma: *ubi lex non diſtinguit, ibi noſtrum non eſt diſtinguere*; ſed Luſatiae ſtatutum conceptum uerbis abſolutis, indulgendo parentibus et fratribus, ut, inſtar legitimae ex feudo, filiabus et ſororibus dotem poſſint

DIFFER. III.

A adſignare in ultima uoluntate. Quid? quod, ſi aliqua eius generis intelligi debuiſſet reſtrictio: *quando ſcilicet filiabus non ſit dos ex allodio paterno*, tum lex et otioſa fuiſſet et nullius fauoris, quem tamen in Luſatiae hereditariis quondam feudis deſiderauimus. Notum enim eſt, quod et Saxoniae et Germaniae propemodum uniuerſae ſtatuta atque conſuetudines uelint: *dotari filias ex feudo, allodio deficiente.* Vt B adeo hic neque uoluntate patris aut fratris neque ſingulari lege opus fuiſſe uideatur. *Tandem*, quod de interpretatione ex iure communi dictum, illud et falſum eſt et nullius hic loci. Nam Germaniae prouinciarum ſtatuta potius ex rationibus illuſtranda, quam ex iure peregrino Latii, MEVIVS *ad ius Lubec. pr.* atque *dn. praeſ. in different. iur. Luſ. litt. hh.* uel etiam pars una ex altera ſtatuti parte Dd. ad *l. 5. C. de* C *LL. Hartm.* PISTORIS *part. 1. qu 33. n. 5.* Deinde ſi uerba ſtatuti clara ſunt, illis eſt inhaerendum, neque opus auxilio legis alius. Dd. ad *l. non aliter 69. pr. ff. de legat. 3.* FINCKELTHAVS *obſeru. 18. n. 11. Sim.* PISTORIS poſt *conſil. Modeſt. Piſtoris conſ. 11. n. 5. 6.* Ad extremum ita etiam in *ſuprema Luſatiae curia adpellationis anno 1696. die 10. april.* iudicatum eſſe, accepi, hac quidem formula: *daß* adpellat *von* D *dem werth des dritten Theils an dem Lehengut Kammenau, dasjenige, was* adpellantin *zu ihrer Vaeterlichen Ausſtattung empfangen, abzuziehen und inne zu behalten nicht befuget.* Quae ſententia etiam poſt confirmata eſt, quam leuterationis remedio ſibi conſulere uoluerat pars rea, idque *die 7. decembr. 1697.* accepitque illa uires auctoritatemque iudicati *praeiudiciique* forenſis.

DIFFERENTIA III.

Quid de legitima filiarum ex feudis?

SAxonica iura ex feudis, nonniſi *nouis*, aut, ſi mauis, ne ex his quidem, filiabus adſignant *legitimam* (gg), ſi quidem illae non habeant, quod eandem expectent repetantque ex *allodio*: Luſatiae autem moribus legitima filiabus deferri poteſt ex feudo etiam *antiquo* (hh) allodiique, parata licet facultate.

LEGITIMA ex feudis* 1] *nouis in ſubſidium* 2] *antiquis abſolute.

Num filiae legitima ex feudo nouo? (gg) Olim ſane acriter ſcriptum ac diſputatum eſt: *utrum filiae ex feudo nouo debeatur ſuppleaturque legitima?* Doctus iureconſultus *Petr.* HEIGIVS *part. 1. quaeſt. 25.*

Negatur. negauit quaeſtionem, eo certe adparatu rationum ac legum, cui neque dum ſatisfacere potuerunt iureconſulti. Heigiana enim olim iam diſpulerunt et confutarunt, quae pro filiarum ex feudo nouo legitima adferre ſolent CARPZOVIVS *part. 3. Conſt. 9. def. 28.* STRVVIVS *de feud. cap. 14. §. 19.* et quotquot hoſce magno numero ſequuntur, qui ea recoquere ſolent, quae pro legitima ex feudo *nouo* et here- E ditario *Iacob.* TOMINGIVS *in deciſ. 27.* atque *Hartm.* PISTORIS *lib. 2. quaeſt. 42. n. 36.* olim congeſſere. Nam argutiae ex *tit. de inofficioſis donationibus* ſtupidae et obtuſae ſunt: cum pater, emendo feudum, non donet neque filius, ſtipendia merendo, haberi queat pro donatario. Accedit, quod ordinariis de *inofficioſis* teſtamentis, donationibus, dotibusque regulis exemta ſint militaria, quae clientelaribus reſpondent F *l. ult. C. de inoff. teſtam.* Taceo, quod *in feudis* imperii, *primigeniis* ac *maioribus* neque etiamnunc ſit locus inofficioſae donationi. Imo, quod magis eſt, Germanica iura

Digitized by Google

DIFFER. III.

ca iura portionem quidem *alimentariam* adſignent liberis, necquicquam uero legitimam, cuius cauſae deſunt Germanis, quod *dn. praeſ.* oſtendit in *diſſert.* Legitima exul *cap. 4. ſegm. 2. §. 3. 4. 5.* Quicquid uero ſit, certe apud Saxones *conſtit. elect. 2.* huic liti attulit finem idque in gratiam filiarum legitimae ex feudo nouo.

adſirmatur.

Qui legitima ex feudo debeatur antiquo filiabus.

(hh) Cum *Luſatiae feuda* uirgula olim aeſtimata ſint *hereditariorum* neque tamen legislator uellet, ut filiae porro in feudo ſuccederent, loco ſublatae ſucceſſionis, datum eſt hoc patri fratrique; ut legitimam ex feudo cum filiabus adſignarent, tum ſororibus, aut, quae legitimae reſponderet, dotē. DECRETVM, *an. 1653.* conceptum, recita-

A uimus *differ. 1. litt. bb.* ſuperius. Idque factum eſt ſine ullo diſcrimine, feudumne eſſet *nouum*, an uero *antiquum*; *pactitium*, an *hereditarium*, uel etiam *mixtum*. In feudo enim *hereditario* aut ſucceſſionis foeminarum ſubſidiariae filiabus per maſculos excluſis *legitimam* deberi, olim ſingulari inſtituto contuiti ſunt BVRSATVS *lib. 2. conſ. 132. lib. 3. conſ. 295. Hartm.* PISTORIS *lib. 2. qu. 38.* aliique. Hos autem, licet

B confutauerit HEIGIVS *part. 1. quaeſt. 25.* uidetur tamen illorum dogma ſecutus eſſe Luſatiae legislator, adſignando filiabus, ſublatae ſucceſſionis loco, ex uoluntate quidem ultimo defunctorum, dotem aequalem legitimae.

DIFFER. IV.

DIFFERENTIA IV.

Qui legitima ex Luſatiae feudo mereatur fauorem?

De odio et fauore LEGITIMAE.

IVre communi *legitima*, ex feudo praeſtanda filiabus, meretur *inuidiam* ac odium cum intuitu *domini*, tum *uaſalli*, quibus adfert damnum; *illi* quidem onerando feudum, *huic* autem obligando eum, ut allodium profundat pro re, quae eſt in nexu clientelari (ii): aliter in *Luſatiae* feudorum *legitima*, quae *domino* uiam parat ad excludendum foeminas, parum habiles clientes; *uaſallo* autem ad anteuertendum proximioris gradus *foeminas* heredes in feudi ſucceſſione (kk): ut adeo utrobique mereatur fauorem.

Qui LEGITIMA in ODIO iuris?

(ii) Legitimam *filiabus* ex feudo adſignant iureconſulti uel *hereditario* uel *nouo.* Vtrobique et *domini* iuribus derogatur et *uaſalli*, adeoque, inſtar derogatoriae legis, hoc quoque inſtitutum iuris odia habet et limites arctiores magisque adſtrictos. Quod non difficile eſt ad probandum.

Intuitu a] domini,

Nam reditibus feudi deminutis, deprimitur uaſalli animus, ardor, alacritas, adparatus in feruiendo militiam curiamque. Vnde domini iactura, iniuriae, damna, incommoda plurimi generis. Quo fieri ſolet, ut principes, in ſeruitiis aulae militiaeque praeſtandis, ſingulari lege ſalaria officialium priuilegiis munire inſtituant aduerſus cuiuscunque generis arreſta, nomina, creditores. Cum eiusgeneris ſtipendia ſeruitia exigant, digno habitu, elegantia, cultu, adparatuque praeſtanda, quod omne fruſtra expectatur ab homine, qui aere premitur alieno. Neque minor ia-

b] uaſalli.

ctura tum eſt uaſalli. Ipſe enim pro feudo, ſiue clientelari praedio, ſoluere tenetur legitimam filiabus atque adeo profundere ueluti numos in ſpem incertam, emere uentos, ſuosque et ipſe quandoque laedere in legitima. Finge enim caſum, quo Titius ſororibus ex feudo ſoluit legitimam moriturque ἄπαις. Quis miſeris reddet obolum aeris, feudi cauſa, profuſi? Vrges, illas expectare tamen poſſe ex feudo alimenta et dotem. Repono, hoc dari ſolummodo, deficiente allodio egeſtateque laborantibus: imo modicum eſſe,

C quod ideo datur, neque ad legitimae menſuram adſurgere, id quidem dicendum erit inferius.

Qui LEGITIMA ex feudo iuris habeat FAVOREM.

(kk) Quantopere etiam io uicina notula *odia iuris* de feodi aduerſus *legitimam* filiarum ex feudo: tantopere *legitimae* ex *Luſatiae* feudis propugnabo *fauorem.* Scilicet ex eius indulgentia et *dominus* commoda tulit et *uaſallus.*

Intuitu a] domini,

Ille quidem in eo, quod, cum olim *foeminae* quoque

D ſucceſſiſſent in Luſatiae feudis, nunc, illis clauſa porta clientelari, ex feudo tantum indulta ſit, teſtatore ſic uolente, legitima. Quantum uero emolumenti in dominum redundet, ſi, foemineorum feudorum loco, habeat maſculina, ille demum intelliget, qui cogitauerit, in foemineis feudis uix caſum expectandum *aperturae*, qui multoties accidit io maſculinis. Taceo

E dignitatem familiae, rationes ſeruitiorum, prouincialium ordinum robur pluraque alia, quorum omnium melior conditio et ſtatus in feudis maſculinis, omnino tribuendus noſtrae in Luſatia legitimae. In

b] uaſalli.

uaſallo longe maior ſeges utilitatum, ex noſtra legitima expectandarum. Nam in Germaniae feudis hereditariis plerisque, praeſertim prouincialibus, foeminae non demum ſuccedunt in ſubſidium, ma-

F ſculis deficientibus; ſed potius foeminae propiores excludere ſolent maſculos remotiores. Quapropter raro euenit, ut, feudo ſemel foeminae eiusque poſteris delato, redeat iterum ad agnatos. Quo

rerum

DIFFER. IV.

rerum ſtatu dici poteſt uere: *quod maſculi agnati ſucceſſionem unice debeant filiarum ex feudo legitimae.* Neque eſt, quod urgeat quis, numos tamen, legitimae ergo ſolutos, etiam ſic profundi in rem *bonitarii* tantummodo dominii. Cum enim Luſatiae feuda ſint *alienabilia*, omni tempore integrum eſt uaſallo, contrahendi de feudo, uendendi illud, oppignerandi, dandique in creditum ac ſolutum ſine ullo, qui alibi locorum requiritur, uel domini interceſſu uel agnatorum. Quod expoſuit *dn. praeſ. Luſat. feud. differ. 16. litt. ii.*

A *et in different. 20. litt. rr.* Videant igitur intelligantque maſculi ſucceſſores, quanta illis beneficia adferant filiarum ſororumque ex feudo legitimae, utadeo improbos et ingratos eſſe oporteat, qui hanc illis inuident iuraque haec intuentur oculo moerente alienis. Taceo, quod coniecturae ſint, ex ſchedis Luſaticis *dn. praeſ.* firmae, quod olim etiam teſtamento diſponere licuerit de feudi ſucceſſione, B quod ipſum etiam non alia cauſa ſublatum, quam legitimae filiarum ex feudo indulgentia.

DIFFER. V.

DIFFERENTIA V.

Qui legitima debeatur ex Luſatiae feudo filiae dotatae.

De iure dotis filiae iam dotatae.

Communi iure filia a patre *dotata* porro non habet, quod ex *feudo* repetat aut expectet (ll): aliter in Luſatiae feudis, ex quibus filiabus etiam *dotatis* et elocatis noua debetur *dos* inſtar *legitimae* (mm).

Qui dos ex feudo non debetur filiae dotatae?

(ll) Illud quidem certum eſt, iure communi *Longobardico* filiae etiam inopi nihil ex feudo deberi, multo minus dotem. Iuit tamen in mores apud Germanos, ut filiae ex feudo dotentur inopes. Quae dubia ſint, ſi *filia* ſit *locuples*, ſed non paternis, uerum *aliunde* quaeſitis *bonis*, uel etiam, ſi ex *allodio patris* habeat, quantum ſufficit ad dotem, illud quidem oſtendimus ſupra *differ. 2. litt. cc. dd.* Non memini uero ullius, qui adfirmare auſus ſit, *filiam* a patre *dotatam* ex bonis propriis, porro etiam dotandam eſſe ex *feudo paterno.* Id enim aduerſum eſſet rationibus non ſolum *feudalibus*, quae dotem filiabus uel nunquam uel tum demum tribuunt, ſi bona patris propria, id eſt, *allodia deſint*: ſed etiam *ciuilibus*, duplicis dotis ac dotationis repetitae prorſus ignaris, praeſertim ſi, dotis loco, aliquid ab extraneo requiratur TREVTLER, *conſ. 37. n. 48.*

Qui dos ex feudo requiratur a filia dotata?

(mm) Accepi enim ita deciſum eſſe multoties: *quod pater etiam ex feudo Luſ. filiae iam dotatae atque elocatae adſignare poſſit dotem uel eandem adaugere.* Sententia *an. 1684. die* XXIII. *Martii* concepta eſt uerbis, quae ſequuntur: *daß Beklagter* N. *Lehensfolger Klægerin (als leiblicher Tochter des verſtorbenen Vaſallen) die ihr zukommende* legitimam, *das iſt den ganzen dritten Theil des Lehengutes* N. *oder deſſelben werthes auszuantworten ſchuldig. Widrigenfalls iſt Klægerin (ihres von ihrem*

C *Vater empfangenen* dotis *und genoſſener Ausſtattung ohngehindert) darein billig zu* immittiren *V. R. W.* Et licet pars rea ab hac ſententia prouocauerit, poſt tamen, rectiora cliens doctus, nuntium miſit prouocationi. Neq; praeter rem cauſamque. Nam *primo* decretum clientelare in Luſatia in arbitratu ponit teſtatoris, utrum ex feudo filiabus *legitimam*, dotis loco, uelit adſignare. Lex uero abſolute et uniuerſim ſcripta ad filias innuptas ac indotatas non poteſt reD ſtringi. *Deinde* legitima ex Luſatiae feudis iuris meretur fauorem, ob cauſas in *diff. 4. litt. kk.* laudatas, adeoque illius limites potius proferri debent, quam contrahi. *Tum* iure etiam ciuili fieri poteſt, ut pater dotem olim datam augeat porro reddatque multis numeris ampliorem Dd. ad *l. 29. §. 2. C. de donat. ante nupt.* atque *Nou. 97. c. 2.* *Tandem* quoque alias cauſas legitima habet ex allodio, alias iterum ex Luſatiae E feudo. Tantum igitur abeſt, unam alteram tollere: quo eſt certius, filiae, *matris legitima* diuiti, ideo non iura negari ad *legitimam* ac *dotem a patre* petendam et acceptandam. Id potius ſtatuunt docentque iureconſulti, diuerſarum *cauſarum dotationes* inuicem neque tolli neque impediri FACHIN. *lib. 5. contr. 83.* BRVNNEMAN *conſ. 5. n. 95.* Sic filiam iure requirere a patre dotem: licet hanc ante acceperit F a ſtupratore, uolunt ſentiuntque BVRSATVS *lib. 2. conſ. 215. n. 12.* CACHERANVS *deciſ. 107.*

DIFFERENTIA VI.

Qui legitima ex pretio an feudi ipſius parte filiae debeatur?

De legitima feudi partu aut pretii.

COmmuni iure, ſiue *dos* ſit ſiue *legitima*, non fundi clientelaris *pars* debetur, ſed *pretium* illius (nn): aliter in Luſatiae feudis, quorum pars aliquoties adſignata eſt filiabus loco dotis aut legitimae (oo).

Qui legitima non ex feudi ſubſtantia, ſed pretio eiusdem debeatur?

(nn) Non legi iuris clientelaris conſultum, qui uelit, *legitimam filiabus ex ipſius feudi noui ſubſtantia deberi.* Contra id omnes docent, quod in numis, portione rite facta, tantum *ſolui* illis debeat, quantum pater aeris *impendit* in feudum, non quod *pretium* illud habeat, eodem demortuo. Ita patroni *legitimae ex feudo nouo* (exulis alias a iure communi) *Hartm.* PISTORIS *part. 2. qu. 38. n. 63.* CARPZOVIVS *part. 3. conſt. 9. n. 89.* Neque ſentire aliter licet cum *domini* cauſa tum *uaſalli* tum *filiae* ipſiusmet. Intereſt enim *primi*, ne feudum deferatur fœminis; ne diuidatur; ne diſſipetur: *alterius*, ne quod ipſi, patris inueſtitura, tributum, a filiabus temere eripiatur illisque plus tribuatur iuris in adrogatione feudi partis, quam ipſi conceditur uaſallo: *ultimae*, ne, exigendo partem feudi, dominum offendat fratremque excidatque omni iure legitimae reducaturque res ad rigorem et aequitatem Longobardici decreti. Quid enim ſi *frater ſoluere* recuſet, dicendo ſe nolle ſuo aere *emere* ſeuda; *dominus* autem alienationi in extraneum nolit conſentire? Nulla certe ſpes ſupereſſet filiae, quam in annuis feudi reditibus: quos tamen ipſe dominus liberare poteſt, ſi prohibuerit reſcripto, deminui uaſallo illos, ne eum oporteret uitam agere ſordidam indignamque. Et quid ſi filius, a ſorore in ius uocatus, feudum domino refutaret poſteaque dominus noua ipſum gratia eodem iterum donaret inauguraretque? His machinis opus non eſſet, ſi rationes, leges, decreta ſequeremur iuris communis ab HEIGIO *part. 1. qu. 25.* SCHVRFFIO *cent. 1. conſ. 24. n. 1.* BEVSTIO *adl. 31. ff. de iureiur. n. 874.* aliisque propugnati, quod etiam ſcripſimus ſuperius. Quae tamen omnia ex aduerſo ſe habent in iuribus feudorum Luſatiae.

Qui LEGITIMA filiabus debeatur ex ipſius feudi SVBSTANTIA aut parte? Reſponſa ſcabinorum Lipſienſium an. 1692.

(oo) Principio hanc differentiam muniemus forenſibus praeiudiciis, ita quidem factis: *ſucceſſorem feudalem obſtringi ad tertiam feudi partem adſignandam filiabus aut ſororibus neque liberari pretio eius oblato.* Ita SCABINI LIPSIENSES *menſe maio an. 1692.* reſponderunt in cauſa C. H. V. S. auf R. a S. requiſiti. "Hat einer "von Adel in der M. Ober-Lauſitz ſeinen "letzten Willen aufgerichtet, darinnen er "ſeine Schweſter zur Erbin aller ſeiner A Verlaſſenſchafft eingeſetzet und ihr hier-" über aus ſeinem Lehngut R. das dritte" Theil zur Ausſtattung vermachet. Da-" her ihr, ob die Schweſter die tertiam von" dem Lehngut ſelbſt oder nur den Wehrt" davon fordern mœge und, was diſsfalls" Rechtens, zu wiſſen verlanget. Ob nun" wohl vorgewendet werden mœgte, daſs" der Lehengüter Zertheilung verbothen:" Dieweil aber dennoch in der Ober-" B Lauſn. Lehens-Ordn. daſs der dritte Theil" der Lehngüter denen Schweſtern und" Tœchtern vermachet werden kœnne," deutlich verſehẽ, welches von dem bloſ-" ſen Werth nicht verſtanden werden kan," vielmehr daſs der Landes-Fürſt in die" Theilung damit gewilliget, daraus zu" ſchlieſſen: ſo iſt die Schweſter das drit-" te Theil von dem Lehengut ſelbſt zu ſu-" chen beſuget und mag den Werth da-" C von wieder ihren Willen anzunehmen" nicht gedrungen werden. V. R. W. Neque aliter antea conſulti FRANCOFVRTENSES, requirente eos H. C. v. W. Cuius reſponſi menſe Ian. 1681. concepti ſumma eſt haec: *daß* Caius *den dritten Theil des Lehengutes und nicht deß Werthes von ſelbem* H. C. v. W. *einzuræumen und abzutreten ſchuldig.*

Francofurtenſium ann. 1681.

Etiam praeterea ſententias accepi ſupremae curiae electoralis in D Luſatia: *quibus* TERTIA *feudi* PARS *filiabus nominatim adſignata.* Idque factum eſt *menſe Mart. die 23. an. 1684.* Neque praeter rem cauſamque.

Sententiae curiales im Churfürſtl. Ober-Amt an. 1684.

Principio enim illud ſemper eſt in oculis animisque habendum, quod olim uaſalli de *uniuerſi feudi* ſucceſſione *teſtari* potuerint per iura Luſatiae et indulgentiam MAXIMILIANI II. *die 9. m. Aug. an. 1576.* conceptam, *uſu* E probatam, quem docet BRVNNEMANNVS *conſ.* XXXIX. *n. 3. p. 305.* his quidem uerbis: *Ob wohl die* conſtitutio Max. II. *etwas zweiffelhafftig ſcheinen mœchte: ſo iſt doch derſelbe durch eine beharrliche* obſeruanz, *auch auf die* teſtamenta *und andere* mortis cauſa diſpoſitiones declariret *und unzehliche* teſtamenta *von Lehengütern in Ober-Lauſitz, nach der Zeit des allergnædigſten* priuilegii *gemachet und vor beſtændig ge-* F *halten worden.* Ex quo teſtimonio clara quidem eſt interpretatio uſualis. Eſt igitur IOH. GEORGII electoris *Nouella an. 1653.* concepta iuris *derogatorii* dicendumque, quod, ſublatis *teſtamentis* de *feudo uniuer-*

Rationes, Quod a) Luſatiae olim feuda teſtabilia,

DIFFER. VI.

uniuerſo, indulgentia *tertiae feudi partis* pro reliquiis habenda ſit paruis ex magno naufragio. Quod ipſum etiam ulterius firmatur hiſtoria clientelari, quod feuda olim *Luſatiae fuerint fœminea*: ut adeo, cum filiabus feudum uniuerſum quondam delatum, illis nunc *tertia* pars non debeat inuideri. Praeſertim etiam, quod totum feudum ipſis quondam tribuerit *lex*: cum *tertia* nunc pars tantum a teſtatoris pendeat arbitratu. Vnde regulae *iuris hermeneuticae* uolunt: ut, in ambiguo, interpretatio fiat, quo *minus* corrigatur *lex* uetuſtior; tollatur *ordinum* prouincialium priſtina *libertas*; iura deminuantur *foeminarum* olim in Luſatiae feudis celebrata; ruantque Luſatiae clientelae in iura Longobardica peregrina, a quibus tantopere fuerunt aliena. *Deinde* ſibi tribuat legislator, priſtini iuris corrector, quod non conceperit legem uerbis clarioribus. A-C deoque interpretatio etiam hic facienda aduerſus ſcribentem. *Praeterea* ne quidem hiſce argutiis ea in re opus eſt: cum ipſa legis uerba clara, certa, manifeſta, ſimplicia, abſoluta. Neque enim dicitur: *Wenn der Lebens-Mann keine Mænnliche Leibes-Lebens-Erben verlæſſet, wollen wir nachlaſſen, ſeine Tochter aus dem Leben ausſteuren zulaſſen*: ſed his uerbis utitur legislator: *wollen wir ihme nach-*D*laſſen von ſeinen Gütern zu Ausſtattung der Tæchter biß auf die* legitimam per ultimam uoluntatem *zu* diſponiren. Quae uerba ſtatuti cum abſolute poſita ſint, *von ſeinen Gütern zu* diſponiren, illa etiam accipi debent abſolute de ipſo *feudo*, non *von dem Werth der Güter*, pretio eius Dd. *ad l. 25. 69. pr. ff. de leg. 3.* *Hartm.* PISTORIS *part. 1.* A *qu. 33. n. 5.* FINCKELTHAVS *obſ. 18. n. 11.* Tandem ſi uerum eſt, ſtatuti unam partem explicari debere per aliam Dd. ad *l. 5. C. de LL.* atque *l. 7. pr. ff. de leg. 1.* neque legum peregrinarum, quales Latii ſunt et Longobardiae, adhibendas rationes peregrinas MEVIVS *pr. ad ius Lubec.* FINCKELTHAVS *obſeru. 18. n. 12. dn. praeſ.* ſigillatim in *Luſat. feudis diff. 3. litt. bb.* omnia fere corruunt, quae ab aduerſa parte urgeri ſo-B lent, curandum eſſe, ut ſtatuta exigantur ad Latii amuſſim et ne peregrina Romanorum et Longobardorum iura laedantur. Quoniam ultima iuris axiomata illos tantum habent patronos, qui non expendunt, ſtatuta Germaniae, iuris peregrini receptione eſſe antiquiora neque ideo ſublata aut arctioribus conſtricta limitibus, quod late confutauit *dn. praeſ. in iuris Rom. et German. differentiis pr. litt. bb.* Ad ex-C tremum in Luſatiae feudis omnia illa deſunt, quae *legitimae, parte feudi praeſtandae*, ſolent obeſſe in iure communi. Non enim habet, de quo hic conqueratur *dominus*, quem alias oportuerat in feudi ſucceſſione admittere fœminas et teſtamentarios heredes: neque *uaſallus*, quem alias filiae et ſorores poterant a ſucceſſione feudi excludere, quique feudum aere ſuo acquirit *alienabile*: neque dubitare filia poterat de ſuo poſtulato, quoniam domini conſenſus in eius praeſtanda legitima et ipſe eſt legitimus. Vt adeo nihil porro obeſſe uideatur, quo minus illud uerum eſſe, dicamus: *ob legitimam filiabus et ſororibus feudi ipſius partem aliquam deberi, necquicquam uero obligari illas ad accipiendum eius pretium.*

b] hereditaria,

c] lege delata filiabus,

d] interpretatio aduerſus ſcribentem,

e] nefas diſtingui, quae dicta abſolute,

DIFFER. VII.

f] ſtatutum ex ſtatuto explicandum,

g] nullius ita laeditur intereſſe.

DIFFERENTIA VII.

Qui ſororis etiam legitima ex Luſatiae feudis triens?

COmmuni iure *ſororis* legitimam mallem eſſe *quartam* (pp): in Luſatiae autem feudis *tertiam* eſſe, ipſa uerba iubent legislatoris (qq), filias ſororesque uno eodemque habentis loco.

Sororis legitima num quarta aut tertia?

(pp) Quamuis enim Iuſtinianus in *Nou. 18.* adauxerit liberorum legitimam a *quadrante* ad *trientem*, aut, ſi quinque liberi, ad *ſemiſſem*: tamen utrum idem ad legitimam fratrum ſororumque trahendum, de illo quidem non Iuſtinianus diſpoſuit, ſed requirere tamen hoc ſolent doctores forenſes. *Negantium* certe caſtra ſequimur. Idque propterea, quoniam *primo* liberorum legitima naturae eſt, ad quam F prouocat nouella, non fratrum, non ſororum: *deinde* liberi cum acquirant patri, ideo haec etiam cauſa exigit, ne paternae hereditatis portio uel negetur illis, uel iuſto parcius tribuatur, quod iterum E dici nequit de fratre ſororeque: *tum* obſequia, demiſſio, cultus, honor aliaque a liberis patri praeſtanda exigunt, ut legitima eorundem liberaliorem habeat menſuram: *tandem* eo etiam pertinent alimentorum uincula, quibus, patri egeſtate preſſo liberi obſtringuntur, a quo onere perſonae aliae immunes, ut tantum in legitima non mereri uideantur fa-F uorem: *denique* fratris et ſororis legitima non fauoris eſt, ſed odii aduerſus infamia notatos heredes, ſed intendiſſe hoc odium *nouellam 18.* quaeſo quis dixerit? *ad extremum*, ſi in cauſa forenſi ſentientium numeri ualent, etiam hos conduxe-

Qui ſororis legitima ſit quadrans hodieque.

re RITTERSHVSIVS *p. 6. c. 5. n. 11.* STEPHANI *ad nou. 18.* NATTA *conſ. 478.* AFFLICTIS *deciſ. 204.* aliique.

Qui ſororis etiam legitima triens?

(qq) Coniecturae, quibus utimur, ad probandum; *ſororis etiam legitimam ex Luſatiae feudo eſſe trientem:* hiſce rationibus nituntur. *Primo* quoniam decretum clientelare Luſaticum 1653. coniungit cum *ſororibus filias* uno eodemque loco, iure, contextu: *deinde* eo tempore, quo legislator ſcripſit, Saxonicae curiae opinionem contuitae ſunt, etiam *ſororum* legitimam adauxiſſe ad *trientem* usque NOVELLAM 18. unde colligendus eſt animus legislatoris: *praeterea* ſororis *legitimae* non uniuerſim mentio fit, uerum *nach Art und Weiſe der in denen gemeinen Sæchſiſchen Rechten* obſeruirten legitimae, quae eſt etiam *triens* intuitu ſororis: *tum* habet quoque de *ſororis triente* ex Luſatiae feudis reſponſum ſingulare a FRANCOFVRTENSIBVS conceptum menſe *Ian.* an. 1681. B. STRVKIVS *de ſucceſſ. ab inteſt. diſſ. 3. cap. 2. §. 18. p. 230. tandem* etiam in uicinia Luſatiae, Sileſia, in mores iuit *triens* in legitima ſororis SCHICKFVSIVS *de feud. Sileſ. cap. 7. §. 17.* ad *extremum* ſententias taceo in Luſatiae curiis de *ſororum triente* conceptas et ELECTORALE de ſororum *triente* reſcriptum die 3. Mart. (23. Febr.) an. 1682. authenticae deciſionis loco, promulgatum.

DIFFERENTIA VIII.

Num legitima ex feudo iura accipiat allodii?

De legitimae indole feudali?

COmmuni iure *legitima* debet eſſe libera atque loco allodii (rr): uerum *Luſatici feudi* portio *legitima* permanet in *nexu clientelari* (tt). Vt adeo filiabus conſultum magis ſit, malle *numos*, quam feudi ipſius *trientem.*

Qui legitima eſſe debeat libera?

(rr) Ne ſcilicet, quod una manu datur nomine *legitimae*, eripiatur iterum altera ſub praetextu *grauaminis, oneris, nexus clientelae.* Claris uerbis *l. 30. 32. 36. §. 1. C. de inoffic. teſtam.* MOLINA *lib. 2. de primog. cap. 1. 13.* HARPRECHTVS *de duabus quartis tract. 2. c. 6. dn. praeſ. in legitima exule ex fideicommiſſis familiae cap. 5. §. 3. litt. ff.* Vnde facile eſt ad intelligendum, neque ex feudo nouo legitimam permanere in nexu clientelari, ut potius iura conſequatur allodii.

Qui legitima in nexu maneat clientelari?

(tt) Licet igitur *filia ſororque* ex Luſatico feudo, legitimae loco, accipiat *tertiam* partem: illa tamen in nexu permanet iuris beneficiarii. Nam *primo* uniuerſim inſtituta clientelaria uolunt, ut, ſi quis uaſallus de feudi parte pro lubitu diſponere ſibi reſeruet, *biß auf einen gewiſſen Lebenſtamm in dem Gut freye Hænde zu haben*, illa tamen ea propter non induit indolem allodii SCHRADER *de feud. part. 7. c. 2. n. 13.* CARPZOVIVS *lib. 6. reſp. 80. n. 9. Deinde* licet foemina Luſatiae feudum acquirere poſſit, ideo tamen nequit, maſculinum feudum uertere in hereditarium aut foemineum: quod oſtendit *dn. praeſ. in Luſat. iur. differ. 9. litt. ss.* Praeterea poſt duo eiusdem decreti ſingularia, ſcilicet 1) legitimae ex feudo antiquo et 2) trientis feudi ipſius: tertium credi temere nequit, nempe 3) uerſio trientis feudalis in allodium, quod in alio caſu arguit CARPZOVIVS *part. 3. deciſ. 206. n. 13.* idem *lib. 2. conſiſt. tit. 6. def. 104. n. 11.* idemque *part. 2. deciſ. 29. n. 15. atque deciſ. 33. n. 9.*

DIFFERENTIA IX.

An legitimae quantum explorari debeat ſub haſta?

De indagatione quanti legitimae.

IVre communi legitimae *quantum* indagari et exquiri ſolet publica eaque uoluntaria *ſubhaſtatione* (uu): moribus Luſatiae rectius fieri id ſolet boni uiri iudicio pretiique priuata aut publica impoſitione (xx).

Qui legitimae quantum ſubhaſtatione exquirendum?

(uu) Licet enim *ſubhaſtatione* tantummodo in aliquibus rebus opus ſit, ſcilicet *pupillorum, minorum, fiſci, eccleſiae, uniuerſitatum*, ne ſcilicet minori ueneant pretio, quam habent: aliis autem aeſtimatio boni uiri aut iudicis ſufficere ſatisque debeat eſſe, neque temere ad ſubhaſtationem deueniri. Quod ſi tamen *creditor* rem, iudicio arbitrorum aeſtimatam, in ſolutum uel accipere recuſet uel de iuſto maioris aeſtimatione conqueratur: *ſubhaſtatione* omnino opus eſt, quae tum creditori, cuiuscunque is ſit generis, nequit denegari PHILIPPI *de ſubhaſt. cap. 3. ſect. 12. n. 13. 14.* COLERVS *in proceſſ. execut. part. 3. c. 9. n. 55.* Et uero *legitima* debetur inſtar *crediti* aeris alieni. Vt adeo dubium non ſit, *haſtae* tum locum fore, ſi *actor legitimae* cauſas habeat conquerendi de pretii iuſto uilioris impoſitione rerum heredita-

reditariarum, quarum computatione ante eſt opus, quam legitimae quantum poteſt definiri.

Qui legitimae exploratio fieri non debeat per haſtam?

(xx) Praeeant ſua deciſione *ſcabini* LIPSIENSES *menſe Octobr. an. 1675.* edita uerbis, quae ſequuntur: *und ſeyd ihr*, de Luſatiae feudo ſermo fuerat, *durch vereydete* taxatores *die von Eurem Vater hinterlaſſene Lehen-Güter, des dritten Pflicht theils halben, in einen Landüblichen Anſchlag bringen zu laſſen, verbunden. Principio* enim parcendum forte dignitati ſucceſſoris: *deinde* cum integrum ſit filiae,

A pretii loco, feudi ipſius requirere trientem, quod oſtendimus in *diff. VI. litt. oo.* facilius lites aeſtimationis euitantur: *tum* in caſu ſubhaſtationis uoluntariae maiorem fidem meretur *taxa iudicialis*, quam *haſta*, quoniam licitatores operas et impenſas facere nolunt, cum uideant, utrasque ludi remque eum habere exitum, ut uaſallus tanti redimat *trientem*, quantum ſibi pretium propoſuit ultimus licitator: *taceo* quoque tempora eſſe poſſe, ubi res emtores habeat pretii iuſto nunc maioris iterumque minoris.

DIFFERENTIA X.

Qui dos ex feudo ſoluenda filiae in caelibatu?

De iure caelibis in petenda dote.

Communi iure *dos*, quantumuis promiſſa, non debetur ex feudo, niſi *poſt nuptias* (aa), filiae enim *caelibi*, eius loco, interea erogantur *alimenta:* contra ex Luſatiae feudis, quod *dotis* loco eſt adſignatum, ſine ullo diſcrimine etiam *innuptis* et *caelibatui* deuotis illico eſt numeranda, aut ob moram uſurae ſoluendae a feudi ſucceſſore (bb). Quippe eius generis *dos* imaginem habet *legitimae* eiusque iurium: ut etiam a caelibe, innupta, uiduaque in quemuis alium poſſit transferri (cc).

Qui dos, licet promiſſa, negetur innuptis?

(aa) Nam *Romano* iure, quod etiam ſequimur in feudis, ſi *opes* deſint *allodii*, dos, etiam *promiſſa*, adnexam habet conditionem: *ſi matrimonium fuerit ſecutum.* Claris uerbis VLPIANVS *in l. 21. ff. de iure dot.* reſpondet: *ſtipulatio* dotis *habet in ſe* conditionem; *ſi nuptiae fuerint ſequutae. quamuis* non *ſit expreſſa.* Nuptiis *igitur* deficientibus *deficit obligatio.* Idem fere legitur in *l. 48. pr. ff. de iure dot.* Neque enim dos ſine nuptiis poteſt exiſtere: *ubicunque igitur matrimonii* nomen *non eſt, ibi nec* dos *eſt*, uerba ſunt *l. 3. ff. de iure dot.* Adde *l. 24. C. de nupt.* atque §. *ſi quis I. de nupt.* etiam *l. 71. §. 3. ff. de condit. et demonſtr.* Baldus de BARTHOLINIS *de priuil. dot. c. 76.* MENOCHIVS *lib. 4. praeſ. 146.* Iuit igitur in mores etiam feudales, ut *filiae* pauperi dos tum demum ſoluatur, cum iniuerit matrimonium, interim eidem dentur alimenta neceſſariaq; ad uictum et cultum CARPZ. *part. 2. conſt. 46. def. 20. atq; part. 2. dec. 72. n. 15. Hartm.* PISTORIS *part. 2. qu. 37.* Si ergo moreretur innupta, eius generis dotem ad heredes nequit transmittere: ſed tum feudi ſucceſſor ab eius praeſtatione omnino liberatur RAVCHBAR *part. 1. qu. 38. n. 2. Petr.* HEIGIVS *part. 1. qu. 31. n. 10.* Quoniam hoc caſu dos aeſtimari ſolet uirgula ac iure alimentorum GAILIVS *lib. 2. obſeru. 88. n. 13.* COLERVS *de aliment. lib. 2. c. 12. n. 44.* Atque his iuribus occupati LIPSIENSES SCABINI menſe *maio anno 1692.* pronuntiarunt: *quod ſoror ex Luſatiae quoque feudis ſibi adſignatam dotem ante rogare et exigere nequeat, quam iniuerit matrimonium, daß die Schweſter den ihr zur Auſteuer vermachten dritten Theil*

B *aus dem Lehen-Gut eher nicht, als bis ſie ſich verebeliget zu ſuchen befuget.* Quos altero menſe poſt an. 1692. ſequuti ſunt in eodem caſu WITTENBERGENSES. Noſtro iudicio utrique minus recte ob neglectas patrii iuris a communi *differentias.* Qua de re iamnunc erit agendum.

Qui dos ex Luſatiae feudis etiam debeatur filiae caelibi?

(bb) Illud igitur probandum nunc eſt, *dotem ſiue ſororibus ſiue filiabus, ex Luſatiae feudis adſignatam a teſtatore, deberi* C *illico, innuptis, etiam deuotis caelibatui.* Neque hic ſine ratione manifeſta a ſententiis aliorum ſumus alieni. *Principio* enim illud uerum eſt, dotem, *legitimae* cauſa legatam adſignatamque ex iure quoque aeſtimandam eſſe *legitimae*, quae neque grauamen patitur neque conditionem neque moram *l. 30. 32. 36. §. 1. C. de inoff. teſtam.* MANGILIVS *de imputat. in legitimam quaeſt. 17.* S. STRYKIVS *de caut. teſtam. c. 17. §. 15.* D Et BARTHOLVS *ad l. qui negotiationem 58. §. pupillae ff. de adminiſt. tut.* clare decidit: *quod ſi pater* DOTEM *abſolute legauit*, STATIM *debetur, ſi non eſt maior* LEGITIMA. *Petitur illa, non expectato tempore nubili.* Idem dicit *Baldus de* BARTHOLINIS *de dotis priuilegio LXXVI. p. 90. 91.* Tum enim *nuptiae* non cauſa, ſed *modus*, qui legatum neque ſuſpendit neque extinguit: quamuis, *conditionis* loco, habe- E ri queat in *contractu.* Imo in dote *abſolute* legata, ſi fingi non poteſt legitima, fingatur ſimplex donatio bonae mentis ad pium uſum BALDVS *ad l. generaliter 52. C. de epiſcop. et cleric.* Supra autem diximus, quod legata ex feudis Luſatiae ſint inſtar *legitimae*, ſiue *uerba* attendas *legislatoris, nach Art und Weiſe der in denen*

DIFFER. X.

gemeinen Sæchſiſchen Rechten obſcruirten A
legitimae, ſiue *cauſam*, quoniam olim feu-
da Luſatiae fuerant *hereditaria foeminea-
que*, ut legata eius generis pro reliquiis
omnino habendae naufragii in ſucceſſio-
ne, quod oſtendimus *in differ. 2. litt.
ee.* atque *litt. ff.* *Praeterea* ipſius *uo-
cabuli ausſtattung* ſeu legati ex feudo *zu
Ausſtattung ſeiner Tæchter ſignificatus* eſt
generalis, ut non ſolum *dotem ein Heu-
rathgut* pro fine habeat; ſed etiam uniuer- B
ſim *ſtatum*, ut queat uiuere filia cum di-
gnitate et adparatu. Dicimus enim Ger-
mani *ausſtattung*, etiam de filiorum *apa-
nagio*, *von dem gehalt eines Sohnes*, de ſe-
paratione liberorum, *von der Abtheilung*,
Abfindung mit den Kindern; unde formu-
la: *ſeine Kinder haben alle ihre Ausſtattung,
Abfindung*; de liberorum emancipatione,
*wenn die Kinder auſſer der Væterlichen
Gewalt geſetzet werden*; de paterno auxi- C
lio impenſisque ad militiam in toga et ſa-
go *hat er ſeinen Sohn wohl ausgeſtattet, mit
aller Nothdurfft zu ſeiner Einrichtung ver-
ſehen.* Vt adeo mallem, uerbi *ausſtattung*
ſignificatum *generalem*, quam ſpecialem
dotis aut *nuptiarum*. Quod ſi enim ulti-
mum uoluiſſet legislator: clarius dicere
potuiſſet, *zum Heurathgut ſeiner Tochter
und Schweſter.* Neque eſt, quod dicat
pars aduerſa; in *dubio* tamen liberandum D
eſſe feudi ſucceſſorem: id enim eſt, quod
in hoc genere Luſatiae feudorum negaui-
mus. Opinati, potius fauorem haben-
dum legitimae. *Porro* uerbi *ausſtattung*
dotalem ſignificatum eſſe uulgarem. Id
enim non ſolum negatur: ſed etiam ge-
neralis ſignificatus argumenta ſunt, cum
nefas ſit, filiarum legitimae addi, *ſi nu-
pſerint*, conditionem. *Praeterea* licet
haec lex communi iuri ſit aduerſa, idco E
tamen neque *arctiores* limites meretur ne-
que iuris *odium*. Non illud, quoniam haec
regula iuris in Germaniae foris eſt incon-
cinna, quod dictum in *differentia 2. litt. ff.*
neque *alterum*, quoniam priſtina feu-
dorum Luſatiae indoles potius ſuadet fa-
uorem, ut oſtenſum *in different. 2. litt. ff.*
Ceterum non extra oleas hic eſſe ui-
detur, reſponſum iuris, a patrono no-
bis communicatum, uerbatim in hoc ar- F
gumento addere. Eſt autem hoc: "Ob
"dergleichen Legitima und Vermæchtnis
"aus einem Lauſitziſchen Lehen-Gut ei-
"ner noch unverheyratheten Töchter o-
"der Schweſter ehender als biſs ſie ſich
"verheyrathet, abgeſtattet werden dürffe?
Negatiue reſpnnderunt ſcabini *Lipſienſes*
ad interrogationem Sempronii *zu Budiſſin*
in cauſa "C.H. vnn S. zu Rammenau hin-
"terlaſſenen Teſtaments, und ſeiner über- G
"lebenden unverheyratheten Schweſter
"zu ihrer Ausſtattung, tituln inſtitutio-
"nis hinterlaſſenen und ausgeſetzten drit-
"ten Theils vom Lehn-Gute Rammenau

Ausſtattung uerbi ſignificatus.

Adpendix reſponſi num dos debeatur innuptae ex feudis Luſatiae.

1] *Lipſienſium an. 1692.*

A M. Maj. an. 1692. Zum andern, und auf"
die Frage ſprechen wir: Obwohl das Be-"
nefic. L. ult. C. de Ed. D. Hadr. toll. auch"
in teſtamentis iudicialibus, wie von de-"
nen inſinuationen gnugſame Nachricht"
vorhanden, ſtatt hat, und ſolches hier"
zu finden, dieſemnach, daſs auch der"
Schweſter, ſich deſſen zugebrauchen,"
unbenommen, davor gehalten werden"
mœchte: Dieweil aber dennoch Teſtator"
B ſeiner Schweſter das dritte Theil des Gu-"
tes nicht ohne Unterſcheid ſondern zur"
Ausſtattung vermacht, ſolches aber pro"
inſtitutione pura nicht zu achten, ſon-"
dern die Bedingung, wenn ſie zur Hey-"
rath ſchreitet, in ſich hælt, demnach be-"
vor ſie erfüllet, das benef. d. l. ult. nicht"
ſtatt, noch ſie ſich einiges Rechtes an dem"
feudo anzumaſſen hat, nach mehrern"
Inhalt der Beylage und eurer Frage; So"
C iſt die Schweſter zwar das dritte Theil"
von dem pretio ſelbſt, iedoch nicht eher,"
als wenn ſie ſich verehliget, zu ſuchen be-"
fugt, des *L. ult. C. de Ed. D. Hadr. toll.* hat"
ſie ſich mit Beſtande nicht zu gebrauchen."
Similiter etiam reſp. ICti Wittebergenſes
ad eiusd. Sempronii interr. M. Aug. 1692.
Quanquam pro *negatiua* facere uideatur.
quod dos promiſſa ſemper *conditionem* ha-
beat annexam, *ſi matrimonium fuerit* ſecu-
D tum, per *l. plerumque 10. §. ſi ante 4. l. 21. et
48. ff. de iur. dot.* et dos ſine matrimonio ne-
queat exiſtere, §. *ſi quis aduerſus I. de nupt.
l. 3. de iur. dot. l. ſancimus. 24. C. de nupt.*
proindeque dotis debitum, conditione
nuptisrum deficiente, plane fiat irritum,
l. Titio 71. §. 3. ff. de condit. et demonſtr.
CARPZ. *P. 2. C. 46. d. 20.* ubi dicit, quod hac
conditione nondum exiſtente filiae in do-
te conſtituta nec intereſſe, nec aliud quic-
E quam iuris ſibi queant arrogare *et P. 2. Dec.
72. n. 15.* ubi porro dicit, quod hoc caſu, loco
uſurarum, certa filiabus adſignetur pecunia
ex feudo ſoluenda, unde, priusquam nu-
pſerint, ſuſtentare ſe queant. *Affirmatiua*
tamen uerior eſſe uidetur, per trad. CARP-
ZOV. *d. P. 2. C. 46. D. 22. n. 1.* ubi dicit, quando
pater dotem in uicem legitimae per teſta-
mentum filiae relinquit, tum conditio-
nem, ſi nupſerit, exſpirare, et uelut purum
F ac ſine dilatione debitum cenſeri per *l.
quoniam in prioribus 32. C. de inoff. teſtam.*
ubi *n. ſeq. 2. et 3.* in terminis dicit, quia le-
gitima ex feudis nouis et emtitiis hodie in
ditionibus electoratus Sax. filiabus debe-
tur, ſi nimirum pretium eorum allodium
patris abſumſerit, uel maiorem eiusdem
partem aequauerit, prout ſancitum in
*conſt. elect. publice non edita: Ob Tæchter
aus unverkaufften Lehen-Gütern legitimam*
G *zu fordern haben*? Hinc dotis iſtius, uelut
legitimae uicem ſuſtinentis et pure debi-
tae, emolumentum ad heredes, quos filia
inſtituit, uel ab inteſtato reliquit, non im-
merito pertinebit, etiamſi mors matrimo-

nium

DIFFER. X.

2] *Wittebergenſium ann. 1692.*

3] *Iureconſults patrii an. 1692.*

Rationes dubitandi.

Rationes decidendi.

DIFFER. X.

nium filiae praeuenerit, ſec. *Andr.* RAVCH-
BAR. *P. 2. qu. 38. n. 43.* "Welches denn
"diſsfals vors andere um ſo viel mehr ſtatt
"finden wird, weil nicht allein die Ober-L.
"Lehens-Ordn. de an. 1653. §. wir wol-
"len etc. ſo wohl einem Bruder als einem
"Vater ausdrücklich nachlæſſet, wenn er
"keine Mænnliche Leibes-Erben verlæſt,
"zu Ausſtattung der Tœchter und Schwe-
"ſtern, von ſeinen Lehen-Gütern nach art
B "und weiſe, der in gemeinen Sæchſ. Rechtẽ
„obſeruirtẽ legitimae per ultimam uolun-
„tatem zu diſponiren. Welche art u. vvei-
„ſe der gemeinen Sæchſ. Rechten obſeruir-
"ten legitimae darinnen beſtehet, daſs das
"quantum legitimæ, wann der Kinder nicht
"über 4. ſind, gleichwie de iure ciu. den 3ten
"Theil des hinterlaſſenen Vermœgens er-
"ſteiget, u. daſs dieſe legitima per teſtamen-
"tum relicta, denen Tœchtern nicht ſub
C "conditione, ſi nupſerint, ſondern tanquam
"pure relicta abgefunden werden müſte, u.
"ſo gar ad heredes filiae allodiales etiam ab
"inteſtato tranſeat, ſondern auch vors drit-
"te der ſeel. Bruder, Herr Chriſtian Hein-
"rich von Seidewitz auf Rammenau, in
"ſeinem teſtamento den dritten Theil ſei-
"nes hinterlaſſenen Lehn-Gutes Ramme-
"nau ſeiner Fraulein Schweſter zu ihrer
"Ausſtattung, vermœge hieſigẽ Lande ein-
D "geführter Lehns-Ordnung, titulo inſti-
"tutionis, und zwar mit nachfolgenden
"Worten: daſs ſie ſolches ohne mænnigl.
"Eintrag, Zu-und Anſprüche vor ſich be-
"halten, und damit, als mit ihrem Eigen-
"thum ſchalten und gebahren ſolle,
"zugeeignet hat. Welchemnach auf die
"angeführte rationes dubitandi leicht ge-
"antwortet werden kan. Illam ſic tum
demum procedere, niſi aliae circumſtan-
E tiae arguant, dotis legatum eſſe purum, per
tradita CRAVETTAE *Conſ. 107. n. 2.* ME-
NOCH. *conſ.* 251. *n.* 31. quos refert et ſequi-
tur BRVNNEM. *ad L. dotis 31. §. 4. ff. de iur. dot.*
quemadmodum etiam ius illud regulare in
terminis limitat CARPZOV. *d. P. 2. C. 46.*
D. 22. n. 1. quando ſc. pater filiae in teſta-
mento reliquit dotem in uicem legitimae
et in tr. de oner. uaſ. feud. dec. 3. poſ. 5. n.
28. ubi dicit, legitimam non admittere
F conditionem, ſi nupſerit, per *Nou.* 115. *c.* 3.
ac proinde fieri non poſſe, ut tale lega-
tum non ſit purum et ad heredes tranſito-
rium, per *l. quoniam in prioribus* 32. *C. de
inoff. teſtam.* MANTICAM *de coniect. ult.
uol. l. 4. t. 3. n. 25.* RAVCHBARVM *d. qu. 38.
n. 35.* non obſtante, *daſs* Carpzouius *und die
von ihm* allegirten doctores *nebſt* MENO-
CHIO *d. conſ.* 251. *n.* 31. *allein* de dote per
teſtamentum a patre relicta filiae *dieſe*
G praeſumtion, quod pure relicta cenſeatur,
ſtabiliren. *Denn weil die Ober-L. Lehens-
Ordn.* in hoc caſu *einem Sohne, ſo keine
Mænnliche Leibes-Erben hat, eben diejenige
Macht von ſeinen* feudis paternis pro elo-
catione filiae, ſecundum naturam et for-

Diſſolutio aduerſae partis argumentorum.

A mam legitimae de iure comm. Sax. obſer-
uatae *zu* teſtiren, conferiret, *welche einem
dergeſtalt ohne mænnliche* Deſcendenten
*ſterbendem Vater mitgetheilet wird, ſo iſt
auch von des Sohnes* Teſtamento de eloca-
tione ſororis diſponente, *eben dieienige*
praeſumtio elocationi pure ſorori relicta
zu concipiren, *welche die* Dd de eiusmodi
diſpoſitione patris concipiret *haben. Und
dieſes hat in gegenwærtigem Fall umb ſo viel*
B *weniger Zweifel, weil unſer* Teſtator *aus-
drücklich verordnet hat, daſs ſeine überle-
bende Frl. Schweſter, dieſen ihr* pro eloca-
tione, titulo inſtitutionis aſsignirten *drit-
ten Theil, ohne mænnigl. Eintrag, Zu-und
Anſpruch vor ſich behalten, und damit als
mit ihrem Eigenthumb ſchalten und gebah-
ren ſolle. Inmaſſen denn niemand zweifeln
wird,* quod elocatio tam per filium ſorori,
quam per patrem filiae de feudo iure con-
C ſtitui poſſit. Dat. *den* 12. Iul. an. 1692. *Es
haben zwar die Hrn.* ICti WITTEBER-
GENSES, *als ſie* ſuper praecedente quae-
ſtione *ex facto emergente, gefraget worden,*
pro *negatiua* reſpondiret, *wie zu ſehen aus
dem folgenden* Reſponſo: Hat ein unver-
ehlichter junger von Adel Seidewitz von"
Rammenau, von 17. Jahren in der Ober-"
Lauſitz ſeine Schweſter zur Erbin ſeiner"
gantzen Verlaſſenſchafft in Dreſsden, in-"
D gleichen des dritten Theils an dem nach-"
gelaſſenen Lehngute zu ihrer Ausſtat-"
tung, vermœge ſelbiger Lande einge-"
führten Lehens-Ordn. vor denen Ge-"
richten zu Camentz eingeſetzet. Als"
nun der Teſtirer Todes verfahren, will"
hierüber, ob angeregter dritter Theil, ge-"
dachten Teſtirers Schweſter vor getrof-"
fener Heyrath auszuantworten, Zweifel"
entſtehen, nach mehrern etc. Wann"
E nun gleich an ſeiten der überlebenden"
Schweſter vorgewendet werden mœch-"
te, 1) daſs der Teſtirer in dem aufgerich-" (1.)
teten Teſtamente, ſo viel den gedachter"
ſeiner Schweſter an dem Lehn-Gute"
nachgelaſſenen dritten Theil betrifft, ſich"
auf ſelbiger Lande eingeführte Lehns-"
Ordn. ausdrücklich beziehe, darinn aber,"
daſs einem Bruder nicht weniger als ei-"
nem Vater, wenn er keine Mænnliche"
F Leibes-Lehens Erben verlæſſet, von ſei-"
nen Gütern zu Ausſtattung ſeiner"
Schweſter nach art und weiſe der in de-"
nen gemeinen Sæchſiſchen Rechten ob-"
ſeruirten legitimae per ultimam uolun-"
tatem zu diſponiren nachgelaſſen ſeyn"
ſolle, mit deutlichen Worten geordnet,"
geſtalt denn derer Brüder legitima an ei-"
nem Theil bewæhrter Rechts-Lehrer"
Meinung nach, an und vor ſich ſelbſt mit"
G einem onere füglich nicht beleget wer-"
den mœchte VASQV. *de ſucceſſ. tit. de te-
ſtat. potent. l. 1. §. 10. n. 266. 268. Franciſc. de*
BARRY *de ſucceſſ. lib. 16. tit. 10. n. 2.* andern" (2.)
Theils derer Kinder Pflicht-Theil diſs-"
falls gleich geachtet, inſonderheit wenn"
an

DIFFER. X.

WITTEBERGENSIVM.

Rationes dubitandi

DIFFER. X.

"an ſtatt deſſelben ein Vater im Teſtameut
"der Tochter die Mitgifft geordnet, ſelbige
"diſpoſition pro pura gehalten werde,
"worzu komme, daſs gemeldter Teſtirer
(3.) ' angezogenes dritte Theil gedachter ſei-
"ner Schweſter titulo inſtitutionis hono-
"rabili, auch dergeſtalt, daſs ſie ſolches oh-
"ne mænnigliches Eintrag, Zu-und An-
"ſprüche, vor ſich behalten, und damit,
"als ihrem Eigenthum ſchalten und ge-
"bahren ſollen, beſcheiden, bey welcher
"Bewandtniſs um ſo viel deſtomehr es das
"Anſehen gewinnen wolte, daſs mehr-
"berührter Teſtirer keines weges obiger
"Verordnung eine gewiſſe Bedingung an-
"zuhencken, und dadurch ſelbige zu diſ-
"feriren, ſondern allein den in obange-
"führter Lehens-Ordnung enthaltenen
"Zweck anzuzeigen gemeinet geweſen:
Rationes decidendi. "Dennoch aber und dieweil vermœge ge-
"meiner Kæyſerl. Rechte die Mitgifft mit
(1). "der Ehe dergeſtalt verknüpffet, daſs bey
"Verſprechung angeregter Mitgifft ieder-
"zeit dieſe Bedingung, vvenn die Ehe er-
"folgen vvird, mit zu verſtehen, alſo das
"Ehegeld immittelſt füglich nicht gefor-
"dert vverden mag, ſo vvohl, vvoſern
"angezogene Bedingung hinvveg fællet,
(2.) "gæntzlich verleſchet, geſtalt denn
"in gegenvværtigem Fall, des Teſtirers
"Meinung mit ausgedruckten VVor-
"ten dahin gehet, daſs der dritte Theil
"an dem nachgelaſſenen Lehen-Gu-
(3.) "te ſeiner Schweſter zur Ausſtattung
"geordnet ſeyn ſollen, ingleichem die
(4.) "Lehens Ordnung ſelbiger Lande dahin
"deutlich gerichtet, hierüber, was darinnē
"dieſsfalls von der legitima enthalten, al-
"lein von dem dritten Theil zu verſtehen,
"keines weges aber auf die übrigen ſonſt
"ſelbiger legitimae anhængigen Eigen-
(5.) "ſchafften, zu erſtrecken, da beſonders
"vor angezogene Lebens-Ordnung in
"dieſem Stücke denen gemeinen Lehen-
"Rechten zuwider lauffet, auch denen
(6.) "Lehens-Folgern zu nachtheil gereicher,
"und alſo umb ſo viel mehr einzuſchren-
"cken, ſo erſcheinet dannenhero ſo viel,
"daſs die Lehens-Folgere des Teſtirers
"überlebenden Schweſter den derſelben
"in dem aufgerichten Teſtament geord-
"neten dritten Theil des Lehen-Gutes vor
"ihrer Ausſtattung abzutreten, oder den
"Werth deſſelben zu erſtatten, nicht
"ſchuldig. V. R. W. M. Aug. 1692. Ich
"kan aber die von denen ICtis Witteb.
"vor ihre opinionen angeführten ratio-
"nes decidendi von ſolcher Erheblichkeit
"nicht befinden, daſs ich denſelben beyzu-
"pflichten mich bewegē laſſen ſolte. Denn
Repoſitio ad rationes adverſae partis. "ad 1) iſt die Antwort in meiner 1. ratione
"decidendi allbereit zu finden, daſs nem-
"lich die Nothwendigkeit der Verheyra-
"thung ad hoc, ut dos promiſſa peti poſſit
"et ſolui debeat, alsdenn ihren Abſall

A leyde, quando filiae dos relinquitur in"
uicem legitimae. Ad 2) wird geantwor-"
tet, es ſey vielmehr vermuthlich, daſs"
Teſtator der Schweſter, die er ſehr ge-"
liebet, die praeſtation ſolches Vermæcht-"
niſſes biſs zu ihrer Verheyrathung nicht"
habe ſuſpendiren, ſondern alsbald nach"
ſeinem ableben gereichet wiſſen wollen,"
indem er ſeine Schweſter, Jfr. Johannen"
Veronicen von Seidewitz zu einer uni-"
B uerſal Erbin ſeiner gantzen Verlaſſen-"
ſchafft und überbleibenden Vermœgens"
in Leipzig, ingleichen auch zum dritten"
Theil des Lehn-Gutes Rammenau zu ih-"
rer Ausſtattung, vermœge hieſigen Lan-"
des Lehns-Ordnung aufs kræftigſte in-"
ſtituiret und eingeſetzet, dergeſtalt und"
alſo, daſs ſie ſolches ohne mænnliches"
Eintrag, Zu-und Anſprüche vor ſich"
behalten, und damit, als mit ihren Ei-"
C genthum ſchalten und gebahren ſolle,"
und alſo hieraus unſchwer abzunehmen,"
daſs der Teſtator ſich der exception ad"
ius regulare habe conformiren wollen."
Ad 3). obgleich die Lehens-Ordnung,"
von der Ausſtattung redet, ſo diſponi-"
ret ſie doch, daſs das Vermæchtniſs zur"
Ausſtattung nach Art und Weiſe der"
Sæchſ. legitimen eingerichtet vverden"
mœge. Ad 4). die Lehens-Ordnung"
D redet nicht reſtrictiue, allein von dem"
dritten Theil, ſo der Tochter oder"
Schvveſter zu ihrer Ausſtattung verma-"
chet vverden ſolle, ſondern ſie tribuiret"
abſolutam facultatem, nach Art und Wei-"
ſe, h. e. ſecundum naturam, qualitatem"
et quantitatem legitimae in foro commu-"
ni Sax. obſeruatae zu diſponiren. Wel-"
che qualitas darinn beſtehet, vvenn die"
dotatio oder elocatio in uicem legitimae
E per teſtamentum hinterlaſſen vvird, daſs"
dieſelbe quoad proprietatem der filiae uel
ſorori absque reſtrictione ad tempus nu-
ptiarum, gebühre. "Ad 5) und obgleich
die Lehns Ordnung hoc in puncto denen"
gemeinen Lehens-Rechten zuvvieder"
laufft, ſo iſt doch dieſer Punct von dem"
Landes-Fürſten per preces durch die"
Herren Land-Stændte erbeten, und de-"
nen Herren Land-Stænden als ein be-"
F neficium ertheilet vvorden, und muſs"
derovvegen liberaliter interpretiret wer-"
den. Ad 6) die Herren Lehns-Folger"
haben dieſe Freyheit, als eines commu-"
nis beneficii ad preces ſuas a principe im-
petrati für ihre Kinder gleichſals zu ge-"
nieſſen, und derovvegen kan es nicht,"
als etvvas nachtheiliges angezogen wer-"
den, quando enim ex euentu dependet"
damnumue an lucrum res paritura ſit,"
G damnum attendimus *Hartm.* PISTORIS"
lib. 1. qu. 4. n. 25. COLER *deciſ. 57. n. 72.*"
adeo ut quando aliquid fauore quorun-"
dam et aliorum odio ſtatutum eſt, illa diſ-"
poſitio non odioſa, ſed fauorabilis dicatur,
ſec.

DIFFER. X.

DIFFER. XI. ſec. DECIVM *in l. Venia 2. C. de in ius uoc.* A CRAVETTAM *conſ. 118. n. 10. uol. 1.* et quod ſtatutum, ad iuris communis correctionem directo tendens, ſecundum ius commune interpretandum non ſit, tradit CEPHALVS *conſ. 137. n. 27. Hartm.* PISTOR. *T. 1. qu. 31. n. 30.*

Num ob debitam innuptae dotem uſurae praeſtandae?

(cc) Vtriusque momenta pendent ex deciſione ſuperiori. Si enim *dos* adſignata, loco *legitimae*, ſtatim illa debetur, quod adfirmauimus *notula* praecedente *litt. bb.* Tum certe debitor dotis conſtituetur in *mora* moraeque ſequela *uſuris* exſoluendis, ſique deceſſerit filia, dos non feudi ſucceſſoris erit, uerum ad filiae transmittetur DIFFER. XII. heredes *l. fundum per §. 1. ff. de leg. 1.* atque *l. ſi quis Titio ff. de leg. 2. Baldus de* BARTHOLINIS *dotis priuil. LXXVI. p. 90.* Quapropter hic locum non habet, quod dicitur alias, matrimonio nondum exiſtente legatae dotis loco a feudi ſucceſſore praeſtari alimenta CARPZOVIVS *part. 1. deciſ. 72. n. 15.* atque *part. 2. C. 46. def. 20. 22.* Vnde etiam fruſtra eſt cautela, quam B ſuggerit Luſatiae uaſallis MVHLPFORT *in iur. feud. caut. 18.* ut ſcilicet in dote filiabus et ſororibus legata uerba addant, *loco legitimae.* Vbi enim leges nobis proſpiciunt, ibi opus non eſt formulis et pactis.

DIFFERENTIA XI.

Quod legitimae genus ex feudo ſorori?

De legitima SORORIS ex feudo fraterno.

IVre communi nulla ex *feudo* legitima *ſorori* (dd): *Luſatiae* autem feuda id habent ſingulare, quod *uaſallus* etiam *ſorori legitimam* ex feudo queat ultima uoluntate deferre (ee), inuito, dolente ac recuſante licet feudi ſucceſſore eoque ſiue agnato ſiue extraneo ſiue domino ipſomet.

Qui legitima negetur ſorori?

(dd) Niſi quidem *turpis* ei anteferatur C in hereditate perſona *l. 27. C. de inoffic. teſtam.* Vbi uerba parum habent dubitationis: *Fratres uel ſorores contra teſtamentum fratris ſui uel ſororis de inofficioſo* (ob legitimae neglectum) *quaeſtionem mouere poſſunt, ſi ſcripti heredes* 1) *infamiae,* 2) *turpitudinis,* 3) *leuis notae macula adſpergantur.* Extra hos caſus *inanibus ſumtibus* ſe *uexant,* ſi fratres aut ſorores ſibi adrogare uolunt bonorum fratris *legitimam*, loquimur cum VLPIANO *l. 1. ff. de inoff. teſt.* Fratres tamen ὁμοπατρίυς intelligi, necquicquam ὁμομητρίυς, inculcat *Franc.* BROEVS *ad pr. Inſt. de inoff. teſt.* Ceterum ex *feudo* ſororis *legitima* exulat prorſus.

a) comparate,

b) prorſus et abſolute in feudis.

Neque enim ſolum leges nullae obſtringunt uel *fratrem*; ut *ſororem* in feudo inſtituat heredem uel agnatum aliumque *ſucceſſorem*, ut aliquam *fraterni feudi* portionem reddat *ſorori*: ſed etiam uix caſus E poteſt dari ſingique, ut, dignus *feudi* ſucceſſione et *honore* clientelari, hereditate *allodii* ſit *indignus.* Quamuis enim turpitudinis et leuis notae maculam aliquis facile incurrat, facto et hominum maleuola aut ſtulta opinione, quarum perſonarum claſſes magno numero recenſent MERLINVS *de legitima lib. 1. tit. 2. qu. 13.* MANGILIVS *de imput. legitimae qu. 112.* BARBOSA *ad. l. 27. C. de inoff. teſt.* illa tamen abſtergun- F tur muneris ſiue ciuilis ſiue militaris honore, in quo uerſantur omnino uaſalli. Vt adeo illi, qui ad feudi ſucceſſionem admittitur a principe, fruſtra, legitimae cauſa, a ſororibus aut fratribus defuncti aliquid ideo poſſit obiici aut obmoueri.

Num uaſallo obiici poſſit nota maculae aut infamiae?

Quo uinculo conſecutionis uſus eſt ordo ICTOR. *Halenſ.* menſe *maio an. 1713* concepta ſententia pro herede uaſallo maculae incuſato a fratre teſtatoris. Conuenit illa iudicio *Marq.* FREHERI *lib. 3. de infam. n. 14.* dum inquit: *Si princeps aliquem* (macula notatum) *ad officia ponit, aut in illis relinquit, quae integro homine digna: tum obiici et nequit infamia.* D *Quia princeps tum uidetur de illa diſpenſaſſe eoque maculam abſterſiſſe.*

Qui legitima inuito agnato, deferri queat ex feudo ſorori?

(ee) Adeo, ut ſequi oporteat feudi ſucceſſorem agnatum aut alium ea, quae teſtator ſorori, *legitimae* uerbo, ex feudis ultima uoluntate adſignauit. Verba decreti recitauimus *different. 1. litt. bb.* Ratio eſt haec: *quoniam olim Luſatiae feuda cum hereditaria fuerunt, tum teſtabilia*; igitur, hac indole ſublata ac uerſa in ſtatum duriorem, aequum uidebatur legiſlatori hac indulgentia mactare Luſatiae *uaſallos* et eorundem *ſorores. Illos* quidem, ut, cum olim teſtari libere poſſent, nunc teſtamento conſulerent tantummodo in adſignanda *legitima*: *has* autem, quoniam Luſatiae quondam feuda promiſcuae fuerunt ſucceſſionis, cuius loco habere nunc poſſent *legitimam.* Atque haec cauſa, quapropter facultas teſtandi de feudo reſtricta fuerit cum ad *legitimam*; tum ad *filias* ſolas *ſororesque.* Qua rerum ſtatu dubitare non poſſum: *quin fratri etiam in feudo nouo liceat eandem ſorori legitimam deferre teſtamento.*

a) antiquo,

b) nouo.

DIFFERENTIA XII.

Qui legitima non tam legis, quam facti?

De legitima TESTAMENTARIA.

COmmuni iure *legitima* ipſa *lege* eſt ſalua habetque inde *nomen* (ff): in Luſatiae autem feudis *legitimae* iura ab *ultima* demum uoluntate patris fratris-

DIFFER. XII.

fratriſque dependent, extra quam omnino *exulant* neſciunturque (gg). Quod *durum* certe, ſi *indolem* animo reuoces feudorum Luſatiae *foemineam* atque *hereditariam* (hh).

Legitimae ORIGO qui ex lege?

(ff) Notum eſt, quod olim liberi parentes arguerint *furoris* aut *dementiae*: ſiquidem non fuerunt heredes ex aſſe. Imperator itaque et honori parentum conſulturus et liberorum ſpei, *quartam* liberis adſignauit *partem*, qua ſi honorati eſſent, non poſſent mala uerba effundere aduerſus parentes, quam iuris hiſtoriam enarrauit CVIACIVS *lib. 14. obſeru. c. 14.* et in *lib. 3. c. 8.* Atque hac *lege* ſtatuta liberis *portio* exinde audiit *legitima* uel ſimpliciter, uel, ſubſtantiuo addito, *portio* uel *pars l. 8. §. quoniam ff. de inoff. teſtam.* Eſt igitur *legitima* eius generis portio, quae *lege* obuenit liberis non *facto*. Inſtar *tutelae*, quam lex pariter defert, legitimae.

Legitima qui pendeat a VOLVNTATE ſolius teſtatoris?

(gg) Non enim *lege* cogitur uaſallus *teſtator* ad relinquendum *filiabus* aut *ſororibus legitimam*. Verum id ei datur tantummodo, ut feudi ſucceſſorem ad eam ex feudo ſoluendam teſtamento, ſi uelit, poſſit obligare. Vnde uerba decreti *differ. 1. litt. bb.* exſcripti: *Wir einem Vater oder Bruder nachlaſſen zu ausſtattung der Tœchter und Schweſtern, nach art der* legitimae *zu* diſponiren. Imo haec teſtandi libertas neque ſemper datur uaſallo; ſed tum demum, ſi maſcula careat prole.

DIFFER. XIII.

Quid hic DVRITATIS in Luſatia?

(hh) Quod ſupra eſt dictum aliquoties probatumque teſtimonio BRVNNEMANNI ſuperius *differ. VI. litt. oo.* Licet neque alia deſint plura argumenta cum ex moribus Luſatiae priſtinis, tum ex illius uiciniae deſumtis conſuetudinibus. Eſt igitur in deteriorem ſtatum uerſa conditio *foeminarum* in Luſatiae feudis hac quidem legislatoris indulgentia. Scilicet cum olim ſuccederent in *feudis* ab inteſtato; nunc demum ſucceſſio pendere debet a defuncti arbitrio, uoluntate ac *teſtamento*. Deinde cum olim in *uniuerſo* ſuccederent: nunc inhabiles ſunt in ſuccedendo, niſi in ſolo *triente*. Sed ut omnia fere genera feudorum in Germaniae prouinciis ruere oportuit ſubinde in deterius, idque uel ſtupore clientum prouincialium uel iuris peregrini glaucomate uel principum cupidine habendi: ita ſocios habuiſſe ſat eſt, ſi deſit ſolatium aliunde.

DIFFERENTIA XIII.

Num legitima poſſit augeri?

De AVGMENTO legitimae ex feudo.

COmmuni iure uerum eſt, patrem *filios* onerare non poſſe, ut *filiabus legitimam* ſoluant ex *feudo* iuſto *maiorem* (ii): uerum *Luſatiae* inſtituta *patri* liberiores indulgent manus *dantque* eius arbitratui, ut *filiarum legitimam* ex feudo etiam adaugere queat *ultra trientem*, eo quidem usque, dum ſalua ſit nihilominus legitima filiorum (kk).

Qui legitima ex feudo nequeat ADAVGERI?

(ii) Principio enim feuda ordinarie ſunt ex *pacto* et *prouidentia* maiorum, quibus fieret iniuria, ſi facto poſſeſſoris ſucceſſor in feudo iuſto grauius oneraretur. Qua cauſa uetum eſt, poſſe *filios* patrem necquicquam cogere, ut *filiabus* inde praeſtent *legitimam*: tantum abeſt, ut filii onerari queant portione, *legitima* maiori adſignata filiabus. *Deinde* intereſt etiam domini, ne uaſallum feudumque habeat obaeratum. *Taceo* ipſi uaſallo graue eſſe, allodium profundere in gratiam filiorum remque ita acquirere, quae eſt in nexu clientelari. *Ad extremum* in dote et legitima filiarum per ueteris Germaniae inſtituta ipſorum filiorum requiſitum eſſe a patre conſenſum oſtendimus alibi. Vt clarum fit, Longobardica decreta *2. F. 45.* atque *2. F. 51. §. 4.* in Germaniae feudis locum nullo tempore habuiſſe. Id quod plene ingentique Germaniae iurium adparatu, isque primus, oſtendit dn. PRAESES in libro *de obligatione ſucceſſoris in clientelas cap. 5. 6.* Cui omnino ſubſcribimus in hoc argumento. Quantopere etiam ipſi Saxones mores ac iura mutauerint priſtina, obligando filium feudi ſucceſſorem ex facto uoluntateque patris, dictum eſt *cap. 6. §. 2.* ibidem.

Qui legitima ex LVS. feudis queat ADAVGERI ultra trientem?

(kk) Quod contra ſtatuam: *ex Luſatiae feudis* LEGITIMAM *filiarum a patre adaugeri poſſe* VLTRA TRIENTEM, *ſi quidem feudi ſucceſſores* FILII *ſint*, plura ſunt, quae me cogunt ita ſentire. *Principio* enim feuda quondam Luſatiae hereditaria fuerunt, ergo onerare illa potuit pro arbitratu pater ſucceſſor, *agnatorum* intuitu, multo magis intuitu *filiorum*. Vt adeo haud dubie in feudis Luſatiae regnauerint decreta Longobardica *2. F. 45.* atque *2. F. 51. §. 4.* Deinde, licet indoles Luſatiae feudorum aliquantum poſtea ſit immutata CONSTITVTIONE *ann. 1653.* illa tamen nihil habet de obligationis filiorum euerticulo. *Porro* illo tempore potius opinio regnauit in Saxonia, quod *filius*, feudi paterni ſucceſſor, patris uoluntate omnino teneatur. Vti habet CONSTIT. ELECT. *part. 2. conſtit. 47.* Quorſum legi poteſt BERLICHIVS *part. 2. concluſ. 57.* atque

DIFFER. XIII.

atque CARPZOVIVS *P.2. c. 47. d.4.* *Demum,* A ſi etiam in feudo *agnati* ad *trientem* tenentur filiabus ex patris teſtamento, nihil duritatis habet, quod filii teneantur ulterius. *Imo* ſi hoc in Saxoniae feudis eſt uerum: multo magis illud aequum et iuſtum erit in Luſatiae feudis, nexus quippe longe liberiotis. *Neque* etiam fiet tum iniuria filiis: quoniam Luſatiae feuda ſunt *alienabilia*, ut adeo manus uaſalli ligatae non ſint inſtar iutis feudotum communis. *Ad extre-* B *mum* noſtram ſententiam quoque fitmare

Reſponſum WITTEBERGENSIVM a. CIↃ IↃCLXXII. conceptum.

licet teſponſo ICTOR. VVITTEBERGENSIVM, qui de re conſulti, eam menſe *Auguſto ann. 1672.* ita deciderunt. *Obwohl ein Lehenmann ſeinen mitbelehnten zum nachtheil das Lehengut mit dergleichen Beſchwerung durch ein Teſtament oder ſonſt nicht belegen kan, auch nach der Ober-Lauſſn. neuen Lehens-Ordn. ein Vater nur auf ſolchen falle: wenn er keine Mænnliche Lei-* C *bes-Erben, welches ſich aber in gegenwærtigem falle anders befindet, verlæſſet, die Tæchter nach art und weiſe der in denen gemeinen Sæchſiſchen Rechten* obſeruirten legitimae, per ultimam uoluntatem *zu* diſponiten *macht haben ſolle: Dennoch aber und dieweil ſolches bey den Sœhnen, wann hierinnen der Vater anders in ſeinem letzten Willen verordnet, billich ſeinen Abfall hat, und dergeſtalt dieſelbe, der Eltern Verord-* D *nung, wofern Sie,* ſc. *die Sœhne, an der* legitima *nicht verkürtzt, zu halten, und ſolchen gebührend nachzuleben verbunden, die angezogene Lehens-Ordn. auch von dieſem Falle redet: daß ein Vater, wenn kein mænnlicher Leibes-Erbe verhanden, auch denen Mitbelehnten zum nachtheil, ſeinen Tæchtern durch einen letzten Willen icht was zur Ausſtattung auf gewiſſe maaße vermachen kœnne, welches ſich auf die mænnliche Lei-* E *bes-Lehns-Erben nicht ziehen læſſet, ſondern es vielmehr derer wegen bey der gemeinen Verordnung im Marggr. Ober-L. Krafft deren ein Vater von Lehen-Gütern unter Kindern, wenn er nur denen Tæchtern den Eigenthum davon nicht gar vermacht, frey zu* diſponiten *befugt, verbleibet. So iſt aus obberührter von euch angeführter Urſachen willen euers Vaters letzter Wille vor unbeſtændig nicht zu halten, ſondern ihr ſeyd demienigen, was er darinnen verordnet, nachzuleben, und alſo eure Schweſtern nach deſſen Inhalt aus denen Lehn-Gütern gleichergeſtalt auszuſtatten ſchuldig. V. R. W.*

DIFFER. XIV.

LIPSIENSIVM 1675.

Similiter reſp. ſupet ſimili caſu teſtamenti paterni interrogati a *W. C. von N. auf S.* Scabini Lipſienſes menſ. Octobr. ann. 1675. *Ob nun wohl euer Vater am Ende ſolcher ſeiner* diſpoſition *euch Kindern damit allerdings zufrieden zu ſeyn befohlen, ihr auch, nachdem ihr demſelben, beydes in Leben und Erbe, allein dergeſtalt* ſuccedirct, *daß ihr euern Schweſtern ein gewiſſes heraus zugeben ſchuldig, die Begræbniß-Koſten und hinterlaſſene Schulden allein zu tragen, und wenn das* allodium *nicht zulænglich,* in ſubſidium ex feudo *zu erſtatten, auch nicht entbrechen, noch damit daß die Mitgifft oder Ausſtattung der Tœchter alſo zu* moderiren, *damit die Lehn-Güter nicht allzuſehr beſchweret werden, behelfen kœnnet. Dieweil aber dennoch es das anſehen gewinnen wil, daß ihr in euers Vaters Willen an eurer* legitima *benachtheiliget, indem nach Abzug der Begræbniß-Koſten und Schulden nicht ſo viel bleibet, daß, wenn ihr euern Schweſtern alle dasjeuge, ſo ihnen der Vater beſchieden, heraus geben oder zurück laſſen ſollet, auch der dritte Theil deſſen, ſo euch ſonſten* ad inteſtato *zu kæme, werden kœnne, nach mehrern Inhalt der Beylagen und eurer Frage: So ſeyd ihr auch euren Schweſtern ein mehrers als unbeſchadet eurer* legitimae *geſchehen kan, zu* praeſtiten *nicht verbunden.*

DIFFERENTIA XIV.

Qui legitima relinqui poſſit ex certo euentu?

De legitima EVENTVALI.

COmmuni iure *legitima* debetur *pure*, *abſolute*, remotis conditionibus generis cuiuscunque (ll): per Luſatiae autem inſtituta fieri poteſt, ut *legitima* relinquatur ſub formula alicuius *euentus; ſi mortuus fuero ἄπαις* (mm), *ſi pater*, *ſi frater ita praemortui* (nn), cuius generis teſtamenta omnino habere debent auctoritatem.

Qui legitima debeatur PVRE?

(ll) Quod aliquoties iam eſt dictum repetitumque ex iure cum *ciuili differ. X. litt. bb.* tum *clientelari different. 1. litt. aa. different. 3. litt. gg. different. 5. litt. ll. differ. 11. litt. ff.*

Qui legitima CONDITIONATA, ſi fuerim ἄπαις?

(mm) Ratio non eſt difficilis ad indagandum et intelligendum. Nam *filiubus* non debetur legitima ex feudo, niſi ex uoluntate patris. Adeoque portio haec filiarum, quae iure ciuili debetur *legi*, per F Luſatiae inſtituta patri debetur *teſtatori* meteturque ideo *teſtamentaria* adpellari eodem iute, quo prima audit *legitima*, quod dictum *different. XI. litt. ff. gg.* Non ergo filiae aut ſorores habent, quod conttadicant teſtamento eius conditionis: *ſi mortuus futuro ἄπαις*, *ſi pater*, *ſi frater praemortui* improles? Verum id requiritur hic, *utrum* eo caſu *eoque teſtamento obligentur agnati*? Equidem accepi SEN-

DIFFER. XIV.

TENTIAM, qua an. 1675. id fieri poſſe ne- A gatum in gratiam feudi ſucceſſoris. Ea ratione adiuncta, quod *Luſatiae ſtatutum in legitima filiarum ex feudo antiquo ſit exorbitans deflectatque a iure communi propterea que contrahendum ſit potius, quam proferendum et ampliandum.* Verum enim uero cogit me omnino hic aequitas, ut ſentiam ex aduerſo. *Primo* quidem quoniam regulam iuris, *deflectentia a moribus peregrinis, id eſt, Latii aut Longo-* B *bardiae inſtitutis* STRICTI *iuris eſſe eumque mereri* ODIA *explicandaque et reuocanda ad Latii aut Longobardiae amuſſim,* confutauimus ſupra *differ. 4. litt. kk.* Deinde qui *pure* teſtari poteſt, ille etiam poterit ſub *conditione, caſu, euentu, modoque* eo quidem usque, quousque non adſit oſtendaturque lex aut ratio aduerſa. Nolim igitur impugnare teſtamentum partis uaſalli, hac formula con- C ceptum; "dafern meine Sœhne noch bey
"meinen Leben verſterben und keiner
"von Ihnen, bey meinem Tod mehr übrig
"ſeyn ſolte, will ich hiermit und auf dieſen Fall meinen Schweſtern oder Tœch-
"tern den dritten Theil an meinem Le-
"hen-Gut zugewendet und vermachet
"haben, dergeſtalt, daſs Ihnen ſolches
"quantum meine Lehensfolger aus mei-
"nem Lehen-Gut bezahlen und entrich- D
"ten ſollen.

Si praemortuus fuerit pater?

(nn) Hac quidem formula: dafern mein
"Vater, als ietziger Lehens-Innhaber, vor
"mir verſterben mithin ich im Lehen ſol-
A gen, aber gleichfalls, ohne Leibes-Er-"
ben mit Tod abgehen ſolte, will ich"
daſs meinen überlebenden Schweſtern"
der dritte Theil aus meinen Lehen-Gü-"
tern gegeben werden ſolle. Eadem, quae"
in praecedente notula *litt. mm* etiam hic dubia ſunt eaedemque ad illa repoſitiones, quae inde repetendae. Et ſane neque aliter SCABINI LIPSIENSES *menſe Martio an. 1692.* Quorum ſententia his uerbis eſt
B concepta: "Hat einer von Adel im Marg-
gr. Ober-Lauſn. vor ſeinem Tode ei-"
nen gerichtlichen letzten Willen auf-"
gerichtet, darinnen er der Schweſter das"
dritte Theil ſeines Lehen-Gutes verma-"
chet, daher ihr, ob ſolches mit beſtand"
rechtens geſchehen mœgen, berichtet"
ſeyn wollet. Ob nun wohl angeführet"
werden mœchte: daſs der Verſtorbene"
ſelbſt die Lehen an dem Gute noch nicht"
C erlanget und alſo daran nichts auf ande-"
re transferiren kœnnen. Dieweilen aber"
dennoch das Lehen-Gut durch ſeines"
Vaters Tod auf den verſtorbenen ver-"
fællet und er ſolches in Beſitz bekom-"
men, auch biſs an ſein Ende behalten,"
hingegen, daſs er wegen minderjæhrig-"
keit zu ablegung des Lehen-Eydes nicht"
gelangen kœnnen, ſondern ſolches bis"
zur maiorennitæt ausgeſetzet worden,"
D nicht hinderlich ſeyn kan: ſo iſt des ver-"
ſtorbenen Schweſter, das dritte Theil,"
vvelches Ihr der unmündige Bruder, ehe"
er das Lehen ſelbſt gehabt, vermachet,"
von dem Lehen-Gut R. zu fordern vvohl"
befuget. V. R. W.„

DIFF. XV.

DIFFERENTIA XV.

Qui legitima grauari nequeat?

De cauſa, ob quam LIBERA ſit legitima.

COmmuni iure *legitima* grauari nequit illorum cauſa, quibus debetur (oo): Luſatiae autem inſtituta legitimam ab omni *grauamine* ac onere liberam eſſe uolunt potiſſimum intuitu feudi *ſucceſſorum*, ne his in gratiam extraneorum, qui a ſanguinis uinculo longius abſunt, quod *aperte* fieri nequit, per *latus eripiatur* de feudo ad ipſos delato (pp).

Qui legitima nequeat grauari?

(oo) Quod nihil habet dubii locaque E ex iure Romano congeſſimus ſupra toties, quoties laudauimus *differ. XIV. litt. ll.* Quodſi enim facere liceret, teſtator id, ad quod ipſum lex damnat una manu, altera poſſet ſucceſſoribus in legitima iterum eripere.

Qui legitima grauari nequeat ob cauſam extranei ſucceſſoris?

(pp) Sua cenſura expenderunt hunc caſum SCABINI LIPSIENSES an. CIƆ IƆCLXXXXII. requiſiti a *Ch. Henr. de S.* Quam hic dabimus: "Auf eure Frage: ob die aus dem F
"Lehen vom Vater oder Bruder ausgeſetz-
"te legitima mit einigen legatis, ſo davon
"praeſtiret vverden ſollen, beſchvveret
"vverden kœnne? Hat der Verſtorbene
"unterſchiedliche legata ſeinem ehemali-
"gen Hofmeiſter Titio, dem Pfarr und
E ad pias cauſas vermachet, und ſolche der"
Schvveſter aus ihrem Pflichttheil aus"
dem Lehen abzufahren anbeſohlen. Ob"
nun vvohl ſonſt einem teſtatori dasieni-"
ge, vvas ſein Erbe von ihm bekommet"
usque ad Falcidiam zu grauiren frey ſte-"
het: dievveilen aber dennoch in der an-"
geführten conſtitution dem uaſallo nicht"
vœllige Freyheit von dem dritten Theil"
der Lehen-Güter zu diſponiren gegeben;"
F ſondern ſolches auf die Tœchter und"
Schvveſtern einig u. allein auch ſchlech-"
ter dinges reſtringiret und eingezogen"
vvorden. Welches, vveil ohne dem"
dieſe Ordnung hierinnen von den ge-"
meinen Rechten abvveichet, auf andere"
Perſonen nicht zu extendiren, ſolglich"
"der

Digitized by Google

DIFFER. XV.

"der defunctus hievon zu iemands, als "der Schvveſter Nutzen, nicht diſponi-"ren kœnnen. So hat der Verſtorbene "das dritte Theil von ſeinem Ritterſitz mit "dieſen legatis zu beſchvveren nicht vermocht V. R. W. Neque praeter rem cauſamq;. Agitur enim hic de fauore filiarum, quibus olim in Luſatiae feudis hereditariis legitima, uoluntate teſtatoris necquicquam A deminuenda aut grauanda legatis. Aut ergo filias ex feudo honoratas uult pater, aut non. Si primum, *relinquat* illis *legitimam:* ſi ultimum, non grauet feudi *ſucceſſorem.* Priuilegium enim in gratiam conceptum eſt filiarum et ſororum: non extranearum perſonarum, quae ab hoc uinculi genere longius abſunt. *Primis* cedere debet feudi ſucceſſor: non ultimis.

DIFFER. XVI.

DIFFERENTIA XVI.

Qui legitima poſſit minui?

Communi iure *legitimam* uoluntate teſtatoris deminui, eſt nefas, tum enim agere licet ad eius *ſupplementum* (qq): Luſatiae autem inſtituta non obſtant, quo minus legitimae portionem, legibus definitam alias, ultima uoluntate queant teſtatores contrahere ad ſummam iuſto alias minorem (rr).

De actione ad SVPPLEMENTVM legitimae a) licita, b) illicita.

Qui agere ſit ad SVPPLEMENTVM legitimae?

(qq) Scilicet pater aut alius, qui *legitimam* debet certis perſonis aut plane *negligit* illas, aut portionem illis adſignat in teſtamento *iuſto minorem.* Si primum fecerit, poſſunt illae QVERELAM inſtituere INOFFICIOSI TESTAMENTI, hoc fine, ut illud *reſcindatur pr. Inſt. de inoff. teſt.* titulisque *in ff. atque C. iisdem:* ſi uero *alterum, uti illae poſſunt* CONDICTIONE ex *l. 30. 36. C. de inoff. teſt.* ad ſupplendum ab herede id, quod portioni deeſt legibus definitae. Neque hoc Romanorum inſtitutum aliquid habet duritatis; quoniam *parentum* DIVITIAE *creuerant ex* OPERIS *atque* OPIBVS *liberorum*; quoniam *eorundem in liberos* POTESTAS *fue-* B *rat abſoluta.* Quod utrumque cum noſtris moribus ſe habeat ex aduerſo, uix legitimae rigor illis eſt concinnus.

(rr) Non enim obligatur *teſtator*, ut ex Luſatiae feudis aliquid adſignet *filiabus* ultima uoluntate, quod oſtenſum *differ. XI. litt. gg.* Neque eo fine portio *trientis* lege eſt definita, ut teſtatorem oporteat ad eandem adſurgere ſummam nequeatque aliquid filiabus adſignare, quod eſt minus: C uerum id tandum prohibuit legiſlator, ne patris liberalitas limites excedat uiresque ſuperet portionis legitimae Latii. Quod cum ita ſit, nulla eſt filiarum neque INOFFICIOSI QVERELA neque CONDICTIO ex lege ad legitimae ſupplementum.

Qui NEFAS ſit agere ad legitimae ſupplementum?

CONSVLTISSIMO CANDIDATO

S. P. D.

PRAESES.

O*Btuliſti mihi, poſt examina inauguralia, diſſertationem ad conflictum, quae patrii iuris habuit argumentum. Rem certe meis muſis feciſti gratiſſimam. Soleo enim ſemper in ſcholis meis* Romana *et* Longobardica *iura cum* patriis *conferre: ut, quantum fieri poteſt, auditores proficiant in utriusque iurisprudentiae facultate. In eo amice tibi auctor fui, ut methodum* DIFFERENTIARVM, *mihi ſolennem eligeres, tuaque ſecundum eandem exigeres atque ordinares. Quod conſilium cum inſtituto tuo probatum ſit, poterunt nunc tua eorum, quae olim de* LVSATIAE FEVDIS *diſſerui, eſſe ſpicilegia et ſupplementa. Quemadmodum uero plures in patria tua amicos numero: ita gaudeo, claſſi eorundem te quoque nomen dediſſe. Idque eo magis, quoniam egregios in iurisprudentiae ſtudio profectus* ILLVSTRI IVRECONSVLTORVM ORDINI *idonea ratione probaſti, ut te non ſine elogio dimitterent. Intellexerunt enim, quod illud quadriennium, quo* LIPSIAE *iura docentes audiuiſti, cum ſumma induſtria, curis uigiliisque exegeris. Vt ſpes nobis certiſſima ſit, fore, ut olim* PATRIAE *tuae in cauſis orandis et reſpondendis multum ſis profuturus. Ita habebit* PATRIA *tua, quod* CIVI *bene cupiat faueatque, ornetque te ac inſtruat* SPARTA FORENSI, *maioribus tuis atque patronis, in quorum amore es, non indigna. Verba egomet bona addo uoueoque, ut,* ADIVTORE DIVINO NVMINE, *operis conſiliisque tuis proſperi reſpondeant rerum euentus. Vale. Scripſi in* FRIDERICIANA DIE XIII. ANTE KAL. MENSIS OCTOBR. ANNI cIↄIↄccxvi.

OPVSCVLVM V.

DE IVRE POSTARVM CLIENTELARI,

vom

General-Erb-Poſt-Lehen,

Menſe Januar. 1704.

CAP. I.

De

Germaniae muneribus hereditariis uniuerſim et ſigillatim de poſtis.

§. I.

Solenne eſt in S. R. I. munera iure hereditario deferri.

TEnuit iam olim A hanc conſuetudinem Germania, ut *munera* potioris momenti non uolubili et uagae forti exponeret er, quod huic familiae nunc obuenerar, id mox in aliam iterum dubio et ancipiri deferret caſu euentuque: ſed *deco-* B *ra gentilitia* daret, quae in eadem domo, ſine ullo conuerſionis metu, floreſcerent et perennarent. Mireris id in gente, quae ab *hereditariis* regibus omni caſu ac nullis non rerum ac temporum periodis ita abhorruir, ut, quoties etiam in partes iuerar, in hoc tamen puncto unanimitate quadam conſpiraret. Intellexerunr hoc ipſi quoque Caeſares Germanici. Neque C enim ullum eorum, ſi unicum *Henricum*, eius nominis VI. exceperis (a), in uniuerſa rerum Germanicarum hiſtoria offendere ac reperire licet, qui animum uel ſpe ulla uel conſiliis prodiderit iuris *hereditarii*, regali familiae inferendi. Ut adeo noſtratibus omnino gloriari fas ſit, electitiis regnis ubique terrarum euerſis, ſolum fere Germanicum, poſt ingentia rerum, remporum, ac caſuum inrerualla, etiam nunc integris ac nulla uetuſtate corruptis fulcris perſiſtere.

Exemplis id docetur.

§. II. Nihil autem hoc obfuit inſtitutis ueterum Germanorum, quin *munerum*, B Caeſari imperioque praeſtandorum dignitares ipſi perpetuas atque *hereditarias* eſſe uellent. Quod plurium generum exempla nobis oſtendunt, alia forte occaſione e uetuſtis hiſtoriarum monumentis plenius eruenda (b). Per epitomen nunc iuiſſe et pleraque indice tantum digiro attigiſſe, noſtro argumento ſufficit. Sic, praeter ordinarios in Germanico imperio C VICARIOS, Saxonem et Palarinum, in *Italia* eandem prouinciam habet dux *SABAVDIAE*, in *Arelatenſi* aurem regno princeps *ARAVSIONENSIS*, quam VICARIATVS dignitatem, cum Auria-

Vicariatum.

Sabaudi et Poruſſiae Regis.

co

(a) De hoc enim IOANNES MONACHVS D apud auctorem chronici magni Belgici ita loquitur: imperator Henricus VI. uidens regnum Almanniae et imperium Romanum propter frequentes mutationes imperatorum multa mala perpeſſum, priusquam uota principum in perſona imperatoris poſſent conuenire, ordinauit; VT AMPLIVS ELECTIO NON FIERET; ſed per ſolam SANGVINIS ſucceſſionem imperium conferretur, ita ut HEREDITARIE IMPERATOR FIERET. Idem fere GOBELINVS PERSONA: Henricus VI. concordauit cum principibus regni, quod liberi poſt eum HEREDITARIO iure regnum obtinerent. Sed contradictum eſt a principibus Saxoniae. Confirmat hiſtoriam codice MScto Henricus MEIBOMIVS in Apologia pro Ottone IV. p. 115.

(b) In diſſertatione de OFFICIALIBVS IMPERII praeter illos, quos deſcripſit Wagenſeilius. Cuius opera inter munera principum electorum eorumque, qui his ſubofficiales ſunt, ſubſiſtit.

CAP. I.

der Reichs-Fendrich. *des Reichs-Ober-Hoffmeiſter.* *Trompeter und Keſſel-Flicker Schutz-Herren.* *Iuden-Richter.* *Fiſch-Herrn des Reichs.* *Reichs-Iagermeiſter.* *Reichs-Baumeiſter.* *Reichs-Feuer-Herrn.* *Reichs-procuratoren.* *Sackpfeiffer-Patron.* *Reichs-Thürhüter.*

co principatu ad potentiſſimum Porusſiae A regem, omni iure, deuolutam eſſe, alibi (c) iam ſcripſimus. De hereditario VEXILLIFERI munere quondam inuicem contendere potuerunt *Saxoniae* elector et dux *Wurtenbergicus*. *Supremi* AVLAE MAGISTRI (*Erz-Hoffmeiſter des Reichs*) honore Lotharingiae duces polluerunt, cum illi imperio adhuc clientelari obſequio eſſent addicti. Tutela *TVBICINVM SAXONI* electori commendata. Pa- B trocinium hominum VAGABVNDORVM (*der Keſſelflicker, Welſchen, und anderer fahrender Handwercker und Heckenkræmer*,) et *Palatino* et *Brandenburgico* electoribus commiſſum. Suprema IVDAEORVM *praefectura* adhaeſit archiepiſcopatui Moguntino. PISCATORES S. R. Imperii ſe etiamnunc dicunt comites *Wernigrodani*. VENATORES imperii plures audiunt *Carinthiae*. *Pomera-* C *niae*, *Miſniae et Wurtenbergici* principes. ARCHITECTORVM imperii titulos Oldenburgenſes comites habuiſſe, reperio. Dominis de *Pleß* cura remediorum contra INCENDIA urbium, ac pagorum delata eſſe, dicitur, *Thuringiae* Landgrauii ſpartam ADVOCATIAE habuerunt in S. R. I. VTRICVLARIIS patroni a Caeſare dati dynaſtae *Rapolſteinenſes*. PORTARVM cuſtodiae in ſolen- D nibus Caeſarum ac ordinum conuentibus etiamnunc nobilis *Werderiorum* familia praefecta eſt. Et plura forte ſunt hereditaria imperii munera generis eiusdem, quae mihi nondum, in hiſtoriarum tractatione, obuenerunt. Atque haec omnia non eum in finem adduco, ut honores infra dignitatem imperii cauillatoribus proſtituam: ſed ut morem firmem exemplis *hereditariorum* munerum in Germania.

Cauſae munerum hereditariorum.

§. III. Neque uero id ſine ratione fa- E ctum eſſe, arbitror a maioribus noſtris: ut potius cauſae ſatis manifeſtae ſint, quae hoc inſtitutum illis commendaſſe uidentur.

a] ut ad ea filii educi queant.

Principio enim plurium munerum ea natura eſt, ut, nonniſi *longo* rerum *uſu* edocti, ea feliciter ſuſtineant. Peropportune igitur fit, ſi parentes filios ſuos ad hanc ſpem educant et mox a primis pueritiae annis rerum gerendarum notitia in- F ſtruant, imo, quod maximum eſt, arcanorum etiam reddant participes, ut per occultas uias iter dirigant, cum nouitii peregrinatores ſaepius in deuia deflectant et, ſi bene agitur, nonniſi per longas et inutiles ambages penſum ſuum emetiantur.

b] maiora cura ea adminiſtrent.

Deinde non eam fidem, induſtriam, ſolertiamque probabit, qui munus, ſe mortuo, in aliam familiam delatum iri credit, ut adeo factae ſementis meſſem ho- G minibus peregrinis relinquere uideatur. Contra autem ea boni cuiusuis parentis indoles eſt, ut arbores ſerat, liberis pro- A futuras.

§. III. IV. *c] praeclare merentium extet memoria.*

Tandem etiam aequitas quodammodo uult, ut, qui praeclare de republica merentur, eorum memoria ſeculis etiam uenturis conſeruetur et in poſteris quoque praemia extent, ingenti ad idem faciendum apud illos, qui uiuunt, incitamento.

Adplicatio dictorum ad hereditaria munera POSTARVM.

§. IV. Quodſi eodem nunc iudicio momentoque *poſtarum* munera aeſtimentur, facile intelligetur, nullam cauſam, ex ha- B ctenus enumeratis, deſore, quae *hereditaria iura* principibus in hoc negotio non commendare uideatur.

Quae longos rerum VSVS uolunt.

Principio enim *ſuprema poſtarum praefectura* in arduo ac difficili labore poſita eſt, ut uirum requirat, uiarum, angiportuum, itinerum cum in propria, tum in uicinis et longe diſſitis regionibus uerſatiſſimum, ſummatim egregium atque doctiſſimum peregrinatorem. In Germania noſtra inprimis, ubi C tot principes *poſtas* alunt et quadam aemulatione ſibi inuicem obtrectant, ut adeo literarum rerum ac hominum transuectiones facile in alia itinera flectant atque eo migrent, ubi curſus uelocior et expeditior eſt, et minoribus impenſis conficitur. Secus in regionibus, ubi *poſtae* imperio unius parent. Hic enim omnis metus ceſſat, fore, ut lucrum, quod meae nunc ditiones e curſu publico capiunt, his alius D praeripiat. Annonae praeterea curam habeat praefectus *poſtarum*. Sed neque hanc, niſi longo rerum uſu acquirit, ſcilicet moribus ac induſtria incolarum, natura ac foecunditate regionum commerciisque cognitis, quarum rerum notitia plures ſane annos uult, quam cui unius hominis aetas ſufficere uideatur. Multum igitur refert, ſi una familia ſuos in hoc genere a primis incunabulis doctina prae- E ſidiisque inſtruere ac communire poſſit, ut pueri negotiis adſueſiant, quae uiri deinceps tractaturi ſunt.

Exemplum ex educatione comit. de Wartenberg.

Dum haec ſcribo, in mente obuerſantur Wartenbergici comites. Hos enim, cum nuper Berolini eſſem, *curſoriis tubulis* accinctos, non ſine animi quadam laetitia, conſpexi, quamuis illi ex ephebis nondum exceſſiſſent. Ita enim haud dubie magno parenti uiſum eſt: ut tenella filiolorum aetas, na- F tura quaſi duce, ad ea officia flecteretur, ad quae ipſa natalium ſorte, *argumento l. 5. C. de fabricenſibus* Potentiſſimus Poruſſorum rex eos deſtinauiſſet.

Maximam ſolertiam.

Quod ſi uero *celerum* praefecto omnia haec cognita etiam ſint perſpectaque: multa deinde *ſolertia induſtriaque* opus eſt, ſi haec in commoda et *incrementa* uertere uelit iuris *poſtarum*. Atque hoc eſt, quod hereditaria iterum munera ſuadere et com- G mendare uidetur. Non enim ſumtibus parcet; non operis; non fortunis ullis, ut prouinciae demandatae limites proferat, quam quis nouit familiae aut poſteris

(c) Arauſio adſerta n. IX.

CAP. II. §. I.II.

ris ſuis perpetuo iure a principe relictum iri. Et, niſi prorſus fallor, quocumque demum in loco curſus publici prudenti inſtitutione, expedita cura, legibus conformi celeritate conficiuntur atque inde, propter literarum ac peregrinatorum fre- A quentiam, principi ac ſubditis quaeſtum potius dant, quam ut ullo onere premant rempublicam: ibi certiſſimum fere eſt, rei *curſoriae* ſpartam praefecto commiſſam eſſe cum *iure hereditario.*

CAP. II.

De

Primo poſtarum genere, quod eſt penes imperatorem in S.R.I.

§. I.

Iuris poſtarum una adpellatio, ſignificatio uero admodum diuerſa.

ANte uero, quam haec rite expendamus, dicendum eſt, eandem uocis *poſtarum* adpellationem diuerſas ſignificationes habere, inuicem ante omnia bene diſtinguendas. Has enim cum omnes fere auctores inter ſe commiſcuerint et confuderint ſaepius, fieri non potuit, ut de ipſo deinceps iure *poſtarum* ſibi conſtarent. Enarrabimus nos ſummatim hanc diuerſitatē ſingulaq; exemplis illuſtrabimus; ut pateat, de quonam genere nobis futura inprimis ſit diſputatio.

Principio uotat facultatem, SVIS impenſis poſtas inſtituendi, ſui tantum ſuorumque cauſa.

§. II. Principio quidem *ius poſtarum facultatem notat, equos ac ueredarios alendi ſuis ſolum impenſis, ſui etiam ſuorumque cauſa, non aliorum.* Duo hic aduerti merentur, quae huius generis poſtas ab aliis omnibus diſtinguunt. *Primum* eſt, ne, quod fit *in l. 2. et 7. C. de curſu publico*, ciuibus aut incolis alicuius ditionis *onus* imperetur, equos eius generis alendi; ſed pretia rerum, prout conuentum eſt, parata pecunia, *locarii* inſtar, ab inſtitutore ſoluantur. *Alterum*, ut *propriarum* tantum rerum transuectiones ſint. Ne incolis lucrum praeripiatur, quod hi alias ex hoc genere negotii ſibi a peregrinis aliis poſſunt polliceri. Haec fere inſtituta fuerunt *Perſarum.* *Cyrus* enim regalibus impenſis, per certas itinerum periodos, equites aluit, quorum unus alterum in perferendis literis rebusque excepit, ut uelociſſima harum commercia haberet cum quibusuis longe diſſitis gentibus. *Barnabas* BRISSONIVS (f), quem alii poſtea omnes exſcripſerunt, hunc Perſarum morem plene ac docte ex antiquitate eruit, in teſtimonium adhibitis non *Xenophonte* ſolum; ſed *Herodoto*; *Ioſepho*; *Suida*; *Heſychio*; *Euſtathio* aliisque praeclaris auctori- B bus: ut adeo fruſtra ſint, qui de hac re uelint dubitare, quod Xenophontem aliqui non pro *hiſtorico* habeant: ſed pro *doctore* morum, qui finxerit, qualis aula Perſarum eſſe debuerit, non autem, qualis fuerit, enarrauerit. Apud Romanos quoque cum antea *ſubditorum* impenſis curſus publici fierent, poſtea quorundam Caeſarum beneuolentia effectum eſt, ut, onere hoc prouinciis remiſſo (g) *fiſcales curſus* inſtitue- C rentur, id eſt, poſtae e Caeſaris ac imperii reditibus ſuſtentarentur. *Adrianus* TVRNEBVS (h) hoc explicuit, ſed plenius longe curatiusque uir ſummus, *Ezechiel* SPANHEMIVS (i) recondita, ut ſolet, doctrina hunc Romanorum morem prae aliis omnibus recenſuit, hic omnino euoluendus. Neque uero ſolum ſubditis *oneroſum* eſſe non debet *ius poſtarum* in hoc genere: ſed neque damna eisdem *negatiue*, D quod aiunt, inferre. Sic per *l. 3. 9. 11. et 16. C. de curſu publico* docemur; poſta ſiue uehiculatione Caeſarea neminem uti debuiſſe, niſi qui publica uel Caeſaris ipſius uel praeſidis auctoritate, quod rariſſime factum, *euectionis* diplomate *L. 2. C. de curioſis et ſtationariis* eſſet praemunitus. De quo argumento *Iacobus* REICHIVS (k) ex inſtituto ſcripſit, propterea conſulendus. Hoc uero, ſiue factum fuerit, ne *curſus* publici E euileſcerent frequentatione hominum infimae ſortis, ſiue, quod migrandi licentia, ſi nullo delectu fieret, pericula reipublicae ſecum habere uideretur; quapropter CLAPMARIVS ius poſtarum inter arcana ſtatus retulit, ne his ſine diſcrimine uel incolis uel peregrinis uti liceret; ſiue, ne ſubditis *quaeſtus ſubtraheretur, e transuectione rerum peregrinarum ſperandus* (l); noſtra parum refert. Id ſufficit, ipſos quoque aeui

(f) In eruditiſſimo opuſculo de regio Perſarum principatu lib. I. p. 147. 148.

(g) Neque nullius momenti uiſa eſt ſubditorum ab hoc onere ſubleuatio, ut hodienum nummi Caeſarum extent, in memoriam huius clementiae his uerbis excuſi: VEHICVLATIONE ITALIAE REMISSA.

(h) Aduerſariorum Tomo III. Lib. XXIX. cap. 12. p. 189.

(i) De uſu et praeſtantia numiſmatum, diſſert. F IX. de uehiculatione remiſſa p. 800. Addi poſſunt, quae habent CASAVBONVS ad Lampridium; SCHEFFERVS de re uehiculat. ueterum; Iohannes SCHILTERVS de curſu publico, qui textus LEGVM magna cum induſtria iudicioque, prae aliis omnibus expendit.

(k) In literatiſſima diſſertatione de DIPLOMATIBVS et TRACTORIIS *von poſt und keſtzetteln* Regiomonti 1678.

(l) Neque enim nullas cauſas habeo, ut ita credam.

CAP. II.

Adplicatio ad faciem poſtarum hodiernam.

aeui Romani Caeſares *lucrum* hoc ſubditis A non praereptum uoluiſſe. Hoc igitur modo id Caeſari etiamnunc dandum eſſe, arbitror, ut poſtas ubique regionum inſtituat, inprimis ſi territoriorum domini *nullas* habeant, quarum uſu literarum rerumque commercia per omnes imperii angulos tempeſtiue haberi, queant. Atque huc etiam omnia argumenta pertinent, pro hac Caeſaris facultate a diuerſis doctoribus in medium prolata. Scilicet hoc B ſenſu dicendum eſt, *ius poſtarum e reſeruatis ac regalibus* eſſe *imperatoru* cum *Andrea* ALCIATO(m); *Iacobo* CVIACIO (n); *Iacobo* MENOCHIO (o); *Thoma* MERKELBACH (p); *Caſpare* KLOKIO (q); *Antonio* PEREZIO (r); *Iohanne* BRVNNEMANNO (s) aliisque praeclaris legum Romanarum interpretibus. Quos publicorum imperii iurium ſcriptores, ſi intra eosdem hos limites et ipſi maneant, impune ſe- C quuntur. In quorum numero ſunt *Thomas* MICHAELIS (t); STEPHANI (u); STAMLERVS (x); SIXTINVS (y); CLAPMARIVS(z); CLVTENIVS (a); BOCERVS (b); ARVMEVS (c); REINKINGIVS (d); BESOLDVS (e); SPRENGER (f); SCHVZIVS(g); LIMNAEVS(h); BRAVDLACH-

Lud. opuſc. tom. I.

TVS (i); HERMES(k); BEHAM (l) aliique. Nauſeo enim iuniores recenſere, quorum alius alium, nullo iudicio, exſcribit. Summatim ſufficit maieſtati Caeſaris, ſi litterarum ac rerum commercia in omnibus imperii plagis et angulis habere queat. Quod *dupliciter* fieri poteſt, uel *POSTA IMPERIALI* Caeſaris: uel *TERRITORIALI* aut prouinciali principum. Si *illud*, tum regio ipſa, quam ueredi Caeſarci peruadunt, uel *non habet prouincialem* poſtam, adeoque caueant tantum Caeſarei mancipes, ne incolis ullo modo graues ſint; uel illa *Caeſaream* iuxta, *territorialem* quoque habet, atque hoc ſenſu Caeſarei restantum *proprias* per eiusmodi territorium transuehere poſſunt, non literas aut bona *peregrinorum*, multo minus *ciuium*, ne princeps *utili* dominio territorii a Caeſare deſtitui uel aliqua tantum parte uideatur. Atque hinc intelligitur, quod *poſtae* in expoſito hactenus ſignificatu, quatenus ſcilicet *innoxio* per omne imperium *tranſitu* fiunt, omnino ad maieſtatem pertineant imperatoris adeoque inter *regalia* ſint: contra uero, ſi *quaeſtum* faciant aut incolis onera *angariarum* imperent, inter fructus atque redi-

§. II.

Ratione noua et plane ſingulari expeditur.

Nnn tus

credam. Quoniam ex A. GELLIO lib. XV. no- D ctium Attiear. c. 14. conſtat, Romanarum prouinciarum incolas plures ex rerum ac hominum transuectionibus uixiſſe.

(m) In annotationibos ad lib. XII. codic. tit. de curſu publico T. III. oper. p. 609. rem omnem ſummatim, ſed eleganter atque his uerbis explicat: quid ſit CVRSVS PVBLICVS ut breuiter explicem, ſciendum eſt, per diſpoſiros locos prouinciarum habuiſſe imperatores quosdam equos, qui ſumtu publico alebantur: ut quoties repentinum aliquid acceidiſſet, mutatione equorum citiſſime, quo uellet imperator, poſſit mittere E quemcunque nuntium, uulgo POSTAS uocant. Verum in hoc hae differunt a curſu publico, quod hic ſumptu principis alebantur equi et, ſine eius licentia, priuatus nemo iis utebatur. Sed in praeſentiarum priuato ſumtu res agitur eſtque inde conducti locatione actio. Non fruſtra haec deſcripſi. Intelligitur enim inde, quod curſus publicus inter Caeſaris regalia eſſe poſſit: ita tamen ut ius poſtarum maneat principibus territoriorum.

(n) In eundem C. librum titulo eodem tom. III. oper. p. 500. qui omnium luculentiſſime do- F ctiſſimeque uerba conſtitutionum imperialium mihi uidetur euoluiſſe.

(o) De arbitrariis iudicum quaeſtionibus caſu 229. p. 120. qui Alciatum exſcripſir.

(p) Habetur inter conſilior. uolumina Klokii tom. I. uol. 2. conſil. 33. p. 270. ubi quaeſtio reſoluitur: an imperator magiſtrum poſtarum munere ſuo exuere poſſir, nulla idonea cauſa. Ait ibi auctor: *Das Poſtweſen wird fur ein Kayſerl. hohes Regal gehalten; Das ſonſt keinem Reichs-Stand gebühret.* Scilicet, ut ego explico, non in proprio territorio, ſed extra illud in uniuerſo im- G perio.

(q) de collectis cap. I. n. 25.

(r) In titulum C. ſolennem ac ſaepius allegatum de curſu publico.

(s) Qui tamen inter illa, quae olim Caeſarum iura fuerant, ſubſiſtit.

(t) Camerae imperialis quondam aſſeſſor de IVRISDICTIONE concluſ. XII. num. 2. Caeſareae iuriſdictionis ſunt, curſus publicos, quos poſtas dicimus inſtituendi et confirmandi. Sic nuper 1596. et 1597. L. Taxis eiusque ſubſtituto Iac. Henotto a Caeſarea Maieſtate officium magiſtri poſtarum confirmatum eſt. Habetur auctor in nucleo iuris publ. pag. 604.

(u) Lib. II. part. I. cap. 2. membr. 2. p. 53. Ius poſtarum ſolus habet imperator. l. iudicib. et l. nullus C. de curſu publ. quaſi uero iura publica imperii noſtri a placitis Romanorum pendeant.

(x) De reſeruatis imperator. §. XLIIX. p. 237. n. 1. ius poſtarum non ſolum inter iura maieſtatis; ſed etiam inter reſeruata imperatoria retulimus. Idque ut ſperamus absque omni errore. Nam quod conſenſus ordinum imperii uel ad minimum etiam electorum accedere debeat, nullibi cautum legitur.

(y) De regalibus lib. II. cap. 15. n. 42. p. 211. Ius poſtarum pertinet ad imperatorem.

(z) De arcanis rerumpublicarum lib. I. cap. XXI. circa fin. quem omnes fere, quos hactenus citaui, exſcribunt atque eius lyra oberrant.

(a) In ſylloge rer. quotidianar. concluſ. XXII. p. 42. 44. qui praebet ueſtigia Sixtini.

(b) de regalib. c. II. n. 236. qui pariter in numero eſt ſententiaque ueteranorum.

(c) Volum. III. iur. publ. diſc. XV. th. 53.

(d) De reg. ſecul. et eccleſ. lib. II. cl. 5. c. 6 n. 137.

(e) In diſſertat. de regalib. cap. VII. §. 9. et in theſauro practico.

(f) Iuriſprudent. publica pag. 106.

(g) Ioh. Heluic. Sinoldus lib. II. iur. publ. poſit. XVIII. p. 380. quod in tanto uiro admodum miror.

(h) Hunc citius nominaſſem, niſi extra oleas is uagari mallet, quam momenta huius litis rite expendere lib. II. iur. publ. cap. 9 n. 133. Neque in tomis additionum alia tractat.

(i) Lib. VI. iur. publ. cap. 6. §. 5.

(k) Qui uulgares auctores exſcribit in faſciculo iur. publ. cap. XI. n. 11. p. 198.

(l) In doctrina iuriſprudentiae publica cap. II. membr. 2. artic. 19. p. 281. 282.

(m)

CAP. II. III.

§. II. I.

tus referri debeant *iuriſdictionis territorialis*. Et ſane quoties leges imperii curam poſtarum Caeſari commendant, quod fit *in R. I.* NORIMBERG. *1522. §. 5. Item iſt bedacht etc. R. I.* SPIRENSI *1542. §. 45. Und damit man auch etc. R. I.* RATISPON. *1641. §. 93. Ubrige übergebene etc.* et in CAPITVLATIONIBVS *Leopoldi* et *Ioſephi Articul. XXXIV. Und demnach wir etc.*: id nullibi cum aliqua quaeſtus mentione et adprobatione fit, ſed, quod ſtylo, curiis uſitato, dicunt, innoxiae *correſpondentiae* cauſa; ut cuncta in oculis ac intuitu Caeſaris ſint in uniuerſo imperio. Praeterea ante, quam *Franciſcus TAXIVS* Maximiliano I. Caeſari compendia publici curſus oſtendiſſet (m): nullum *poſtae* genus cognitum fuerat, quam quod hactenus per *innoxium tranſitum* deſcripſimus. Ut adeo fruſtra ſint, qui a *curſu publico*, qui eousque, nullo incolarum detrimento, Caeſaris fuerat, ad *lucra* poſtarum, ciuibus artificio Taxiano ſenſim erepta conſecutione quadam argumenentur. Potius auctor tum fuiſſem maiorum territoriorum principibus, ut huic conatui, quo ſub *poſtae* titulo magni transuectionum quaeſtus fieri coeperunt, ſe tempeſtiue obieciſſent. Et ſane ſi uehiculationum reditus inter Caeſarum regalia fuerunt, cur non quaeuis aurigarum commercia (*alle Landkutſchen*) ſuſtulerunt mancipes Caeſarei? ſed illa multis ſeculis ante floruerunt, quam *Taxiana* inuenta in eorum ſocietatem, nullo iure, ſed mera principum territorialium patientia, aut inſcitia potius interueniſſent. Quid? quod cum ſemper in Germania *curſus publici* a Caeſaribus inſtituti eſſent, nulla unquam querela fuiſſe, legitur: *Daß die Neben-und Metzger-Poſten dem Kayſerl. Poſt regal eintrag thæten.* Id ſcilicet eſt, nullum antea *quaeſtum* ex uſu poſtarum adfectaſſe unquam Caeſares: itaque eius cauſa non aemulari poterant contra id, quod territoriorum iura ſemper complectebantur. Et quis crederet, quaeſo, magnos Germaniae duces pacis, belli ac foederum pactiones cum exteris quibusue iure ſemper inſtituisſe: neque litterarum rerumque cum illis commercia fouere potuiſſe. Iam ſi territoriorum principes et ipſi diſpoſitos equos habuerunt: quis eos hodie Caeſari niſi *cumulatiue* merito uindicabit? Manet igitur Caeſari facultas *curſus publici* per uniuerſum imperium ſine lucro tamen e transuectione aliarum literarum, niſi ubi aut nullae prouinciales poſtae ſunt, aut patientia domini territorialis Caeſari ius fecit: ſed *poſtarum iura* cuiuis principi in ſuo territorio competunt, quorum cauſa incolis et *angarias* imperare poterit et *lucra* praeripere. *Illud*, quod iure *collectandi* gaudeat; *hoc* quod *utile* dominium habeat, quo utroque deſtitutum ſe agnoſcit ipſe imperator.

CAP. III.

De
Altero poſtarum genere quod eſt principum Germaniae.

§. I.

ALTER poſtae ſignificatus: quo ius notat quaeſtum faciendi e transuectione literarum, rerum hominumque.

SEd nunc ad alterum POSTAE genus deueniendum, ubi *facultatem* notat, non ſolum *e quocunque tranſuectionis genere quaeſtum faciendi; ſed hunc etiam aurigis et clabulariis quibusue priuatis, a ſocietate excluſis, ſibi tantum arrogandi.* Atque definitio poſtarum prioribus ſeculis prorſus ignota fuit. Quam Cyrus neſciuit; ignorauit Aſuerus; neque intellexerunt Graeci aut *Romani* ſapientes. Craſſiſſimo igitur *elenchi*, quod dicitur, errore labuntur, qui in legibus Romanis praeſidium reponunt, iuris poſtarum, Caeſaribus noſtris adſerendi. Fruſtra ſane allegant *L. 18. §. 21. 22. ff. de muneribus et honoribus*; et eadem prolapſione *L. 7. C. de fabricenſibus* laudant; neque firmius ex *L. 2. C. de curioſis et ſtationariis* argumenrantur; imo in ipſo *C. de curſu publico et angariis titulo*, ubi ſedes eſt huius materiae, nihil reperitur, quod ulla conſecutione ad modo deſcripta poſtarum *iura* poſſit referri. Vt enim taceam, quod ante me a pluribus contra ueteranos iſtos doctores exploſum eſt, admodum abſurdos et rerum imperii ignaros eſſe, qui e uolumine Iuſtinianeo principia eruere uelint iurium publicorum Germaniae. Nam ne γρῦ quidem in memoratis Romanorum legibus reperitur: unde conſtet, Caeſares aut rempublicam ex re uehicularia aut curſu publico ullum *lucrum* ciuibus

An hoc ſenſu ſit inter reſeruata imperii; aut iura territorii? Explodantur et explicantur LL. Romanae.

(m) Errat Franciſcus TVRRIANVS, aut qui ſub hoc nomine latet ZIMMERMANNVS, Hildesheimenſi Antiſtiti a conſiliis, quod Taxios a Friderico V. hereditario poſtarum munere donatos fuiſſe dicat. Filio enim huius Caeſaris id debent. Quod IVLIVS CHIFLETIVS in libro, quem inſcripſit, les Marques d' honneur de la Maiſon de Taxis, prodidit; quem SPENERVS P. II. Herald. lib. III. c. 37. atque hunc WAGENSEILIVS de ſummis officialib. c. 3. § 3. p. 14. exſcripſerunt.

(n)

CAP. III.

bus praeripuiſſe. Felicius ergo pro noſtris principibus rerum gnari exinde arguent: Caeſares Romani *lucra poſtarum* ſibi in priſtinis ſeculis, ubi poteſtas eorum nullis legibus adſtricta fuerat, nunquam adrogarunt; ergo multo minus temporibus noſtris haec ſibi poterunt uindicare, cum iniuria ac detrimento principum territorii. (n) Sane, adeo lucri nihil *poſtae olim Caeſareae* fecerunt, ut potius ex *l. 20. C. de curſu publico* conſtet, neminem, qui curſu publico in itinere uſus fuerit, quicquam propterea ſoluiſſe. Atque hunc morem neque ſeculo decimo quarto migratum fuiſſe, BARTOLO (o) teſte ſcimus, qui ita ſentit: *nullus dux, poſtquam ſuum ducatum intrauit, debet uti curſu publico* (poſta Caeſaris) *ſed iumentis propriis.* Potius clariſſimum eſt, quod non ſolum olim apud Romanos arg. *L. 65. ff. de acquir. rer. domin.* ſed etiam in Germanica gente *quaeſtus*, e re *uehiculari* facti, non Caeſarum fuerint, uerum hominum priuatorum.

Tabellarii ciuitatum der Stadte ordinarie Botten.

Reliquias omni tempore obſeruare licet in tabellariis *ciuitatum* (*der Stædte ordinarie Botten*) qualem, poſt alias plures, etiam patria mea *Hala Sueuorum* alit. Qui literas resque omnis generis transferunt referuntque, quamuis in iisdem locis *Caeſarei* poſtarum magiſtri eadem commercia inſtituerint exerceantque. *Horum* enim auctoritas cum iunior longe ſit iuribus *illorum*: facile agnouit Caeſar, id poſtae genus per *Taxiana* conſilia nullo iure tolli ac obrui poſſe in Germania. Quamuis quidam ceremoniarum ritus ſint, exempli cauſa, ne ciuitatum ueredarii curſorios tubulos uel gerant uel inflent (*ſollen weder das Poſthorn führen noch darein ſtoſſen*;) ut poſtis Caeſareis in angiportu cedant et quae ſunt generis eiuſdem, quibus dignitas utriusque debet internoſci. Sed hae recentiorum temporum ſubtilitates ſunt, quas Caeſari diſputare noluit grex puſilla ciuitatum. Meretur conſuli diſſertatio, de hoc argumento uentilata, praeſide *illuſtri uiro Henrico* COCCEIO (p); quae horum *tabellariorum* iura auctoritatemque ex inſtituto contuetur.

Ius poſtarum in ditione Auſtriaca.

Imo ipſa ſparta Comitis de PAR, qua is ſupremam in *Auſtria* et huic innexis regionibus *poſtarum praefecturam* gerit, nullo prorſus iure *Taxiis* addictam, ſatis teſtimonii habet, *poſtas lucratiuas*, de quibus hic ſcribimus, ius eſſe territoriis in Germania adfixum. Equidem ſcio, quod

A *Caeſareus* TVRRIANVS (q) exiſtimet, Auſtriacam domum *poſtarum* regale *praecipui* iure habere. Verum enim uero priuilegia allegans, ea probare debet, quod haec facti ſint, neque praeſumantur *L. 1. C. de mandatis principum*, imo nec ullius dignitate et auctoritate nos terreri debere, ſed ſacras eius literas quaerere iubet imperator. Mirum igitur omnino eſt, haſce pro Auſtriacis hactenus prolatas non fuB iſſe. Neque tueri poteſt cauſam eorum, quod et hoc ipſum inter priuilegia Auſtriaca ſit; *daſs Sie die Original ſolcher ihrer Freyheiten vor unſerm Kayſ. und des Reichs Hof-und Cammer-Gericht noch einigen andern Gerichten für zubringen, noch* diſputiren *zulaſſen nicht ſchuldig ſeyn*, ut uerba ſe habent diplomatis *CAROLI V.* Poſtquam enim tot auctoribus, utpote CVSPINIANO; ROO; FVGGERO; LAZIO; GOLC DASTO; LIMNAEO; PASTORIO ac LONDORPIO Auſtriacorum priuilegiorum codicillus paſſim deſcriptus eſt: omni iure id in dubium uocatur, quod in illo nequit reperiri. Neque enim, quam etiam opima haec priuilegia alias ſint, ullum uerbum de *regali poſtarum* ibi inuenitur. Fruſtra autem et in eo eſt TVRRIANVS (r), quod *Ferdinandum II.* qua *Caeſarem*, non qua principem Auſtriae illuſtri *PARIO-D RVM* familiae ius poſtarum in Auſtriacis regionibus detuliſſe, ſcribat. Nam Taxii hereditaria poſtarum praefectura integro ſeculo ante a Caeſare ſummatim per omne imperium inueſtiti fuerant: quibus ius hoc ſuum, ſi aliquod illis fuiſſet, poſtea inuitis et immerentibus non potuiſſet auferri. Et uero cum nullibi legatur, *Taxios* ſe huic *Pariorum* inueſtiturae tum obieciſſe, certiſſimus ſum, eosdem neque E cauſas uidiſſe, ad id faciendum.

Poſtulata iure poſtarum in provinciis Burgundicis.

Quod uero *Ludou. ab* HORNIGK (s); *Caſpar* KLOKIVS (t); *Philippus Andreas* OLDENBVRGERVS (u); opponunt; domum tamen Burgundicam ad ius poſtarum *Taxiis* e manibus auferendum, fruſtra anhelaſſe. Id miror, neminem diſſoluiſſe. Maximilianus enim *Taxium* clientela poſtarum ibi non ut Caeſar donauerat; ſed qua heres Burgundionum. Huius ergo poſteF ris incubuit, ut facta conditoris ac parentis ſui omnino praeſtarent.

Saxoniae electoris per Belgium et Italiam.

Neque maioris momenti eſt, quod *Thomas* MICHAEL (x) de ſuo tempore memorat: *Haud ſecus uti an. 1579. A. E. S.* (quae literae *Auguſtum Electorem Saxoniae* denotant) *per Belgium*

(n) Vt tamen ſemper in memoria ſit: ius poſtarum in prima ſignificatione ſaluum omnino ac integrum eſſe imperatori.

(o) In commentario ad L. 20. C. de curſu publico.

(p) Scripſit eam defenditque Iacob Erneſtus THOMAN Auguſtanus, haud dubie in patriae honorem [*der Augsburger Botten*] hoc titulo: G DE TABELLARIIS *von Botten* edit. Heidelbergae 1682.

(q) *Im Glorwürdigen Adler*, cap. II. p. 89.

(r) *In dem Glorwürdigen Adler*, cap. II. p. 90.

(s) Cap. XV. de iure poſtarum theorem. 2. p. 122.

(t) De contributionib. imp. cap. II. n. 30.

(u) In Limnaeo enucleato lib. III. cap. 2. p. 368.

(x) De Caeſ. Maieſtatis camerae et ſtatuum iurisdi-

CAP. IV. *et Italiam ſuis ſumtibus conſtituere annitenti a Caeſare, pro huius ſuae maieſtati reſeruati iuris defenſione, inhibitum fuit.* Quem locum infiniti ſere alii ex eodem, nullo iudicii ordine, exſcripſerunt. Quaſi ſcilicet iam conclamatum eſſet, exemplum hoc principum Germaniae poſtulatis curſus publici iuribus omnino obeſſe. Verum enimuero non actum hic fuerat de iure poſtarum in proprio Saxoniae terri- A torio, de qua noſtra haec quaeſtio, neque dicitur, an ſingularium ditionum domini conſenſerint Saxoni, ut curſu publico per territoria eorum pro arbitrio transiret. Quod utrumque ſatis luculenter docer, quam huius loci id exemplum non ſit, ut adſerto, per hactenus dicta, principibus iuri poſtarum ulla ratione obſiſtere aut obeſſe queat. §. I.

CAP. IV.

De

Tertio poſtarum genere, quod olim Romanorum.

§. I.

TERTIVS poſtae ſignificatus, quo ius notat ANGARIARVM.

REſtat *tertium* et ultimum genus *poſtarum* etiamnunc tribus uerbis exponendum. Scilicet quatenus *facultas eſt, ſubditis territoriorum onera imponendi, ut ueredos ac ueredarios gratis alant, uel ipſimet promti ſint, ad curſum publicum principis cauſa, peragendum.* Atque hoc intellectu *poſtarum* iura in LL. Romanis paſſim deſcripta reperimus. Pertinent huc *L. 18. ff. de muneribus et honoribus L. 7. C. de fabricenſibus* C *et tituli* ſere integri *C. de curioſis et ſtationariis* item *de curſu publico et angariis.* A quo onere etiam nemo facile ſe excuſare potuerat *L. 1. C. de quibus muneribus nemini ſe liceat excuſare et L. 1. C. quemadmodum ciuilia munera indicuntur*, ne clerici quidem, quatenus hoc munus ſuerat patrimoniale L. 11. C. de *ſacro ſanctis eccleſiis*, aut ueteranorum naues *L. 4. ff. de ueteranis*; aquarii tamen *L. 10. C. de aquae* D *ductu.* Qui plura hic deſiderauerit, doctos interpretes adeat *Budaeum*; *Cuiacium*; *Alciatum*; *Brunnemannum*; *Perezium* alios plures. Tractauit quoque hanc rem ſummatim, ſed ordine ac erudite *Regnerus* SIXTINVS (a); quem *Iohannes Ot-* B *to* TABOR (b) et reliqui tantum non omnes exſcripſerunt. E Graeca autem et Romana antiquitate qui haec eruat, illuſtriſſimum ſcriptorem *Ezechielem* SPANHEMIVM (c) laudauimus, cui nunc addi poteſt *Iacobus* GVTHERIVS (d), poſt quos operae pretium non eſt, alios nominare, cum hi nihil omiſiſſe uideantur, quod huc queat referri. Verum enim uero neminem imperii noſtri adeo ignarum fore, exiſtimo, qui *poſtarum iura*, qua hanc *angariandi* facultatem notant, Caeſari in Germaniae prouinciis ſit adtributurus. Principio enim hoc onus, incolis pergraue, ipſos Romanae gentis Caeſares publico edicto, ſupra (e) ſcripſimus, remiſiſſe. Quod igitur illo iam tempore ceſſauerat, hoc fruſtra imperatoribus noſtris, propter ſuperius allegatam cauſam (f), uindicatur. Deinde extra controuerſiam eſt, Caeſares noſtros iure collectandi (g) deſtitui. Igitur neque *angariandi* facultate gaudebunt, illi admodum uicina. Faciunt huc uerba *Ioh. Wolffg.* TEXTORIS (h), quae hanc rem ad ſtatum noſtrae aetatis bene diſtinguunt. Sunt autem haec: *porro inter Caeſaris reſeruata referendum ius curſus*

risdictione conclus. XII. p. 604. Ceterum mihi aliunde notum eſt, HVBERTVM LANGVETVM principi ac nutritori ſuo ad hoc inſtitutum auctorem fuiſſe. Et ſane miror Languetum, in Gallis tum agentem, nullas inde Saxoni literas mittere potuiſſe, quam uel in nundinis Francofurtanis per mercatores, uel nuntio peculiari amandato in Germaniam. Quod ille in multis epiſtolis prodit, a nobis ante quinqoennium et quod excedit promulgatis, certiſſimo indicio, poſtas neque tum temporis a Taxio bene diſpoſitas fuiſſe; ut quorumque principum literas perferrent.

(a) In tractatu de regalibus capite XIII. quod ex inſtituto agit: de angariis et parangariis et plauſtrorum nauiumque praeſtationibus.

(b) In commentario ad tit. C. de metatis et epidemeticis cap. 3. §. 5. pag. 89. 90.

(c) Diſſertat. IX. de praeſtantia numiſm. p. 800. ubi hoc argumentum plene ac erudite eſt pertra- E ctatum: unde legum interpretes omnino proficere poſſunt.

(d) Memorabili admodum loco lib. 3. de officiis domus Auguſtae cap. XIV. de curſu publico angariis et parangariis p. 629.

(e) HADRIANO; PIO et SEVERO Caeſaribus, quod numis ac teſtimoniis ueterum ſcriptorum probat illuſtriſſ. SPANHEMIVS diſſert. IX. p. 804. de numiſm.

(f) Argumenta enim negatiua non reiecerim in iure publico: ita ſcilicet, ut, quam poteſtatem Romani Caeſares non habuerunt, eandem neque Germanicos hodieque ſibi arrogare poſſe, exi- F ſtimetur. Secus autem AFFIRMATIVIS fueris uſus et quae olim illis poteſtas fuit, eam bis fruſtra uindicaueris.

(g) KLOKII in hoc argumento illuſtre uolumen eſt de collectis et contributionibus imperii.

(h) Iuris publici Caeſarei tit. XII. n. 113. ſqq. de reſeruatis caeſareis.

(i) To-

CAP. IV. §. I. II. III.

curſus publici, cui hodie poſtae nomen, ſed A *diuerſa iterum ratione ac olim. Hoc enim ius tempore ueteris imperii in perceptione angariarum conſtitit, dum equos curſorios et paraueredos prouinciales alere tenebantur ſumtibus ſuis. Aſt haec onera non iam imperatori, ſed territoriorum dominis praeſtantur a ſubditis. Quanquam durante bello non deſint exempla, quibus ad publicas neceſſitates, uelut ad ſubuehendum annonam militarem tormenta et reliquos belli* B *adparatus duces Caeſarei uicinos ſtatus equos plauſtraque poſcerent. Quod imaginem ANGARIANDI prae ſe fert, ſed ſtatus*, quod bene additur, *onera talia magis uoluntate et in rempublicam amore atque erga imperatorem reuerentia, quam PRAECISA IVRIS NECESSITATE agnoſcere et praeſtare uidentur. Certe illud patet, ab his ipſis ius poſtae imperialis modernae toto coelo diſcrepare. Nec enim* C *amplius ſumtibus prouincialium aluntur equi curſorii, ſed eorum, qui poſtis ſunt praepoſiti* et quae ſequuntur. Cuius uiri ſententiae nullus non rerum gnarus adſtipulabitur. Quod enim in *2. F. 56. angariarum iura inter regalia Caeſaris* numerentur et aliquid eius generis colligi poſſit ex conſtitutione quadam GOLDASTI (i): neutrum cum moribus Germanici imperii uel olim conuenit uel cum iisdem nunc D congruet, ubi legibus et pragmaticis ſanctionibus aliter prouiſum eſſe, ſcimus.

Rerum dictarum ſummatim inſtituta repetitio.

§. II. Vt igitur ea, quae huc usque plenius dicta ſunt, nunc ſummatim, repetam: habet *ius poſtarum* in *primo* ſignificatu *Caeſar*, ad cuius maieſtatem utique pertinet, ut per ſedula literarum commercia ſciat, quid in quibusue plagis et angulis Germaniae agatur, er hoc eſt, quod inter reſeruata Caeſaris merito queas re- E ferre. Verum hoc non obeſt *principibus* imperii, quin ſinguli in ſingulis *territoriis* et ipſi *poſtas* inſtituant habeantque in *altero* ac *tertio*, quem dedimus, uocis intellectu. Quorum *unum* ex *utili* territoriorum dominio; *alterum* ex iure *collectandi*, proniſſima conſecutione fluit, qua utraque facultate principes Germaniae hodienum gaudent fruunturque. Quodſi uero ipſi etiam *Caeſarei* in *altero* genere po- F ſtarum lucra et compendia faciant in principum territoriis; id ipſa *Ioſephi R. Capitulatio* longo uſui ac praeſcriptioni his uerbis tribuit: *Wo dergleichen Kayſerl. Poſt-Aemter VERHANDEN und HERGEBRACHT* (k): aut etiam *pacto* expreſſo. Quod in Brunſuicenſi ditione cum

Iura DERIVATIVA POSTARVM PACTO domini territorialis uel TACITO uel EXPRESSO.

A Guelferbutana domo exiſtimauerim interueniſſe: ubi celeres equos ea cauſa TAXIVS etiam nunc habet. Sed hoc iure quilibet etiam alius princeps per *aliena* territoria *curſum publicum* diſponere poteſt: ſi quidem *dominus territorialis* conſenſu ſuo uel tacito uel expreſſo id adprobauerit. Exemplum ualde momentoſum eſt, quod *Brandeburgicus* quondam elector ab anno 1658. per ipſas Saxoniae ac Miſniae regio- B nes *poſtas* habuerit neque oppoſuerint ſe ullo caſu Saxones, quin potius illis gratum hoc eſſet, ut literae eorum, propter nundinas Lipſienſes maxime, tempeſtiue et leui pretio in exteras prouincias perferrentur. Anno demum 1692. adeoque poſt plures quam totos triginta annos e ſomno, ut ipſi dixerunt, ſunt expertecti. Cum enim inſignia *poſtarum* compendia ſentirent, inuido aliquantisper oculo C Brandeburgicos praefectos ſunt intuiti. Mox principi electori ſuaſerunt, ut et ipſe *curſum publicum* per uniuerſas ditiones diſponeret. Quod cum factum eſſet, Brandeburgicis literae, quo iure non definio, praereptae ſunt: ut ab eo ſpartam, per tot luſtra, ipſa Saxonum uoluntate, exornatam, quando impenſis lucra non amplius reſponderant, relinquere ab eaque diſcedere cogerentur. In *Quedlenburgenſi* D etiam ciuitate ante ſexennium adhuc *poſtae Taxianae* fuerunt. Sed poſtquam Poruſſorum rex ditionem illam recepiſſet: omnino cauſas habuit, eo ſibi proſpiciendi, ne hic *territorii* fructus ei decederet. Poruſſico itaque ueredo inſtituto, expirauit, quem *Taxius* ibi habuerat. Neque enim Taxiani *poſſeſſione* ſua iura tueri poterant. Saxonum enim patientia nihil nocuit Brandeburgicis, arg. *L. 11. ff. quemad.* E *ſeruitutes amittantur* et *2. Feud. 8. §. Rei autem.* Verbis: *quod ergo etc.* quibus priſtina in Quedlenburgum iura fuerunt, antequam urbem pretio, Saxonibus numerato, in ſuam ditionem accepiſſent.

Quis poſtas iure hereditario deferat in Germania?

§. III. Verum haec ſufficiant ad intelligendum, *quis* poſtas *hereditario iure* in Germania noſtra poſſit deferre. Scilicet *CAESAR* in *priori* (l) ſignificatu, iure reſeruatorum; in *altero* (m) pactis ſiue F tacitis, ſiue expreſſis cum dynaſtis ditionum: *PRINCIPVM* autem iura uti *primi* (n) generis *poſtas* non attingunt: ita in *ſecundo* (o) ac *tertio* (p) easdem omnino in ſuis territoriis exercent. Itaque non omnes *hereditarii* curſorum *praefecti* eandem facultatem eademque iura habent. Sed haec aeſtimanda ſunt pro *triplici poſtarum*

(i) Tomo III. conſtitution. p. 35. et 61. ibi que- G rela extat, qood homines priuati ſine coectionis ſchedula curſu publico uterentur: hic uero equorum maior cura mancipibus commendatur.

(k) Articulo XLIV.

(l) Superius deſcripta cap. II.

(m) Quem dedimus cap. III.

(n) Locus ſaepius citatus.

(o) Ita cap. III.

(p) Deſcribitur cap. III.

(q) Ver-

CAP. V. §. I.

ſtarum diuerſitate, hactenus a nobis edocta. Quamuis, ut uerum fatear, *primi* ac *ultimi* generis poſtarum non facile exemplum extet, cum *iure hereditario* collati. Neque enim *ibi* clientem repereris, cum feudi cuiusuis ratio in *conceſſione utilitatis* (q) uerſetur, quae fere in illo genere non reperitur (r). A modu autem *poſtremo* de iure angariarum loquor, curſus publici in Germania deſuefacti ſunt, ut priuatae tantum atque extra ordinem quandoque inſtitutae uehiculationi inſeruire uideantur. Loca hanc in rem congeſſit *Samuel* COCCEIVS (s), magno parente digniſſimus filius, unde plenius intelligi poteſt, quod nos, pro ratione inſtituti, ſummatim expoſuimus. Vt adeo *alterius* tantum generis hereditarii poſtarum praefecti ſupereſſe, uideantur.

CAP. V.

De
Suprema celerum praefectura dem General-Poſt-Amt in Hiſpania, Gallia, Anglia, Dania, Suecia, Turcia et alibi.

§. I.

Maxima dignitas praefecturae poſtarum, in aula Caeſarum utriusque Romae.

SEd neque parum eſt, ad ſupremam CELERVM PRAEFECTVRAM adſpirare. In quo dignitatis gradu τὸν λογοθέτην τῦ δρόμυ, quem interpres (t) *ſupremum curſorum praefectum* reddit, *qui cognitionem habuerit de curſu publico*, aula Conſtantinopolitana Graecorum Caeſarum repoſuerit, e *Georgio* CODINO (u), uulgo *Curopalata* in aliquot locis poteſt intelligi. Scilicet inter primarios aulae adminiſtros locum habuit ſummus curſorum magiſter: quem magno dignitatis interuallo alii plures ſequuti ſunt. Tuentur eundem in hoc honoris faſtigio ipſae etiam leges Romanae. Nam *L. 9. C. de curſu publico* imperator ſibi, uel ut eius uerba ſunt, noſtro numini et magiſtro officiorum curſus publici curam reſeruamus. Ita ut neque praefecto urbi neque magiſtris militum nec ducibus nec uicariis a nobis hic quicquam conceſſum ſit. Quorſum *Iacobus* GVTHERIVS (x) legi poteſt, quamuis mirer, cum praefecti curſorum munera non curatius deſcripſiſſe. Et memorabilis illa poena eſt, quam ex Iulio Capitolino ſuppeditat *Petr.* AERODIVS (x*) his uerbis: *Tito Aurelio imperante, Pertinax, qui et poſtea imperator fuit, praefectus cohortis in Syriam profectus, curſum publicum ſine euectione, ſiue diplomate (ohne Poſt-Zettel) usurpauerat. Praeſes Syriae ita hoc nomine in eum animaduertit, ut pedibus ab Antiochia ad legationem ſuam iter facere imperaret.* Inde eſt, quod *C.* PLINIVS non alii quam ipſi imperatori Traiano ſe excuſet (y), *quod uxori ſuae, audita morte aui, uolenti ad amitam ſuam excurrere*, euectionis diploma conceſſiſſet. Quod clariſſimum nobis documentum eſt, curſus publici cauſas maximi momenti fuiſſe, ſaepius a praefecto ad ipſam Caeſarem delatas. Etiam in medio acuo mentio TRACTORIARVM epiſtolarum, *Vorſpanns-Zettel*, de quibus SIRMONDVS (*) et MABILLONIVS (**). Et uero neque noſtra aetate ſparta ſupremi poſtarum prafecti minoris momenti eſt: quod intelligere licet, ſi plerarumque Europae aularum rationes habeamus. De *HISPANIAE* regno gentiles

Noſtra aetate in palatiis regum ac principum Europae uniuerſae. 1] HISPANIAE.

(q) Verbis ſcribo illuſtris STRYKII cap. 1. et 2. iur. feud. pr.

(r) Niſi ipſe Caeſar reditus ALIVNDE tribuere uelit praefecto POSTARVM, ut in hoc etiam genere fidem eius ſolertiamque beneficio alligatam habeat. Quod OFFICIALIBVS aularum hereditariis *den Erb-Hoff-Aemtern* dari ſolet. Qua cauſa ipſos etiam principes electores Bambergenſia feuda accepiſſe ſcimus: ut hereditariis muneribus in aula iſtius antiſtitis defungerentur. Quae cum ARCHIOFFICIIS eorum, quae Caeſari et imperio praeſtant, manifeſto errore alii confundunt.

(s) In diſſertatione nuperrima de regali poſtarum iure cap. 1. n. 10.

(t) F. IVNIVS in notis in Curopalaten p. 302. ὁ λογοθέτης τῦ δρόμυ. Summus curſorum praefectus, cognitionem habens de curſu publico: qui hodie Germanis *Poſtmeiſter*, Gallis maiſtre des poſtes. Vt ex hiſtoricorum monumentis poteſt probari. Qua de re etiam agit SPANGENBERG *part.* 1. *Adels Herkommen* cap. 10. p. 154. 200.

(u) In libro de officialibos palatii Conſtantinopolitani p. 16. 68. 174. 302. et quae ad hunc locum notauit Gretſerus.

(x) De officiis domus Auguſtae lib. 3. cap. 14. pag. 635.

(x*) Lib. X. rer. iudicatar. cap. 7. p. 938. de muneribus et honoribus.

(y) Peregregia haec epiſtola eſt CXXI. ET VLTIMA LIBR. X. quae omnino perlegi meretur, cum illa, qua Caeſar Plinii factum ſuo conſenſu adprobauit. Quod talis officii gratia in celeritate conſtiterit, ut ſententiam Caeſaris Plinius ante iter ſuſceptum, exquirere non poſſet.

(*) Ad Sidonium.

(**) Ex formulis Marculfi lib. 1. c. 2. de re dipl.

(z) In

CAP. V. §. I.

les ſcriptores GARCIAS TOLETAN. (z); LARREA (a) et PEREZIVS (b), cuius uerba huc exſcribi, merentur. Ita autem hic: *ſummus ueredariorum praefectus, curioſo in comitatu olim ſimilis, illuſtri ſtirpe oriundus, a principe conſtituitur, cui in omnes ueredarios imperium eſt. Et ſtafetas, quos celeres literarum curſores uocamus, deſignat atque beneficio principis omne commodum ex iſto munere proueniens ſibi acquirit. Sed omnes ſumtus ſuſtinet et ſalaria praebet* B *curſoribus aliisque miniſtris et faſciculos literarum principis et legatorum eius ubique exiſtentium, deferendos curat: atque in praemium probe nauatae operae ſolent eius heredes, permittente principe, in munus ſuccedere, ſaltem in Hiſpaniae regnis et Belgio.* Non poenitet integrum locum dediſſe, cum plura ſint, quae inferius etiam

2) *GALLIAE.* dicendis lucem dare poſſunt. De *GALLIAE* moribus e TABOETIO (c) haec C refert LIMNAEVS (d): *procuratio* curſus publici in Gallia *moribus aulicis, adſcribitur Archihippocomo* (au Grand Eſcuyer de France) *qui magnus adpellatur Scutarius.* Qui ſuo tempore hanc prouinciam in Gallia exornauerit, *Ludou. ab* HOERNIGK (*) recenſuit. Noſtra uero aetate ſupremam poſtarum curam *LOVVOIS* geſſit, regis, dum uiueret, manus et oculus. Qui *trigam* clauſit maximorum, A quos Gallia pace et bello uidit, adminiſtrorum. Et ſane non infimam immanium diuitiarum, in quibus ipſe deceſſerat, partem hanc fuiſſe, quam ex reditibus collegerat praefecturae poſtarum, ſermone plurium habeo. Addi poteſt de Galliae POSTIS *Renat.* CHOPPINVS *de doman. Franc. lib. 3. p. 704. 705.* et ZVPAEVS de iudice *lib. 3. c. 19. p. 114. n. 3.* In *ANGLIA* 3) *ANGLIAE.* rex quidem ipſe poſtarum iura ſibi ſeruauit, teſte *Henningio* ARNISAEO (e): ſed curam eorum iam olim principi *Georgio*, nunc marito *reginae* demandatam fuiſſe, ſcimus (f). Neque infra dignitatem ſuam eſſe exiſtimauit regali ſtemmate oriundus princeps, ut ceteris regnorum ac dignitatum titulis hunc quoque adderet: *SVPREMVS POSTARVM* in Angliae regno *PRAEFECTVS.* In *DANIAE* 4) *DANIAE.* regno ſuprema celerum cura adſignata eſſe, dicitur GVLDENLOVIIS, quae familia originem debet filio quondam regis naturali (*). In *SVECIAE* etiam regno, ſi a- 5) *SVECIAE.* libi unquam, ratio haberi ſolet celerum curatiſſima (**). In *MOSCOVIA* ac *RVSSIA* 6) *MOSCOVIAE.* aluntur ruricolae ad rem uehiculariam in gratiam peregrinorum agendam et promouendam (†). In *Poloniae* regno 7) *POLONIAE.* uti libertatis iura ſaepe degenerant in licentiam, ita etiam obeſt illa rei curſoriae rationibus magis curatis (††). Contra in regno

(z) In comment. C. ad tit. de curſu publico.

(a) Fide Perezii, cum auctor ipſe ad manus non ſit.

(b) Commentar. in lib. 12. cod. tit. de curſu P. p. 851.

(c) In paradoxis reg. ſect. 2. p. 113.

(d) In notitia Franciae lib. 2. cap. 3. p. 573. quo doctiorem librum non ſcripſit Limnaeus.

(*) Capit VI. p. 37. Hodie Monſ. de NOVVEAV Seigneur de Fremont Conſeillier de Sa Maieſté en ſes Conſeils d' Etat, GAND MAITRE DES COVRRIERS ET SVRINTENDANT GENERAL DES POSTES et Relais de France.

(e) Lib. 3. de iurib. maieſtat. minoribus cap. 4. pag. 549.

(f) Non ſolum ſermone aliorum, ſed etiam teſtimonio Iacobi Bernhardi MVLZII part. II. repraeſentat maieſtatis imperat. cap. 9. p. 435. gener noui regis Angliae princeps Danicus reditus poſtarum per Angliam nuper obtinuit. Adde CHAMBERLANVM *in deſcriptione ſtatus Angliae regni* ex inſtituto.

(*) Lege quidem locati conducti tam in *Norwegia*, quam in *Dania* hoc regale exercetur a priuatis. Et cum *locarium* uix aliquot *milliam imperialium* attingat, multi ſunt, qui diſpoſitionem eius deſiderant curatiorem. Memini ann. 1704. ipſum regem e Germania euocaſſe uirum eius rei gnarum: ut celetum Daniae et Norvvegiae defectus emendarentur. Extat inter *regales conſtitutiones Hafniae* in 4to editas: *Poſtordnung udi Danmack og Norge, ſamt Forſtendomme Schleſwig og Holſten* Chriſtiani V. regis an. 1694. Taceo alia rei curſoriae, quae in eodem uolumine habentur.

(**) Extant de *Sueciae* poſtis iam conſtitutiones regales an. 1636. 1642. 1643. 1645. de quibus LOCCENIVS *in ſynopſi iuris publici Suecici diſſert.* 3. §. 25. *p.* 34. atque in antiquit. *cap.* 9. *p.* 74. Plura *Michaelis Wexeonius* GYLLENSTOLPE *in politica* D *Sueciae ſect. 2. cap. 3. de maieſtate eiusque iuribus §. 13. p. 261.* quae prodiit *Aboae* in Finlandiae academia eſtque diuerſa ab hac, quam edidit pater illius *Nicolaus* GYLLENSTOLPE, etiam *deſcriptionis Sueciae* auctor editorque *Aboae* 1650. 8vo. Sed tres hi libelli, cum anhelare uideantur ad priſtina tempora libertatis et imperii adducti, publice proſcripti ſunt, ut adeo reperiantur nonniſi difficillime. De *poſtis Suecicis* etiam plurima *in dem Schwediſchen Kauffmann* p. 57. 59.

(†) Ruſſiae poſtas laudauit commendauitque E ſuo iam tempore OLEARIVS. Sed haud dubie ideo, quoniam legati extraneorum gratis uehuntur per imperii prouincias uniuerſas a ruricolis, qui ideo immunes ſunt ab aliis tributis. Cetera nouam curam et cultum etiam hic expectat Moſcouia. Conferatur etiam MARPERGER *in nundinatore Ruſſo cap. 8. p. 124. 125.*

(††) Ante duo fere luſtra *Ioannem* BARZEVSKIVM id egiſſe, ut *poſtae* inſtituerentur per uniuerſam Poloniam, id quidem ſermone habeo aliorum. Ipſe impenſas obtulit et locarium annuum, ſiquidem haec ſparta illi elocaretur. Verum regna F uicina, neſcio qua aemulatione, huic inſtituto attulerunt plurima impedimenta, ut res ſucceſſu deſtitura. Licet noſtri aeui rex eam cauſam demandauerit *commiſſariis.* Verum didici ex faſciculo *Mſcto* nauem hanc ad multos ſcopulos offendiſſe. *Principio* fuerunt inter Poloniae ordines, qui dixerunt, ſua intereſſe, ut lateant; ſed *poſtis ordinatis* mille futuros eſſe proditores. Olim ideo hoc regnum ab *adſiduis* legationibus abhorruiſſe, ideo: ne arcana reipublicae propalarentur. Angue igitur peius fugienda celerum inſtituta. *Deinde* et proceres reipublicae et ſacros regni antiſtites recuſaturos locarium, quod, ſua opinione eſſent, ab omni *taxa*, onere, cenſu, praeſtatione immunes. *Demum* leges rei curſoriae uix obſeruatu-

regno *PORVSSIAE* expedita et ſecura uehicula, celerum praefecti uigiles et ſolertes, ut uicinis eſſe queant exemplo, dummodo illud ſibi proponerent ad imitandum (†*). Neque TVRCIS ignotae celerum curae, ſatis hodie cultae et expeditae (a) in tanta barbarie. *ITALIAE* quoque poſtas diſponere inſtituit papa Romanus (*†*).

CAP. VI.

De
Poſtis prouinciarum Germaniae.

§. I.

Germaniae, ubi patrocinium curſus publici archicancellario S. R. I. antiſtiti Moguntino commiſſa.

NEque in Germania noſtra minor eſt eiusdem muneris dignitas et amplitudo. Inde eſt, quod teſte BOINBVRGIO (g), quem BOECLERVS (h); SPENERVS (i); THVLEMARIVS (k); CRVGERVS (l) aliique exſcripſerunt, ipſi Moguntino antiſtiti Caeſar *patrocinium* demandauerit *poſtarum* et curſus publici in uniuerſa Germania. Quae prouincia cum ſupremo, quod in imperio eſt, munere archicancellariatus omnino connexa eſſe uidetur (m).

Lites ea cauſa cum a Taxiis tum a proceribus imperii intentae.

Et memini plurimas ea cauſa lites principi electori cum a Taxiis; tum a proceribus quoque imperii motas fuiſſe. *Illi* enim a Caeſare magis pendere uoluerunt, in cuius clientelam, inueſtiturae remedio, eſſent recepti (n): hi autem inter nouiſſime 1690. deſcripta grauamina contra Moguntinum hoc etiam allegarunt: *es nehme ſich Churmainz der* Protection *über die poſten an. Unter derer* Praetext *Churmainz eine* iurisdiction *in andrer Chur-Fürſten Fürſten und Stænde* territoriis *unvermercket* exerciren *kænne* (o).

Noua ratio litigioſa haec iura componendi.

Mea doctrina facile eſt ad controuerſiam, tot difficultatibus obrutam, duobus uerbis componendam. Scilicet in *primo* tantum genere poſtarum (p) patrocinium Moguntini uerſatur; Non in *altero* (q) ac *tertio* (r), quae iura ſunt, *territoriis* affixa, eaque uel a principe ipſo exercentur, uel *Taxiis* pacto aut patientia eius conceſſa eſſe deprehenduntur. Id quod nihil commune habet cum patrocinio Moguntini.

Quo iure literae Moguntini a taxa curſoria immunes?

Quamuis aequitas quodammodo commendare uideatur, ut propter clientelam *primi* generis poſtarum etiam in *altero* literae Moguntini a τῶ ςαθμολύτρῳ immunes ſint. Quod etiam praxi confirmat HOERNIGKIVS (s). Et uero cum olim Caeſareis impenſis literaria commercia habuerit Moguntinus: non tam ille, quam Caeſar iis nunc ſubleuatus eſſe, intelligitur.

In Germania Poſtarum praefectura plurimum iuris hereditarii?

§. II. Praeterea id tantum non peculiare habet Germania, quod, ob ſuperius (t) allegatas cauſas, plerique principes hanc ſpartam familiis detulerint cum ſucceſſione hereditaria. Caeſares ſuo exemplo ordinibus hic praeiuerunt.

Exempla Caeſaris cum in S. R. I. ubi Taxius,

Cum enim usque ad Maximiliani I. aetatem curſus publici aerario Caeſaris admodum *onerofi* eſſeht: *FRANCISCVS TAXIVS* ſ. Taſſius, nobili gente ex Italia oriundus inde compendii rationes docuit, obtulitque Caeſari, ſuis impenſis curſores diſponere, literas quoque curiae imperialis ac Moguntinae gratis perferre; modo hoc daret ei Caeſar, ut reliqua commoda atque lucra caperet in praemium operae nauatae. Non poterat inſtitutum hoc, nouum ac inauditum plane, aulae proceribus non gratiſſimum eſſe atque cunctorum adplauſus promereri. Ceſſit etiam Taxio feliciter opera conſiliaque haec optatiſſimus, neque ulli mortalium praeuiſus

---

ſeruaturos homines nobiles, ſi quidem illae non forent ad eorundem palatum. Et quae offendicula alia generis eiusdem.

(†*) De celerum cura in Poruſſiae regis prouinciis egit ex inſtituto MARPERGER *in deſcript. prouinciarum R. Poruſſiae cap. 10. p. 291. ſeq.*

(a) Vt hodie maiori facilitate excurramus Conſtantinopolin, quam ante ducentos annos hinc Berolinum. De priſtinis celerum inſtitutis egit BVLENGERVS *lib. 6. de imp. Rom. p.* 586.

(*†*) Extat bulla apud CHERVBINVM, Vrbani quidem octaui anno 1641. ſcripta, *tom. V. n.* 288. *p.* 130.

(g) Qui ſchedas de praerogatiuis Moguntini Ioh. Henr. BOECLERO tranſmiſit, ab eodem notitiae S. R. I. lib. VI. c. 5. p. 134. inſertas. Quamuis plura ibi ſint, a partium ſtudio non aliena.

(h) Lib. cit. VI. c. 5. p. 134.

(i) Oper. Heral. part. ſpec. lib. 1. c. 64. §. 18

(k) In op. de octouiratu cap. X. p. 129.

(l) De iurib. nouem uiror. part. ſpec. membr. 2. diſcurſ. 4. p. 215.

(m) Agnoſcente hoc ipſo Moguntino in literis d. 27. Maii 1627. *Meinen Vorfahren, als Ertz-Cantzlern in Teutſchland das Regal und* Protection *über das Poſtweſen im H. R. Reich allergnædigſt anbefohlen.*

(n) De regal. poſtar. iure cap. VI. p. 50. ſeqq.

(o) Ioh. Frid. PFEFFINGER inter alia grauamina contra Moguntinum prolata, hoc quoque deſcripſit lib. 3. comment. iur. publ. tit. X. p. 127.

(p) Superius deſcriptum habes cap. II. §. 2.

(q) Cap. III.

(r) Cap. IV.

(s) Cap. VI. de regali poſtar. iure theor. 2. p. 206.

(t) Plene hac de re egimus cap. I. §. 3. Exemplis ibi ac rationibus cum uniuerſim, tum ſigillatim oſtenſum eſt, quanta commoda curae poſtarum accedant, ſi hereditario iure familiae unius deferantur.

uiſus euentus comprobauit. Regalis enim A fiſcus non ſolum onere hoc ſublcuatus eſt, ſed poſtae magis celeres et expeditae redditae fuerunt, ingenti commodo principum, mercatorum et quorumuis peregrinantium. Mereri uidebatur haec prudentia ſolertiaque laudatiſſimi uiri, ut uniuerſae *genti Taſſiorum* ſuprema *poſtarum praefectura* cum hereditario iure deferretur, quo prseclari conditoris memoria in poſteris exiſteret, nullo tempore in- B termoritura. Atque exinde maiora ſemper incrementa ſumſerunt e curſu publico prouentus, familiamque Taſſiorum tantis diuitiis locupletarunt, quae ſstis eſſe uidebsntur, ut principio comitum, mox S. R. I. principum honores titulosque ſuſtinerent. Habet Taxiana gens ſamiliares et domeſticos ſcriptores, qui ortum progreſſionemque eius ex inſtituto deſcripſerunt. In quorum numero in- C primis ſunt *Franciſcus* ZAZZERA (u); *Alfonſus Lopezius de* HARO (x) et *Iulius* CHIFFLETIVS (y); quem *Ludouicus ab* HOERNIGK (z); SPENERVS (a); WAGENSEILIVS (b); atque hunc et Hornigkium TVRRIANVS (c), aliique exſcribunt. Vt adeo operae pretium non ſit, tot auctoribus memorata repetere.

Cum in Hungariae Bohemiaeque regnis et Auſtriae innexis prouinciis ubi comes de Paar.

§. III. Inuidere coeperunt huic quaeſtui principes Germaniae, quod *Taxios*, D peregrinam gentem tanta e curſu publico compendia ſacere in Germsniis, intellexiſſent. Prodito igitur ſemel arcano poſtarum reditu, conſilia plerarumque regionum dominis eſſe, coeperunt, quibus utilitatem hanc, ceu fructum territorii ſui, ſibi adſererent. Fecit hoc et ſuo quodammodo exemplo reliquis praeiuit gens Auſtriaca. Ex quo enim *Caeſarea* dignitas huic ſamiliae illata ſuit, in Auſtria E eique innexis regionibus *curſum publicum* diſpoſitum habuit, ut quaeuis, ſiue per Italism ſiue Germaniam inſtituta, literarum commercia in *reſidentia*, quae dicitur Caeſaris, ceu in puncto ſuo conuenirent. Et tantum abeſt, ut *poſtae*, a *Taxiis* inchoatae, Auſtriacis offecerint, aut eo protulerint limites: ut potius conſtet, Auſtriscos in aliquot prouinciis, exemplum in *Styria* (d) ſe offert, *celerum praefectos* cum iure hereditario conſtituiſſe. Cum uero rei curſoriae melius conſultum iri, exiſtimaretur, ſi ueredariorum cura in Auſtriacis regionibus, Hungariae Bohemiaeque regnis ſupremo committeretur imperio unius: ad hanc ſpartam snno demum 1624. ſubeundam *Iohannes Chriſtophorus Liber Baro de* PAAR a Caeſare Ferdinando II. delectus eſt, fide diplomatis, quod etiam nunc publice proſtat (e). Efforeſcere inde coepit curſus publicus in Auſtriacis ad inuidiam Taxiorum in reliqua fere Germsnis. Tum enim PAARII iuribus ſuis contra quosque semulos et *Taxios* msximc adſerendis, ampliandis ac deſendendis maiori, quam ante hac ſolertia inuigilarunt, quod commoda in poſteros ſuae gentis tranſitura intelligerent. Contraria certe ſtudia ex hoc tempore inuicem ſouerunt *Taxii Paariique*: cum incrementa *unius* damna eſſe *alterius* exiſtimsrent. Aula Caeſarea, toties de his litibus conſulta, qui libelli in actis LONDORPIANIS (f) hodienum extant, non poterat non in partem inclinare *PAARIORVM*, quod hi cum ſuo iure domus Auſtriacae praerogatiuas tuerentur. Noſtri inſtituti non eſt, his recenſendis occupari, quamuis *diſtincti poſtarum ſignificatus*, quos ſupra docuimus (g), hanc cauſam tribus uerbis iterum componere uideantur. Cum alii doctores (h) intricatiſſimis difficultatibus eam ſolesnt inuoluere. Id ſuperiori anno (1703) aduerſione non minus dignum eſt, quod CAROLVS III. Hiſpaniae rex Viennse Auſtriacorum a Caeſare adpellatus, in itinere per Germsniam in Belgium, regni cspeſſendi cauſa, inſtituto, comitem ſecum hsbuerit *PAARIVM* ſupremum rei curſoriae et uehicularise praeſectum. Hunc enim ſuis et Poruſſiae regis (i) ueredariis hoc tum munere defunctum fuiſſe, die VI. Octobr. cuiuis apud nos licuit intueri. *Vtrique* miro certe tubulorum concentu et in *arce*,

Lud. opuſc. tom. I. Ooo

(u) De nobilitate Italiae.

(x) In genealogia comit. de Villamediana.

(y) In libro, les Marques d' honneur de la Maiſon de Taſſis.

(z) Capit. VI. theoremat. 2. p. 46. de regali poſtar. iure.

(a) Parte II. ſpecial. Herald. lib. III. c. 37. de Taxiis.

(b) De S. R. I. ſummis officialibus et ſubofficialibus cap. 3. §. 3. p. 14. 15.

(c) *Im glorwürdigen Adler* cap. I. §. 3. p. 16. 17.

(d) Ioh. Chriſtophorus L. B. de PAAR antequam G ſupremam in Auſtriacis ditionibus poſtarum praefecturam accepiſſet, in diplomate Caeſareo 1624. ſalutatur: *Kayſerl. Rath und Kammerer Erb-Land-Poſtmeiſter in Steyerm.*

F (e) Apud HOERNIGKIVM cap. VI. theorem. 3. pag. 57.

(f) Volumine V. VII. aliisque, quae loca in nouiſſime edito indice facili negotio euoluuntur.

(g) Cap. II. III. IV. quae omnino conſuli merentur.

(h) Ludou. ab HOERNIGK cap. 3. theorem. 3. p. 61. ſeqq. quique hanc controuerſiam deſcribit tantum, neque momenta in utramque partem aeſtimat expenditque. Et hunc reliqui fere omnes exſcripſerunt.

(i) In eodem enim agmine utrique egerunt eodem plane adparatu inſtructi cum Caeſareis. Qui caſus plane inſigois eſt, quod Caeſareis ueredis in primo ſigoificatu [cap. II.] eum principum imperii in altero [cap. III.] optime conuenire, queat.

(k) Hora

CAP. VI.

ce, ubi rex dimidia tantum nocte (k) ſomnum coeperat, ſignum mane receptui dederunt et poſt urbe noſtra circa *undecimam* exeuntem, iterum iterumque repetito corniculorum clangore, ſunt comitati. Quod neſcio, an pace factum fuerit *Taxiorum*. Sed haec memoriae cauſa in transcurſu.

Regis Porſſiae, ubi comites Wartenbergici.

§. IV. Inter omnes Germaniae principes maximam *publici curſus* curam dimidio abhinc ſeculo habuit princeps Elector *Brandeburgicus*. Equidem non reperitur, *celeres* ante annum 1650. in marchia unquam diſpoſitos fuiſſe. Cum enim horum principum omnis fereditio *marchiae* limitibus abſolueretur: operae pretium illis uiſum non eſt, ut eius cauſa ueredos alerent. Neque *Taxiis* unquam animus fuit in Weſtphalia aut marchia curſus ueredariorum inſtituere: quod e Gallia et Belgio per Rhenanas; Franconiae; Boioariaeque regiones Viennam Auſtriacorum commodum magis iter: atque per Bohemiam cum Polonis commercia ſatis eſſent expedita: in borealia quoque regna poſtae Hamburgo per Brunſuicenſem prouinciam tranſirent. Vt adeo, marchiam attingendi, nulla eſſe ratio uideretur. Verum enim uero poſtquam diuino quodam prouidentis numinis beneficio contigit; ur Brandeburgici principis ditiones a Poruſſia in Cliuiae ducatum, uno fere tractu ducentorum milliarium protenderentur: tum demum intellectum eſt, celerum curſu perquam opus eſſe. Non enim tardiora ſolum literarum commercia fuerunt, quae per longas *imperialium poſtarum* ambages haberi poterant: ſed haec etiam maximis et, quod aliorum ſermone habeo, quotannis *decem millium* thalerorum impenſis facta ſunt. Nouo itaque conſilio ingentis animi princeps, *Fridericus Wilhelmus* hanc curam *Michaeli Matthiae*, uiro rationum cameralium et oeconomicarum gnariſſimo rerumque longo uſu perito tum demandauit, ut *Berolino* et *Cliuiam*; et *Poruſſiam*; et *Miſniam* uerſus ordine non interrupto, *curſum publicum* per marchiam et interiacentes regiones diſponeret. Maiora ſubinde incrementa ſumpſit poſteris commendandum (l) praeclariſſimum inſtitutum: ut nunc non inter infimos *regni* huius reditus locum queat reperire. Et uero PORVSSORVM REGI hoc negotium tanti momenti uiſum eſt, ut *celerum praefecturam* ſupremo regalis aulae adminiſtro delatam uellet. Demandauit enim anno 1700. ſpartam hanc optimus princeps *IOHANNI CASIMIRO S. R. I. COMITI DE* WARTENBERG (m) cum hereditario pror-

§. IV.

(k) Hora enim II. media demum nocte Halam d. VI. Octobr. 1703. ingreſſus eſt, cum Lipſiae et Weiſſenfelſae apud Saxoniae ducem aliquantisper dinertiſſet.

(l) Admodum miror, PVFENDORFIVM, fuſiſſimum rerum Brandeburgicarum, ſub Friderico Wilhelmo M. geſtarum, ſcriptorem et hoc et eius generis plura argumenta, quae pronincias in meliorem ſtatum uerterunt, neglexiſſe. Spicilegia ergo poſt grande et ſumtuoſum opus ſuperſunt, quae induſtrius rerum indagator cum inſigni ciuium utilitate ad gloriam principis immortalem collegerit.

(m) Ab inſtituto noſtro non alienum exiſtimaui de WARTENBERGICIS comitibus KOLBIANAE gentis pauca bic in medium proferre, ut intelligatur, cui familiae SVPREMA POSTARVM PRAEFECTVRA, cum HEREDITARIA in eadem ſucceſſione, in PORVSSIAE regno delata ſit. Sumpſit haec ex antiquisſima Germaniae nobilitate originem. Seculo enim undecimo praeclarisſimis iam S. R. I. muneribus defuncti ſunt, qui ex uetuſtisſima hac ſtirpe fuerunt oriundi. Pridem ea in quatuor palmites init PALATINVM; SVEVICVM; WESTPHALICVM; BOHEMICVM. Primum GEORGIVS HELVICH, non incelebris rerum Moguntiacarum ſcriptor, ex inſtituto delineauit, qui libellus uolumini, *Johann Caſimir Kolbens von Wartenberg Vaterlicher* inſtruction *an ſeine Kinder* ſub finem additus eſt, hoc titulo: *Geburths-Linie des uralten Geſchlechts der Kolben von Wartenberg.* Alterum memorant IOH. STVMPFFIVS in chronico Heluet. lib. IX. c. 6. et MART. CRVSIVS P. II. annal. Sueu. lib. VI. p. 327. et part. III. lib. IV. pag. 244. Tertii ſtemma inueſtigauit Henricus MEIBOMIVS ſenior in notis ad chronicon Schaumburgenſe, quod in tom. I. extat rer. German. p. 541. Quarti ſucceſſus dedit Bohuslaus BALBINVS part. III. tabularii ſtemmatographici regni Bohemiae lit. X. Sed Wartenbergicorum in Bohemis familia eademne ſit cum Kolbianae gentis Wartenbergicis in palatinatu Rheni, de reliquis enim nulla dubitatio, hoc facile erit ad demonſtrandum. Principio enim ipſa NOMINIS ratio euincit, gentem prima origine eſſe Germanicam. In uernacula noſtra eum id notat, cui excubiarum praefectura commiſſa eſt, ſecundum illud OVIDII lib. III. triſtium uers 113.

Quem procul ut uidit tumulo ſpeculator ab alto.

Aſt Bohemis mons non *Berg*; ſed *Hora* dicitur; ut adeo Bohemicae familiae fruſtra quaeratur apud Germanos denominatio. Deinde Bohemici Wartenbergii idem agnomen KOLBIORVM habent cum palatinis. Extat diploma Caroli IV. Caeſaris anno 1377. cui ſubſcripſit PETRVS de WARTENBERG dictus de CHOLB imperialis curiae magiſter, ubi Goldaſtus ob literas uetuſtatis aerugine obeſas Choſt legit, ſed errore ſatis maniſeſto tom. III. conſtitut. imperial. ad ann. 1377. pag. 417. Idem etiam in libro de regno Bohemiae *in den Beylagen* p. 202. Caroli IV. Caeſaris epiſtolam exhibet, ubi uerba habentur: *Wir haben die Dienſte betrachtet, die uns der edel Peter von Wartenberg genannt von Kolb unſer Hove-Meiſter und lieber Getreuer offt gethan hat etc.* Quae formulae in ſcriniis literarum comitis Wartenbergici paſſim ſuperſunt: *Chriſtoph von Wartenberg genannt von Kolbe* et quae ſunt generis eiusdem. Tum illa etiam uerba Germanicam originem oſtendunt, quod idem Petrus Wartenbergicus in eadem epiſtola a Caeſare dicatur: noſter et IMPERII fidelis, *uns und dem Reich* conf. Godefr. Guilielmus LEIBNITIVS part. II. cod. iur. gent. pag. 268. Poſt Carolus IV. imperator eidem Petro Wartenbergio ius uectigalium in Rheno fluuio conceſſit; quod peregrinae familiae uix exiſtimauerim contigiſſe: *Haben wir dem ebgenannten von Wartenberg zu einem*

CAP. VI. §. IV.

prorſus iure, partim ut maſcula ex hac gente proles ad eam ſpem tempeſtiue formari ac inſtrui poſſet, cuius conſilii ſpecimen laudauimus ſuperius(*); partim etiam fidei induſtriaeque, ſibi ab huius familiae *INSTAVRATORE* (n) in grauiſſimis quibusue negotiis adprobatae, grata in poſteris memoria extet, nullo tempore intermoritura. Neque triennium abiit, quo ea incrementa ſub hoc TRIBVNO ſumpſit curſus publici ratio in ditionibus A *regno Poruſſiae* innexis, ut tacere, quam memorare praeſtet ad inuidiam maleuolorum. Aeri nuper inciſa ſunt (o) *Poruſſicarum poſtarum* ad *Polonos*; *Belgas*; *Baltici* maris accolas; et tantum non *Heluetiae* uicinas regiones hebdomadatim repetita itinera, expedito curſu et nulla impenſorum nimietate confici ſolita, ut peregrinatores quosque et mercatorum maxime literas e cunctis fere Germaniae plagis ad ſe inuitare uideantur. Taceo quod

---

nem Mann-Leben gelieben und leiben auch mit Krafft B *dieſes Brieffes uffzubeben von jedem Fuder Weins und von jedem Wandel und auch von aller andern Kauffmannſchafft die den Rhein vor Sels uff oder nieder gefuhret wirdet, nach Marck-Zoll. Alſo daß derſelbe Peter und ſeine Erben denſelben Zoll ewiglichen von uns und unſern Nachkommenen an dem Reiche zu rechten Mann - Leben haben und halten ſollen, etc. Nürnberg an.* 1376. Tandem neque illud difficultate caret, quod maximis quibusque S. R. I. muneribus defuncti ſint Wartenbergici in Bohemia contra mores Germanorum, qui, excluſis peregrinis, eadem ipſi potius occuparunt. C Cuncta igitur haec, qui rite expenderit ſecum, is facile intelliget, Wartenbergicos in Bohemia eiusdem originis fuiſſe cum noſtris in palatinatu. Eiusdem propterea familiae honorem utrique pari iure tuebuntur. E quo argumenti genere pauca huc tranſcribemus, ut pateat, non hodie demum aut nudius tertius Wartenbergios maximorum munerum prouincias exornaſſe. Non poſtremum locum illud meretur, quod

PINCERNAS EGERINT S. R. I. *Schencken des H Rœmiſchen Reichs.*

D Supereſt Friderici I. Caeſaris diploma, quod haud ita nuper magni cuiusdam principis primarius adminiſter transmiſit, ubi ſubſcriptor reperitur: CVNRADVS WARTENBERG dictus de KOLBE S.R.I. PINCERNA. Epiſtolam quoque Wenceslai Caeſaris ſignauit: IOHANNES DE WARTENBERG PINCERNA IMPERIALIS; exemplum habes apud Chriſtoph. LEHMANNVM chronico Spirenſ. lib. V. c. 6. p. 368. Melchiorem GOLDASTVM lib. III. de regno Bohemiae cap. 1. p. 264. Iidem Wartenbergii

BVRGGRAVII

fuerunt. In Caroli IV. Caeſaris epiſtola legitur: IESKO de Wartenberg BVRGGRAVIVS Pragenſis. Praeterea et hoc repetendum eſt, quod ſupra iam prolatum, eosdem et munus geſſiſſe

MAGISTRI CVRIAE IMPERIALIS.

Diploma habes apud Godefridum Guilielmum LEIBNITIVM part. II. cod. iur. gent. in actis antiquis electoralib. pag. 268. PETRVS DE WARTENBERG, IMPERIALIS CVRIAE MAGI- F STER. Supremos etiam, quod Rothuuilae eſt

CAESAREI IVDICII PRAESIDES

extitiſſe, ante me e Cruſio obſeruauit Georgius HELWICH in genealogia Wartenberg. pag. 268. Quid? quod aliquot adhinc ſeculis in Bohemia

ARCHIPINCERNAS REGNI HEREDITARIOS, *Ertz-Schencken des Kœnigreichs Bœhmen*

egerint Wartenbergii. Quos ſerie non interrupta ab anno 1318. ad annum usque 1600, ſingulari B induſtria collegit deſcripſitque Bobuslaus BALBINVS in miſcellaneis regni Bohem. uolum. III. dec. II. lib. II. part. IV. de officiis regni hereditariis. Quae autem uetuſtiſſima Germaniae gens, tanta maiorum gloria inſignis, in uno nuper, qui ſuperſtes fuerat, herede ab interitu ſuo non procul abeſſe, uidebatur: ea, coeli quodam munere, illuſtriori lumine ſurgit, ut iam nunc nata eſſe uideatur. Intulit enim ille, ſub quo familia tantum non occaſui proxima fuerat, ſuae non ſolum genti

S. R. I. COMITIS

C dignitatem, quod Caeſaris arbitrio debet, nullis prouocato precibus, ſed etiam, quod ſupra ſcripſimus,

SVPREMAM CELERVM PRAEFECTVRAM

gratia principis ac regis ſui hereditario iure acquiſiuit, ut adeo quidam nouae domus inſtaurator a poſteris ſuis coli ac ſalutari mereatur. Non ingratum erit, munerum titulos ſubiici, uſu curiis ſolenni: *Iohannes Caſimirus S. R. I. comes de Wartenberg, sereniſſimo atque potentiſſimo Poruſſorum* D *regi a ſecretioribus mandatis; regiae maieſtatis ſupremus camerarius, ſummus ſtabuli ac rei uenatoriae praefectus, hereditarius curſorum tribunus; Director domaniorum; ſanctioris aerarii quaeſtor; Ordinis aquilae Poruſſicae cancellarius et rerum oeconomicarum director.*

(*) In filiolis Wartenbergici comitis cap. I. §. IV.

(n) Quanta uirtutis laude per aliquot iam luſtra WARTENBERGICVS COMES maximis quibusue E aulae regalis muneribus fuerit defunctus, id homini peregrino diſcere licet e praefatione, quam illuſtriſſimus ſcriptor, IOHANNES de BESSER, ſupremus officiorum magiſter et Porusſiae regi a ſecretioribus conſiliis, libro addidit, uſibus NOSTRI a piiſſimo quondam parente ſcripto deſtinatoque. Is tertium iam editus eſt, ob pretium, quod habet, cum nouitatis gratiam pridem depoſuerit. Praelucet elegantiſſimo opuſculo commentario hace Beſſeriana. Nouus iterum magni ingenii foetus, cum ob miram et uerum fatear, incredibilem neque hactenus lectam F in uernacula noſtra elegantiam; tum etiam ob KOLBIANAS doctrinas, cum uirtutibus Wartenbergici C. ea moderatione, prudentiaque collatas, ut nolentes etiam in eum adſenſum rapias, praeceptiones ac inſtituta parentis, integritate filii pleniſſime adprobatas maioris nunc pretii iudicia promereri.

(o) Mappa geographica itinerum CVRSVS PVBLICI regis Porusſiae, praeterito anno, inciſa et nuper promulgata eſt. Quam quisque hic poteſt conſulere.

(p) Epi-

CAP. VI.

plures Germaniae principes ſint (p), qui Poruſſiae regis *poſtis* tranſitum per territoria ſua quam promptiſſime concedant: partim quod territoria eorum tantos limites non habeant, ut operae pretium ſit, peculiares in iis ueredos diſponere; partim quod τὸ ςαϑμόλυ῀ζον aequiſſimo pretio temperatum ſit in re uehicularia Poruſſiae regis, ut alibi altera fere parte maiores impenſas requiri uideant, a quibus ea propter omnino abhorrent.

Saxoniae electoris, ubi Flemmingii.

§. V. Et uero, quod magis eſt, in ipſa quondam SAXONIA curſum publicum diſpoſuerat Brandeburgicus elector. Ipſe enim ab anno 1658. *Lipſiae* ac *Wittebergae* mancipes ac ueredos habuit, qui literas hominesque per mediam Saxoniam deuexerunt. Verum enim uero accidit demum anno 1692. ut, quod ſuperius iam recenſuimus (a), Libero Barone ab Hoym, ſcitiſſimo rerum exiſtimatore, ipſe etiam Saxoniae elector *curſum publicum* per ſuam ditionem inſtrueret. Equidem plus, quam triginta annorum *praeſcriptione* cauſam ſuam tuebantur Brandeburgici, quod illa magnam quoque uim habeat in iure Saxonico communi, loca ac interpretes *Ben.* CARPZOVIVS (b) congeſſit: ſed minus tamen auditi ſunt. Allegarunt principio Saxones, ad *regalium* praeſcriptionem tempus *immemoriale* requiri (c): ſed non inter uaſallum et dominum res erat, uerum inter principes utrosque imperii. Deinde *precarii* iure Brandeburgicas poſtas in Saxonicis regionibus toleratas eſſe, dixerunt, quod tantum duret, quantum duret uoluntas concedentis *L. 1. ff. de precario.* Aſt iure Saxonico, CARPZOVIO (d) interprete, *precarium* non praeſumitur, neque iure ciuili Romano, quod praeiudicio confirmat *illuſtris dn.* STRYKIVS (e). Potiſſimum tandem fuit, quod dicerent Saxones, *rem curſualem* Brandenburgicis non *priuatiue*, ſed ea lege conceſſam eſſe, ut principi electori ſemper fas eſſet, eodem in ſuis territoriis iure pro arbitratu utendi. Inde eſt, quod *Saxonicis poſtis* iam diſpoſitis, *Brandenburgicae* tamen nihilominus priſtina iura exercuerint in rerum hominumque *euectione*, pace omnino Saxonum. Sed cum impenſis reditus non amplius inde reſponderent, ſubditorum ac ciuium literis, *welche ihre ſachen und brieffe in das Sachſ. poſthauß lieffern muſten*, Brandeburgico mancipi a Saxonico ueredario praereptis: hanc ſtationem non tam iuris, quam utilitatis cauſa, illi deſeruerunt. Id ergo ſibi poſtea agendum eſſe, cenſuit Saxoniae Elector, ut ſingulari

A alicuius uiri cura induſtriaque iam nunc inſtitutum *curſuale* in Saxonia melius promoueretur. Propterea aliorum principum imitatione uoluit, ut ſuprema CVRSORVM PRAEFECTVRA iure hereditario in genten *FLEMMINGIANAM* transferretur. Ita ſibi commendatam quoque habuit hanc prouinciam Flemmingius, ut, cum in Polonia cum rege ſuo abſens eſſe neque hoc munere eapropter B condigne poſſet defungi: exercitium ſui iuris Kaeſio, uiro ſolerti ſcientiſſimoque, pretio ſoluto, conceſſit, ne celerum cura ullo tempore negligeretur. Quo etiam rectore hodienum *poſtarum* iura in maius ſemper in Saxoniis effloruerunt.

§. V. VI.

IN BRVNSVICENSI ducatu ubi comes de PLATEN.

§. VI. Vnicum adhuc uicinae gentis exemplum proferemus ducum *BRVNSVICENSIVM*, ut, quae ratio poſtarum in horum quoque ditione ſit, ali- C quantum poſſit conſtare. Vt in plerisque aliis Germaniae regionibus; ita in his quoque cura neglecta fuit rerum curſualium. Manet autem gloria inchoati operis hominem gente Italum, e familia *STIGENELLIORVM*. Hunc enim GEORGIVS WILHELMVS, qui *Cellenſi* tractui imperat, ex Italico itinere, ubi is principi in magna rerum anguſtia forte obuiam factus eſt, ſecum in Germaniam D adduxit. Deprehendit mox in iuuene Italici ingenii incredibilem ſolertiam et ſagacitatem. Et cum fidem quoque nutritori in leuioris momenti negotiis, ubi tyrocinia poſuerat, adprobauiſſet; mereri uiſus eſt, ut ad maiora munera promoueretur. In his igitur non poſtrema eius cura fuit, quem in curſu publico, per utrosque ducatus Brunſuicenſem et Luneburgicum diſponendo, unanimi trium eius- E dem ſtipitis palmitum conſenſu, adhibuit. Ceſſit feliciter opera et impenſas, principio factas, opimi e celerum curſu prouentus longe ſuperarunt. Factum eſt autem, ut cederet *ſparta* ſua inſtitutor et aliqua ſumma, ſibi eapropter a *PLATENIIS* numerata, acquieſceret. Facile poſtea fuit *Franciſco Erneſto Libero Baroni ac nobili domino de PLATEN*, quod primarius aulae Hannoueranae adminiſter eſ- F ſet, ut uniuerſae domus Brunſuicenſis principes ſupremam poſtarum prefecturam, cum iure hereditario, in *utriusque* ſexus poſteros duraturo, ipſi deferrent. Cognoſcere hoc licet e *prooemio conſtitutionis de curſu publico an. 1682.* Cellis excuſo, quod his uerbis abſoluitur: *Nachdemmahlen der SÆMTLICHEN Herren Hertzoge zu Braunſchweig und Lüneburg Durchl.*

(p) Epiſeopus Monaſterienſis; Dux Meklenburgicus; Principes Anhaldini pluresque alii. Taceo S. R. I. ciuitates Hamburgum; Coloniam; Neomagum etiam in Belgio, ubi rex Poruſſiae mancipes habet rei curſoriae.

(a) Cap. IV. §. 2. ſuperius.

G (b) Part. 2. conſtit. 3. def. 3. n. 8. 9. p. 397.

(c) Doctores equidem diuerſimode hic ſeotiunt Ben. CARPZOV. part. II. conſtitut. 3. definit. 24. pag. 404.

(d) Part. II. conſtit. 41. definit. 18. num. fin.

(e) De cautelis contract. ſect. II. cap. 2. § 6. p. 168.

CAP. VI. *Durchl. Durchl. Durchl. dem Geheimden-Rath und Ober-Hof-Marſchalln Frantz Ernſt Frey-und Edlen Herrn von Platen, und deſſen Nachkommen und Deſcendenten Mænn-und Weiblichen Geſchlechtes das Generalpoſtamt in denen geſamten Hochermeldten Fürſtl. Haußes Fürſtenthümern, Graff-Herrſchafft und Landen, zu einem* feudo promiſcuo *gnædigſt* conferiret: *ſo iſt wegen deſſen Einricht und Führung die vorhin in dieſem Hæchſtlæbl. Fürſtlichen Hauße errichtete Poſtordnung* reuidiret, *und auf nachfolgende Maße eingerichtet worden. Wornach ſich ſo wohl ermeldter Oberhoffmarſchall, als General Erbpoſtmeiſter und deſſen mit beſchriebene als auch insgemein iedermænniglich in dieſem Fürſtenthum und Landen ſich gebührend zuachten.* Atque hanc ſupremae poſtarum praefecturae prouinciam PLATENII, quorum familia poſtea ad dignitatem COMITVM S. R. I. euecta eſt, etiamnunc ſolent exornare. Id aduerſione dignum eſt, quod tamen *celeres ſuos* in *Guelſerbutana* ditione etiamnunc *TAXIVS* habeat, *ueredarios* iuxta, quos in eadem regione diſpoſuit comes de *PLATEN.* Ita enim cum Caeſareo conuentum esſe conſtat a principibus iſtis: *Daß die Kæyſerl. die reitende, und der Landesherr die fahrende Poſt halten und führen ſolle.* Inprimis poſtquam TAXIVS uoluntate piiſſimi principis *Rudolphi Auguſti* praefecturam harum *poſtarum* in *ſubfeudum* conceſſit LAVTENSACCIIS. Quamuis enim de longisſimi etiam temporis poſſeſſione *Taxios* facile remouere potuiſſent duces Brunſuicenſes, ciuitate huius nominis, quae libera S. R. I. eſſe uoluerat, in ditionem, priſtino, quod habuerunt, iure, redacta. arg. *L. 5. et 7. ff. de fundo dotali* et quod ſatis manifeſtum ſit, *extincto iure dantis extingui etiam ius accipientis* arg. *l. 11. ff. quemadmodum ſeruitutes amittantur:* melius tamen conſuli eauſae huic exiſtimarunt, ſi omnia pace TAXIORVM amice componerentur. Ceterum nihil inuſitati eſt, una eademque in urbe et *Caeſaris* et *principum* imperii *poſtas* offendi, cuius exempla non ſolum in *Brunſuicenſi*; ſed etiam in *Hamburgenſi*, *Colonienſi* aliisque ciuitatibus reperiuntur. Ita etiam *Kilonii* Holſatorum et *Daniae regis* et ducis *Sleſuicenſis* diuerſae *poſtae* inueniuntur: ut cuique ciui liberum ſit, literas resque *illi*, an *huic* uelit committere.

In HASSIAE landgrauiatu. In *HASSIAE* landgrauiatu princeps *CASSELLANVS* ipſe diſponit ſua cura et auctoritate rem uehiculariam, leges, iura, celeres, celerumque praefectos. Memini etiam *GOERITIIS* nexu beneficiario hanc ſpartam a principe fuiſſe demandatam.

§. VI.

WVRTENBERGICO ducatu. Contra in *WVRTENBERGICO* ducatu plurimi auctores fuerunt principi, ut et ipſe hoc ius, adhuc in manibus *Taxiorum*, ſibi adſereret, exemplo principum uicinorum. Neque intra conſilii fines id permanſit: ſed re ipſa uocatus et inſtitutus fuerat celerum praefectus, B qui *poſtas* et *celeres* ordinaret ducales, *Taxianis* ſublatis aut neglectis. Verum nouitatis poſtulauit incuſauitque hoc inſtitutum Taxius; uicinos aduerſus ducem irritauit, ne celeres admitterent Wurtenbergicos; prouocauit etiam ad pacta, quae ſuo auſu migrare non poſſet princeps et quae genera ſunt eiusmodi. Quibus demum fatigatus eſt animus ducis, ut priſtinum ius in ſuo territorio *Taxiis* iterum C indulgeret. Quoties tamen ipſe princeps *celeribus* opus habet, illos in cauſis propriis cum alere ſolet, tum amandare atque ueſtitu coloris Wurtenbergici et *tubulis* inſtruere. Eandem hiſtoriam, an fabulam dixero, ſermone accepi aliorum

FRANCONIAE principatibus. in *ONOLDINO* et *BARVTHANO* Franconiae principatibus, qui *ius poſtarum*, adhuc Taxiis indultum, ſibi pariter in ſuo territorio uoluerunt adrogare. Verum D Noriberga urit perpetua aemulatione aduerſus utriusque principatus iura. Cum uero omnes fere celeres confluere ſoleant in iſta urbe, facile etiam huic fuit ad excitanda offendicula et impedimenta. Et

BOIOARIAE electoratu. ſane poſtquam *BOIOARIAE* dux elector *Taxios* fouet tantopere, ut illis hoc poſtarum regale per utramque Boioariam indulgeat, licet pro iure territorii acceſſorio et ipſi habeant Boici adminiſtri in iisE que cancellarius electoralis SCHMIDIVS (†): animi omnino pendent principes inferioris ordinis et ſortis alii, hos tubulos manibus eripere et extorquere Taxiorum.

Rheni archipalatinatu. In ARCHIPALATINATV autem ceterisque principatibus electoralibus Rheno uicinis mirum non eſt, archiprincipes ab uſu poſtarum abſtinere. Territoria enim illorum deſtituuntur clauſis limitibus, ſed interciſa ac intercepta ſunt ditionibus alioF rum, ut uiae illis non pateant ad ſtationes et celerum curſus inſtituendos. Quod ſi eſſet ſuoque iure uterentur principes recenſiti: haud dubie fieri poſſet, ut Taxiorum reditus inuidendi ad incitas fere redigerentur. Sed ad *iura* progreſſum faciemus, quae e *feudo curſuali* ſoleant prouenire.

(†) In *commentario* ad ius *Boicum* tom 2. p. 5.

CAP. VII.

De rei curſoriae feudis.

§. I

An poſtarum iura inter res feudales poſſint referri.

DVbitari omnino poſſet, an *poſtarum iura* inter res *feudales* debeant referri. Principio enim uero admodum ſimile uidetur, *feodum*, ſiue, ut hodie ſcribimus, *feudum* a uerbis dici *faben* et *Ode*, quorum *illud* in lingua Romana eſt, *accipere:* hoc, quod peregregie *Iohannes* SCHILTERVS (a) edocet, idem ac *fundum* notat. Plenum enim fundi dominium *allode:* minus uero plenum ſeu utile *feode* quondam dicebatur, quaſi *fundus* ab alio in beneficium acceptus, quae fere ratio etiamnunc eſt uerbi *empfahen*. Deinde *feudo* ordinarie res ſoli aut *immobilis* confertur aut ſolo cohaerens *2. Feud. 1. in fin.* Verum enim uero, quod ad *primum* attinet, ſatis eſt, traditam *feudi* uocabuli originem de plerisque tantum ueram eſſe, aliam quoque *feudi* eamque legalem deriuationem a *fide* aut fidelitate *2. Feud. 3. §. 1. uerbis fin.* Quam ego propterea non adprobo, quod facile ſciam, quoties philoſophentur legislatores, toties eos paedagogice tractandos eſſe, atque ab illis, ſi meliores ſe oſferant rationes, nullo piaculi crimine, ſecedi. *Alterum*, quod concernit, etiam illa, quae iuris intellectu pro immobilibus tantum *habentur 2. Feud. 1. fin.* in ſeudum dari poſſunt. *Res corporales et incorporales adeoque et iurisdictiones : regalia; quin et officia publica, uti Erb-Poſt-Amt die Erz-Erb und Hof-Aemter* uerba ſunt *illuſtr.* COCCEII (b). Huius generis feudorum exempla in Germanico imperio allegauimus ſuperius (c), quod Galliae etiam antiquiſſimis conſuetudinibus egregie confirmat *Anton. Dadinus* ALTESERA (d). Omni ergo iure *Ioh. Guilielmus* ITTERVS (e) ſcribit: *ſupremum etiam officium poſtarum in imperio, das General Reichs-Poſt-Amt, non minus BENEFICIARIA lege ab imperio dependet.* Ipſae enim *inueſtiturarum* literae *hereditariam* poſtarum praefecturam *feudum* dicunt: *Haben Ihm das General Erb-Poſt-Amt zu einem FEVDO* promiſcuo *gnædigſt* conſeriret (f). Et aliae (g): *Haben Ihm das Oberſte Poſt-Meiſter-Amt zu einem MANN-LEHEN*

A *gnædigſt angeſetzet, verwilligt und VERLIEHEN.* Neque alio ſcribendi genere LL. et ſanctiones imperii utuntur. *Capitulatio* Ioſephi (h) *Die Verfügung than, daß unſer General Oberſte Reichs-Poſt-Amt in ſeinem* eſſe *erhalten, inſonderheit aber der damit BELEHNTE General-Reichs-Poſtmeiſter wider alle Eingriffe gehandhabet werden ſolle.*

Feudum curſuale an proprium?

§. II. Cum uero duplicis generis feu-
B da ſint *propria* et *impropria*, id quoque expediri debet, in quonam genere poſtarum iura ſint reponenda. Sed uero cum nondum inuicem conuenerint *doctores*, quid his uocabulis intelligi uelint: neque hic alia deciſio dari poteſt, quam cum certo diſcrimine facta. Vir illuſtris *Samuel* STRYKIVS (i) numerum *impropriorum* feudorum, non ſine rationibus, auget. Ad haec igitur dogmata ſi *feuda curſalia*
C exegeris: ob quam plurimas cauſas intar *impropria* erunt referenda. *Primo* enim ratione *acquiſitionis*, quod *curſualia feuda*, ut in Brunſuicenſi ducatu uidimus, promiſcua ſint, quae ad *foeminas*, *ſeruitiorum* fere inhabiles, deuoluntur. *Deinde* etiam *conditionata* eſſe uidentur pleraque *feuda poſtarum*, ubi certa tantum ſeruitia, in literis inueſtiturae expreſſa, uaſallus praeſtare tenetur, uti non ad alia,
D quae exigi in proprio feudo poſſunt, ſit obligatus. Poſt a multis *curſualia feuda* (*die Poſt-Lehen*) inter feuda *gaſtaldiae 1. Feud. 2.* reſeruntur; quae ob eandem forte cauſam impropriis ſolent accenſeri. Sed aliis uolupe eſt, *impropriorum* ſeudorum claſſem *anguſtioribus* limitibus circumſcribere et, exempli loco, feuda *conditionata* inde eximere, quod *ſeruitium nominatim, quale eſſe debeat*, in proprio etiam
E feudo *exprimi* poſſe, uideatur *2. Feud. 23.* Verum mallem, adhuc dum tueri *dogma Strykianum*, quod prolatus textus quidem dicat *feudum eſſe ſiue ſeruitium NOMINATIM, quale eſſe debeat, expreſſum ſit, ſiue indeterminate ſit promiſſum;* aſt inter propria, an uero impropria ſeuda *2. Feud. 61.* referri illud uelit, hic non definiatur.

§. III.

(a) In libello eruditiſſimo utiliſſimoque de na- F tura ſucceſſionis feudalis cap. I. §. 3. p. 3. et plenius in gloſſario Alemannico, cuius ſpecimen uidimus, ante triennium Argentorato transmiſſum.

(b) In hypomnemabat. iuris feud. tit. V. §. 1. p. 55.

(c) Cap. I. §. 2. loco ſuperiori.

(d) De feudis Galliae cap. 3. p. 22. cuius loca Icterus exſcripſit.

(e) De feudis imperii cap. 8. p. 430.

(f) Ita Brunſuicenſium diploma, quo hanc ſpartam diximus Plateniis delatam fuiſſe.

(g) Literas uide apud Hoernigkium cap. 3. theorem. 3. p. 58.

(h) Articulo XXXIV. et Leopoldinae XXXV.

(i) Integro capite 4 de feudis impropriis.

(k) Ca-

Digitized by Google

CAP. VII.

An feudum guardiae?

§. III. Non iniuria forte *doctores* incuſat ITTERVS (k), quod *Germaniae* quaeuis *feuda* in claſſes diſponant, conſuetudinibus *Longobardicis* ſolennes. Ita enim fieri, ut propter *nominum* peregrinorum affectationes ipſis *iuribus* patriis uis inferatur et maxima hinc uocum rerumque ſuboriatur confuſio. Quam abſurde enim fit, quando *feuda principum* imperii noſtri cum *capitaneis* regni Longobardici commiſcentur aliaque committuntur, quae toto coelo inuicem differunt, ut plerorumque in iure publico errorum ortus ſucceſſusque apud ineptos conſuetudinum feudalium doctores quaeri ac offendi poſſe, exiſtimauerim. Idem ergo mihi quoque hic cenſeo eſſe cauendum. Cum enim *curſualia feuda* priſtinis temporibus prorſus ignorata fuerint, quae enim *2. Feud. 65.* reperiuntur, huc nihil faciunt, ut inter *noui* ſeculi *inuenta* quodammodo referri queant: fruſtra forte inueſtigatio inſtituetur, in qua demum conſuetudinum feudalium claſſe haec fuerint reponenda. Equidem olim *Iohannes* SCHILTERVS (l) ea inſtar *feudi guardiae* ſe habere exiſtimauit, quod cuſtodia rei pro mercede commiſſa eſſe uideatur *1. Feud. 2.* Verum ſi *guardiae* (m) et poſtarum *praefecturae* diuerſitates inuicem expenderis: parum *huic* ex *illa* remanebit. Ibi *praedium*; hic *celerum* iura committuntur: ibi res *corporalis*; hic res *incorporalis*: ibi uſus rei alienae; hic propriae, ſuis enim impenſis ueredos et inſtituunt praefecti et alunt; ibi plerique fructus naturales; hic induſtriales tantum et ciuiles: ibi cuſtodia ad *dies uitae* uel ad *certum* tempus; hic iure perpetuo ac hereditario et quae alia ſunt genera differentiarum. Idem fere judicium de ſententia illorum eſt, qui *feudis gaſtaldiae 1. F. 2.* curſualia adcenſent.

Guaſtaldiae.

Gaſtaldus idem fere fuiſſe cenſetur, ac ille, qui hodienum in uernacula audit *ein caſtellan*, quod locis teſtimoniisque annalium medii aeui confirmant *Ant. Dad.* ALTESERRA (n) et *Carolus du* FRESNE (o). Sed ſiue gaſtaldiae uaſallum *adminiſtratorem* dicas negotiorum domini; ſiue actorem aut procuratorem eius; ſiue etiam rei oeconomicae praefectum: ingens iterum inter hoc et *curſuale* feudum comparebit diſcrimen. Neque ius *feudale Alemannicum* caput habet noſtro argumento admodum adfine. Quae de feudo *ampachtiae cap. CXII.* aut in ſequente de *curiae feudo von Hove-Recht-Lehen* leguntur: parum iterum huc faciunt.

Ampachtiae.

Quid? quod *ampachtiae* iura cum *gaſtaldiae* feudo prorſus contulerit *Iohannes* SCHILTERVS (p), ut adeo modo traditas difficultates ſecum habere uideatur, ſi huc uolueris adplicare. Idem de *Saxonicis* conſuetudinibus dicendum, qui hoc caſu nihil fere abeunt a decretis Alemannorum. Me igitur exiſtimante, ſincere magia dicitur, *nouum* in hoc iure caput mereri *feudum curſuale Poſt Leben:* cum nullum fere ex hactenus recenſitis, poſſit occupare.

§. III. IV.

An in feudo curſuali foeminae etiam ſuccedant?

§. IV. Plura etiam ſingularia iura in aliis caſibus occurrunt, quae a communibus rerum *feudalium* praeceptionibus abire et quodammodo differre uidentur.

Excluduntur hae,

Nequit in feudo *ſuccedere foemina 1. F. 3.* ubi haec ipſis legibus remoueri dicitur; neque proles ex foemineo ſexu deſcendens *2. Feud. 11.* Atque idem fere moris fuiſſe iure *feudali Germanico*, oſtendit *Iohannes* SCHILTERVS (q). Equidem communes etiam rerum feudalium praeceptiones, foeminas in feudi ſucceſſione admittunt, quoties uel *inueſtitura*; uel *pacto*; uel *principis* ſingulari *gratia* ſequiori ſexui ſuccurratur *1. Feud. 28. §. 2 filia.* Verum enim uero extra hos quoque caſus nouas plane in *feudo curſuali* rationes habendas eſſe, exiſtimauerim. Ratio legis eſt anima legis. Quod ſi igitur hic ceſſent omnes *cauſae*, propter quas foeminae a *feudali ſucceſſione* alias excluduntur: ipſas quoque leges uim ſuam perdere, crediderim.

ubi ſeruitia militaria ſunt.

Et uero ſingula ſigillatim intuebimur. Cardo rei in *2. Feud. 36.* uerſari uidetur, ubi *mutus: ſurdus; caecus; claudus, uel aliter imperfectus, etiamſi ſic natus fuerit, feudum retinere non poteſt, quia ipſum ſeruire non ualet. Sic dicimus in clerico, in FOEMINA et in ſimilibus.* Inde prona conſecutione arguo: *'qui ſeruitia feudalia praeſtare non poteſt, ille a feudali ſucceſ-*

(k) Capite 3. de feudis imperii §. 2. p. 82. Hanc, inquit, doctrinam iuris feudalis Longobardici nonnulli cum moribus noſtris conciliare nituntur, ſed plerumque ſucceſſu non admodum felici. Cum enim ſuae cuique populo etiam inter Germanos peculiares leges conſuetudinesque quondam fuerint, iisque non abrogatis, ſed ſaluis ius ciuile et una ius Longobardicum in Germaniae fora receptum ſit et publici quoque ſtatus ratio ab imperio a Longobardorum regimine multis modis diſcrepet: mirum non eſt, uni reipublicae deſtinata ad aliam non tuto applicari.

(l) In diſſertatione inaugurali, quam an. 1671. Ienae defendit praeſide Chriſtoph. Philip. Richtero, de curſu publico et angariis et parangariis cap. 1. §. 9.

(m) Nobis etiamnunc in uernacula ein Wardein. Tale quondam feudum WARTENBERGICORVM comitum maiores habuiſſe, plura argumenta fidem faciunt. Cum quod NOMEN inde ſumpſerint: tum etiam quod a CLAVA, genere armorum, quo ſtationem in ſpecula tuiri ſunt, KOLBII dicantur: imo inſignia quoque eorum CLAVIGERVM ſiſtant. Vt adeo Wartenbergicos S. R. I. BVRGGRAVIOS fuiſſe, quam certiſſimum ſit.

(n) De feudis Galliae cap. 3. p. 12.

(o) In gloſſario latin. ſub h. u.

(p) In notis ad codicem iuris feudalis Alemannici cap. 112. et ſeq. p. 396. ſeq.

(q) In commentario ampliſſimo iuris Alemannici ad caput 3. p. 53. ſeqq.

(q) Lib.

CAP. VII.

ſucceſſione iure excluditur. Recte igitur A fit, ut ſoeminae remoueantur a feudis, ubi *militaria* ſeruitia exiguntur *2. Feud. 28.* Quamuis enim de heroinis ueterum hiſtoriae ſuperſint, plura tamen ſunt, quae ſoeminas in re militari impedire uidentur.

uel aulica officialium in boaeleben.

Eaedem etiam a *feudis palatii* ob eandem cauſam arcentur, quod *mareſchalli*; *pincernae* aliorumque munerum officiis non ſine dedecore quodam ſoeminae deſungi poſſint.

diſtinctio nondum a doctoribus expedita.

Quapropter A. B. quoque decreta B eaſdem a ſucceſſione in *electoratibus* excludunt. Sed ſi ſcribere debeo, quod ſentio; magnam ſemper cum in Germania, tum in aliis regnis, quod de Gallia ſua *Ioh.* BODINIVS (q) teſtatur, diuerſitatem fuiſſe, reperio inter illa feuda, quae a foemina neque *poſſideri* quiuerunt neque per ſoeminam in maſculum heredem *transferri 2. Feud. 11. proles* et inter haec, quae ſoeminae quidem non ipſae poſſide- C re, ſed tamen in maſculos ſuos heredes transferre potuerunt. Neque reperi, haec ab ullo doctore ad mores Germanorum rite aeſtimatos fuiſſe. Habes aliquot loca in GERMANIA PRINCIPE (r): ſed plenior tractatio requiritur, in aliam forte occaſionem differenda.

Marſchalkum ampt leben foeminae indultum.

Quod enim *Iohann.* SCHILTERVS (s) diploma adlegat, in quo officii *mareſchalli* feudum *foeminae* delatum ſit, huc parum facere uide- D tur. Non enim quaerimus, quid *pacto* aut *gratia* domini fieri poſſit; penes quem eſt, in quouis etiam feudi genere ſeruitia uaſallo remittere *1. Feud. 8. §. 2.* Cum ergo in neutro genere ex hactenus recenſitis *ſeruitiis poſtarum* praefectura uerſari uideatur: non uideo, quare ſoeminis eadem *hic* ac *ibi* lex data eſſe, exiſtimetur. Quod ſi enim cetera uaſalli officia *2. Feud. 7.* deſcripta, perluſtro, ne γεῦ quidem reperio, E quod a moribus foeminarum abhorrere, uideatur. Equidem LAVDENSIS, quod in *1. Feud. 1. §. 3. Godofredus* adnotat, in contrarium aliquid mouere uidetur: *feudum datur non tantum iuuandi domini gratia, ſed ut eius SECRETA non EVVLGENTVR. Ideoque foeminae ea de cauſa ad feudi ſucceſſionem non admitti uidentur.* Sed arbitror, dominum, qui literas transmittit, hoc caſu prudentius *tacere*, F quam *poſtarum* praefecti *taciturnitatem* in eo experiri. Vt praeteream, propter unius atque alterius mulieris loquacitatem hanc infamiae notam uniuerſo ſexui non ſine quadam iniuria inuri. Et ſane exem-

A pla ſatis manifeſta ſunt, ſoeminas quoque *poſtarum* praefecturis condigne defunctas fuiſſe. *TAXIA* comes, anno 1640. et ſequentibus ſpecimen luculentiſſimum edidit. Illa enim non ſolum *curſus publici* curam per uniuerſum imperium cum ſumma laude geſſit: ſed etiam inuaſa a *PAARIIS* aliiſque iura acriter defendit; ut uiris nihil quicquam in obeundo munere poſtponi mereatur (t). Quamuis igitur,

§. IV. V.

B quod ſupra (u) ſcripſimus, Brunſuicenſi domui placuerit, *poſtarum* praefecturam genti *PLATENIORVM* in feudum promiſcuum conferre: non tamen principes hi *ſeruitia feudalia uaſallae* ſoeminae remittent, quod alias fit *1. F. 8.* ſi feudum ad hanc, nullis maſculis ſuperſtitibus, fuerit deuolutum.

An poſſeſſor feudi curſualis SVBINFEVDARE poſſit inferiorem magiſtrum poſtarum.

§. V. Non parui etiam momenti quaeſtio haec eſt, quid iuris ſit in *SVBFEVDO* C *CVRSVALI.* Vtrum *uaſallus, domino* inconſulto; aut *hic*, inſcio *illo*, *ſubinfeudare* poſſint inferiores *magiſtros* aut mancipes *poſtarum*. *Ob entweder der Lebens-Herr befugt ſey, ohne des General-Erb-Poſt-Meiſters Einwilligung einen Poſt-Meiſter; Poſt-Halter; Poſtillion*; nam idem de ſingulis iudicium eſt, *unter der Eigenſchafft eines Affter-Lebens mit ſeinem Dienſt zubeleihen: oder ob auch ſolches der General-* D *Erb-Poſt-Meiſter, ohne Lebens-Herrliche Einwilligung, thun kœnne.* *Prius* iure meritoque negarunt *ICti Leodienſes*, a Taxiis propterea conſulti, quod Caeſar quibuſdam imperii ciuibus *tabellariorum* iura conceſſiſſet, quae curſuali *feudo*, Taxiis collato, damnoſa eſſe, uidebantur. Quamuis uero in hoc caſu cum Leodienſibus non ſentiam, de quo mentem meam ſuperius declaraui, E argumentum tamen omnino adprobandum eſſe, arbitror: quod anteriori *infeudationi poſterior* nulla obeſſe, ac damnum afferre poſſit. Negabitur itaque *domino* ius *ſubinfeudandi*, ſine conſenſu auctoritateque uaſalli. Quod ſi uero dominus uaſallo praefecto non omnem *fructum curſualem* conceſſit; ſed certam partem tantum inſtar ſalarii aut *feudi ſoldatae, de camera aut de cauena 2. Feud. 1. ſub fin. 2.* F *Feud. 2. §. 1* ut magis feudum *DE* curſu, quam *curſuale* dici mereatur, tum nullum impedimentum eſt, neque enim decedit aliquid fructibus uaſalli, quin *ſubinfeudandi* iure dominus pro ſuo arbitratu uti queat. Alterum quod attinet, an uaſallus

(q) Lib. III. de republ. cap. 5.

(r) Lib. II. de regno Boruſſ. cap. 3. §. 6. pag. 99. Lib. III de elect. Boioariae cap. I. p. 14.

(s) In comment. iur. alem. p. 400.

(t) Acta LONDORPIANA hic conſulantur, in locis ſupra laudatis. Confer Ludouicum HOERNIGKIVM cap. 6. theorem. 3. p. 64 cap. 9. theorem. 1. p. 18.

(u) An. 1637. uidua TAXIANA litem intendit Noribergenſibus, Colonienſibus, Auguſtanis, G Vlmenſibus, Francofurtanis atque pluribus ciuitatibus aliis; ne tabellarii earum literas reſque alias ueherent, quae CVRSV PVBLICO poſſent transferri: *Es ſolte das bottenweſen in den Stätten aufgehoben, oder doch von denſelben nichts angenommen werden, welches auf der Kayſerlichen Reichspoſt fortgebracht werden kœnnte*, uid. Hoernigk cap. XIX. theorem. I. p. 299 ſq. et ſuperius cap. III. laudata *von bottenweſen* diſſertatio; ubi etiam collata c. IV. quid re ipſa ſentiam, breuiter expoſui.

CAP. VII. VIII.

uaſallus *ſubinfeudare* poſſit, ſine domini directi conſeoſu. Atque hoc uniuerſim leges ei largiuntur *2. Feud. 3. §. 1. per feudum tamen 2. Feud. 9. §. ſi uero 2. Feud. 34. §. 1.* Quae uerba clariſſima ſunt: *ſimiliter nec uaſallus feudum ſine uoluntate domini alienabit: in feudum* (ſubfeudum) *tamen recte dabit. Si ſecunda perſona* (ſubinfeudatus uel uaſallus) *ſit talis, quae feudo ſeruire poſſit. Vt ſi dans miles eſt et ille, qui accepit, miles.* Neque ego dubitauerim, in ſupremi poſtarum praefecti arbitrio poni, ut mancipes et inferiores poſtarum magiſtros hoc munere inueſtiat ac *ſubinfeudet.* Quod literae inueſtiturarum TAXII ac PAARII confirmant, quae hanc facultatem his uerbis profiteri, uidentur: *Daß Sie das General-Erb-Poſt-Amt und was demſelben anhængig, als ein mænnlich Regal und Lehen innen haben, nutzen, nießen und gebrauchen, und damit wie ſichs gebühret auch dergleichen Manns-Leben Art und Eigenſchafft iſt, diſponiren, verfahren und handeln ſollen und mægen.* Vt adeo mirum non ſit, exempla nos eorum protuliſſe, qui *ſubuaſalli* ſunt Taxiorum. Neque eſt, quod dicant, aliam forte rationem eſſe in *feudis aulicis*, quae habilem ac dignam miniſterio perſonam uelint. Id enim curare debet *ſubinfeudans*, ut deligat *ſubuaſallum* ſeruitiorum dexteritate non diſtitutum. Quid? quod patrii mores manifeſti ſint. Nam S. R. I. archiofficiales ſuo arbitratu ſubofficiales cum in imperio conſtituunt, tum in aula Bambergici antiſtitis. Aliter uero iterum ſentiendum eſt, ſi dominus ſupremo praefectorem curſoriam aut non plene in feudum

A conferat, aut ius ſibi claris uerbis retineat; ut ſe arbitro cuiuſuis generis mancipes poſtarum et uocentur et promoueantur. Quo caſu id iuris *domino* potius dandum eſt, ut *ſubuaſallos* non toleret, niſi quos ipſe fecerit, inſcio ac inconſulto uaſallo.

§. VI. I.

Miſcellae quaeſtiones obiter factae ex iure feudali.

§. VI. Plura eſſent, quae ex iure *feudali* cum hereditaria celerum praefectura conferri ac diſputari poſſent, ſed prolixioribus eſſe, noo licet ob rationem inſtituti. B Quaedam tamen uel obiter proderit attigiſſe. Quod *curſuale feudum* e numero ſit *INDIVIDVORVM* adeoque in filium *primogenitum* ſucceſſione debeat deuolui *2. Feud. 55. §. 1.* uerbis, *praeterea* (z): quod inter *REGALIA* mereatur referri *2. Feud. 56.* quod tanta eius dignitas, ſuperius (a) deſcripta, ut omnino *NOBILITARE*, aut nonniſi perſonis nobilibus (b) conferri poſſe, uideatur, quod C a domino, niſi ob feloniam (c) *REVOCARI* nequeat *1. Feud. 5. I. Feud. 17. 2. Feud. 24.* quod etiam ſine *IVRISDICTIONE* conferri (d): et certa tantum fructuum *PARS* ſub eo intelligi poſſit: quod *CVLPAM* hoc caſu pergrinantibus praeſtet dominus, alias uaſallus (e): quod idem ſaepius ius *VENANDI* adiunctum habeat (f): quod non amittatur mutata *VIA* curſus publici (g): quod *ALIENARI* D non poſſit: quod facultas literas proſcribendi *Zeitungen zuverbiethen*, nihil cum eo habeat commune (h). Quod ueredarius *der Poſtreuter* citari nequeat, Valentin. Guilielm. Forſterus in paratitlia ad IV. libros priores ff. p. 117. et quae plura ſunt generis eiusdem, in aliam occaſionem reiicienda.

CAP. IIX.

De auctoribus in re curſoria conſulendis.

§. I.

Syllabus auctorum de iure poſtarum.

ID reſtare, uidetur, ut, cum aliquid ſpatii ſupereſſe, uideamus, potiores de iure poſtarum *AVCTORES* hic quantum licuerit, enumeremus. E In prima eorum claſſe illi reponendi ſunt, qui hoc argumentum ex *INSTITVTO* tractarunt. Inter hos autem non occurrit antiquior *LVDOVICO von HOERNIGK*

(z) Niſi uiſum fuerit domino, praefecturae curſualis limites per diuerſos prouinciarum tractus inter plures diſpertiri.

(a) Cap. V. VI. exemplis ae rationibus prolatis.

(b) Vti de feudis palatii *von Hofrecht Leben* e cap. CXIII. iuris feudalis Alemannici docet Schilterus in commentario ad h. l. p 399.

(c) Felonia, *der Leben Fehler*, aliter forte hic atque in ceteris feudorum generibus debet definiri. Scilicet, ſi principis literas reſignet uaſallus, quamuis etiam nemini eas prodiderit; ſi curſum publicum negligat, cum grauiſſimo, quod cap. I. aduertimus, damno huius regalis. Et quae eius generis alia ſunt, quae in aliis feudis ad feloniae crimen nequeunt referri.

(d) Exemplum habes in Brunſuicenſi ducatu, ſuperius proditum cap. VI. §. VI.

(e) Solide et ad ciuilium iurium doctrinas controuerſiam inter curſorum praefectos ac peregri- F nantes aut rerum amiſſarum dominos tractat Andreas OCKELIVS de regali poſtar. iure cap. 8.

(f) Exemplo Reinhuſani, *da die Wildbahn mit dem Poſt-Regal verknüpffet* Hoernigk cap. XVIII. theorem. 57. p. 278. Ita *das Rheinhauſiſche Poſt-Amt* coniunctum habet ius uenandi, ut ex eodem memorat Samuel Cocceius c. V. §. 3. pag. 38.

(g) Exemplum habes apud MEVIVM part. I. deciſ. 102. quod examinat Emeran AKOLD cap. IV. *von Poſt-Regal* et idem auctor, uero nomine modo laudatus, Andreas OCKEL de regali poſtarum iure p. 130. G

(h) Quod praefecto poſtarum id tantum officii iniunctum ſit, ut literas fideliter curet perferri. Literarum igitur commercia LL. adſtringere et pro reipublicae ſtatu tollere: maioris poreſtatis eſt. Venuſta diſſertatio STRYKII Kilonienſis hanc controuerſiam tractat, de iure nouellarum.

CAP. VIII. §. I.

NIGK. Is enim, ſpeciminis loco, ut in utroque iure doctor adpellaretur, *diſſertationem* de *REGALI POSTARVM IVRE* ſcripſit habuitque *Marpurgi Cattorum 1639.* Haec, ob argumenti nouitatem, eo adplauſu excepta eſt, ut uiri eruditi et *Taxii* maxime, quorum intererat haec ſcribi, auctoris induſtriam, ſuis commentariis paſſim transmiſſis, adiuuarent excitarentque. Inde igitur in iuſtae magnitudinis librum Academica lucubratiuncula excreuit et, cum etiam ſic gratiam legentium habuerit, eſt primum edita *Viennae 1649.* poſtea iterum iterumque fuit recuſa. Reperies in eo a) ingentem et tantum non immanem laudatorum ſcriptorum multitudinem ac turbam, b) uariarum copiam rerum c) neque obiter, ſed cum cura tractatum argumentum. Deſideres autem in eo a) partium ſtudia, pro Caeſare et Taxiis, quorum ſenſus ubique fouet cum iniuria ciuium imperii, quibus omnia curſus publici iura in territoriis eorum negat inficiaturque, b) commixtionem iuris ciuilis Romani et publici in imperio Germanico c) in his peregrina, neque Weſtphalicis tabulis, quo tamen tempore ſcripſit autor, congrua principia.

GERHARDVS MAEYBVSCH, *Eſſendia Weſtphalus*, ipſe etiam *inaugurali* diſputatione hoc argumentum tractauit de *REGALI POSTARVM IVRE* Argentorati 1667. usque ad lit. H. Sed, uerum fatear, praeter nouum et in nimietate peccantem ordinem, parum omnino eſt, quod non praeoccupauerat iam Hoernigkius. Admiſcet quidem nouas quasdam ex iure *ciuili* et *feudali* quaeſtiones: ſed operae pretium fere non eſt ea conſulere. Id ubique patet, auctorem in ſcripto tyrocinium poſuiſſe.

IOHANNI SCHILTERO, iuueni quoque uiſum eſt inaugurali ſpecimine in hac materia uerſari. Nam *Chriſtophoro Philippo Richtero praeſide* an. 1671. *Ienae* diſputauit de *CVRSV PVBLICO angariis et parangariis.* Verum in eruendis antiquitatibus iuris Romani et tituli codicis de curſu publico, caſtigandisque interpretibus praeclaram operam poſuit: cetera, quae iuris publici ſunt, uix indice digito attigit.

WILHELMI ROMANI Liechtenſteinienſis diſſertatio, praeſide *Iohanne Volkmaro Bechmanno 1664. Ienae* de *IVRE POSTARVM* facta citatur. Quae cum nobis ad manus non ſit, nolumus alienis oculis uidere. Hactenus in Romano idiomate iura poſtarum deſcripta fuerunt. Cum uero primarius in quadam inferioris Saxoniae aula adminiſter uellet, ut haec materia patrio ſermone explicaretur, ingenti commodo praefectorum et mancipum in Germania, hanc prouinciam exornandam ſumpſit *Andreas* OCKELIVS, conſul ac ſcabinus huius ciuitatis, edito opuſculo: *gründlicher Unterricht von dem aus Landes Fürſtlicher Hoheit herſpringenden Poſt-Regal den Chur-und Fürſten des H. R. R. kürtzlich fürgeſtellet und Herrn Ludolff von Hœrnigk irrigen Meinung entgegen geſetzet durch EMERAN ACKOLD* I. V. L. Halae 1685. Vix enim digerere poterat eruditus auctor ſomnolentiam Germanorum, inter quos Hornigkius tamdiu impune peccauiſſet et tantum non alios omnes in eundem induxiſſet errorem: Igitur diſcusſit argumenta *Hornicciana* et principibus noſtris poſtarum iura in ſuis territoriis, qua poterat ſolertia, adſeruit uindicauitque.

Non forte expectauiſſet aduerſarium rerum gnarus eo tempore, quo in cunctis fere Germaniae angulis ipſo uſu ac legum publicarum ſanctionibus *curſum publicum* in territoriis ſuis principes *diſpoſitum* habent. Excitarunt tamen ſtudia *Taxiana* CAESAREVM TVRRIANVM, qui perſonatus auctor hoc uolumine innotuit: *Glorwürdiger Adler, das iſt, gründliche vorſtellung der Kayſerl. reſeruaten, abſonderlich aber von dem Ihr. Kayſerl. Maieſt. reſeruirten poſtregal im gantzen Rœmiſchen Reich und alle deſſen Provinzien, dem hiezu geſetzet Hornigk uindicatus et de male praetenſo a principibus quibusdam peius defenſo a Lic. Emerano ab Ackolt prouincialium poſtarum iure triumphans 1694. 4t.* Sed facile condonanda auctori prolapſio. Nam a) animum a uulgaribus ac paſſim confeſſis erroribus nondum purgauit; ſed ueteranorum lyra oberrat, b) ſtatum imperii gentis Romanae cum Germanico paſſim commiſcet, c) ius publicum cum priuato confundit, d) ubique oſtendit ingentem imperitiam in monumentis hiſtoriarum.

Quadriennio igitur poſt ANDREAS OCKELIVS huic antagoniſtae reſpondit, libro promulgato: *de regali poſtarum iure electorum principumque imperii, quo inanibus oppoſitionibus Dn. Caeſarei Turriani reſpondetur. Halae Magdeb. 1698. 4t.* Atque intra hos limites hactenus quoque ſtetit haec diſputatio. Conatibus autem *Ockelianis* haec gloria debetur, quod primus animum ſumpſerit pro libera horum iurium aſſertione.

SAMVEL COCCEIVS, magno parente dignisſimus filius, *DE REGALI POSTARVM IVRE* diſputationem Academicam in *Viadrina* inſtituit an. 1703. 4t. Gratisſima in opuſculo rerum, quaeſtionum, legum ac interpretum uarietas, pretio boni iudicii dignisſima. Quamuis omnia breuiter ſummatimque tractata ſint.

IACOBI ERNESTI THOMANI diſputatio Academica de TABELLARIIS *von Botten, Heidelbergae* prodiit 1682. iam ſuperius (cap. III.) citata.

IACOBVS REICHIVS, *eloq. profeſſor*, antiquis literarum et iuris Romani inuicem

cem monumentis collatis, de DIPLOMATIBVS *et* TRACTORIIS *von Poſt und Koſt-Zetteln* diſſeruit edit. Regiomonti 1678.

DAVID MEVIVS *part. I. deciſion. CII.* in hac etiam claſſe propterea reponendus, quod iura ordinum in diſponendo curſu publico primus fere ſit contuitus.

De PRAESCRIPTIONE iuris poſtarum plene agit PACIANVS *conſil.161.p.893.* CHRISTINAEVS in iurisprudentia heroica *parte 2. p.58.* ſolicitus eſt de habitu celerum tubulis, tabulis, inſignibus, ſchematibus.

Sebaſt. FESCHIVS de curſu publico *vom Poſtrecht* edidit opuſculum 1687. 4t.

Nic. VIGELIVS *lib. XIII. digeſtor. cap.8.* omnes leges rei curſoriae per uniuerſum ius Romanum diſperſas hinc inde collegit digesſitque.

BEYERLINCK in uitae humanae theatro etiam aliqua de *poſtis* congesſit, quae ſub uocabulis et titulis euolui ac inueniri poſſunt *ueredarii*, *uehicula*, *curſores*, *poſta*, cetera. Sed tamen ſunt fere, ut alia eius libri, prorſus uulgaria. Superat uero omnium induſtriam *Adamus* CORTREIVS in *obſeruationibus hiſtoricis, politicis, iuridicis de regali poſtarum iure*, editis *Lipſiae 1710. f.* Non enim ſolum auctor opuſculum a ſe ſcriptum exhibet, ſed etiam ab aliis edita in hoc argumento. Quorum numerus excreſcit ad quinquageſimum.

Fr. ZYPAEVS *lib. 3. de iudice cap.19.* agit

A de curſu publico conſertque eius rationes ueteres cum hodiernis. Adſcribit etiam originem poſtarum Belgii Ludouico XI. regi Galliarum. §. I.

Idem fere habet *Arnold.* CORVINVS *iurisprud. cod. lib. XII. tit. 23.*

Omnium uero plenisſimus *Iacob.* GOTHOFREDVS ad *C. Theod. lib. VIII. tit. 5.*
B *de curſu publico et angariis a p. 506. ad p. 572.* qui in hac cauſa omnino perlegendus.

Ahasueri FRITSCHII caput XI. electorum iuris publici admodum memorabile eſt, cum de *IVRE POSTARVM* ex inſtituto agat et principum imperii literas exhibeat, quibus illi hoc argumentum contra Caeſareos defendunt. Idem etiam *RESPONSVM IVRIS*, lectu non in-
C dignum exhibet ad *capitulationem Ioſephi p. 121. 122. ſqq.* Qui hanc materiam obiter attigerint, ſuo fere loco in ipſa diſſertatione nominati ſunt. Conſulendi *GLOSSATORES* in titulum codicis de *curſu publico*: rerum *FEVDALIVM* interpretes in locis de *regalibus* ac ſeudis impropriis ad ſeruitia curſoria in iisque de MARINIS *p. 494.* INTRIGIOLVS *p. 382.* *PVBLICORVM* iurium doctores in numero *reſerua-*
D *torum* Caeſaris: peculiares etiam *REGALIVM* ſcriptores ſupra citati, quibus addi poſſunt *Carpzouii* et *Einſidelius* in libris uno uolumine exhibitis. Qui uero uterque tritas tantum ueteranorum uias, ut alii plerique, ſequitur. Ceterum qui noſtrae lucubratiunculae argumentum occupauerit, neminem reperimus. Vt adeo, ſi quid minus adpoſite dictum fuerit, ab aequo lectore ueniam nobis eo facilius polliceamur.

TOM. I. LIB. III.

IVRIS CIVILIS PRIVATI

OPVSCVLVM I.

PARADOXON PRO IVRE RETRACTANDI TRANSACTIONEM, NOVIS INSTRVMENTIS REPERTIS,

ad L. 35. ff. de re iud. et LL. 19. et 29. C. de transact.

Menſe Decembr. CIↃ IↃCCIV.

PROOEMIVM.

§. I.

Ratio inſtituti.

PArentis mei, dum A uiueret, uoluntas fuit, ut ante ſpecimine quodam Academico uires experirer, quam diſcederem Fridericiana. Coeptum eius arbitrio inſtitutum, proh! morte illius improuiſa infractum ac tantum non penitus proſtratum fuit: animo meo patris B indulgentisſimi obitu, miſerum excruciato. Aſt cum liberis quaedam religio imperet, ut defuncti etiam genitoris iudicio ſtent atque uel hoc uenerationis ac pietatis officio manes eius proſequantur: ad priores huius lucubratiunculae curas exiſtimaueram, mihi quoque omnino eſſe redeundum. Argumentum opuſculi *Dn. praeſidis, doctoris ac hoſpitis mei honoratisſimi*, arbitratu ſelectum fuit. Partim quod publica aeque ac priuata id iura attingeret: partim, quod multis horum tem- C porum controuerſiis decidendis aptum: et, quod potiſſimum eſt, nouae inprimis ſpartae, qua ſacra Poruſſiae regis ſcrinia in hoc ducatu curae eius demandata ſunt, ualde congruum eſſe, ipſe arbitraretur, A Maximum enim archiotae officium in eo uerſatur, ut antiqua et uetuſtate ſepulta *inſtrumenta*, non ſolum interitu tineisque ac blattis uindicet cuſtos probus; ſed haec etiam, quantum quidem fieri poteſt in tanta literarum ac rerum diuerſitate, ſibi familiaria reddat, ut, caſu ſic exigente, ipſe reipublicae iura hinc oſtendere queat et adiuuare: ne per indices tantum aut catalogos ſapere, quod uiri eruditi non eſt, B uideatur. Sed uulgo auocare ac tantum non deterrere ſolertes animos ſolent, a ſtudio uetuſtiſſimorum, plenae quamuis fidei, monumentorum. Id aiunt, pridem de his caſibus *transactum* eſſe: fruſtra igitur priſtina iura, pactionibus nouis ſublata, eapropter in arenam reduci. Hoc perpetuum ac conſtans totque auctoritatibus munitum dogma eſſe iuris ciuilis Romani, ex uariis locis eruunt, amice inuicem conſpirantibus *L. 19. C. de transactionib. l. 4. C. de re iudicata l. 35. ff. de re iu-* C *dic.* et qui textus alii ſunt generis eiusdem. Non leuis itaque argumenti controuerſiam tractandam ſuſcipimus: *utrum transactio, nouis inſtrumentis repertis, iure posſit retractari?* Deus numine ſuo adſit dicendis.

CAP.

CAP. I.

Tranſactionis, uocis retractandi et inſtrumentorum definitio.

§. I.

Tranſactionis diuerſa ſynonyma.

TRanſactio Graecis iureconſultis διάλυσις et *Iuſtiniano* φιλικὴ συμβίβασις (a); in uernacula *Vergleich*, *Vertrag* (b), ueteribus etiam *Vortrag* et inſtrumenta tranſactionis *Vortrag-Brieff*, uti in dubio ſenſu reſpondit *Erneſtus* COTHMANNVS (c). Barbari olim doctores *accordium* dixerunt et concordiam, ut uidere eſt apud *Iohannem de* AMICIS (d). Haec ſynonyma praemittere debui, ut facilius deinde larior huius uocabuli ſenſus pateat, quo cuiuscunque etiam generis conuentiones exhaurit.

Significatus diuerſi.

§. II. Eiusdem enim uerbi una appellatio, ſed diuerſiſſimus eſt ſignificatus. Non oratorum hic teſtimonia conquiro, quia ſaepius fit, ut uoces, uulgi ſiue uſu ſiue abuſu communes, in foro aliis iisque propriis arque anguſtioribus limitibus circumſcribanrur. Atque hos inigrare uelle, doctoris aur imprudentis eſt, aut hominis ignari. Verum ipſae hic Romanorum leges aliter arque aliter adhibenr nomen tranſactionis.

amplisſimus Pauli pro quouis pacto.

In *ampliſſimo* ſenſu Paulus ICtus ſcribit *l. 229. de uerbor. ſignific. TRANSACTA finitaue intelligere debemus, non ſolum quibus* controuerſia *fuit: ſed etiam, quae* ſine controuerſia *ſint poſſeſſa*: Atque ita uerum non eſt, *tranſigi* tantum de rebus controuerſis. Potius intelligitur; ICtum cuiusuis generis pacta tranſactione inſigniuiſſe. Neque enim facere hic uelim cum *Franciſco* CONNANO (e), qui *prius uerbum* (tranſacta) *ad controuerſias ſopitas: poſterius* (finita) *ad cetera omnia, quae communi conſenſu eſſent terminata*, exiſtimat referendum. Naturalis certe ordo contrariam paraphraſin hac ratione uult: *Tranſacta finitaque intelligere debemus non ſolum quibus controuerſia fuit*, hoc enim per ſe clarum eſt: *ſed etiam*, ut ſingulari ratione Paulus definit, *tranſacta finitaue dicuntur, quae ſine controuerſia poſſidentur*. Taceo quod *l. 13. §. 7. ff. de his, qui notant. infam.* Vlpianus quoque ſcribat, duriori ſententia cum reo *tranſactum*, id eſt, actum fuiſſe. Adeo clarum eſt, ueteres ICtos *tranſigendi* uerbo, ut oratores uſos eſſe, pro, rem *finire aut perficere*, teſtimonio TVLLII (f).

paulo anguſtior,

Anguſtioribus autem terminis includunt trausactiones pleraeque leges aliae. Sic VLPIANVS *l. 1. ff. de tranſactionibus; qui* tranſigit, *quaſi de re* dubia *et lite* incerta *neque finita tranſigit: qui uero* paciſcitur, *donationis cauſa rem* certam *et indubitatam liberalitate remittit.* Iude doctores argumenta habent, quibus *tranſactiones a pactis* diſtinguunt. *Illae* enim de rebus inſtitui poſſunt nonniſi litigioſis: *haec* etiam de certis: illae *lucrandi*; haec uero *donandi* animo. Quamuis uero haud deſint loca, ubi etiam *tranſactiones* dicuntur, licet una uel altera pars nihil acceperit, ſed ubi *donandi* quoque animo aliquid factum aut remiſſum fuit; ſolennius tamen in iure Romauo, ut tranſigere idem ſit,

proprius denique ſeu anguſtisſimus.

atque *rem dubiam amicabili neque tamen gratuita partium conuentione decidere l. 2. C. de tranſactionib.* et alibi paſſim.

Definitionis euolatio. generis loco on recte ſtet

§. III. Habeo igitur cauſas, quare mihi cum Franc. *DVARENO* (g) et illis, qui eum hic ſequuntur (h), tranſactio ſit *conuenta rei incertae deciſio*. Stat generis loco *deciſio*; cui ipſe pandectarum ordo quodammodo fauere, uidetur: quoniam *tranſactionis* doctrina non inter *obligationes* locum occupat, quod offendit *Vlricum* HVBERVM (i): ſed inter titulos de iudicibus, iurisdictione, procuratoribus ac defenſoribus interiacet, quaſi ſcilicet *tranſactores* horum omnium non tam uices teneant, quam munera poſſint praeoccupare (k). Neque enim praetore, iudice, procuratore neque aliis proceſſuum inſtrumentis opus eſſet, ſi, quod olim apud Germanos factum, lites frequentius amicabili tranſactione diſpellerentur. Er ſane, ſi quid coniectari licet, quare tantis difficultatibus doctores doctrinam de tranſactionibus inuoluerint, poſt alias certe haec etiam ſe offerre uidetur, quod his terriculamentis horrorem incutere uoluerinr partibus, ne, relictis iudiciis, facile tranſigerent. Neque dimouet me ab hac opinione,

(a) Nouell. XLIII. in fine.

(b) Hoc quoque titulo utitur *die Magdeb. Policey-Ordnung* cap. 46. *von Vertraegen.* i. e. de tranſactionibus.

(c) Volumine I. reſponſo XXVIII. n. 208. p. 247.

(d) Conſilio LXXI. n. 8.

(e) Lib. V. iur. ciuil. cap. 6. p. m. 351. conf. GOEDDEVS ad l. 230. de V. S.

(f) II Philipp. p. m. 110. Idem in inuectiua III. in Catilinam. p. 201.

(g) In commentario ff. de tranſact. cap. I. p. 71.

(h) Congruit cum eo WESENBECIVS, quem BACHOVIVS tantopere extollit, ut toto opere nihil uetius eundem ſcripſiſſe adſerat, quam quod tranſactiones exemerit numero contractuum. Sed hoc paulo ante iam fecerat DVARENVS. Atque ex hoc tempore haec opinio plurimos ſectatores habuit, etiam LAVTERBACHIVM.

(i) In praelect. ad ff. de pactis.

(k) Sic in Atticis LL. de tranſactionibus agitur in titulo de iudiciis, uti uidere eſt in codice Samuelis PETITI p. 24.

CAP. I.

contractus? idque num innominatus,

ne, quod fere a *Baldi* temporibus omnes ICti transactionem *contractum innominatum* deſcripſerint (l). Vt enim taceam, quod transactioni utique certum *nomen* ſit; in ea nullus ſane *poenitentiae* locus eſt *l. 39. C. de transact.* quamuis poenitere liceat in contractibus innominatis *l. 3. §. 2. ff. de condictione cauſa data.* Atque haec me offendunt in hac ſententia, non uero, quod transactio diſpellat potius negotia adeoque *diſtractus* magis ſit, quam contractus. Huic enim dubiolo unica diſtinctione inter *materiam* et *formam* ſatisfit et pridem ſatisfecit *Ioh. Baptiſta* CACCIALVPVS (*). Vidit hos nodos *Iohan.* CORASIVS (m). Magna igitur contentione id egit, ut *transactio* numerum augeret contractuum *nominatorum.*

an nominatus?

Equidem pro *nominata* quoque conuentione hic ſtetit *Stephanus* FORCATVLVS (n): ſed confutauit hanc opinionem GOEDDEVS (o), neque ea ſectatores multos unquam habuit. Quamuis enim *transactio* certum nomen habeat; quod in contractibus nominatis requirit *l. 7. pr. de pactis*: tamen, ut nihil dicam de oppoſitionibus *Vlrici* HVBERI (p), quas parum curo, contractus non de rebus *litigioſis* fieri oportet, quod tamen requiritur in omni transactione *l. 1. ff. de transact. l. 12. C. eodem* et *l. 6. de ſolutionib. et liberation.* Idem mihi obeſt, quin *pactum* generis loco ponam.

an pactum?

Sit, *paciſci* uocem *in l. 29. C. de pactis* in renuncianda lite, utpote re incerta, adhiberi: deeſt tamen alterum in quauis transactione requiſitum. Scilicet quod inconſulta altera parte id factum ſit; deque animo donandi potius, quam tranſigendi, conſtet. Quorum neutrum transactionibus congruum eſſe, ex LL. modo citatis cuiuis luculenter patebit.

an ſimile contractibus?

Melior uidetur ſententia *Franc.* CONNANI (q), quod *transactio ſimilis* tantum ſit contractibus *innominatis.* Hoc enim nemo inficiabitur: cum pleraeque transactiones per *do* aut *facio* componantur. Aſt non aſſimilatum; ſed genus uerum hic requiritur. Non uero ea tantum propter *transactionem* per *deciſionem* deſcripſi: quod commodius uocabulum non appareat. Potius hoc commodiſſimum eſſe, argumentis quibusdam, non mihi lectis apud alios, contuebor.

§. IV.

an deciſio?

Principio enim iurisprudentia Graecorum adiuuat noſtram opinionem. Transactio enim eis dicitur διάλυσις (r), diſſolutio, ſeu *deciſio*, tranſigere διαλύσασθαι, etiam ἀπάλλαξις (s) diſcesſio. Ita enim uerba LL. Atticarum: *Ων ἂν ἀφῆ ϰαὶ ἀπαλλάξη τὶς μηκέτι τὰς δίκας εἶναι; eorum, quae remiſſa et transactione diſtracta* ſiue ſublata *ſunt, lites ne ſunto*(t). Etiam pontificum iura huc inclinare uidentur, dum transactionem deſcripſerunt per *compoſitionem cap. 6. X. de transact.* Componitur autem lis, ſiue forenſi iudicio ſiue *extraforenſi*, id eſt, transactione. Quod ſi liti gratis renunciatur, illud canones pontificii *pacta* ſalutant et uerbis luculentisſimis a transactione diſtinguunt *cap. 6. X. de transact.* Neque ab hoc uſu abhorret ius noſtrum. Potius *l. 17. C. de transact.* manifeſtis uerbis dicitur: *lis transactione* (uti laudo aut ſententia) *deciſa*, etiam pro transegerit, *deciderit* habetur *l. 3. §. 1. ad 2. Falcid. l. 46. ff. de rei uind. transegiſſe et deciſſe uideor eo pretio.* confer. *l. 3. C. de furt.* Multo minus linguae ueterum Romanorum is uerbi ſenſus ignotus eſt. Sane, ut alios omittam, Cicero aliquot locis *tranſigere* et *decidere* uſurpat pro ſynonymis; de quo *NIZOLIANA* induſtria uel tirones poteſt docere. Et quod quaeſo remedium, quo diuerſarum rerumpublicarum cauſae deciderentur, niſi ſupereſſent transactiones. Olim ſane, antequam ciuiles ſocietates coluiſſent homines, transactio unica poterat eſſe uia, qua cum aliquo iuris uigore a litibus diſcederetur.

Quare haec deciſio dicatur conuenta?

§. IV. Reliqua in definitione ad exponendum faciliora ſunt. Deciſionem enim *conuentam* ſcripſi, id eſt, factam utriusque partis libero adſenſu ac uoluntate. Inde transactionis *placitum* dicit *l. 6. ff. de trans.* et *conſenſu* terminari transactionem *l. 13.* eodem (x) atque ſana mente fieri debere *l. 27. C. de transact.* Quo ipſo transactio a *iudicato* ac *ſententia* diſtinguitur. Fit enim utrumque hoc non a partibus, ſed etiam plerumque altera parte maxime inuita. Contra uero ad tranſigendum nulla pars

(l) BALDI locus eſt in comm. ad tit. C. de rer. permutatione in rubr. n. 4. p. m. 140. Ita quoque BARTOLVS in ff. de pact. ad l. 1. n. 1. p. 96. Atque hos ueteranorum duumuiros nominaſſe, ſufficiat, quos mille alii poſtea cum applauſu ſecuti ſunt.

(*) In peculiari libro de transact. Q. 4. p. 12.

(m) In miſcellaneor. lib. I. c. 23. ubi unicam hanc quaeſtionem, an transactio ſit contractus nominatus? ex inſtituto tractat.

(n) Argumenta eius legi poſſunt in necyomantia ſ. occulta iurisprud. obſeru. XLVI. dialogo 4. p. m. 111. edit. Pariſ. 1595. f.

(o) In commentario ad l. 12. ff. de V. S.

(p) Quod diſtractus potius ſit transactio in praelectionibus ad ff. de transact.

(q) In comment. iur. ciu. lib. V. c. 6.

(r) Paſſim haec uox occurrit in baſilicis FABROTTI lib. XV. c. 10. ac alibi. Philoſophorum etiam auctoritates congesſit ICt. Guil. BVDAEVS in comm. utr. L. p. m. 32. 33.

(s) In codice LL. Atticarum Sam. PETITI lib. IV. tit. 4.

(t) STRAVCHII forte coniectura Graeco ore adiuuatur, qui, loco deciſionis, uerbo diſcesſionis uti mauult in diſſert. theoret. pract. XXVI. th. 5.

(x) Qui igitur de re libere conſentire non poſſunt uel propter rei naturam, ut de alimentis l. 8. ff. de transact. uel aetatis rationem, ut minor l. 9. ff. eod. uel ſi res alterius ſit l. 10. ff. eodem ut pater de re filiot. illi fruſtra quoque tranſigunt.

(y)

CAP. I.

la pars cogi poteſt (y). Hoc enim idem eſſet, atque iuſtitiam *forenſem* in ſocietate ciuili denegare et actorem a limine iudicii depellere. Alia ratio inter ſummi iuris principes. Hi certe, cum *deciſores* forenſes non habeant, in conſcientia obligantur, ut ante ius ſuum *transactione*, id eſt, amicabili deciſione quaerant, quam ad uiolenta remedia aduolent armorum. Tandem *rei* nonniſi *incertae* transactionem eſſe, ſcripſi. Vti enim quae cuiuis per ſe patent, nulla deciſione nulloque iudicio opus habent: ita quoque transactio de his fruſtra (z) requireretur. Incertitudo autem intelligitur ſiue *iuris*, ſiue *facti*: ſiue *reſpectiua* (a), harum alterutra ſufficit. Non uero, quod mireris, addidi definitioni, *dato* aliquo uel *retento* (b). Hoc enim in omni transactione non fit. Quid enim ſi una pars, de iure melius edocta, errorem atque iniquitatem poſtulati agnoſcit propterea que cauſae renunciat? Quid ſi, ut ſæpius inter ſummi iuris principes fit, actor aut reus, belli aut ſumptuoſi proceſſus periculo ac formidine transigit neque aliquid *accipit* aut *retinet*. Sane hoc genus conuentae deciſionis in cauſa dubia non minus erit in numero transactionum. Aſt ſatis de *definitione*.

Quare rei incertae?

Diuiſio transactionis in generalem et ſpecialem, rat.

§. V. Expoſita transactionis definitione alia quaedam expedienda reſtant, quibus niti nos oportet in reſolutione propoſitae quaeſtionis. Scilicet eſt transactio alia *ſpecialis*, alia *generalis*, *L. 29. C. de transact.* idque uel ratione *perſonarum*, cum quibus transigitur: hoc caſu, qui cum uno ex contutoribus transegit, is ea propter non ceteris etiam actionem remiſit, ut habetur *l. 3. ff. de transact. et l. 1. C. eodem*, aut earum, quae transigunt, quod ſi enim unus frater de tutelae adminiſtratione transegit, non idcirco uel alter obligatur, uel idem hic, qui tranſegit, ſi alterius heres ſit *l. 9. ff. de transact.* uel *rerum* intuitu, ita qui transegit, ſe *nihil amplius* petiturum, etſi non additum *eo nomine*, de ceteris tamen quaeſtionibus integra ei permanet actio *l. 31. C. eod.* uel denique *ar-*

a) perſonarum,

b) rerum.

A

gumentorum cauſa, ut qui de *iniuria* transegit, ille non et *damnum* ſimul remiſit, quemadmodum ſcilicet furti actione deciſa, tamen permanet condictio *l. 7. §. 1. ff. de condictione furt.* alios in hoc genere caſus habes in *l. 21. ff. de ſeruit. urb. et l. 20. ff. de ſeru. ruſt.* Atque omnia haec diuiſionis membra probe attendenda ſunt, quod in expeditione maximarum dubitationum utilem nobis operam inferius praeſtabunt.

§. V. VI.

c) argumentorum,

B

§. VI. Transactionem *ſtricti iuris* eſſe, declarandum quoque nunc eſt. Hoc caſu coarguendi ſunt doctores, qui aut negant hoc, aut ex falſo id principio demonſtrant. BACHOVIVS (c), ne ullum iuris caput ſua cenſura intactum relinqueret, etiam hic a communi ſententia fecit diſceſſum: *qui transactionem, inquit, ſtricti iuris dicunt, illi parum ex uſu iuris ſcribunt. Hoc enim ſenſu nihil non eſſet ſtricti iuris; quod nullus actus extenditur ultra ea, de quibus transactum eſt et cogitatum.* Equidem in eo me habet conſentientem Bachouius, quod transactio non *contractibus* ſtricti iuris annumerari debeat (d), quia contractuum claſſe eandem ſuperius exemimus: et ſi quis bonae fidei et ſtricti iuris negotia ad ſolas obligationes ex contractu alleget, quod faciunt plerique iuris interpretes (e), tum fruſtra eſſet, quicquid hic in disquiſitionem uocaretur: uerum cum non contractuum tantum; ſed omnium rerum interpretatio aut *extenſiua* ſit, aut *ſtricti* iuris; hoc ſane caſu non fruſtra diſputamus, num *illius* loci, an *huius* transactio. Fruſtra enim eſt Bachouius, quod hanc differentiam inficietur. Non enim dicitur, quod in *ſtricti* aut *extenſiui* iuris interpretatione contra manifeſta iura et conuenta contrahi debeant, aut extendi uerba transactionis: ſed quid faciendum, ſi res in ambiguo ſit et, quid cogitauerint transigentes, nullo prorſus remedio haberi poſſit. Exemplum nunc ſuccurrit in transactione pacis *Riſuicenſis*; quem caſum liceat paulo curatius euoluere. Norma transactionis uel *iuſtum* eſt, uel *utile*, uel utrum-

An transactio ſtricti iuris ſit et quomodo contra plerosque doct.

Bachouium;

C

D

E

Caſus adfertur ex pacificatione Riſuicenſi.

(y) De quo doctores acerrime inter ſe: ſed, me iudice, fruſtra controuertunt.

(z) Fruſtra in hoc genera quaeretur, an ſuper re iudicata recte tranſigatur. Satis enim clare et ſana ratio definit rem et l. 7. ff. de transact.

(a) Vti l. 2. C. de transact. inanis etiam litis metus et l. 65. ff. de condict. indebit.

(b) Sed hoc requirit tamen l. 32. C. de transact. Verum id non ad eſſentiam transactionis pertinet: ſed tantum, ut ſubſiſtat transactio in foro ciuili. Quamuis etiam uerba, dato aliquo uel retento uel promiſſo, ita enim ſe lex habet, adeo lata ſint, ut fingi poſſit, unum ex his omnibus transactionibus ineſſe. Quod ſi enim unus transactor aliud nihil de transactione reportet, pecuniam tamen retinet ſumptuoſae forte liti impendendam. Ita fingimus licentia l. 65. ff. de condictione indebiti.

(c) In animaduerſionibus ad Treutlerum h. t. pag. 295.

F

(d) Quod omnes fere credunt cum BALDO. Is enim exiſtimat, transactionem ſemper ſtricti iuris eſſe, eo quod non ſit numerata in § action. inſt. de act. ubi omnes bonae fidei contractus recitentur: aut, quod fundamentum allegant alii, quia omnes innominati contractus regulariter ſint ſtricti iuris, aſt in hoc genere reponunt transactionem. Contra uero BARTOLVS putat, reſpiciendum eſſe, qua contractus ſpecie ineatur transactio, quod cum diuerſimode fiat, igitur alias nunc transactiones ſtricti iuris, alias iterum bonae fidei eſſe. Loca citauit CACCIALVPVS

G

Qu. V. n. 3. 4. Sed negato, quod transactio contractus ſit: corruit etiam omne id, quod pro hac lite ſolet adferri.

(e) Argumento l. 5. pr. ff. de in lit. iur. Et plenius LOCAMERVS Qu. 1. 367. Georg. BICCIVS rer. quot. ſect. V. n. 5.

(f) In

Digitized by Google

CAP. I.

Norma tranſact.

utrumque. Equidem Gallica tum philo- [A] ſophia Riſuici haec fuerat. Tranſactiones uel *ſequi* bellum, uel *praecedere. Has* tantum pro fundamento habere *aequitatem*: non uero *illas*, quae *utile* tantum reſpiciant. Ante enim, quam res ad arma deueniat, principes orbis ſuas controuerſias tractare tranſigendo ad amusſim *iuris*: ſed uero, ſi *ius* ita *ambiguum* et obſcurum ſit, ut ſibi utraque pars hoc polliceatur, neutra uero ab eo diſcedere uelit; tum, *conceſ-* [B] *ſa cuiuis parti aequitatis* opinione, ad *bellum* deueniri, atque in hoc tamdiu perſiſti, usque dum alter, quia infirmior ſit, ſibi non iuſtum magis, ſed *utilius* tantum eſſe credat, ut liti renunciet: non, ut ſuam cauſam *iniquam* eſſe, agnoſcat. Adſerti huius quoque rationes allegant. Ita enim, aiunt, utrumque belligerantem *iuſtum* dici poſſe: cum alias in omni pace uicta pars audire debeat *iniqua*, cum [C] perpetuo opprobrio regum aut rerum publicarum. Hac certe cantilena Riſuici auditi ſunt Gallici legati, cum noſtri in pacificatione ad cauſae *aequitatem* identidem prouocaſſent. Non, inquiebant, diſputandum nunc de *aequitate*, in hac ſcena *ante bellum* ſuſceptum Francofurti, Heidelbergae alibi actum eſſe. Nunc, coepto ſemel bello, ſi non alio fundamento, *dicis* tantum cauſa, ſe [D] credere, Germanos *iure* Alſatiam, Argentoratum aliaque repetere; ſed non *minori iure* Galliae regem eadem haec detinere. Nunc Gallos a Germanis quaerere, non utrum *iuſtius*, ſed utrum *utilius* eſſe credant, *repetere* Alſatiam a Galliae rege, bellum continuando; an finiendi belli ergo, Alſatiam Gallis *concedere*. Pacificatores itaque non *iureconſultos* eſſe debere, non *cauſidicos*, non *iuſtitiae* prae- [E] ſides: ſed *politicos*, id eſt, rerum *utilium* interpretes ac *conſiliarios*. Ipſam etiam pacificandi artem non a *iurisprudentia*, ſed *politica* deſumendam. Atque in hac Riſuicenſi pacificatione, ut reuertar, unde digreſſus ſum, famoſiſſima iſta *quarti articuli clauſula* fuit: *religione tamen catholica Romana in locis, a* Galliae rege in Palatinatu et alibi *reſtitutis, in ſtatu, quo nunc eſt, remanente.* Vix haec ſcripta at- [F] que tranſacta fuerunt: cum ingens oriretur dubitatio, utrum *reſtringenda*, an uero *extendenda* eſſet clauſula tranſactionis. Diſputabatur enim, *utrum religio catholica Romana etiam in illis locis, templis ac ciuitatibus finito bello remaneret*; de quibus euangelici, antequam illa hoſtibus Gallis dederentur, ab hiſce literas uulgo *reuerſales* acceperant, ut bello, quamprimum finito, ea noſtratibus in integrum [A] reſtituerentur. Certe, ſi iuris *extenſiui* eſt tranſactio, omnino id affirmandum eſt, quod clauſula de locis reſtituendis *indefinite* loquatur. Negandum autem, ſi *ſtrictae* interpretationi locum des; quoniam *reuerſales* in clauſula pacis non manifeſte ſublatae fuerunt. Intereſt igitur omnino, ut hac de re ICtus ſibi bene conſtet, atque, quod plura argumenta probant *tranſactionem* cum ciuilibus tum na- [B] turae legibus *ſtricti* iuris eſſe. Arguunt hoc inprimis *l. 5. ff. de tranſact. et l. 9. §. 1. ff. eod.* Et omnium maxime huc pertinent uerba *l. 31. C. de tranſact. de re certa pacto tranſactionis interpoſito hoc comprehenſum erat, NIHIL AMPLIVS peti, etſi non additum fuerit EO NOMINE, de CETERIS tamen quaeſtionibus INTEGRA permaneat actio.* Quod autem HVNNIVS (f) uult, inde perſpicuum eſſe, quod [C] generalis quoque tranſactio ſtricte accipi debeat, in eo mihi non ſatis recte uidetur legem expendiſſe; uoces enim *de re certa* ſatis oſtendunt, tranſactionem *ſpecialem* fuiſſe, non *generalem*. Ratio autem, quam ſubiungit, cur tranſactio *ſtricti* iuris ſit, calculum noſtrum omnino habet; *quia qui tranſigit, ille de iure ſuo quodammodo remittit, atque eapropter praeſumitur illam noluiſſe remiſſam.* Propius [D] rem attingit *Ferdinandus Chriſtophorus* HARPRECHTVS (g), inter principes huius aeui iureconſultos, dum ait: *quod enim tranſactio ſit ſtricti iuris et perinde ac ſententia, cui a LL. non ſemel aequiparatur*, ſub eodem genere, uocabulo deciſionis ſcilicet, tranſactionem et ſententiam ſuperius repoſuimus, *STRICTISSIMAM interpretationem depoſcit. His ipſis terminis ex* CRAVETTA *et Rota Ro-* [E] *mana apud* MERLINVM *definitur.* Taceo infinitos alios, qui idem ſentiunt, cauſa quamuis ſentiendi apud illos, quod docui, admodum peruerſa.

§. VI. VII.

leges,

rationes,

auctoritates, inprimis magni ICti Harprechti.

Vocabulum retractare quid?

factum reddere infectum,

iterum tractare.

§. VII. Etiam *retractandi* uerbo in inſcriptione noſtri argumenti uſi ſumus, etiamnunc, ne aliquam dubitationem facere poſſit, tribus uerbis exponendum. Principio *retractare* dicimus in iure noſtro, ſi, quod factum eſt, reddimus *infectum*, [F] ita *l. 39. §. fin. ff. de procur. defenſorem* ſuſpecti tutoris *oportere etiam de rato cauere, ne reuerſus ille uelit RETRACTARE, quod actum eſt.* Idem uerbi ſignificatus occurrit *l. 12. §. 3. fin. ff. ratam rem haberi.* Deinde Romanus interpres *Sext. Pomp.* FESTVS (h) ait: *retractare eſt rurſus tractare.* Qui etiam ſenſus legibus conformis, nam *l. 31. ff. de iureiurando* ſcribitur: *permitti ex integro cauſam agere, ſi quis noua inſtrumenta ſe inueniſſe dicat, quibus nunc ſolis uſurus,*

(f) In not. ad Treutlerum uol. I. diſp. 7. theſ. [G] ult. p. 503.

(g) Conſilior. Tubingenſium tomo V. conſil. XI. n. 25. p. 241.

(h) In commentario de L. L. ſeu de uerborum ſignificatione p. 169. edit. Dionyſ. Gothofredi. Eadem uerba etiam repetit Paul. DIACONVS pag. 407. edit. eiusdem.

CAP. I. II.

uſurus ſit: quod ſi iureiurando tranſactum ſit, non conceditur eandem cauſam RETRACTARE. Addi poſſunt *l. 10. §. 1. ff. ad SCtum Turpil.* et *l. 29. ff. de iure fiſci.* Atque in hoc ſignificatu Graeci *retractationem* reddunt παλινδικίαν (i) et uocem hoc caſu adhibent, quo cauſae in prima inſtantia deciſae, facta appellatione iterum ſub examen remittuntur *l. fin. 5. §. 5. C. de temp. et reparat. appellat.*. Mihi inferius utraque proderit ſignificatio. Siue enim tranſactiones quasdam ipſo iure *nullas* eſſe dixeris: ſiue credideris *reſciſſione* in aliis opus fore, utrinque *retractandi* uerbo exprimi, non incongruum eſſe, ex hactenus dictis manifeſte conſtabit.

Inſtrumenti uox cuius hic ſignificatus?

§. IIX. *Inſtrumenti* quamuis diuerſiſſimae ſignificationes, cum oratoribus, tum legibus communes: mihi tamen hoc nomine omne id uenit, quod in re iudicia-

A ria ad *inſtruendam* cauſam pertinet. Hoc uſu *l. 3. C. ſi ex falſis inſtrumentis iudic.* ait: *falſam teſtationem arguere non prohiberis; modo probare poteris, eum, qui iudicauerat, ſecutum eius inſtrumenti fidem.* Sed quid opus eſt uerbis. Ipſa nobis *l. 1. ff. de fide inſtrumentor.* ſuppeditat definitionem, inſtituto noſtro quaeſitam: *inſtrumentorum nomine ea omnia accipienda ſunt, QVIBVS CAVSA INSTRVI PO-*
B *TEST: et ideo tam teſtimonia, quam perſonae inſtrumentorum loco habentur.* Non ouum ouo ſimilius eſſe poteſt, atque hoc *Pauli* ICti adſertum noſtro argumento. Siue igitur poſt tranſactionem noua uel *iuris* uel *facti* capita produxeris, definiendum nunc eſt, an alterutrius, uel utriusque etiam praetextu, quod ſemel tranſactori placuit, liceat, absque iniquitatis nota, *retractare*.

§. IIX. I. II. III.

CAP. II.

Argumenta pro iure retractandi tranſactionem, nouis inſtrumentis repertis, in cauſa priuata aeque ac publica.

§. I.

Ordo argumentorum.

IDagendum nunc eſt, ut aduerſae ſententiae, *nullo ſcilicet nouorum inſtrumentorum praetextu tranſactiones retractari poſſe*, legibus, rationibus, auctoritatibus, uſuque fori communitae, iisdem quoque remediis obuiam eamus. Principio autem *uerior* opinio per luculentiſſima ratiocinia *adſtrui* ac comprobari debet, deinde uero in ſequenti capite diſſolui, quae huic obeſſe uideantur. Dabo igitur operam, ut per momenta *rationum*; fulcra *legum*; *doctorum* decreta; mores quoque *iudicum* conſtet: *retractari poſſe tranſactionem, nouis inſtrumentis repertis.*

C propugnant contra nos, oppido largiuntur. Vnum hic allegaſſe, ſufficiat, interpretem illuſtrem nouiſſimumque, *Vlricum* HVBERVM (a). Ita autem ille: *tranſactio ualet, etſi ex inſtrumentis poſtea repertis de cauſa aliter liqueat l. 19. C. h. t. DVRVM quidem uidetur, remittere creditorem id, quod liquido probari poteſt, ſibi deberi.* Quid? quod *Franc.* CONNANVS (b) claris uerbis dicat, legem hanc
D potius a tyranno, quam principe, aequitatis amante, profectam fuiſſe. Plures citare nolo, cum potius noſtrum ſit, in ipſas *rationes* inquirere, quae hoc dogma arguere poſſunt iniquitatis.

Expenduntur I. momenta RATIONVM.

§. II. *In omnibus* quidem, inquit PAVLVS *l. 90. ff. de R. I. maxime tamen in iure AEQVITAS ſpectanda eſt.* Nam ipſum quoque ius, *VLPIANO* definitore, *ars eſt aequi et boni l. 1. ff. de I. et I.* Imo *aequitatis potius* ac iuſtitiae, quam ſtricti iuris rationem in omnibus rebus praecipuam, clariſſimis uerbis, commendat imperator *l. 8. C. de iudiciis.* Multum igitur in mea cauſa profecero, ſi in caſtris meis pugnare oſtenderim iuſtitiam aequitatemque. Quorum animus quodam naturali iure aliquantum politus eſt, illi, quamuis etiam nobiscum non faciant, tamen *iniquam* eſſe ſententiam aduerſam, quam

1] non cogitantis nullus conſenſus.

§. III. Superius (c) iam demonſtratum eſt, nullam eſſe tranſactionem absque *libero* tranſigentium *CONSENSV.* Non poteſt igitur porrigi ad *incogitata*, cum fieri nequeat, ut, de quo quis *non cogita-*
E *uit*, in eo *conſenſerit*, uerba ſunt *Antonii* FABRI (d). Atque ita quoque leges arguunt *l. 35. ff. de pact. l. 5. et 12. ff. de tranſact.* Vnde certa iuris regula conficitur: *de quibus* in tranſactione *non eſt cogitatum, ea in ſuo ſtatu manent l. 5. ff. eod.* Ipſos etiam caſus ſuppeditant leges in hoc argumento. Ita qui de *portione ſua* cum tutore ſuper male adminiſtrata tutela tranſegit, *er wolle hiemit, ſo viel ihn angehe,* oder

(i) HESYCHIVS παλινδικία, ἡ ἐξ ἀρχῆς δίκη.

F

(a) In praelectionibus ad digeſt. tit. de tranſact. p. m. 155.

(b) In commentar. iuris ciuilis lib. V. c. 6. p. 358.

(c) Cap. I. §. 4.

(d) In rationalibus lib. II. tit. 15. pag. 292.

CAP. II.

oder betreſſe, zu frieden ſeyn: illius transactio actionem (*nouum inſtrumentum*) non perimit in re, quae huic portioni ſuae deinceps, aut morte cohaeredis aut alio caſu, accreſcit *l. 9. ff. de transact.* Et qui de teſtamento transegit, is non improbe dicit, ſe non cogitaſſe de (*nouo inſtrumento*) codicillo *l. 12. ff. eod.* quamuis codicilli in iure dicantur *pars teſtamenti l. 11. ff. teſtamenta quemadmod. aperiantur* et genus ad teſtamentum pertinens *l. 18. ff. de iure codicillor.* Id quod repetitis utique tationibus fit: *in ſuo enim ſtatu retineri* (noua inſtrumenta,) *de quibus non cogitatum l. 5. ff. eod.* transactionem de his tantum, de quibus inter paciſcentes *placuerit, interpoſitam credi:* non de *nouis inſtrumentis* illis, quorum actiones competete *poſtea compertum. INIQVVM* eſſe, perimi pacto id, de quo *cogitatum non* doceatur, claris uetbis definit *l. 9. ff. eod.* Ponamus caſum, ut cauſa manifeſtius pateat. Transegerat forte Cliuiae quondam dux cum domo Burgundica de Geldriae ducatu: ut diſcederet ab agnatico, cognatico, teſtamentario, inueſtiturae atque homagii *omnibus aliis iuribus*, tum uentilatis, Cliuiae dominus, in gratiam Burgundi. Diu poſt nouum inſtrumentum reperitur, unde intelligitur, Cliuenſem quondam ditionem uniuerſam *Teiſterbantiam*, id eſt, maximas et tantum non omnes Geldtici ptincipatus partes ſub complexu ſuo habuiſſe. Actionem ergo inſtituit ex nouis hiſce inſtrumentis *Cliuiae* dux pro recuperanda Geldria a Burgundo; qui tamen ſemel transactum eſſe excipit. Quid hoc caſu iuris? Ego omnino exiſtimauerim, quoniam de *Teiſterbantia* tum *cogitatum* non fuit, per hactenus aſſerta, non obſtante transactione, *noui inſtrumenti actionem Cliuenſibus integram prorſus et immunem eſſe. Quae* enim *poſtea emergunt, auxilio indigent*, inquit CELSVS *l. 11. §. 8. ff. de interrogationibus et interrogatoriis act. Idem arg. l. 7. ff. de feriis et l. 46. ff. de recept. qui arbitr.* Vti enim arbitri non iudicant, de his (*inſtrumentis*) quae *poſtea* (de *nouo*) emergunt, ita neque transactio ultra ea, quae *cogitata* ſunt, debet extendi: cum utriusque magna ſimilititudo *l. 1. ff. eodem.* Neque offecerit Cliuenſi, ſi hac clauſula; ſe *omni* iuri ſuo renunciare, quod in Geldriam habeat, aut habere poſſit. Supra (e) certe ex *legibus 24. et 31. C. de transact.* ſatis oſtenſum eſt, explicationem ſotmulae *auf alle ſeine Rechte Verzicht thun*, item *auf alle Fælle* tantum *declaratiuam* eſſe argumentorum, de quibus ligatum fuit, uti *l. 21. §. 1. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* non uero *extenſiuam*, ut non cogitatis, hoc eſt, *nouis inſtrumentis* ptaeiudicio eſſe, queat,

Quid ſi formula generalis ſit: auf alle ſein Recht, wie es nahmen haben mag.

§. III.

iuxta famoſiſſimam iuris regulam *l. 81. de R. I. Quae dubitationis cauſa contractibus inſeruntur, ius commune non laedunt.* Ita quoque ante nos ſenſit etuditiſſimus ICtus *Petr.* HEIGIVS (f); et, non minori laude dignus, *Hartmann.* PISTORIS (g), qui inquit, *renunciatio iuris nunquam praeſumenda, niſi de eo expreſſe actum fuit.* Igitut quotiescunque alicui plura competunt iura, ſi uni eotum renunciauerit, non propterea cenſeatur renunciatum alteri *l. 21. ff. de ſeruit. urb. l. 20. ff. de ſeruit. ruſtic.* Adeo clarum eſt, in generali etiam transactionis clauſula ptaeſumendum eſſe, nouis eam inſtrumentis aut iutibus poſtea repertis nihil officere. Verum enim uero nullane prorſus remedia ſuperſunt, controuerſias etiam poſtea emergentes ſeu de nouo reperta inſtrumenta una atque eadem transactione tollete ac componere? Atque hoc omnino cenſeo affirmandum: modo formula expreſſam non cogitatorum, id eſt, poſtea *repertorum inſtrumentorum* faciat mentionem. In quo tamen negotio, quod ſtricti iuris ſit (h), non una tantum cautione opus eſt. Cum enim, quod ſupta docui (i), *generalis* transactio uel talis ſit ratione *perſonarum*; uel *rerum*; uel *argumentorum* et, quae perſonarum intuitu *generalis* eſt; illa tamen, uel rerum uel argumentorum cauſa, eſſe poteſt *ſpecialis:* oportet, ut de ſingulis hisce ſibi proſpiciant transactores in ritu formularum. Sigillatim haec proſequemut. Principio uerba transactionis generalia ſint, quantum ad *perſonas*, quae tranſigunt, aut cum quibus tranſigitur. Ita transegerunt in montibus Pytenaeis Hiſpaniae monarcha Philippus V. et Ludouicus XIV. rex Galliatum de fututa in Hiſpaniae ditiones ſucceſſione. *Hic* quidem pto ſe et omnibus *deſcendentibus* ſiue *maſculis* ſiue *foeminis*; *iſte pro ſe* ac *liberis* ſuis, tam *natis*, quam *naſcituris*, cuiuscunque *ſexus* aut *aetatis* eſſent, pto omnibus deinde *agnatis* et *cognatis* et quibuscunque tandem *heredibus* ſuis aut in regno *ſucceſſoribus*, nemine excepto. Et ſane, quod obitet ſcribo, olim tot reſtrictionibus opus non fuerat, uerum cum Galli paſſim in ſcriptis docerent, non teneri *ſucceſſorem* transactione praedeceſſoris; nunc in legem quandam abiit, ut in pacificatoriis formulis non *regis* ſolum; ſed omnium *regni* ſucceſſorum mentio fiat. Dubitatum etiam quondam fuit, utrum regis transactione obligari tegnum poſſit, nam inprimis Galliae Getmaniaeque regna *parium procerumque* conſenſum adhibuerant. Inde eſt, ut in formulis quibusdam mallent *Galliae*, quam *regis* Galliae, *impera-*

Cautelae circa formulam transactionis generalem.

ſi ea generalis, ſit intuitu 1] perſonarum, quae obligentur.

(e) Cap. I. §. 6.
(f) Quaeſtionum illuſtrium parte II quaeſt. 20. n. 6.
(g) Lib. II. quaeſtion. iuris quaeſt. 48. n. 769.
(h) Capite I. §. 6.
(i) Capite I. §. 5.

CAP. II. § III. IV.

imperatoris imperiique mentionem facere: quo innoteſceret et reges et regna ſimul adſtrictos eſſe. Saepius tamen eiusmodi clauſulae otioſae ſunt atque effectu ſuo deſtituuntur. Quod ſi enim *regna* a *regis* decreto non pendent; fruſtra quoque ad *huius* transactionem *illa* alligabuntur. Ceterum id etiam hic intelligi debet, quam generalis etiam formula transactionis ſit, intuitu *perſonarum*, quae obligentur: eam ipſam tamen *ſpecialem* eſſe poſſe, *argumentorum* cauſa, quae tractantur. Sic ex ſuperius allegata transactione Galliae rex cum filio atque nepotibus obligabitur quidem, abſtinere ab Hiſpaniae ſucceſſione uxoris ac matris cauſa: quod ſi autem Gallia uel in Neopolitanum uel Siciliae uel Arragoniae regna quondam alia quaedam iura habuit, quod nos quidem non affirmamus, illa ſane propterea extincta non eſſe, uidentur. Alia igitur formulae ratio, ſi *transactio argumentorum* quoque cauſa debeat eſſe *generalis*. Opus eſt eo caſu his uerbis; *transactum ſe uelle non ſolum in hac, ſed in omnibus aliis cauſis ac iuribus iuriumque rationibus ac inſtrumentis, ſiue ea iuris ſint, ſiue facti; ſiue nominata, ſiue innominata; ſiue cognita, ſiue adhuc lateant, aut poſtea reperiri aut excogitari etiam queant, nullo prorſus excepto.* Dubitaueris forte, annon hic minimum formulae adparatus ſatis ſit, ad *transactionem omnibus numeris generalem.* Et ſane haudquaquam exiſtimo. Non enim ſtricti iuris interpretatio, quae in omni transactione adhiberi debet (l), patitur, ut extra materiam, de qua litigatur, poſſit formula recitata extendi. Caſu quodam iterum hoc explicabimus. Sit, Germanicum imperium centies cum Galliae rege de Lotharingia; de Alſatia; de regionibus ac controuerſiis aliis utriusque formulae praeſcriptae uerbis tranſegiſſe: an regni *Arelatenſis* cauſa hoc ipſo perdita erit transactaque? Nec quidquam. Quae enim transactio *et perſonarum et argumentorum* intuitu *generalis eſt, ſpecialis* tamen adhuc *rerum* cauſa. Quoniam cuncta utriusque formulae uerba *declaratiua* ſunt; neque limites *materiae*, de qua agitur, egrediuntur. *Tertio* itaque genere cautionis atque nouis uerbis opus eſt, ſi *generalis* quoque dici poſſit transactio reſpectu *rerum.* Scilicet principio praeſtruendum hic in formula, qua tranſigitur: *cum multa inter Germaniam Galliamque diffidia et olim fuerint et nunc eſſe atque in poſterum emergere poſſint, cum de regionum, prouinciarum regnorumque tum de limitum iuriumque controuerſiis, in quacunque mundi plaga aut terrae angulo* hoc ſit, *omnia haec una ſimul transactione componere atque e medio tollere animus eſt.* Atque ſi *utrasque* formulas, ſupra praeſcriptas, huic iunxeris, tum demum euadet transactio generalis per tres numeros et gradus: cui noua inſtrumenta nihil obeſſe queant. Quamuis enim haec poſtea demum ſe prodiderint: recte tamen ea per exceptionem *transactionis generalis* eliduntur atque declinantur. Poteſt enim quilibet iuri ſuo beneficioque renunciare; neque fieri iniuria uolenti; cum quod quis ſua culpa patitur, non ſentire uideatur (*).

2] *argumentorum cauſa*, 3] *rerum ergo.*

§. IV. Nouorum inſtrumentorum nomine ea etiam ueniunt argumenta, quae a tranſigentibus prorſus *IGNORATA*, poſtea demum in medium prodita ſunt. Cum igitur in praecedenti themate demonſtrauerim, iure retractari transactionem, ſi inſtrumenta producantur, de quibus *cogitatum* non fuit: idem nunc de illis euincam, quae tempore factae transactionis *IGNORATA* fuerunt; ut clarum ſit, etiam haec irritam reddere transactionem. Pertinet huc *lex* admodum momentoſa *76. ff. de R. I. In totum omnia, quae animi deſtinatione agenda ſunt, nonniſi VERA et CERTA SCIENTIA perfici poſſunt.* Qui enim expenderit ea, quae ſuperius (m) a nobis de transactione adſerta ſunt, quod nonniſi utriusque partis *conſenſu* fieri debeant: ille non dubitabit, neque transactionem ſubſiſtere poſſe, niſi *uera* et *certa ſcientia* perficiatur. *Conſenſui* quippe nihil tam contrarium eſt, quam *imperitia*, inquit *l. 15. ff. de iurisdictione.* Et ſi manifeſti iuris eſt, quod docuimus, transactionem retractari propter non *cogitata* inſtrumenta: conſecutio erit a minori ad maius, idem licere in inſtrumentis prorſus *ignoratis.* Quod enim *ignoratur*, *incogitatum* quidem eſt: non autem omne, quod in transactione non cogitatur, hoc ipſo penitus ignoratur. Qui transactor non cogitat in formula, quod ſcit, ei facilius culpa obiicitur; non alteri, qui reſpicere nequit ad id, quod ei prorſus ignotum eſt. Ignoti enim nulla cupido, aiunt philoſophi. Atque hoc fundamento *lex 5. ff. de ignorantia iuris et facti* admodum adpoſite pronunciat: *iniquiſſimum uidetur ignorantiam alterius alii profuturam.* Fingemus caſum, qui rem luculentiorem reddet. Transegerat forte archiepiſcopus *Magdeburgicus* de nexu *feudali*, quo *Anhaldina* ditio archiepiſcopatui addicta eſt; *ignorauerat* autem transactor antiſtes, uaſallos identidem inueſtituram *neglexiſſe:* ſane illa transactione poenam huius neglectus non exiſtimauerim fuiſſe ſublatam. Quid autem ſi in transactione formula habeatur: ex *certa ſcientia*, *mit wohlbedachtem Rath und*

1] *Ignorantis nullus conſenſus.*

(l) Cap. I. §. 6. addatur cardinalis MANTICA de ambiguis conuentionib. lib. XXVI. tit. 6. n. 1, pag. 703.

(*) Confer hic omnino uirum perilluſtrem S. STRYKIVM in aureo libello de cautelis contractuum ſect. I. c. 5. §. 12.

(m) Cap. I. §. IV.

und Wiſſen? Aſt. bene reſpondet DECIVS (n): *huiusmodi clauſula nihil operatur in iis, quae conſtat, IGNORATA.* Quod ſi tamen formula talis fuerit; *renunciare transactorem omnibus iuribus praeteriti temporis atque praeſentis futurique, quod clientelare obſequium ulla ratione attingere poſſit, quamuis etiam, ignorata hactenus, poſtea ſe prodiderint:* hanc cautelam omnino idoneam eſſe, opinor, quo minus transactio per noua inſtrumenta retractetur. Tum ſane antiquisſimam iuris regulam laudauero: *omnes licentiam habere his, quae pro ſe introducta ſunt, renunciare l. pen. 29. C. de pactis.* Imo ex *l. 53. ff. de R. I.* praeſumere licet, ita tranſigentem alteri donauiſſe. Atque haec de *ignorantia* facti. Quid ſi uero, inita ſemel transactione, de ſuo demum *iure* edoceantur, num etiam his inſtrumentis eadem retractabitur.

Quid inter ignorantiam iuris et facti hic interſit?

Sane in omni parte ignorantia in iure non eodem loco, quo FACTI ignorantia habere debebit, uerba ſunt *l. 2. ff. de ignorantia iur. et facti*, ubi etiam ratio additur, *cum ius finitum et poſſit eſſe et debeat; facti ignoratio plerumque etiam prudentiſſimos fallat.* Et imperator *l. 2. C. eod. ignorantia iuris facile excuſari non poteſt.* Imo *conſtitutiones principum ne ignorare quenquam permittit l. 12. C. eod.* Inde PAVLVS: *regula eſt*, iuris *quidem ignorantiam cuique nocere:* facti *uero ignorantiam non nocere l. 9. ff. eod.* Quapropter omnino dicendum eſt, difficilioris longe operis eſſe probare, quod transactiones per *noua iuris inſtrumenta* retractentur; iuxta πολυθρύλλητον practicorum; *iura uigilantibus ſcripta.* Verum enimuero, ut priuilegia taceam certorum hominum (o), quibus iuris ignorantia etiam Romanis LL. officere nequit, plures hodie rationes ſunt, quas nobis aequitas commendat, ut uiris, doctrinarum quoque ſcientia imbutis, in legum ignorantia ſubueniamus. Romanis quondam *patriae* leges fuerant; nobis hodie *peregrinae: illis uernacula* ſcriptae; nobis in *extero* ſermone: *illis recitatione* in publicum facta, in memoria; *nobis*, cathedrae cancellis *occluſae*, uix fando audiuntur: *illis legum* nomine non iudicum edicta, non ſcabinorum placita, non doctorum reſponſa, non aliae dogmatum quisquiliae cultae; quae *cuncta nos* ſacra *legum* adpellatione dignamur, ut in tanta multitudine ſcientisſimi quoque ICti ignorent: *illis* tandem, quod fere maximum eſt, pleraeque leges *forenſes* quoque fuerant; *nobis* pleraque in foris *dediſcenda* ſunt, quae didicimus in ſcholis. Haec igitur, qui ſecum expenderit, is idonea omnino momenta habebit, miſerrimis hoc caſu Germanis in iuris ignorantia ſubueniendi. Quamuis enim Romanis moribus uerum, neque etiam iniquum fuerit, quod *Gregorius* NAZIANZENVS (p) ſcripſit: *nemini licere ignorare leges Romanas, etſi quis ualde imperitus fuerit, nec eſſe legem, quae ſuccurrat aut excuſet, quae per ignorantiam facta ſunt:* aſperum tamen ac ſumme iniuſtum eſſet, a noſtra republica eo rigore peregrini iuris ſcientiam poſtulare. Veniam itaque BACHOVIO (q) mereri uidentur, qui hodie, iuris quandoque ignauia, ſibi nocere aduertuntur. Id eſt, quod ego addo, *transigentem*, ſi iurium momenta, nulla fere *culpa* ſua, ignorauerit, *inſtrumentis* aut legibus, poſtea compertis, non obſtante transactione, ab homine, iuris inſcio, inita, denuo eſſe audiendum. Modo non adſectata aut ſupina ſit illa ignorantia. Hunc enim ſuperius citatae leges omnino ferient, praeſidio hoc noſtro prorſus indignum. Atque ita reſtringi quoque uelim, quod de *facti* ignorantia diſſerui. Quamuis enim *l. 7. ff. ad Velleian.* et *l. 3. ff. de ignor. iur.* facti proprii ignorantia uideatur excuſationem non mereri: illud tamen ita mitigatur, ut conſiderari hoc caſu debeat cum *perſona* ignorans, ſi haec *culpam* habeat, quod ignoret et beneficio reſtitutionis digna non eſt; tum *res* ipſa, quae ignoratur, utrum haec uetuſtate ſepulta aut difficultatibus ita obruta ſit, ut eapropter ignoratio ueniam iure exigat, quod monent doctores (r). In *principe* autem neque opus eſt, cui etiam in plerisque caſibus *l. 44. ff. de acquir. uel amitt. poſſ.* fauet, ita diſtinguere. Is ſane cum regendae reipublicae intentus ac penitus his curis occupatus ſit; fieri non poteſt, ut in archiuorum angulis lateat, inter chartas, tineis et blattis exeſas ac multorum ſeculorum puluere atque aerugine infectas. Sit igitur, *facti* ignorantia ab *illo* transactum eſſe; ſane in cauſa reipublicae nunquam non retractare licebit transactionem, ſi noua inſtrumenta producantur, tranſigentibus incognita. Interim in principe, qui *rem diplomaticam* induſtrio ac rerum gnaro archiotae committit, ea cura omnino extolli debet. Memini, me quondam a uiro illuſtrisſimo, Barone PRIELMEIERO audiuiſſe:

(n) Dionyſio GOTHOFREDO laudatus in notis ad l. 76. ff. de R. I.

(o) Vti miles l. 1. C. de iur. igoor. mulieres l. 11. et 13. C. eod. ruſtici l. 9. §. 3. ff. de ignor. iuris; minor l. 10. ff. eod. et forte alii, quos oominare uelle, noſtra parum intereſt; quoniam de his neque aduerſa pars nobis litem mouet, poſſe propterea noua IVRIS INSTRVMENTA retractare transactionem. Nos uero ceterorum hic quoqua cauſam contra illos debemus contueri.

(p) In oratione, quam de Athanaſio habuit p. m. 203.

(q) In notis ad WESENBECIVM titulo ff. de iuris et facti ignorantia.

(r) Si factum ſit antiquum: ſi intricatum: ſi dominum habeat aliis occupationibus obſeptum. Ita Barrolus; Iaſon; Alexander aliique, quos laudat WESENBECIVS ad ff. lib. XXII. tit. 6. §. 3. pag 403

CAP. II. §. IV. V. VI.

diuiſſe: Boioariae ducem Maximilianum magnis ſumptibus homines aluiſſe idoneos, qui omnia Boicorum principum et reipublicae *iura* cum ex editis libris, tum praecipue ex ineditis ſacri ſcrinii monumentis eruerent digererentque, ut in promptu ſemper deinceps eſſet adminiſtris, exinde in quouis negotio inſtrui atque perpetuis hiſce magiſtris informari, ne forte per ignorantiam peccarent. Atque haec uolumina hodienum in archiuo ſupereſſe, pulcherrimum Boiici imperii inſtrumentum. Melius enim longe eſt, iura principio ſalua eſſe, quam poſt uulneratam cauſam remedium quaerere. Exempla eorum adminiſtrorum non ſine odio quodam poſſunt adduci, qui ſuperiori ſeculo cauſae principis ſui per ignorantiam offecerunt tranſigendo atque, aliquo interuallo poſt melius edocti, tum *demum informationes facti et iuris; deductiones et foetus* alios, inopportuno ac nimis ſero tempore, occaſione ſcilicet calua, excluſerunt. Infelices proh! partus, teſtes culpae et iacturae apud uenturam poſteritatem. Ceterum fieri nihilominus poteſt, ut, ſi formula transactionis etiam ad *ignorata* claris uerbis dirigatur, fruſtra deinceps ſit, pro eius *retractatione* allegare et producere *noua inſtrumenta*. Tum enim unus praeſumitur alteri donauiſſe. Haec enim PAVLI ICti uerba *l. 53. de reg. iur. cuius per* errorem *dati repetitio eſt, eius* conſulti *dati donatio eſt.*

Quid ſi formula includat ignorata?

3] *Errantis nullus conſenſus.*

§. V. Succedit *tertius* caſus, ſi inſtrumenta nouiter reperta *errorem* detegant, a transactoribus commiſſum, an tum quoque reſcindant transactionem. Equidem non neſcio, *errorem* et *ignorantiam* a ICtis plerumque confundi inuicem atque in legibus quoque Romanis utrumque commiſceri. Mihi autem, luculentioris doctrinae ergo, haec omnino diſtinguenda eſſe, uidentur. Ad *ignorantiam* enim ſufficit *negatio* ueritatis: *error* autem praeter negatam *ueritatem*, etiam *falſum* adponit ac ſuperaddit. *Ignorare* itaque eſt ueritatem *neſcire*; ſed *errare* idem ac *falſum* pro *uero* habere. Similitudine utar: *ignorat* paſtor ouem amiſſam, ubi deliteſcat; ſed ſi peregrinam ouem pro ſua apprehendit, *errat*. Ignorantia igitur longe tolerabilior eſt: perniciosior longe res error. Atque haec cauſa eſt, quare magiſtri dicant, malle ſe *ignaros* diſcipulos, quam *errantes*. *Illis* ſufficit, diſcere: *hi* ante dediſcere debent, quam diſcere. *Illi* cum horto conferri poſſunt, rerum uacuo, cui nullo negotio plantae inſeruntur: *hi* uero ſimiles horto, infelici lolio ac ſterilibus auenis obſito, ubi euellendo ac eradicando induſtria ante exerceri debet, quam ſatoris manus requiratur. Sed uenia ſit, in re ſatis clara propter auctoritates

A diſſentientium, aliquanto prolixum fuiſſe. Id nunc ad intelligendum facilius eſt, quod ſi *non cogitata* et *ignorata* conſenſui obſint atque adeo tollant transactionem: utrumque maiori longe iure affirmandum eſſe de *errore*. *Non uidentur, qui* errant, *conſentire*, inquit VLPIANVS *l. 116. de R. I.* et IVLIANVS, *ERROR litigatorum non habet conſenſum l. 2. pr. ff. de iudiciis* et alia *l. 2. ff. de confeſſis*; *non fatetur qui errat* neque B qui *errat conſentit l. 15 ff. de iurisdictione.* Quodſi igitur ſuperius clarum fuit, in omni transactione requiri *conſenſum* apud tranſigentes: *errantis* uero per hactenus citatas leges nullus conſenſus ſit: prona conſecutio eſt, errantis nullam transactionem. Ita enim in ſcholaſtica forma diceres: *Omnis, qui tranſigit, conſentit; errans* non conſentit; ergo errans non tranſigit. Ne uel hic caſus deſit; eundem af- C feremus. Transegerat forte archiepiſcopus Magdeburgicus cum Saxone de *burggrauiatu*, quaſi is *feudum immediatum* ſit S. R. imperii. Aliquo interuallo poſt reperitur diploma, unde docetur, burggrauiatum hunc *ſubfeudum* eſſe, a ſolo *archiepiſcopatu* pendens, adeoque non Caeſaris aut imperii, ſed beneficium ſolius antiſtitis Magdeburgici. Docet igitur nouum hoc inſtrumentum, *errore* transa- D ctum eſſe. Aliud exemplum ſubminiſtrare poteſt *articulus XIII. inſtrumenti Riſuicenſis*. Conuentum ibi fuerat cum Galliae rege his uerbis: *reſtituantur quoque in plenariam et liberam poſſeſſionem* Wurtenberg. dux *tam feudorum ſuorum Burgundicorum Clereual et Paſſauant* et quae ſequuntur. Sed a rerum gnaris luce meridiana clarius oſtenditur, has dynaſtias nullo prorſus iure feuda: ſed ditio- E nes fuiſſe, cum ſumma poteſtate a Mompelgardenſibus principibus adminiſtratas. *Errore* igitur tranſigentium prodito, aequitatem omnino uelle, exiſtimauerim, ut Galliae rex cum ſupremo iure (*mit aller Souuerainitæt*) priſtinis poſſeſſoribus ſua reſtituat. De nexu enim feudali nulla tum diſputatio fuit adeoque transactor Wurtenbergicus in hoc caſu aut *non cogitauit*; aut *neſciuit*; aut *errauit*. Siue igi- F tur *inſtrumenta producta* non cogitantem admoneant; ſiue inſtruant neſcientem; ſiue in uiam tandem errantem reducant: ubique ſalua erit, per hactenus tradita, Wurtenbergici auctoritas.

Rei non dubiae nulla transactio.

§. VI. Hactenus *nouis inſtrumentis* in transactione locus eſt factus, ſi haec, *conſenſum* tranſigentium abfuiſſe, commonſtrent: nunc affirmandum eſt, quid de illis pronunciandum, quae rem plane *indubiam* eſſe docent; utrum et haec remediis iſtis accenſenda, quibus *retractari* poſſit transactio. Supra (s) oſtenſum

eſt,

(s) Cap. I. §. 5. addatur l. 1. ff. de transactionibus et quae cap. I. §. 3. ſcripſimus. Praeiudicio id quoque confirmat perill. STRYKIVS ſect. III. c. 7. §. 2. p. 565. de cautelis contract.

CAP. II.

§. VI. VII. VIII.

eſt, transactionem fruſtra inſtitui de re certa atque indubia; id quod ibi legibus ac rationibus doctum eſt. Quod ſi igitur *nouum inſtrumentum* eius *roboris* ac firmitatis ſit, ut, eo penitius aliquantum perſpecto, omnium prudentum iudicia ſint, materiam, de qua transactum fuit, *nihil unquam dubitationis* habuiſſe: mihi omnino hic idonea eſſe cauſa uidetur, ut claro iure talis transactio retractetur reſcindaturque. Neque dimouet me ab hac ſententia, quod tamen factae transactionis tempore res *dubitationem* habuerit. Dico enim, propterea eousque ſubſtitiſſe transactionem et nunc demum expirare, quando *noua inſtrumenta* omnem eximant iuris aut facti incertitudinem. Ex iure Romano forte ea addi cauſa poteſt, *quia res in eum ſtatum uenit, a quo incipere non poterat*. Fundamento enim deſtructo, corruit omne id, quod ei ſuperſtructum eſt. Accedit, quod talia *inſtrumenta*, quae, quod *dubium* hactenus fuit, *indubium* certumque reddunt, tranſigentes omnino *erroris* arguant, quo retractari poſſe transactionem ſuo iam loco (t), idoneis rationibus adſerui. Accipe caſum. Poſtulauit pontifex iſtam Italiae ditionem a Caeſaribus, quam hodie, incongruo nomine, *patrimonium* dicimus *Petrinum*: idque eo fundamento, quoniam cuncta haec iam a Conſtantino Magno papae fuiſſent donata. Allegat hoc pia *ſimplicitate papa: bona fide* idem credit *imperator*. Multis ſeculis poſt ea *inſtrumenta* in ſcenam produxit Laurentius Valla, ut tironibus quoque pateat, donationem Conſtantini fictitiam eſſe, nullum unquam fuiſſe pontificiae actionis fundamentum, rem omnem extra dubitationem clariſſimae luci exponi. Atque hoc caſu ego pronuncio, propter haec *inſtrumenta*, quae rem *indubiam* faciant, transactionē omnino fore retractandam. Perilluſtris uir, *Sam.* STRYKIVS (u), ſimili fere praeiudicio hoc communiuit: quem hic conſuli omnino uelim.

Quid ſi lis calumnioſa?

§. VII. Multo minus autem dubitandum eſt, *transactionem retractari*, ſi *noua inſtrumenta* ueritatem ita in aprico ponant, ut euidens ſit, alteram tranſigentium partem omni cauſae fundamento deſtitutam fuiſſe. Tum enim *l. 65. §. 1. ff. de condictione indebiti* hoc retractandi remedium claris uerbis praeſcribit. *Quod transactionis nomine datur, non repetitur. Sin autem euidens calumnia detegitur, repetitio dabitur.* Calumnioſam autem litem dicunt doctores, non tantum, quae *dolo*: ſed quae *nulla ratione* ſuſcipitur. Clarior eſt *l. 6. ff. de condictione ob turp. uel iniuſtam cauſam*, ubi VLPIANVS ait: *perpetuo Sabinus probauit ueterum opinionem, exiſtimantium. Id quod ex* iniuſta cauſa *apud aliquem ſit, poſſe condici.* Quod enim iniqua transactione extorquetur, illud iniuſta omnino cauſa extortum eſſe, exiſtimo. Neque alteri iniuria fit, ſi, quod illegitima transactione accepit, reſtituat priſtino domino. *Non* ſane, inquit PAPINIANVS, *uidentur rem amittere, quibus propria non fuit l. 83. ff. de R. I.* Quorſum etiam iuris regula pertinet: *omnia quae iure contrahuntur, contrario iure pereunt l. 100. de R. I.* Multo minus, qui iure ſuo hic utitur, peccat. Ita enim PAVLVS ait: *nemo damnum facit, niſi qui id fecit; quod facere ius non habet l. 151. de R. I.* Dabimus exemplum. Petiit rex Sueciae, quod publica nunc fama circumfertur, a Gedanenſibus debitam Canuto quondem regi pecuniam. Ciues propter uſuras tot ſeculorum tranſigūnt de certa ſumma, qua rex quoque acquieſcit. Poſtea teſtimonium adfertur, omni exceptione maius, pecuniam ipſi iam Canuto ſolutam fuiſſe. Quis quaeſo aliud iudicium a piiſſimo rege expectabit, quam dogmati expoſito conforme? Scilicet irritam eſſe, propter cauſas allegatas, transactionem et calumnioſae litis effectu acceptam pecuniam utique reſtituendam. Non credidiſſem, ullum doctorum fore, qui huic ueritati obuiam ſit iturus. Sed praeter expectationem plurimi reperiuntur, aut legum ſuperſtitione obtuſi, aut placitis aliorum ab aequitatis tramite abrepti. Sed hi ad aliam claſſem pertinent paulo inferius conſtituendam.

Per noua inſtrumenta an uenit in alium ſtatum.

§. VIII. Sunt in iure noſtro *leges* ſatis luculentae atque ſumma aequitate ſancitae, *quae etiam ea, quae* recte *conſtiterunt*, reſolui *putant, cum in eum caſum reciderunt, a quo non potuiſſent conſiſtere l. 98. pr. ff. de V. O.* Aut quae uerba ſunt PAVLI: *placere extingui obligationem, ſi in eum caſum inciderit, a quo incipere non poteſt l. 140. §. 2. ff. de V. O.* Quorſum etiam *l. 153. de R. I.* quodammodo pertinet: *quibus modis obligamur, iisdem in contrarium actis*, inuentione nouorum inſtrumentorum, *liberamur*. Neque ſufficit legislatoribus, ita generatim praecepiſſe. Ipſa enim exempla adferunt, ueritatem placiti huius aequitatemque commonſtrantia. *Lex 38. pr. ff. de ſolut.* de illo agit, qui, quod capite deminutus ſit, non ſoluit. *Lex 40. §. 3. ff. de pact.* eum ſiſtit, qui negotium reuocat propter ſuperuenientiam liberorum. *Lex 14. ff. de procur.* mandatarium excuſat propter ſuperuenientes inimicitias capitales. Quod ſi igitur *noua inſtrumenta* transactionem in eum ſtatum redegerunt, in quo fieri iure transactio aut incipere non potuerit: toties quoque eandem, ut alios, nunc recenſitos contractus, diſſolui puto et retractari. Atque illud

(t) Cap. II. §. 5.

(u) In libro de cautelis contractuum ſect. III. c. 7. §. 2.

illud ſit, ſiue rei *non cogitatae*; ſiue *igno-* A *rantiae*; ſiue *erroris* aut *calumniae* noua inſtrumenta transactores conuincant. In horum enim neutro uerſari poteſt iure transactio: quam de re *cogitata*; *cognita*; *ueraque* fieri debere, ſuo loco ſuperius oſtendimus. Vnde et repeti caſus poſſunt, ne eos hic praeteriiſſe, uideamur. Quod ſi tamen exemplum aliquod hic deſideres, praeſto eſt. Controuertitur inter Saxoniae et Boioariae ducatus de iure B praelationis, praecedentiam dicunt. Quaelibet pars ad praeiudicia confugit, quibus cognoſcitur, mox hanc; iterum illam domum diuerſis temporibus atque principibus inuicem praeceſſiſſe. Cedit ſorte loco Saxonia; quia uidet, plura eſſe Boioariae praelationis praeiudicia. Poſtea *inſtrumenta* producuntur, unde patet, olim praecedentiam fuiſſe non *principatuum*; ſed *principum*, quo quisque *aetate*, au- C ctoritateque prae alio eminuerat; adeoque factum, ut ſi Boius aetate prouectior eſſet, Saxo autem iunior annis, eapropter huic ille ordine praeferretur. Hodie uero alia rerum facies, ubi *principatus* ſuum ordinem habent atque locum definitum (*die Fürſtenthüme halten ihren gewiſſen Rang*) ut tenellae aetatis princeps alium praecedat, qui annorum granditate conſpicuus eſt. Poterit igitur ex his intelli- D gi, transactores *priſtinos* mores cum *noſtris*, praecedentiam *principum temporariam* cum perpetua atque *aeterna principatuum* praecedentia, quae nunc quaeritur, id eſt ſtatum cum ſtatu commiſcuiſſe. Qua certe ſtatus diuerſitate *nouis inſtrumentis* probe edocta, putauerim *transactionem*, per ea, quae expoſui, optimo iure *retractari*.

Expenduntur II. LEGES.

§. IX. Poſtquam pluribus euictum eſt E *rationibus*, transactionem retractari iure poſſe, nouis inſtrumentis repertis: ordo dicendorum nunc uult, ut eandem quoque ſententiam LEGIBVS communiamus. Equidem exiſtimo, hanc pollicitationem, ſupra factam, eo iam a nobis expletam fuiſſe; quod ipſis *rationum* momentis *leges* paſſim adiunxerimus, hic omnino repetendas: ne tamen uacuus hic locus ſit, noua induſtria hoc promptua- F rium excutiemus. Non uero quis paucitatem illarum mirabitur. Cum enim quae hactenus adductae ſunt, hanc ueritatem extra dubitationem reponant: condonandum id eo facilius legislatoribus, quod in re manifeſta et alibi ſatis prodita, non ita multi ſint. Quae cuique *ratio*, a nobis hactenus exculta, ſuggerit ac imperat; quid opus eſt, ea legum ſanctione imponere ac praeſcribere. Atque G haec cauſa eſt, quare obiter tantum et aliud quaſi agendo Romani legislatores hanc ueritatem, per allegatas ſuperius rationes ſatis claram, profiteantur. Praecipuum

mihi hic locum mereri uidetur *l. 5. C. de dolo malo*, ubi non ICti, ſed imperatores *Diocles.* et *Maxim.* filiae tranſigenti ita praecipiunt: *ſi cum patre tutore transegiſti bona fide. Si laeſa es immodice non de dolo, per paternam uerecundiam, ſed in factum actio tibi tribuenda.* Non neſcio, interpretes atque doctores de hac lege mirum inuicem diſſentire atque ſummopere digladiari. Sepoſitis ergo ſententiis aliorum, nobis de uero eius ſenſu ita uidetur. *Laeſa* eſt filia in transactione, cum patre inita. Propter *laeſionem reſcindere* uult transactionem. Qua *actione?* Non doli *l. 4. §. 16. ff. de doli except.* ne honorem patris proſtituerit *l. 2. ff. de obſequiis parent.* igitur in factum, ut famae paternae conſulatur, quae ubique liberis ſancta eſſe debet *l. 9. ff. eodem.* Hinc ergo concludi poteſt, propter *laeſionem immodicam* abiri poſſe a transactione. Neque eſt, ut quis hic *dolum* laeſioni adiunctum fuiſſe, exiſtimet. Primo enim textus nonniſi de *immodica* laeſione actionem concedit, aſt *minima* etiam laeſio, ſi dolus accedit, parit actionem *l. 19. C. de transact.* Deinde transactio haec dicitur *bona fide* inita; quae non congruit doloſae transactioni *l. 9. §. 2. ff. eod.* Poſt, cum in lege dicatur, ſi *nouatio* aut *acceptilatio* transactionem ſubſecuta ſit, *nullam* ſupereſſe filiae actionem, facile ad intelligendum, *dolum* hic fraudulentum non adfuiſſe, cuius cauſa laeſae omnino actio ſuperfuiſſet *l. 1. pr. ff. de dolo malo.* Neque obeſt huic interpretationi, quod tamen uocis, *doli*, clara mentio in textu fiat. Patet enim uel e titulo *ff. de dolo malo*, quod laeſio quoque cum *fraude non* coniuncta *dolus* audiat. Denique dum imperator laeſae filiae actionem *in factum* commendat, tantum non eo ipſo affirmare uidetur, contra transactionem *agi* poſſe, *abſente* etiam *dolo*, ob ſolam laeſionem. Neque eſt, ut quis dicat, hoc ſi concedatur, *leg. 2. C. de reſcind. uend.* in transactione locum, adeoque *condictionem* ex *lege* dari, neque opus eſſe actione ſubſidiaria *doli*. Satisfacit enim huic dubio *l. 7. §. 3. ff. de dolo malo* his uerbis: *non ſolum autem, ſi alia actio non ſit; ſed et ſi dubitetur tantum, an alia ſit, de dolo danda actio.* Ceterum, haud difficulter conſtabit, quare tanta ſolicitudine probauerim, propter *laeſionem* retractari poſſe transactiones. Sane ſi hoc euicero, quiuis etiam largiatur, oportet, easdem propter *noua inſtrumenta* iure retractari; quoniam noua *inſtrumenta* nulla ſunt, niſi *laeſionem* in transactione loquantur. Omnino itaque et *nuda* ratio oſtendit et illa, quae legibus communita eſt, *legi 2. C. de reſcind. uenditione* locum etiam in transactione concedendum eſſe. Quod enim ibi his uerbis praecipitur: *ut, ſi rem maioris uel minoris pretii*

L. 2. C. de reſcind. uendit.

CAP. II.

pretii diſtraxeris, humanum ſit, ut iudicis auctoritas intercedat, id eſt, *laeſo* ſubueniatur; *id l. 5. C. de dolo malo* de transactione uidimus. Accedit etiam *l. 36. ff. de uerbor. oblig.* in fine, ubi in omnibus conuentionibus laeſo ſuccurritur et laeſio, absque animo ſraudandi facta, doli quoque uocabulo, quod ſupra uoluimus, appellatur.

L. 29. C. de transact.

Ceterum ſupereſt alia *l. 29. C. de transact.* quam in meis caſtris omnino me crediderim reperiſſe. Verba haec ſunt: *ſub praetextu ſpecierum* (inſtrumentorum) *poſt repertarum, GENERALI transactione finita, reſcindi eam prohibent iura.* Videtur forte primo conſpectu, conſultius eſſe, hanc legem ſilentio tegere, quod inſtrumentis poſtea repertis prorſus obſit, quam eandem ex hac ſcena producere. Ita omnino eſt, ſi ariadneo ſidere doctorum in hoc labyrintho duci uellem. Sed meis et hic oculis uidere placet; qui ita arguunt: *ſi in GENERALI tantum transactione nihil efficiunt noua inſtrumenta; efficient certe illa aliquid eo reſpectu, quo transactio generalis non eſt.* Id uult imperator: transactio, quae generalis eſt, ratione *rerum* (a), illa perimit noua inſtrumenta *rerum*: et contra generalem transactionem intuitu *argumentorum* (b) fruſtra quoque adducuntur noua *argumentorum* Inſtrumenta: atque idem dicendum in transactione *perſonarum* ergo generali, quod ei nihil officiant noua inſtrumenta *perſonarum* (c). Atque hoc omne ſanam quoque rationem imperare, docui ſuperius (d). Verum proderunt contra transactiones in *primo* genere inſtrumenta ex *altero* prolata: et ex *tertio* repetita facient contra utrasque in ordine *primo* atque *altero* (e). Id ſcilicet eſt, quod ſupra monui (f), fruſtra *inſtrumenta* repeti, quibus in *generali* transactione iam fuerit renunciatum: ſiue illa poſt transactionem admoneant de *incogitatis* (g): ſiue detegant *errores* (h): ſiue *ignorata* doceant (i): ſiue *falſa* oſtendant (k); ne micam proſunt, ubi iuribus uel *incogitatis*; uel *erroribus*; uel rebus *ignoratis*, uel etiam *falſis* aut cunctis hiſce bona fide eſt renunciatum. Quod ſi autem in formula horum alicui expresſis uerbis renunciatum non ſit; noua inſtrumenta proderunt et irritam reddent transactionem (l). Sed quid *doctores* ad haec? Horum oſcitantiam ſuo loco conuellemus.

§. IX. X.

Leges patriae GERMANORVM.

§. X. Poſſum nunc relinquere hanc claſſem, poſtquam et rationibus et legibus Romanis comprobatum eſt, etiam *Latinis* moribus transactionem propter noua inſtrumenta reperta iure retractata fuiſſe. Vt tamen clarius adhuc conſtet, quanta iniuria partium, aduerſa opinio etiamnunc in Germaniae foris regnet: quarundam patriae prouinciarum *ſtatuta* hic adducenda eſſe, exiſtimaui. Equidem ſi priſtinos Germaniae mores cogito: non miror, nihil in codicibus legum Allemannicarum de hoc argumento diſpoſitum repetiri. Veteres enim Germani paucas leges habuerunt, neque alia praecipientes, quam illa, quae aut moribus conſeruari aut ratione perſpici nequibant. In hoc autem numero nullo iure, quod ſupra demonſtraui, poterat reponi transactio, utpote cuius momenta ſanae etiam rationi obuia ſunt. Verum Romanis poſtea iuribus atque doctoribus in Germania auditis, tum demum uiſi ſunt huius generis tituli in legibus prouinciarum. Non tamen fieri poterat, ut ciues noſtri, quanta etiam Italicorum interpretum penes ipſos eſſet autoritas, ab aequitate et patriis moribus ita deſ[...]fierent: ut ſententiae: *transactionem per nulla inſtrumenta nouiter reperta, cuius etiam generis illa ſint, conuelli poſſe*, calculum ſuum adderent. Verum plerique, ſana mente duce, exiſtimarunt: *quamuis transactionem iure retractari, ubi inſtrumenta producantur, quae alterum tranſigentium laeſum eſſe, commonſtrent.*

LL. WVRTENBERGICAE circa ius retractandi transactionem, nouis inſtrumentis repertis.

Nemo mihi uitio uertet, ſi *WVRTENBERGICA*, id eſt, patriae meae iura principio hic laudauero, non ſolum, quod ea ciuem proxime tangunt; ſed etiam, quod in illis ſententia noſtra circa ius *retractandi transactionem propter noua inſtrumenta reperta*, ea claritudine expoſita et publica legis ſanctione recepta ſit, ut ſtatuta alia hoc caſu poſt ſe relinquere uideantur. Verba autem (m) haec ſunt: *Es ſollen die Verträge, welche in einer ſondern Sache geſchehen*, (uti l. 9. ff. de transact. et l. 31. C. eodem) *ſich auf keine andere Händel erſtrecken. Ohngeachtet die Wort des Vertrages etwas general oder weitläuffig* (nihil amplius

(a) Vt quid hic uelim, luculenter pateat, conſuli debet cap. I. §. 5. atque cum hoc iungi cap. II. §. 3. ubi et formulae recitatae ſunt, quare his ſigillatim in generali et cunctis in uniuerſali transactione posſit renunciari, ut noua inſtrumenta prorſus fruſtra requirantur.

(b) Cap. I. §. 5. Cap. II. §. 3.

(c) In locis in utroque capite iam citatis.

(d) Qoia quilibet iuri ſuo renunciare poteſt h. cap. II.

(e) Scilicet transactio, qoae generalis eſt ratione rei; ſpecialis eſſe poteſt et argumentorum et perſonarum cauſa, qood docui h. cap. II.

(f) Cap. II. h. §. 3.

(g) Exempla habes cap. II. §. 3.

(h) Caſus docet cap. II. §. 5.

(i) De hoc genere cap. II. §. 4.

(k) Plene de his actum cap. II. §. 6.

(l) Quod in locis ſigillatim citatis ſufficienter oſtenſum eſſe, exiſtimo. Expresſis autem uerbis renunciatio fieri debet: quia negotium tranſigentium ſtricti iuris eſt, neque, qui transfigit, donare praeſumitur cap. I. §. 6.

(m) *Land-Recht des Hertzogthums Wurtenberg. II. Theil.* tit. 22. *von gütlichen Verträgen*, ed. Stuttgardianae 1680. 12

CAP. II.

amplius petam) *begriffen.* Quae omnia ſuperius ad normam iuris quoque Romani explicata ſunt (n). Et in ultima paragrapho eiusdem tituli *von güttlichen Verträgen; Welcher in güttlichen Verträgen über den halben Theil desienigen, ſo Ihme von Rechtswegen gebühret hætte, verkurtzt oder vernachtheilt worden, der mag entweder um* reſciſſion *oder Aufhebung ſolchen Vertrages durch rechtliches Klagen* (nouis ſcilicet inſtrumentis repertis) *anſuchen: oder aber ihme der Mangel von ſeinen Gegentheil nochmahlen ergæntzt zuwerden, begehren.* Atque de hoc ipſo quoque plene actum eſt ſuo loco (o). Patet igitur ius *WVRTENBERGICVM,* ſuo utique merito ab aequitatis ac iuſtitiae laude tantopere commendatum, omnino largiri, ut propter *noua inſtrumenta transactio,* bona fide inita, *retractetur.* Si ſcilicet haec doceant, de quo *non cogitarunt* transactores, aut *laeſionem* ultra dimidium oſtendant. Quae enim inſtrumenta neutrum probant; illa fere indigna ſunt, ut, litibus iterum excitatis, in ſcenam reducantur. Aut enim ſciens quis de iure ſuo tranſigendo diſpoſuit; aut ignorans. Si *hoc,* quaeuis *laeſio* reſcindit transactionem; ſi *illud,* nonniſi ſummae enormitatis. Accedit etiam, quod patrium ius noſtrum laeſionem non ad *dubium litis euentum* aeſtimet, qua ſententia uix ſtultior eſſe poteſt, cum futurorum contingentium nulla ſcientia ſit et apud ipſos doctores ac interpretes iuris in prouerbium abierit; in foro ſaepe plus efficere in iudice fauorem, quam in codice legem. Melius Wurtenbergica. *den halben Theil, ſo Ihm von Rechtswegen gebühret hætte,* id eſt, dimidiam *rei* debitae partem, non quae talis demum dici poteſt, finito proceſſu, ſubductis forenſibus impenſis. Hactenus de *Sueuico* iure in hoc caſu: nunc ad *Saxonicum.*

Ius SAXONICVM.

Quamuis enim is ego non ſim, qui exiſtimet, *duplici* hoc iure uniuerſam ullo tempore Germaniam rectam fuiſſe; ubi mihi neq; pragmaticae ſanctionis *Aur. Bull.* auctoritas ſufficit, quam certus ſum, odio ac liuore in Boicam domum ſcriptam fuiſſe: ad aequitatis tamen opinionem firmandam omnino faciet, ſi *SAXONICA* quoque inſtituta noſtram tueri doctrinam oſtendero. Ita autem conſtitutum uoluit AVGVSTVS *elector* (p): *Unſere Schœppen-Stüle ſeynd biſshero deſſen einig geweſen, daſs die* diſpoſitio l. 2. C. de reſc. uend. *auch* in transactione *ſtatt haben ſolle, ungeachtet was etliche der* Doctorn *weitlæufftig hiervon* diſputiren. *Aber*

Lud. opuſc. tom. I.

§. X.

A *diſs iſt etwa bedencklich geweſen,* ob iuxta diſtinctionem Bartoli *zuſprechen,* qui facit reſpectum ad euentum litis. *Wenn aber der Beweiſs diſsfalls ſehr ſchwer und faſt unmœglich iſt; ſo haben ſich unſere Verordnete hierinnen verglichen auf die* laeſion *vor ſich ſelbſt, und nicht* ad litis euentum *zuſprechen, ohngefehr in dieſer oder dergleichen Form: ſprechen wir vor Recht, da ihr,*
B *wie recht* (per noua inſtrumenta) *erweiſen würdet, daſs euch, zur Zeit des aufgerichten Vertrags* (non ſi poſtea rei transactae pretium creuerit) *mehr denn noch ſo viel, als euch darinnen zu gehandelt,* (non *gehandelt,* uti editio Carpzouiana) *gebühret hætte, und daſs Ihr alſo über die Helfte euer Gebührniſs verkürtzet worden, ſo wæret ihr auch befugt zu ſuchen, daſs ſolcher Vertrag aufgehoben, oder aber der Mangel nochmahls erfüllet würde. Es wære*
C *denn, daſs auch* ſuper laeſione *wiſſentlich* tranſigiret *worden.* (Igitur ubi aut non cogitata, aut errorem, aut ignorantiam detegunt inſtrumenta, *denn dieſes alles heiſt nicht wiſſentlich* tranſigiret, ibi reſcinditur transactio; firmat enim regulam exceptio.) *In welchen Fall ſolches* remedium *nicht ſtatt haben ſoll, welches wir uns auch gefallen laſſen.* Miror ſane, Saxonicos ICtos. poſtquam clariſſima principis legislatoris uer-
D ba habent, tamen in hac doctrina adhucdum titubare. Quod aut partium ſtudio fit, aut pernicioſiſſima pro auctoritate Italicorum interpretum ſuperſtitione. Non crediderim, me, pro iure retractandi transactionem propter noua inſtrumenta reperta, ullum argumentum aut caſum ſuperius allegaſſe, quem hic uerba ac ſenſus *Auguſti* non attingant complectanturque. De marchia BRANDEBVRGICA,
E quod huius quoque conſuetudo ſit noſtrae opinioni congrua, teſtis eſſe poteſt *Ioachimus* SCHEPLITZ (q). Atque idem in *BRVNSVICENSI* aula, ubi cancellarii munere functus eſt, docuit *Balthaſar* KLAMMERVS (r). Vterque enim locum facit *L. 2. C. de reſcind. uend.* de quo hactenus fuit diſputatum. *PALATINAE* leges (s) id quidem non minus uolunt: *So derienige Theil, welcher dem Vertrag ge-*
F *mæſs zugeleben ſich verweigert, erhebliche Urſachen ſolcher Verweigerung anzuzeigen: als daſs er in ſolchem Vertrag über die Helfte billigen Wehrtes verletzet worden, und ſolches beweiſe; ſo ſolle darauff was Recht erkennet werden;* ſed tamen in fine aduerſae parti magis fauere uidentur. Dubium prorſus eſt, quorſum Cliuenſes hoc caſu leges referre debeam? Verba adeo clara

Iura Marchica et Brunſuicenſia.

Palatina.

Cliuenſia.

Rrr non

(n) Cap. II. §. 3.
(o) Cap. II. §. 9.
(p) Parte II. conſtitut. 34. *Ob Vortræge* [non *Vertræge* uti exempla codicum recentiora] *wegen hober Verletzung genichtiget werden mægen?*
(q) In marchiae conſuetudinibus hoc non reperitur, ſed in promptuario iuris, id eſt, commen-
G tario, quem ad Klammeri epitomen iuris Germanicam ſcripſit tit. XIV. §. 5. p. 354.
(r) In iurisprudentia germanice ad filium ſcripta tit. 14. u. 14. *Das Recht der* laeſion *hatt auch ſtatt* in transaction *oder Vertrægen.* Sed alibi magis fauet parti aduerſae.
(s) *Chur-Pfaltziſch Land-Recht* part. II. tit. 13. p. 23.

CAP. II.

§. X.

non ſunr, quin diuerſam interpretationem admittant. *Aber die Anlaß* (Auſtregae) *und Vortrage, ſo næchtlicher Weile* (quod in iure Romano exploſum l. ult. C. de tranſact.) *in Drunckerſchafft und gantz unordentlicher Weiß* (ſcilicet ſi de re non cogitata, ignorara, falſa, erronea tranſactores obligari uolunt,) *ſollen allerdings nichtig und von unwerhrt ſeyn und bleiben* (r).

Peroratio de ineptis legislatoribus in Germania,

Sed fateor, taedet pigetque plura ſtatura euoluiſſe. Nam uideo, miſeros ciues noſtros in his eriam condendis Romana iura caeco impetu coluiſſe, neque ad rationis et aequitatis amusſim exegiſſe leges prouinciales, ut fieri debuerat, ſed religioni habuiſſe, uel latum unguem a ueteranis interpretibus ſeceſſum facere. Arque hanc propriarum animi uirium diffidenriam non poſſum non incuſare in legislaroribus noſtris, ſeculi XVI. inprimis, quo tempore unius etiam aut alterius ranrum leucae domini nouos legum codices fabricarunt; non, ur aequitati in territoriolis aut manipulo ruricolarum et ignauorum ciuium ſubuenirenr, ſed, ut, leges ferendo, dictatoriam oſtenderenr autoritatem, aur, quod pluribus conrigit, et ſuam et miniſtrorum proderent inertiam. Reperies hic, non ad patrios mores aeſtimari; non ſub incudem reuocari ſanae rarionis peregrinorum hominum, Iralicorum interpretum decreta. Erranr illi, noſtri quoque deliranr: ſunr illi ambigui; noſtri non minus haeſitant et ſententias, ab illis non definiras, hi quoque profiteri diffidunt: ſaepe, ur uel aliquid rantum dixiſſe uideantur, dubiis uerborum inuolucris irretiunt, quod ipſi non intelligunt, ur diuinarore opus ſit, ſi ſcire uelis, cui demum parti calculum addicant. Scribo haec ex iuſto dolore. Quanro enim deſiderii imperu GIESEBERTI *Iuſtinianum Harmonicum* euolui, qui cum titulis iuris Romani prouincialia Germaniae ſtaruta conferre uoluit; tanto librum raedio poſtea abieci, quod non harmoniam offenderim, ſed eiusdem cantilenae faſtidioſos ſuſurros. Fecilius longe fierer cum re iudiciaria Germanorum: ſi legibus Latinis aut colla prorſus ſubderent, aut nullam, quam aequitaris, haberent rarionem. Sane homines, omnis diſciplinae ignaros, modo animum afferant a praeiudiciis aliorum immunem arque patriae conſuetudinis non expertem, aequiores longe atque magis ſalubres ciuibus leges ſcripturos eſſe, exiſtimo; atque illos condidiſſe reperimus, quorum oculis errores et dogmata aliorum glaucomata obduxerunt. Quam ueritatem, ur exemplo atque a *poſteriori*, quod dicitur, comprobem, locus annalium Magdeburgici ſcabinarus (u) occurrit, ubi habetur, anno 1480. *praetorem urbanum*, cuius magna in hac urbe autoritas, de plebe electum fuiſſe opificem coriarium, qui antea etiam *ſcabini* munere defunctus ſit. Aſt illo tempore, inſtitutis iamiam Academiis, non poteranr deeſſe uiri, *Doctoris* aut *Licentiati* inſula corruſcantes. Quibus tamen uidimus praelatum eſſe opificem. Sed redeundum e diuerticulo in uiam; ex Alemannia ad regna exterorum; quid ibi atque per hos iuris ſit, ſi poſt tranſactionem noua inſtrumenta allegentur; an, ſi haec *laeſionem* oſtendant, retractare liceat tranſactionem.

Luſitania,

De *LVSITANIA* ſane teſtatur *Aluarius* VALASCVS (x), cum ſuo, tum priſtino rempore in publicis eius regni iudiciis ita pronunciatum fuiſſe, tranſactiones, nouis inſtrumentis repertis, quae laeſionem ultra dimidium docuerint, eſſe retractandas.

Hiſpania,

Idem quoque moribus *HISPANIAE* non peregrinum eſſe, autor eſt *Didacus* COVARRVVIA (y).

Gallia,

E *GALLIAE* regno pro hac eadem ſententia doctores laudat *Aries* PINELLVS (z). In *Angliae* arque *ſeptentrionalibus* regnis aliis, quid iuris hic ſit, difficilius cognoſcirur, cum quod Romani iſthic iuris non tanta, quae alibi auctoritas, rum neque doctorum is pruritus ſit, ut decreta forenſia in publicam lucem protrudant aut reſponſorum, deciſionum, conſiliorumque tot uoluminibus abuendent.

Italia.

In Lario uti ſchola ſubrilioris iurisprudentiae quondam fuir: ita nullam in iure haereſin indicaueris, quae ſuis ibi ſectatoribus deſtituatur. In noſtro caſu eo minus id uideri mirum debet, quoniam duo numina doctorum *Bartolus* er *Baldus* in partes abierunt. Vt facile ad inrelligendum ſit, quare multi unius; iterum plures ſentenriae alrerius adhaeſerint. BARTOLVS (a) in noſtris militat caſtris, cum eoque innumeri interpretes atque doctores alii; quorum

p 23. *von gutlichen Vertrægen und Rechtungen* edit. Heidelberg. 1682. *f.*

(t) *Julichſches Land-Recht* P. II. tit. 10.

(u) Quod chronicon MSC. a ſcabino ſeniore emtum, extat in libraria ſupellectili D. praeſidis atqoe hiſtoriam his uerbis recenſet: *Als man ſchrieb 1480. Jahr, an St. Agneſen Tag, ward Glorius Carlewitz mit dem Schultheiſſen-Amt belehnet. Derſelbe neue Schultheiß war zuvor ein Schæppe geweſen, und war auch ein Handwercks - Mann ein Gærber.* Maluerunt ergo tum in iudiciis indoctos ueteranos, quam ICtos iuuenes.

(x) Tom. I. conſultat. XVIII. n. 7 p. 91. Idem his uerbis repetit Ludouicus MOLINA tract. II. diſpot. 556. p. m. 1373. atque ſenteotia haec praecipue eſt amplectenda in Luſitania, ubi, ut lib. IV. ordin. tit. 30. §. 3. habetur, ea actio conceditur noo ſolom in emtione et oenditione ac locatione; ſed etiam em qoalquer auenca.

(y) Tom. IV. uariar. reſolut. lib. II. c. 4. p. 55. qui hoc beneficium etiam quoque concedit, ſi iureiurando atque generali formula liti fuerit renunciatum.

(z) Part. I. c. 4 n. 12. ſeqq. de emtione et uenditione.

(a) Praeter alia loca euoluendus eſt commentarius l. 2. C. de reſcind. uendit.

CAP. II.

rum plurimos laudauit *Ioſeph. Ludouicus ab* A ASISIO (b). Haec de conſuetudinibus locorum.

Nomina quorundam DOCTORVM.

§. XI. Supereſt, ut nunc etiam nomina *doctorum* inueſtigemus, cum tanta hodienum in numero idem ſentientium reponi ſoleat auctoritas. Equidem fateor, pauciſſimos reperiri, quibus mea haec caſtra inſtruxerim. Verum uti ſaepius in iure fit, illos, qui in *cardinalibus* atque ordinariis locis ueteri lyra oberrant, uel inad- B uertentes, uel etiam ueteranorum praeiudiciis occupati; tamen extra ordinem deinceps et quaſi aliud agendo, ueritati aequitatique litare eamque uel claris uerbis prodere uel bona conſecutione iudicio lectoris ingerere ac inſinuare, ut certum ſit, paucisſimis iuriſprudentiae ea principia eſſe, quae ſibi conſtent et ubique bene cohaereant: ita quoque idem in hoc argumento intellexi. Vt adeo mihi perin- C de fuerit, ſiue *directe*, ſiue *indirecte*, ſiue *claris*, ſiue *obſcuris* uerbis et quod dicitur *conſecutiue* mecum ſentientes, in hanc ſcenam produxero. Non mihi otium eſt, in ſuas claſſes digerere atque diſponere allegandos doctores, quo ſcilicet tempore ſcripſerunt: ſed prout quisque nobis in manus uenit, ita quoque laudabitur. *Ioh. Vincentius* HONDEDAEVS, ICtus Italus (c), his uerbis ſuam opinionem prodit, noſtrae D congruam: *ſi transactio non reſcinditur ipſo iure; reſcinditur tamen beneficio reſtitutionis in integrum. Cum regulariter per inſtrumenta de nouo reperta competat aduerſus ſententiam reſtitutio in integrum.* Plenior longe *Matthias* BERLICHIVS (d), cuius in hoc caſu *deciſio* mereri uidetur, ut hic per epitomen exhibeatur. Reſcinduntur omnino transactiones his cauſis, inquit. Si inſtrumenta nouiter reperta litis *calumniam* prodant uel ueram, uel iure praeſumptam; ſi rem *claram* atque certam eſſe, oſtendant, quia transactio nonniſi rei incertae; ſi tantum propter redimendam *uexam* transactum eſſe, doceant, quod enim ita datum eſt, repetitur, quia datum ex *turpi* cauſa: ſi *erratum* eſſe, probent; ſi denique argumenta exhibeant, de quibus tranſigentes *non cogitarunt*. Ita Berlichius. Cum uero difficile ſit, cuncta haec apud alios ea plenitudine oſtendi: magis forte conſultum erit, ſi ſingula capita, ubi transactionem *noua inſtrumenta reſcindant*, ordine hic repetamus, ſententiis *doctorum* corroborata. Principio igitur ſi, quod ſupra (e) docui, *inſtrumenta* de illis commonefaciant transactores, de quibus hi non cogitarunt; doctorum quoque placitis ea locum merebuntur. Ita ſentiunt BARTOLVS (f); *Paul. a* CASTRO (g); *Aymo* CRAVETTA (h); *Antonius* NATTA (i); *Carolus* RVINVS (k); *Guido* PAPA (l); *Andreas* ALCIATVS (m); *Iacob.* CVIACIVS (n); *Franc.* DVARENVS (o); *Franc.* CONNANVS (p); *Cardin.* MANTICA (q); *Chriſtoph. Phil.* RICHTERVS (r); *Hieron.* TREVTLERVS (s); ut alios praeteream. Qui omnes in caſu definito inſtrumentis nouiter repertis aurem praebent, non obſtante communi tranſactione. Quod ſi enim generali *trium* graduum formula tranſactum fuerit: nos quoque incongruum fore, ut noua iterum inſtrumenta adducantur, quibus claris uerbis renunciatum fuit, loco citato, ſumus arbitrati. Sed quae nouis inſtrumentis apud *doctores* auctoritas eſt, ſi haec transactores arguant *ignorantiae?* Etiam hoc caſu cum illis faciunt, quae ſupra (t) expoſuimus. Quod dogma tenent BARTOLVS (u); IASON *Maynus* (x); *Paul de* CASTRO (y); *Antonius*

§. XI.

a] de inſtrumentis non cogitatorum.

b] de inſtrumentis rerum ignoratarum.

(b) Deciſione XIIX. n. 65. p. 54. atque inter hosce IASONEM; utrumque SOCINVM; CAGNOLVM; DECIVM; IMOLAM; de AFFLICTIS.

(c) Conſultationum uolum. II. part. 2. conſult. 27. n. 6. p. 195.

(d) Part. II. deciſ. CCLXIII. 2. p. 928-930.

(e) Capite II. §. 2.

(f) ad l. 5. ff. de transact.

(g) Conſil. 342 et 377. part. II.

(h) Conſil. CCXLII. num. 2.

(i) Tom. III. conſil. DXLVI. n. 10. 13. p. 171. Inde eſt, quod idem conſilio DXXV. n. 25. p. 126. ſcripſit: traoſactio generalibus tantum uerbis concepta non reſtringitur per inſtrumenta de nouo reperta. Stultus, qui non cogitat, ſub uerbis geralibus omnia includi.

[k] Tom. I. conſil. 132. n. 6. 7.

[l] Deciſ. Gratianopol. CCXXXI. n. 1. ſeq.

[m] In comment. ad l. 31. C. de tranſact. n. 7. et ſeq. Vbi in generali etiam tranſactione, modo non generaliſſima ſit, locum dat nouis inſtrumentis.

(n) Ad L. 9. ff. de transact. uerba ſunt: transactio ſiue generalis, ſiue ſpecialis non extenditur ad ea, quae cogitata non ſunt.

(o) Comment. in tit. ff. de transact. cap. 3. p. 75. modo non uerbis generalibus transactum.

E (p) Comment. iur. ciuil. lib. V. cap. 6. pag 356.

(q) De tacitis et ambig. conuent. lib. XXVI. tit. 1. pag. 690.

(r) Inprimis hic legi uelim conſil. XLI. n. 44. etiamſi uériſimiliter tantum cogitatum non ſit.

(s) Volum. I. conſil. 7. num. 40--47. pag. 38. loco memorabili.

(t) Cap. 2. §. 4.

(u) Ad l. un. C. de ſententiis aduerſ. fiſcum latis retractandis, ubi n. 4 uerbis admodum huc facientibus ait: dicit gloſſa, quod priuatus non poſſit infringere [ſententiam ſcilicet propter inſtrumenta ignorata]. Intellige ex hoc ſolo, quod F dicat, Inſtrumenta eſſe nouiter reperta. Sed, ſi allegando probaret, quod in prima cauſa non habuit facultatem producendorum dictorum inſtrumentorum; tunc etiam reſtitueretur poſt ſententiam [transactionem] ex clauſula generali.

(x) Transactio, inquit, etiam generalis non praeiudicat, quoad ea, quorum actiones compertere, poſtea compertum eſt, quia de iis non praeſumitur cogitatum in comment. ad l. 122. ff. de uerbor. oblig. §. duo fratres. conf. comment. ad l. 31. C. de transact.

(y) Conſil. CCLVII. n. 2. Qui cunctis inſtrumentis, modo talia ſint, quae litem prorſus perimant, locum facit.

(z) Con-

CAP. II. §. XL

tonius GABRIEL (z); SOCINVS *Iunior* (a); *Sfortia* ODDVS (b); TRENTACINQVIVS (c); HONDEDAEVS (d); WESENBECIVS (e): TABOR (f) et recentiores. Non minor numerus illorum eſt, qui tranſactionem iure retractandam eſſe docent, ſi inſtrumenta, poſt reperta, *errorem* detegant, qui cauſa fuerit initae tranſactionis, quod nos ſuperius (g) et legibus et rationibus comuniuimus. Hoc caſu nobiſcum faciunt BALDVS (h); *Antonius de* BVTRIO (i): *Carolus* RVINVS (k); *Franciſcus Cardin.* MANTICA (l); *Paulus de* CASTRO (m); IASON (n); *Auguſtinus* BEROIVS (o); CORASIVS (p); *Sfortia* ODDVS (q); ZOESIVS (r); *Rolandus a* VALLE (s); *Clemens* MERLINVS (t); *Henricus* GOEDEN (u); et alii recentiores, quos allegat *Matthias* BERLICHIVS (x), ut adeo mea citatione opus non eſſe uideatur. Pergendum potius eſt ad illos doctores, qui tranſactionem ſuper re *non litigioſa* aut ea, quae iuris manifeſti ſit, fieri non poſſe et factam, omni aequitatis laude retractari adſerunt, ſi hoc idonea *inſtrumenta* conuincant. Equidem aliquos hic adeo iniquos eſſe, reperio, ut manifeſtis uerbis ſcribant, transactionem ſeruandam eſſe, quamuis poſtea luce meridiana clarius adpareat, nullam alteri cauſam, nullum unquam fundamentum fuiſſe, quo litem intentaret eaque propter uano quodam terriculamento adigetet partem ad- A uerſam ad tranſigendum, potius calliditatem aut, ſi fraus abſuerit, fortunam in iſto transactore extollunt, quod ex alterius uel incuria uel puſillanimitate facilitateque lucrum captauerit tranſigendo, qua ſententia, uti ex ſuperioribus (y) atque illis, quae inferius dicentur, conſtabit, non eſſe poteſt magis iniuſta: aequiores tamen plures eſſe, reperi, qui ex his cauſis exiſtimant utique retractandam eſſe, bona et- B iam fide initam transactionem. Viri perilluſtris, *D. Samuelis* STRVKII (z) auctoritas hic ab initio allegenda, qui noſtrum dogma his uerbis tuetur: *In omni tranſactione requiritur dubietas cauſae* l. 1. ff. de tranſact. *et obligatio ratione rei ad dationem uel factum* L. 38. C. h. t. *Fundamento hoc deſtructo, corruit omne, quod ſuperſtructum. Tranſactio itaque non ualet, niſi ſuper re dubia et lite incerta. Et quamuis timor litis* C *ſatis cauſae ſit, ad tranſigendum: hoc tamen de lite tantum probabili intelligendum, non de ea, quae per calumniam moueri poſſet.* Atque in claſſe ita ſentientium ſunt: ANGELVS (a); *Ludouicus* ROMANVS (b); CRAVETTA (c); *Anton.* NATTA (d); RIMINALDVS *iunior* (e); *Philipp.* DECIVS (f); CVRTIVS *iunior* (g); OLDRADVS (h); MANTICA (i); *Erneſtus* COTHMANNVS (k); *Clemens* MERLINVS (l); *Modeſt.* PISTOR (m); *Ioh. Iacob.* SPEIDELIVS (n); *Benedict.* CARPZOVIVS (o); et qui alii opinionis

c] *de inſtrumentis, quae tranſactores erroris arguunt.*

d] *de inſtrumentis, quae rem omni lite eximant.*

(z) Concloſ. 2. n. 139.
(a) Conſil. CXXXVIII. n. 158.
(b) Part. 2. de reſtit. in integr. q. 72. art. 3. n. 53.
(c) Lib. 3. reſolut. I. n. 9. modo ignorantia iuſta.
(d) Volom. 2. part. 2. conſult. 27. n. 6.
(e) Tom. I. conſil. XXI. n. 71.
(f) In diſputat. Weſenbecian. 8. ad 1. 2. tit. 15. pag 646. modo talia ſint, ut conſtet, actorem non tranſegiſſe, ſi ſciuiſſet inſtromenta.
(g) Capita II. §. 5.
(h) In comment. ad L. un. C. da errora calculi n. 4. oerba ſunt: tertio qoaero, an tranſactio reuocetor propter errorem. Quia error impedit conſenſum; ergo non ualet tranſactio. Reſcinditur ſtipulatio, quatenus eſt erratum; ergo idem in quolibet contractu. Et haec opinio eſt uerior ſecundum Iacob. BVTR. et BARTOLVM. Poſſet dici, quod ſit uitiom formae, qood quatenus eſt oitium, eatenus tranſactio ipſo iure nulla.
(i) Qui etiam dubitat, num da errante dici poſſit, qood tranſigat bona fide comment. in decretal. c. 17. ſi diligenti n. 14. de praeſcript.
[k] Etiamſi error ſit in facto proprio uolum. 1. conſ. X. n 16. et conſil. CXXXII. n. 7.
[l] De tacit. et ambig. conuention. lib. 26. tit. 1. n. 29. qui neque pactum multo minus tranſactionem, probato errore ſuſtineri poſſe, exiſtimat, quamuis acceſſerit religio iorisiurandi.
[m] In l. ſi ex falſis C. de tranſaction. num. 5.
[n] In l. ſi ex falſis C. de tranſact. n. 1.
[o] Modo error non ſit nimis craſſus uolum. 1. conſ. 2. n. 42. aut errori renunciatum. conſ. 53. n. 2.
[p] In l. admonendi num. fin. ff. de inreior.
(q) De reſtit. in integr. p. 2. quaeſt. 73. art. 3. pag. 192.
(r) In comment. ad C. da tranſact. n. 46. p. 103.
(s) Conſil. 13. num. 11.

D (t) Deciſ. Rotae 621. nom. 4.
(u) Conſil. 4. num. 81. pag. 35.
(x) P. 2. deciſiooe 263. n. 41. 42. p. 933.
(y) Cap. 2. §. 6. et 7.
(z) De caut. contr. ſect. 3. c. 7. n. 2. p. 565.
(a) Conſil. 94. n. 6.
(b) Conſil. 517. n. 18.
(c) Conſil. 152. n. 10. et 720. n. 7.
(d) Conſil. 548. n. 13.
(e) Conſil. 614. n. 75. ſeqq.
(f) Conſil. 351. n. 3.
(g) Conſil. 150. n. 15.
E (h) Conſil. 180. n. 1. ita enim ob turpem cauſam datum, uexationis uitandae ergo.
(i) De tacit. et ambig. conuent. lib. 26. tit. 1. n. 14.
[k] Vol. 1. reſp 28. n. 216.
[l] Deeiſ. Rot. Rom. 490. integra. Non debet, inquit, poſterior tranſactio attendi. Quia nulla tum lis, quae tranſigi poteret. Vnde deficiente lite, uel probabili litis timore et ſtanre clara ee aperta diſpoſitione praecedente, quae nullam recipiebat dubitationem, tranſactio uti de re eerta et indubia non ſubſiſtit. Timor enim litis F futurae debet intelligi de lite probabili, non de uana et conficta.
[m] Parta IV. quaeſt. 149. n. 28.
[n] In ſpeculo ſ. u. *Vertrag* tranſactio de re incerta fieri debet ac in ſpecie ſuper re clara et certa facta noo ualet. Sed ipſo iure, tanquam calumnioſa, nulla eſt.
[o] Part. II. conſt. 35. def. 23. Vbi planiſſime rationibus et auctoritaribus probat, quodſi res in alium ſtatum oenerit, ex illiquido in liquidum, cadere etiam quod rranſactum ſit. Vbi mens diſponentiom ac rranſigentium ceſſet: ceſſare etiam tranſactionem.

[p] Alii

nionis eiuſdem. Multo autem magis laudati hactenus doctores mecum facient, *inſtrumentis*, quae *calumniam* uel apertam uel praeſumtam (p) manifeſtauerint, aut rem, ut ſupra (q) expoſui, in eum ſtatum deduxerint, a quo incipere non potuerit, *locum tribuendum* eſſe ad retractandam tranſactionem. Hoc enim uel ex illis prona conſecutione fluit, quod ipſi nobis iamiam largiti ſunt: uel minorem, quam illa dubitationem habent, ut adeo naturae quodam iure ab eo, quod minus probabile, ad id, quod maiorem probabilitatem habet, ſumere liceat argumenta.

e] Si inſtrumenta enormem laeſionem doceant.

Reſtat ingens auctorum cohors, qui dogmati ſuperius (r) diſputato ſubſcribunt, ob enormem laeſionem *inſtrumenta* quoque poſt tranſactionem attendenda eſſe. Facile eſſet, ad exſcribendum illos, qui nomina doctorum pro hac ſententia integris centuriis allegarunt. Mirum eſt, quam hic inter nimium et parum ab auctoribus peccetur. Sunt alii, qui *affirmatiuam* tam certam eſſe, dicunt, quam doctrinam euangelii (s), abſit dicto blaſphemia! refero enim haec, ut inſaniam deploremus, huius generis iuſtitiae ſacerdotum: alii clariſſima lumina ſolem et lunam teſtes aduocant pro *negatiua* (t): tertium genus eorum eſt, qui exiſtimant, hanc quaeſtionem tantis difficultatibus irretitam eſſe, ut ſpes omnis decollet, niſi ad gordium hunc nodum ſoluendum Alexander ueniat, id eſt, quod petunt (u), Caeſar in imperio *noua* eam *lege* decidat. Propugnamus nos *affirmatiuam*, cuius et *rationes* (x) ſupra dedimus et conſuetudines forenſes (y). Nunc uero id tantum ſupereſt, ut doctores quoque, expedita iam cauſa, patronos aduocemus. Quamuis enim ſuper re *cogitata*; *cognita*; *perſpecta*; *litigioſa*, quae requiſita ſunt tranſactionis, *bona fide* initae, tranſactum ſit; atque res ipſa in *eo* adhucdum *ſtatu* uerſetur, quo fuerat tempore, quo tranſactores pepigerant, quorum omnium rationes hactenus habuimus ſigillatim: tamen, ſi *inſtrumenta* manifeſtum reddant, plus quam dimidia parte alterum laeſum fuiſſe, reſcindent iure tranſactionem. Cum uero huius argumenti auctores in utramque partem ab aliis tanta iam olim ſolicitudine conquiſiti atque laudati ſint; non ſigillatim nomina eorum recitabimus, ſed, taedii uitandi ergo, recenſebimus illos tantum, qui eiuſdem ſectae doctores cateruatim protulerunt. *Rolandus a* VALLE (z) quamuis aduerſae partis, cui ipſe calculum adiicit, *quadraginta tres* nominet: idem tamen illorum etiam *triginta tres* numerat, qui *affirmatiuam* nobiſcum contueantur. O miſeros homines, qui errantium numero ueritatem aequitatemque metiuntur! Et quis, quaeſo! *omniſcium* fecerat Rolandum, ut tanta confidentia definire audeat ſchedas doctorum. Has enim omnes inſpexiſſe, hominis aetatem longiſſime excedit, multo magis uires cauſidici, cuius otia occupant lucroſi proceſſus. Sane uel *Cardinalis* MANTICA (a) claſſem Rolandinam longe uincit. Multos etiam ſuo iam tempore allegauit *Ioſephus* LVDOVICVS (b); et plures pro utraque etiam parte *Andreas* FACHINEVS (c). BARBOSAM; LVCAM; TVSCHVM, grandia iſta uolumina, fruſtra commendo. Quis enim dubitabit, ex hiſce armariis, ad utramque aciem inſtruendam promi poſſe agmina doctorum. Vicit omnium hic fere induſtriam *Andreas* PINELLVS (d), quem etiam plerique exſcribunt. Neque parcus in citandis ſectatoribus eſt *Clemens* MERLINVS (e). Ex noſtratibus prae ceteris nominari debent ICti Saxonici, propter conſtitutionem Auguſti, ſuo loco celebratam (f), atque inter hos non

Rrr 3 infimum

[p] Alii dicunt, calumnia ſeu dolus alius eſt rei; alius animi: alius uerus; alius praeſumtus. Ille cum fraude coniunctus eſt; hic etiam comitem habere poteſt bonam fidem; ſed colligi ex enormi laeſione ſupra cap. II. §. 7. et 9. ea de re actum eſt. Addatur MANTICA de ambiguis conuentionibus lib. XXVI. tit. 9. n. 15. Enormis laeſio teſtatur de calumnia et dolo et quidem euidenter l. ſi quis cum aliter 36. ff. de V. O. nam quod ex praeſumtione iuris apparet, euidenter conſtare dicitur. Nos uero ſuperſedemus opera adlegandi doctores in illis rebus, quae iuris ſont manifeſtioris.

[q] Cap. II. §. 8. ubi libri commentarii inſtar addi poteſt CARPZOVIVS part. II. conſtit. 35. defin. 23.

[r] Capite II. §. 9. et 10.

[s] Parco nomini ICti famoſiſſimi, quem feruor diſputandi adeo in transuerſum egit.

[t] Id facit Rolandus a VALLE uolum. IV. conſil. 29. integro, ubi ex inſtituto agit contra ius reſcindendi tranſactionem propter enormiſſimam laeſionem. Atque hoc gloſſae dogma idolum ſuum appellat, quod colere uelit et nauiculam, qua deferatur ad portum ueritatis.

(u) Matth. COLERVS conſil. 8. n. 6. hoc uouet.

(x) Cap. II. §. 9.

(y) Cap. II. §. 10. ubi prouincialia Germaniae noſtrae ſtatuta quam plurima adducta fuiſſe, reperies.

(z) Volum. IV. conſil. 29. integro p. 95.

(a) Lib. XXVI. de ambig. conuention. tit. 9. integro a pag. 711. ad pag. 718. ſtatque is pro affirmatiua, aduerſis argumentis, magna ingenii et iuris peritiae laude, diſſolutis.

(b) Deciſionum Peruſinarum XVIII. a. n. 44. ad n. 66. qui affirmatiue ſubſcripſit.

(c) Lib. II. controuerſ. iuris c. 26. integro, ubi ſolam hanc quaeſtionem pertractauit, atque affirmatiuae locum fecit aduerſasque rationes diſpulit ac diſſoluit.

(d) Ad l. 2. C. de reſcind. uendit. ex inſtituto.

(e) Deciſ. Rot. CCXXXIV. integra.

(f) Cap. II. §. 10.

(g) Part.

infimum locum meretur ICtus elegante A doctus *Petrus* HEIGIVS (g). Poſt hunc euolui meretur, aliorum ſat copioſus laudator, *Erneſtus* COTHMANNVS (h). In Saxonia hoc dogma principi ualde commendaſſe legitur WESENBECIVS (i) et ante illum *Henric.* GODEN (k). CARPZOVIVM (l) quilibet, me non monitore, conſulet. Neque minoris ponderis eſt *Chriſtoph. Philipp.* RICHTER (m), cuius hoc in argumento candorem ualde aeſti- B mo. Addat, qui uelit, recentiſſimos MAVRITIVM (n), *Ioh. Wofg.* TEXTOREM (o) et, quem primo loco nominare debueram, *Ferdinand. Chriſtoph.* HARPRECHTVM (p), qui non ſolum affirmatiuam forenſium praeiudiciorum robore ſtabilit; ſed etiam tranſactionem, ubi nullam ſubeſſe litem, per inſtrumenta nouiter reperta conſtet, usque adeo nullam dicit, ut neque per uim pacti, in quot plures er- C rant, ſubſiſtere queat.

Peroratio ad uulneratos in ſua cauſa tranſactores.

§. XII. Bono igitur animo ſint tranſactores, hoc genere pacti in cauſa ſua laeſi uulneratique. Remedia ilis ſuperſunt ad priſtinam earum ualetudinem integritatemque. Vana terriculamenta ſunt, nullam rerum tranſactarum medelam. Quamuis enim, quod in poſtremo capite uidebimus, omnes ſere doctores, hoc uirus euomant: fruſtra in iure, de quo D ſemel transactum ſit, praeſidium quaeri in poſtea repertis *inſtrumentis*: ueritas tamen in aprico poſita eſt atque illis ipſis profeſſa, qui, prima facie, ueſtrae cauſae admodum inimici eſſe uidentur. Admittunt ſcilicet teſtes, tabulas, ſchedas ac INSTRVMENTA quaecunque alia etiam poſt transactionem, quoties

uel rei aut argumenti, non cogitati, uos admoneant;
uel ignorata uobis manifeſtent;
uel admiſſum a uobis corrigant errorem in uiamque uos reducant;
uel omni dubitatione iura ueſtra eximant, aut litem calumnioſam eſſe, oſtendant;
uel aliam rei faciem inducant atque ſtatum mutent;
uel denique ueſtram laeſionem, uobis ſcientibus inficiant, nimis enormem eſſe comprobent:

In quibus ſingulis hactenus et *rationes* uidiſtis et *leges*, *doctores* quoque confeſſoresque ac teſtes ueritatis. Quae magis obuia et uulgaria ſunt; ſi furioſus, mente captus, prodigus *minorennis*, aut, qui ſui non iuris eſt, tranſigat: ſi de re tranſigatur, quae *non* in *poteſtate* tranſactoris: ſi dolus, metus et fraudis aliud genus cauſam det transactioni, ſi porro in cauſis reipublicae (q) et eccleſiae; item de alimentis, hereditate rebusque aliis tranſigatur: illa omnia, quia toties cum uniuerſim in iure; tum ſigillatim in libris peculiaribus (r) tractata ſunt: hic omitto. Prouocauit nuper ad noſtrum hunc laborem *Achatius* OKELIVS, iurium Licentiatus in diſſertatione inaugurali, quam nuperrime Erfurti defendit. Quapropter lectorem ad lucubratiunculam iſtam, luculento calamo ſcriptam, honoris cauſa, remitto (s).

CAP. III. *atque ultimum*

Argumenta aduerſus ius retractandi tranſactionem, nouis inſtrumentis repertis, eorumque diſcuſſio ac diſſolutio.

§. I.

Diſſolutio legum, quae dogmati noſtro obſtare uidentur.

POſtquam igitur per hactenus dicta E abunde conſtat, rationem aequitatemque et publice ſancitas leges, doctorum etiam non paruum numerum *inſtrumentis*, poſt tranſactionem repertis, locum facere: illud reſtat, ut nunc quoque expediamus, quae huic dogmati obeſſe, uidebuntur. Equidem non leui cum armatura tot doctorum agmina in acie conſpicimus, quorum caſtra multis legibus

(g) Part. II. quaeſtione IX. pag. 89--96. ubi et F auctores conquirit et leges, magna ordinis, ſtyli, iudiciique luculentia.

(h) Volum. I. reſponſ. XXVIII. n. 221.

(i) Conſil. XXXI. num. 13. conſil. XLII. num. 72.

(k) Conſil. XC. pag. 508.

(l) Part. 2. conſtit. 34 defin. 5.

(m) Conſil. XLI. n. 44. ſeqq. Qui etiam inſtrumentis locum facit, ſi illa rei non cogitatae, erroris, ignorantiae arguant tranſactores.

(n) Conſilior. part. II. pag. 184. num. 86.

(o) Deciſ. XVI. num. 13. pag. 69.

(p) Volum. I. conſilio XXX. quod, ut cetera G omnia uiri induſtrii ac iudicioſiſſimi, momenta in hoc genere habet, prae aliis cunctis hic conſulenda.

(q) Quid ſentiendum de uulgari iuris axiomate, non poſſe reſcindi transactionem, nouis inſtrumentis repertis, niſi cauſa ſit publica, in ultimo capite commodior locus erit, ut exponatur.

(r) Ex inſtituto de transactione ſcripſerunt Iohannes Baptiſta CACCIALVPVS; Petrus LORIOTTVS; Franciſcus CVRTIVS uno uolumine iunctim editi Francof. ad Viadr. 1586. 4. Magis noti ſunt: DELRIO; BORCHOLTVS; RICHTERVS; WESENBECIVS; HVNNIVS; VINNIVS; HAHNIVS; Ferdinand. Chriſt. HARPRECHTVS et plures, forte alii in peculiaribus libellis de tranſactione.

(s) Opuſculo nomen eſt, de iure reſcindendi tranſactionem, ubi §. 23. pag. 25. ad noſtram hanc diſſertationem ſua remiſit.

CAP. III.

gibus inſtructa ac circumſepta ſunt: ten- A tabimus tamen, cum ſingulis ſigillatim congredi, ut robur ac momenta facilius deinceps liceat uniuerſim aeſtimare.

Weichbild Magdeburg.

§. II. Principio maximam rerum ſemel tranſactarum in Germania, antiquis quoque moribus auctoritatem fuiſſe, uel ex unico loco liceat oſtendere. Ita enim in WICHBILDO MAGDEBVRGENSI (a) ſcriptum atque ſancitum eſſe, reperitur: *Tranſactio uel ſtipulatio ſi facta ſit, et eam* B *PRINCIPALIS uiolet, conuictus, ut iuris eſt, per iudicem et ſcabinos, pro homicidio COLLVM demeretur.* Vt adeo capitali poena ultimoque ſupplicio, antiquis moribus afflicti ſint rerum tranſactarum transgreſſores. Reſp. Principio hic monendum, hanc Goldaſti uerſionem minus congruere cum textu Germanico (b), ubi uerba haec ſunt: *Wo ein Sün* (*Orphed* tranſactio ut gloſſa (c) habet) *geſchicht, oder ein* C *rechte Gewehr wird gethan, bricht ſie der Sachwald und wird er deſs überwunden, als recht iſt, mit dem Richter und mit den Schœpfen, um eine Wunde,* (ſi uulnus alteri tranſactori propter cauſam, transactione ſublatam, inflixerit) *Vertheilt man Ihm die Hand, um einen Toden den Halſs* (nam moribus Saxonicis homicidia poena capitis non mulctabantur, caſu excepto uiolatae transactionis.) *Bricht ſie aber ein ander,* D *er muſs ſie büſſen mit ſeinem geſatzten Wehrgeld* (ſcilicet ſi cum clauſula commiſſoria certae multae transactum contra tranſgreſſores) *um die Wunden neun Pfund, und um den Todſchlag achtzehen Pfund. Er mochte es denn entgeben, als recht iſt.* Atque ex hoc demum legis contextu patet; quod non tam in crimen ruptae tranſactionis, quam fractae pacis publicae hic ſtatuatur. Scilicet ob inſtrumenta, no- E uiter reperta, transactioni poterat obuiam iri uel publica *iudiciorum* auctoritate, uel *priuata* rei uindicatione. Non de *illo*; ſed de *hoc* tantum caſu textus poenam ſumit, quod etiam gloſſa (e) uult. Imo propter noua forte inſtrumenta transactiones Saxonicis etiam moribus retractari potuiſſe; per ultima legis uerba patet, modo *iudici* ordinario cauſae cognitio atque deciſio fuerit delata neque priuato quis F auſu uiolauerit tranſactionem. Indicant hoc ipſa legis uerba: *Er mœge es denn entgehen, als recht iſt.* Iuri autem congrua ratione transactio retractatur, ſi et *cauſae* legitimae ſunt, ex nouis inſtrumentis erutae; et iudiciali proceſſu, non auſu priuato perſecutio iuris ſuſcipiatur. Vt adeo uetuſtiſſima Magdeburgenſium ſcabinorum ſanctio noſtrae potius cauſae faueat, quam eidem obeſſe, uideatur.

§. II. III. IV.

Ius Romanum.

§. III. Sed cum ab antiquis patriae legibus ciues noſtri pridem deſuefacti ſint, qua cauſa non definiuerim: potius in medium iuris Romani decreta aduocanda ſunt, quae in Germaniae ſoris hodienum regnare, reperimus. Nolumus iam de ordine ſoliciti eſſe: ſed ut quaelibet lex ſe nobis obtulerit, ita eandem explicare conabimur, ut nequeat nobis obeſſe. Principio *L. 20. C. de transact.* firmitudinem tranſactionum ex idonea cauſa his uerbis commendare uidetur: *Si quidem nihil ita fidei congruit humanae, quam ea, quae* tranſactoribus *placuerant, cuſtodiri.* Congrua huic legi ſunt uerba *l. 1. ff. de pactis.* Reſp. Omnino quidem dicendum eſſe, quae ſemel placuerunt, deinceps diſplicere non poſſe. Sed placita *ſcientiam* requirunt et *uoluntatem l. 76. ff. de R. I.* In qua igitur *tranſactione* alterutrum defuiſſe, per noua inſtrumenta patet, eam leges quoque Romanae non placitum dicunt, ſed deceptionem *l. 5. ff. de tranſact.* Accedit, quod haec lex ita reſtringi debeat: tamdiu cuſtodiendam eſſe fidem humanam, quamdiu idoneae non adſint cauſae, quae optimo eam iure perimant. Sed illac ſuperius (f) a nobis ſunt recenſitate.

L. 20. C. de tranſact.

§. IV. Non minoris momenti argumentum contra dogma noſtrum fouet *l. 10. C. de tranſact. nullus etenim litium finis, ſi a tranſactionibus, bona fide interpoſitis, coeperit facile diſcedi.* Reſp. Eſt haec ratio, quam communiter urgent doctores, ut aures obturent ad inſtrumenta poſt tranſactionem in medium prolata. Sed fruſtra ſunt. Principio enim negatur, nullum litium finem eſſe, ſi a tranſactionibus facile diſcedatur. Ordinaria enim remedia, id eſt, *iudicia* forenſia, ſuperſunt, quae, tranſigendi iure prorſus ſublato, lites componere queunt. Et quid? ſi partes litigantes nullas unquam tranſactiones admiſiſſent: ſed, quod hodie plerumque fit, rigoroſo proceſſu, quam amicabili tranſactione ius ſuum experiri maluiſſent? Deinde alia quondam rei iudiciariae facies. Eo enim tempore, quo non quotidie, non hebdomadatim, neque menſibus ſingulis *iudicia forenſia* habita fuerant, pleraeque controuerſiae per arbitros aut tranſactiones priuatim debuerant componi. Hodie uero cum in omnium locorum angulis iudicum ſubſellia ſint, modo hi, quod officii eorum eſt, facere uelint, felix eſſe atque

L. 10. C. de tranſact.

(a) Articulo LIII. de transgreſſoribus transa- G ctionum edit. Goldaſt.

(b) Articulo LIII. *des Magdeburgiſchen Weichbildes* p. 81. editionis Zobelianae.

(c) Ita auctor gloſſae *des Sæchſ. Landrechts* lib. I. artic. VIII. p. m. 13.

(e) Verba ſunt: *Breche er die Sune mit Gewalt, man richt uber ihn, als einen Friedbrecher: breche er aber die Sun mit Klag, die er verlobet hætte, er müſt daſſelbige Recht darum leiden.*

(f) Capite II. integro quinque aut ſex caſibus, ad quos ſubinde hic prouocamus.

(g) Lib.

CAP. III.

atque litium aeternitati obex poni poterit in republica, quamuis a tranſactionibus ciues prorſus ſint deſuefacti. Sed hoc circuitu in allegata lege opus non eſt. Non illa diſcedere prohibet á tranſactionibus, ſi iuſtae cauſae ſint, ſed tantum, ne ab illis *facile*, id eſt, leuiſſima quaeuis occaſione recedatur, commendat.

Paroemia iuris.

§. V. Ita uulgi quoque ſermone commendatam eſſe, aiunt, transactionum firmitudinem, ut quoque in prouerbium iuerit: *potiorem eſſe macilentam tranſactionem, quam pinguem uictoriam. Es wære beſſer ein magerer Vergleich, als ein fettes Vrtheil.* Quo ipſo non ſolum, quadam populi uoce, praeferantur iudiciariis proceſſibus *transactiones*; ſed etiam has cum aliquo iuris ſui damno ſeruandas eſſe, comprobetur. Quamuis per incorrupta rerum *inſtrumenta* de potiori iure poſtea conſtet. Eſt haec paroemia, quam omnes fere ICti, aequitatis amore conſpicui, in ore ac calamo circumtulerunt. Inter quos ſunt FRANZKIVS(g); KNICHENIVS(h); ZIEGLERVS (i); et nouisſime uir ſtupendae induſtriae, publici priuatique iuris callentisſimus *Ioh. Nicolaus* HERTIVS (k). Verum, ut taceam, eius generis regulas ſaepe, licet in ſermonem plebis iuerint, in iura aequitatemque impingere. Noſtra ſane de corruptis iudicum atque iudiciorum moribus tantum intelligi debet. Quod ſi enim iudicia ſibi bene conſtent, mallem lites ſententiis peragi, quam transactionibus. Atque ita *Andreas* KNICHENIVS(l) prouerbium hoc in illis ſolum iudiciis laudat, ubi cauſae per centum et plures annos protrahantur. Verba eius ſunt: *Litigantibus in camera transactionem ſummopere ſuadere ſoleo. Difficile enim eſt ſententias obtinere; difficilius executionem, praeſertim contra potentiorem, in qua tamen omnis ſtat uictoriae neruus. Vtilius macre concordium, quauis pingui ſententia. Litigare cum pari anceps, cum ſuperiore furioſum, cum inferiori ſordidum putatur.* Vt taceam, non *iuſtificis* cauſis niti axioma; ſed tantum *utilibus*; et utiles quoque ceſſare in bene ordinatis iudiciis. Contra uti in propriis cauſis caeci eſſe, dicimur, quodam affectuum glaucomate occupati: ita parum idonei aeſtimatores ac arbitri erimus iurium noſtrnrum. Medici in propria ualetudine alios conſulunt: et felicisſimos alienae litis patronos ſuas

Tranſactio hodie an commendanda?

A cauſas aliorum doctorum calamo committere, uidemus. Accedit, quod plerumque tranſactorum unus alio eſſe ſoleat magis in iure peritus, uel ad fraudem et ſimulationis artificium magis callidus ac uerſutus ad circumueniendum. Atque eapropter ego exiſtimauerim, inter mille etiam tranſactiones uix unam reperiri, quae iuſtitiam aequitatemque non inſigniter uulnerauerit. Et, bone Deus, ſi,
B quod plerique doctores faciunt, finita ſemel tranſactione, nullis inſtrumentorum remediis locum faciendum eſſe, dixerimus: quanta, quod dicitur, porta aperietur ad impunes laeſiones et quis tandem bonus animum ſumet ad tranſigendum? Exulare hac cauſa mallem e republica omnes tranſactiones et iudiciorum morbis diligentem potius curam atque medelam adhiberi. Ita enim litem decident rerum
C gnari atque a partium ſtudio liberi; ita uerſutiae, fraudes, praeſtigiaeque minus poterunt; ita bonae cauſae minus oberit, male defenſam ac propugnatam fuiſſe; ita demum ſupplebit nobile iudicis officium, quae uni aut alteri deeſſe, uideantur.

§. V. VI.

§. VI. Sed dicent aduerſi dogmatis patroni, quid hiſce opus eſt ambagibus? Clariſſima lex adeſt, quae ruborem aliter do-
D centibus excutere posſit. Scilicet *legem 19.* illi uolunt *C. de tranſact.* quam recitabimus: *ſub praetextu inſtrumenti poſt reperti, tranſactionem, bona fide finitam, reſcindi, iura non patiuntur.* Ad hanc aram confugiunt, hoc numen colunt, quotquot *inſtrumentis*, poſtea repertis, irreparabilem inſerre cladem, id eſt, omnia iura negare, conantur. Opera igitur nunc danda eſt, ut hunc obicem, ueritati diu ac tanto adparatu obiectum, remoueamus. Equi-
E dem nullum hic praeſidium apud interpretes, nullum apud doctores conſilium: omnium una uox, eadem doctrina eſt, contra tranſactionem nihil poſſe, poſt reperta inſtrumenta. Et quamuis aliqui, quos tanto numero ſuperius (m) recenſuimus, in hypotheſi mitius ſentiant, cauſae ſaepius aequitate moti; tamen iidem poſtea titubant atque ad hanc legem contremiſcunt, ut in theſi deinceps rem confici poſſe, ite-
F rum diffidant. Maior eapropter in *conſiliis* ac *deciſionibus* hic candor: minor longe in *commentariis* ac *ſyſtematibus* (n). Non miror, ueteranos iſtos *Paulum de* CASTRO (o); *Alexandrum Tartagnam* IMOLEN-

L. 19. C. de tranſaction.

(g) Lib. III. reſolut. XX. num. 38.

(h) De Sax. non prouucandi iure c. III. num. 73. pag. 365. in uerbo IVS.

(i) In dicaſtic. concluſ. XXII.

(k) In tractatu ſingulari de paroemiis iuris, paroem. XI.

(l) In commentar. de Saxon. nun prouocandi iure cap. alleg. III. num. 72. pag. 365.

G (m) Capite II. §. 11. Qui conſuli debent, ne omnibus bellum indixiſſe, uideamur.

(n) Haec cauſa eſt, quare conſiliorum ac deciſionum plura, quam ſyſtematum uolumina capite II. §. 11. ſuperius laudata reperiuntur.

(o) In comment. ad h. legem n. 4. Quamuis hic de iure reſcindendi ſententiam potius agat, quam de tranſactionibus. Sed facilius exiſtimat, tranſactionem reſcindi, quam ſententiam.

(p) Ad

CAP. III.

IMOLENSEM(p); BARTOLVM(q); BALDVM(r); IASONEM(s); *Bartholomaeum de* SALYCETO (t); *Ludouicum* ROMANVM (u); *Raphaelem* CVMANVM(x); atque interpretes eius generis innumeros alios, quos enim hic laudaui, illos ipſe, otii perdendi cauſa, euolui, citatam legem tanto rigore inſtrumentis, poſt tranſactionem repertis, opponere. Vt enim taceam, quod auctoritas unius centum alios facile in eundem errorem ſeduxerit; ſane id dolendum eſt, quod, cum philoſophia toties in rebus fidei cum immani quadam tyrannide regnauerit, eandem iurisprudentiae ueſtibula ullo tempore uix attigiſſe. Viderunt plures, legem iniqua praecipere: ſed quo remedio ad iuſtitiae et rationis normam illa exponi deberet, ignorarunt. BARTOLVS (y) et *Alexander de* IMOLA(z) ueniam iuſtae *ignorantiae* dant, ſi conſtet, inſtrumenta tranſactorem, nulla culpa ſua, latuiſſe. Aliqui principem hic in partes uocant, qui alterum, ſi is noua documenta nanciſcatur, in integrum reſtituere poſſit (a). Theologi *euangelicam* (b) denunciationem commendant aduerſus illum, qui noua *inſtrumenta* aſpernetur, adeoque, ſciens rem alienam uſurpando, peccet, quod adprobat *Ludouicus* MOLINA (c). *Andreas* autem ALCIATVS (d) nihil hic remedii agnoſcit. Quod ei cum ceteris condonari poſſet: modo non rationem legis fingeret ualde inertem. Scilicet dicit, quemlibet praeſumendum eſſe tranſactorem, antequam tranſigeret, credidiſſe, noua inſtrumenta et emergentes cauſas poſtea repertum iri. Quae, cum ſemel eis nuncium miſerit, nullo demum iure repetere queat. Superius (e) iam faſſus ſum, ſi transactio uel directe uel

Vtrum lex reſtringatur, ſi inſtrumenta ignorata? Vtrum ceſſet reſcripto principis? in foro conſcientiae?

uel praeſumtione adiuuanda?

§. VI.

A indirecte renunciationem inſtrumentorum, poſtea repertorum, adiunctam habeat, *daß durch ſolchen Vergleich alle Rechtsgründe, nicht allein dieienige, welche bereits angeführet worden, ſondern auch die noch künfftig ausgefunden werden mægten, getilget und abgethan ſeyn ſolten:* nullam nobis cum aduerſa parte controuerſiam eſſe. Verum id ab eo, qui hoc adſerit, probari debet, nullo autem iure praeſumi. Quo- B niam tranſactio ſtricti iuris eſt neque ad ignorata inſtrumenta poteſt extendi *arg. l. 5. et 9. §. 1. ff. de tranſact.* et *l. 31. C. eod.* quae potius animo donandi claris uerbis opponitur *l. 1. ff. eod.* Quadam uero liberalitate et *Φιλοτιμία* opus eſſet, ſi tranſactor nuntium mitteret inſtrumentis, nullo iure ſublatis. Taceo, renunciationem iuris nunquam praeſumi poſſe, ut ſignificanter praecipit *l. 27. §. 4. ante omnia ff. de pa-* C *ctis.* Quapropter in quouis actu ea ſemper capienda eſt interpretatio, ut ius alterius, quoad eius fieri poſſit, minus laedatur. Et ſi cui plura competant iura, uel iurium inſtrumenta: ſi uni renunciauerit, non propterea cenſeatur renunciatum alteri (f). Alia igitur medela quaerenda eſt, qua legem hanc, noſtro dogmati congruam et conſentientem, habeamus. Principio tenendum eſt, controuerſiam forte D et olim fuiſſe inter doctores, utrum ipſo iure reſcindatur tranſactio, an uero ope reſtitutionis in integrum. Verba igitur, *per noua inſtrumenta non reſcindi tranſactionem*, de *illo* tantum modo diſponere poſſunt: ſaluo tamen *hoc*. Scilicet ſubſiſtere quidem tranſactionem, bona fide initam: ſed *cauſam* tantum, ſi noua inſtrumenta idonea ſint, in *integrum reſtitui*. Vbi uero dolus ac mala fides tranſactioni

Vel tantum loquatur de reſciſſione ipſo iure?

(p) Ad hanc legem n. 6. ubi, ſi inſtrumenta ignorata fuerint, ſententiam reſcindi ait. Ergo ob eandem cauſam etiam tranſactionem.

(q) Is nihil dubii monet; legem iisdem tantum uerbis repetit. Sed idem alio loco ad l. un. C. de ſentent. aduerſ. fiſc. addit: modo non conſtet, inſtrumenta alteram partem neſciuiſſe.

(r) Verba huius ſunt: emergens facultas probationis non uitiat tranſactionem. Quia eſt finis litis; ergo terminus probationis num. 1. comm. ad h. l.

(s) Concinit hic Bartolo num. 1. 2.

(t) Peculiare nihil is habet: niſi quod inſtrumentis locum faciat in cauſa publica et ceteris.

(u) Baldi ac Fulgoſi uerba hic repetit. Quorum alter dicit: quod ſi reus, ſciens ſe debere, tranſegerit, noua inſtrumenta effectum habere.

(x) Ceteris hic fere antiquior eſt, ſed nil praeter legem habet.

(y) Quod pluribus prodidit in libro commentario ad l. un. C. de ſentent. aduerſ. fiſc. cum ſcilicet adlegat actor, uel reus, ſe reperti nuper inſtrumenti facultatem non habuiſſe.

(z) Ita ſentit in libro commentario ad l. 29. C. de tranſact.

(a) Sententia eſt RIMINALDI conſ. 614. nom. 75. ſeq. Quia licet princeps reſcindere non poſ- E ſit rem iudicatam; tamen hoc poſſit, ſi nouae probationes in medium proferantur l. 27. Diui fratres ff. de poenis.

(b) Ad formam cap. XIII. nouit ille X. de iudiciis.

(c) Tractat. II. de inſtit. et iure diſputat. 556. Equidem, ait, tranſactio ualida quoque eſt in conſcientiae foro, etſi poſtea ex ſcriptura aliqua publica euidenter conſtet, rem ad alterum in re pertinuiſſe. Accepit alter aliquid, ut remitteret ius, quod praetendebat. Quaſi uenditio aut permutatio facta iuris controuerſi cum re in tranſactione data uel promiſſa. Verum poſt addit: ut uero F talis contractus iuſtus ſit, prudentis arbitrio, ſeruata ſit aequalitas, ut tantum pro receſſu ab actione fuerit datum: quantum ius iſtud in hominum aeſtimatione ualebat. Secus, in foro conſcientiae peccat. Diſplicent nobis priora. Partim quod aeſtimatio illa normam non habeat, ad quam exigi poſſit: partim quod non tam metu litis, quam conſideratione iuris tranſigatur, quo deſtructo, titulus quoque exſpiret, quo alter iuſte poſſidere queat.

(d) In libro commentario ad l. 19. C. de tranſact. pag. 319.

(e) Capite II. §. 9.

(f) Confer cap. II. §. 3.

CAP. III.

§. VI.

uel non tam de re litigioſa: ſed tantum de fundamento litis?

ortum dederint, ibi ipſo eandem *iure nullam* cenſeri. Atqui nobis uel tum ſatis eſt, *nouiter reperta inſtrumenta* contra tranſactionem prodeſſe, quicunque demum eis in iure proceſſus definiatur. Et ſane caſus eſt, ubi noua inſtrumenta tranſactori prodeſſe queunt, ſalua prorſus inita tranſactione. Habes eundem apud *Iacobum* CVIACIVM (g), quem in margine graui ex cauſa deſcripſimus. Poſtulo Tuſculanum praedium ex *teſtamento*; negat alter. B Tranſigimus. Finita tranſactione reperiuntur demum *codicilli*, qui me dominum faciunt Tuſculani. Quid iuris? fruſtrane erit, codicillos reperiſſe, quia *praetextu nouiter reperti inſtrumenti* non reſcinditur tranſactio. Aut ſi codicillis locus eſt *l. 3. §. 1. ff. de transact.* num tranſactionem *ipſo iure* tollent, an uero beneficio *reſtitutionis*? *Neutrum* dicit *Cuiacius*. Subſiſtet potius omni iure tranſactio, quantum ad ra- C tionem *teſtamenti*, cui nuntium miſi tranſactor: ſed fruſtra haec ad codicillos extenditur, quos uel ignoraui uel non cogitaui inter tranſigendum. Eius generis innumeri caſus effingi poſſunt: ſi probe teneatur, *transactionem*, niſi ſotmula claris uerbis aliud doceat, non *rem* poſtulatam (ſcilicet Tuſculanum praedium) ſed actionis *fundamentum*, id eſt, uites teſtamenti perimere. Breuius, in tranſactione non *rei* D litigioſae; ſed tantum intentatae *liti* renuncio. Salua igitur eſſe poteſt tranſactio neque per eam ſemel ſopitae lites reſuſcitantur; quamuis locus fiat nouiter repertis inſtrumentis, id eſt, argumentis nulla unquam tranſactione uentilatis. Qua elenchi, quod dicitur, ignoratione expenſa, manifeſtum fiet, a doctoribua allegatam legem caſibus innumeris opponi, quos ipſa necquicquam attingit. Sed propius E ad rem atque interpretationem, quae textum noſtrae doctrinae ea claritudine conciliatum reddet, ut nihil dubitationis fuperesse uideatur. Largior ego, *praetextu inſtrumenti poſtea reperti*, quod lex dicit, *non reſcindi tranſactionem*: ſed tribus uerbis addo, *tranſactionem* intelligendam eſſe

uel, ut noſtra ſententia, tantum ualeat in transactione generali?

A *generalem*, in qua *renuntiatio* facta *rebus*, *argumentis*, *perſonis*, quibuscunque demum aliis nouae litis remediis, etiamſi haec *ignorata*, *errore* inuoluta, aut non *cogitata* fuerint inter tranſigendum. Quae formularum geneta ſuperius (h) expoſita ſunt. Atque hoc demum caſu fruſtra eſſe, ut, inita ſemel transactione, inſtrumenta poſtea reperta iterum a transactore proferantur, qui cunctis nuntium miſit in forB mula tranſactionis, nos quoque ſcripſimus in locis ad marginem allegatis. Ad cuius ſententiae et explicationis firmitudinem plurima faciunt. Principio legi huic reſpondere et quod dicitur, parallela eſſe, uidetur *l. 29. C. de tranſact.* ſupra (i) a nobis recitata. In illa enim claris uerbis legitur: *ſub praetextu ſpecierum, poſt repertarum*, *GENERALI tranſactione finita, reſcindi eam, iura prohibent.* Deinde etiam C hinc eſſe uidetur, quod legislator non dicat, nouorum inſtrumentorum *CAVSA* non reſcindi tranſactionem; ſed tantum *PRAETEXTV* eorum. *Praetextum* uero CICERO (k) *ſimulationem*; TACITVS (l) *obtentum*, idemque SVETONIVS (m); QVINTILIANVS (n) *colorem* dicunt. Graeci λόγον ſeu *nomen* et *rei* ipſi ueritatique opponunt (o). Saepius etiam iidem πρόσχημα adpellant, quod Romani praetex- D tum ſeu ſpeciem inanem (p). Quod ita explicat HESYCHIVS (q): πρόσχημα, πρόφασις, ὑπόκρισις, προκάλυμμα. Quibus ſynonymis congrua ſunt, quae habet EVSTATHIVS (r). Neque idem *praetextus* uerbi ſignificatus in iure nouus eſt. MARCELL. (s): *tunc autem puniendus eſt maritus, cum excuſare ignorantiam* (adulterii in uxore) *non poteſt, aut adumbrare patientiam PRAETEXTV incredulitatis.* Et E uel unica *l. 6. ff. de officio praeſidis* ter uocabulo *praetextus* utitur pro eo, quod uulgo dicitur, ſub *falſo colore*, *unter dem Schein Rechtens.* *Illicita*, ait, *miniſteria ſub PRAETEXTV adiuuantium militares uiros §. 3.* et mox *§. 5. tenuis uitae homines uexare*, *PRAETEXTV aduentus militum*; eodem denique ſignificatu §. 7. *medico*

Probatur hoc a] ex lege parallela 29. C. de tranſact.

b] ex uocabulo, praetextu.

(g) Tomo II. Opp. in libro commentario ad ff. F tit. de transact. l. 3. p. 131. Qui tranſegit, inquit, de teſtamento, non de codicillis, ſi ex codicillis agit, quid opus habet reſtitutione? Tunc duntaxat reſtitutio neceſſaria eſt, cum ad eam rem [ad idem inſtrumentum] a qua deiecti ſumus, reuerti uolumus. Sed in hac ſpecie de teſtamento duntaxat tranſactum, de codicillis nihil cogitatum atque adeo etiam nihil tranſactum eſt.

(h) Commendari loca ſuperiora cap. I. §. 5. et cap. II. §. III. omnino debent, ut rite conſtet, quam nos tranſactionem dicamus, ex parte tantum atque omnibus deinceps numeris abſolutam. G Euolui etiam debet capitis II. §. 9. ubi ad noſtram doctrinam l. 29. C. de tranſact. explicata fuit.

(i) Cap. II. §. 9.

(k) Quod obſeruat ICtus Guilielmus BVDAEVS in commentar. linguae Graecae p. 257. in uerbo, πρόσχημα.

(l) Lib. I. hiſt. cap. 19.

(m) Omnium inimicitiae hoc praetextu ad eos deferentur, in Tiberio cap. 12.

(n) Innumera exempla conquiſiuit ICt. Budaeus l. c. quem ſermonem minus tamen latinum eſſe exiſtimat.

(o) Eius generis formula: a transfuga quidem uerbo; ſed re ipſa hoſte ac temerario. Loca congeſſit Ioachimus CAMERARIVS in comment. utriusque l. pag. 155. n. 10. 11. 12.

(p) Πρόσχημα τοῦ στόλου dixit Herodotus lib. II. pag. 101.

(q) In lexico Graeco ſub uoce πρόσχημα.

(r) Ad Homeri Iliad. ς. p. 312. edit. Romanae 1550.

(s) In tractat. de adulter. quem locum nobis ſuggeſſit ICtus Bud.

[t] Con-

CAP. III.

dico euentus mortalitatis imputari debet, ſi per imperitiam quid commiſit. *PRAETEXTV humanae fragilitatis delictum innoxium eſſe, non debet.* Quod ſi ergo ex his ſatis conſtet, et oratoribus ac grammaticis utriusque linguae et ICtis *praetextus* uocabulum accipi pro *accerſitis fallaciis, ſimulatione fraudulenta atque ſpecie inanium, vor einen Deckmantel der Ungerechtigkeit; nichtigen Vorwand; bloſſen Schein deſſ Rechtens:* nemo mihi, opinor, uitio dabit, quod eius uerbi non alium in lege quoque noſtra ſenſum admittam. Atque ſic non improbat illa, reſcindi tranſactionem, inſtrumentorum *CAVSA.* Scilicet quando haec genuina ſunt ſalua adhuc ac integra neque tranſactione iamiam *generali* ſublata: ſed cum, quod uulgo dicimus, quaeſito tantum colore aut fraudulenta ſimulatione in medium fuerint prolata, quibus formula transactionis generali dudum renunciatum: ideſt, ſi ex falſo, quod textus ait, PRAETEXTV iterum apponantur. Summatim, uult lex noſtra: ne uel *falſa* inſtrumenta laudentur; uel, quod caput cauſae eſt, talia producantur, quorum uires in tranſactione generali iam fuerunt peremtae. Quicquid etiam poſt GOZADINVM (t) in contrarium hic uolucrit ſubtiliſſimus ICtus *Franciſcus Cardinalis* MANTICA (u). Praeterea idem dogma, *inſtrumentis*, poſtea repertis, nonniſi *generalem* tranſactionem derogare, illa etiam legis uerba confirmant: *tranſactionem reſcindi, IVRA non patiuntur.* Non imperatores hic legem *ferunt*; ſed latae legis *admonent.* Ecquae autem illa *iura* ſunt, ad quae hic prouocatur? *Naturae?* Aſt ſupra (x) uidimus; rationem aequitatemque uelle potius ac imperare, ut noua inſtrumenta, poſt initam tranſactionem, audiantur. *Ciuilia* forte intelligunt legislatores? Verum in uniuerſo codice nullam legem offendes (y), quae ex inſtituto agat de pretio inſtrumentorum, quae poſt tranſactionem proferuntur. Quae enim in beneficio conſecutionum huc trahuntur ab interpretibus: illa in mente eſſe Caeſarum legislatorum non potuerunt. Quia uerba in legibus allegatis *19. et 29. C. de tranſact.* talia ſunt: *iura non patiuntur,* item *prohibent iura.* Quae rem laudare uidentur, non obſcure, ſed manifeſta ratione definitam. Meo autem ſenſu, ſi *textum* de *generali* nonniſi tranſactione acceperis: tum demum ex innumeris *legibus* patebit, quare *iura* talem tranſactio-

t] *ex uerbis, iura non patiatur*

A nem ob inſtrumenta reſcindi, *non patiantur, prohibeantque.* Quoniam quilibet cauſis ac inſtrumentis ſuis renunciare poteſt, uti habent *l. pen. 29. C. de pactis et l. 53. de R. I.* Qua de re plenius dictum eſt ſuo loco (z). Quid igitur de caſu GLOSSAE (a): Tibi mutuo dedi *decem:* inſtrumentum factum eſt: negas, te mihi debere: unde uenit in dubium: tecum tranſegi pro *quinque,* quia inſtrumentum reperire non B potui: tranſactione facta, inſtrumentum reperio: an eius praetextu litem reſuſcitare poſſim, quaeritur. Et reſpondetur quod non. Ego uero reſponderem, quod ſic; niſi tranſactionis formula generali ceteris *quinque* aut *inſtrumento* fuerit renunciatum. *Es ſolte hiemit die Forderung der X. mit V. gæntzlich abgethan ſeyn, und auf die übrige V. und dero Vrkunden und Obligation, wenn ſich auch ſelbige nach der* C *Hand finden würden, Verzicht geſchehen.* Hoc enim ſi fuerit factum; tum omnino *lex* noſtra locum habebit; *ſub praetextu inſtrumenti, poſt reperti, tranſactionem, bona fide finitam, reſcindi, iura non permittere.*

§. VI. VII.

ad caſum in gloſſa allatum.

§. VII. Sed non minoris momenti eſſe, illud exiſtimant, quod *l. 35. ff. de re iudicata* his uerbis praecipitur: *Imperatores Antoninus et Verus reſcripſerunt, quan-* D *quam ſub obtentu nouorum inſtrumentorum reſtitui negotia minime oporteat: tamen in negotio publico ex cauſa permittere ſe, huiusmodi inſtrumentis uti.* Ita enim conſtitutum eſſe, reperitur *l. 4. C. de re iudic.* *Sub ſpecie nouorum inſtrumentorum, poſtea repertorum, res iudicatas reſtaurari, exemplo graue eſt.* Plura ex utraque lege contra noſtrum dogma euincere, uo- E lunt. Principio aiunt, quod uulgo dicitur, exceptio firmat regulam. Si enim in *publico* tantum negotio locus inſtrumentis: certe nullus iisdem erit in cauſa *priuata.* Reponere quidem ad haec licet: primo intuitu ſophiſma uideri ignorationis, quod dicitur, elenchi. Sane utraque lex de *re iudicata* loquitur; non uero de *tranſactione.* Verum protinus replicabunt *l. 20. C. de tranſact. non minorem* F *auctoritatem tranſactionum, quam rerum iudicatarum eſſe, recta Caeſari ratione placuiſſe.* Vt igitur, re ſemel *iudicata*, nullum in inſtrumentis remedium ſit: ita in illis quoque nullum, re ſemel *tranſacta.* Sed iterum obiicio, legem hanc eo rigore intelligendam non eſſe. Nam ex re iudicata datur actio *l. 8. C. de reb. cred.* non ſemper ex tranſactione. Neque eſt,

L. 35. ff. de re iudicata et l. 4. C. eod.

(t) Conſil. LXV. num. 8.

(u) De tacitis et ambiguis conuention. lib. XXVI. tit. 5. num. 12. illud uerbum PRAETEXTV, non modo ſignificat falſum colorem eſſe quaeſitum, ſed etiam cauſam ueram.

(x) Cap. II. §. 2.

G (y) Lex enim 29. C. de tranſact. ipſa quoque ad clariora iura prouocat. Vt eius interpretationem taceam, quam cap. II. §. 9. in medium attulimus.

(z) Cap. II. §. 3. et 4.

(a) ad l. 19. C. de tranſact. ad uerba, ſub praetextu.

CAP. III. §. VII.

quod quis *l. 2. ff. de iureiurando* hic abutatur, maiorem tranſactionis, quam rei iudicatae eſſe auctoritatem. Hoc enim ſi uerum eſſet, nulla ratione *l. 32. C. de tranſact.* diceret, ſuper re *iudicata* fruſtra transigi, quod illo iuris uinculo firmius non eſſe, uideatur. Et ſane plures cauſae ſunt, quare rerum *iudicatarum* maior eſſe debeat auctoritas, quam *tranſactionis.* Agitur ibi de honore iudicis; de iudiciorum dignitate; de ultimo litium componendarum remedio. Imo cum rem *iudicatam* praecedere ſoleat *ſententia*; aliqua parte laeſi uariis cauſae ſuae remediis conſulere poſſunt, quae luculento commentario expoſuit *Sebaſt. Dan.* BRVNNEMANNVS (b). Verum haec et illa ceſſant in tranſactione, uti monſtratum eſt ſuo loco (c). Vt adeo nulla ratione uerum ſit, eiusdem ubique auctoritatis dicere tranſactionem cum re iudicata. Quid? quod *l. 31. ff. de iureiur.* manifeſtiſſimo exemplo doceat; ſaepius etiam poſt rem *iudicatam* inſtrumentis locum eſſe, nouiter repertis. Quam rem noſtrae doctrinae congrua fere ratione tractant *Sfortia* ODDVS (d) et *Franciscus* DVARENVS (e), quos laudaſſe ſufficit, quod noſtrum non ſit, extra oleas uagari. Cum igitur ſupra citatae leges non in omni *iudicato* ualeant: ſane nulla conſecutio eſt, quare tranſactionibus, ob ſimilitudinem cum re iudicata, opponantur. Et, uno uerbo, rem PAVLVS aurea prorſus regula conficit *l. 141. ff. de reg. iur. quod contra rationem iuris receptum eſt; non eſt producendum ad conſequentia.* Sententiam enim, qua derogatur nouis inſtrumentis et *rationi* aequitatique obuerſari, ſupra (f) edoctum eſt: ut adeo haec fruſtra a uiribus rei iudicatae ad tranſactionem, per *conſequentias*, producatur. Ceterum ſit etiam, quod tamen haudquaquam datur, *rempublicam, fiſcum, eccleſiam, pupillos* priuilegio eodem in tranſactione quoque gaudere, quam in re iudicata, ut in cauſis eorum *tranſactio* reſcindatur, ſi *noua* ſuppetant *inſtrumenta*: nos profecto non de *ſpeciali* atque uulgari tranſactione id accipimus, quod faciunt doctores, poſt hanc enim omnibus aliis etiam ſalua eſſe noua inſtrumenta, hactenus probauimus: ſed tantum de *generali.* Ita ſcilicet, ut quidem renunciare queant homines iuribus ignoratis, non cogitatis, errore inuolutis, breuiter, quibusque inſtrumentis: in rebus autem *reipublicae, fiſci, eccleſiae, pupilli* idem fieri nequeat. Cauſas ſingulari aequitatis ratione exponere uoluit *Alexander* TRENTACINQVIVS (g). In quauis, inquit, uniuerſitate; uilla; caſtris inueniuntur ſurdi, muti, pupilli, minores, qui tranſactioni non conſentiunt et tamen in quauis transactione conſenſu eſt opus. Ideoque iniuſtum eſt, quod haec eis per alios praeiudicet. Sentit ita auctoritate, ut ait, BALDI; *Pauli de* CASTRO; ANDREAE; SALYCETI. Idem quoque dicunt ROMANVS (h) atque CORNEIVS (i). De pupillis ac minoribus, quorum iure respublica utatur, egerunt *Sfortia* ODDVS (k) et *Andr.* ALCIATVS (l). Ceterum ſi quod in re iudicata idem et in tranſactione expeditum eſſet; porro de imperii noſtri principibus quaeri poſſet, an priuilegia haec et illis fuerint tribuenda; aut, quod idem eſt, cauſae eorum num *priuatae* dicendae; an uero *publicae*? Ego ſane publicas dicendas eſſe, nullus dubito. Quamuis enim multis aſſertum ſit, illos iure *priuato* et *priuatorum* uti, quam controuerſiam nunc meam non facio, a *Dn. praeſide* alibi ex ſingularibus principiis, quae in iure publico fouet, expoſitam (*): tamen cum prodita legis ratio populi quosuis rectores tangat, ipſa quoque lex ad quosuis imperii noſtri proceres uidebitur pertinere. Inprimis, quando ipſi reipublicae ac ſubditorum cauſa tranſigunt. Si enim ſuo nomine agant, nonniſi per latus, aut, quod dicitur indirecte, respublica petitur, ſi laeſi fuerint. Si eadem prorſus apud illos ratio, quam tempore Romanorum apud Caeſares; cum iure *collectandi* quoties ex laeſione indigeant, in ſuis territoriis non minus gaudere uideantur. Italici doctores de hoc dogmate minus controuertent. Ipſi enim legis clauſula, *ſi cauſa publica*, etiam minutiſſimi pagi dominis et quibusue minoris notae et obſcurae famae oppidis ſubueniunt, quod ex memorabili conſilio *Philippi* DECII (m) licet intelligere. Quid iuris *eccleſiae* ſit in tranſactione, ſi noua inſtrumenta reperiantur, etiam definiendum nunc erit. In rebus, diuina dogmata concernentibus, cauſa omnium clariſſime ſe prodit, quare in *generali* etiam trans-

Rer. iudicat. cur maior, quam tranſactionis auctoritas?

Quis locus inſtrumentis, ſi cauſa ſit publica?

An priuilegia haec ad imperii noſtri principes pertineant?

Quae priuilegia hoc caſu eccleſiae? Quid de tranſactione fidei ſymbolica?

(b) In diſſertatione inaugurali de remediis contra rem iudicatam cap. III. num. 7. pag. 47.

(c) Capite III. §. 5.

(d) De reſtitut. in integr. qu. LXXVI. integra.

(e) In libro comment. ad ff. tit. de re iudicata praelect. 29.

(f) Capite II. §. 2.

(g) Libro III. reſolut. 1. num. 8. qui locus hic omnino conſuli, meretur.

(h) Conſilio 90. et 421.

(i) Volum. 3. conſil. 556.

(k) Part. 2. quaeſt. 66. art. 4. p. 93. collata cum quaeſtionibus 74. et 75.

(l) Conſil. 197. num. 9. 10.

(*) Quod ſi enim probatum ſit, principes noſtros iure ciuili priuato non teneri, nullae etiam Romanae leges eos tangent, ſed, uti in cunctis aliis rebus, ita in tranſactionibus quoque ſolo naturae, gentium ac publico iure utentur.

(m) Volum. I. conſil. 43. num. 80. p. 56.

[n] In

CAP. III.

tranſactione ſemper locus ſit nouis *inſtrumentis* atque probationibus, e diuiniore codice petitis. Finge hominem Chriſtianum, qui centies *ſymbolo* ſubſcripſerit, cum clauſula generali, uelle ſe ad mortis usque articulum eidem adhaerere; acceſſerit etiam iurisiurandi religio; atque renunciatio omnium eorum, quae ſymbolo deinceps opponi poſſint; peccabit ſane, qui fidem ſuam eo nexu *formulae* addixit, ſi uero nouis *inſtrumentis* atque cognitis ueritatibus locum poſtea fecerit, nihil peccat, ſed id facit, quod facere eum et recta ratio iubet et prodita in decretis diuinis ueritas. Cauſam quaeris, cur nullius hic momenti iusiurandum; renunciatio; pactum; tranſactio? Vno uerbo eandem habes, quia *res fidei* diuinae atque *ſalutis* aeternae in *arbitrio* ac *poteſtate* hominis non ſunt. Quod, quantum memini, egregie oſtendit CALIXTVS ſenior in libro de iuribus praeſcriptionum in rebus theologicis. Qui igitur eodem quoque loco habent *bona eccleſiae et eccleſiaſtica*, quod de iuribus eorum, *praeter pontificem, diſponere poſſit nulla poteſtas humana*: illis facile condonari poteſt dogma, quod inde prouenit, non ſolum *tranſigi* non poſſe de bonis hiſce, ſed etiam, ſi forte transactum de illis ſit, nullo non tempore *noua inſtrumenta* audienda eſſe et, ſi haec id uelint, reſcindendam tranſactionem, quamuis tranſactores in generali tranſactione centies illis renunciauerint. Eſt haec philoſophia *Erneſti de* EVSEBIIS (n), qui *Osnabrugenſem* pacem magna animi contentione his argumentis impugnauit. Reſpondit eidem *Ioan. Caramuel de* LOBCOWICZ (o), pontificius, ſed placito cauſae noſtrae admodum pernicioſo. Scilicet eccleſiaſtica bona per *Oſnabrugenſem tranſactionem* non tam noſtra facta iure ac titulo bono, quam illud ſolum ibi conſtitutum, *detentionem eccleſiaſticorum bonorum* (quamuis haec iniuſta et uiolenta uideatur) non impeditum iri a transactoribus, Caeſare ac ordinibus pontificiis. Neque a uirulento atque inſidiarum pleniſſimo dogmate ſibi ſatis proſpexit *Iohannes Georgius* DORSCHEVS (p), qui magno atque incredibili adparatu Oſnabrugenſis tranſactionis iura eſt contuitus. Cum quo iungi poſſunt auctor uindiciarum *Ludouicus de* MONTESPERATO (q) et ſcripta eius generis alia, quae minoris ſunt momenti. Noſtra doctrina, a *D. praeſide* alibi prodita (r), eccleſiaſtica bona praecipui iuris nihil habent in tranſactionibus: modo illi de iis tranſigant, quibus eſt facultas id faciendi. Principem uolo, cuius officium eſt, rerum diuinarum adminiſtris cultu ac uictu proſpicere atque pauperum indigentiae ſubuenire. Si igitur ille ignoratis etiam inſtrumentis renunciauerit: fruſtra haec, bona fide ſemel finita tranſactione, iterum allegabuntur. Hoc naturae ac diuina iura ſuggerunt. Quid canones pontificum, manifeſto partium ſtudio in propria cauſa, hic diſpoſuerint, tractauit *Sfortia* ODDVS (s). Ego etiam priuilegium hoc, ſi in rebus *pupillorum fiſci*, *reipublicae* aliisque id euictum ſit, de quo hactenus dubitaui, *eccleſiis* nolo inuidere. Impune magis ueritas, pietas, Deus ac princeps laeditur: quam clerus.

Quid de tranſactione Oſnabrugenſi?

§. VII. VIII. IX.

§. VIII. Multum etiam roboris contra dogma noſtrum tribuunt *leg. 31. ff. de iureiurando*. Ita autem haec: *admonendi ſumus, interdum etiam poſt iusiurandum exactum permitti, ex integro cauſam agere, ſi quis noua inſtrumenta, ſe inueniſſe, dicat, quibus nunc ſolus uſurus ſit. Quod ſi inter ipſos iureiurando TRANSACTVM ſit NEGOTIVM, non conceditur eandem cauſam retractari.* Exiſtimant igitur, clarum eſſe, ut, quamuis in re iudicata locus ſit quandoque nouis inſtrumentis; idem tamen minus procedat in tranſactionibus. Reſp. Legem non de uulgari, id eſt, *ſpeciali* transactione accipiendam eſſe; ſed de *generali* tantum, quae comitem habeat omnium documentorum renunciationem. Fauent huic explicationi non ſolum illa, quae hactenus ſcripſi; ſed quae in eadem hac lege ſigillatim reperiuntur. Principio dicitur: *ſi negotium tranſactum ſit*, id eſt, ſi *res* litigioſa, quod ſignum eſt generalis tranſactionis; in *ſpeciali* enim *de negotio* aut etiam de allegato litis fundamento tantum tranſigitur. Deinde ratio extat, *eandem cauſam non concedi*, ut illa retractetur. In *ſpeciali* autem tranſactione non *eadem cauſa* affertur, ſi, quod tranſactoribus ignoratum, non cogitatum, aut errore inuolutum eſt, in medium producitur.

L. 31. ff. de iureiur.

§. IX. Eiusdem plane generis reſponſione conficitur, quod ex *l. 78. Lucius §. 16. heres eius ff. ad SCt. Trebellianum* aduerſus ea, quae hactenus docuimus, adfertur. Lex talis eſt: *Heres eius, qui, poſt mortem ſuam rogatus uniuerſam hereditatem reſtituere; minimam quantitatem, quam ſolam in bonis fuiſſe,*

L. 78. §. 16. ff. ad SCt. Trebellian.

(n) In iudicio theologico, an pax, qualem proteſtantes deſiderant, ſit licita, edit. 1647. 4t.

(o) In libro, cui titulus, Sacr. Rom. Imp. pax licita demonſtrata edit. 1647. 4t. Hoc enim nomen auctoris huius libri eſſe, mihi conſtat.

(p) Inuectiua in uehiculum iudicii theologici Erneſti de Euſebiis, num pax ſit licita, edit. Argent. 1648. 4t.

(q) In uindiciis pacificationis Oſnabrugenſis a declaratione nullitatis ab Innocentio X. papa edit. Loodini, loco pſeudonymo 1653. 4t.

(r) In comment. MSCto ad iurisprudent. publ. uiri illuſtris Dni Cocceii.

(s) Part. 2, reſtit. in integrum Q. LXXV. art. 11. pag. 173.

[t] De-

CAP. III.

§. X. XI. XII.

fuiſſe, dicebat, reſtituit poſtea, repertis inſtrumentis, quadruplo amplius in hereditate fuiſſe cognoſcitur, quaeſitum eſt, an in reliquum fideicommiſſi nomine conueniri poſſit? Reſpondit, ſi non tranſactum eſſet, poſſe. Reſp. Si lex de *uulgari* ſeu *ſpeciali* tranſactione intelligenda, iniqua fouet et aliis legibus repugnantia. Quare recentiſſimus auctor *Ioh. Wolfg.* TEXTOR (t): *lex haud uidetur excludere laeſionem; ſed tantum ſi de laeſione tranſactum ſit.* Tum enim ea locum habent, quae ſuperius (u) a nobis commonſtrata.

L. 6. ſi non C. de iur. et facti ignorantia.

§. X. Non plus momenti habet *l. 6. C. de iuris et facti ignorantia*, quam nobis aduerſam eſſe, opinantur. Verba eius ſunt: *ſi non tranſactionis cauſa; ſed indebitam materiam uos ſpopondiſſe animaduertit rector prouinciae, reſidui liberationem condicentes audiet.* Reſp. ſuperius euictum eſt (x) erroris cauſa omnino reſcindi uulgarem tranſactionem; igitur et hic locus erit inſtrumentis, niſi quoque de ipſo *errore* fuerit tranſactum. Ita enim *rata demum erit tranſactio* l. 1. §. 12. fin. ff. ad *SCt. Tertull. et Orphitian.* Quia remittentibus iura non datur congreſſus *l. 14. §. 9. ff. de aedilitio edicto.*

L. 2. C. de tranſact.

§. XI. Nihil itaque miror, *legem 2. C. de tranſact.* ita praecipere: *Tranſegiſti cum ſorore tua de hereditate et certam pecuniam dare, cauiſti. Etiamſi nulla fuiſſet quaeſtio hereditatis, tamen propter timorem litis, tranſactione interpoſita, pecunia recte cauta, intelligitur.* Sane qui tranſactor propter litem effictam *ſciens* aliquid *dat*, aut inſtrumentis *renunciat*, ſi haec poſtea prodiderint, nullum unquam litis fundamentum fuiſſe, is ſibi tribuet, quare adeo largiter tranſegerit. Atque de hoc caſu, non alio ullo, loquitur quoque haec conſtitutio. Quid enim iuris ſit, quando neutrum ex his factum eſt, docui ſuperius (y). Eadem prorſus ratione facile erit ad conciliandum reliquas quoque leges, nobis obiectas, quas laudabimus tantum, ſi quid dubii ſuperſit, conflictui luculentiorem diſſolutionem reſeruaturi. Sunt uero in hac eademclaſſe *l. 23. nec intentio C. de tranſact. l. 65. in ſumma §. 1. et quidem ff. de condictione indebiti*, quae uerba inprimis ad doctrinam noſtram expendi debent, cum clarius ibi ICtus, quam ullibi contra nos ſentire uideatur. *L. 11. pro dubietate C. de condictione indebiti*, atque haec ceteris manifeſtior eſt, praeſumtionem tranſactionis non uulgaris faciendam eſſe, cui congrua prorſus ſunt, quae habent *l. 21. quod ſi deferente me ff. de dolo malo* et *l. 15. a Diuo §. 3. ſi pignora ff. de re iudicata.* Plures citare atque conquirere nolo, cum nihil in aliis reperiam, quod, remedio, ſaepius commendato, nequeat expediri.

§. XII. Iure igitur patriae noſtrae communi, dogmati noſtro conciliato, difficiliora impedimenta ſupereſſe, uidentur, in ſingulatium prouinciarum conſtitutionibus. Nobis autem ſufficit, per hactenus dicta, oſtendiſſe, iſta in hoc genere ſtatuta et naturae et Romanorum legibus obuiam ire. Siue autem conſiliarios principum peruerſa diſſolutatum legum interpretatio ſeduxerit, ſiue occupauerit eorum animos auctoritas doctorum, ſiue alii ciuium mores alias leges poſtulauerint: ſuo loco, ad declinandam inuidiam, relinquo (z). *PALATINAE* conſtitutiones (a) interpretes iuris Romani claris uerbis ſequuntur: *Daß ein Theil den Vertrag umſtoſſen wolte, dieweil er etliche neue Brieffe, Inſtrument oder Urkunden, nach der Vertrug Handlung gefunden, die er vermeint, daß ſie ihme ietzt erſt zu Hülffe kommen ſolten, iſt ihme mit nichten zugeſtatten. Es wære dann, daß die Sachen minderiæhrige Kinder, der gemeine Nutzen* (cauſa publica) *Kirchen oder andere milde Sachen antreffen, in welchen Fællen es zur richterlichen Erkæntniß ſtehen ſolle.* Huic fere congruum eſt ius PORVSSICVM (b), ut opus non ſit, locum ex eo recitare. Omittimus ſtatuta alia et *MAGDEBVRGICI* (c) inprimis aequitatem hic commendamus, non ſolum, quod ad dogma noſtrum illud propius accedat; ſed etiam in Academica huius prouinciae diſſertationem proponamus. Ita autem illud; *Obgleich iemand erweiſen wolte, daß ihme zu Zeit des aufgerichteten Vergleichs mehr denn noch einſten ſo viel gebühret, als ihme in dem Vergleich zukommen, oder er durch denſelben dreymahl weniger erlanget hætte; ſolle dennoch der Vergleich dardurch nicht aufgehoben; noch die Erfüllung des Mangels geſuchet werden.* Non igitur, quod tamen in Saxonia fit, locus hic eſt *l. 2. C. de reſcind. uendit.* propter cuiusuis etiam generis laeſionem, qua de re ſuperius (d) actum. *Obgleich auch die Urkunden, woraus er die Verletzung zu behaupten, vermeinet, nachhero gefunden worden.* Quamuis inſtrumenta poſt reperta ſint, adeoque *lege* non uiuitur *19. et 29. C. de tranſact.* Quod tamen hoc interpretationem accipiat, noſtrae doctrinae (e) conformem, illud ex ſequentibus patet: *Er kænnte*

(t) Deciſion. nouiſſimar. XVI. num. 13. pag. 69.

(u) Cap. 2. §. 3.

(x) Cap. 2. §. 5.

(y) Cap. 2. §. 6.

(z) Quae capite II. §. 10. liberiori aliquantiſper calamo ſcripſi, ea nunc repetere nolo.

(a) *Churpfaltziſ. Landrecht von Handthierungen* c. 13. p. 23.

(b) *Landrecht der Preſſen* l. IV. tit. 15. p. 187.

(c) *Policey-Ordnung* cap. 46. §. 1.

(d) Cap. 2. § 9. § 10.

[e] Capite 3. §. 6. plene copioſeque de generali tranſactione expoſitum.

[f] Eius-

kœnnte denn, wie Recht darthun und erweiſen, daß er die Vrkunden, woraus Er die Verkürtzung behaupten will, zur Zeit des Vergleichs, von demienigen, welcher ſolche bey ſich gehabt, nicht erlangen kœnnen, ihm auch derſelben Inhalt nicht wiſſend geweſen. Auf ſolchen Fall würde der Vergleich billig aufgehoben. Scilicet ſi inſtrumenta *ignorata* fuerint; aut *non cogitata*; multo magis ſi *erroribus* res fuerit inuoluta (f). Atque hoc idem illud eſt, quapropter poſt tranſactionem nos, per hactenus aſſerta, locum dedimus nouis inſtrumentis.

Syllabus doctorum ſententiae aduerſae.

§. XIII. Supereſt, ut doctorum mentionem etiam hic faciam, qui noſtro dogmati contradicunt. Eo facilius eſſet, ingentem eorum numerum recenſere: quo difficilioris operae ſuperius fuerat, uel unicum reperire, qui nobiscum faceret ſentiretque. Sed in quem finem hoc fieret? Argumentis deſtructis, nihil ſane nomina auctoritatemque eorum ueremur. Vnum tantum et alterum nominabimus ex illis, qui rigidi nimis atque iniqui ſunt rerum aeſtimatores. In hoc numero ſunt; *Octauian.* CACHERANVS (g); *Aug.* BEROIVS (h); CVRTIVS iunior (i); *Stephanus* GRATIANVS (k); *Hugo* DONELLVS (l); *Caſpar* MANZIVS (m) et alii plures. Hi enim quaeuis INSTRVMENTA, poſt tranſactionem explodunt, quodcunque demum cauſae momentum illa habeant. Siue ignorauerint iura ſua tranſactores; ſiue erroribus lapſi; ſiue ſolertia alterius inducti fuerint; ſiue plus quam altera parte laeſi: nihil officere ſcribunt ſacroſanctae tranſactioni. Non titulum, non iura hic quaeri: ſed unicam uocem, an tranſactum. Hanc ex iniuſto iuſtum; e curuo rectum; e tenebris lucem; ex nube Iunonem facere. Nil Deum in conſcientiis; Caeſarem imperiali reſcripto nihil poſſe; in omnibus foris iudiciisque plus quam Pythagoreum ſilentium imponi uocabuli unius ſuſurro, TRANSACTVM. Quo ictu hydram confecerint hactenus allata, illud iudicio beneuoli lectoris committo.

(f) Eiusdem enim Magdeburg. Statuti cap. 46. §. 3. ita ſe habet: *werde aber iemand, wie recht, darthun, daß er ſich aus Irthum oder nur zum Schein,* [ſi cauſa certa et indubia] *verglichen, ſo wird der Vergleich billig aufgehoben.*

(g) Deciſ. Pedemont. 91. n. 23.

(h) Conſil. 169. n. 25. pag. 730. quo uehementiorem in hoc caſu non reperi.

(i) Conſ. 150. num. 16.

(k) Diſcept. forenſ. cap. 861. n. 8.

(l) In comment. ad tit. 4. de tranſact. p. 81.

(m) In centuria deciſion. palatinar. quaeſt. 46. pag. 220. ubi reſponſum habet, ad quod traditum hactenus dogma merito exhorreſcit.

ADPENDIX.

OCcurrit in domo *HASSIACA* illuſtre exemplum impugnatae tranſactionis. De qua publici libelli ſuperſunt, nominum, quae ſequuntur. *Illuſtre ſpeculum demonſtrationis, in quo uidere licet: iusiurandum a principe WILHELMO Haſſ. Landgr. ſuper iniquiſſima* tranſactione *praeſtitum nec illum nec filium obligauiſſe* an. 1646. f. Cui ſcripto alius addidit *notabilia ad tranſactionem inter WILHELMVM atque GEORGIVM Landgrauios ann. 1627. initam* edito 1646. f.

OPVSCVLVM II.

DE PSEVDOTVTORE ET CVRATORE NOTARII.

Menſe Decembr. CIↃ IↃ CC XII.

S. D. G.

INGRESSVS.

QVod multis admadum egregiis reique publicae haud parum utilibus officiis euenire ſolet, ut partim ob promiſcuam ad ea ruentium turbam, partim ob illorum, qui eadem exercent uel imperitiam uel negligentiam ſenſim uileſcant; id notariorum quoque muneri contigiſſe, tam noſtrorum temporum experientia, quam praeteritorum ſatis teſtatur. Etenim qui notariis conceſſa priuilegia ſatis inſigna (uid. conſt. Maximiliani I. de anno 1512. *es iſt auch ein* Notarius et §. *es ſollen auch) qui frequentem, quem in negotiis et iudicialibus et extraiudicialibus praeſtant uſum, recte perpenderit, haud facile praeſtantiam eorundem ac neceſſitatem in dubium uocabit. Qui contra prodigioſum illorum non paucis in locis exiſtentium numerum, qui craſſam ualde multorum inſcitiam, qui ſummam aliorum in eo, quod probe ſciunt, exequendo incuriam ob oculos ſibi poſuerit, is profecto contemtum, cui paſſim patent et quem uix effugere poſſunt, quotquot ex illorum ordine partes ſuas laudabiliter explent, nec mirabitur, nec ex aliis, quam quas memorauimus, cauſis deducet. Sunt ſane, qui ob* arg. l. 2. ff. rem pupilli *ſaluam fore: item* ob l. 18. ff. d. adopt. *notarios inter uiles habeant perſonas, quod omnium ſeruitiis atque obſequiis deprehendantur obnoxii, uid.* gloſſ. in l. 15. C. de decurionbus. *Licet uero tantum abſit, ut hoc ipſorum exiſtimationi aliquid detrahat, ut ad laudis cumulum potius, nunquam non praeſto eſſe aliorum neceſſitatibus, pertinere uideatur: fateri tamen cogimur, inueniri quosdam nimis ſolertes in officiis promiſcue praeſtandis ſuisque ſimul utilitatibus exinde promouendis, ut ſaepe poteſtatis legitime ſibi conceſſae, terminos excedant falcemque in alienam meſſem immittendo, ſi non contemtum, indignationem ſaltem aliorum iure optimo mereantur. Multa ſunt, quae in claſſen iurium notariis non competentium et nihilominus temere a quibusdam uſurpatorum referri poſſent, ſed placet unicum duntaxat, quod in tutoribus uel curatoribus conſtituendis conſiſtit, non allegare tantum, ſed etiam ſpeciminis inauguralis loco, quantum temporis ac uirium ratio permittet, ita tractare, ut ad notariorum officium neutiquam illud trahendum eſſe manifeſtum fiat. Quod dum ingenii ſaltem exercendi, non alios erudiendi gratia ſuſcipio, nec ſupremi numinis auxilio nec lectoris humaniſſimi fauore me deſtitutum iri confido, utrumque certe, qua debeo, deuotione atque obſeruantia exopto.*

§. I.

Notarii definitio.

NE plus, quam hic par eſt, operae terminorum explicationi impendamus, *notarium*, quem *tabellionem* quoque interdum cum aliis appellabimus, ita deſcripſiſſe ſufficiet; quod ſit perſona publica *L. 24. C. d. adminiſtr. tut. L. fin. §. 2. C. d. iur. delib.* ab eo, qui ſupremam poteſtatem (a) habet (uel immediate uel mediate, e. g. per comitem palatinum) conſtituta, ut de rebus geſtis ad

(a) Atqui in notitia medii aeui occurrunt notarii, quos adpellauit epiſcopus, princeps, comes, magiſtratus. Verum habuerunt illi etiam hanc facultatem a Caeſare aut papa Exemplo antiſtitis Magdeburgici, qui ſingulari priuilegio inſtructus eſt creandi notarios.

§. II.--V.

ad perpetuam fidem ſolennia inſtrumenta conficiat. Qui plura de illis ſcire cupit, conſulat ANONYMI *artem notariatus an. 1552. Lugduni impreſſam*, VOLCKMANNI *artem notariatus*, STRVVII *diſſertationem de notariis*, BESOLDI *theſaurum practicum* (b) *alioſque multos.*

Tutoris.

§. II. Per *tutores* hic intelligimus eos, quibus poteſtas competit tuendi impuberes, qui ob teneram aetatem ipſi ſe defendere nequeunt *pr. inſt. de tutelis.* Horum nonnulli dicuntur *teſtamentarii*, alii *legitimi*, alii uero *datiui*, prout nimirum uel per teſtamentum, uel per legis immediatam diſpoſitionem, uel iuſſu magiſtratus ad hoc munus vocati fuerunt. Plura de illis hoc loco afferre nihil attinet, cum ex infinitis iuris noſtri libris atque commentariis reliqua facili negocio peti poſſint.

Curatoris.

§. III. *Curatorum* appellatio denotat eos, qui uel per teſtamentum, uel per expreſſam legum uoluntatem, uel per magiſtratum, ad id conſtituti ſunt, ut adminiſtrent bona, uel conſentiant in negocia illorum, qui minores *pr. I. de curat.* uel furioſi, *§. 3. I. eod.* uel mente capti, uel muti et ſurdi, uel ſimili morbo perpetuo, quo impediti rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, affecti, §. *4. I. eod.* uel prodigi *L. 1. ff. de curat.* uel abſentes, *l. 3. C. poſtlim. jung.* SCHILT. *ad ff. Exercit. 15. th. 72.* uel nondum nati ſunt, *L. 1. §. 17. 19. ff. de uentr. in poſſ. mitt.* item, qui eo fine dantur, ut certae litis curam habeant (*Kriegiſche Vormünde* uulgo appellati) *L. 1. C. de in lit. dand. tut. deciſ. elect. 35. et 41.* tandemque, qui ob ſexus imbecillitatem, Saxonicis praecipue moribus, fœminis conſulere iubentur. *Conſtit. elect. 15. part. 11. deciſ. elect. 24. Land-R. lib. 1. art. 32.*

Propoſitio, tutorem falſo creari a notario.

§. IV. De omnibus modo recenſitis tutoribus atque curatoribus aſſeueramus, quod a notariis, qua talibus, ualide dari uel confirmari nullo modo poſſint: atque hanc noſtram aſſertionem in ſequentibus paragraphis, qua fieri poterit breuitate, dabimus probatam.

Etiamſi teſtamentarius uel legitimus ſit.

§. V. Quod ad *teſtamentarios* atque *legitimos* tutores curatoresue attinet, res ipſa ſatis loquitur, quod illorum datio ſit extra ſphaeram poteſtatis notariorum ordini conceſſae, cum illi ex teſtatoris uoluntate, hi ex legis diſpoſitione oriantur, neque adeo ſecundum ius Romanum magiſtratus officium concurreret. Cum tamen hodie per *receſſ. imp. d. an. 1577. tit. 32. §. 2.* omnes, qui quocunque modo ad tutelam uel curam appellantur, magiſtratus confirmatione indigeant, quaeri fortaſſis poſſet, annon ſufficiat, ſi huius uice tutor uel curator teſtamentarius atque legitimus impetret notarii cuiusdam corroborationem. Id quod negandum eſſe, ex iisdem argumentis apparebit, quibus notarios a conſtitutione tutoris uel curatoris *datiui* proprie ſic dicti (c) excludemus, cum quae ratio eſt dationis tutorum, eadem quoque ſit confirmationis *arg. l. 1. §. 1. in fin. ff. de confirm. tut.* Neque dubium magni momenti erit, ſi dicas a notario uideri confirmatum tutorem uel curatorem teſtamentarium eo ipſo, dum teſtamentũ, quo nominatus eſt, coram eo ſiue ſcriptura ſiue nuncupando conficiatur. Vti enim actus teſtamenti ſactionis non a notario, qua tali, ſed a teſtium legitime rogatorum praeſentia robur ſuum accipit *l. 21. C. de teſtam.* ita ei tutorum et curatorum in ultima uoluntate facta conſtitutio non magis attribui poteſt, quam ipſa heredis inſtitutio cum legatis et fideicommiſſis.

§. VI. VII.

Vtrum notarius iure creator tutoris datiui?

§. VI. Tota igitur controuerſia de hac, ultimo loco memorata tutorum atque curatorum ſpecie, nimirum de *datiuis*, inſtituetur, in qua decidenda inueſtigabimus (1) an *lex* quaedam expreſſa notariis hac in parte faueat? (2) an leges, quae de eiusmodi tutoribus atque curatoribus loquuntur, earumque rationes pro iisdem ſaciant, nec ne? (3) an *rationes* legum, quae notariorum officia determinant, quoad hunc articulum, aliquid pro ipſis contineant? (4) an *neceſſitas* quaedam urgeat, ut facultatem, de qua quaeſtio eſt, ipſis indulgeamus? 5) an *utilitas* aliqua ſubſit, quae idem ſuadeat? Quibus omnibus rite ponderatis, cum apparuerit, nihil horum affirmari poſſe, euidens fore exiſtimamus, quod notarii nihil plane in conſtituendis tutoribus uel curatoribus ſibi tribuere poſſint,

Num illi I. hoc ius ex legibus?

§. VII. Quod ad primum attinet, nullam adhuc conſpicere licuit legem, ſiue imperii noſtri, ſiue denique in Saxonicis aut aliis prouinciis obtinentem, quae notariis poteſtatem concedat, tutorum uel curatorum dationi ſe immiſcendi. Contrariam ergo ſententiam defendentibus incumbet, eiusmodi legem uti nobis oſtendant. Imo ne conſuetudine quidem

(b) Addi poſſunt inprimis *TVSCHIVS*, cuius in hoc argumento loca ſunt inſtructiſſima. Quorſum etiam pertinent *Icti camerales* et ex humaniori iurisprudentia Iac. GOTHOFREDVS ad C. Th. PANCIROLVS *in notit. imp.* GVTHERIVS *de offic. dom. Aug.* do FRESNE in theſauro medii aeui. Taceo *Knauſtinum*, *Hornigkium*, *Magonium*, *Tuſſuram*, *Weiſſium*, *Mayerum*, aliosque ſcriptores ex inſtituto de iuribus notariorum.

(c) Moribus enim hodiernis omnes tutores quodammodo *datiui* ſunt, et in *legitima ac teſtamentaria* tutela uix ſupereſt priſtini iuris umbra. Inde iudex hodie non admittit tutorem, ſi is uel *teſtamentum*, ubi nominatus ſit, uel *genealogicam* tabulam, unde conſanguinitas patet, in medium prodoeat. Verum ubique opus formula iudicis tutelari, quam adpellamus nomine *tutorii*. Vt adeo haec tutelarum genera ex iisdem cauſis *notario* negentur, quam datiuae.

[d] Sci-

§. VIII. IX.

tale quid uſpiam introductum eſſe inuenimus.

II. An ex legum rationibus?

§. VIII. Sed uideamus, annon deficientibus *legum* uerbis illarum *rationes* pro notariis hactenus allegari queant? Et primo quidem loco, quidnam diſponat *ius ciuile*, conſideremus. Hoc tutores (idem de curatoribus argumento *L. 21. ff. d. tut. et curat. dat.* dicendum) non ab aliis conſtitui uult, quam a principe *L. 6. pr. ff. d. excuſ.* uel a magiſtratu et quidem non indiſcriminatim ab omni, ſed ab eo, cui ſpecialiter illud indultum. Tales autem magiſtratus fuerunt conſules *§. 3. I. d. Attil. tut. L. 1. §. 1. ff. d. confirm. tut. uel cur.* uel ſoli, uel adhibita maiori parte tribunorum plebis *pr. et §. 3. I. d. Attil. tut. L. 45. §. 3. ff. d. excuſ.* praeſides prouinciarum *pr. et §. 4. I. d. Attil. tut. L. 1. ff. d. tut. et cur. dat.* proconſules *L. 1. pr. ff. eod. L. 1. pr. ff. d. confirm. tut.* legati proconſulis *l. 8. §. 1. ff. d. tut. et cur. dat. L. 15. ff. d. offic.* proconſ. praefecti Romae *§. 3. I. d. Attil. tut.* praefecti Aegypto *L. 1. pr. ff. de tut. et cur. dat.* magiſtratus omnes municipales uel accedente iuſſu praeſidis *§. 4. 5. I. d. Attil. tut. L. 2. §. 23. ad Sc. Tertull. tot. tit. de magiſtr. conuen.* uel conſentiente epiſcopo ciuitatis *L. 30. C. d. epiſc. aud. §. 5. I. d. Attil. tut.* Tandemque decuriones, quoties ſcilicet non aderat municipii magiſtratus *L. 19. pr. ff. d. tut. uel curat. dat. L. 1. pr. ff. d. magiſtr. conu.* Nunc indicetur (d), num ab ullo eorum, quos modo recenſuimus, argumentatio iuſta procedat ad notarios.

III. Ex conſtitutione Germanici imperii?

§. IX. Iure imperii is tantummodo tutelae curaeue onus imponere poteſt, qui ordinariam in pupillum minoremue habet *iurisdictionem*. Etiam leges Germaniae uetuſtiores in tutoribus conſtituendis non aliam faciunt mentionem, quam iudicis. Ita in legibus WGOTHOR. *lib. 4. tit. 3. §. 3.* claris uerbis dicitur, quod *in praeſentia iudicis conſanguinei et parentes liberis ſuis debeant tutores nominare*, *a iudice* confirmandos. Conuenit cum his media iuris prudentia fide et auctoritate utriusque ſpeculatoris Saxonici et Sueuici, quorum loca facile euoluuntur. Accedit omnium Germaniae ſtatutorum, quam uaria haec et multiplicia ſint, maximus concentus. Quo fine centum ſtatutorum nomina congeſſit cumulauitque Gieſebertus *periculo II. ſtat. artic. 20. n. 83. 84. 95. p. 79. 80. ſq.* Vbi uno ueluti calamo ſcribitur: prouincias Germaniae ab aliis tutores neque petere neque expectare, quam a ſolis *iudicibus*, necquicquam uel ab officialibus aliis uel perſonis peregrinis. Neque noſtrae reipublicae ratio aliud quid patitur. Olim apud Romanos unus princeps aut reſpublica una: reliqui ordines omnes fuerant ſimplices *officiales*. Quapropter imperator horum poteſtatem et iurisdictionem pro ſuo arbitratu temperare, nunc proferre iterumque contrahere poterat etiam in tutelis. Quod aliter ſe habet in Germania. Vbi iurisdictio in ſingulis territoriis propria eſt ordinibus. Quorum iura laedere nefas eſt. Vt adeo *ius tutelare*, quod iurisdictioni aut ſuperioritati cohaeret, inde neque diuelli poſſit neque *comitum palatinorum* uel *notariorum* ſocietate diminui. Taceo, quod *iurisdictio* hodie in fundis praediisque aeſtimetur referaturque ad *reditus* eorundem fructuarios, praeſertim etiam facultas concedendi tutoria et curatoria, quae ſemper lucroſa ſunt. Itaque non ſine iniuria *iudicis* landſaſſii aut domini territorii notarius ſibi eiusdem generis *ſportulas* ac quaeſtus adrogaret. Sicut iis, qui immediate imperio ſubſunt, *camera imperialis* uel *iudicium aulicum* defenſores uel adminiſtratores eiusmodi conſtituere debeat, illi uero, qui mediate ſunt imperio ſubiecti, eosdem accipere iubeantur a ſuo quisque magiſtratu (e). *Vid. ordinat. polit. Rudolphi II. de anno 1577. tit. 32. §. 1. verſ. So wollen wir. ordin. cam. P. 3. tit. 3. Reichs-Hoffraths-Ordnung tit. 2. §. So wollen* GAIL. *obſ. l. 1. n. 47.* SCHÜTZ *de ſtat. rei Rom. uol. 2. diſſ. 8. theſ. 12.* Reinking. *de regim. ſec. et eccl. lib. 2. claſſ. 2. cap. 14. n. 20.*

§. IX.

§. X.

(d) Scilicet, niſi uoluntas parentum uel ſanguinis ratio proſpexerat pupillis, eorum tutela fuerat penes *principem* aut *rempublicam*. Horum igitur opus eſt *uicariatu* ſiue quis nominet tutorem, ſiue quis tutor ab alio nominetur. Quemadmodum legitimi et teſtamentarii tutores recte adpellantur *uicarii parentum*. Ad neutrum uia pater notariis.

(e) Imo ſunt aliqui in ea quoque ſententia: quod ius tutelare in Germania et principis ſit territorialis tantum, uel illius cui nominatim princeps illud conceſſerit. Quoniam huius maximopere intereſt, ut bona uitaq; bene conſeruetur pupillorum, quo ſubditos habeat, olim reipublicae utiles. Inde fruſtra Ant. Mathaei ad *tit. inſt. de Attil. tut. n. 5.* ad errores nouantium ICtorum refert hunc, quod Simon van Leewen ad *Rhynland. conſt. part. 2. c. t.* tutoris dationem nonniſi illi uelit ordinarie tributam, qui mero inſtructus ſit imperio. Idem enim ante illum innumeri ICti alii dixerunt docueruntque, quorum nomina congeſſere Hunnius *uar. reſol. lib. 2. tract. 4. quaeſt. 13.* et plenius Balthaſar ICtus *Boicus tit. 5. reſol. 2. n. 82. ſeq.* Neque dubitauerim illud obtinuiſſe quondam in Germania, quod landſaſſiis nullum genus fuit iurisdictionis. Sed hodie, poſtquam iurisdictio omnibus fere *landſaſſiis* eſt tributa, cum eadem quoque a curia principis ad uillas eorundem iura tutelaria transmigrarunt. Eoque facilius, quod ibi domeſticorum curta plerumque ſupellex et miſera ſors, ut operae pretium non ſit, principis curiam hoc tutelae genere fatigare. Quicquid ſit, iniuriam faceret *notarius* tutoris creator principi uel directe uel indirecte, laedendo iura landſaſſii ſubditi aut uaſalli. Taceo quod plurimae etiam ciuitates alant ſigillatim *iudicia tutelaria*, *Vormundſchaffts-Gerichte*, quibus tutoris *datio* competit *priuatiue*, cum aliis, tum comitis palatini et notarii excluſis conatibus. Quod non fieret, ſi regnaret in negotio tutelari unius hominis, etiam aduenae peregrini, neſcio quae, autoritas.

(f) In-

§. X. XI.

IV. Sigillatim Saxoniae inſtitutis.

§. X. Conſpirat in eo cum iure imperii uniuerſali *ius Saxonicum*, *magnif. Dn. Lüd. Mencke in tract. ſynopt. pandect. ad tit.* de tutoribus et curatoribus *datis*, ſcilicet ut ſchrifftſaſſüs tutores atque curatores conſtituantur a principe, reliquis a magiſtratu inferiorem habente et quidem ab eo, qui ſecundum circumſtantiarum diuerſitatem uel ratione domicilii impuberis minoriſue, uel ratione bonorum ſitorum, uel ratione nexus feudalis, uel ratione contractus litiſue pendentis intuitu *der Kriegiſchen Vormunde* competens ſit. *Ord. proc. Sax. tit. 45. §. fin. deciſ. elect. 41. et 59.* Carpz. *part. 2. conſt. 15. def. 16.* Eadem quoque in *Gallia*, in *Belgio*, in *Poruſsia* et alibi obſeruari docet HOPP. *in uſ. hodiern. inſt. ad tit. d. Attil. tut.* (f).

V. Ratio conſultiſſima, qua tutorem dare ſit iurisdictionis.

§. XI. Nec ſine grauiſsimis cauſis factum uideri debet, ut iurium, quae allegauimus, auctores noluerint deſignationem uel confirmationem tutorum atque curatorum ad aliorum, quam ad magiſtratuum curam pertinere. Nimirum 1) aequitas exigit, ut perſonis bonisque minorum ab iis potiſsimum proſpiciatur, quorum et officium poſtulat et maxime intereſt, ut ſinguli ſalui ſint. 2) Cum ad munus tutelae curaeque, tanquam publicum, ſuſcipiendum et admittendum inuiti quoque debeant compelli, *l. 214. ff. d. V. S. rec. imp. d. anno 1577. tit. 32. §. 1.* oportet utique, ut cogendi autoritate atque mediis inſtructus ſit, qui talia iniungere cupit. 3) Vt eo melius intacta ſeruentur iura impuberum atque minorum, ſaepe non ſolum inquiſitio in mores atque facultates futuri tutoris atque curatoris inſtituenda, ſed et cautio ac *iurisiurandi* praeſtatio ab eodem poſtulanda, *l. 5. l. 7. §. 1. ff. d. confirm. tut. uel cur. l. 27. C. d. epiſc. aud. Nou. 72. cap. 8. dict. rec. imp.* §. 3. ob quorum neglectum, ſi forte laeduntur ſub tutela curaue conſtituti, regreſſus iis conceditur ad indemnitatem conſequendam, contra eos, qui talia in ipſorum utilitatem exigere debuiſſent *tot. tit. ff. de magiſtrat. conueniend:* Quis uero melius ſcire poteſt (g) indolem ac bona ciuium, quisque efficacius eosdem ad ſatisdandum adiget, quam qui illis praeeſt? Cuius denique fides ſecuriores reddet eos, qui tutorum uel curatorum indigent, quam cui publica fides eſt commiſſa?

§. XII. XIII.

Quae ceſſant in notariis.

§. XII. Iam quam parum haec omnia quadrent ad notarios, primo ſtatim intuitu in oculos incurrit. Sunt enim neutiquam *magiſtratus*, uid. huius *diſſert.* §. *13.* §. *17. et 18.* ac propterea et aſſeſſoribus, qui conſilio ipſis ſubuenire queunt, et autoritate, in inuitos aliquid ſtatuendi, et fide, quae ſatis ſecuros reddere poſſit impuberes, minores, ſimilesue perſonas, praecipue ob facultatem mutandi forum, plane deſtituti.

VI. Ex indole artis notariorum tutoris dationi contraria.

§. XIII. Quod ſi *naturam* ipſam atque finem *artis*, quam *notarii* exercent, propius intueamur, nihil uel ex illa, uel ex hoc erui poterit, quod tutorum atque curatorum conſtitutionem ipſis competere euincat. Vtriusque potius accurata contemplatio euidens reddet, eo omnes muneris huius partes collineare, ut quaecunque coram ipſis uel mortis cauſa uel inter uiuos geſta ſunt, ita literis conſignentur, ne ueritas (h) eorum in dubium poſtea uocari unquam poſſit. *Veritatis* igitur teſtes omni exceptione maiores ſunt notariorum inſtrumenta, rite confecta, uid. Speculator *tit. de inſtrumentorum edit. §. reſtat. n. 37.* ualiditatem autem actui conciliare nequeunt, ſi hic forte alio modo celebratus fuerit, quam qui a legibus praeſcriptus erat.

(f) Inſtructior eſt io hoc argumento Gieſebertus *in ſtatutorum* periculo ſecundo; quod aliis eiusdem opuſculis eſt rarios; Voetius in *comment. ad iaſtit.* et apud Gallos Bugnionius *de leg. ubrog.* atque b. m. Strykius in V. M.

(g) Addo cauſam aliam pſeudotutori *comitis* palatini aut *notarii* aduerſam. Qood olim apud Romanos *datiuae* tutelae ſuerint rariſsimae, adeoque facilior, hoc rerum ſtatu eſſe, poterat ICtus in *iure conſtituendi tutores* aliis tribuendo: ſed quod contra Germani aliud fere neſeiant tutelae genus, quam datiuae. Quoniam etiam in *teſtamentario* et magis in *legitimo* opus eſt aliqua inquiſitione, adeo, ut, pro iudicis arbitratu, illi poſsint repelli: hoc certe fruſtra dabitur *notario* aut *palatino*, vt in alieno territorio ipſe regnare et inſtar dictatoris, unum arcere a tutela, alterum uero ad eandem poſsit aduocare. Quid? quod ſi illud clarum eſt, quod iudices tutelares ſpernere queant ſanguinem et ultimam uoluntatem in cauſa tutelari: quis dubitabit maiori facilitate eos ridere poſſe palatini aut notarii pſeudotutorem. Ad extremum, ut princeps turbare nequit ſobditum in hoc iure, quod ei ſemel dedit: ita neque imperator turbabit illos in cauſa eadem per notarios aut palatinos multoties ad forditiem usque, Zieglero iudice, quaeſtuoſos.

(h) Plura olim genera notariorum. Alii tantum ſuerunt *amanuenſes* uel principis, uel adminiſtri, uel hominis tantum priuati. Alii compendia ſcribendi docuerunt, beneficio *notarum*, quibus uerba dicentium quam uelociſsime ipſi etiam ICti exceperunt. Alii uniuerſitatis aut collegii *litterariis* inſtrumenta tractarunt uerbisque ac formulis conceperunt, et nonnunquam occupati fuere in ſupputandis *rationibus*. Alii demum publica *fide* muniti ſunt, ad omnis generis negotia, non conficienda, ſed adnotanda. Quae diſcrimina recenſent Gothoſredus *ad l. 2. c. th. de tab.* Tiraquellus *de nobil. c. 30. n. 9.* Zieglerus *de iurib. maieſt. lib. 1. c. 26.* Cum igitur *tabellarii*, *tabelliones*, *chartularii*, *notarii* haberentur pro ſynonymis: fieri aliter non potuit, quam ut eadem uerba multiplices haberent ſignificatus, uſu aeui uulgaris inuicem turpiter commixtos. Id extra dubium eſt, quod noſtri tantum loci hic ſit notariorum genus ultimum. Aliis enim tutelaria iura nequidem tribueres ſomniando. Verum neque huic alium propoſitum eſſe finem, prodit *notarior. ordinat. de ann. 1552.* in R. I. ubi cauſas notariatus ita prodit imperator: *Nach dem, dem H. R. R. obgelegen das Amt*

§. XIV.
VII. Ex iure ob multas cauſas ſuperfluo.

§. XIV. Neque uero ut tutorem curatoremue a notario aliquis accipiat, ulla *neceſſitas* poſcit. Cum enim ultimam uoluntatem conficientes, quorum in mora periculum et frequentiſſimum eſt et ſauore digniſſimum, curatoribus non indigeant, actum autem inter uiuos celebraturi aeque facile (i) magiſtratus ordinarii ac notarii cuiusdam copiam habere, uel ſi ſecus contingat, plerumque ſine graui damno paulisper expectare poſſint, quid eſt quod a regulis iuris ordinariis hac in re diſcedere nos cogat? Vt taceam, quod quis ea, quae ratione officii expedire non poteſt, regulariter ne tempore quidem neceſſitatis facere queat. Equidem neceſſitas legem non habere uulgo dicitur et iura ſingularia propter eandem admittenda eſſe innuit. *l. 162. ff. de reg. iur. c. 78. de reg. iur. in Vlto l. 7. pr. ff. de adminiſtr. tut. l. 11. §. 1. ff. de muneribus l. 10. §. fin. ff. de excuſ. tutor. l. 5. ff. de off. proc. deciſ. elect. 1.* Notabilis etiam eſt textus in *l. 3. C. de annali except.* quo in ſubſidium coram tabulariis ad interrumpendam praeſcriptionem porrigi poſſit libellus, et in *deciſ. elect. 45.* expreſſe diſpoſitum, quod a teſtatore praeſente mortis periculo, teſtamentum coram ſolo iudice ſine actuario inſinuari poſſit in uerbis, *es wære denn des* Teſtatoris *Todes-Gefahr gegenwærtig, und der Richter kœnte den* Actuarium *ſo geſchwind nicht erlangen, auf dieſen Fall, und wenn der Richter wegen ſolcher Gefahr gerichtl.* atteſtiret, *ſoll das* Teſtament *vor beſtændig gehalten werden, auſſer welcher* neceſſitæt *aber dieſe unſere* Deciſion *nicht zu* extendiren *iſt*: Attamen eo haec extendenda non ſunt, ut ſingulare aliquod citra legis diſpoſitionem et permiſſionem admittamus, cumprimis ubi extrema neceſsitas non adeſt, quae tanquam inſuperabilis praeſumitur excepta arg. *l. 13. ff. famil.* herciſc. *l. 38. pr. ff. de leg. 3.* Hugo GROTIVS *l. 2. de iure bell. et pac. cap. 2. n. 6.* quo pertinent caſus in *l. 2. §. cum in eadem 2. ad L. Rhodiam de jactu l. 3. §. 7. ff. de incendio ruina naufrag. l. 29. §. 3. ff. ad l. Aquil.* qualis neceſsitas, ut ſupra monitum, hic non adparet, conf. Cephal. *conſ. 45. n. 282. ſeq.*

§. XV-XVII.

VIII. Rationibus minus conſultis.

§. XV. Multo minus induci poſſum, ut mihi perſuadeam, *utile* fore (k) uel toti reipublicae, uel impuberibus, minoribus, cetera, ſi ea, de qua diſſerimus, facultate tabellionibus conceſſa turbentur limites officiorum publicorum, praecluditur magiſtratibus uia cum debita circumſpectione opitulandi illis, qui aliena tuitione prae ceteris egent ac digni ſunt, denique occaſio praebeatur, facilius et minori cum ſpe remedii laedendi eos, qui uel propter aetatem, uel propter ſexum, uel propter animi corporisue morbum, aliamue cauſam ſuis ipſi rebus recte praeeſſe non ualent.

Confutatio eorum, quae nobis hic uidentur aduerſa.

§. XVI. Adeo firmo talo nititur ueritas hactenus allatorum, ut, quae dubium aliquod mouere queant, uix expectanda uideantur. Sunt tamen rationes nonnullae, ob quas, ut ſententiam noſtram uel plane mutemus, uel minimum limitemus, aequum apparere quibusdam poſſet (l).

Opp. I. quod notarii appellentur iudices.

§. XVII. Nimirum (I) uidemus, notariis *iudicum chartulariorum*, quin et *iudicum ordinariorum* appellationem tribui, idque non a priuatis duntaxat, ſed inſtrumentis creationis, quae a comitibus palatinis accipiunt, imo, quod plus eſt, ab imperatoribus ipſis, (m) quemadmodum in comitiuis tantum non omnibus obſeruari

Amt der uffnen Notarien dardurch die Handlung der Menſchen nicht in Vergeſſenheit geſetzet, ſondern in reicher Gedaechtniß gehalten werden. Pertinent haec ad fidem hiſtoricam notariis pleno iure tributam non ad genus aliquod iurisdictionis tutelaris.

(i) In tanta iudicum hodie frequentia: olim enim tota prouincia non tot iudicia habuit, quot hodie in uno quandoque oppido reperiuntur. Penes unum quondam comitem actae ſunt cauſae expeditaeque uniuerſi comitatus? qui nunc ſcinditur tanta iudicum iudiciorumque multitudine. Cuius mihi uidentur rationes fuiſſe, quod homines tot ſint, iura docti, quod landſaſſius quilibet fere donatus ſit a principe iurisdictione; quod maiora nunc litigandi libido, quam fuerat olim cetera.

(k) Hodie praeſertim, ubi tanta notariorum eſſe ſolet ſtupiditas, ignorantia et peruerſitas. Dubitarem, haec ſcribere niſi ante me hoc feciſſent alii, praeſertim *Venturn de* Valentiis *lib. 1. Parthenii litig. c. 9. n. 34.* Zieglerus de *iurib. maieſt. lib. 2. c. 26. n. 13.* Quid? quod hanc notariorum faciem deplorent leges publicae C. *Ordn. Augsb.* 1500. *tit. 13. Nachdem es die Erfahrung gezeuget, daß viele Leute durch Unwiſſenheit, Unfœrmlichkeit und Verſaumniß der* Notarien *in Schaden und Irrthum gefuhret worden: ſo will nœthig ſeyn, daß eine re*formation *der* Notarien *vorgenommen werde.* Idem repetitur uerbis ſignificantioribus *in ordin. de notar. anno* 1512. *Cœlln: Etliche* Notarien *Falſchheit mit ihren* notariat *begangen, oder ſich mit andern Miſſethaten beflecket, oder œffentlich berüchtet, under ſaumig, ungeubt und unverſtandig ſeyn.* Videat cogitetque ſecum, qui cauſae fauet, num haec de *notariis facinoroſis, ignauis, ſtupidis ac desidibus* publica teſtimonia inuitare legislatorem poſſent ad *tutelaria iura* danda notariis.

(l) In his caſtris ſemel atque iterum militaſſe iuraque tutelaria notariis tribuiſſe Wittebergenſes, illud quidem reperi apud uirum illuſtrem *Ioann. Balthaſ.* Wernerum *part. 1. obſeru. 179.*

(m) Eſſet quidem hoc ipſum pro cauſae noſtrae non leui firmamento. Quodſi enim opus eſt, ut *notarius* iure tutelari, inſtar praerogatiuae inſtruatur in principis libello, filum conſecutionis hoc eſt, quod illa facultas non competat notariis, ſi formula haec fuerit omiſſa. Quia certi iuris eſt, quod regulam firmet exceptio. Illud uero hic quaeritur: num ſiue a principe ſiue a palatino inſtrui poſſit notarius poteſtate, tutores aut curatores dandi. Ipſe libellum inaugurationis notarii uidi, his uerbis, poſt alia, conceptum: *gebe ihme auch Macht und Gewalt allerhand Vormunder*, tutores, curatores *oder Pfleger, ſo von andern erwehlet, gegeben oder geſetzet werden, zu* confirmiren

§. XVIII.

uari poterit. Conferatur ſpeciatim diploma, quod comitibus ab Ortenburg a Carolo V. indultum fuit apud Volckmannum in art. *notariat.* iunge BARTHOL. *in l. iubemus. 10. de SS. eccleſ. n. 14. Paul. de Caſtro ad L. acta 45. ff. de re iud.* MYNSING. *conſ. 93. n. 30.* Neque probabile uidetur, ſolum nomen ſine re et effectu tributum eſſe, quum potius ei, cui illud conceditur, eiusdem etiam effectus non denegari poſſit, argum. *l. 2. §. 2. ff. de rebus creditis.* BALDVS *in conſil. 328. n. 6. uerſ. utrum reuocatur uol. 1.* Vnde nonnulli praeter nomen et titulum ipſum adeo poteſtatem iudicis ordinarii et ueram iurisdictionem notariis competere affirmant, ACCVRSIVS ad *l. 1. ff. de iudiciis* BALDVS *in l. 4. C. de adopt.* ALEXANDER *in l. 5. §. 1. ff. de re. iud.* (n).

Reſpond. quod hoc fiat in minus proprio ſignificatu.

§. XVIII. Sicuti certo certius eſt, a nudo nomine ad rem ipſam illationem non recte fieri, quoties indubitata argumenta utriusque diſcrepantiam exhibent, *l. 12. ff. de iure patronatus l. 10. C. de ingenuis et manumiſſis cap. 28. X. de elect.* ita iudicis titulus, quando notariis imponitur, non in ſenſu proprio ac uero, ſed abuſiue uel analogice accipitur. Quoniam ſcilicet actus quosdam, qui coram iudice alias fieri poſſunt, celebrare et iisdem fidem inſtrumentis ſuis deſuper confectis conciliare ualent. Nullibi enim legitur, notariis idem officium eandemque poteſtatem fuiſſe conceſſam, quae magiſtratui ui iurisdictionis ſuae competit, ut proinde hac non adparente nomen iudicis nonniſi titulus honoris hac cauſa acceptus ſit. Recte itaque alii iudicis ordinarii poteſtatem notariis denegant. Confer *Petr.* Barboſam *ad tit. ff. de iudiciis l. 1. art 1.* Stephanum *de iurisd. lib. 2. p. 2. c. 5. n. 1.* Mindanum *de Mandat. lib. 2. c. 69. ſect. 4.* Heig. *p. 2. qu. 7. n. 22.* Finckelthauſ. *obſ. 75.* Berlich. *p. 1. dec. qu. 3. n. 31.* Carpz. *p. 3. conſt. 3. def. 31.* (o).

§. XIX. XX.

Oppoſ. II. quod actus exerceant his ſimiles aut maiores.

§. XIX. (II). Fortius uero adhuc ſtringere uidetur, quod notarii uarios exerceant actus, qui iurisdictioni regulariter cohaerent, nimirum teſtes, quibus partes litigantes coram iudice ſuam intentionem probent, *examinando* eorumque dicta in ſcripturam redigendo, quae non ſolum in caſu, ubi periculum in mora eſt, uti uult Veſtrius *in prax. Rom. l. 6. c. 2. n. 11.* et Graeueus *concluſ. 102. conſid. 1.* ſed in omni cauſa ſummaria uim probandi habet, et admittitur: ſpeciatim de poſſeſſorio (p) ſummariſſimo agit *deciſ. elect. 1. Appellationes* porro recipiendo et apoſtolos dando, proteſtationes atque citationes inſinuando, procuratores atque ſyndicos conſtituendo, et alios ſimiles actus iudiciales peragendo: quemadmodum etiam *teſtamenta* apud ipſos aeque ac iudices recte ordinantur.

Reſpond. imo diſſimiles eſſe quod docetur ſigillatim a] in teſtamento coram notario,

§. XX. Verum enim uero facile declinari poſſunt, quae ſpecioſe obiiciuntur. *Primo* loco enim notandum eſt, quod non omnino procedat argumentum, ſi quis ab actu quodam, quem notarius non minus ac iudex expedit, ad identitatem poteſtatis et iuris concludere uelit. Nam eadem negotia, quae iudex in iudicio ui iurisdictionis celebrat, notarius extra iudicium ui ſui officii citra iurisdictionem peragere ualet. Id quod luculenter adparet, exemplo teſtamenti, quod apud acta conditum nulla opus habet ſolennitate, quam iudicis et ſcabinorum, quibus iudicium conſtituitur praeſentia et actuarii fide *l. 19. C. de teſtamentis conſt. elect. 3. p. 3. f. dec. elect. 45. et 73.* Sed in teſtamento coram notario et teſtibus condito, quae forma atque ſolennitas obſeruanda ſit, notum eſt, (q) quibus non indigeret, ſi ipſe pro

Ttt 3 iudice

miten *oder dieſelbige ſelbſt zu ſetzen und anzuordnen.* Verum enim oero etiam hoc caſu *iura tutoria* notario nibilominus negarem. Qood enim maoifeſto cum alterius iniuria coniunctum eſt: illod ne quidem a principe fieri poſſe, credendum. Si enim eius generis notarius in principis ſiue alius imperii ſtatus territorio ea poteſtate uteretur: principio peccaret in dominum ſuperioritate inſtructum, deinde in landſaſſium, uaſallum aut magiſtratum, quibus princeps idem iure largitus eſt elientelari. Quod diximos ſupra. Neque enim noſtri principes Caeſaris officiales ſunt habentque iurisdictionem eumulatiue aut eum illo concurrentem, quem inſtruere illo ſimul poſſet, ſi uellet imperator. Qua formula Romani uixeruot; a qua omninn abhorret princeps Germaniae.

(n) Tolerari is error poteſt in ICtis Italis, propterea, quod Caeſaris ibi imperium fuerat abſolutum. Sed pudeat Germanos, diſcrimen neſcire inter patriae libertatem et Germanis, uictori populo ſeruam Italiam. Forment Itali ius publicum Italiae ex ultimo et penultimo libris codicis Iuſtinianei, ant ex principiis feudorum Longobardiae, parum aut nihil peccant. Verum tamen coelum cum terra miſcent, qoi haec docere audent in Germania, quae formulam habet imperii tantopere adducti. Abſit igitur, ut, quam poteſtatem Italia dat notariis, eam nos obtrudere uelimus ordioibus Germaniae, ſuperioritate non priuilegio inſtructis, ſed iure originario.

(o) Eodem plane iure ex iisdemque rationibus idem recte negatur comiti palatino. In illis puta momentis, quae non uerſantur in Caeſarum reſeruatis. In quo numero nemo habuerit ius tutelare.

(p) *MAGDEBVRG. Proceſſ-Ordn. c. 17. Es ſollen auch die* Notarii, ſub poena irriti, *nicht befugt ſeyn, Zeugen eydlich abzuhœren, auſſer zur* defenſion *der* inquiſiten *und* ſuper facto praeſeotaoeae poſſeſſionis. Inde formula uſu forenſi tritiſſima, quod teſtes fruſtra [nulliter] a notariis anditi ab ordinario iudice auditi debeant denuo, *wurde* Titius *ſeine Auſſage nochmals vor euren Gerichten eydlich wiederhohlen, ſo ergebet in der Sache etc.* ZIEGLERVS *lib. 1. de iure maieſt. cap. 26. §. 13.*

(q) Memini caſus nouiſſimi, ubi comes palatinus ſibi hoc ſumpſit, ut teſtamentum coram ipſo eiusque notario conderetur. *Mortuo* teſtatore de ualore teſtameoti grauiter eſt litigatum. *Palatinus* cauſam ſuam ita tueri uoluit. *Principio,* dixit, ſe hoc iure inſtructum eſſe in formule comiti-

Digitized by Google

§. XX. XXI.

b] in ſyndico notarii,

iudice haberi poſſet atque aliqua iurisdictione gauderet. Ita procuratorum atque ſyndicorum conſtitutio eiusmodi actus non eſt, qui iudicis autoritatem ſemper et indiſtincte requirat, cum etiam non adhibito notario a quolibet priuato mandatum, ſubſcriptione munitum, dare poſſit. Hinc nulla urget neceſſitas, ut a notario deſuper confectum inſtrumentum pro actu iudiciali uenditemus.

c] in teſtibus notarii,

Ita media probationis, quibus in proceſſu utimur, non ſemper iudicialia ſunt. Nam documenta uarii generis extra iudicium conſcripta iudici fidem faciunt, ſi ex iis de ueritate rei conſtare poſſit. Itaque nulla ratione cogimur aſſerere, teſtium examen a notario adhibitis teſtibus ſuſceptum talem actum eſſe, qui non niſi ui iurisdictionis expediri queat. Deinde memorati actus coram notario celebrati non ſine diſcrimine pro ualidis agnoſcuntur v. g. ius ciuile non niſi in abſentia iudicis hanc notario facultatem largitur, ut ap-

d] in adpellationibus coram notario.

pellationes recipere poſſit *l. 7. ff. de appellationibus l. 2. C. de his qui propter met. iudic. non appellarunt.* Et ſimiliter ius Saxonicum electorale tum demum earum inſinuationem apud notarium factam ualere iubet, ſi iudicem nec appellationem recipere nec apoſtolos dare uoluiſſe probetur, *Reſolut. grauam.* de anno 1653. et 1657. tit. *von* Iuſtitien *Sachen* §. 30. NICOL. *proc. p. 2. c. 5. n. 3.* Et ſi recte hunc actum inſpiciamus, nihil aliud eſt, quam *proteſtatio* quaedam publice coram notario tanquam publica perſona facta, quod iudicis copia ad interponendam appellationem haberi non potuerit uid. GOTHOFRED. *ad dict. l. 2. de his qui propter met. iud. non adpell.* Quam cum etiam coram aliis perſonis honeſtis et fide dignis fieri poſſit, idem ad *l. 7. ff. de appellat.* quapropter ne quidem pro actu iudiciali haberi debet, licet ſingulari iure eodem effectus ſuſpenſionis non minus, quam appellationi coram iudice, a quo interpoſitae tribuatur.

Summatim ab actibus uoluntariae iurisdictionis u. e. c. ad contentioſam.

§. XXI. Quid quod conceſſa etiam aliqua in praedictis actibus notario iurisdictione (r), tamen iis probe perſpectis plerique *uoluntariae* non *contentioſae* erunt, ita ſcilicet comparati, ut nulla cauſae cognitione inter partes litigantes et ſibi con- A tradicentes, nullaque coactione opus habeat et in quibus autoritas iudicis non neceſſaria eſt. CARPZ. *dec. 201. n. 21. uid. l. 7. ff. de adopt. l. 2. §. 1. de off. eius cui mand. iurisd. l. 26. §. fin. de donationibus.* Sed contentioſae iurisdictionis quae ſunt, non tam facile notariis expedienda relinqui poſſunt, ad quam regulariter tutoris uel curatoris conſtitutio refertur, prout oſtendit CARPZ. *proc. tit. 2. n. 43.* MOLLER. *p. 2.* B *conſt. 15. n. 15.* LAVTERBACH *ad tit. ff. de iurisdict.* et ita inclytum ICtorum ordinem menſ. Febr 1701. reſpondiſſe relatum eſt.

§. XXII. XXIII.

Opp. III in tutoris conſtitutione rare ea requiri quae iurisdictionis.

§. XXII. (III) Obſtare uidetur, quod facile contingere poſſit (s), ut in curatore conſtituendo nec cauſae *cognitione*, nec *ſatisdatione*, nec ulla *coactione* opus ſit, id quod maxime emergit, ſi mulier Saxonica conſentientem aliquem dari ſibi pe- C tat curatorem, annon ergo hoc ſaltem in caſu, ob ceſſantes fortiſſimas, quae contrarium ſuadebant rationes, notarii confirmatio admittenda erit? perinde atque teſtium examen alias ad contentioſam iurisdictionem ſpectans, ſi illi ſponte ſua teſtimonium perhibere uelint, per tabellionem ualide expeditur. Quum enim ſupra dicti curatores neque bonorum adminiſtrationem habeant, neque aliis quam D maiorennibus conſtituantur, adeoque nec circa perſonam ipſam eorum cura occupata ſit. Vid. CARPZ. *p. 2. 1. conſt. 15. def. 31. ſeq.* BRVNNEM. *ad. l. 3. C. de in litem dando tut.* MEVIVS *p. 4. dec. 344.* quum potius eorum officium in conſilio et defenſione iudiciali conſiſtat. *uid. conſt. elect. 15. p. 2.* BESOLD. *theſ. pract. uoc. Kriegeriſcher Vormund.* MOLLERVS *l. 4. ſemeſtr. c. 41.* Schilt. *exerc. 37. §. 242.* MEVIVS *p. 5.* E *dec. 100. n. 1. et 2.* unde regulariter ſine omni inquiſitione a magiſtratu confirmari ſolet.

Reſpond. hoc notariorum tutoribus non obſtet ſolum.

§. XXIII. Sed ad haec reponere licebit, (1) quod tutelae uel curae munus imponendi ius notariis non ideo tantum, quod ad contentioſam iurisdictionem pertineat, ſed praeterea ex aliis et grauibus cauſis denegemus; hinc, unica duntaxat prohibitionis cauſa ceſſante, reliquis uis ſua non ſtatim adimetur, (2) quod ab examine

---

mitiuae imperialis. *Deinde* factum hoc eſſe inſtar iudicis et actuarii, quorum ipſe non cedat auctoritati: *Repoſuerunt* heredes ab inteſtato: et quidem ad *Imum*, palatini iura uerſari intra limites Caeſaris reſeruatorum, in quibus necquicquam numerentur iura inſtrumentorum. Ad II. *alterum*, negari conſecutionis filum, quod palatinus idem poſſit, quam iudex. Alia munera iudicis, alia eſſe palatini. Et quemadmodum iudex ſibi adrogare non poſſit illa, quae propria ſint palatino, ita pariter nefas eſſe, committere hunc μετάβασιν eandem.

(r) Nolim ego hoc dare *notario*, cuius munus in eo tantum uerſatur, ut agat publicae fidei teſtem hiſtoricum. *Memoria* illi ſufficit, neque ab ipſo expectandum *iudicium*. Vltimum quoties ſi- F bi ſumit, toties limites tranſilit ſuos uiolatque alienos. Et quaeſo quo iure hanc ſpartam ſcribae exornarent, ſi opus in illa eſſet iudicandi facultate. Accedit, quod notarii non maior eſſe ſoleat auctoritas, quam *ſecretarii* aut *actuarii* iudicialis; ſed hic animaduerſionem meretur, ſi eſt naſutulus ſuoque iudicio uti uult, cum uiuere ac pendere debeat a uoluntate aliena.

(s) Imo fere contingat ſemper. Neque enim *inquiſitio* hodie inſtituitur, niſi aliqua ratione tutor ſit ſuſpectus. Neque *ſatisdatio* exigi ſolet, niſi ob cauſas easdem, uel ſi alii adſint, qui offerant eandem. *Cautione* ideo quoque raro eſt opus, quia tutelae Germanis uel fructuariae ſunt uel *honoratae* praemio laboris.

(t) Ne-

Digitized by Google

§. XXIV. XXV.

amine teſtium, cuius inſtituendi poteſtas notariis diſerte indulta inuenitur, ad tutoris uel curatoris dationem haud quaquam pari modo conceſſam, non ualeat conſequentia, (3) quod legis in contrarium latae in electoratu Saxonico expreſſa adſit diſpoſirio. Nam in *dec. nou. 59.* ſancitur, quod licet tales curatorum conſtitutiones pro actu uoluntariae iurisdictionis habeantur, nihilominus tamen nonniſi a magiſtratu et iudice, qui uel ratione domicilii et habitationis ordinatius, uel intuitu rei ſitae aut contractus, aut litis motae compe●ens eſt, fieri poſſint, quae fori competentia ad notarium adplicari nequit; Hinc talem a notario foeminae conſtitutum curatorem in *term. reminiſcere 1698. tanquam illegitime datum* reprobauit curia ſuprema prouincialis LIPSIENSIS. Vt taceamus, quod magiſtratui etiam permiſſum ſit, monere foeminam de curatoris conditione, ſi ſuſpicio aliqua ſubſit, ex eius conſilio damnum emergere poſſe et curatorem conſtituendum non omnia ex fide geſturum eſſe, ſed fraudem moliri. Non enim adparet ratio, quare iudicis officio concredita ſit horum curatorum confirmatio, niſi ſimul ei aliquam inquirendi facultatem, num legitime, ac ſine fraude omnia fiant, nec ne, largiamur, prout ex DECIS. el. 59. colligere eſt.

Opp. IV. Quia tutoribus opus eſt in cauſis extra iudicium.

(IV) §. XXIV. Caſus occurrit, in quo ſi in ullo alio, iuſtum uidetur, ut a notario facta tutoris aut curatoris conſtitutio uel confirmatio pro ualida agnoſcatur. Scilicet ſi ad tale negotium, quod *extra iudicium* recte quidem notario, non tamen, ob contrahentium qualitatem, ſine tutoris uel curatoris interuentu peragi poteſt. Vtpote ſi ad emtionis, uenditionis ſimilemue contractum debito modo celebrandum, tutor uel curator uolens, ab eodem confirmetur, non ad alios actus ualiturus, quam, ad eum ſolum, cuius gratia partes coram dicto notario conuenerunt.

Id quod multum habet coloris

§. XXV. In *affirmantem* ſententiam abire uolentibus non ea duntaxat ſingula opitulantur, quae in antecedentibus magis generaliter pro notariis adduximus; ſed et illud ſpeciale, quod poteſtatis ſibi competentis cancellos non adeo tranſgrediatur, qui ſaltem ad actum coram ſe ſuſcipiendum, quam qui ad negotia etiam coram aliis gerenda tutorem uel curatorem confirmat. Cui accedit, quod ſic ſecretius peragi poſſe uideantur multa, quae coram magiſtratu tractata ſaepe non ſine rei familiaris detrimento nimis panderentur.

§. XXVI. XXVII.

atque roboris

§. XXVI. Maximum uero ſuae opinionis robur affirmantes petete audent ex *l. 2. ff. d. iurisd.* cuius uerba haec ſunt: *Cui iurisdictio data eſt, ea quoque conceſſa eſſe uidentur, ſine quibus iurisdictio explicari non potuit.* Vnde argumentantur, quod illi, cui facultas data ſit, ut coram ipſo actus aliquis celebrari queat, omnia quoque media adhibere liceat ad eundem actum neceſſaria (t). Ex quo porro conſequitur, ut notarius, quia ius habet inſtrumentum perpetuo ualiturum ſuper contractu e. g. emtionis uenditionis conficiendi, poſſit quoque contrahentium alteri uel utrique dare tutorem uel curatorem, ſine quo dictus contractus non ſubſiſteret. conf. Ioh. Bolognetum in *repet. dict. l. 2.*

Imo et patrocinium Wittebergenſium.

§. XXVII. Mouit haec ultima ratio iureconſultos WITTEBERGENSES, ut cum anno 1708. in ſimili caſu agente Chriſtiano *Barthel* contra Ieremiam *Bœttigern* ipſorum deciſio expeteretur; *ualidam eſſe a notario factam curatoris confirmationem*, menſe *nou. dicti anni* iudicarent. Quum enim ſoemina, morti fere proxima, filio adhuc impuberi geradam coram notario et teſtibus uendere eamque matri ſuperſtiti interuertere intenderet, curatore uero neque ipſa inſtructa eſſet nec filius, tum ſub patris poteſtate exiſtens, tutorem uel curatorem haberet, neque copia iudicis tam cito, prout ualetudo donatricis et mortis periculum exigeret, ſperanda. Notarius, ad huius actus perfectionem requiſitus utrique curatorem ſpecialem conſtituere auſus fuerat. Hinc matri defunctae, *geradam* a genero petenti obiiciebatur uenditionis, praedicto modo, celebratae exceptio, qua litis ingreſſum impedire reus tentabat et ſucceſſu quidem non omnino infelici. Nam ſententia ſupra allegata actionem non competere decernebatur: *würde Klæger die* producirten documenta ſub A. et B. *gebührend* recognoſciren, *immaſſen ihm zuthun oblieget, ſo hat die Klage nicht ſtatt.* In qua tamen actor non acquieſcebat, ſed ad curiam *ſupremam* prouincialem, quae Lipſiae floret, appellans, cognata appellatione admiſſa, actum uenditionis ob defectum curatorum recte conſtitutorum, prorſus nullum et in ualidum eſſe, deducebat, cui reus reſponſum eorundem ICtorum WITTEBERGENSIVM *menſ. Aug. 1708. ad conſultationem I.C.S. zu* N. editum oppo-

(t) Neque mirum eſt, hanc *l. 2. ff. de iurisd.* patrocinii loco haberi peruerſe ſentientibus aduerſus mentem Iauoleni. Ipſe enim de *ſola iurisdictione* loquitur: uerum, ſenſu doctorum abiit lex in regulam iuris uniuerſim. Quod peſſime factum eſt ideo, qooniam *lex uniuerſim* ſomta, pluribus exceptionibus, limitationibus et reſtrictionibus opus habet, ſine quibus non poteſt non agere in tranſuerſum. Momentoſa eſt obſeruatio *Gerardi* Noodii *in Iulio Paulo c. 11.* ubi exemplis docet ualde memorabilibus, quod ICtos omni tempore praecipites dederint iuris *brocardica*, incaute, uel iuſto amplius prolata extra limites.

opponebat, cuius tenorem hic etiam in- A ſerere lubet.

Hat Magdalena Bœttgerin einen Notarium Publicum *Iohann Chriſtian Siegbertum zu ſich in ihr Logiament bitten laſſen, und als ermeldter* Siegbertus *zu ihr kommen, demſelben eröffnet, wie ſie ihre Gerade an ihren leibl. Sohn Iohann Chriſtian Bœttgern zu verkauffen geſonnen, dahero ſie* Siegbertum *erſuchet, ſolches mit an zuſehen,* B *und an zuhœren, auch darüber ein gewœhnlich* Inſtrument *zu verfertigen, worzu dieſer ſich willig erklæhret. Weil aber weder die* Requirentin *einen* Curatorem, *noch ihr Sohn, der annoch unmündig, einen Vormund gehabt, und alſo bald zu gerichtlicher* Confirmation *eines* Curatoris *und* Tutoris *nicht zu gelangen; gleichwohl aber wegen zunehmender Schwachheit der Bœttgerin* periculum in mora *geweſen, hat auf* C *ihr Anſuchen ermeldter* Notarius Siegbertus, *ihr einen* Curatorem, *und auf ihres Ehemannes Bitten ihrem Sohne einen* Tutorem, *beyde* ad hunc actum *beſtætiget, worauf der Kauff zwiſchen obgedachten Perſohnen vor* 10. *Gülden baar ausgezahlter Kauff-Summa geſchloſſen worden. Nachdem nun die Verkæufferin kurtz darnach verſtorben, wird von deren Mutter der Kauff* ex capite nullitatis *angefochten, weil* D *der* Notarius *keine Vormünder, noch* Curatores *beſtætigen kœnnen, dahero ihr, ob dieſe* conſtitutio curatoris et tutoris *mit Beſtande geſchehen kœnnen, des Rechten belehret ſeyn wollet. Ob nun wohl daraus, daß die* Notarien iudices chartularii *genennet werden, eine* iuriſdictio uoluntaria *von bewehrten Rechts-Lehrern nicht geſchloſſen, noch ihnen zugeſtanden werden will.*

Ziegler de iur. mai. L. I. c. 26. §. 9.

Sondern dieſelbe nur von gewiſſen actibus, *als* appellationes, *und* proteſtationes *anzunehmen, und das in Italien gewœhnliche ſo genannte* praeceptum quarentigiae *zu verrichten, verſtanden wird.*

Coler. de proc. executiv. P. 1. c. 3 n. 20. 21.

Dahin aber die Conſtitutio Curatoris *nicht zu ziehen, immaſſen in Chur-Sæchſſz. Landen, daß dergleichen* Curatores *nothwendig von der Obrigkeit beſtætiget werden ſollen* F

in. Dec. 59.

Deutlich verordnet, denen Unmündigen aber niemand, als ihre ordentliche Obrigkeit Vormünder ſetzen kan

Reichs-Abſchied d. ann. 1577. art. 32.

Dahero, daß die von Notario *beſchehene* Confirmatio Tutoris et Curatoris *zu recht nicht beſtændig, es das Anſehen gewinnen* G *mœgte. Dennoch aber und dieweil denen* Notariis *dergleichen* Contractus *als Verſchenck und Verkauffungen der Gerade vor ſich ergeben zu laſſen in rechten unverbothen*

Dec. Sax. nou. 22.

Woraus, und daß ihnen alle hierzu dienliche Mittel ebenmæſſig verſtattet worden, nicht unbillig geſchloſſen werden mag, dahin aber die Habilitirung *derer Perſohnen, ſo dergleichen* Contract *ſchlieſſen wollen, vornehmlich gehœret, hierüber dem unmündigen Kæuffer, als der allem Anſehen nach in Væterlicher Gewalt iſt, nicht ſo wohl ein* Tutor, *als ein* Curator ad actum praeſentem *beſtellet worden, dergleichen auch in andern Fællen zu geſchehen pfleget.*

L. ult. §. 1. C. de bon. quae liber. Nou. 117. c. 1.

Lauterb. in coll. pandect. tit. de. curat. th. 12.

Und weil es bloß zu einem ſolchen Actu, *der keinen* tractum temporis *erfodert, ſondern vor dem* Notario *alſo fort* abſoluiret *worden, beſchehen, demſelben* per ſupra deducta *allerdings zu verſtatten geweſen: So iſt ein* Notarius *zu ſolchen Handlungen, welche auſſer Gericht, und vor ihme vollzogen werden kœnnen,* Curatores *zu beſtætigen wohl befugt. V. R. W.* cui reſponſum aliud eodem menſe eidem conſulenti datum adiungere liceat.

Will Johann Chriſtian Siegberten obermeldte Conſtitutio Curatoris et Tutoris *vor ſtraffbar ausgeleget werden, und verlauten, daß ihn die Obrigkeit dieſes Orts deshalber* ex capite turbatae iuriſdictionis *zu belangen geſonnen, dahero ob er ſich dießfalls etwas zu beſorgen, Zweiffel vorfællt. Ob nun wohl einem* Notario *unmündigen Kindern Vormündere zu beſtellen ſchlechterdings, Weibes-Perſohnen aber* Curatores *zu verordnen ordentlicher Weiſe nicht zu-* E *ſtehet, ſondern vor einen Eingriff in die Gerichtsbarkeit der ordentlichen Obrigkeit billig zuachten. Dieweil aber dennoch in gegenwærtigem Fall die ordentliche Obrigkeit zu dieſem* Actu *nicht zu erlangen, und* periculum in mora *geweſen, hierüber der geſchloſſene Gerade Kauff und was zu deſſen* Subſiſtenz *erfodert wird, vor* Notarien *und Zeugen wohl geſchehen kœnnen, dem Bœttgeriſchen Sohne auch eigentlich kein* Tutor *beſtellet worden, und endlich der ordentlichen* F *Obrigkeit kein Nachtheil hierauß zugewachſen, und dennoch ob* deficiens intereſſe *die Klage nicht ſtatt finden kan; So hat Siegbert dißfalls einer Beſtraffung, oder Anſpruchs ſich nicht zu beſorgen. V. R. W.*

Reſpond curiae curiis opponi et ſententiis indicata.

§. XXVIII. Nihilominus contrariam ſententiam amplectendam et in hoc quoque caſu theſi noſtrae generali inhaerendum eſſe, cenſemus. G Quod idem placuit ſupra memoratae illuſtri curiae prouinciali, quae auſus illius notarii improbans curatoris conſtitutionem ab eo factam nullius momenti eſſe decreuit et, remota recognitione *doc. ſub A. et B.* litis conteſtationem

tionem iniunxit, quod in *termino* trinitatis 1711. factum eſſe memini. Quae ſententia appellatione, quae ad potentiſſimum regem Poloniarum ac electorem Saxoniae interponebatur, reiecta, *tranſiit in rem iudicatam.*

Exponitur l. 2. ff. de iurisd. de comiſſario, necquicquam notario.

§. XXIX. Quod uero ad *legem 2. ff.* de *iurisd.* attinet, (1) loqui eandem uidemus de eo, qui habet *iurisdictionem* ſibi conceſſam. Et ſpeciatim quidem interpretes exiſtimant, de eo ſermonem eſſe, cui tanquam commiſſario iurisdictionis exercitium a ſuperiore demandatum fuit, quique hoc ipſo haut ſecus atque alius ordinarius iudex tacite poteſtatem nactus eſt, omnia quae ad negotii ſibi commiſſi ſubſtantiam neceſſaria ſunt et ſine quibus iurisdictio irrita foret, faciendi exequendique, vid. Gylmann. *dec. III. uol. X. ſynt. 1. n. 8.* conf. Gail. *lib. 1. obſ. 34. n. 9. Rutger.* ROLAND. *de commiſſar. P. 1. l. 3. cap. 2.* Quomodo autem haec ad notarium iuſte applicari poterunt (*)? quem omni iurisdictione deſtitutum eſſe, ſupra pluribus euicimus.

Legis opus eſt curata limitatione.

§. XXX. Sed 2) ponamus magis generalem eſſe ſenſum dictae *legis 2. ff. de iurisd.* et aeque late patere atque decantatum illud philoſophorum: *Qui uult finem, uelle etiam creditur media, quae ad eum obtinendum tendunt.* Cum iureconſultorum axiomate antecedente conceſſo, conceſſum etiam intelligitur conſequens, de quo *Auguſtinus* BARBOSA et TABOR *lib. 1. axiom. c. 66.* uideri merentur. Attamen id uniuerſaliter et ſine limitatione non procedit. Quando enim antecedens non eſt neceſſarium ad conſequens conſequendum, ſ. quando conceſſum antecedens etiam ſine conſequenti expediri poteſt, regula praedicta non procedit. Itaque notarius cogitet non ſolum, an tutoris uel curatoris conſtitutio ſit medium ſine quo contractus coram ſe celebrandus foret inualidus: ſed illud etiam, num iuſtum ſit ac ad ſe pertineat, tale medium adhibere, et annon obſtaculum, quod fini a ſe obtinendo ſe opponit, alio magis legitimo modo remoueri queat ac debeat. Haec, ubi perpendere uoluerit, monebit partes inuicem contracturas de neceſſitate curatoris uel tutoris, eoque nomine ad magiſtratum competentem eas ablegabit. Quo facto et ſuperioribus ſalua manebunt iura ſua, ne ad breue quidem tempus uiolanda, et finem, quem notarius conſequi intendit, nihil amplius remorabitur.

Ab abſurdo ſi lex haec faueat notario.

§. XXXI. Quodſi nimis laxe interpretemur legem iſtam *2. ff. de iurisd.* quid eſt, quod a notariorum officio alienum dici queat? annon fauente eiuſmodi explicatione, ſi quis ad teſtandum inhabilis demandare ipſis uelit ultimae uoluntatis ordinationem (u) arrogare ſibi poſſent ac deberent ius tribuendi factionem teſtamenti actiuam? annon aetatis ueniam indulgerent minoribus, qui actum aliquem ſine eadem non ualiturum coram ipſis celebrare cuperent? annon alia infinita ſuſcipere poſſent, qunrum tamen facultatem nemo unquam ipſis uel aſſeruit uel aſſerturus eſt? ut adeo lubricum et infirmum ſit illud fundamentum, quod poteſtati conſtituendi curatores ſubſternitur, quaſi is, coram quo actus celebrari poteſt, etiam neceſſario ius habeat, perſonas ad illos expediendos reddere habiles, quae uero de periculo, quod in mora ſubeſſe poteſt, afferuntur, de illis iam ſupra dictum eſt.

Vtilitatis et damni collatio in pſeudotutore notarii.

§. XXXII. Reſtat, ut commodum, cuius mentio facta in *fin.* §. 25. cum incommodis conferamus, quae eiuſmodi priuatas tutorum uel curatorum conſtitutiones non ſequi non poſſunt (w). Sane iudices ueri

(*) Accedit ex iure etiam Romano illud, quod *tutoris datio* mandari non potuerit ab illo magiſtratu, tantum abeſt, ut palatino comiti modicae ſortis hoc dandum ſit, quo tamen creatore ſit notarius. Illud claris uerbis dicit Vlpianus *l. 6. §. 2. ff. de tut.* et luculentius *l. 8. pr. ff. de tut. et curat. datis* obi inquit: *nec mandante alius* [ergo neque notarius] *tutorem dare poterit.* Et licet hoc temperare oidearur Iuſtinianus §. 4. *inſt. de Attil. tut.* niſi modicae popilli ſint facultates: non tamen hoc quoque caſu tutoris dationem praeſes alii demandare poteſt, quam iurisdictione inſtructo magiſtratui. Vt adeo hinc ſcite collegerit NOODIVS *lib. 2. de iurisdict. cap. 8.* quod magiſtratus tantummodo dare potuerit tutores I] ſi hoc iuſſerit praeſes idque iuſſerit II] tum, quando modicae pupilli facultates. Pudeat igitur, *notariis*, palatinorum quaeſtuoſis plurimum ſatellitibus, ſpartam tanti momenti tribuere, quam praeſes credere non potuit, niſi magiſtratibus.

(u) Superius enim §. XX. dictum, non erubuiſſe palatinos notariosque, etiam hoc ſibi adrogare. Et ſane, ſi dicere debeo, quod res eſt, teſtementorum auctoritas non minora reipublicae damne adferret, ſic haec daretur notariis: quam eius pſeudotutor. Fieri enim poſſet, ut quaeſtuoſus et lucri cupidus notarius colluderet cum tutoribus eb ipſo coostitutis, perderentque uitam et bona pupilli uno naofragio.

(w) Quam enim abiecte de moribus, ſcientia, probitateque notariotum ipſe iudicauerit imperator, illud quidem uerbis expoſitum eſt legum publicatum ſupra. Qood ſi igitur huic hominom generi daremus conſtitutiones curatorum, actum eſſet de mulierum prioilegio. Facile notarius foeminae curatorem daret, eb ſe non diſſimilem, qui omnia in lucro poneret et quaeſtus ergo nihil non auderet.

(x) Adeo

§. XXXII. ueri et cauſae cognitionem habentes animaduertere debent ac ſolent, ne *impuberes*, *minores*, *foeminae* ſimilesue perſonae ob conſilii inopiam ad diſtrahenda bona deproperent, aliudue detrimentum capiant *arg. l.* 1. *ff.* *de minor*. Quorſum etiam ſpectant uerba ſequentia *conſtitutionis elector.* 15. *p.* 2. *Damit ſie aus Mangel guten Raths und Bedachts nicht übereilet und hintergangen werden mœchten.* Qua autem ratione facilius circumueniri poſſunt perſonae, ſupra memoratae, quam ſi non ſolum non approbante, ſed neſciente quidem iudice, dentur ipſis curatores uel tutores. Idque praecipue ad corroborandos actus extra iudicium ſuſceptos, in quibus facilius fraus committitur, quam in iudicialibus, prout *sereniſſimus elector Saxoniae* agnouit *dec. nou.* 22. his uerbis: *Und aber bey einer Ubergabe auſſerhalb Gerichte, da mehrere Vorſichtigkeit zu gebrauchen, die Gegenwart und* autoritæt *eines* curatoris *deſto mehr von nœthen; So laſſen wir es bey dieſer letzten Meynung, ſo viel die künfftigen* donationes *anbetrifft, allerdings bewenden, und wollen, daß hinführo die Weibes-Perſohnen, auſſerhalb Gerichte vor Notarien und Zeugen vorgehende* donation *der Gerade, woferne kein* curator *ſich dabey befunden, zu recht nicht beſtændig ſeyn.* Vt taceam, quod cum tutoribus atque curatoribus a magiſtratu ante confirmatis, quippe quorum magis probata cenſetur integritas, quilibet non lubentius modo, ſed et ſecurius ſit contracturus, quam cum conſtitutio abs

A alio, cuius ipſius exiſtimatio non raro fideiuſſoribus opus haberet (x).

§. XXXIII. Quae hactenus dicta fuerunt, eo omnia pertinent, ut tutores atque curatores, quocunque demum in caſu conſtituere, non eſſe notariorum, prout hi regulariter in noſtro imperio creari ſolent. Quin tamen quilibet princeps eo extendere queat eorundem poteſtatem, B ut intra territorii ſui fines ius, de quo hic egimus, exercere liceat et quod conſuetudine aliud ius introduci poſſit, non ambigo: ſic etiam notarius a iudice, ut, quae in iudicio fiunt, conſcribat et in actis aut protocollis regiſtret, requiſitus ſine dubio poterit curatorum et tutorum confirmationes annotare et tutoria uel curatoria de iis edere. Cui tamen propterea poteſtas dandi tutores uel curatores non erit attri- C buenda, quum nec actuarius, cuius uices gerit, utpote, qui inter perſonas, iudicium conſtituentes, non refertur regulariter, ea polleat, quum ſit actus iudicis, qui iurisdictionem habet: actuarius uero fidem tantum faciat de iis, quae coram illo geſta ſunt. Quodſi tamen adminiſtratio iurisdictionis actuario uel notario ſit demandata, tum iudicis, mandantis, perſonam repraeſentat et ius ipſi compe- D tens eius nomine exercet. Haec ſunt, quae, prout temporis ratio permiſit, de *iure notariis* circa conſtitutionem tutorum et curatorum non competente, dicta ſufficiant.

§. XXXIII. *Ex aduerſo iudicandum, ſi princeps det notario hanc facultatem.*

(x) Addo etiam hoc: quod *l.* 1. *ff. de tutorib. datis ab illis* Vlpianus nolit, ut tutoris datio tribueretur alii, quam ei, qui domicilium habeat in prouincia pupilli, non hominibus aduenis et uagabundis. In quorum tamen numero plurimos hodieque notarios eſſe, nemini eſt ignotum. *Taceo*, quod hanc notariorum ſpartam uenalem circumferant palatini offerantque eam pro aliquot drachmis, quicunque uoluerint eam redimere, quara nuper munus eorundem aliqois diobolare dixit, indignum ſane cauſa tutelari. *Accedit* notariorum multitudo et aemulatio, ut unus alterum incitet ad quiduis, lucri cauſa audendum. Quo E rerum ſtatu inconſultisſimum eſt pomoeria notariorum ultra ius et fas proferre. *Ad extremum* illod certe ſententiis aliorum pro notarii pſeudotutore ualde aduerſum eſt, quod uix ullum exemplum ſuperſit a *notario* facti *curatoris*. Neque enim hodie aut nudius tertius demum per Germaniam tanta notariorum multitudo. Vt fieri non potuerit, notarios neglexiſſe iura tutelaria, ſi haec illis ullo unquam tempore competiiſſent. Fruſtra certe, poſt tot ſeculorum interualla, docerernus notarios iurium ac priuilegiorum ſuorum prima elementa.

OPVSCV-

OPVSCVLVM III.

TREBELLIANICA
ET
LEGITIMA
EXVLES IN FIDEICOMMISSIS FRVCTVARIIS.

Menſe Septembr. CIↃ IↃ CCXII.

CAP. I.

De argumenti grauiſſimis momentis.

§. I.

IVdicio magni nominis ICtorum (aa), uix ulla, in uniuerſae iurisprudentiae ambitu, quaeſtio eſt, maioribus dubitationibus expoſita, quam noſtrae diſſertationis argumentum. *Argumentum ambiguum eſt.*

Teſtata argumenti difficultas. (aa) *Inſignem controuerſiam dignamque omnino diligenti et accurata diſputatione* noſtram adpellat *Andr.* FACHINAEVS *lib. 5. controuerſ. iur. c. 2. p. 758.* Imo *deſperatam fere et uariis ob terribilem LL. colliſionem tricis inuolutam doctrinam* BECHMANNVS in diſp. theor. pract. de *quartis* c. 3. §. 7. et A diuinatoris magis eandem eſſe, quam interpretis, cum *nou. 107. in praef.* loquitur HARPRECHT *tract. 2. de ſucceſſ. c. 2. th. 11. n. 2.* Taceo alios, qui hanc quaeſtionem *uoluntatis* eſſe, dicunt, quod omnia eius ſint incerta: ne operis noſtris lector diffidere incipiat in arenae ueſtibulo.

§. II. Videas enim hic, leges (bb) legibus opponi; canonibus canones (cc); imo ſacerdotium ab imperio diſſidere (dd); fora foris aduerſa eſſe (ee); et arenam doctorum ex utroque latere conſpici inſtructiſſimam (ff). *In legibus uſuque forenſi.*

LL. hic diſſenſus. (bb) Oſtendemus illud inferius ex inſtituto. Neque mirum. Quis enim ſibi perſuaſerit, Tribonianum tam breui ſpatio, quo ius abſoluit uniuerſum, ſat temporis uni huic controuerſiae uel dediſſe uel dare potuiſſe, ut diuerſas ICtorum de illa ſententias ſub examen uocaret conciliaretque. Certe condonandum ei eſt, ſi in uno eodemque titulo legum diſſenſus reliquit, qui omnia, ob temporis anguſtias, leui brachio attigit praeteriitque quaſi per tranſennam. Quod tamen opinabile C hic non eſt HARPRECHTO in diſſert. de *ſucceſſionib. tract. 2. p. 506. n. 126.*

Canonum diſſenſus. (cc) Quomodo enim *cap. 16. Raynutius et cap. 18. Raynaldus X. de teſtam.* cum *cap. 1. ſi pater in 6.* conueniat, plurimi ICti neque adſequi potuerunt coniecturis. Sed etiam de his locus erit dicendi inferius.

Ciuiliſtarum et decretiſtarum diſſenſus. (dd) Qui enim legum et canonum hic diſſenſus uident, illi, laudabili candore, B auctores ſunt, ut ſacra themis alium in hac cauſa habitum in foro ciuili induat, alium in curiis *eccleſiae.* Ita ALEXANDER *lib. 2. conſ. 142. n. 9.* Ioh. DECKHERVS *lib. 1. diſſert. 1. n. 55. p. 67.*

(ee) In *Brabantiae* curiis *duplicem* portionum deductionem, legitimae ſcilicet et Trebellianicae, plane ignorari, teſtatur DECKHERVS *lib. 1. diſſ. 1. n. 55.* contra pro *duplici* deductione ad Pariſienſem, Belgicam, Mechlinienſem aliasque curias prouocat *Paul.* CHRISTINAEVS *uol. 1. deciſ. 245. n. 3.* Idem de camera imperii adfirmat GAILIVS *lib. 2. obſeru. 121. n. 2.* *Curiarum diſſenſus.*

(ff) Nomina plerorumque laudabimus ſuo loco in partem utramque. Inter anteſignanos referre licet *Franc.* HOTTOMANNVM *illuſtr. quaeſt. 44.* qui pro defalcatione pugnat ſolius legitimae: ſed huic ſe non minori doctorum adparatu idque ex inſtituto oppoſuit FACHINAEVS *lib. 5. controu. c. 2.* GONZALEZ *ad cap. 26.* *Doctorum diſſenſus.*

X. de teſtam. et HARPRECHTVS *tract. 2. de ſucceſſionibus*, qui non numeros, uerum ſyluas habent ſententiarum auctorumque in hoc argumento.

Vtile tamen,

§. III. Neque litterati tantum otii (gg), aut acuendi ingenii ergo tantae hic de iuſtitia rei diſceptationes.

Argumentum non ſcholaſticum,

(gg) Quod ſi eſſet, cauſſae locum hunc non daremus. Qui ſpecimen exigit ab homine forenſium negotiorum ſtudioſo.

Vſitatum

§. IV. Vſitati, aſſidui et fere quotidiana de illa in iudiciis conflictus ſunt (hh), in Germania noſtra maxime, amantiſſima fideicommiſſorum (ii).

ſed forenſe.

(hh) Fallitur certe in eo *Petr.* GVDELINVS *lib. 2. de iure nou. c. XI. n. 17. qui exiſtimat rariorem uſum eſſe huiuſmodi deductionum. Idque ex cauſa prorſus inani, propterea quod in plerisque municipiis reſtricta ſit teſtatorum libertas. Vt nequeant de toto patrimonio diſponere, praeſertim de rebus ſoli auitis. Sed ea bona uel eorum beſſem aut trientem aut quincuncem aliamue partem relinquere cogantur non tantum liberis, ſed quibusuis legitimis heredibus, ut ſit ea pars horum quaſi legitima.* Cedo enim, haec uera eſſe, quae tamen in Germania uera non ſunt: recurret ſane et hic quaeſtio, utrum haec *quaſi legitima* grauari aut potius adligari et adfici poſſit fructuario fideicommiſſo. De quo omnis futura nobis diſputatio.

familiarum ſtudioſa?

Germani in qui

(ii) Germani praeſertim nobiles nominis familiaeque ſuae conſeruandae ſunt ſtudioſiſſimi, ZASIVS *uol. 1. conſil. 12. n. 12.* Cauſa eſt, quod Germaniae moribus tot honores ſint gentilitii, quos et Romani ignorarunt et Germani aeuo Carolingorum. In quo poſt *nobilitatem* alia nulla dignitas genti adfixa eſſe uidetur. Memini formulae, qua *Abrahamus*, burggrauius de DHONA in fideicommiſſo familiae, quo dynaſtiam Sileſiae Wartenbergenſem adligauit, uſus eſt ann. 1600. his uerbis: *Nachdem mir, nechſt dem Wunſch der ewigen Seligkeit, nichts mehr und heffiiger, als die Erhaltung meines Nahmens und Geſchlechts, der Burggraven* von Dhona *angelegen iſt, habe ich* [fideicommiſſo familiae aeterno] *für meinem Ende folgende* diſpoſition *gemacht* et quae ſequuntur deinceps.

magnique momenti,

§. V. Quid? quod non de nihilo hic contenditur (kk): ſed de magnis plerumque opibus, aedibus, agris, uillis, uicis, urbibus momentique maximi rebus aliis, quae inter decora et cimelia familiarum merentur referri.

Fideicommiſſa qui non ſint in rebus nancit?

(kk) Cum hodie iurisprudentiae ſtudium e genere illorum ſit, unde uictus et cultus ſolent acquiri: non erubeſcunt doctores, illa iuris argumenta, de quibus frequeotius et, maioribus impenſis propoſitis, litigatur, aliis cunctis anteferre. Ita feudorum interpretes ueterani: *excolere nos oportet feudorum inſtituta. Quia materiae feudales lucroſae ſunt in foris.* Vtroque certe nomine ſe commendat ius *detrahendi* legitimam et Trebellianicam de fideicommiſſis. Quoniam haec ioter Germanos frequentiora ſunt; quoniam iure nituntur ualde incerto; quoniam res, fideicommiſſo relictae non in crepundiis uerſantur, ſed in illis, unde familiis opes, dignitas, praeſidia, ſtabilitasque.

neque ſine deſideriis,

§. VI. Accedit, quod in tanta hic doctorum foecunditate uix ullus ſit, qui pondera rationum habuerit, quas nobis uidemur (ll) indagauiſſe.

In ICtis de hoc argumento deſideria.

(ll) Pace omnium ICtorum, qui in hoc argumento ante nos uerſati ſunt, liceat noſtra hic ſummatim exponere deſideria. *Principio* maior ratio habenda eſt *patriae poteſtatis*, idque ex ipſis legum Romanarum principiis. *Deinde* propius *in cauſas* inquirendum cum legitimae, tum Trebellianicae. *Tum* correctoriae leges explicandae ſenſu *ſtrictiori*. *Praeterea* papalibus decretis nulla auctoritas danda, in erroribus ueteris iuris manifeſtiſſimis. *Poſt*, omnia uſu et moribus *temperanda* patriis. *Praeterea*, *familiarum* ſplendor in pretio ponendus ipſius reipublicae. *Tandem*, ubi alitet non licet, ſimilia explicanda ex ſimilibus. *Ad extremum*, non quid, ſed quam bene dicatur, attendendum minusque dandum numero et auctoritati doctorum, quam rationum rerumque idoneis momentis. Quae omnia cum plerique ICti hic neglexerint, operam dabimus, ut illa, quantum licet, ſuppleantur, corrigantur, emendenturque.

locum meretur ſpeciminis,

§. VII. Quod cum ita ſit, perdi hic nequit opera, meo certe calculo digniſſima omnium, in qua uirium periculum facerem, iuris et praxeos forenſis candidatus. Dei numen adſit dicendis.

CAP.

CAP. II.

Sententiae de hoc argumento multiplices et erraticae.

§. I.

Sententiarum hic diuerſitas.

IN iure, *duas quartas* de fideicommiſſis deducendi, quaeſtiones occurrere ſolent uariae et multiplices (mm). Vt igitur conſtet, de qua nobis ſigillatim hic inſtituenda ſit diſputatio; primo enarrabimus illas ſummatim (nn); tum, quid noſtri argumenti ſit, definiemus.

DD. qui uariorum hic exhibent ſententias.

(mm) Plurium ICtorum ſententias di- A uerſas ordine recenſent FACHINAEVS *lib. 5. controuerſ. c. 2.* GVDELINVS *iuris nouiſſ. lib. 2. c. 11.* HARPRECHTVS *de ſucc. tract. 2. cap. 4.*

(nn) Eo enim capite, quo diſſentientium a nobis momenta exiguntur, hac ſparta defungemur ex inſtituto.

I. detractioni locum in legitima et trebellanica ſimul.

§. II. Principio ſunt quidam ICti, qui in omni fideicommiſſo, quoties illud praeſtare debeant liberi, parentes et nonnunquam fratres (oo), fiduciarium heredem gemino iure inſtruunt, *legitimae* uno, altero *Trebellanicae* (pp). Idque etiam dare ſolent heredis heredi (qq).

Fratrum legitimae.

(oo) Quoties ſcilicet uel fratribus uel ſororibus perſona praefertur in hereditate, quam macula notatam eſſe, conſtat *§. 1. inſt de inoffic. teſt. et l. 27. C. h. t.* De quibus tamen plerique hic dubitant, utrum locus ſit ulli deductioni. De quo nos paulo inferius.

Detractores duplicis quartae 1] ex LL. Romanis,

(pp) In horum numero ſunt PEREGRINVS *de fideicommiſſ. art. 3. n. 51.* CONTIVS *diſput. iur. ciuil. lib. 1. c. 3.* BOERIVS *deciſ. 156. n. 3.* CORASIVS *ad l. 6. C. ad ſct. Treb. n. 4.* C VIVIANVS *in ration. iur. pontif. ad cap. Raynutius X. de teſt.* GONZALEZ *ad locum eundem.* Quae ſchola ideo *duplicis detractorum* audit, quod LL. etiam *ciuilibus* eidem locum eſſe perhibeant, *Cunrad.* RITTERSHVSIVS *in diff. iur. ciu. et canon. lib. 4. c. 9.*

2] ex iure pontificio,

Contra alii iuri tantum pontificio duplicis quartae tribuunt detractionem, nec quicquam legibus Romanis. Ita Guido PAPAE *in deciſ. Gratianop. quaeſt. 52.* CVIACIVS D *lib. 7. obſ. c. 3.* HEIGIVS *part. 1. quaeſt. 32. n. 7. 8.* FRANZKIVS *ad inſt. 7. quaeſt. 9. n. 20.* ESPACH *ad Carpz. part. 3. c. 1. def. 20. n. 2.* HARPRECHT *de ſucceſſ. tract. 2. c. 2. theſ. 22. n. 2. p. 335.*

3] ex errore interpretum tantum,

Neque tandem deſunt, qui decretum, ex ignorantia iuris maniſeſtiſſima a iudice factum, non tam legislatoris papae eſſe, opinantur, quam ignauorum interpretum. Vt adeo ipſi pontifices habeant, quare illis capitula Ray- E nutius et Raynaldus ſordeſcant. Iudicio hic ſcribimus *Antonii* FABRI *de error. pragm. decade 11. error. 7.* quorſum etiam inclinat B HOTTOMANNVS *quaeſt. illuſtr. 44.* BECKHER. *in deciſ. lib. 1. diſſert. 1. n. 55.* et qui ſunt alii generis eiusdem.

4] ex ſtatutis Boicis et Wurtenbergenſibus.

Demum cauſas non habet SCHILTERVS, quare *exercit. 40. ad ff. § 5 p. 872.* ſcribat: *in legibus prouincialibus Germaniae de fideicommiſſis nihil haberi.* Nam uti Boico et Wurtenbergico iuribus prouincialibus fere primae debentur; ita etiam haec patrocinium praeſtant plene et claris uerbis *detractioni duarum quartarum Bæyr. Landr. c. 38. art. 6. Würtenb. Landr. part. 3. tit. 13. Wie ein teſtirer ſeinem eingeſetzten Erben befehlen mœge, die Erbſchafft einem andern zuzuſtellen.* Et titulis ſequentibus ibidem *vom Pflichttheil der Kinder, Eltern, Ehe-Leute.* Interpretes eorum iurium addi etiam poſſunt *Schmidius*, *Beſoldus*, *Lauterbach*, *Plebſtius*, aliique. Addantur ſtatuta TIROLENSIA *lib. 3. §. 3. 4. 5.*

Num detrahendi ius heredis heredi, praeſertim extraneo?

(qq) Idque *cap. Raynutius. X. de teſt.* auctoritate, ubi exemplum, quod *heres grauati* heredis isque *extraneus* utramque *quartam* in fideicommiſſo legitur deduxiſſe. De praxi uſuque forenſi teſtimonia dant MEVIVS *part. 7. deciſ. 19. num. 7.* GRAEVEVS *concluſ. 121. n. 9.* BESOLDVS *conſil. Tubing. part. 3. conſ. 133. n. 72.* Quamuis de extraneo herede propterea dubitari queat, partim quod legitima filii propria ſit, partim quod in extraneo fauor ceſſet, qui haberi ſolet in perſonis, linea recta ſibi addictis. Conferatur DECIVS *conſil. 81. n. 1.* et ALEXANDER *conſ. 55. et 150.*

II. Nonniſi in heredibus ex linea recta.

§. III. Alii, his parciores, docent, duplicata iura danda eſſe uel liberis tantum (rr), uel his et parentibus (ss), ſummatim ſucceſſoribus in linea tantum recta ſiue aſcendenti, ſiue deſcendenti, necquicquam collaterali (tt).

Num liberis tantum?

(rr) Siue illi filiifamilias ſint, ſiue ſui iuris, emancipati HARPRECHT *tract. 2. c. 2. theſ. 26. n. 8.* ſiue in primo gradu, ſiue in ul- F terioribus nepotes, pronepotes et ſic deinceps STRYKIVS *de iure auor. c. 4. n. 42. ſeq.* quamuis auus *grauauerit.* PEREGRINVS

CAP. II.

de fid. art. n. 3. n. 54. FABER *cod. Sab. lib. 6. tit. 29. def. 4. n. 6.* ſiue etiam poſthumi *Lud.* ROMANVS *conſil. 121.* GABRIEL *conſil. 113. n. 5.* TESSAVRVS *deciſ. 141. n. 18.* ſiue legitimi ſiue legitimati ad ſucceſſionem VVLTEIVS *uol. 1. conſil. 29, n. 121.* GAILIVS *lib. 2. obſeru. 112.* ſiue plures ſiue pauciores FACHINAEVS *lib. 5. c. 2.* De adoptiuorum hic iuribus alii dubitant, alii his tantum adſerunt deductionem Trebellianicae non legitimae ſimul PEREGRINVS *de fid. art. 36. n. 43.* LAVTERBACHIVS *de inoffic. donat. th. 14.* HARPRECHT *de ſucceſſ. tract. 2. cap. 3. th. 31. n. 2. 3. 4.*

Num et parentibus? Rationes affirmantium.

(ss) His plures negant ius detrahendi duas quartas, putantque parentes acquieſcere oportere in alterutro. Quorum rationes accipe ſummatim. Quia ius ciuile neſcium ſit duarum quartarum: quia canones correctorii iuris ciuilis ſint adeoque ultra perſonas expreſſas nequeant extendi, at liberos tantummodo expreſſos, non autem parentes; quia diuerſiſſima inter liberos et parentes hic ſit ratio, et quae ſunt eiusmodi apud VINNIVM *ſel. qq. lib. 2. c. 29.* RITTERSHVSIVM *de diff. iur. ciu. et can. lib. 4. c. 9.* ENENKEL *de priuil. lib. 14. part. 2. c. 4. n. 2.*

Rationes negantium

Contra uero alii etiam his *quartarum detractionem* largiuntur, quia parentum et liberorum eadem ratio, cum ſint correlata; quia et illis ſit legitima; quia ad illos non minus *nou. 18. c. 1.* extendatur; quia legitima et Trebellianica diuerſos fontes habeant; eadem pietas iuris canonici etiam ſit, in parentes, licet non expreſſos uerbatim, quibus armis militant MERLINVS *lib. 2. tit. 2. de legit. tit. 2. q. 31. n. 1.* et qui huic adſentitur HARPRECHTVS *de ſucceſſ. tractat. 2. th. 35. 37.*

§. IV. V.

Noſtra ſententia.

Quam uero multi in utramque etiam partem rationes ſint: noſtro certe iudicio parentes in hoc numero propterea haberi nequeunt, quoniam illis communiter filii non tenentur ad alimenta; neque liberi acquirunt per parentes, Quae certe ſolida ſunt *legitimae* inſtitutae fundamenta. Quid quod *parentes* moribus ſtatutisque Auſtriaci ducatus ab omni hereditate liberorum excluduntur, ipſi etiam fiſco hic poſtponendi, tantum abeſt, ut illis patriae ubique moribus debeatur legitima. Quod fruſtra iniquitatis poſtulat FINSTERWALDVS, iuris Auſtriaci clarus interpres.

Num fratribus et ſororibus idem ius.

(tt) Sunt, qui ne quidem cogitandum hic eſſe monent de fratribus et ſororibus, quaſi poſt Trebellianicam etiam his danda ſit detractio *legitimae*. Quoniam ius canonicum loquatur tantum de liberis; fauor autem tantus non ſit fratrum, quam liberorum; praetor alibi liberis proſpiciat, fratribus non item *l. 14. ff. de LL.* iudicio ſententia haec tuto ſit forenſi apud CARPZOVIVM *lib. 6. reſp. 113. n. 23.* et HARPRECHTVM *de ſucceſſ. tractat. 2. c. 3. th. 33. pag. 357. 358.* Sed tamen dubitant merito CRAVETTA *conſil. 256. n. 4.* et VINNIVS *ſel. qq. lib. 2. c. 29.* idque his uerbis: *cur non etiam ad fratres idem producunt rogatos hereditatem reſtiuure turpi perſonae. Nam et illi hoc caſu ex inofficioſa agere poſſunt.*

§. IV. Plures etiam hoc improbant effinguntque inter *pura* fideicommiſſa et illa, quae ad *certum diem* ſunt, diſcrimen (uu). In primo genere alterutrum tantummodo largiuntur: in altero demum utrumque.

III. Nonniſi in fideicommiſſo conditionato.

Diſcrimen inter fideicommiſſum purum et ad diem quam hic ſit ſtultum.

(uu) Futilem cauſam hanc alienis, quam uerbis meis recenſebo. Cum de pontificialis decreti (*cap. Raynut. et Raynald.*) aequitate quidam dubitare coepiſſent, ad conciliationem ſophiſticam perfugerunt. Vt ſi filius pure (*ſtatim reſtituere iuſſus*) fideicommiſſo grauatus eſſet, una tantum detractione (*ſiue legitimae ſiue Trebellianicae*) uteretur. Quaſi uno eodemque tempore duplicis quadrantis detractio fieri non poſſit. Sin autem in diem (*iuſſu forte poſt decennium aut poſt mortem reſtituere*) tum legitimam filius ſtatim detraheret; exiſtente poſt die aut conditione, Trebellianicam. Auctor diſtinctionis habetur AZO *ad nouell. 1.* cui tamen GLOSSA ſuffragatur ad *§. meminiſſe ff. de inoff. teſt.* imo GLOSSA iuris pontificii hanc opinionem dicit communem ad *c. Raynutius X. de teſtam.* Quorum omnium auctoritatem alii deinceps numero uere magno ſunt ſequuti. In eoque ſunt BARTOLVS ad *l. 10. quanquam C. ad leg. falcid.* COVARRVVIAS *ad cap. Raynutius* GAILIVS *lib. 2. obſ. 121.* et qui non? Recte autem VINNIVS *lib. 2. qq. c. 29. Ego uero ſaepe miratus ſum, hanc diſtinctionem cuiquam probari potuiſſe. Quippe quae futili ratione nitatur. Quin potius ex contrario filio rogato pure* (ſtatim) *hereditatem reſtituere duplex ea propter detractio permittenda. Quia durius grauatur, quam rogato in diem. Qui interim commodum hereditatis ſentit percipiendo fructus.* Sed ante illum hoc diſcrimen riſit exploſitque in hoc argumento plene luculenterque HOTTOMANNVS *illuſtr. quaeſt. 44.* Cui ſigillatim, ſed fruſtra ſe oppoſuit FACHINAEVS *lib. 5. controuerſ. c. 7.* Taceo MATTHAEACCIVM *de rat. iur. lib. 2. c. 25.* qui idem erudite refellit. Vt mirum ſit, plurimos in hoc commento STRVVIVM *exercit. 36. §. 30.* CARPZOVIVM *part. 3. conſt. 1. def. 21* BRVNNEMANNVM *ad l. 6. C. ad SCt. Treb.* ſequi malle, quam clariſſima iudicia rectius ſentientium. Vid. HILLIGER *ad Don. lib. 7. c. 30. litt. I.*

§. V. Explodunt hoc dogma intelligentiores et ita ſentientes ignorantiae poſtulant iuris et aequi. Quorum opinio eſt, fiduciarum heredem

IV. Nonniſi in legitima.

de

CAP. II. §. VI.

dc bonis hereditariis defalcare poſſe nonniſi portionem alterutram, *legitimam* ſcilicet (xx), quocunque haec ei iure debeatur.

Qui unius tantum legitimae detractio danda ſit liberis?

(xx) Res meo etiam iudicio clara eſt, liberis in iure ciuili, praeter unius *legitimae* aut *Trebellianicae*, ſi hanc maluerint, non dari deductionem, ſi quidem fideicommiſſo uniuerſali grauati ſint: quia una in alteram imputatur conſumitque alteram altera *l. 22. §. 2. ff. ad SCt. Trebell.* porro *l. in quartam 91. ff. ad leg. Falc.* iuncta *l. ſi quando 35. §. 2. C. de inoff. teſtam.* quia ſic heres fideicommiſſarius ne quidem ſemiſſem acciperet hereditatis, eo caſu, quo propter B numerum liberorum ipſa legitima eſt ſemis; quia teſtatoribus omnibus poteſtas conceſſa eſt, diſponendi de dodrante bo- A norum *l. 1. ff. ad leg. Falcid.* quia quadrante retento dodrans reſtituendus *l. coheredi 41. §. 3. ff. de uulg. et pupill. ſubſtit. l. 6. C. ad St. Trebell.* quia ſolius legitimae iura liberis tribuit *nou. 1. c. 1. §. 1.* His armis etiam noſtrates militant HOTTOMANNVS *quaeſt. illuſtr. 44.* BACHOVIVS *ad Treutler. uol. 2. diſp. 14. theſ. 2.* HEIGIVS *part. 1. quaeſt. 23. n. 22.* HVNNIVS *uariar. reſol. lib. 2. tr. 8. quaeſt. 20.* VINNIVS *illuſtr. quaeſt. c. 29.* CARPZOVIVS *part. 3. conſtit. 1. def. 20.* aliique, quos ingenti copia recitat ESPACHIVS ad *Carpz. part. 3. conſt. 1. def. 20.*

V. Si prohibuerit teſtator.
VI. Ipſe fuerit miles.
VII. Heres neglexerit fideicommiſſum.
VIII. Adiuerit illud nullo inuentario.
IX. Iura ſint reciproca.
X. Piae cauſae deſtinata hereditas.

§. VI. Nonnulli tum demum uel in utroque, uel in alterutro acquieſcendum eſſe, perhibent, fiduciario heredi: ſi teſtator hoc iuſſerit (yy); ſi miles fuerit, quamuis ciuiliter teſtatus ſit, non priuilegio militari (zz); ſi fiduciarius recuſauerit hereditatem coactusque ſit eandem adire (aa); ſi in adeundo nimis praeceps fuerit, ingerendo ſe rebus hereditariis, inuentario neglecto (bb); ſi fideicommiſſum reciprocum habuerit (cc); ſi piis cauſis fideicommiſſa fuerint dicata (dd) et quae ſunt generis eiuſdem. Quorum omnium mentionem facio, quod ſpem habeam, fore, ut noſtro dogmati calculum negaturi non ſint, qui eum tot exemplis aliis dederunt, ad iura cum *legitimae* tum etiam *Trebellianicae* feliciter expungenda.

Num prohibere teſtator poſſit 1] legitima filium,

(yy) Separandae hic ſunt quaeſtiones, C principio dicendum de prohibitione *legitimae*, tum de prohibitione *Trebellianicae*. Quod ad primam attinet portionem, iterū diſtinguendum eſt, num *filium* ipſum prohibeat pater, ne legitimam detrahat, quod cum facere non poſſe, iuris eſt expediti *l. 8. §. 11. ff. de inoff. teſtam. teſte* FABRO *decad. XI. errore 6. p. 250.* WAMESIO *centur. 4. conſ. 6. n. 8.* an uero eius prohibeat *heredem*, ne filii nomine eandem defalcet. quod iure D fieri poſſe, perhibent CLARVS in *§. teſtamentum Q. 72.* et GABRIEL *L. 6. tit. de legit. concluſ. 1. n. 34.* HARPRECHT *de ſucceſſ. tract. 2. c. ult. n. 6. 7.* imo in dubio reſtitutio non filio, ſed filii heredibus uidetur iniuncta eſſe *Ioan.* DILECTVS *tit. 5. cautela 34. p. 239. 240.*

eius heredem,

2] Trebellianica filium,

De *Trebellianicae* prohibitione iterum multae longaeque doctorum concertationes. Alii nihil definire uolunt, ſi *filium* pater eadem uelit prohi- E bere. Quia dubia haec inſtar eſſe dicunt maris Anglicani, ut deciſione hic opus ſit imperatoria, aut res ſorti debeat committi TESSAVRVS *lib. 1. quaeſt. 20. n. 2.* CAVALCANVS *deciſ. 3. n. 21.* apud LVCAM *in theatr. uer. et iuſt. tom. 2. de legitim. detract. diſc. 32. n. 2.* Alii contra prohibitioni locum faciunt in Trebellianica, ſiue teſtator filium id iubeat, ſiue extraneum. *Primum* certum eſſe, arbitrantur, quoniam hic filii iura non maiora ſint, F quam extranei. Qua *filio* enim *legitimam* relinquendam; non autem qua filio, ſed qua *fiduciario*, Trebellianicam. Accedere, quod filium eo facilius acquieſcere oporteat uoluntate teſtatoris. Cum, quia eidem legitimae cauſa obſtrictus ſit, tum, quia, reuerentia in parentem, maiora ipſi momenta, ut libera ſit teſtatoris uoluntas ſaluaque *l. 1. C. de SS. eccleſ. et nouell. 1. c. 2.* Vltimum uero, *Trebellianica* prohiberi extraneum poſſe, propterea ſibi certo perſuadent, *primo*, quod heres prohiberi ita poſſit *Falcidia*, ut claris uerbis habet *nou. 1. c. 2. §. ſi uero et l. 46. ff. ad L. Falcid.* etiam *l. ult. C. ad L. Falc.* quamuis olim id facere non licuerit teſtatori *L. 15. §. 1. ff. ad L. Falc.* Deinde, quod Falcidiae portione Trebellianica longe ſit fauorabilior *l. 91. ff. ad L. Falcid.* licet igitur iura probibendi Trebellianicam in legibus non dentur expreſſe teſtatori; tamen, quod ius prohibendi Falcidiam clarum ſit, inde ab hac ad illam filum conſecutionis eſſe firmiſſimum. Ita plene lateque *Ioan. Anton.* MANGILIVS *in part. 2. de imputationibus et detractionib. quaeſt. 114. 115.* et MENOCHIVS *conſ. 165. n. 28. conſ. 272. n. 15. conſ. 1141. n. 17.* KNIPSCKILD *de fideicomm. c. 6. n. 167.* Oppoſitum his diſcrimen ex *L. 4. ff. ad SCt. Trebell.* quaſi *fiduciarius* heres cogi poſſit a fideicommiſſario ad hereditatem adeundam; non heres nimio legato grauatus a legatario. Igitur uix ac ne uix quidem fore, ut *Falcidia* heres prohibeatur a teſtatore, ob metum teſtamenti, herede deſtituti, qui uero abſit a fiduciario. Quem oporteat adire, ſi aeris alieni periculum in ſe ſuſcipiat heres fideicommiſſarius. Verum enim uero ſufficiat, quod hic agatur de fauore ultimae uoluntatis; quod fiduciario nullum ex aditione damnum, et quae ſunt eiuſmodi apud MENOCHIVM *conſ. 272. n. 22.* VINNIVM *quaeſt. 28.*

extraneum

(zz) De

CAP. II. III.

In militis teſtamento neque locus legitimae neque Trebellianicae in fideicommiſſo.

(zz) De hoc leges ſunt clariſſimae. Miles enim *fideicommittens* filio, hunc obligat ad reſtituendam alteri hereditatem ſine detractione legitimae, ſiue teſtamentum iure militari ſiue ciuili factum *ſit l. 9. C. de inoffic. teſtam. et L. 24. C. eod.* Quod tamen nefas eſt facere clericis *nou. 123. c. 19.* Forte, quod in his maiorem requirant leges pietatem in liberos et parentes, quam in animis militaribus.

Qui id ſecus in clericis?

Minus dubii eſt, quod etiam in militis teſtamento *Trebellianicae* detractio ceſſet. Partim, quod hac ipſa maior fauor ſit legitimae; partim quod inuito milite teſtatore neque locus ſit Falcidiae *L. 1. §. 18. ff. ad SC. Trebell. et L. 7. C. eod.* Quapropter non miror, eſſe ICtos, qui exinde etiam arguere uelint ad fideicommiſſa fructuaria. Partim quod hae leges doceant, legitimam non portionem eſſe naturae quadam lege imperatam; partim, quod hodie plura in teſtamentis faciem induerint ſimplicitatis militaris, ita GVDELINVS *lib. 2. iur. nouiſſ. c. 12. n. 19.*

Ceſſant quartae, ſi coactus adiit.

(aa) Leges hic manifeſtae ſunt neque aliquid uel in alterutro habent difficultatis. *L. 4. et L. 67. §. 1. 2. ff. ad SC. Trebell.* Ille enim ab omni commodo arcendus, qui hereditatem coactus eſt adire. Cum ſe indignum reddiderit beneficio teſtatoris MAVLIVS *de ſucceſſ. cap. 10.*

Inuentario neglecto nullus locus uel legitimae uel Trebellianicae.

(bb) Vtrum non confecto *inuentario* liberi iique primi gradus uel *Trebellianicam* uel *legitimam* uel *utramque* ſimul amittant, ingens iterum inter ICtos concertatio. Nam *L. fin. §. 1. 2. C. de iure delib.* ſummatim dici putant, *quod ille, qui adeat hereditatem, inuentarium non conficiendo, in ſolidum teneatur neque legis beneficio perfruatur.* Quod ita accipiunt, filium hoc caſu ad *legata* ceteraque praeſtanda obligari, licet reſidua ipſi non ſit legitima. Neque ratio obſcura. Quod, neglecto inuentario, heres ſuſpicionem fecerit omnibus, bona eum de hereditate abſtuliſſe. Qua *praeſumtione* iuris ſibi contracta, cauſam illi non eſſe, ut de laeſione in legitima moueat querelam. Sed tamen alii mitius agendum eſſe iudicant cum legitima liberorum, quod lex uniuerſim loquatur neque ideo extendi debeat ad legitimam. Iterum hic idem fere doctorum numerus immanis ex utraque parte. Quem MANGILIVS congeſſit *quaeſt. 130. 131.* Et cum HARPRECHTO tantus alias pro liberorum quartis ſit fauor, miror certe, ipſum illis A accedere, qui ipſis etiam primi gradus liberis ideo et legitimae iura negant et Trebellianicae.

§. VI. I.

Nulla uel legitimae uel Trebellianicae detractio in fideicommiſſis reciprocis.

(cc) Imperatoris uerba hic clara ſunt *l. 12. ſi pater C. de inofficioſ. teſt. Si pater fidei filiorum commiſit, ut, ſi quis eorum intra 25 annos aetatis decederet, ſuperſtitibus reſtitueret ſuam portionem: calumnioſam inofficioſi actionem inſtituere non debetis aduerſus * iuſtum teſtatoris iudicium.* B *Cum ex huiusmodi fideicommiſſaria reſtitutione portio alius ad alium poterat peruenire.* Quam legem praeterea tum ratio firmat, quod in caſibus fortuitis rebusque fortunae nulla ſit laeſio uel inaequalitas *l. 11. C. de tranſact. et l. 1. C. de pactis* ita PEREZIVS *ad tit. C. de inoff. teſt. n. 42.* tum concluſiones firmae in *pactis* uiciſſitudinariis ſiue reciprocis de *ſuccedendo*, quae etiam inter priuatos ſuſtinentur moribus MVN- C SINGER *cent. 2. obſ. 33.* HONDEDAEVS *conſ. 40. n. 71.* TIRAQVELLVS *de iure primog. quaeſt. 6. n. 5.* aduerſus *Ioan.* TORRE aliosque, qui pacta haec tantum ſuſtinent inter illuſtres *lib. 1. de pactis ſucceſſor. c. 3. 4.* itemque in *donationibus* reciprocis inter coniuges, quamuis liberis non relicta ſit *legitima* CARPZOVIVS *part. 3. conſt. 1. def. 10. n. 3.* FACHINAEVS *lib. 5. cap. 27.* Vt adeo noſtro quoque calculo *reciproca fi-* D *deicommiſſa* libera ſint a legitima iudicio etiam TVBINGENSIVM apud *Harpr. tr. 2. de ſucceſſ. cap. ult. adpend. p. 503.* quidquid ſenſerit BRVNNEMANNVS *ex aduerſo* ad *L. 12. C. de inoff. teſt.*

Ceſſat in piis cauſis Trebellianica non legitima.

(dd) In legatis aut fideicommiſſis piae, quod dicitur, cauſae relictis neque *Falcidiam* locum habere neque *Trebellianicam*, ICti adfirmant. Idque praeſertim argumento *auth. ſi qua mulier C. de SS. ec-* E *cleſ.* quod ibi ſola legitima excipiatur; itemque ex *nou. 131. c. 12. praecipimus omni Falcidia uacante* (ergo et Trebellianica) *proficere ad pias cauſas quibus relictum.* Aciem doctorum, ſibi ex aduerſo etiam hic oppoſitorum, numeroſe inſtruit *Ioan. Ant.* MANGILIVS *de imputationibus q. 119. an Trebellianica detrahi ualeat de relicto pio.* Ingratus enim foret in pauperes, Chriſti alumnos, ſiquidem illis fidei- F commiſſa uel inuideret, uel reddere nollet gratis, quod gratis accepiſſet. Immemor certe, huius uitae minorem eſſe gratiam, quam alterius.

CAP. III.

Status cauſae noſtro iudicio probatus.

Sententiae communibus aduerſa.

Poſt omnium itaque maximi nominis ICtorum ſententias (ee), nefas non erit, noſtram aperire. Sunt certe, qui opiniones contrarias audacter inſolenterque his formulis obtrudere uoluerunt aliis: *certum*

eſſe,

CAP. III. *eſſe*, quod ſentiant *inſtar euangelii; totum mundum ita practicare; brutum fore, non hominem, qui aliter ſtatuerit* (ff) et quae ueneres ſunt generis eiusdem, quae in uoluminibus ueteranorum paſſim offenduntur. §. I.–IV.

Sententia necquicquam communis.

(ee) Qui enim faceret nobiscum omnino, illum uix licuit reperire. Multo minus *rationes* cognitae uel proditae ſuerunt aliis, quae nobis pro argumenti firmitate in promptu eſſe uidentur. Erubeſcemus tamen hic etiam, ſine *legibus* loqui, illis praeſertim, quas alii uidere & laudare noluerunt *glaucomate duplicis quartae* ubiuis obcoecati. A

Potius aduerſus opiniones communes.

(ff) His formulis ne aliquis ſentire auderet aliter, ceu terriculamentis perſequuti ſunt lectores IASON *ad L. 24. C famil. herciſc.* rem lippis & tonſoribus notam eſſe HIERON. *de* CAEVALLOS *commun. opin. Q. 666.* bellum aliter ſentientem orbi indicere uniuerſo *Rol. a* VALLE *uol. 1. conſil. 17. n. 3.* et quae uerborum minae ſunt generis eiusdem.

Amica ueritati.

§. II. Verum eius generis fulmina bruta ſunt rectioribus ingeniis (gg). Quod ICtum non atra bile, ſed legibus & rationibus agere oportet, procul habitis amoris & irae cauſis.

Iuſtitiae inimicus.

(gg) Eſt enim hoc ipſum in temporum infelicitate ponendum, quod in noſtro aeuo *lex* & *ratio* regnent. Non magiſtrorum B tripus; non ſententiarum uetuſtas et numerus; non coeca docentium auctoritas; non alia plura, iuſto et aequo inimica.

Propoſitio.

§. III. Noſtro itaque iudicio, in *fructuariis fideicommiſſis neque Trebellianicae neque legitimae detractionem iure fieri poſſe*, exiſtimamus fidenterque adſerimus.

Verborum explicatio.

§. IV. Non opus eſt, ut in huius poſitionis uerba inquiramus. Quod ex principiis iuris conſtat, quid *fideicommiſſum* (hh) ſit, quid *fructuarium* (ii); quidue *legitimae* (kk) et *Trebellianicae* (ll) nomine dicatur. Tempus dandum iuribus, magis litigioſis.

Fideicommiſſi nomen.

(hh) Latinis nomen *fideicommiſſi* originem rei debet. Cum enim principio reipublicae Romanae inſtitui non poſſent heredes hominum genera uaria, *peregrini, mulieres, macula notati* cetera. Pia hac fraude uſi ſunt teſtatores, ut *ciuis* Romanus, cum quo teſtamenti factio erat, heres ſcriberetur quidem, ſed eo fine, ut hereditatem alteri reſtitueret, quem teſtator in teſtamento ſubſtituiſſet. Hactenus *uirtutis*, non *legis* fuerat, fidem praeſtare & teſtato- D ris uoluntate, in tradenda alteri hereditate, ſatisfacere.

Definitio.

Adeoque fideicommiſſum tum *uotum erat, quo conſcientiam heredis onerauerat teſtator, ut hereditatem uel partem eius alteri, quem ille nominaſſet, reſtitueret.* Sed poſtea legis acceſſit auctoritas, ut adeo hodie *uinculum iuris ſit, quo obligatur heres, hereditatem aut partem eius alteri, quem teſtator nominauit, reſtituere.* Germani uti teſtamenta ignorarunt, ita et- E iam in teſtamentis facta fideicommiſſa. Quapropter illi hodieque utuntur uerbo Romano: *ſeine Güter ſind mit einem* fideicommiſs *beſchwehret das Gut iſt* fideicommiſs. Quamuis enim fideicommiſſi ſynonymum faciat uocem *Stammgut* KNIPSCHILD *de fideicomm. c. 1. n. 13. 14.* In eo tamen fallitur. Quoniam fideicommiſſa neque apud Germanos hunc ſibi finem C ſemper proponunt, ut hereditas apud *familiam* permaneat. Speciem ergo dixeris uerbum *Stammgut*, necquicquam ſynonymum fideicommiſſorum.

Fructuarii nomine quid?

(ii) Scilicet de fideicommiſſis hic loquor ex certo ſiue incerto die. Vbi ſcilicet hereditas non illico eſt reſtituenda, ſed uel poſt decem & plures annos, uel mortuo tantum herede, Cui interim bonorum hereditariorum uſusfructus datur, aut ſi mauis, utile uel plenum dominium. Neque enim fiduciarium heredem adſtrinxero legibus uel uſufructuarii, uel utilis tantum dominii, quod rem uertere in alium ſtatum aliaque poſſit, quod facere nefas eſt uſufructuario et emphyteutae aut uaſallo.

Legitima.

(kk) Siue haec *liberorum* ſit eorumque uel in primo, uel in reliquis gradibus; ſiue *parentum*; ſiue certo caſu *fratrum* et ſororum. Siue legitima *triens* ſit, ſiue *ſemis*. Vtrumque idem eſt in noſtro argumento.

Trebellianica.

(ll) *Portionem* hoc nomen uult *fiduciario* heredi debitam, quod onus in ſe ſuſcipiat adeundi hereditatem aditamque reſtituendi heredi fideicommiſſario. Qua de re in pandectarum, codicis et inſtitutionum titulis ex inſtituto agitur idque ſigillatim.

CAP. IV.

Aduerſus detractionem in fructuariis fideicommiſſis argumenta.

SEGMENTVM I.

Ex iure Romano.

§. I

Argumenta I. quod detractiones LL. correctoriae ſint.

PRincipio ex ueteri iure in memoriam reuocanda eſt (aa) ciuium Romanorum in teſtamentis condendis, bonisque relinquendis facultas liberrima (bb). Praeſtiterant olim fideicommiſſa liberi ex *obſequio* (cc), quo illi pependerunt a parentibus, ſiue hi aliquid, ſiue nihil illis relictum uellent. Extraneos quondam heredes *pudor* retinuit morumque integritas, quin fideicommiſſa fallerent unquam fraudarentque ſpe ſua teſtatorem (dd). Integerrimos mores poſtea nouae leges migrarunt, filiis *legitima*, ceteris *Trebellianica* adſignatis detractisque fideicommiſſario heredi. Quapropter nemo iam dubitabit, utramque portionem originem debere legibus *correctoriis* (ee) ideoque interpretationis eſſe reſtringentis. Tantum abeſt, ut uel una uel altera ab uno fideicommiſſi genere extendi queat ad aliud, a *puro* ad illud, quod eſt ex certo die (ff). Quod inter utrumque maxima diſcrimina intereſſe uideantur.

Commendatio ueteris iuris Romani.

(aa) Hoc enim illud eſt, quo uulneratae a rerum ignaris interpretibus iurisprudentiae medicas adferre poſſumus manus: quo ICti humaniores, litteris reſurgentibus, Bulgariſtarum putidos errores correxerunt: quo ueri legum intellectus ex rationibus earum hodieque illuſtrantur, ſomniis tenebrisque depulſis, quas ex cerebro ingenioque illis adfudit uetuſtatis incuria; quo ipſe etiam Pomponius motus eſt, ut *l. 2. ff. de orig. iur.* neceſſarium eſſe ſcriberet, iuris ſtudioſus cognita habeat legum incunabula, mutationes ſucceſſusque. Iniuriam certe TEXTOR uiro illuſtri, domino de COCCEII facit, quod eius ſtudia in eruendis uetuſtioris iuris publici in Germania fontibus exagitat. Potius idem illud eſt, quod in omnibus doctoribus ueteranis deſideramus. Quoniam illi publica imperii iura uel ex ingenio docuerunt, uel ex legibus peregrinis. Contra, pulcherrimo inſtituto, patriam patriae reſtituit et inſtituta eius recentiora ex priſtinis moribus explicuit emendauitque iurisprudentia Cocceiana.

Vltima olim uoluntas liberrima.

(bb) Quondam in ſolius arbitratu teſtatoris fuiſſe, cui et quibus legibus ſua relinquere uoluerit heredibus, auctor eſt grauiſſimus IVSTINIANVS *Auguſtus Nou. 22. c. 2. pr.* hisquidem uerbis: *ſecundum uero illud, ut omnia, quaecunque teſtator diſpoſuerit, haec ualeant. Diſponat itaque unusquisque ſuper ſuis: ſit lex eius uoluntas. Lex XII. tabularum ita dicens:* VTI LEGASSET QVISQVE DE RE SVA, ITA IVS ESTO. Licet autem uerſionem huius nouellae ideo emandatam uelit *Ant.* AVGVSTINVS *de LL. XII. tabb. p. 169.* quod Graecis νόμ☉ˢ ſigillatim non *lex* ſit, uerum *ius* uniuerſim, ita autem uerba ſe habeant Graeca: καὶ ἔϛω νόμ☉ˢ ἡ τούτȣ βουλὴ et apud THEOPHILVM Ὡς ἂν ληγατεύσῃ τῦτο νόμ☉ˢ ἔϛω: id tamen noſtro ſufficit inſtituto, quod axioma iuris non hic tantum laudatum ſit: uerum etiam in pluribus locis aliis, utpote *l. 120. ff. de V. S. et l. 1. pr. ff. ad L. Falcid.* imo *pr. Inſt. de L. Falc.* Idem fere CICERO *lib. 2. de inuent. et lib. 1. ad Herenn.*: *pater familias, uti ſuper familia pecuniaque ſua legauerit: ita ius eſto.* Quorſum forte reſpexit QVINTILIANVS *declam. 107. non aliud uidetur ſolatium mortis, quam uoluntas ultra mortem* et ſimilia fere apud AMBROSIVM *lib. 3. offic. c. 9.* Quod uero doctores *L. 1. C. de SS. eccleſ.* huc trahant, ubi CONSTANTINVS *imperator* ann. 321. ad populum his uerbis perorat: *habeat unusquisque licentiam bonorum, quod optauerit relinquere. Non ſint caſſa indicia eius. Liber ſit ſtylus. Et licitum, quod iterum non reddit, arbitrium:* illud quidem minus pertinet ad noſtrum argumentum. Partim, quod imperator haec in fauorem *eccleſiae heredis* ſcripſerit: partim etiam quod tempore ſcripſerit, quo teſtatorum uoluntates iam circumſcriptae fuerunt *legitimae* et *quartarum* ceterarum limitibus.

Legitimae origines

(cc) Quo tempore id factum ſit et patris teſtatoris libertas, qua, liberis omnino, neque ulla ex cauſa, neglectis, bona ſua, cuicunque uellet extraneo, poſſet relinquere, fuerit ſublata adſtrictaque ad relinquendum liberis

CAP. IV.

beris aliquam bonorum partem: noſtra A quidem parum refert. Alii enim *portionem* hanc *debitum naturae* dicunt, quos confutauit HOTTOMANNVS *diſput. iur. de quarta legitimaria c. 1. §. 4.* alii *Gliciae* autori eius tribuunt, inſcriptione permoti *l. 4. ff. de inoff. teſt.* quoniam ibi Caius in defenſione legitimae aduerſus parentes ad L. Gliciam prouocauerit. Qua in opinione perſiſtit CVIACIVS. Quamuis enim dogma illius, *lib. 3. ſent. recept. Pauli tit. 8. §. pen.* prodirum, impugnauerit, B tecto licet nomine, RAEVARDVS *de auctorit. prudent. c. 12.* reſpondit tamen huic dubia facta *lib. 14. obſeru. cap. 14. de L. Glicia.* Alii ex ipſa L. Falcidia deducunt legitimam *Ant.* GOVEANVS *lib. 2. uar. lect. c. 1.* idemque CHIFLETIVS *de legitima c. 4.* Nuperrime iurisprudentiae humanioris inſigne illud ornamentum *Cornel. van.* BYNKERSHOEK *lib. 2. c. 12. obſer. iur. ciu.* C ortum legitimae in conſuetudine quaerit, qua factum ſit, ut patres liberorum nullam habentes rationem, arguerentur furoris, nati uel e profano in liberos *odio*, uel etiam e nimio et faſcinato in extraneos extraneasue *amore*. Addo huic coniecturae, quod primum talis *praeſumtio iuris fuerit*, deinde autem *iuris* facta ſit et *de iure*. Adeo ut neque in contrarium fuerit admiſſa probatio. Atque hoc idem D illud eſt, quod Iuſtinianus ſcripſit *pr. Inſtit. de inofficioſo teſt. hoc colore* (hac praeſumtione) *quaſi non ſanae mentis fuerint, cum teſtamentum ordinarent. Sed hoc dicitur, non quaſi furioſus fuiſſet* (ſed iuris et de iure praeſumtione inſtar furioſi haberetur). *Nam ſi uere furioſus ſit, nullum eſt teſtamentum.* Quicquid uero eius rei ſit, clariſſima nobis argumenta ſufficiunt, unde conſtat aperte: *olim parentum quoque li-* E *beras uoluntates, liberis uero* in teſtamento neglectis *nullum ius fuiſſe, quo patris ultimum elogium impugnarent.* Primo enim de Graecorum moribus teſtatur ARISTOTELES *lib. 8. de morib. c. 16.* ſub finem: *Non permiſſum liberis, ut patrem exheredent, at patri licet liberos. Hos enim par eſt magnis acceptis a patre beneficiis reſpondere. Qui tametſi omnia fecerint, non tamen tantum aſſecuti, ut non plura debeant.* F *At ſi quos officiis tenemus obligatos, licet deſerere. Et patri quoque liberos praeterire conceſſum eſt. Nemo tamen eſt, qui filium exheredare uelit, niſi inſigniter improbum. Nam, praeter innatum amorem, communis humanitatis ratio nos impellit, ne omni praeſidio eos deſertos eſſe, patiamur, quos procreauimus.* Sit alter teſtis ISAEVS: *bona ſua, cuicunque libuerit, teſtamento danto, leganto. Etiam ſuperſtitibus filiabus* (qui- G bus nulla legitima). *Quas in uxores ducunto ſcripti heredes.* Habes integrum locum in *Sam.* PETITI *LL. Atticis tit. 6. p. 482.* Ita Graeci. Sed uero a Graeciae ci-

1] ex decreto naturae,

2] ex L. Glicia,

3] ex L. Falcidia,

4] ex praeſumtione furoris.

Principio ap. Romanos nullam fuiſſe legitimam.

1] quia libera exheredatio.

Lud. opuſc. tom. I.

§. I.

A uitatibus iura petita eſſe Romanorum, dubio caret *l. 2. ff. de orig. iur.* Deinde cum inſtituturos querelam inofficioſi furorem parentis, teſtatoris, fingere oportuerit *l. 2. et 5. ff. de inoffic. teſt.* inde ſatis clarum eſſe puto, quondam ſolum furorem in cauſa fuiſſe, ob quam a parentibus liberi in teſtamentis neque praeteriri poſſent neque exheredes fieri. *Praeterea* primis reipublicae temporibus pater filium eman- B cipare, abdicare et de ſua eiicere familia potuit aeternum, etiam inuito filio atque innoxio *l. quidam cum 132. ff. de V. O* quem occidere non minus potuit *l. in ſuis 11. ff. de liber. et poſthum.* Et quamuis poſtea oportuerit parentem, cauſas adlegare *emancipationis* et abdicationis ſuſcipiendae *L. iubemus 5. C. de emancip.* hae ipſae tamen ſaepius fuerunt quam leuiſſimae, quod pareat minus patri QVINTILIANVS *lib. 7.* C *inſtitut. c. 4. p. 330.* quod parer orbus ſit liberis *idem declam. 256.* quod filius in eius odio ſit, quod ſordidus, parum uenuſtus cetera *idem declam. 283.* et eiusmodi. Vnde ſatis conſtat, emancipationes, licet coram iudice factae fuerint, a licentia tamen parentum ſemper fere pependiſſe. Quemadmodum apud Graecos pater filium per ἀποκήρυξιν publica praeconis uoce emancipauit, prima uice fere pro lubitu, ſed D altera, cauſis allegatis, ſi filius noctu *foris cubuiſſet*, ſi *potaſſet* intempeſtiue, ſi eſſet *comeſſatus*. Has enim leges citat LVCIANVS *in oratione*, quam ab argumento dicit *abdicatum p. m. 723.* Sed hunc ipſum oratorem pater abdicauerat hoc tantum praetextu, quod nouercam *medicus* curare neſciret, qui ipſum patrem in eodem morbi genere curauiſſet. Quaſi iidem morbi non differrent grauitate, tempore, ſub- E iectis. Quo certe rerum ſtatu in utraque republica ego diſcrimen uix reperio in iure emancipationis ſeu ἀποκηρύξεως Graecae, quod tamen ſibi perſuadet imperator *L. abdicatio 6. C. de patria poteſt.* Quod ſi ergo pater libere quondam emancipare liberos potuit: potuit etiam illos libere exheredare. Quoniam olim nulla emancipatorum neque legitima fuerat neque alia ulla ſucceſſio. *Emancipati iure ciuili nil* F *iuris habent neque iure alio ullo per legem XII. tabularum* (ad hereditatem parentum) *uocantur* ſuo etiam tempore imperator ſcripſit *§. 9. Inſtit. de heredit. ab inteſt.* Tandem etiam illud ius parentum fuit, ut liberos, nullo diſcrimine ſexus uel aetatis, pro lubitu uendere illi poſſent. Lege DECEMVIRALI cautum: *ſi pater filium ter uenum cluit, a patre liber eſto. Liberos ceteros ſemel ſi uenum cluit, ſui iuris ſunto.* G Quod habet DIONYSIVS *Halicarn. lib. 2. p. 471.* ALEXANDER *natal. dier. lib. 6. c. 10.* teſtis eſt, ſatis luculentus: *Inſuper filios ſub patris iure eſſe illosque uictus neceſſitatiuisue cauſa patrio iure uendere et pretium* quaeſt[...]

2] fundamentum eius praeſumtio furoris.

3] parentibus libera ἀποκήρυξις ſeu emancipatio.

4] uenditio liberorum legitima.

Xxx 2

CAP. IV.

quaeſtui eſſe, usque ad tertiam auctionem. A *Neue id fraudi ignominiaeque eſſe. Neque filio quicquam in bonis eſſe, patribus uiuentibus, quem etiam pater occidere poterat* et quae ſequuntur deinceps. Poſtea tamen uendendi cauſa nonniſi unica fuit, patris ſcilicet egeſtas. Quam denique Conſtantinus M. hoc correxit remedio *l. 2. C. Theod. de alim. quae inopes parentes de publico petere debent* idque his uerbis: *prouinciales, egeſtate laborantes, liberos ſuos* B *uendere et oppignorare cognouimus. Quisquis igitur huiusmodi reperietur, per fiſcum noſtrum, antequam fiat calamitati obnoxius, adiuuetur.* Imo *l. 2. C. de patribus, qui filios diſtraxerunt* id tantum habetur, ut filios uendere liceat, uerum ſaluo ſemper reluendi iure patri, liberis, extraneis. Sed tamen extat etiam *l. 10. C. de patr. poteſt.* ubi et hoc parentibus negatum: *Libertati a maioribus tantum impenſum eſt, ut patri-* C *bus quibusuis uitae in liberos necisque poteſtas olim erat permiſſa, libertatem eripere non liceret.* De GRAECIS uero PLVTARCHVS, quod ante Solonis tempora patribus conceſſum fuerit, *liberos uendere.* Locus eſt in eius Solone: *filiam aut ſororem uendere, nemini ius eſto. Niſi in ea adhuc uirgine moechum deprehenderet.* Plenius *Samuel* PETITVS *tit. 4. LL. Attic. p. 159.* Clarior hic teſtis AELIANVS *lib. 2. uar.* D *hiſt. c. 7.* Si ergo patribus licuit Romanis, liberos quaeſtui hsbere, inſtar mancipii uendere et abdicare: quis quaeſo dixerit, uel ſomnians cogitauerit hoc caſu de liberorum ulla *legitima.* Verum ſatis de his. Neque enim tanta forte induſtria opus fuiſſet: niſi ueteris iuris fere obliti eſſent ICti forenſes. Id enim ſi cogitarent, fieri non poſſet, ut tantae apud illos diſputationes: *utrum legitima iuris na-* E *turalis.* Hoc autem oppido falſum eſſe, ex hactenus dictis patet, ubi Romae quondam exulauit legitima.

Trebellianicae putida origo.

(dd) In altero hoc nobis eſſe licet eo breuioribus, quo prolixi magis fuimus in primo. Eſt enim tyronibus iurisprudentiae Romanae ex *tit. inſtitut. de fideicom. et ad Sct. Treb.* cauſa notiſſima facti huius ſenatusconſulti. Fuerat nempe ueterum Romanorum ea probitas atque integritas, F ut, hereditatem alii reſtituere iuſſi, qui forte inſtitui heres nequiret, quia *peregrinus, mulier, macula* notatus, cetera, ſibi religioni ducerent, ſpem fallere teſtatorum, hereditate fideicommiſſarium ſpoliare et ex alieno opes quaerere. Quod pietas id uellet, ciuium fides et morum illius aeui ſingularis innocentia. In quibus uirtutibus ſi perſtitiſſent Romani, necquicquam uel *Trebellianica* opus fuiſſet, uel *Pegaſiana.* G Quid uero? Fallunt fidem inſtituti heredes: hereditatem, alii deſtinatam, ſibi retinent: rident exſibilantque cum teſtatorem, tum fideicommiſſarium inani reſtitutionis ſpe pulchre deceptos. Horrent

§. I.

A tamen facinora haec Auguſti. Praetores fideicommiſſarii dantur, qui fiduciarios heredes officii, ſibi impoſiti a teſtatore, admonerent. Omni ex aere alieno periculo liberantur fiduciarii oneraque et actiones omnes in fideicommisſarium transferuntur. Vt uel ſic pudore ducerentur, quin fallerent perfidia. Verum nil proficitur. Lucri tanta fames ſequiori aeuo, ut, omni pudore reiecto, fiduciarii diteſcere cum oppro- B brio mallent, quam gratis ſoluere fidem. O mores! Ad haec quid legislator? Qui facile intellexit, malos animos fruſtra cogi ad uirtutem. Cum aliud nihil ſupereſſet, ut fides ſancta haberetur, ſpes lucri proponitur. Quo exulantem Romae fidem teſtatores mercarentur. Scilicet *quarta* hereditatis pars, ſiue Pegaſianae ſiue Trebellianicae nomine, conceditur fiduciario heredi, ne amplius dubitaret, cetera fidei- C commiſſario reſtituere. Quo rerum ſtatu quis fidus et bonus ciuis aut iudex *Trebellianicam* fauore ullo, nec ſummo potius odio digniſſimam habuerit, cum fere prae ſe ferat nihil, quam fidem quaeſtuoſam et uenalem. Veſtros autem o Germani! animos compello, ab integritate olim tantopere commendatos. Bone Deus! qui factum? quod migraueritis mores, proh! labe nunc infectos peregrina. Recipite D pudorem, qui maiores ueſtros retinuit a fraude et fallaciis. Sint uobis ueſtrisque ſancta fideicommiſſa. decoris gentilitii ergo fideique in uos poſitae in tabulis teſtatorum. Virtus ſit uobis pretium, non heredipeta Trebellii.

Legitima ſtricti iuris.

(ee) Axiomata iuris ſunt: *in correctoriis legibus debet fieri reſtrictio, multo fortius, quam in aliis; lex noua recipit omnes limitationes, reſtrictiones et declarationes* cetera. E De quibus, poſt alios, late *Nic.* EVERHARDVS *in topica legali loco 78. n. 13. ſq.* Nemo enim *ſe corrigere praeſumitur*, quod eſt facti potius BARBOSA *axiomat. iuris 60. n. 1.* Reſtringens autem interpretatio locum habet, ubi opinabile non eſt, id legislatorem uoluiſſe GROTIVS *lib. 2. de I. B. et P. c. 16. §. 22.*

Fideicommiſſi puri et ex die magna diſcrimina.

(ff) Cum inter fideicommiſſa *pura* et ex *certo die*, fructuaria, interſit quamplurimum: nullum etiam a primo genere fidei- F commiſſi ad alterum eſſe uidetur uinculum conſecutionis. In primo *heres* grauatur, in altero *heres heredis*: ibi heres *fruſtra* eſt heres, non hic, ubi *utitur fruiturque* hereditate: ibi heredi *alimenta* deeſſe poſſunt, *non hic*: ibi teſtator heredi *onus* imponit, hic largitur *commodum*: ibi heres teſtatori *facit* gratiam, hic *accipit* illam a teſtatore: ibi teſtator *praefert heredi* aliud, hic autem aliis ipſique fideicommiſſa- G rio *praefert heredem*: ibi heres *aliena* curat, hic *propria* et quae utriusque diſcrimina ſunt generis eiusdem. Vnde facile patet, iure meritoque dubitandum negandumque eſſe, quando leges de *primo* genere diſponunt, quod illae eapropter diſ-

ponant

CAP. IV. ponant etiam de altero. Praeſertim ſi quaeſtio ſit de legibus correctoriis atque A odioſis. In quibus uerſari diximus cum legitimam, tum Trebellianicam. §. II.

II. Quod ſint odioſae ac inſolentes.

§. II. Neque quod altero nunc loco moneo, *detractiones* hae iuris tantum *correctoriae* ſunt: ſed etiam *odioſae* ac inſolentes. *Legitima* quidem, quod horribile dictu ſit, liberos, quos pater uix natos exponere (gg) et, quamuis adulti eſſent, abdicare, uendere et occidere potuit (hh), iam nunc ſpernere et conculcare imperia et fideicommiſſa paterna (ii), niſi ſordida haec ſecum lucra uehant legitimae et pietatem in patrios manes reddant quaeſtuoſam. Eiusdem inſolentiae *Trebellianica*. Pudorem enim illa excuſſit (kk) ciuibus Romanis, ne gratis fidem probarent teſtatori aut fideicommiſſario heredi, ſed uirtutem oſtenderent Romae uenalem. Eſt ergo et illud hic uerum, quod utraque detractio, quo odioſior ſit, eo etiam ſenſus ſit anguſtioris (ll). Vt etiam uel ideo certus ſim, leges, odio dignas, a puris non porrigendas eſſe in fructuaria fideicommiſſa.

De iure patris liberos 1] *exponendi.*

(gg) Principio dicendum de iure *exponendi infantes*. Vt nemo legibus adſtrictus eſt ad procreandum: ita Romani et Graeci neminem quoque coegerunt ad alendum et agnoſcendum procreatos. De primo LACTANTIVS, quod mireris forte, *lib. 6. c. 20. Quare ſi quis liberos ob pauperiem non poterit educare, ſatius eſt*, (minus malum largitur, ut euitet maius) *ut ſe ab uxoris congreſſione contineat, quam ſceleratis manibus Dei opera corrumpat*. De altero C dicendum hic eſt ex inſtituto. Scilicet perſpicua primum uerba DIONYSII *Halicarnaſſenſis lib. 2. hiſt.* quod olim Latinorum hi mores fuerint, ut, quod editum eſſet ab uxoribus, mariti uel agnoſcerent alerentque, uel trucidarent, uel exponi iuberent beſtiarum laniatui et eſcae. Verum, non iuris, ſed conſilii ergo, ne incolis orba eſſet respublica, hanc licentiam ad has leges adſtrinxit Romulus: *ut colonis neceſſitatem* D *imponeret educandi omnem uirilem prolem et e filiabus eas, quae primogenitae eſſent et uetuit, ne ullum foetum, triennio minorem, necarent. Niſi ſi quis infans mutilus aut prodigioſus ſtatim in ipſo partu editus fuiſſet* (a quibus ſcilicet nulla ſperare commoda poſſet respublica). *In eos uero, qui contra leges iſtas feciſſent, ſtatuit mulctas.* Idem etiam fuerat decreto confirmatum DECEMVIRALI, ad quod TVLLIVS reſpexit E *lib. 3. de leg.* et SENECA *lib. 1. de ira c. 15.* itemque *lib. 5. controu. 33.* Verum neque ſic licentia ſublata eſt parentum, in liberis, quos agnoſcere nollent, occidendis. Nam, quod docte aduertit *Gerardus* NOOD in *Iulio Paulo c. 2.* nihilominus liberos, recens editos, pater occidere aut exponere potuit, hoc colore uſus, recens editos embriones, homines ante non eſſe, quam nutricis opera interueniſſet et prima ei data fuiſſet F mamma. Accedit, quod meo iudicio, aucta hominibus republica, Romuli lex et ipſa in deſuetudinem abiit, quod eius uideretur iam ratio ceſſare. Ex quo nulla incolarum Romae penuria fuit, ut potius ciuitas populi laborare uideretur multitudine. Quapropter ex innumeris locis clarum eſt, aeuo etiam imperatorum infantes

B proiectos et occiſos fuiſſe parentum uoluntate, nullo ſexus, aetatis, habitus facto diſcrimine. Exempla ſuppeditant cum ipſi ſcriptores Romani SVETONIVS *in Octauio c. 65. in Caligula c. 4.* TACITVS *lib. 5. hiſt. c. 5.* et *de morib. Germ. c. 19.* QVINTILIANVS *declam. 306.* PLINIVS *lib. 10. epiſt. 67.* tum chriſtiani TERTVLLIANVS *in apolog. aduerſ. gentes p. 826.* LACTANTIVS *lib. 6. inſtit. c. 20.* aliique doctores chriſtiani paſſim. Etiam in legibus iuris, infantes exponendi, frequens memoria *l. uxorem 29. ff. de manumiſſis teſtam.* porro *l. 16. patrem C. de nuptiis*, imo duobus titulis in *C. Theod. de expoſitis* et alio, *de his, qui ſanguinolentos emtos uel nutriendos acceperint:* quos utroque uno eodemque titulo iunxit *Iuſtinianus lib. 8. C. tit. 52.* His moribus quidem uſi non ſunt ciues Romae chriſtiani, imo tale quid facientem patrem arguerunt homicidii, de quo *Tertullianus* et *Lactantius* paſſim in *ll. cc.* ſed tamen *Conſtantinus M.* imperator, quamuis Chriſto nomen dediſſet, necquicquam auſus eſt, haec parentibus iura eripere. Quod pertinere quodammodo uiderentur ad facultates ciuium Romanorum et publicum ciuitatis ſtatum, quem noluit, chriſtianiſmi ergo, labefactare. Igitur expoſitiones infantum damnatae quidem ſunt in eccleſiis, in curiis autem relictae et quodammodo temperatae ſunt, usque dum *Valentinianus, Valens et Gratianus* imperatores exponendi morem e republica proſcriberent *l. 2. C. de infantib. expoſ.* his quidem uerbis: *unusquisque ſobolem ſuam nutriat, quod ſi exponendum curauerit, animaduerſioni, quae conſtituta eſt, ſubiacebit.* Sed quaenam haec *animaduerſio?* Quamuis enim Paulo *l. 4. ff. de agnoſc. et alendis liber.* necare uideatur non tantum is, *qui partum perfocat; ſed et is, qui abiicit et qui alimonia denegat; et qui publicis locis miſericordiae cauſa exponit, quam ipſe non habet:* conſtat tamen cuique, inter haec genera expoſitionum quam plurima interfuiſſe, adeo, ut tantum non ineptum fuerit, diuerſis delictis adfingere poenam eandem. Quid uero? *L. 8. C. ad L. Cornelium de ſicar.* certe hoc uelle

CAP. IV.

uidetur: *Si quis necandi infantis piaculum* A
aggreſſus aggreſſaue ſit: ſciat ſe capitali
ſupplicio eſſe puniendum. Erudite et inge-
nioſe ICtus humaniſſimus *Gerard.* NOOD
cap. 9. 10. 11. Iul. Pauli utramque legem ita
connectit, ut exiſtimet, iuris *primam* tan-
tum *praecepta* habere, ex uirtute deſumta,
quae poſt in *ultima* lege iuerint in *iuris re-*
gulas forenſes. Verum, quod legis duri-
tatem plura hodie regna horrent: non pu-
to, de omni genere expoſitionis agere ean- B
dem, ſed tantum de illa, quae facta eſſet
beſtiarum laniatui et ſubmerſionibus aqua-
rum. Ceterae enim expoſitiones, in loco
publico factae, quod raro illas mors ſeque-
retur, animaduerſionem habuerunt extra-
ordinariam exilii et fuſtigationis. Idem
iudicium eſt *procurati abortus.* Quem the-
ologus aut philoſophus homicidium dixe-
rit, non ICtus nec iudex in foro crimi-
nali. Quod illud reipublicae damnum hic C
non ſentiatur, quod in infanticidiis et
multa accidere ſoleant inter os ſuprema-
que labra. Deinde qui in poenis infligen-
dis ſequi uoluerit uincula conſecutionis
moraliſtarum, qui dicuntur, ille et homi-
cidium dicere poterit crimen onaniticum,
pollutiones, quidni et ſera aut negata ma-
trimonia? Vtinam diſcriminis, inter prae-
cepta et regulas iuris, obſeruantiores fuiſ-
ſent ipſi etiam conditores Carolinae. Sed D
haec in diuerticulo.

a] de iure parentum, liberos occidendi.

(hh) Ius uitae et necis, quod Roma pa-
rentibus tribuit, eſt certe teſtatiſſimum.
BODINVS *lib. 1. c. 4. de republ.* Romanos
hac in re ſecutos eſſe dicit ius naturae, quod
patres hac inſtruat in liberos poteſtate. Sed
HALICARNASSENSI *lib. 2. et 8.* auctore:
Romulus Solonis, Pittaci, Charondaeque
leges, permittentes patribus, filios exhere-
dare domoue pellere, non ſatis habuit graues E
et ut parenti ſuus honor conſeruaretur. O-
mnem poteſtatem patri dedit in filium.
Idque toto uitae tempore ſiue in carcerem
eum mittere ſiue flagris caedere ſiue uinctum
ablegare ad ruſtica opera ſiue necare libeat.
Etiamſi filius tractet rempublicam, etiamſi
magiſtratus gerat maximos. Addit porro
BALDVINVS *ad L. 17. Romuli:* Hoc iure
uſi ſunt Brutus, Manlius, Torquatus, Caſ-
ſius. Idem ex formula patet, qua liberi F
ſunt arrogati. Nam patris etiam adoptiui
haec poteſtas fuit. GELLIVS *lib. 5. Attic.*
c. 19. eam recitat: *uelitis, iubeatis, Quiri-*
tes, uti Lucius Valerius Lucio Titio tam iu-
re L. Q. filius ſibi ſiet. Et VITAE NECIS
in eo poteſtas. Idem ex teſtimonio ALE-
XANDRI *lib. 6. c. 10.* ubi poſt alia dicit:
Filio nihil in bonis uiuo parente. Quem et-
iam pater occidere poterat. Neque ipſarum G
legum hic deeſt auctoritas *L. ult. C. de patr.*
poteſt. claris hoc uerbis dicit Conſtantinus:
Libertati a maioribus tantum impenſum eſt,
*ut patribus, quibus ius * uitae in liberos **
necisque poteſtas olim erat permiſſa, liber-
tatem eripere non liceret. Et PAVLVS *l. 11. in*

§. II.

ſuis ff. de lib. et poſth. nec obſtat, quod liberos
exheredare licuerit, quod et occidere licebat.
Superſedeo teſtibus teſtimoniisque de iu-
re in uitam liberorum aliis, non, quod illa
deſint, ſed quod haec ſufficere uideantur.

Patria poteſtas, Dei uicaria, ab hominibus fere ſublata.

(ii) *Plus in pietate patris, quae eſt a Deo,*
quam in illa, quae ab hominibus ſiue pactis
ſiue moribus inducta eſt, inquit NAZIAN-
ZENVS *in apologet. ad populum.* Proh!
hodie *inter chriſtianos nihil iam plane pa-*
trium, niſi adpellatio ſola atque denomina-
tio patris. A re ſeparata eſt pietas, in uer-
bo haeret. Initio licebat ſine exceptione fi-
lium interficere, poſtea, niſi conſilio adhi-
bito. Rurſus non inauditum. Denique, non
iudicio domeſtico; ſed per magiſtratum. Imo
uero tandem illud ius euanuit prorſus. Nec
ultra eſt pignori aut uenditioni locus. Ex-
heredationi ne uix quidem. Quicquid ac-
quirit filius, ſibi hodie acquirit (peculiis
adſignatis, quorum ignara uetuſtas), *non*
patri. In ius uocat, accuſat ſine uenia. Ea
nunc religio, ea traditio eccleſiae. Filium,
quamlibet uitam inſtituat, nubat, uoueat-
que: poſſe iſta omnia, ſpreto inuitoque pa-
tre. His uerbis patri ereptam poteſta-
tem, queritur deploratque *Petrus* AERO-
DIVS in *opuſculo de patrio* iure. Quo fi-
lium, ordini Ieſuitarum ſe dicantem, e
manibus illorum inſtituit uindicare, pater
moeſtiſſimus. Noſtro certe calculo ſub-
ſcribimus eidem, eo praeſertim intuitu,
quo priuilegia *peculiorum* et *legitimae* cum
priſtinis Romanorum inſtitutis aduerſa eſ-
ſe uult, tum diuini humanique iuris ra-
tionibus. Appoſite *Ioan.* BODINVS *lib.*
1. de republ. c. 4. p. 44. de legitima libero-
rum ſigillatim: *Laudabilior eſt mos antiquus*
Romanorum, qui nullam actionem ad patris
teſtamentum filio dari permiſerunt: ut ni-
hil a filio contra patris dignitatem tentare-
tur. Sed cum legitima filiorum a magi-
ſtratu definita eſſet, parentes a liberis pau-
latim contemni et in annos illi paternos in-
quirere coeperunt. Neque enim eſt, quod
libertas haec parentum liberis uideatur da-
mnoſa fuiſſe. Quin haec in licentiam abeat,
quamuis leges non caueant, cauet tamen
benigna et prouida natura. Quoties enim de
liberorum agitur commodo, neque noſtris
neque aliorum conſiliis allicimur, ſed ui a-
gimur rapimurque nobis ingenita. Homi-
nem facilius exuas, quam amorem iſtum.

Praeſertim per LL. de legitima.

Trebellianica fidei expers.

(kk) Non repetam hic, quod ſcripſi ſu-
perius §. *3. litt. dd.* Res ipſa uel ex pri-
mis iurisprudentiae elementis clara eſt.
Quo fine conſuli poſſunt §. 1. 2. *ſeq. Inſt. de*
fideicomm. hereditat. Vberrimi etiam hic
ſunt *Balduinus*, *Hottomannus*, *Bachouius*
et qui huius uitulo arauit *Vinnius*, alii. Qui
omnes in legitimae originem ita inquirunt,
ut conſtet, perfidiam Romanorum eisdem
occaſionem dediſſe cauſamque. Modo il-
lam grauioribus uerbis deteſtarentur, quod
dum facere negligunt, eius officii hic ſunt
commonendi. (ll) Hanc

Odia quartarum in patrem et teſtatorem ſunt reſtringenda.

(ll) Hanc enim iuris interpreti regulam ſuggerit pontifex *cap. 13. de reg. iur. in 6. odia reſtringi et fauores conuenit ampliari.* Quando itaque lex ſuper *facto negatiuo*, quale illud eſt, quod agit de non grauando herede ultra quadrantem aut ſemiſſem, qui ante poterat omnino grauari, tum lex eſt reſtringenda. *Neque extenſio admittitur ex identitate rationis* TIRAQVELLVS *de retractu in praef.* et HONDEDAEVS *lib. 1. conſ. 95 n. 28.* ſic odioſa, *quae in alterius* (parentum et teſtatorum de rebus ſuis) *praeiudicium tendunt: quae iuri communi* (patrio iuri et iuri teſtatorum) *derogant* BRVNNEMANNVS *ad reg. iur. 15. n. 2.*

III. Ratio quartarum ceſſat in fructuariis fideicommiſſis.

§. III. Praeterea neutrius quartae *ratio* adeſt in fructuariis fideicommiſſis. Non *legitimae.* Huius enim fundamentum et radix, quod pater liberis teneatur ex lege alimentaria (mm); quod pater opes acquirat ex operis fortuniſque liberorum (nn). Vbi illud omnino uidebatur duriſſimum. Filios in operis, patri praeſtandis, in diuitiis eiusdem augendis ſeneſcere (oo), poſt tamen commodo deſtitui ſucceſſionis. Vt uero ulcera peculiorum taceam, quibus uetuſtiora parentum iura adflicta ſunt (pp); neque incuſem corruptos ſeculi mores, quibus liberi ſe emancipare per oeconomiam peculiarem poſſunt, id eſt, abdicare parentem, quamprimum non opus habent illo (qq): certe omnis liberorum querela ceſſat in fructuariis fideicommiſſis (rr), quae illis et ad alimenta ſufficiunt et ad compenſanda, patri forte praeſtita, emolumenta. *Trebellianicae* autem ratio a fructuariis fideicommiſſis eo magis exulat, quo certius eſt, fruſtra heredem non eſſe, cui id a teſtatore datur, ut bonis utatur fruaturque hereditariis (ss).

Non olim, ſed hodie pater LL. obſtrictus eſt filio ad alimenta.

(mm) Olim pater non legis; ſed naturae ſtimulo actus eſt ad liberos alendum. Quod non ſolum ex ſuperioribus patet, ubi pater *exponere* liberos, *uendere, abdicare, trucidare* potuit impune: ſed etiam inde, quod patri priſtina libertas in multis etiam cauſis poſt fuerit conſeruata. Scilicet alere is liberos non tenetur, ſi fuerint ingrati, aut, quemadmodum lex ait; ſi *patrem officio debito non promeruerint l. 4. ſi patrem C. de patr. poteſt.* ſi liberi opifices ſint, uel aliunde habeant, unde poſſint uiuere *l. 5. ſi quis* §. 7. *de agnoſc. et alend. liberis* ſi ob crimen, in patriam commiſſum, proſcripti ſint SVRDVS *de alim. tit. 7. quaeſt. 3.* MENOCHIVS *lib. 5. praeſumpt. u. n. 1.* ubi, quod ſtrictim noto, *Philip.* PASCALIS *de patr. pot. part. 2. c. 3. n. 8. 9.* iuſto eſt indulgentior, quod patrem ſui etiam officii admonere uelit in *ulceribus reipublicae* alendis, id eſt, in cultu et uictu praeſtando liberis auctoritate reipublicae proſcriptis. Quod Romanis minimum inſtitutis in patria poteſtate ualde eſt inconcinnum. Quicquid ſit, demus liberis alimenta ex naturae lege credamusque, quod imperator dicit *pr. inſt. de iure nat. et gent.* quod omnium animantium is impulſus ſit, *unde liberorum educatio:* certe haec deeſſe nequit in fructuariis fideicommiſſis. Aut, ſi quid deſit, neque *legitima* ſufficiet, ultra quam tamen eſſe non ſolet patris teſtatoris obligatio.

Legitimae fundamentum operae liberorum.

(nn) Eſt haec altera radix legitimae. Quod ſi enim pater non tenetur ad alimenta, niſi in ſubſidium, quando liberi non habent, unde *ſe exhibere et alere poſſunt l. 5. ſi quis* §. 7. 19. *ff. de agnoſc. et alend. liber.* multo minus, alimentorum ergo, illi habebunt legitimam. Oportet igitur aliam hic cauſam ſubeſſe. Scilicet, ut Romanorum pleraeque opes quaeſitae ex *operis* ſeruorum ac *liberorum l. placet 79. ff. de adquir. hered.* et *l. 2. C. de patr. pot.* ita aequum fuerat omnino, ut familia, morte capitis diſſoluta, illi aliquid hoſtimenti loco acciperent ex bonis hereditariis, quo operae illis quodammodo penſarentur. Quapropter olim liberis emancipatis neque legitima fuerat neque ulla alia ſucceſſio in bonis defuncti parentis §. 9. *inſt. de heredit.* et *l. 11. capitis deminutione ff. de ſuis hered.* Nam hi non patri acquiſiuerant, uerum ſibi ſuisque. Deinde hac cauſa cum a legitima, tum ab omni heredicate filiae quondam excluſae, quoniam foeminarum pudor Romae uix admiſit, ut plus patri operae earundem prodeſſent, quam ſumtus requirerentur alimentarii. Adde *Voconiam* legem ex interpretatione AVGVSTINI *lib. 3. de ciuit. Dei c. 21. ne quis heredem foeminam faceret, ne unicam quidem filiam. Qua lege quid iniquius dici aut cogitari poſſit, ignoro.* Videatur plenius ICtus AVGVSTINVS de LL. *Voconia* praeſertim *p. 149.* Ex quo fonte etiam illud fluxit, quod filiabus dos ſuffecerit fueritque inſtar legitimae et alimentorum; quod nulla filiarum ultra ſecundum gradum ſucceſſio; quod cognatorum nulla ſucceſſio; quod demum filiarum minor fuerit legitima, quam filiorum et quae ſunt generis eiusdem. Vnde conſtat, foeminas *legitimae* unam, duplicem cauſam maſculos habuiſſe.

Patria poteſtas olim diuturna.

(oo) Neque enim olim fiebat, quod hodie fit, ubi filii ſe emancipant pro lubitu, quoties paternis illi carere poſſunt alimentis ſubſidiisque ad cultum et uictum. Saepe quinquagenario maior uixerat ſub patria adhuc poteſtate. Hic in operis, patri praeſtandis, uires contriuerat contabueratque, ut, mortuo patre, porro non ſufficerent

CAP. IV.

ceret ad acquirendum et alendum ſuos. A Patrem is ſecerat opulentum, in uegeta aetate, uiribus integris firmisque; reſiduum uitae ſenectus, canities, mo: bi, egeſtas, quibuscum conflictari oportuit filium, parenti ad tumulum usque probata uirtute. Si quidem inſelicia uerba dixerat pater, *exheres eſto.* Non iniuriis laceſſitus, uerum ad improbae nouercae ſuggeſtiones, uel, quod alio caſu, quem filius euitare non poterat, animum corruptum circumſerret. B Quisquis ille metus et quam grauis ſit, certe nullus eſt in fructuariis fideicommiſſis.

Peculiorum ignara uetuſtas.

(pp) Iure antiquo patri ſilius ſamilias acquiſiuerat, ſiue ex ſtipendiis in *militia* lucraretur, ſiue ex honorariis ſalariisque in muneribus reipublicae *togatis* atque *litterariis.* Filius nullius peculii dominus: ſolus pater omnia complexus fuerat proprietate uſuque. Imo, qui acquiſiuerat haec, nil praecipui aut quid maius habuit C in acquiſitis, quam reliqui fratres, qui uitam tranſegerant in deſidia et languore DIONYSIVS *Halicarnaſſ. lib. 8.* addatur TVNNINGIVS atque VINNIVS ad *tit. inſt. per quas perſ. cuiq. acquir.* Poſtea uero quid? priuatur primo pater iure in ſtipendia et praedas *militum* filiorum IVVENALIS *ſatyra 16.* Deinde leges ipſum fraudant honorariis ſalariisque, in filios collatis, in publico munere aut ſtudio litterarum. Idque D inani hoc tegumento, quod litteraria quoque militia ſit et peculium, inde quaeſitum ſit quaſi caſtrenſe. Poſt etiam *aduentitii* peculii proprietas imo et uſusfructus patri eripitur, dummodo nomen ei adderetur, *irregulare.* Miſera certe patrum ſors ex iurisprudentia media, ſpoliatrice patrii iuris ex acquiſitione liberorum. Vnde legitima uix opus eſt, quando liberorum bonis ſatis proſpectum eſſe conſtat ſa- E cris peculiorum, ſi ſuperis placet, priuilegiis.

Emancipatio in arbitratu eſt liberorum.

(qq) Res notior eſt, quam ut aliqua hic opus ſit probatione. In illis etiam locis, ubi ſtatuta deſunt, regnant tamen mores. Vt portenti inſtar uideretur, ſi quis hodie pater filium *maritum*, *opificem*, *officialem* inuitum et repugnantem, collo obtorto, retinere uellet ſub patria poteſtate. Id eſt, ſibi adrogare mercedem a filio, operarum ergo, acceptam. Quod cum ſit, parentes omni commodo ſunt deſtituti, quod olim ſperare poterant ex patria poteſtate. Contra, commoda liberorum, quae olim non fuerant, hodie effecta ſunt, ligantque patris manus cum uiui, tum mortui, in opprobrium ſeculi, ignominiam decalogi et dedecus ſamiliarum. Olim quod *Luciano* argumentum filii *abdicati* fuerat: hodie ſatis materiae ad ſatyram *patris abdicati* a filio, iuris licentia munito ad id faciendum. Non noſtro, ſed iudicio hic utimur *Aerodiano*, cuius libellum ſupra commendauimus in hoc argumento.

Ex fructuariis fideicommiſſis alimenta et redhoſtimenta operarum.

(rr) Quamuis hodie, poſt legem alimentariam, uix ratio ulla ſubſit *legitimae*, quod fieri non poſſit, ut parentes ex operis uiuorum liberorum diteſcant: ſatisſit tamen utrique in fructuariis fideicommiſſis. Principio enim qui liberos negligere dicetur teſtator, qui illis omnis ſubſtantiae ſuae relinquit uſumfructum; qui ultra largitur, quam rigor eum iubet legis. Quod opinabile ſit, malle aliquem rei uniuerſae uſumfructum, quam tertiae aut dimidiae tantum partis ſolam proprietatem.

Fructuarius non fruſtra eſt heres.

(ss) Trebellianicae cauſa potiſſima haec ſuit, quod fiduciarii gratis heredes eſſe nollent declinarentque hereditatem §. 5. *Inſtit. de fideicomm. heredit.* Quo ipſo teſtamentum, herede deſtitutum, euanuit. Atque bona hereditaria deuenerunt in manus heredum ab inteſtato, contra uota ac uoluntates teſtatorum *l. eam, quam C. de fideicomm.* Verum enimuero non exiſtimauerim, hominem ſanae mentis fore, qui uel repudiauerit hereditatem, uel querelas mouerit, ſe gratis heredem fuiſſe, ſi illi bonis hereditariis uti frui licuit uel ad dies uitae, uel etiam longi temporis interuallo. Quo ipſo certe manifeſtum eſt, rationem Trebellianicae exulare prorſus in fructuariis fideicommiſſis.

IV. Quia fructus ſunt numerandi cum in legitima, tum in Trebellianica.

§. IV. Poſt, ſi auctoritate ipſarum legum (tt), imo etiam ſententiis ICtorum (uu) certum eſt, fructuum rationes eſſe habendas, in aeſtimandis detractionibus: neque liberorum legitima (xx) neque Trebellianica fiduciariorum (yy) laeſa erit in fructuariis fideicommiſſis. Ita autem rationes ſubducendae, ut primo tractus *quarta, triente* aut *ſemiſſe* heredis inſtituti detrahantur; tum ſummae, qui remanet, computentur fructus; poſtea illi aeſtimentur ad legitimam aut Trebellianicam et, ſi quid deſit, a fideicommiſſario herede (zz) illud ſuppleatur.

Leges, quod loco quartarum ſint fructus.

Non ſolum in Trebellianica.

(tt) Ordine hic eas exſcribemus, idque F uerbatim, ne in noſtrae ſententiae fauorem aliquid ſeciſſe uideamur. Prima ſit *l. in fideicom. 18. §. 1. ff. ad SCt. Trebellian.* ubi ita inquit Vlpianus: *plane* fructus in quartam imputantur, ut eſt et reſcriptum.* Non ſuo hic tantum iudicio utitur ICtus, ſed etiam principis auctoritate, ad quam prouocauit. Plenior clariorque eſt *l. 8. Papinianus §. 11. ff de inoff. teſtam.* quae ita ſe habet: *Vnde ſi quis inſtitutus forte ex ſemiſſe, cum ei ſextans ex ſubſtantia teſtatoris deberetur et rogatus eſſet, poſt certum temporis reſtituere hereditatem: merito dicendum eſt,* nullum iudicium mouere, cum debitam portionem et eius * fructus habere poſſit. * Fructus enim ſolere in Falcidiam* (quidni in Trebellianicam) *imputari non eſt**

CAP. IV.

*eſt * incognitum. Ergo et ſi ab initio heres* A
ex ſemiſſe inſtitutus, rogetur poſt decennium
reſtituere hereditatem: nihil habet, quod que-
ratur. Quoniam facile poteſt debitam portio-
nem, eiusque fructus medio tempore cogere.
Adeo fidenter hic loquitur Vlpianus, ut
rem non exiſtimet quaeſtione dignam,
Sed etiam in legitima. quae nemini eſſe poſſit incognita. Eo-
dem iudicio decidit et ipſius etiam *legiti-*
mae loco eſſe uult fructus delatae per fi-
deicommiſſum hereditatis *l. mulier 22. §.* B
4. ff. ad SCt. Trebell. quae haec eſt: *Cum*
proponeretur quidam filiam ſuam heredem
inſtituiſſe et rogaſſe eam, ut ſi ſine liberis
deceſſiſſet, hereditatem Titio reſtitueret, ea-
que dotem marito dediſſe certae quantita-
tis. Mox, decedens ſine liberis, heredem
inſtituiſſe maritum ſuum et quaereretur, an
dos detrahi poſſit? Dixi, non poſſe dici in
euerſionem fideicommiſſi factum. Quod et
mulieris pudicitiae et patris uoto congruebat. C
Quare dicendum eſt, dotem decedere, ac,
ſi quod ſuperfuiſſet, rogata eſſe reſtituere.
Quod ſi tantos fructus ex hereditate mulier
percepit, ut inde poterit doti ſatisfieri; di-
cendum eſt, potius fructibus hoc expenſum
ferendum, quam fideicommiſſo. Non o-
uum ouo ſimilius eſſe poreſt, quā lex haec
a nobis propugnatae ſententiae. Quod ſi
enim argumentum a dote ad legitimam ua-
let, uti ualere agnoſcunt omnes EVERHAR- D
DVS *loco legati 71 n. 2. ſeq.* habuimus cer-
re, quod requiſiuimus. Scilicet *legitimam*
hic detrahendam fuiſſe, niſi fructus ex fi-
deicommiſſo quaeſiti, eam exhauſiſſent.
Quod cum factum ſit, nullus locus eſt le-
gitimae. Imo ipſe imperator ſuo etiam
calculo id adprobat, quod computari de-
beant commoda, liberis quaeſita, in ae-
ſtimatione legitimae. Ita enim in *L. quo-*
niam nouella 29. C. de inoffic. teſt. colligit le- E
giſlator: *Quoniam nouella conſtitutio diui*
Leonis ante nuptias donationem a filio con-
ferri ad ſimilitudinem dotis praecepit: et-
iam ante nuptias donationē filio in quartam
(tum legitimam) *praecipimus imputari. Ad*
excludendam inofficioſi querelam. Addi
poteſt *auth. nouiſſima C. de inoff. teſt.* et ple-
nius *nou. 18. cap. 1.* ubi ſatis eſſe, dicitur,
ſi legitimam habeant ſaluam liberi, quo-
cunque eandem ritulo acceperint. Cui F
nouella 115. c. 3. non obeſt STRAVCH. *diſſ.*
9. th. 38. modo interpretatio accedat do-
ctrinalis BERGER *lib. 2. oecon. tit. 3. n. 1. p.*
373. Qua tamen nobis non opus eſt, quod
conſtet fiduciarium heredem honoratum
eſſe. Hactenus de legibus. Nunc ad inter-
pretum argutias, pleniſſimas tenebrarum.

(uu) Innumeris dubitationibus expoſi-
Fructibus ex fideicommiſſo num penſetur legitima? Affirmant tum eſſe, putant interpretes, argumen- G
tum: *utrum fructus*, praeter illos, qui ex
legirima ueniunt, *ex reliquis fideicommiſ-*
ſi bonis ab herede percepti, iure imputari
queant in legitimam? Conferemus ſymbo-
la illorum, qui faciunt nobiſcum. Sunt

A autem in his *Petrus de* ANCHARANO *conſil.* *§. IV. de Ancharano.*
128. “Si pater inſtitueret filium heredem
uniuerſalem, quoad proprietatem et u-“
ſumfructum: tum eſſet computatio fa-“
cienda ex l. 68. ff. ad L. Falcid. quod ſi non“
aſcendat ad quantitarem legitimae, ſup-“
plear, quod deeſt, heres fideicommiſ-“
ſarius.„ Succedat huic *Raphael* CVMA-
NVS *conſ. 25.* uerſu *circa autem*, qui hoc *Cumanus.*
dubium ita reſpondit: *ſi teſtator, inſtituto*
B *filio ultra legitimam eique grauauit* (ius-
ſitque reſtituere hereditatem poſt tempo-
ris interuallum) *legitimam.* “Vel fructus
ex bonis ultra legitimam perceptos in“
eam imputare tenebitur arque ita legiti-“
mam deducere non poterit, ſed eam de-“
bet reſtituere. Et, quod dicitur, filium“
grauari non poſſe in legitima ſua, intel-“
ligitur, quando pater nil plus ultra legi-“
timam relinquerer, uel quando relinque-“
C ret plus et filius uellet acceptare ſolam“
legitimam, reſiduo repudiato.„ Ratio-
nem IMOLA *in l. ult. ff. de cond. inſtit.* ad-
dir non barbaram ſtylo tantum barbaro: *Imola.*
Filius enim non dicitur grauatus in legiti-“
ma, quando habuir (fructuario fideicom-“
miſſo) recompenſationem. Neque aliter“
Rol. a VALLE uol. 4. conſ. 99. n. 21. Querelae“
locus non eſt, niſi quando filius legitima“ *Valle.*
priuandus, nil in recompenſationē habe-“
D ret. Secus quando aliquid conſequitur in
recompenſationem. Ita non minus Paul.“ *Caſtro.*
de CASTRO conſ. 77. Quod etiam aduerſus“
Alexandrum tuetur CVRTIVS iunior conſ.“ *Curtius.*
54. 120. et 159. pleniusque NATTA conſil. 321.“ *Natta.*
n. 4. 5. his uerbis: ex quo teſtator uoluit“
totam hereditatem deuenire debere ad“
agnatos, uidetur filios grauare in legiri-“
ma et tum debent filii compenſare fru-“
ctus in legitima. Loquimur autem de“
E fructibus, in quibus filius fuit inſtitutus“
ultra legitimam. Nam hi fructus non“
ſunt debiti in legitima, ideo in eam poſ-“
ſunt computari. Sed tamen dicit Alexan-“
der, omne grauamen abeſſe debere a le-“
gitima. Sed nec iſta ratio procedit, Quia“
legitima non grauatur, ſi fructus, quos“
filius percepit ultra legitimam, in ipſam“
legitimam computentur. Idem Auguſtin.“
BEROIVS rom. 2. conſil. 23. n. 1. Sibi enim“ *Beroius.*
F tribuat filius, quod maluerit uniuerſorum“
bonorum heres eſſe fructuarius, quam“
deſalcare de hereditate legitimam Phil.“
DECIVS conſ. 687. n. 2. 3. Eodem iudi-“ *Decius.*
cio CEPHALVS conſil. 272. n. 143. utitur:“ *Cephalus.*
ſi filius grauatus eſt reſtituere totam he-“
reditatem, intelligitur etiam grauatus in“
legitima. Et ipſe filius intelligitur adpro-“
bauiſſe uoluntatem patris ex eo, quod“
G hereditatem ſimpliciter adiuerit neq; di-“
xerit ſe uelle ſuam legitimam.„ Quae
ſententia quoque eſt *Laurentii* CALCANI *Calcanus.*
conſ. 56. n. 18. et *Ioſephi* LVDOVICI *in deciſ.* *Ludouicus.*
Lucenſi 28. n. 105. ſeqq. Sed uero liberis
neque hoc dare uult BEROIVS *in quaeſt.*

CAP. IV.

87. n. 10. ut eligere illi poſſint alterum. Pu- A tat enim ipſe, quod leges tantum ad ſaluam legitimam obligent patres, ne quidem ſolam liberis fideicommittant. Addantur

Menochius. Marcarius. Dilectus.

MENOCHIVS *conſ. 196. n. 14. 15.* et MARCARIVS *epitom. fideicom. quaeſt. 30.* atque *Ioan.* DILECTVS *de arte teſt. caut. 31. n. 6. lib. 5.* qui ſuo nobis etiam calculo accedunt. Hactenus ICti aliquantum barbari, quibus ideo uirum humaniſſimum addo *Andream*

Alciatus.

ALCIATVM, quem *ex libr. 9. conſ.* B *48. n. 2. 3. 4.* plene audiemus: "Non potuit pater grauare filium in legitima per "fideicommiſſum. Sed tamen in caſu noſtro contrarium uidetur uerius. Cum "enim eum uniuerſalem heredem inſtituerit et longe plus ei reliquerit, quam legitima eſſet: non uidetur, quod filius "poſſit conqueri tanquam grauatus in legitima. Quia * fauor ipſius eſt, habere "potius totam hereditatem cum illo one- C "re, quam tertiam tantum, id eſt, legitimam "ſine onere. Secundus caſus eſt de quarta Trebellianica. Et iſte uidetur habe"re minus dubitationis. Cum poſſit teſtator hanc quartam prohibere cenſeat"que prohibuiſſe, ſubiiciendo omnia et ſingula bona fideicommiſſo.„ Omnium uero pleniſſime hoc argumentum tractat inſtruitque illud rationibus et nominibus

Caſtillo.

ICtorum *Ioh. del* CASTILLO *quotidian.* D *controuerſ. lib. 5. cap. 107.* toto. Ego certe tot teſtes, mea, non aliena fide laudatos, propterea conduxi, ne cuiquam perſuadeatur, noſtram ſententiam deſtitui

Cautela Socini patre indigna.

aliorum patrocinio. Ceterum, qui haec ſecum expenderit, illi forte cautela Socini ſe minus commendabit. In illa enim opus eſt, ut pater expreſſo utatur dilemmate: *reſtituat filius hereditatem uniuerſam poſt tempus in teſtamento expreſſum;* E *aut ſtatim, ſed retenta tantum legitima.* Quaeſo enim! quid opus eſt his uerborum ſchematibus inter liberos et parentes? Cum ad patris, teſtatoris, uoluntatem intelligendam ſatis ſit filio, quod pater bona hereditaria onerauerit fideicommiſſo. Hoc ſi intellexerit, in memoriam ſibi reuocet uerba decalogi atque uel iure ſtricto utatur, *legitimam* ſtatim uindicando, uel parentis ſatisfaciat uoluntati, utendo fruen- F do hereditate uniuerſa. Ita tamen, ut, tempore finito, illa reſtituatur. Contra, ſi adiuerit hereditatem filius, poſt, tempore praeterlapſo fructibusque perceptis, nihilominus legitimam abſtulerit ſpemque patris temere eluſerit, id quidem mihi proxime abeſſe uidetur ab alacri in manes patris improbitate. Qui uero ſententiae, hactenus explicatae, non ſubſcribunt, il- G los, non miror, effugium petere in cautela Socini, decantata *Cardinali de* LVCA *in theatr. iuſt. et ueritat. tract. 1. p. 3. diſc. 16. 17. 18.* et b. m. STRYKIO *de caut. teſt. cap. 17. membr. 3. §. 15. de cautela Socini p. 666.*

§. IV.

ſeq. Quam tamen damnant *Simon de* PRAETIS *de interpret. ult. uolunt. lib. 5. diſp. 3. n. 116.* et *Ioan.* TORRE *lib. 2. de pactis futurae ſucceſſ. cap. 33. n. 164.* qui plures laudat alios.

Num fructus uere imputentur in legitimam?

(xx) Ludere mihi uidentur omnes illi, qui nodos quaerunt in ſcirpo. Scilicet horrent dicere, *fructus imputandos in legitimam, Ioan.* TORRE *de pact. ſucceſſ. lib. 2. c. 33. n. 18.* quia obſtare huic ſermoni uideantur *l. 6. iubemus C. ad SCt. Treb.* atque *l. 36. ſcimus §. repletionem C. de inofficioſ. teſt.* ſed tamen id largiuntur, in fructuario fideicommiſſo, teſtatorem fructuum reſtitutionem filio imperare poſſe. Qui ſi hoc facere nolit, loco eorum cedere poterit legitima. Scilicet ſcopulus, ad quem offendunt, in uerbo haeret. Re ipſa enim idem eſt, ſiue filius mille, quos reddere debet, fructus adpellet, an uero legitimam. Quid ergo opus eſt, uerba patris detorquere in alios ſenſus, aut rei innocentiam in foro damnare ex notulis formularum. Cetera, quae ad argumenti rationes faciunt, repetenda ſunt ex praecedenti.

Fructus num in Trebellianica numerandi?

(yy) Hac in re prolixior eſt HARPRECHTVS *tract. 2. cap. 6. a §. 83. ad §. 96.* qui diſtinguit quaeſtionem in claſſes ſingulares. Principio utrum fructus computandi in *Trebellianica primi* gradus liberorum; an *alterius*; an *parentum*; an certo caſu *fratrum* et ſororum; num in *ſocietate legitimae*; an extra eandem; num in quarta *peregrinorum.* Titubat ille in tantis doctorum diſcriminibus; tandem calculos colligit nobiſcum. Operae pretium uero non eſt in his eſſe prolixum. *Principio* enim *litt. uu. ſupra* fructuum in legitima numerandorum rationes dedimus. Sed legitima fauorabilior, quam Trebellianica habetur ALCIATVS *lib. 9. conſ. 48. n. 4. Deinde* liberi, Trebellianicae intuitu, nihil praecipui habent, cum ibi iure non liberorum utantur, ſed heredum fiduciariorum. *Poſt* fructibus ſaluis, fiduciario heredi querela nulla, quod fruſtra ſit heres *litt. ss.* Tum leges codicis ignarae detractionis *duplicis*, ut recte ſtuporis arguat illos FABER *dec. 11. error. pragm. 5. p. 247.* qui in neutra fructus numerandos eſſe uelint. *Ad extremum* ſatis eſſe poteſt liberis, ſi illud praecipui iure habent, ut fructus reſpondere oporteat duabus quartis, cum olim ſatis fuerat, ſi aequarunt alterutram *l. 18. §. 1. ff. ad SCt. Trebell.* et quas alias citauimus *litt. tt.* Quae obeſſe uidentur, MANGILIVS enarrat *tract. de imput. et detract. quaeſt. 17.* Sed illa confutabimus nos inferius.

Calculus legitimam numerandi in fructuario fideicommiſſo.

(zz) Calculos facile intelliget, qui uerba legerit diuerſorum ICtorum, quibus illi ſunt deſcripti *litt. uu.* Scilicet, finge, Caium Titio filio relinquere 12000. ea lege, ut, poſt decennium, omnem ſummam reſtituat Sempronio ſine detractione.

Digitized by Google

CAP. IV. §. V.

ne. Nil damni ita patietur Titius in legitima. Haec ſi detracta fuiſſet, ipſe pro 12000. habuiſſet 4000. ceteris 8000. fideicommiſſario relictis. Cuius ſummae uſurae, ſpatio decem annorum, reddunt 4000. uſurarum uſuris non computatis, quas lucrabitur praeter legitimam fiduciarius, ſi hanc fideicommiſſario reddiderit feceritq; ſatis teſtatoris uoluntati. Abſit ergo, ut *legitimae* quoque ipſius uſuras in hoc calculo numerauerim. Hoc enim eſt, quod le- A ges improbant et quo plurimi doctores acti ſunt in transuerſum. Ceterum, qui *utriusque quartae* patronus eſt, is decem annis luſtrum addat. Vt adeo ſumma exhauriatur tam *legitimae* quam *Trebellianicae*. Barbarum eſſe oportet, qui computi non exoſculetur aequitatem: bardum uero, qui, poſt omnia haec commoda, a teſtatore accepta, nihilominus fidem ei fallere cuperet atque nouis detractionibus euertere illius uoluntatem.

V. Quia nulla in reciprocis fideicommiſſis detractio.

VI. Commoda heres ſentit. VII. Incommoda heres heredis. IIX. Dignitas familiarum.

§. V. Ad extremum ſupereſſent alia quidem ex iure Romano argumenta aduerſus *quartarum detractiones* in fructuariis fideicommiſſis: utpote, quod haec leges probent, ſi *reciproca* ſint (aa); quod in illis *commoda* uerſentur fiduciariorum (bb); quod onera uix heres ſentiat, uerum heres tantum heredis (cc); quod ipſis etiam Romanis fideicommiſſa familiae (dd) libera a detractionibus et quae ſunt eiusmodi: ſed tempus nos admonet, ut Germanici etiam iuris rationes habeamus ſigillatim.

Exulant quartae n fideicommiſſis reciprocis.

(aa) Alexandri imperatoris clara hic B conſtitutio *l. 12. ſi pater C. de inoff. teſtam.* Cuius uerba ricitabimus ſummatim: *ſi pater fidei filiorum commiſit, ut ſi quis eorum intra 25. annos aetatis decederet, ſuperſtitibus portionem ſuam reſtitueret: calumnioſam inofficioſi actionem aduerſus iuſtum iudicium teſtatoris inſtituere non debetis. Cum ex huiusmodi fideicommiſſaria reſtitutione tam unius, quam alterius portio ad illos poterat peruenire.* Rationes legis ſe produnt C haud difficulter. Quoniam in illis, quae fortunae ſunt mutuae, nulla laeſio, potius commoda et damna utrinque aequalia *l. 11. C. de transact.* et *l. 2. C. de pact.* ut adeo nullum hic grauamen: quoniam ex eadem cauſa ſuſtinentur emtiones fortunae: quoniam ſatis eſt imperatori, neutrum uel fruſtra heredem eſſe uel alimentis deſtitui, quae tamen cum legitimae tum Trebellianicae ſuſtentacula §. *3. ſupra.* Ita DECIVS D *conſ. 456. n. 8.* de PETRA *fideicom. quaeſt. 15. n. 105.* VASQVIVS *de ſucceſſ. lib. 1. §. 10. n. 174.* et nos ſupra *cap. 2. §. 6. litt. cc.* Parum uero in manes Iuſtiniani uerecundiam probant, qui huic ſententiae *L. quoniam 32. C. de inoff. teſtam.* opponunt. Nemo enim prudens dixerit, reciproca fideicommiſſa grauamina eſſe, ut potius hodieque pactis mutuo *ſucceſſoriis* ſibi ſuisque facultatibus proſpicere, uideamus, cum E principes, tum homines priuatos. Quoniam nemo adeo puſilli aut infirmi animi eſt, quin ſpem habeat, alterum uitae diebus ſuperare. Taceo utramque legem in uno eodemque titulo reperiri, ut labili memoria fuiſſe oporteat Tribonianum, ſi in eadem pagina ſententias fouiſſet ſibi aduerſas. Et, niſi utraque conſiſtere poteſt, mallem *L. 32. C. de inoff. teſt.* expungere, quam primam, rei iurique patrio ualde concinnam. Diſſentiunt uero damnantque hic fideicommiſſa reciproca F FVSARIVS *de fideicom. qu. 296. n. 23.* PRVKMANN. *uol. 1. conſ. 28. n. 95.* b. m. STRYKIVS *de caut. teſtam. c. 17. membr. 2.* §. 17. Mihi conſecutionis uinculum hoc eſt: rationem reciproci et fructuarii fideicommiſſi unam fere eandemque. In utraque fortuna regnat, uita longaeua: neutra laedit heredem, fouetque potius eundem ſpe uitae diuturnae. Quod ſi ergo in primo locum quartis eſſe non uult imperator, neque opinabile eſt, eum has uelle in altero.

Exulant quartae, ubi nulla laeſio heredis.

(bb) Detractionis fundamentum et radix *grauamina* heredum *l. 32. C. de inoffic. teſt.* Neque haec alium fontem habent, quam damna et laeſiones in portione hereditaria. GABRIEL *de legit. concl. 1. n. 20.* b. m. STRYKIVS *de caut. teſt. c. 17. m. 3. n. 2.* Verum ſuperius *litt. uu* ſatis iam oſtenſum eſt, heredem fiduciarium plus commodi et lucri ſentire ex fideicommiſſis fructuariis, quam ex legitimae aut Trebellianicae detractione.

Heredi heredis quae iura in quartis.

(cc) Loquor de illis fideicommiſſis, quae, mortuo demum fiduciario herede, debent reſtitui. Superius *cap. 2. §. 2. litt. qq.* iam oſtenſum eſt, quod in foris regnet *cap. Raynutius X. de teſt.* auctoritas. Verum uti capitulum hoc ICtis, rerum gnaris, peſſime audit et ſatis adparet, hominem nullarum litterarum illius fuiſſe auctorem: ita etiam rationes laudatae, ob quas heredibus extraneis negari poſſit, quod *ſingulari* priuilegio datum eſt *ſuis* ENENKEL *de priuil. 14 part. 2. n. 2.* Accedit, quod *l. ſi quis 34. C. de inoff. teſtam.* aperte doceat, *primo* olim ne quidem nepoti inofficioſi querelam competiiſſe, ſi hanc pater inſtituere neglexerit; *deinde* quicquid in gratiam illius ſtatuit imperator, illud factum eſſe ex praeſumto teſtatoris adfectu, qui ceſſat in extraneo; tum nepoti proſpectum eſſe, non extraneis; *poſt* caſum eſſe, ſi pater exheres fuerit, non ſi adiuerit hereditatē. Altera *l. quanquam 10. C. ad L. Falc.* de Falcidia loquatur deq; herede ab inteſtato. Non de extraneo. Multo minus decidat, num fructus a fiduciario in quartam ſint imputandi. Deinde illud etiam ue-

CAP. IV.

terani agnoſcunt, quod *heredi heredis* danda ſit detractio nonniſi una, quod *legitima* ipſi heredi competat, non heredis heredi VASQVIVS *de ſucceſſ. lib. 3. §. 26. n. 33.* GRASSVS §. *Trebellianica q. 4. n. 1.* Porro largiuntur, teſtatorem heredis heredi pro lubitu negare poſſe detractionem MERENDA *lib. 4. controu. c. 14.* HARPRECHT *tract. 2. cap. ult. §. 98. n. 11.* Imo Würtenbergica *iura part. 3. tit. 13.* hoc diſcrimen tanti habent, ut heredis extraneo heredi nulli uel alterutram detractionem largiantur, ſiquidem heres iuſſus ſit, hereditatem reſtituere heredibus naturalibus. "Wenn "die Eltern ihre Kinder mit einem ſolchen "fideicommiſs beſchwehren und denſel- "ben dic Erbſchafft einem andern, der * "nicht auch deſs teſtirers Kind oder Kin- "des Kind iſt (ubi ceſſat detractio) zuzu- "ſtellen, beſchwehren. Ad extremum ſi filius, fideicommiſſo grauatus, ſine ulla conteſtatione aut offenſa adiit hereditatem: ſatis deinde intempeſtiuum eſt, ſi heres illius, poſt longiſſimi temporis interuallum et tam diuturna ex hereditate percepta commoda, uelit nouare iura et utramque deducere. Filius oppugnare poterat grauamen, non tertius heres eius, praeſertim extraneus SVRDVS *conſil. 394. n. 34.* et *conſil. 412. n. 48.* b. m. STRYKIVS *de caut. teſtam. c. 17. membr. 3. §. 11.* Quae omnia nobis ideo profunt, ut conſtet diſcrimen inter iura, quae heres ipſe habet et quae heres heredis. Et ſi *primo* aliquid dandum ſit, illud propterea omni iure negari poſſit alteri.

SEGM. II. *Quid de fideicommiſſis aut legatis familiae?*

(dd) Clara eſt *nouell. 119. cap. 11.* cuius haec uerba: *Si quando aliquis teſtamentum faciat et aliquam rem immobilem ſuae familiae aut alteri cuicunque perſonae, nomine legati* (quidni et fideicommiſſi, cum legata conſtet his aequata fuiſſe) *reliquerit et ſpecialiter dixerit, * nullo tempore hanc rem alienari, ſed aut apud heredes, aut apud ſucceſſores illius, cui relicta eſt permanere: in hoc legato iubemus Falcidiam legem locum * penitus non habere.* Idem repetit *auth. ſed et in ea C. ad L. Falcid.* Imo in eius generis rebus omnes ſpecies alienationis, diuiſionis, deprauationis, oneris cuiusque prohibitas eſſe, uult *l. 7. ſancimus C. de reb. alien. non alien.* Quamuis uero hic iterum magna ſint inter ICtos diſſidia, cum alii *Trebellianicam* excipiant, alii *legitimam*, alii *utramque*, quos non paruo numero congeſſerunt BESOLDVS *conſil. XI.* KNIPSCHILD *de fideicomm. c. 6. n. 164.* HARPRECHT *tract. 2. cap. 4. §. 62.* ego tamen in fructuariis fideicommiſſis nullam liberis iniuriam fieri exiſtimauerim, ſi huius legis uinculo et ipſi adſtringerentur. Praeſertim cum in illis caſibus, ubi *alimentis* opus eſt, aut impenſae fieri debent, quae *euitari nequeunt*, haec conſtitutio ex aliis legibus temperetur deturque ius alienandi in tot nihilominus caſibus, quos integro uolumine ex inſtituto congeſſit *Ioan.* SANDE in libro peculiari *de prohibita rerum alienatione part. 3. c. 8.* Quapropter nulla liberis inde metui poteſt iniuria.

CAP. IV.

SEGMENTVM II.

Detractionibus quartarum aduerſa iura Germanica.

§. I.

Romanis LL. ex moribus Germaniae lumen.

LVmen hic iuri Romano accedat ex patriae noſtrae uetuſtioribus inſtitutis (aa). Fidentioribus hic eſſe licet, quando pendent animi doctores, cum quid leges hic Romanae uelint (bb), tum quid uſus Germaniae forenſis (cc).

Origo Romani iuris qui a Suecis repetenda?

(aa) Non is ego ſum, qui *Carolo* LVNDIO, cetera doctiſſimo uiro, ſubſcribere uelim, cum in *prolegomenis* ad ius *Vplandicum* leges Romanorum Graecis, Graecorum Suecis tribuit perhibetque ultimas lumen dare primis. Adeo, ut ipſe non erubeſcat, Sueciae ueteris notitiam eapropter commendare ICtis Romanis ad obſcuros legum ſenſus felicius indagandos. Scilicet hoc RVDBECKII inſtituto congruit, qui clauem Homeri et Herodoti petiit a ſeptentrione. Id adfirmare et ipſe auſim, ueterem iurisprudentiam Romanam Germanorum inſtitutis ita eſſe concinnam: ut unam nobis prodere uideatur utriusque gentis originem. Periculum nunc rei faciemus in noſtro argumento.

LL. Romanis lumen a iure Germanico.

(bb) Erroris incuſauit *D. Praeſes* GAILIVM *lib. 1. obſ. 50. n. 5.* et CARPZOVIVM *part. 3. deciſ. 295. n. 21.* quoniam docerent, Germaniae conſuetudines explicandas eſſe ex iure Romano. Quod utriusque reipublicae diuerſae formulae, commoda, indoles, populus. Videatur *TOM. II. LIB. IV. opuſc. I. §. 3.* Si uetuſtas Romuli leges expenderis, offendes

cum

cum patriae moribus admirabilem harmoniam. Quo ipſo uertam ſtylum et tuebor paradoxon, *iura Romana quandoque explicanda eſſe ex conſuetudinibus Germaniae.* Vetuſtatis enim plurima nouum Latium expunxit, quae in ſimplici remanſerunt Germania.

Senſibus L. L. Rom forenſibus lumen a iure Germanico.

(cc) Illud minus dubii habet. Nam Germani receperunt iura tantum peregri- A na in ſubſidium, ſaluis patriae moribus. Quapropter iudices in eos legum ſenſus inclinarunt, qui patriae inſtitutis eſſent conformes. Vt adeo *uſui forenſi* potiſſimum lumen adſulgeat ex notitia ueteris Germaniae. Inde iuris axioma: *in dubio illos legum ſenſus pro forenſibus* habendos, qui medii aeui apud nos inſtitutis accedant propius et magis ſint conformes.

I) Quod auita bona inalienabilia.

§. II. Principio illud teſtatiſſimum eſt medii aeui documentis. Liberos bona praeſertim immobilia, quae maiorum noſtrorum abſoluerant fere opes, non alia lege accepiſſe, quam fideicommiſſaria, ne alienarentur; ſed permanerent aeternum, ita uouerunt ipſi, penes familiam (dd). Nulla hic inofficioſi querela; priuilegia nulla uel legitimae, uel Trebellianicae. Pudeat itaque Germanos utrique hodie locum facere praeter rem (ee).

Quondam bona auita omnia familiae fideicommiſſa.

(dd) Hancin rem principio uerba recito iuris Saxonici. Sunt autem haec. *Landr.* lib. 1. artic. 52. “Ohne der Erben (ſiue adſcendentium, ſiue collateralium) laub und ohne Gericht (ſine eorum iudiciali) mag kein Mann ſein eigen Gut (auitum bonum) noch ſeine Leut vergeben. Vergibt er es aber wider recht ohne der erben laub, die erben mœgen ſich ihres guts wohl unterwinden. Mit recht, als wenn er tod wær, der es gab. Alle fahrende Hab aber gibt der mann ohne Laub der erben. Idem habetur *im Weichb.* art. 54. *und Lehenr.* c. 31. Clarius pleniusque rem exprimit CODEX MSCT. D. Praeſidis “in *capitulo 36.* Man mag keyn erbegut gelazſen ane erbe lobe. Man mag es auch weder verkauffen, noch verkümmern, ohne erbe lobe. Man wolle es denn geweren zu den heyligen, daſs es um Lebensnoth ſey. Will aber der erbe ihm ſeine nothdurfft geben, ſo behelt er das erbe.

Saxonicae conſtitutionis naeui.

AVGVSTVS, Saxonicus legislator tanti fecit hanc legem, ut eandem ipſe etiam retineret recitaretque *part. 2. conſtit. 12.* In qua tamen unica conſtitutione notandi ſunt plures naeui. *Principio* illo uocem *Erben* reſtringit ad deſcendentes, cum hoc etiam uerbo notati ſint collaterales agnati maxime, qui filias in ſucceſſione excluſerunt. *Deinde* uocem *vergeben*, quae idem uult, quam *alienare*, accipit tantum pro donatione. *Poſt* legitima adglutinatur, cuius ignara uetuſtas. *Praeterea* alienatio conceditur in ultima uoluntate, quam tamen *ſpeculator* inprimis ſuſpectam habuit, ne fieret in agnatorum aemulationem. Conſultius itaque fuiſſet, ueterem legem B prorſus tollère, quam torquere eandem in alios ſenſus eidemque adſuere pigmenta aliena. Felicior ergo ille interpres, qui *tabulas* hic inſpicit medii aeui. Quoties enim minimi etiam pretii agellum aut pratulum uendiderunt poſſeſſores, toties contractum his fere conceperunt uerbis, *cum conſenſu coniugis meae*, (forte quod communio olim bonorum in uſu) *filii filiaeque meae, fratrum et ſororum cognatorumque* C *meorum* et quae ſequuntur deinceps. Vnde luculenter patet, uerum hic eſſe ſpeculatorem: *quod bona auita quaeque adſecta fuerint apud nos familiae fideicommiſſo. Alle væterliche liegende Hab iſt vor ſtammgut gehalten worden.* Nouiter, quod acquiſiuerat filius (*das errungene*) hoc ſolum poterat alienare. *Ioan.* FABER comment. in *prooem. inſt.* uerbo Alemannicus: *pro conſuetudine in pluribus locis* D Germaniae *obtinet, quod quis poteſt donare et ueltеſtari conqueſtas ſuas ad libitum: ſed patrimonialia non, quae ſibi ex ſucceſſione obuenere.* Idem *Petr.* RAT *ad conſuet. Pict. art. 215.*

Iura Saxonica mores migrarunt in deductione quartarum.

(ee) Hodie enim in fructuario eius generis fideicommiſſo, ſententia, tot interpretibus probata, filiorum ea libertas aut, ſi mauis, licentia, ut diſturbent auitum pa- E trimonium perdantque id altera parte, ſub inani uerbi tegumento *detractionis quartarum.* Hanc non minus uim priſtino iuri Saxonico inferunt ICti Saxonici, per Auguſteam conſtitutionem acti in transuorſum. Laudanda hic nomina *Heigii, Piſtoris, Fachſii, Reinhardi, Schneidewini, Carpzouii* aliorumque.

II. Exulant quartae in iure primogeniturae.

§. III. Deinde primogeniturae iura et olim in Germania regnarunt apud infimam etiam nobilitatem et regnant hodieque (ff). Haec autem filiis ultragenitis non legitimam relinquunt: ſed ad cultum et uictum ſufficiens apanagium (gg). Imo primogeniti linea extincta, proximo hereditas eodem iure defertur, ſine ullo Trebellianicae detrimento, quam ſibi adrogare poſſent extincti heredes (hh).

Ius primogeniturae neſcium legitimae.

(ff) Primogeniturae quondam iura Franciae, id eſt, Germaniae noſtrae tantopere familiaria fuerunt: *ut praedium, iure* F *primogeniturae conceſſum*, conceſſum eſſe diceretur *iure Francorum.* Quaſi Germanis illa eſſent propria. *Baldus, Aluarottus,*

CAP. IV. SEGM. II.

tus, *Oldradus* apud *Thomam de* MARINIS *tit.* 13. *de feudo iuris Francorum n.* 9. Addit ille: *conſuetudo dura eſt, ſequenda tamen trans alpes, ubi recepta.* Nemo credat, his legibus uixiſſe ciues Germanos, feudorum cauſa, quae landſaſſii iſto tempore, qua de re certus ſum, nondum habuerunt. Conſule interim L. B. de GEMMINGEN ap. *Beſoldum in theſ. pract. uoc. Reichs-Stand* et BVRGEMEISTERVM in multae frugis libro *vom Reichs-Adel p.* 303. 304. Inde eſſe puto, quod nobiles eiusdem gentis hodieque ſibi in *gentilitiis praediis, den Stamm-Leben*, ſucceſſionem adrogent, licet a primo acquirente non conſtet illos eſſe oriundos. Quod argumentum prolixe tractat AVCTOR libelli *Haßberg wider Caſtell.* Nam ad ſucceſſionem in fideicommiſſo familiae illud ſatis eſſe, putant, ſi eiusdem ſit gentis ſucceſſurus, quamuis tantum ex latere illum tangat, qui fideicommiſſum condiderit. Quo illuſtratur *h. litt. ff.*

Apanagia an ſint loco legitimae.

(gg) Glaucomate iuris Romani obducti ſunt oculi ICtorum, qui perhibent *apanagia* aut *paragia* reſpondere *legitimae.* Pudeat SPRINGSFELDVM *de apan. c. XI. n.* 45. BETSIVM *de pact. illuſtr. c.* 8. *n.* 14. et KELLENBENZIVM *de renunc. qu.* 42. dogmatum ſuorum. Qui, dum iura illuſtrium docere uoluerunt ex inſtituto, non maiori cura inueſtigauerint mores Germanorum. Iure igitur meritoque caA ſtigati ſunt propterea ab illis DIETERICHO *ad A. B. cap.* 25. *p.* 105. *ſeqq. Mylero ab* EHRENBACH *de princip. part.* 1. *c.* 22. *n.* 5. uiro illuſtri *de* COCCEII *iuris publ. priu. cap.* 26. §. 17. Gnauiter b. m. RHETIVS *de iure portionis alimentariae cap.* 3. *n.* 36. 37. *Nullo modo ad quantitatem ſiue loco legitimae. Cum in primigeniis legitima non debeatur. Eo quod, qui a ſucceſſione excluditur, excludatur etiam a legitima.* Quae B itaque regula non tantum in principatibus uera eſt, ſed etiam in nobilium familiarum ad has leges adſtrictis ſucceſſionibus. *Die nachgebohrne von Adel wurden ſchlecht und nur zu ihrer Nothdurfft abgefertiget, wurden dahero Kirch-Herrn*, canonici, *Ordens-Ritter, Aebte u. ſ. w.* HEIDER *in act. Lindau. p.* 606. *Caſp. a* LERCH *uol.* 2. *ſum.* 161. *p.* 201. *von adelsherkommen.* BVRGEMEISTER *vom Reichs-Adel pag.* 286. 287.

Exulat de fideicommiſſis familiae Trebellianica.

C (hh) Ita forte ſomniat, iura tantum Romana doctus, aduocatus. Quaſi heres fiduciarii ſiue filia ſiue extraneorum aliquis ſibi adrogare poſſet *Trebellianicae* portionem. Sed uero, exulare hanc e familiae fideicommiſſis, clarum eſt. Quod ſi enim ultragenitis uti non licuit *legitimae* uerbo, neque ultimi heres habebit iura *Trebellianicae.* Vtrobique enim ſaluum non eſſet fideicommiſſum, quod patriae tamen uolunt iuſtituta KNIPSCHILD *cap.* 6. *fid. n.* 164. 170.

III. Foeminarum nulla ſucceſſio, neque legitima.

§. IV. Tum ueteri Germanorum iure nulla foeminarum ſucceſſio (ii). Vt hodieque nobilium filiarum renunciationes quibusdam habeantur in ſuperfluis (kk). Licet in ſucceſſionibus hominum ex uulgo hos mores expunxerit autoritas iuris peregrini (ll).

Foeminis exclusis nulla legitima.

(ii) Admonuit me huius inſtituti primum *uir illuſtris*, THOMASIVS. Admonitus, in ueteris aeui monumenta inquiſiui et reperi, quae ſequuntur. Lex RIPVARIA 56. de alodibus: *ſed dum uirilis ſexus extiterit, foemina in hereditatem auiaticam non ſuccedat.* Idem in capitul. DAGOBERTI exhibet BALVZIVS p. 40. Lex SAXONVM *tit.* 8. de dote: *de eo quod uir et mulier ſimul conquiſiuerint, mulier mediam portionem accipiat, hoc apud Weſtphalos. Apud Oſtwalos et Angrarios nihil accipiat, ſed ſit contenta dote.* Lex SALICA *tit.* 62. de alode §. 6. *de terra uero Salica nulla portio hereditatis mulieri ueniat: ſed ad uirilem ſexum tota terrae hereditas perueniat.* In editione BALVZIANA p. 321. In capitularib. CAROLI M. 813. §. 40. *Si quis Francus homo habuerit filios hereditatem eis dimittat. De materna hereditate ſimiliter in filiam ueniat. Landr.* l. 1. artic. 17. *Vaters, Mutters und Schweſter erbe nimt der Sohn und nicht die Tochter.* De SVECICIS legibus STIERNHOEK *l.* 2. *c.* 3. quae *uero iuris inconſtantia circa foeminarum ſucceſſionem, quae modo admittuntur, modo excluduntur, ea ortum habet ex commixtio-* D *ne iuris antiqui cum nouello. Ante tempora enim* Bergeri Iarli *ſoror nec in trientem quidem cum fratre ſucceſſit. Quod et apud Saxones obſeruatum fuit et iure etiam diuino obtinuit propter familarum conſeruationem. Quae in filiis ſubſiſtunt, per foeminas uero extinguuntur. Bergerus Iarl non ſecus ac Iuſtinianus iniquum exiſtimans, ut ſemine et ſanguine iuncti eſſent, conditione diſpares forent. Ius Oſtgothicum in* E *primo tantum gradu in triente admittit, in ulterioribus poſtponit. De iure Dalico foemina etiam in primo gradu poſtponitur. Olim ſemper excluſas eſſe, adparet ex quamplurimis.* In LL. WGOTHICIS editore Lundio *tit. de hered. cap.* 1. *filius eſt patris heres. Si non extet filius, eſt filia heres. Si non filia, eſt pater* et quae ſequuntur deinceps. Conferri etiam huc poſſunt, quae *Dn. Praeſes* habet *im Preuſſi-* F *ſchen Neuburg cap.* 2. §. 18. *ſeq.*

Foeminarum nulla legitima hodieque inter nobiles familias.

(kk) Omnia ſubſcribimus uiro litterariae ſenectutis *Pachelbelio a* GEHAG, qui hoc argumentum tractauit ex inſtituto, quaeſtione edita propugnataque: *Ob eine Verzüchte Reichs-Ritterſchaffliche tochter ein Erbſchaffts-Recht ultra congruam dotem*

mit

Digitized by Google

CAP. IV. SEGM. II.

mit grund praetendiren kœnne? Negat eandem ICtus exemplisque docet, nullam filiarum neque in allodiis ſucceſſionem fuiſſe apud Germanos. Supereſſe hanc inter nobiles familias conſuetudinem hodieque, quamuis hereditates hominum uulgi aliter aeſtimentur ex auctoritate iuris peregrini. Supplet adſertum acceſſionibus momentoſis AVRGEMEISTER *vom Reichs-Adel p. 305. 306. ſeqq.* ubi in aetatem inquirit, qua filiatum adhibitae ſint demum renunciationes, primum iniuratae, mox firmatae iuriſiurandi uinculo. In quam ſententiam laudare etiam liceat WEHNERVM *conſil. 42. n. 1.* Quod uidiſſenr maiores, nihil patrii iuris adeo ſanctum eſſe, quin uioletur conſpergaturque legibus Romanis. Quid? quod patrii mores hodieque in Holſatica uigeant nobilitate. Ad illam enim cum ſerius uenerint inrerpretes iuris Romani, quod regio deſtitueretur academia; deinde retinentior ea fuerit patriae inſtitutorum; poſt non principum manu ibi uiuerent landſaſſii, ſed libertate et iuribus auitis: mirum non eſt, quod uetuſtioris Germaniae legum in Holſatia tot ſcintillae fulgeant, quae in aliis parriae prouinciis extinctae ſunt et nubibus inuolutae iuris peregrini. Vbi ſpiſſae ſunt academiae er academici in curiis doctores; ubi omnia manu principis reguntur; ubi ad hanc titubat palletque nobilitas. Idem ex eadem cauſa remanſit in Sileſia: "daſs die adliche Tœchrer mit ihrer Ausſtat-" "tung ſich befriedigen müſſen und die" "mannliche erben damit nicht beſpro-" "chen werden dürfen SCHIKFVS. *chron.*" *Sil. lib. 3. von Juſtiz-Sachen lib. 3. art. 9.*

Patriae iuris plura inter nobiles uigent, obliterata in plebe.

(ll) Nobiliras enim iuris ſui retinentior; diſputationes apud eandem maioris momenti; quibus accedunr familiarum tabularia, uetuſtioris aeui ſuſtentacula. Vtinam *Betſius, Kellenbenzius, Mylerus, Maulius, Speidelius, Ringlerus* er quotquor pacta illuſtrium explicare uoluerunt, indocti magis fuiſſent in iure Romano, peritiores contra medii aeui monumenrorum in Germania. Illis enim libris ceu peſte quadam infecta ſunt iura illuſtrium, ut eius generis negoria tractaturi leges poſt ſequi mallent Romanas, quam operam ponere in eruendis patriae noſtrae conſuerudinibus.

IV. Communio bonorum legitimae ignara.

§. V. Praeterea bonorum communio inter coniuges ut Germanici quondam iuris fuit: ita uiget illa in multis prouinciis hodieque (mm), expers iterum et legitimae et Trebellianicae.

Communio bonorum excludit liberos a legitima.

(mm) Tractat hoc argumentum, non ut alii *Pekius, Torre, Rickius*, qui leges paſſim Rom. admiſcent, ſed ex patriae tantum conſuetudinibus, ſepoſito peregrini iuris pigmento, *Iuſtus* VERACIVS in libello *conſuetudinum principatus Bambergenſis.* Qui utilis eſt et rarus. Excerpemus, quae proſunt noſtro inſtituro. Per communionem utriusque coniugis bona confunduntur, ut quiuis eorum rotius patrimonii in ſolidum ſit dominus. Quae uxoris fuerunt, iam eiuſdem et mariti ſint; uiciſſim, quae maritus habuerar, iam ſua et uxoris ſuae. Vno uerbo et maritus et uxor dicere poteſt, totum patrimonium meum eſt. Eſt autem haec communio legis, non pacti. Quamuis legi per pacta poſſit derogari. Si coniuges iuri ſuo renunciauerint inrra ſpatium anni poſt nuptias, quo deliberare poſſunt. Neuter itaque coniux reſtamenti habet factionem. Quia teſtaretur de alieno. Nulla liberorum legitima. Mortuo enim uno coniuge, ſuperſtes uniuerſam retinet hereditatem uſu dominioque. Tenetur coniux coniugis aere alieno etiam mulcta alterius. Niſi *crimen cauſa diuortii* et quae ſequuntur deinceps. Etiam *Petr. Rod.* DEMERADT aliqua haber in differentiis *iuris communis et Franconici*, quae idem confirmant.

V. Succeſſoria pacta quartarum ignara.

§. VI. Poſt ſucceſſoria pacta et ganerbiatus, infimae etiam nobilitati hodieque ſolennes (nn). Quae tamen a paciſcentium nutu pendent, nulla quartarum habita ratione.

Succeſſiones conuentionales nullum locum faciunt detractioni quartarum.

(nn) Germanis, teſtamentorum loco, *pacta ſucceſſoria Erb-verbrüderungen, ganerbiatus* cetera. Haec cum patrii iuris ſinr, ignorata legibus Romanis, nullum quoque locum facere uel *legitimae* uel *Trebellianicae.* Inde ualida ſunt, quamuis *ultimo poſſeſſori nihil relictum ſit, de quo teſtetur*, uerba ſunt *uiri illuſtris* COCCEII *cap. 26. iurispr. §. 2. p. 423.* Neque inter illuſtres S. R. I. ordines hoc rantum obtinet, interprete eodem et BETSIO *c. 5. p. 122.* uerum etiam inter *nobiles* S. R. I. immediatos. Non autem priuilegii iure: ſed quod hi priſtini iuris retinentiores fuerinr, non depreſſi ſub iugum iuris Romani inſtar landſaſſiorum. Diſſentir b. m. STRYKIVS *c. 7. de ſucceſſ. §. 11. p. 697.*

VI. Cura familiarum, ipſa militia maior, quartis liberandu.

§. VII. Denique quartarum onere Romani milites abſoluunt (oo). Quidni in fructuariis praeſertim fideicommiſſis, idem nobis fauor ſit in familias, gentilitiae gloriae appetentiſſimas (pp). Quibus alii ob alias etiam cauſas militum tribuunt priuilegia.

(oo) In

Digitized by Google

CAP. IV.V. §. I.

Olim neque in ultima uoluntate parentum ratio habita legitimae.

(oo) In donationibus mortis cauſa A eius generis formulas exhibent capitularia BALVZII, unde arguere licet, liberas parenti manus fuiſſe, ad *legitimae* leges necquicquam alligatas *lib. VI. §. 150. Filio uel heredi contra priorum definitionem uenire non liceat. Quia iuſte repellitur praeſumtio illius, qui facta ſeniorum iniuſte conatur rumpere.* Idem repetitur §. 359. et *lib. 2. leg. WGoth. tit. 5. c. 4.* Et in *additione 3. §. 87.* B Baluziana: *Si heredes iuſſa teſtatoris non impleuerint, ab epiſcopo loci illius omnis res, quae his relicta eſt, auferatur cum* fructibus et ceteris emolumentis, ut uota defuncti impleantur.* Vt adeo, quod de *Vplandicis* legibus LVNDIVS *p. 7. proleg.* dixit: *conſpici in illis L. XII. tab. ut quisque legaſſet, ita ius eſto* (ſupra litt. bb.) ſine ulla legitimae defalcatione, idem repetere liceat de ueteris Germaniae inſtitutis. Ceterum formulam donationis, quae Germani noſtri loco C teſtamentorum, habuerunt, accipe ex *lib. 4. capital. §. 19. p. 778.* Imo *quicquid pater meliorare uoluerit nepotem prae filio filium pro nepote, illud defendatur nec praeſumat aliquis contra uoluntatem patris agere.* Ita in *formulis Sirmondicis §. 21. p. 480.* Hodieque de Sileſiae moribus agit SCHICKFVSIVS *chron. Sil. lib. 3. c. 26. p. 313. In den Fürſtenthümern Schweidniz und Jauer kann ein Vater dem Sohne die* legitimam *gantz* D *wegnehmen. Welches dahero alſo eingeführet worden, damit die Söhne im beſſern Gehorſam gegen die Eltern erhalten werden.* Vltimum ſcriptoris iudicium non adprobo. Habeo enim hoc ſtatutum, pro ueteris iuris in Sileſia reliquiis, quibus hac parte non potuerunt Romanae leges, in ſubſidium receptae, derogare. Necquicquam, ut auctor ſibi perſuadet, pro iure nouello.

Exulet legitima in S. R. I. ordinum uirorumque litteratorum uolantatibus.

(pp) Variae hic uiae ſunt ad euitandam iuris Romani in parentes familiasque acerbitatem. *Primo*, notum eſt illa non tangi milites ſupra *litt. zz.* Verum, opinione doctorum ordines imperii teſtantur iure et priuilegio militari, de quo ex inſtituto TABOR aduerſus Conringium. *Deinde* exiſtimat GVDELINVS *lib. 2. de iure nouiſſ. c. 12. n. 19.* aequum eſſe, ut Germani ea in re temperent LL. Romanarum duritiem, quod ultimae uoluntatis cauſae fere apud illos peruenerint ad militarem aequitatem. *Porro* ſingulare eſt, quod b. m. STRYKIVS habet *diſſert. 7. de ſucceſſ. ab inteſt c. 1. §. 23. p. 511.* Si Romani milites ſuos abſoluerint ab onere legitimae et Trebellianicae, quidni idem etiam dandum ſit *quaſi militibus* uiris litteratis et ſigillatim academicis profeſſoribus. Quicquid ſit, familiarum conſeruatio Germanis ſit maximi, adeo, ut illis, poſt alterius uitae ſpem, nihil prius ſit, nihil antiquius, exemplo, quod ſupra laudaui *c. 1. §. 4. litt. ii.* Alia habes apud TIRAQVELLVM *de retract. in pr. num. 46.* KNIPSCHILDIVM *de fideicom. c. 6. n. 339.* Quis ergo uitio uerterit patriae noſtrae, ſi familiae et fructuaria fideicommiſſa militum priuilegiis aequent, tantum abeſt, ut in dubio transeant in caſtra durius ſentientium.

VII. Integritate nefas cedere Romanis.

§. VIII. Ad extremum, ne ipſis Romanis hic duriores ſimus, exulent apud nos quartarum nomina. Cum res ipſa exulet, ob quã ſunt conſtituta. Nulla hodie lucra ex operis liberorum (††); pericula nulla ex aditione hereditatis (qq). Simplicem itaque fidem et hic ſequamur Germani: Roma forte non impune extorrem (rr).

(††) Pertinent huc, quae diximus ſupra *c. 4. litt nn. qq.*

Heres non tenetur ultra uires hereditatis.

(qq) Scribo hic ſentioque auctoritate forenſium doctorum, qui in hoc fere argumento ſunt concordes. Vt opus non ſit laudandorum nominum congerie.

Fides Germanorum in praeſtandis fideicommiſſis.

(rr) Conferenda hic ſunt, quae *cap. 4. §. 1. litt. dd.* in memoriam reuocauimus Germanis. Ne uero deſtitui uideamur omni patrocinio, uerba dabo ſententiamque uiri illuſtris, *L. B. de* LYNCKER, quam prodidit an. 1685. *part. 3. deciſ. 1259. p. 239. 240. Auch hierbey weder die* detractio legitimae *noch* Trebellianicae, *bey einigen deren vorgehenden* deſcendenten *ſtat finden mægen. Indem dergleichen* E deductiones, *in ſolcherley* fideicommiſſis * perpetuis *und* reciprocis, * *ob ſie ſchon nicht eben* familiae *oder* agnationis *ſeyn, nicht ſtatt finden.* arg. auth. *ſed et in ea C. ad L. Falc.* cum ea mens fuerit teſtatoris, ut integra bona maneant inter deſcendentes. KNIPSCHILD *cap. 6. de fideicom. n. 164.* Quamuis hic uacillet quandoque reſpondeatque titubanter. Adeo ut argumentum de F *fideicommiſſis familiae* in patria ſcriptorem adhuc deſideret ICtum, qui tamen in priſtinis patriae conſuetudinibus uerſatus ſit, cognitasque habeat formulas nobilium familiarum uetuſtiores aliaque huc facientia medii aeui monumenta.

CAP. V.

Argumentorum aduerſae partis diſſolutio.

§. I

Argumenta aduerſa. Quod

REſtat, ut argumenta nunc reſpondeamus, quae hactenus propugnatae ſententiae uidentur obeſſe.

§. II.

CAP. V.

§. II. III. IV. I. legitima iuris naturae.

§. II. Principio legitimae portionem pro debito habent naturae (aa), quae minui aut in peiorem ſtatum uerti non poſſit parentum uoluntate. Verum legitima eſt iuris poſitiui, ſiue leges Romanas (bb) audias, ſiue expendas illius momenta (cc). Taceo, falſum eſſe, filiorum conditionem duriorem fieri in fructuariis fideicommiſſis (dd). Si quid damni metuendum, ſentire illud heredis heredem (ee).

An legitima iuris naturalis? Affirm.

(aa) Ita quidem PAPINIANVS, qui in eo parentum legitimam diſtinguit a legitima liberorum, quam dicit *naturae ſimul et commune parentum uotum* L. ſcripto 7. ff. unde liberi et *debitum naturale* audit *legitima* in auth. *hoc amplius C. de fideicom. Imo iura ſanguinis*, in quibus legitima, *nullo iure ciuili dirimi poſſunt* l. 8. ff. de R. I. Inde plurimi doctores; quod legitima uel minui uel tolli omnino non poſſit neque lege neque ſtatuto. Inde AVGVSTINVS ipſe, *ſi quis uult eccleſiam inſtituere et filium exheredare, alium quaerat quam Auguſtinum, imo, Deo propitio, nullum inueniet* can. 43. c. 17. q. 4. Plerique tamen inter ſubſtantiam et quantitatem diſtinguunt legitimae. Primam iuris naturae eſſe, rati, non alteram DONELLVS *lib. 19. c. 1. n. 16.* et plenius GONZALEZ *ad cap. 6. X. de teſtam. n. 15. ſqq. lac.* MAESTERTIVS *in tractat. illuſtr. p.* 210. 211.

Negantium rationes ex LL. Romanis.

(bb) Olim enim parentes Romanos ius uitae et necis in liberos habuiſſe, ab iisque illos uenditos, emancipatos, abdicatos et exhereditatos fuiſſe, impune et pro lubitu parentum *cap. 4. §. 1. litt. bb. cc. ſeqq.* probauimus. Quid dicendum de patre milite? Huius certe uoluntatem pariter liberam fuiſſe a neceſſitate legitimae, liberis relinquendae, dictum eſt *c. 2. §.* 6. *litt. zz.* Quod cum ita ſit, mirum eſt, qua fronte Romana iura docti ita ſentire

A uelint, ut legitimam imperio tribuant naturae. Cum certum ſit, naturae praecepta tolli non poſſe iure ciuili. In noſtris militant caſtris quamplurimi, quos laudant MANGILIVS *de imputatione quartar. quaeſt. 49. 50.* et b. m. STRYKIVS *diſſert. 7. de ſucceſſ. c. 1. §. 23.*

Ex principiis iuris naturalis.

(cc) Operoſus hic eſt *Ioh.* BODINVS *cap. 4. de repub. litt. ii. p. 53.* in eo ſcilicet, ut parentibus infinitum in liberos ius adroget, contra nil iuris ſupereſſe liberis in parentes oſtendat. Inter nimium et pa-B rum mihi peccari uidetur. Tenentur liberis alimenta praeſtare parentes, ſed talia, quae natura profert, non quae exigit elegantia et cultus uitae ciuilis. Quod diſcrimen facere neſciunt quamplurimi: ut adeo onera parentibus imponant iuſto maiora. Exempla ſtatutorum, qui liberis tam ultragenitis quam filiabus negant legitimam, exhibent PACIANVS *conſ. 38.* WEHNERVS *conſil. Francon. 42.* SICHARDVS *ad L. ſancimus C. de nupt.* COLERVS *conſ. 37. n.* C *19.* pleniſſime MANGILIVS *de imputat. et detract. quaeſt. 49. 50. 51. 52. ſq.*

Nil damni ex noſtra opinione.

(dd) Non meis hic uerbis opus eſt. Videantur ſententiae ICtorum aliorum, prolatae ſuperius *cap. 4. §. 4. litt. uu.* et *cap. eiusd. §. 5. litt. bb.*

De herede heredis.

(ee) Diſcrimina inter utrumque uideas, licet, *c. 2. §. 2. litt. qq. &c. 4. §. 5. litt. oo.* Singularia habet MANGILIVS *de imputat. et detract. Q. 124.*

II. Nullum fert grauamen legitima.

§. III. Deinde legum auctoritate utuntur, quod legitima nullum patiatur grauamen (ff). Illud uero abeſſe a fructuariis fideicommiſſis, dictum eſt probatumque (gg) ſuperius.

A legitima abſit grauamen.

(ff) Prouocant ita ſentientes ad *L. omnimodo 30. C. de inoff. teſt.* ubi Iuſtinianus ſine *mora et ullo grauamine* eſſe uult legitimam. Idem repetit *L. quoniam 32. et 36. §. 1. C. de inoff. teſtam.* Quapropter legitimam neque *fideicommiſſo uniuerſali* extingui poſſe, dicunt, cum et hoc grauaminis nomen mereatur MOLINA *lib. 2. de primogen. c. 1. 13.* DONELLVS *lib. 19. cap. 4.* b. m. STRYKIVS *de caut. teſtam. cap. 17.* D *§. 15.* taceo alios, quos magno numero conquirunt HARPRECHTVS *de quartis tract. 2. c. 6.* MANGILIVS *quaeſt. 17.* aliique.

Quod ſit in fructuariis fideicommiſſis.

(gg) Neque enim fructus computandos cenſemus ipſius legitimae, ſed bonorum, praeter illam, in fideicommiſſo relictorum *cap. 4. §. 4. litt. uu.* et *§. 5. litt. bb.* Vt lucra potius, quam onera heredis eſſe uideantur.

III. Ex ſubſtantia hereditatis debetur.

§. IV. Praeterea ex ipſa bonorum ſubſtantia legitimam petendam eſſe perhibent: non ex fructibus (hh). Aſt dominium ſubſtantiae bonorum habet et ipſe fiduciarius (ii): ergo nullum querelae fundamentum.

Ex ſubſtantia patris ſit legitima.

(hh) ICtis in hoc argumento fere in prouerbium abiit: *ex ſubſtantia bonorum* petendam legitimam. Adeoque fruſtra inſtitui de fructuum imputatione quaeſtionem. Huc referunt *l. 36. ſcimus C. de inoffic teſt.* et ſigillatim uerba illius haec: E *repletionem autem fieri ex ipſa * ſubſtantia patris, non ſi quid ex aliis cauſis filius lucratus eſt, ut puta uſufructu. Sancimus ea omnia quaſi iure aduentitio eum lucrari, repletionem autem* (legitimae) *ex rebus ſubſtantiae patris fieri.* Ita PEREGRINVS *de fidei-*

CAP. V.

fideicom. art. 49. n. 39. FRANCHIS *dec. Neap. 522. n. 1.* HARPRECHT *tract. 2. c. 6. §. 83. n. 14. 15.* *Mich.* NIZOLIVS *in allegat. iur. 26. n. 9. 10.*

Fiduciarii heredes domini ſunt ſubſtantiae fideicommiſſi.

(ii) Plurs ſunt, quae ad legem *36. C. de inoff. teſt.* modo commemoratam poſſunt reponi. *Primo* ſenſum illius non hunc eſſe, ut fructuum *imputationem* in legitims tollat, *l. Papinianus 8. §. 11. ff. de inoff. teſt.* oſtendit. Nam haec ipſa imputationem commendat, quod uidimus *litt. tt.* et nihilominus hsc phraſi utitur, *legitimam* B *ex ſubſtantia teſtatoris deberi.* Eſt autem, quod altero loco ponendum, fiduciarius heress d tempus illud, quo reddere fideicommiſſum debet, non pro *uſufructuario*, ſed pro *domino* habendus uniuerſae hereditatis *ſubſtantiae.* Plane ut ſentit TEXTOR *diſp. 24. de excuſ. foem. §. 11. p. 399.* cuius uerba recitabo: *Fiduciarii in fideicom-* A *miſſis haud quaquam ſunt ueri uſufructuarii; ſed ueri* domini bonorum fideicommiſſo ſubiectorum. Alias haec bona poſt mortem fideicommittentis in nullius forent dominio. Quod eſt abſurdum. Succeditur fiduciario, non teſtatori.* Scrupulum, quod tsmen reſtituere oportest fidelcommiſſario fiduciarium, eximet *l. 66. non ideo ff. de R. V.* Imo ſolum fiduciarium heredem pro domino habent eo etiam tempore, quo B fideicommiſſum reſtituit fideicommiſſario, GOVEANVS *uar. lect. lib. 5. c. 5.* FABER *lib. 7. coniect. c. 4. lib. 18. c. 18.* SCHIFORDEGHERVS *lib. 3. tract. 24. qu. 1. ſeq.* Quapropter *l. 36. C. de inoff. teſt.* loquitur de ſimplici uſufructu, non autem illo, qui coniunctus eſt cum rei dominio et proprietate, quod noſtri eſt argumenti.

§. IV. V.

§. V. Tandem auctoritate Zenonis clarum eſſe (kk), putant; ne fructus numerentur uel in legitima, uel in Trebellianica. Repono, neutrum fieri in fructuariis fideicommiſſis (ll): et legem legis hic eſſe magiſtram (mm).

IV. Nefas eſt fructus imputari in quartas.

L. 6. C. de inoff. teſt aduerſa fructuum imputationi.

(kk) Gordium hunc nodum ſoluere, non minus tentabimus. Eſt autem hic. Claris uerbis Zeno imperator prohibere uidetur, ne fructus ullatenus imputentur in legitimam. Eius eſt *l. iubemus 6. C. ad SCt. Trebell.* quam exſcribemus: *iubemus, quoties pater aut mater rogauerit liberos inſtitutos, qui prior ſine liberis deceſſerit, portionem hereditatis ſuae ſuperſtiti reſtituere. Vt omnibus modis, retenta quarta, pro auctoritate Trebelliani SCti, non per imputa-* D *tionem redituum, licet hoc iuſſerit teſtator, ſed de ipſis rebus hereditariis dodrans reſtituatur.* Inde nullum, contrarias leges euitandi, remedium ſupereſſe, credunt, qusm hoc: *fructus quidem iure olim* digeſtorum *imputatos fuiſſe in legitimam: quod tamen hac lege* codicis *fuerit mutatum.* Ita ueteris, mediae sc infimae aetatis interpretes, ita in ſcholis doctores, ita iudices in curiis ſentiunt fere uniuerſi. Vt portenti inſtar ſit, aliquem reperiſſe; qui dixerit aliter, VASQVIVS *ſucc. p. 25.* SVAREZ *ad L. quoniam ampl. 3. p. 329.* CORASIVS *opp. 299. n. 91.* GRASSVS *§. legitima qu. 38. n. 2.* GABRIEL *tit. de legitima concluſ. 1. n. 26.* MAESTERTIVS *in tract. illuſtr. p. 328.* et qui non?

C *cap. 4. §. 2.* stque sdeo nomine utroque interpretationem mereatur reſtringentem. *Principio* igitur puto, legem hanc de caſu loqui, ubi pater *legitimam ſolam* fideicommiſit filio, aut hac non multo plus: non autem, ubi uniuerſorum bonorum fecit fructusrium heredem, quod noſtri eſt argumenti. *Deinde* in fructibus numerandis diſtinguendi ſunt illi, qui ex *legitima* ueniunt, ab aliis, quos ex *reliquis* D bonis, praeter *legitimam*, percipit fiduciarius heres. De *primo* legem accipio Zenonis; de *altero* autem in noſtra agitur arena. *Poſt* aliud eſt, in *uſufructu* heredem inſtitui: aliud in dominio ac *proprietate.* Vltimum nos reſpondemus *c. 5. §. 4.* Zeno primum. Vt taceam, non tangi hac lege *fideicommiſſa familiae*; tum *pacta de non alienando.* Quorum uel unum uel utrumque fideicommiſſis addi fere ſolet E fructuariis.

1] de inſtitutione in ſola fere legitima,

2] in fructibus legitimae,

3] in ſolo uſufructu.

Lex Zenonis agit

(ll) Dixi ſuperius, quod lex hsec *correctoria* ſit *cap. 4. §. 1.* quod inter odioſas

Antinomiae.

(mm) Legas, quae Zenonis conſtitutioni, male intellectae, aduerſse uidentur, dedimus *cap. 4. §. 4. litt. tt.* Niſi medicas illi manus attuliſſem: cedere iuberem esndem aliis, quse iuris rationibus magis concinnse; quae numero illam uincunt; quae maioris, quam illa luculentiae, et integritatis.

OPVSCV-

OPVSCVLVM IV.

DIFFERENTIAE IVRIS ROMANI ET GERMANICI IN MVTVO.

Die XI. Maii ciↃ iↃccxv.

DIFFERENTIA I.

Quae crediti atque debiti nomina utriusque linguae?

Vſus VERBORVM I. Latii a) mutuum, b) creditum, c) debitum.

ROmana iura a mutando (a), uel ex meo tuum faciendo (b) deriuant MVTVVM, uel etiam huius uerbi originem quaerunt non domi natam, ſed foris apud Siculos (c). CREDITI quoque et DEBITI uel rerum creditarum uel debitarum adpellatione licet omnes illis ueniant contractus benefici (d); ſingularis tamen horum uocabulorum ſignificatus eſt proprius mutuo. Habent uero Germani, quod linguae ſuae hic incuſent paupertatem. Nam uerbis illi utuntur in ſignificando mutuo generalibus et ambiguis. In quorum numero ſunt *anlehen*, *geliehenes*, *gelehntes*, *entlehntes* (e), *fürgeſetztes* (f), *ausgethanes* (g), *vorgeſchoſſenes*, *Vorſchußweiſe gegebenes* (h), *auſſenſtehendes* (i), *geborgtes*, *erborgtes* (k), *aufgenommenes* (l), *vorgeſtrecktes* (m) *Geld* (n) *oder Gut* (o). Neque mutuo propriae uoces *campe*, cambium (p), *Wechſel* (q); quoniam et ipſae accipiuntur uniuerſim de cuiusque generis permutatione. Verbum *Schuld*, *Schuldner* (r), non minus generale eſt notatque uinculum iuris uniuerſim, obligationem. Pueriles fuci ſunt, quando uernaculam conſpergunt alienis pigmentis remque mutuatitiam nominant *das Credit-Weſen* (s), *Capitalien* (t), *Schuld-Poſten* (u) cetera. Si uulgi iudicio, quod hic regnat, uerbum commendare licet, MVTVO proprium, meo hic notarem calculo uoces *anlehen* (x) *oder fürgeſetztes Gut* (y). Neque enim ille de commodato, quod in ceteris fit, adhibentur. Vt nihil hic deſit, quam frequentior ampliorque uſus in forenſibus mutui argumentis (z).

II. Germaniae. a) leihen, b) fürſetzen, c) austhan, d) vorſchieſſen, e) borgen, cetera. f) Kampe, g) Wechſel, h) Schuld.

Spuria uox Creditweſen. Praeſtantior anlehen uel vorgeſetztes Gut.

Num dicatur MVTVVM a mutando. Affirmatur a) litterarum concentu, b) cauſa abundantis, u. c) rei ſignificatu, d) LL. peregrinis.

(a) Vt caſtra hic relinquamus ueterum iureconſultorum, cauſae ſunt plures, quas exponemus inferius: nunc de noſtra opinione ſoliciti, ut eam contueamur. Nam *principio* litterarum eſt harmonia in uerbis *muto* et *mutuo*. Deinde cauſa unius litterae *u* huic additae non minus patet, ne cum uoce *mutus*, *mutuus*, confundatur, idque exemplis aliorum uocabulorum, utpote a *lito*, *litare*, *lituo* et *lituus*, ne idem uideretur, ac *litus litoris*. Praeterea *mutandi* uerbo res ipſa in *mutuo* reſpondet, quia hoc dominium illius mutat facitque, quod *creditoris* fuerat, ut ſit *debitoris*. Poſt cum *mutui* contractus fuerit olim *gratuitus*, ideo *mercedis*, *praemii*, *doni* gratuiti loco A mutui quoque uerbum dictum eſt in linguis peregrinis. Sic ueteres Germani *mieta* adpellarunt praemium uel mercedem. Ita TATIANVS *in harmonia euangelior. cap. 22. uerſ. 17.* uerba illa: *gaudete, merces ueſtra in coelis*, ita reddidit Teutonice: *Wanta bithiu juuar MIETA iſt ginuhtſam in Himilon.* IDEM *cap. 32. uerſ. 4. Si diligitis eos, qui uos diligunt, quam mercedem habebitis*, ita uertit: *Oba ir thie minnot, thie juuih minnout, weliſſa MIETA habet* B *jr thanne.* IDEM *cap. 3. uerſ. 1. c. 35 u. 1. receperunt mercedem ſuam, ſie jra MIETA intphiengun*, demum *cap. 43. uerſ. 28.* Quae loca *Franciſco* IVNIO addi poſſunt ad *Willeranum p. 243.* Quod cum ita ſit, quis

Mieta nobis merces.

DIFFER. I.

Μοῖτον Graecis merces,

quaeſo calculum detrahet VARRONI *lib. 4. de L.L. p. 29.* mutuum inter praemia, munera, mercedes numerant his quidem uerbis: *Mutuum, quod Siculi* (idem adfirmauimus de Germanis) *μοῖτον. Ita ſcribit* SOPHRON: *μοῖτον ἀνατίθημεν.* Eadem fere habet HESYCHIVS: *Μοῖτον ἄντιμοι* (pro *ἀνατίθημεν* Sophronis aut, quae coniectura SALMASII *de uſuris p. 4.* pro *μοῖτον ἀντιμῶ* i. e. gratiam referre cum foenore abundanter) *ἡ γάρ χάρις μοι τὴν ὀινόχαριν.* *Μοῖτον* ſiue mutuum igitur idem Siculis fuit quam Germanis MIETA, *ein Lohn, Geſchencke.* Idem PHAVORINVS: *Μοιτοὶ ἄντιμοι.* Qui uero, dices, argumentum inde, quod, *mutuare*, originem debeat, *mutare* uerbo? Scilicet, dominium mutat, qui donat. Porro in uernacula *miethen* eſt elocare aut conducere ex eadem prorſus cauſa, quod uſus rei tum *mutetur* atque a locatione tranſeat in conductorem. Inde *Mieta, mietlon* eſt merces, quae debetur ac ſoluitur operarum locatori. Quorſum pertinet, uox *kimieta* ſeruus aut, quod mendoſe legitur in gloſſario BOXHORNII kimiecta, littera *c* abundante, ut ante nos uidit PALTHENIVS *ad Tatianum p. 351.* Quibus addi poteſt, quod Poloni ſeruos et colonos ſuos ex eodem fonte *kmethones*, id eſt, homines conductitios, *gemiethete Leute*, dicere ſoleant, cuius etymologiae admoneri poſſunt Polonici ſcriptores CHWALCKOWSKY *lib. 1. c. 10. p. 204.* HERBVRTVS *in ſtat. Pol. p. 252.* ZAWADZKV *in proceſſu p. 136.* ZALASZOWSKV *iur. Polon. part. 2. tit. 23. p. 1036.* aliique. Imo, ut *mutare* propius accedat ad noſtri ſermonis uerbum *miethen*, illud addi poteſt, quod Latium uetus pro *mutare moetare*, uti pro *curare* et *uti*, *coerare* et *oetier* dixerit ſcripſeritque teſte SALMASIO *cap. 1. de uſuris p. 4. de trapezit. lib. 1. p. 362. 363.* Quid? quod hodieque *mutſchieren* Germanis in uſu diciturque cum duo iure utuntur uiciſſitudinario. Exemplum habes apud MEICHSNERVM *tom. 3. deciſ. 9. n. 50.* GOLDASTVM *in maioratu lib. 1. c. 31. §. 23.* Atqui haec omnia recidunt eo, ut *mutuum a mutando* repetamus adiuuemusque coniecturas linguis peregrinis, quarum omnium, in uerbis antiquioribus et primitiuis miram et uere diuinam offendimus harmoniam.

i. e. Mieth-Lohn.

e) elocando mutare nobis miethen, vermiethen.

Polonis Miet-Knecht kmetho.

f) ueteris Latii uerbum moetare pro, mutare.

g) Mutſchieren iure uti uiciſſitudinario.

Num MVTVI etymon ex meo tuum?

(b) Ita quidem ueteres iureconſulti in iisque PAVLVS in *l. 2. §. 2. ff. de reb. cred.* uerbis quae ſequuntur: *Adpellata eſt autem* mutui *datio ab eo, quod de MEO TVVM fit et ideo ſi non fiat TVVM non naſcitur obligatio.* Sequuntur hanc etymologiam tantopere recentiores, ut uix illis locus ſit, cogitandi rectiora. Imo *Fr.* CONNANVS *lib. 7. cap. 1. p. 448. b.* etiam Graecos hic audet uocare in ſubſidium, dum ſcribit: *Varro ait, ſi datur, quod reddatur, mutuum, quod* SICVLI *μῦ τεὸν* et SORHRON *μῦ τεὸν ἀντιμάω.* Quaſi ſcilicet his auctoribus cum Paulo conueniret. Quorum tamen uerba rectius habuimus *ſupra* in nota praecedenti. Ridet ultimum hoc SALMASIVS in Tabore, quoniam *μῦ* dicatur dialecto communi, *τεὸν* autem Aeolica et Dorica neque uero unius uerbi ſit compoſitio facta ex diuerſis dialectis. Tuetur ſe ex aduerſo TABOR *in alienat. mut. §. 9. p. 213.* auctoritate Weſenbecii, qui maius longe praeſidium habere potuiſſet in magno nomine Connani, iureconſulti humaniſſimi. Ceterum ſunt hi luſus in originibus uocabulorum Stoicis proprii, quibus uſi ſunt ueteres iureconſulti, forte ad memoriam iuuandam eorum, quos iura docuerunt. Quorſum legi poſſunt *Edmund.* MERILLVS *lib. 1. obſeru. 10.* et qui nouum huius argumenti adparatum meditatur Euerardus Otto, ICtus Dusburgenſis, uir doctus et ſolers.

DIFFER. I.

Siculorum μοῖτον qui mutuum ſit Latii?

(c) Prouerbium recitant VARRO, SOPHRON, HESYCHIVS, quos audiuimus ſupra in *litt. a.* Neque tamen id dandum eſt auctoribus Romanis, quaſi *μοῖτον* uox ſit Graeciae propria indeque migrauerit in Latium. Vero enim eſt ſimilius, uocabulum hoc, ut mille alia, utrique populo commune fuiſſe, cui etiam iura ciuitatis dederunt Germani. Quod ſuperius *litt. a.* plenius oſtenſum et declaratum.

Crediti uerbum quam amplum?

(d) Docet hoc ipſe VLPIANVS in *l. 1. ff. de reb. cred.* his quidem uerbis: *Rerum CREDITARVM titulus omnes contractus complectitur, quos alienam fidem ſecuti inſtituimus. Celſus ait, credendi generalis adpellatio. Ideo ſub hoc titulo praetor et de* commodato *et de* pignore *edixit.* Quidni etiam de *depoſito* ob rationem eandem, quod Germani ſigillatim notant uerbo crediti *anvertrautem Gutes.* Hoc cum ita ſit, omnino e re fuiſſet, ut in iurisprudentiae Romanae ſyſtemate etiam titulus inſcriptus fuiſſet ſingularis de MVTVO, argumento longe grauiori, quam eſt, *depoſitum* et *commodatum.* Quidquid ſit latet, *mutuo* argumentum in PANDECTIS *in libro XII. titulo I. rerum creditarum ſi certum petatur et de condictione.* Neque *lib. 4. tit. 1.* CODICIS, qui huc pertinet, clarior eſt, de *rebus creditis* et *iureiurando* inſcriptus. Vnde factum, quod fere ſingularem mutui inſcriptionem neque Germaniae prouinciarum ſtatuta habeant, nouo turpis plagii argumento.

Verbi leiben, lehnen qui ſenſus?

(e) Recte LOCCENIVS *in ſynopſ. iur. Suec. diſſert. XI. §. 2. p. 333.* ait: *MVTVI contractus Suetice dicitur Læen a uerbo Læna, quod eſt* homonymum *et tam de* commodato, *quam de* mutuo *accipitur.* Idem in *Danica* lingua teſtatur *Chriſtian* OSTERSSONIVS *in gloſſario iuridico Danico p. 300. 301. Laan eller leyegods.* Eadem homonymias querela eſt apud Germanos, quibus *leiben* pariter dicitur et de *commodato* et de

DIFFER. I.

et de *mutuo.* Imo etiam *traditionis* ſiue *feudalis* ſiue *emphyteuticae* ſiue *ciuilis* ſolennia ſignificamus nominibus *leihen, verleihen, lehen*, cetera. *Launegild* reperitur in *L. Longob. tit. 28. 35. 62.* pro mercede. Vt adeo, ſi alia abſint argumenta, nullum conſecutionis uinculum ſit ab adpellationibus *Lehen, Lehen-Brieff, Lehen-Geld* ad feudales rationes, quod ſingula haec uerba etiam adhibeantur, in his certe locis, de iure emphyteutico, cenſitico aut colonario. Quamuis ſchemata haec in mutuo exulent.

Fürgeſetztes Gut, qui mutuum?

(f) Inter omnia uocabula uix eſt in Germanico ſermone, quod *mutui* contractui magis reſpondet, quam *fürgeſetztes Gut.* Forenſi uſu adprobatae formulae ſunt: *hætte ihme 1000. auf zwey Jahr lang vorgeſetzet; es wære nicht ſein eigenes, ſondern vorgeſetztes und entlehntes Gut*, cetera. Quod adeo uerum eſt, ut hoc uerbo neque *commodata* deſignentur neque *depoſita*, ſed unice mutuum.

Ausgethanes Gut, qui mutuum?

(g) *Austhun* uox Latinae reſpondet *elocare.* Quapropter etiam accipitur de contractu *locati, ſeinen Acker, Wieſen, Felder, Gærten austhun.* Quemadmodum igitur *agri elocati* annua eſt merces: ita elocatorum numorum annui reditus et uſurae.

Vorſchuß, qui mutuum?

(h) Pecuniae numeratae rationes habet uocabulum *vorſchieſſen* et *Vorſchuß* numerationis. Et credita pecuniae magna ſumma, *er ſtehet in einem ſtarcken Vorſchuß.*

Auſſenſtehendes, qui mutuum?

(i) Creditam alteri ſummam dicimus *auſſenſtehendes Geld oder Capital.* Neque enim id dicitur de commodato aut depoſito.

Borgen, qui de mutuo?

(k) Eſt uox ſatis quidem uetuſta, quae tamen *commodato* etiam communis. De Sueciae iurisprudentia LOCCENIVS *in ſynopſ. diſſert. XI. ſ. 334.* ait: *ſynonymum uerbi leihen Læen* eſt *borgen* et dicitur *Læen eller borgat. Quamuis borga etiam pro cauere et ſatisdare accipiatur. Magis adpoſitum fuerit, ſi borgat Læena mutuum dicatur.* Quod ultimum ego non puto, cum *erborget Lehen* idem ſit, quam *mutuo commodatum* aut *commodato mutuum* pleonaſmo aut turpi utriusque contractus confuſione. Idem uerbi *borgen* ſignificatus eſt etiam DANIS, teſte *Chriſtiano* OSTERSSONIO *in gloſſario iuridico Danico p. 86. 87.* Ceterum ſi uſum uulgi ſolenniorem reſpicimus, *einem borgen* eſt fidem illi in prorogando debito habere, *von einem borgen* mutuo accipere aut commodare, *erborgtes oder geborgtes Gut* mutuum aut commodatum.

Aufgenommen, mutuo acceptum.

(l) Etiam haec uox generalis eſt, iuncta tamen uocabulo pecuniae aut bonorum, pariter mutuo reſpondet. *Aufgenommen Gut* idem ac bonum mutuo acceptum.

Vorſtrecken, mutuo dare.

(m) Numerare creditum dicimus *vorſtrecken*, creditum debitori numeratum *vorgeſtrecktes Geld oder Gut.*

DIFFER. I. *Verbi Geld ſignificatus.*

(n) Adpoſite Germani *Geld* ſiue pecuniam a ualore denominant *von gelten ualere, pretium habere.* Melius, quam ipſi Romani, qui uel a numerando, uel imagine aeri impreſſa, uel a pecude ſigillatim dixere. PALTHENIVS *ad Tatianum p. 355. giltes, geltis a geltan gelten. Vbi apud* KER. *eſt Keltan reddere. AS gild eſt ſolutio, praeſtatio, gildan ſoluere. Germanis nummus, quod omnium rerum uicem reddit, geld dicitur et gelten eſt pecunia aeſtimari* itemque *vergelten, quacunque ratione aliquid penſare ac remunerari.* Addo, quod in Franconiae et Sueciae prouinciis bonorum cenſiticorum poſſeſſores *Gildbauren* adpellentur hodieque. Quoniam ad annuos cenſus et praeſtationes ſiue utrumque tenentur obliganturque. Inde *Launegild* pro mercede empti uenditi adhibetur in *L. Longob. tit. 28. 35. 62.* Pariter *Wirigild in L.* RIP. *tit. 38. §. 2.* CAPIT. CAROL. *lib. 4. §. 14. 15. 16.* idem ac *gewehrgeld.* Idem uerbi *giælda* ſignificatus eſt Suecis. Inde formulae *betala giæld; Ackergiæld; giældguldit; giæld firi ſkadan*, quae occurrunt apud LOCCENIVM *in Lexico iuris Suec. p. 64.*

Gut, qui bona ſignificet et Hab?

(o) Vox haec admodum uetuſta, generalis tamen *bonisque* Romanorum reſpondens. Apud Suecos accipitur de rebus etiam immobilibus, frequentius tamen de mobilibus, monitore LOCCENIO *p. 61.* Inde *Hab und Gut.* Primum de immobilibus: de mobilibus uero ultimum intelligitur.

Campe, qui mutuum?

(p) *Campe, Kampen* Germanis idem eſt, quam permutare. Inde hodieque dicimus *Roßkamp* pro, *Roßteuſcher.* Imo agri in Weſtphalia diſtinguuntur *nach Kampen.* Quoniam in ſingulis partibus, aratro adſignatis, illud reuertatur muteturque iter et actus. Veteres etiam Latini uſi ſunt hoc uerbo in iisque APVLEIVS *in apologia* et PRISCIANVS *lib. 10. cap. 2.* CAMBIO ἀμείβομαι, ἀπὸ τοῦ κάμπτω, ἔκαμψα. *Vnde et* campſare, *flectere, permutare*, cambium, *permutatio.* VOSSIVS *de uit. ſerm. L. lib. 1. c. 18.* cum eoque FERRARIVS *in originib. LL. p. 182. cambium* ideo Graecae originis eſſe adfirmant. Sed nos etiam hoc pro ſpecimine habemus diuinae illius omnium linguarum harmoniae, primo dubie parenti coaeuae. Mediae aetatis Latinitatem, *cambium, cambire, concambire, cambiare*, pro permutare aut mutuo dare, *campſores* pro argentariis ceteraque exponunt gloſſographi, GOLDASTVS, BRISSONIVS, LVDIVS, SPEELMANNVS, FRESNERVS aliique.

Wechſel, qui mutuum?

(q) Vox haec ſatis eſt antiqua, uſitata etiam magis, quam *Campe* in *mutui* ſignificatu. Sacri codicis interpretes Germanici, Luthero uetuſtiores, hoc nomine adpellant *trapezitas, nummularios, argentarios*, qui dando accipiendoque mutuo uictum habuerant cultumque. Exempli

loco

Digitized by Google

DIFFER. I.

loco MATTHAEI *cap. 21. uerſ. 22. und Ihe- A ſus gieng in den Tempel Goz und verkehrt die Tiſche der Wechsler.* Idem MARC. *cap. 11. uerſ.* 15. et IOH. *II. uerſ. 15. Vnd do Iheſus het gemachet ein Gaiſel, als von Sailen, er warf ſy all aus dem Tempel und verzet den Schaz der Wechsler.* Quamuis uero etiam OTFRIDVS *lib. 2. cap. 11. p.*162. hanc hiſtoriam recitet in rhytmis: loco tamen *Wechsler* uerbo utitur *Kouſmannen.* Vt dubium ſit, an *Wechſel, Wiſſel*, in hoc B ſignificatu iſtius ſit aeui. Sed *Wehſale, ſeines Wehſales* pro *ſeines Wechſels oder an ſeine ſtatt*, illud quidem etiam habet TATIANVS *cap. 2. n. 1. 3.* Fieri id olim forte propterea non potuit, quoniam in Germania auri et argenti tum nulla copia, uſus numorum rariſſimus. Ex Italia autem Galli ciſalpini *die Welſchen*, ſub ingreſſum ſeculi decimi quarti, fere Europam uniuerſam inundarunt, artemque ex- C ercuerunt *numulariorum.* Ex quo demum tempore nomina etiam haec audita cognitaque fuerunt, cum antea illud genus negotii noſtrates ignorauiſſent. Ceterum huc etiam pertinere uidentur uerba *Handel und Wandel*, ut primum alios contractus reſpiciat, ultimum uero permutationem aut mutuum.

Handel und Wandel.

Schuld debitum.

(r) Veteres Germani pro *ſollen* dixerunt *ſculen*; pro *ich ſollte, ick ſkulta.* Quem- D admodum igitur Latinis a debeo debitum: ita etiam uernaculae noſtrae a *ſollen, ſcullen, ſkullen; ſkulte* ſiue *ſchulde* euenit. Et ſane ipſe *ſchulden* uerbi ſignificatus tam late patet, quam *debiti* in ſermone Latino. Inde *ſchuldigen, beſchuldigen*, idem quam accuſare uel arguere. Plane ut de Suecis LOCCENIVS *in gloſſ. iur. Suec. Skulda, Skylda, beſchuldigen* accuſare. Iudex etiam crediti ac debiti ob E cauſam eandem nominatur *Schuldheiß. Heiſchen* enim Germanis idem eſt, quam urgere, poſtulare, exigere. Inde etiam *condictio certi* noſtris *Schuld-Klage.*

DIFF. II.

Creditweſen.

(s) Nil noui eſt, Germanos uerba mutuare a Romanis, imo haec ſuis iungere atque cogere in idem nomen. Exemplo eſſe poſſunt, *ſemperfrey, ſemperleute, decemgarben; ſaeuitienklage, deſertionsklage*, et quae plura ſunt eiusmodi. Rectius tamen eiuſmodi quiſquiliae ac centones in linguae cultu euitantur.

Capitalien.

(t) Vox eſt mediae latinitatis. Purior tamen aetas ei occaſionem dedit, quoniam in muruo ſortem *caput* dixit, uſuras acceſſorium. *Capitale, caput pecuniae. Capitis ſumma* apud PAVLVM ICtum. Loca medii aeui congeſſit FRESNEVS. Videtur itaque uocabulum hoc ex Italia trans alpes in Germaniam migrauiſſe. *Octau.* FERRARIVS *in originib. Ital.* ait: *Capitale, pecuniae ſumma, quae foenore collocatur, quae latinis caput dicitur et a ſorte diſtinguitur.*

Schuldpoſt.

(u) Conſuli hic debent illa, quae diximus in notula praecedenti *lit. s.* Etiam *poſtae* uerbum accipimus Germani pro *credito ac debito* idque promiſcue. *Er hat ſtarcke Poſten auſſenſtehen; er iſt ihme mit ſtarcken Poſten verwandt.*

Anleben.

(x) Ea de re conferri debent, quae dicta ſuperius *litt.* e. Licet enim uocabulum *Leben* multiplicis ſit uſus ac ſignificarus: particula tamen *an* contrahit eandem faciteque, ut mutuo prorſus reſpondeat. Neque opus eſt aliqua acceſſione uerbi alius *Geld oder Gut*: ut fere in omnibus aliis nominibus, quae explicauimus adhuc.

Vorgeſetztes Gut.

(y) Diximus de hoc uerbo *litt.* e. Quae notula hic conferenda. Id ſolum deſidero, quod adiectiuum ſit habeatque opus ſubſtantiuo *Gut oder Geld.*

Vſus qui magiſter?

(z) Fruſtra enim eſt in ſermone philoſophia, niſi magiſter eius accedat uſus curialis praeſertim, aut forenſis.

DIFFERENTIA II.

Qui deſideretur titulus ſingularis in MVTVO?

Mutui titulus nullus in iure Latii.

Eſt tamen ille in LL. Teutonicis.

IN iure Romano deſideratur MVTVI peculiaris TITVLVS (aa): non in Germanico (bb). Hodie praeſertim, ubi mutui contractus ſolus fere supereſt, unde homines opulenti et pecunioſi, cuiuscunque illi dignitatis et ordinis ſint, reliquis fere negatis, uictum et cultum habere queunt, quos dicimus *Rentierer, Leute, die von ihren Renten leben, ſtarcke Verkehrungen haben.*

Mutui contractus olim infrequens neque Latio nominatus ſigillatim.

(aa) Eſt haec querela *Franc.* DVARENI F *ad lib. 4. cod. tit. 2. cap. 1.* quam audiemus: *ſubtitulo, qui inſcribitur* de rebus crediris, uel ſi certum petatur, *tractatur de MVTVO.* "Nec ullus alius titulus eſt de "mutuo in iure ciuili, praeter ſenatuscon-"ſultum Macedonianum. Aſt CREDITVM "generaliter dicimus, ubi fidem ſequimur "alienam. Er CONDICTIO CERTI iti-"dem generalis eſt actio et competit ex omni cauſa, ex qua certum petitur. Re-" ctius fiet, ut ſingularem inſcriptionem" habeamus MVTVI, ut in aliis contractu-" um generibus cum in codice, tum in" pandectis. Pertinet igitur huc *Lib. 12. tit.*" *1. ff.* inſcriptus: de rebus creditis, ſi cer-" tum petatur et de condictione atque in" codice lib. 4. tit. 1. de reb. creditis et iure-" iurando atque tit. 2. ſi cerrum petatur," libri eiuſdem. Olim in Germania quoque uerum,

DIFFER. II.

uerum, quod STIERNHOECK de Suecis dicit *lib. 1. c. 5. de mutuo pauca habent iura noſtra uniuerſum.* Cuius contractus frequentiam adauxerunt numeri ſignati aeris numorumque longiores.

Mutui contractus omnium celeberrimus noſtra aeuo.

(bb) Non iuris *prouincialis codicillos* offendes, qui omittant *titulum mutui* ſingularem. Qui in aliis inſcripti ſunt aliter, *von leihen und borgen; von gelehntem Geld; von leihen und entlehnen*, uti REFORM. FRANC. *part. 2. tit.* 11. habet, quibus additur ab aliis, *ſonſt* mutuum *genannt*, et quae ſunt eiusmodi. Neque mirum, hunc contractum aliis omnibus eſſe frequentiorem. *Principio* enim alios ſugiunt mortales, quia ſunt benefici, uti commodatum et depoſitum; ab aliis multi excluduntur, uti potiſſimae emtiones uenditiones ſunt tantum mercatorum; alii in quodam artificio aut diſciplina uerſantur, uti locatum conductum: ſolus fere mutui contractus ſupereſt, omnibus qui utilis, communis, cognitus, conueniens ac concinnus. *Deinde* cum crediti aeris diues nullo negotio uitam ac domicilium mutare poſſit, quando emtor, locator conductorque tantum non rei immobili eſt adfixus, ideo etiam mutuo hic dare ſolent praerogatiuam. *Poſt* mutui contractus, qui olim inter beneficos fuit, hodie eſt inter utiles, ut adeo tempora noſtra non habeant, quare illum reformident. *Praeterea* omnium etiam aliorum contractuum formas induit mutuum, *man ſtellet für rückſtændiges Kaufgeld, Liedlohn, Pæchte und hundert andere Dinge nach ihrem wehrt, Wechſel und Schuld-verſchreibung aus.* Contra uero mutuum raro ex bona fide transformatur in emptum, uenditum, locatum conductum contractusque alios. *Tum* quoniam onera rebus immobilibus impoſita uel grauia ſunt, uel intolerabilia, mutuum adamatur aliisque negotiis praefertur. *Demum* in tanta numorum, qui orbem nunc premunt, abundantia, tot poſſeſſores ſunt, qui malunt foecundos et parturientes habere, quam mortuos et otioſos. Neque debitores deſunt, cum omnia negotia facilitari resque uiliori haberi pretio queant, ſi pecunia ſit parata. *Addo*, quod hodie agri omnes aut ſeruos uelint, aut homines, maſculorum numero inſtructos, igitur abſonum eſſet, ruſticari hominem ingenuum aut improlem. *Tandem* ſi quid maculae olim apud aliquas gentes habuit, mutuo dare aut accipere: illa labes exulat in Germanis.

DIFFER. III.

DIFFERENTIA III.

Qua in re mutuum uerſetur?

Res FVNGIBILIS olim materia mutui.

OLim mutui contractus ſolennis fuit in omnibus rebus, quae aeſtimari poterant pondere, numero, menſura, aut nequibant commodari ſine abuſu (aa) ueniebantque Romanis uerbo eorum, quae admittunt functionem, uno nomine fungibilium (bb): unde pondera, ulnas, numeros, modios pro locorum diuerſitate rerumque abundantia aut caritate, eſſe oportuit multiplices (cc): hodie uero, in tanta numorum et ſignati aeris abundantia, a mutuo aliarum rerum homines fere ſunt deſuefacti, ut adeo illud in ſola fere pecuniae commutatione fieri uideatur (dd). Prouidentiſſima igitur eſt Poruſſiae regis nouella, qua BEROLINENSI menſurae aliae omnes in prouinciis omnibus per Europam late patentibus ac diſperſis, ſunt adaequatae ann. CIↃIↃCCXIV (ee).

Hodie fere ſola pecunia.

Vnde menſurarum olim multiplicium adaequatio.

Quae res mutuo dari poſſint?

(aa) Luculenter PAVLVS in *l. 2. mutuum §. 1.* his uerbis philoſophatur: *mutui datio conſiſtit in his tantum rebus, quae 1) pondere 2) numero 3) menſura conſiſtunt.* Eccur autem hoc? addit: *quoniam eorum datione poſſumus in creditum ire.* Sequitur rationis ratio: *quia in * genere ſuo* (intellige *potius*) *FVNCTIONEM recipiunt per ſolutionem* (ut reddam meos nummos, olea, uina pro tuis), *quam * ſpecie*, id eſt, indiuiduo, ut eosdem numero reddam, quos mihi credidiſti). *Nam in ceteris rebus* (quae numero, pondere et menſura non aeſtimantur) *in creditum* (mutuum) *ire non poſſumus. Quia aliud pro alio* (aedes meae pro tuis, praedium meum pro tuo praedio) *inuito creditori* (quidni ergo illo conſentienti) *ſolui non poteſt.* Quod cum ita ſit, quis dubitauerit cum gloſſa, *panem* poſſe mutuo dari et reddi? *Ich gebe einem 3. Pfund Brod, über acht Tage von ihme wiederum ſo viel an Gewicht zu bekommen.* Huc pertinent omnia genera *frumentorum, ſeminum, olei, uini, foeni, cereuiſiae. carnium, piſcium, ouium, boum*, cetera. Vbi luculentus eſt SCHILTER *exercit. 22. §. 5. p. 224.* qui dicit: non abſurdum eſſe, ut eadem res *commodato* nunc detur, alio autem tempore *mutuo*, exemplo bouis. Intentionem igitur attendendam contrahentium, iuerit ne illa in *uſum*, an uero *abuſum*. Ceterum fieri poteſt, ut ego illis rebus indigeam nunc, qui alio tempore illis abundo. Ideoque gratiam faciat mutuo a me accipiens

DIFFER. III. piens idque propterea, ne temporis lapſu pereant res meae, aut eant in ſtatum deteriorem, cereuiſia aceſcat, oleum contrahat foetorem, putreſcant carnes, frumenta muribus cedant et rattis. Contra uero harum rerum cum alius uſus uel non ſit, uel raro ſit, niſi illae conſumantur abuſu: facile intelligitur, fieri uix poſſe, ut illae commodentur proſintque commodatario, niſi abuſu et conſumtione, potu ac comeſtu. Inde tam late patent *comeſtibilia* iureconſultis medii aeui, ut generis cuiusuis *fungibilia* complectantur. Quibus Germanica *Maſtung*, *Maſchland*, *Mus*, inde *Mustheil* uerbo reque ipſa uidentur reſpondere.

nequeantque commodari?

(bb) Debetur haec uox doctoribus medii aut ſuperioris aeui. Cum enim ad *l. 2. §. 1 ff de reb. cred.* iureconſulti rem *mutui capacem* ita definirent, ut una alterius *uice* poſſet *FVNGI* resque pro re in eodem genere ſolui: uno demum uocabulo res ad mutuum habiles comprehendere uoluerunt adpellaruntque illas nomine *FVNGIBILIVM*, id eſt, fungentium uicem alterius. *Fungi* enim eſt *uicem* obire et munus. Vita fungi, eſt id agere, quod officii eſt uiuentis, non autem mori, quod uulgus dicit. Vbi itaque res talis eſt, ut eius uicem ſuſtineat *fungaturque* altera in eodem genere; *ein Pfund Fleiſch für ein Pfund; ein Scheffel Haber für einen andern Scheffel; ein Faß Bier für ein anders Faß eben dieſes Getranckes:* ibi oportet creditorem rem pro re eiusdem generis accipere. Cum non interſit illius, ſiue res propria ei reddatur, ſiue aliena. Plenus in explicatione uocabuli *functionis* eſt *Franc.* CONNANVS *lib. 7. cap. 1. p. 446. h.* BRISSONIVS in h. u. et Iacob GOTHOFREDVS in *diſſert. de aequalitate et functione in mutuo.* Quibus adſentior, quicquid ex aduerſo diſputet emendetque SALMASIVS *de uſuris c. 1. p. 9. 10.* Ceterum uocabuli *fungibilis* nouitatem humaniores iureconſulti horrent, quod ſuperiori demum aeuo nata ſit: ſed alii malunt barbari eſſe, quam laborare ſermonis paupertate aut ſequi ambages et circuitus.

Fungibilis uox iurisprudentiae barbarae.

(cc) Fallar hic, an uera prodam, nemini cognita adhuc, tuum lector iudicium eſto. Scilicet unde tanta *ulnae*, *menſurae*, *ponderis* in regionibus, imo etiam in urbibus diuerſis, uarietas, adeo multiplex et multiformis? Aperiam coniecturas. Olim in tanta ſignati aeris penuria, praeſertim in Germanis, quibus auri et argenti uſus prorſus fuit ignoratus, non aliud remedium ſuperfuit, quo homo ex rerum abundantia absque damno ullo hominis ſuccurreret inopiae atque egeſtati, quam ut unus daret alteri, quod poſt aliquod tempus ab hoc, in genere atque etiam uel in pondere, uel numero, uel menſura eadem, cum gratiis redderet. Agricolam finge, cetera incolam foecundae

Cauſae multiplicium menſurarum der Ungleichheit am Maaß, Eblen und Gewicht; qui ex mutui contractu ueteris Germaniae?

Docetur id exemplo

A regionis, qui ſub exitum hiemis caſu forte incendioque uacuum habet frugibus hordeum et granarium, premiturque cum ſuis earundem egeſtate, rogat ille aliquem extraneum, loci admodum ſterilis ac longe diſſiti, ut ſibi mutuo det centum medimnos frumenti. Hic adſurgit petito mutuoque dat eidem, quod exegit. Aduenit tempus, ut, quod accepit, reddat debitor. Quaeritur qua menſura? debi- B toris an creditoris. Creditor urget menſuram debitoris, quae forte maior; primo quoniam in ſterili regione, in qua dediſſet mutuum, frumenti pretium maius ſit, quam in foecunda, in qua datum reciperet; deinde quoniam tranſuectio a loco in locum exigat ſumptus, quos aequare debeat menſura maior, cetera. His litigiis uel finis, uel qualecunque remedium quaeſitum eſt in menſurarum diuerſa ra- C tione, ut licet debitor acceperit frumentum in menſura *minori*, illud tamen in *maiori* redderet absque damno ſuo, ſiquidem computauerit inuicem calculosque duxerit diuerſi in locis diuerſis ualoris. Eadem cauſa eſt in PONDERIBVS. Finge aurigam merces Hamburgo transferre Amſtelodamum: idem facere nautam. Primus certe maius pro ſingulis libris locarium habebit, quam ultimus. Inde diuerſitas li- D brarum *unter gemeinen Pfunden und Schif-Pfunden.* Quid de VLNIS? Notum et hiſtoricis et mercatoribus, quod *Pariſiis* olim et panni et ſerica contexta, arte, quam alibi, maiori. Hinc in urbe maior copia et pretium eorundem minus, quam in locis aliis, ad quae deferri non potuerunt ſine graui transuectionis impenſa. Habes itaque *ulnam Pariſienſem maximam*, in *Brabantia* minorem, Hamburgi iterum de- E creſcentem minimamque Lipſiae. Idem fere iudicium de NVMERIS. Olim aeris in Germania ingens paupertas, hodie eius diuitiae et abundantia. Hinc numeri nunc longiores, quam olim diſcriminaque *unter alten und neuen, dieſen und ienen Schocken, der groſſen und kleinen Mandel,* cetera. Inde iuris huius axiomata: *ubi rerum copia et ubertas, ibi etiam maior largiorque menſura*; contra, *ubi egeſtas re-* F *rum et penuria, ibi parca quoque menſura paruoque contenta.* Vnicum exemplum addimus memoria patriae dulciſſimae. Stupent Saxones, in Sueuiam aut Franciam delati, quum uaſa conſpiciunt, quibus illis uina apud nos adponuntur, ob inſignem, quam habent, granditatem et ſpatia ampliſſima. Noſtra enim menſura, quam canthari nomine adpellant, altera, alicubi tertia et quarta parte maior eſt, quam G in Saxonia, Thuringia, Vandaliaque. Quis autem neſcit, quod ultimae regiones olim fuerint inuineae, uinaque aliunde allata creſcere oportuerit in ualore ideoque decreſcere in menſura. Dices autem, quid de

DIFFER. III.

1] *in menſuris,*

2] *ponderibus,*

3] *ulnis,*

4] *numeris,*

Axioma iuris huius: ab ubertate rerum ad menſuras largiores et contra.

Reponitur ad appoſitiones

1) diſtinctione inter menſurarias leges priuatas et publicas.

2) iura loqui de maiori parte.

3) nullam regulam ſine exceptione.

4) rerum moralium nulla ſtabilitas.

de cereuiſia? cuius menſura eadem eſt, quam uinorum. Repono, publicas olim menſuras in illis tantum rebus adhibitas fuiſſe, quae in commercio fuerunt cum extraneis: fruges domi natae et conſumptae menſuras habuerunt priuatas, quibus leges dixit quilibet paterfamilias. Porro, ſi urgeas, axiomata ſuperiora fallere tamen in regionibus quamplurimis, ubi in rerum ubertate parca tamen ſit menſura. Repono, iura eo reſpicere, quod fiat plurimum: neque regulam, praeſertim in rebus uoluntariis, inueniri, quae non patiatur exceptionem. Deinde antiquam fidem migrauiſſe tempora, principes, auaritiam, inhumanitatem cetera. Addi his poſſunt, quae *dn. praeſes* diſſeruit *in der Einleitung zum teutſchen Müntz-Weſen mittler Zeiten cap. 13. §. 2. p. 204. 205.*

Quare hodie ſimus deſueſacti a mutuo rerum aliarum quam numorum?

Qui olim mutui contractus in rebus aliis, non in numis? exemplo ſalarii contractus apud Halenſes.

(dd) Cauſae mutationis huius ad inueſtigandum non ſunt difficiles. Olim enim in egeſtate aeris apud Germanos fieri aliter non potuit, quam ut pleraque commercia fierent rerum permutatione; mutuum uero raro in numis, plerumque in rebus fungibilibus generis alius cuiuscunque. Repetamus exempla ex ſalinaria mercatura huius ciuitatis. Nam peregrini, (*die Gæſte*) ſalem noſtrum non redemerunt numis, ſed rebus aliis, ferro, lignis, mineris, aſſibus, butyro, oleo, caſeo, piſcibus, carnibus, ceteris rebus alicuius pretii. Numi autem quandoque interuenerunt, non ut pretium facerent, ſed factum adaequarent. Si forte emptor plus minusue caſei habuit, quam ille reſponderet ſali ex aſſe, tum additi ſunt aliqui numuli nunc ab emtore, iterumque a uenditore. Quapropter ſalariae artis magiſtri (*die Meiſter im Thal*) omnes exercuerunt mercaturam: ut rem haberent domini ſalinae, qua illis opus fuerit ad uictum et cultum. Sic euenire olim potuit, ut nobilis ruricola, landſaſſium dicimus, ditiſſimus eſſet rerum hominumque abundantia, qui tamen integri anni ſpatio uix aliquot denarios aut ſolidos uidit uertitque auri et argenti. Fruges eidem ſuffecerunt ſolae, quibus mutuum contraxit: emit uendiditque; mutauit ac permutauit; dedit et accepit; dedit fecitque. Verum enimuero maior longe noſtrorum temporum felicitas. Vbi in uictu cultuque mortalibus non opus eſt alia re, quam *numis*. Hic eſt ille uertumnus, qui iam ex quolibet facit quodlibet, mutat, uariat, conuertitque: nunc eſurientem cibat; nunc ſatiat ſitientem; nunc ueſtit nudum ornatque; nunc tuetur; delectat: explet adfectus omnes, ſtudia, cupiditates; ex ſeruis dominos, ex dominis ſeruos facit et quae reliqua ſunt eius generis portenta, quae illi rerum et uoluptatum effectori ſacro patent parentque. Neque immerito ad rerum pretia mutuumque contrahendum electum eſt aurum et argentum, quoniam haec materia eſt rara, ardua, pulchra, conſtans, facilis portatu, cuſtoditu, numeratu, cognitu, diuiſu et quae praeſtantiarum genera alia ſunt, quibus adaugeri poſſunt ea, quae enumerauit PVFENDORFIVS *lib. 5. iur. nat. c. 1. §. 13. p. 683.* Quod cum ita ſit, utique conſultum magis eſt cuique, qui mutuo accipere uult exempli loco fruges, ut, illis pretio numorum aeſtimatis, nomen ſuum ponat in alterius aere, ſoluatque elapſo tempore, quod debet, in pecunia. Neque aliter hodie fere contrahitur, quod dictum doctumque.

Ruricolae nobiles in magna opulentia uix diuites ſolidi unius.

COMMENDATIO MVTVI IN PECVNIA.

Nouella Pruſſiae regis de menſurarum adaequatione die 25. menſis Ianii CIↃIↃCCXIV.

(ee) Aenigmatis inſtar fuit: *rem, facto poſſibilem, ſingulis utilem, imo deſideratam omnibus, tamen ſperni ac negligi.* Id enim uerum eſſe dixerunt de menſurarum adaequatione; quarum inaequalitas et ratio multiplex cauſa fuit moleſtiarum, impeditionum, fraudum, errorumque. Vt omnes boni in uotis haberent ponderis et menſurarum diuerſitates tolli demum et ubique omnia ad unum exigi modium. Hodie praeſertim, ubi, quod dixi, ratio porro non eſt, quae olim fuerat inaequalitatis menſurarum. Clara uerba ſunt *Roform. Pol. Augsb. 1530. tit. 30. weiter iſt zu forderung gemeinen nutzens für fruchtbar angeſehen worden, daß im H. R. R. ein gemein Ehl, Maaß und Gewicht ſeyn ſolle, vielerley Betrug fürzukommen. Dieweilen man ſich aber der Zeit deßhalben nicht vergleichen kœnnen, iſt ſolche Sache zu weiterer rathſchlagung biß den 1. Martii verſchoben worden.* Sed ex his Martii kalendis factae ſunt kalendae Graecae. Verum enim uero uix regnum ſuſceperat rex noſter, ex quo expleuit hoc bonorum uirorum deſiderium editaque nouella omnes omnium prouinciarum menſuras Berolinenſi adaequauit, cuius uerba in margine (*) ſummatim recitabimus. Idque exemplis factum regum ac principum alio-

(*) Verbis edicti regalis, an. 1714. promulgati in ducatu MAGDEBVRGICO, idem enim in reliquis prouinciis eſt factum, haec ſunt: *Nachdem Se. Kœnigl. Maieſt. in Preuſſen, unſer allergnædigſter Herr etc. in Dero Chur und Marck Brandenburg eine Gleichfœrmigkeit des Maaſſes, Ellen und Gewichts vor einiger Zeit einführen laſſen, und dabey zugleich bekannter maſſen allergnædigſt verordnet, daß ſolches in Dero Hertzogthum Magdeburg und Graffſchafft Mansfeld Magdeburgiſcher Hoheit gleicher geſtalt geſchehen, und alles auf den Berliniſchen Fuß geſetzet werden ſolle, welches Maaß, Ellen und Gewicht dann bey der hieſigen Regierung und dem Kœniglichen* Commiſſariat *zu Magdeburg zu bekommen; als werden die Kœniglichen Beamte,* Magiſtraten *in Stædten, auch alle Gerichts-Obrigkeiten insgemein hiemit ernſtlich befehliget, wegen des Gewichts, Ellen und Maaſſes bey Vermeidung Sr. Kœn. Maieſt. ſchweren Ungnade und unausbleiblicher harter* Fiſcaliſcher *Beſtraffung binnen 14. Tagen* a dato inſinuationis *ſich deßwegen gebührend zu melden, und ihre Ellen, Gewicht und Maaß nach dem Berliniſchen*

DIFFER. III. *Menſurarum aequatores.*

rum. Nam de Galliae rege teſtes ſunt BODINVS *lib. 1. de republ. c. 10. n. 169.* CHOPPINVS *de doman. Franc. lib. 3. tit. 22. n. 2.* de rege Hiſpaniae *Alphonſ. de* AZEVEDO *lib. 5. tit. 13. recap. l. 1. n. 3.* de rege Hungariae *Stephan. de* WERBOECZ *in cod. iuris Hung. ad an. 1405. p. 69. an. 1540. 1572. 1602.* de Brandeburgicis ducibus in marchia SCHEPLIZ *part. 4. tit. 6. §. 1.* de duce Wurtenbergico interpretes *des Würtb. Landr.* A BIDENBACHIVS *p. 37.* LINDENSPVR *p. 261. n. 5.* EHRENBACHIVS *in metrolog. cap. 4. §. 5. p. 36.* Quod cum factum ſit, nouum coniecturis noſtris argumentum accedit, cauſam, quae olim in ponderum et menſurarum diuerſitate regnauit, hodie porro non ſupereſſe. Id enim eſt, quod principes, originis licet ignaros, mouit ad tollendam menſurarum inaequalitatem.

DIFFER. IV.

DIFFERENTIA IV.

Mutuo qui contrahere nequiuerint reipublicae officiales?

PRouidentiſſime apud Romanos fuerat conſtitutum, ne RECTORES, IVDICES ADMINISTRI prouinciarum mutuum uel darent, uel acciperent a ciuibus aut ſubditis, ne his uel graues eſſe poſſent, uel iudicia ac poteſtas eorundem corrumpi (aa): explodunt inſtitutum Germani, quaſi noſtri rectores magiſtratus et iudices perpetui, cum ex aduerſo Romanis temporarii fuiſſent, neque noſtris officialibus et iudicibus tanta poteſtas et auctoritas, quanta illis legatur fuiſſe, qui prouincialibus dicti TERRIBILES (bb). Quemadmodum autem in primo nullum contradicendi robur ineſt; ita in altero tanta nobiſcum diſcrimina non ſunt, quin idem metui nequeat ab officialibus noſtris. Quod cum ita ſit, non puto habere principes noſtri aeui, quare illos poenitere debeat huius legis Romanorum. (cc).

Romanis lex prohibitiua aduerſus officialium et iudicum uerſuras; non Germanis, malo forte conſilio.

Qui prohibeantur officiales in prouinciis mutuum contrahere?

(aa) Verba MODESTINI in *l. 33. ff. de reb. cred.* ſunt haec: *principalibus conſtitionibus cauetur: ne hi, qui prouinciam regunt, quiue* circa eos *ſunt, negotientur* mutuamue *pecuniam dent foenusue exerceant.* Et Gordianus Caeſar in *l. 3. C. ſi certum petatur* dicit idem: *eos, qui officia adminiſtrant, neque per ſe neque per ſuppoſitas perſonas, tempore officii ſui in prouincia foenus agitare poſſe, ſaepe reſcriptum eſt.* Imo grauiſſima poena ſtatuitur in transgreſſores ab HONORIO in *l. 16. C. ſi certum petatur*, ubi ita reſcribit: *Quisquis IVDICI foenebrem pecuniam* mutuauerit, *ſi in* prouincia *fuerit uerſatus, quaſi emtor legum atque prouinciae EXILII poena una cum ipſo iudice plectetur.* Adeo enim a partium ſtudio liberos uoluerunt Romani in prouinciis officiales, ut etiam nuptias prohibuerint cum ſponſa prouinciali. Quod in *l. 38. ff. de ritu nupt.* PAVLVS teſtatur: *Si quis OFFICIVM in aliqua prouincia adminiſtrat, inde uxorem ducere non poteſt*: imo dubitatum olim, *an ibi elocare poſſit filias ſuas, quod poſt ipſi indultum* (*). Quin etiam *emendo uendendoque* negotiarentur in prouinciis, rerum adminiſtros ex eadem cauſa prohibuere Romani idque B ſub poena quadrupli et amiſſione rerum, uti admonet Marcianus in *l. non licet 46. ff. de contrah. emt.* Neque aedificare poterant iidem in prouincia ſua, ne forte operarii et artifices, gratis aliquid faciendo, illorum animos iudiciaque occuparent, uti habetur in *l. un. C. de contractib. iudicum.* Quae leges etiam prouincialium magiſtratuum adminiſtros, ſcriniarios et numerarios tangunt, quod docet *l. 8. ſcri-* C *niarios C. de numerariis, actuariis etc.* Atque haec omnia cum ſibi conſtent legumque cauſſae adſint planae et apertae, fieri non debet, ut nos in transuerſum agant, quae aliis aliunde ſolent adduci. Taedet pigetque alios ſaluberrimae legis. *Principio* enim ſunt, qui prohibitionem tantum factam eſſe putant prouincialibus rectoribus, iudicibus, officialibus eorundem, ne mutuum *dent*, non autem, ne *accipiant*, D quoniam ultimum hoc ſaepe exigat neceſſitas neque inde aliquis metus ſit corruptionis. Quoniam prouinciarum rectores bona acquirere non potuerint immobilia neque foenus exercere ideoque tales numi uel raro accepti ſint ab illis, uel nunquam. Ita *Anton.* FABER *in rationalib. tom. 3. lib. 12. ad l. 33. 34. p. 73. 74.* et qui

Rationes dubitandi. a) quod lex de dando non accipiendo mutuo intelligenda.

niſchen einzurichten, deſſwegen dann diejenige, ſo im Saal-Creyſe und Grafſchafft Mansfeld Magdeburgiſcher Hoheit wohnen, bey der Regierung allhier, die aber, welche im Holtz-Jerichauiſchen, wie auch Luckenwaldiſchen Creyſen wohnhafft, bey dem löbl. Commiſſariat *zu Magdeburg ſich anzugeben wiſſen werden. Urkundlich unter dem Königl. Preuſſiſchen* E *Regierungs-Secret des Hertzogthums Magdeburg. Gegeben Halle, den* 25. Iun. 1714.

(*) Memorabile hic commentum eſt *Iacobi* GOTHOFREDI ad *l. un. C. Theod. ſi prouinciae rector uel ad eum pertinentes ſponſalia dederint*, in *l. 3. tit. 6.* qui omnino hic conſulendus. Vbi rectores prouincialibus dicuntur terribiles.

DIFFER. IV.

qui ſummum uirum exſcribunt. Verum A
religioni mihi duxerim, a modo comme-
morara *l. 16. C. ſi certum petat.* ſecedere,
certiſſimus, quod a praeſide et rectore pro-
uinciae maius longe periculum, quam a
iudice, qui ab eo dependit. Imo quis du-
bitauerit, debitorem inſtar ſerui eſſe ſui
creditoris, ut adeo prouinciae rector non
potuerit creditorem ſuum, re licet ita ex-
igente, offendere. Alii putant, fore hoc
edictum duriſſimum longe in prouincia- B
libus rectoribus et adminiſtris perpetuum
munus habentibus. Vt enim triennio pe-
cuniam otioſam habere, adeo graue non
ſit: ita onus intolerabile prorſus, ſi pe-
cunia illorum aeternum foret demor-
tua. Inde laudant *l. 34. ff. de reb. credit.*
quae haec eſt: *praeſidis prouinciae* * *OF-
FICIALES, quia* (qui) *perpetui ſunt, mu-
tuam pecuniam dare et foenebrem exerce-
re poſſunt. Praeſes prouinciae ſumere foe-* C
nebrem non prohibetur. . Quemadmodum
uero lex haec diſcrimen inter temporarios
et perpetuos magiſtratus fecit: non de
praeſidibus ipſis, ſed tantum de inferioris
ordinis *officialibus* eius, a quibus uix me-
tus eſſe poteſt, praeſertim, ſi praeſides a
quibus pendent, mutantur, ut adeo ſi in
amore ſint unius, non ideo etiam alterius
fauorem ſibi queant polliceri eoque abu-
ti: ita facile eſt etiam perpetuario recto- D
ri, ut pecuniam, quam mutuo dare in ſua
prouincia nequit, eandem in aliam trans-
mittat elocetque pro uſuris. Ceterum in
ultima legis parte aut expungerem uocu-
lam *non*, aut *Accurſii, Angeli, Decii* limita-
tionibus, ſi contrahat bona fide, ad uſum
quotidianum, palam, cetera hic locum da-
rem aut in manifeſta antinomia, ſtarem
ego *l. 16. C. ſi certum petatur*, utpote in-
ſtitutis Romanorum eorumque rationibus E
magis concinna.

b) quod reſpiciat magiſtratus temporarios, non perpetuos.

Quod leges hae non receptae ſint Germanis.

(bb) Fidenter *Paulus* BVSIVS *lib. 12. ff.
p. 444. 445.* ſcribit: *Lex haec* (ne contrahant
mutuo in prouinciis praeſides, iudices, mi-
niſtri cum prouincialibus) *moribus pene to-
tius Europae in Italia, Gallia, Hiſpania, Bel-
gica eſt ſublata.* Idem uult GROENEWE-
GEN *ad tit. C. de contract. iudic.* Idem
HAENONIVS *in encyclopaed. part. 3. tit. 1. c.
3. n. 31.* Idem *Regner. ab* OOSTERGA *in* F
cenſura Belgica lib. 12. tit. 1. lege 33. 34. p. 237.
addita ratione: *nec impedimento eſt pericu-
lum oppreſſionis, quia id facile auertit ſummi
principis et regis poteſtas.* Ipſe *Anton.* FA-
Lud. opuſc. tom. I.

A BER *in ration. tom. 3. p. 74.* quamuis ex alio
fonte, ita decidit: *Ex quo adparet, non eſſe
hodie in uſu apud nos hanc legem. Apud
quos magiſtratus omnes ſunt* * *perpetui.* I-
dem *Franc.* DVARENVS *tom. 2. lib. 2. diſput.
c. 4. p. 31.* Idem CORVINVS ad *lib. 1. Cod.
tit. 50. p. 36.* Idem *Anton.* PEREZ *ad lib. 4.
C. tit. 2. n. 5.* ZVPAEVS *in notit. Belg. lib. 2.
de iuriſd. c. 17.* Idem BVGNVON *lib. 1. de LL.
abrogat. lib. 1. ſatyra 39. 77. 161. lib. 2. ſect. 67.*
B *lib. 3. ſect. 100.* MORNACIVS et AVTVMNVS
ad lib. 1. tit. 54. ARGENTRAEVS *ad conſuet.
Brit. art. 35. not. 1. n. 1.* CHRISTINAEVS
uol. 2. deciſ. 86. n. 3. Ex noſtratibus idem
habet dicitque BRVNNEMANNVS *ad l.
33. 34. ff. de reb. cred. n. 4.* qui utraque argu-
menta coniungit, quia noſtri magiſtratus
ſint perpetui; conueniri queant durante
officio; non tanta eorundem poteſtas; re-
giones unius principis tantis ſpatiis in Ger-
C mania disiectae non ſint, quam olim in or-
be Romano, quod ultimum addit *b. m.*
STRVK. *Vſ. Mod. lib. 12. tit. 1. §. 13. p. 407.*

(cc) Phoenix Germaniae iureconſulto-
rum *Vdalricus* ZASIVS *tom. 1. ad lib. 12. tit. 1.
ff. p. 345. 346.* huius argumenti et utriusque
legis 33. 34. memorabilem et luculentam ha-
bet commentationem. Ita autem ille
ex uſu ſcripſit fori reique publicae:
Haec lex (aduerſus officiales mutuum"
D contrahentes in prouinciis) eſt utilis et"
pulchra, ſed male ſeruatur. Sunt et au-"
lici, qui hac lege mutuare prohibentur,"
quos palatinos dicimus Hofkazen, Hof-"
geſind. Extendite hoc ad MILITES,"
qui in exercitu hybernant, uel aeſtiua te-"
nent in aliqua prouincia et ciuitate, ut ſu-"
perioribus annis fuerat exercitus hic ſub-"
ſidiarius. Nam neque hi poſſunt nego-"
tiari, neque etiam nuptias contrahere"
E cum filiabus prouincialium in l. ſi quis ff."
de ritu nupt. et l. 57. ff. eod. Quod male"
ſeruatum eſt, dum exercitus equeſtris du-"
cis Sigismundi hic (Friburgi) hybernaret."
Quia equites nobiles et ignobiles felicia"
hic matrimonia contraxerunt. Si con-"
ſtaret aut metueretur impreſſio terroris,"
etiam eadem ualet lex prohibitiua in of-"
ficialibus perpetuis. Ita SALICETO ſub-"
ſcribendum, qui de omnibus officialibus"
F leges intelligit, cum cauſa earum, metus"
uiolentiae, terroris, coactionis, tangat u-"
troſque et temporarios et perpetuos."
Subit hic mentem patria mea. Nam il-
lius (**) duo priuilegia inueniuntur hoc eo-
Aaaa 2
dem

DIFFER. IV

Commendatio L. 33. ff. de reb. cred. reipublicae Germanicae etiamnunc.

Quorſum auctoritas ZASII.

Priuilegium FRANCO-

(**) Meretur ſane ea occaſione recenſeri diplo-
ma utrumque. Cauſa haud dubie fuit haec. Cum
Caeſares multoties Francofurti diuerterent, opti-
matibus palatinis innoteſcere oportuit cum uultus
foeminarum, tum opimas dotes. Inde occaſio pa-
latinis ad ſolicitandum et ambiendum ſponſas o-
pulentas. Vt autem uoti ſui haberent ſucceſſum,
uel Caeſare ipſo, uel principibus adminiſtris uſi
ſunt proxeneris, quibus aliquid negare uidebatur
et indignum eſſe et rem periculi pleniſſimam. No-
G luerunt tamen ciues matrimonia coacta: noluerunt
opes et diuitias auferri ac eripi e ciuitate. Non
ergo aliud conſilium fuerat, quam rogare a Cae-
ſare priuilegium: negandi palatinis filias et ma-
trimonia ſine rubore, ira, indignatione Caeſaris
et purpuratorum. Ita enim factum eſt, ut deſpe-
rarent iam de ſucceſſu candidati neque potentes
inuenirent proxenetas, quorum auctoritati nihil
dederunt ex hoc tempore Francofurtani, animis
eorundem ſacro Caeſaris priuilegio obfirmatis.
PRI-

DIFFER. IV. *FVRTANVM ann. 1232. et 1267. admodum ſingulare. Exemplum domui publici ex l. 32. ff. de reb. cred. neglectu.*

dem ſine concepta, ne Caeſaris officiales filias ciuium cogerent ad connubia: ſed in arbitratu cum parentum, tum filiarum eſſet, ſine ira Caeſaris, illius adminiſtros et officiales, potentes matrimonii candidatos, repudiare ac deprecari. Ceterum non ſine cauſa hodieque his legibus fieret locus, cum in prouinciis officiales, ſiue dantes mutuum, ſiue accipientes, hoc contractus genere ab eo, quod eſt officii eorundem, poſſunt dimoueri atque agi in transuerſum. Memini hiſtoriae, quam exempli loco hic dabo. Eſt rector camerae principis, quam dicunt, qui aere indiget alieno. Sunt praefecti conductores fiſcalium praediorum, qui illi aere ſuo ſubueniunt, interueniente contractu mutui aut cambii. Non auſus fuerat, potens licet, debitor, offendere creditores, adaugendo conductitiam mercedem, reprehendendo illos ſubditorum cauſa, notando abuſus rerum clocatarum, irrogando poenam, dimouendo, ſufficiendoque illis conductores largiores. Nemo adſequi potuit coniecturis, A quare uir, cetera diſertus, bonus, intelligens, commodorum redituumque principalis patrimonii ſtudioſiſſimus, quoties aliquid in aliquo ex ſupra commemoratis praefectis, conductoribus deſideratum, ad omnia querelarum genera obmutuerit. Verum poſtquam ille morte praeuentus fuerat, patuit, eum in aere fuiſſe huius praefecti conductoris aliquot millium imperialium. Vnde facile fuerat ad intelli- B gendum cauſam, quare rector, in aliis peruigil canis, hic mutum egerit piſcem. Et ſane prouincialium ſaepius audiueris querelas: *der Richter, Pfleger, Landes-Hauptmann, Cammermeiſter etc. habe mit dem Manne ſeine Verkehrung, es kœnne keiner den andern laſſen, der dritte und das Land müſte darunter leiden.* Quae cauſae ſunt, quod mihi ſtomachum moueat haec iuris Romani et Germanici differentia, mallem C enim cum hoc Latii inſtituto patriae harmoniam. Sentit nobiſcum STRAVCHIVS *exercit. 13. theſ. 5.*

DIFFER. V.

DIFFERENTIA V.

Mutuum qui contrahatur nomine pupilli?

LL. Romanis tutori nefas mutuare fertque cuſum. Germanico officium eſt illius praeſtatque culpam.

Romano iure nouiſſimo tutor SVO ſemper PERICVLO MVTVAT pecuniam pupillarem, cuius OTIVM malunt leges, quam FOENVS (aa): ex aduerſo Germanico iure CVLPAM tantum ille praeſtat, ſi mutuando amiſerit numos pupillares. Quoniam curare debet tutor, ut nummus numum pariat foenore legitimo. Quod officium ſi neglexerit, uſuras debet de ſuo (bb).

Qui nouella 72. c. 6. 7. nolit mutum duri nummos pupillares?

(aa) Eſt Iuſtiniani conſtitutio in *nouell. 72. cap. 6. 7.* cuius uerba ſummatim haec: *Videmus, difficilem eſſe curatorum cauſam propter foeneratorum neceſſitatem. Sancimus igitur nullam neceſſitatem eſſe ex legibus, minorum pecunias foenerare: ſed caute reponere et reſeruare. Quia melius eſt cuſtodiri, quam periclitari uel minorem,* D *uel curatorem.* Illum quidem, ſi creditor ſoluendo non ſit; hunc, ſi pecuniam minoris reliquerit otioſam, aut temere mutuando culpam contraxerit. *Quod ſi tamen curator mutuare uoluerit* pecuniam pupillarem; *ſciat mutui periculum* omnino ad ſe pertinere. Niſi bona minoris tantum ſint mobilia; tum mutuo et foenori det tantum*

PRIMVM eſt regis Henrici, haud dubie, quod ſubſcriptio docet filii Friderici II. imperatoris an. 1232. HENRICVS *Dei gratia Romanorum rex ſemper augustus fidelibus ſuis, ſcultetis et uniuerſis ciuibus de* FRANCKENFORT *gratiam ſuam et omne bonum. Conſtuatium deuotionis noſtrae et ſeruorem fidei, quem multa iam per tempora circa nos et imperium habuiſtis ſalubriter aduertentes, talem uobis damus gratiam* (ergo olim forte preces Caeſaris fuere imperia et leges) *et concedimus libertatem, ut * nunquam aliqaem noſtrum pauperem uel * diuitem cogamus aut arctemus* filiam uel neptem ſuam alicui de curia noſtra ſeu extra curiam noſtram copulare aut trudere legitimum in uxorem. Et in praeſenti filium fidelis noſtri Ioannis Goldſteni de Franckfort a conctione, quam * inceperamus, pro ſeruo* (milite) *noſtro, dimittimus abſolutam. Nolentes deinceps, aliquem ciuem noſtrum ad talia cogere uel arctare. Sed quantum poſſumus per * ſimplicem petitionem proficere, faciemus. Nulla tamen mala adbibita uoluntate. Ad cuius facti et gratiae noſtrae certiorem euidentiam praeſens exinde ſcriptum fieri iuſſimus et ſigilli noſtri munimine roborari.* Datum apud Nürnberg *an.* CIƆ CC XXXII. *die* XVIII. E *Kal. Febr. indict. 5.* Alterum diploma eſt imperatoris RICHARDI forte an. 1267. ſcriptum, mendoſe enim legitur annus 1207. In illo, poſt alia uerba, quae huc pertinent, ſunt haec: *Praeterea duximus ſpecialiter indulgendum; ne aliquis ciuium de Franckfort filiam et neptem ſuam conſanguineam trudere in uxorem alicui per nos, absque ſuo pleno conſenſu aliquatenus compellatur. Inſuper quod nullus ciuium praedictorum per nos uel per aliquem aliam noſtro nomine pro aliqua pecunia extorquenda ab ipſo, ſingulariter aliquatenus cogatur.* Intelligo ultimum de *mutuo.* Ne Caeſar uel officiales eius F ad *mutuo dandum* Francofurtanos adducerent minis, terrore, pollicitationibus, aliiſque cauſis, quae libertatem contractus impediunt tolluntque. Temporum uero ſuperſtitioni datum eſt, quod litterarum imperialium confirmationem petierint a pontifice R. Bonifacio IX. an. 1399. Fefellit me coniectura, quod hoc factum ſit argumenti cauſa, quod eſt connubiale ideoque ſacrum. Nam hanc auctoritatem ſibi pontifex etiam in aliis imperialibus litteris adrogauit, quae publica iura tangunt et ciuilia.

DIFFER. V.

tum, quantum ei ſatis eſt ad uictum et cultum. A *Cetera bene cuſtodiat.* Idem fere reperitur in *auth. nouiſſime C. de adminiſtrat. tutor.* Id ergo uelle uidetur imperator, ut tutor pecuniam pupillarem mutuo non det: aut, ſi dare uelit, omnem praeſtet caſum. Si uero pupillo alii reditus non fuerint, quantum huic ſatis, det foenori, tumque ſolummodo teneatur de culpa. Legi huc poſſunt RITTERSHVSIVS *part. 8. nouell. c. 19. n. 4.* SCHVRFIVS *cent. 1. conſ. 81.* B MEVIVS *ad ius Lubec. lib. 1. tit. 7. art. 3. n. 27. 28.* Qui omnes etiam teſtantur ſimul ex aduerſo fieri apud Germanos. Vbi tutor curatorue obligetur aut pecuniam pupillarem mutuo dare, aut ipſe ſoluere uſuras, aut deponere illam affirmareque, ſe, omni induſtria adhibita, nullum inuenire potuiſſe ſecurum ac bonum creditorem.

Qui Germanica iura obligent tutorem ad mutuo dandum pecuniam pupillarem?

(bb) Scilicet hoc iure utimur. Tutor pupillares pecunias foenori dare debet: C quod, niſi fecerit, ipſe pupillo ſoluere debet uſuras. Quid uero, ſi neſciat bonum creditorem? Cum cura quaerere illum debet et ſi non inuenerit, opus eſt, ut adeat pupillarem magiſtratum, quo auctore obſignabitur pecunia, aut in loco, bene cuſtodito, debet deponi. Ne tutori occaſio detur, utendi numis, uſuras ſibi retinere iisque defraudare pupillum. Contra, quan- D do oporret, moribus noſtris, tutorem foenerari: ſi quidem malus creditor bonis lapſus ſit, damnum pupilli erir, non tutoris, niſi hic remere credendo contraxerit medium genus culpae. Ita *Hartm.* PISTORIS *lib. 1. quaeſt. 9.* RAVCHBAR. *quaeſt. 26. n. 6.* COTHMANNVS *uol. 4. conſ. 9. n. 69.* Harmoniam ſtatutorum in pluribus Germaniae prouinciis dedit *h. m.* STRYKIVS *V. M. lib. 26. tit. 2. §. 20. p. 566. ſqq.* Rationes huius conſuetudinis ſunt: quia hodie mutui contractus ordinarie uſuras parit, ut non opus ſit ambagibus ſtipulationis; quia uix occaſiones deſunt mutuandi, cum noſtra fere Germania deſtituatur trapezitis; quia probrum hodie nullum habet, foenus exercere; quia tutores, in tanta mutui frequentia, non creduntur pecuniam pupillarem relinquere in otio; quia praedia in Germaniis emrores uolunt uel agricolas, uel clientes, uaſallos, alterum oneris, alterum eſt aleae, neutrum e re ſemper pupilli. His moribus uiueremus, licet patriam Latii inſtituta nunquam occupauiſſent. Eſt tamen idem conſtitutum in iurisprudentia anteiuſtinianea. Quorſum pertinet *l. 7. §. 3. 4. 5. ſqq. ff. de adminiſtrat. tut.* atque *l. 24. C. eod.* Vbi tamen additur, quod principio ſuſceptae tutelae *ſex menſes* habeat tutor, inſtar ſpatii deliberandi quaerendique idoneum creditorem, uti habetur in *l. 16. et 7. ff. de adminiſtrat. tut.* et *l. 24. C. eod.* addita *nouell. 72. c. 6.* Quod tamen uix dederim tutori in patria, quoniam, in tanto mutuatitii contractus uſu, praeſertim in loco urbi uicino aut emporio eius generis ſpatiis non eſt opus. Taceo, quod plerarumque Germaniae prouinciarum ſtatuta hic ſileant neque opus ſit, illa ex Latio ſupplere. Inprimis ſi tutori adſignatum ſit ſalarium tutelare: quod plurima Germaniae ſtatuta tutoribus aperte tribuunt, ut *dn praeſ.* oſtendit in *iuris Romani et Germanici differentia tutelari 17.*

DIFFER. VI.

DIFFERENTIA VI.

Qui mutuo dare aut accipere poſſint pupillus et minor?

Mutuum non contrahunt, niſi poſt aetatis an. XXV.

Imo recte contrahunt ante 1) Germani, 2) doctores, 3) mercatores.

Romano iure mutui contractus, cum PVPILLO aut MINORENNI initus, periculo haud caret (cc): Germanica iura ab hoc rigore abhorrent abeuntque multifariam. Principio annos nati OCTODECIM dant mutuo accipiuntque recte firmiterque ſine diſcrimine ullo, metu ac ſuſpicione (dd). Idem adfirmant interpretes forenſes de notariis, licentiatis, magiſtris, doctoribus (ee): idem de illis, qui in numero ſunt mercatorum (ff).

Qui mutuo contrahi nequeat cum pupillo aut minori, ne quidem accedente tutoris aut curatoris auctoritate?

(cc) Qui mutuo dat pupillo ſine aucto- E ritate *tutoris*, ille non obligat *pupillum* poteſtque hic muruum, ſi ipſe quod dedit, ſemper repetere. Clara eſt *l. 41. ff. de condict. indeb.* eiusque uerba: *Quod pupillus ſine tutoris auctoritate promiſerit,* ſoluerit; repetitio eſt. Quia nec natura debet.* Idem habetur in *l. 59. ff. de O. et A.* Quid uero ſi creditor aut debitor ſimul adhibuerint conſenſum tutoris pupillaris? Tenetur quidem ita pupillus inſtar maioris *l. 5. ff. de R. I.* niſi *laeſus* ſit, ubi poteſt in integrum reſtitui ſicque tolli obligatio, ſiue crediti, ſiue debiti nomine contracta. Ita enim *l. 13. §. 11. C. de iudiciis* ſe haber: *Sin non ſufficiat pupilliſuel minoribus ſubſtantia* (tutoris aut curatoris, quos actione tutelae conuenerunt) *tunc* in id, in quo fuerint*, mutui contractu, *detrimentum perpeſſi, placuit in integrum,* reſtitutionis auxilium eis ſupereſſe.* Quod cum ita ſit, cauendum eſſe, ne quis pupillo aur minori mutuo det, uel ab iisdem accipiat aliquid mutuo, licet in utroque auctoritas acceſſerit tutoris et cu-

 ratoris

DIFFER. VI.

ratoris, niſi de uerſione in rem conſtet ſimul, iure conſulunt *Hartm.* PISTORIS *part. 1. quaeſt. 27. n. 42.* CARPZOVIVS *lib. 5. reſp. 78. n. 22.* cum iisque *b. m.* STRYKIVS *V. M. lib. 12. tit. 1. §. 18.*

Cauſae iuris Romani uocantur ſub cenſuram improbanturque.

Cauſae, quae Romanos ad ita ſtatuendum, permouerint, ſunt hae. Principio fauor illorum, qui per aetatem ſe nequeunt defendere; *deinde* tutorum et curatorum perfidia, ſocordia, egeſtas, ut damna, culpa eorundem facta, opibus pupilli et minorennis, nequirent reſcarcire B ac reparare; *porro* colluſiones cum contrahentibus in utriusque perniciem; *tandem* ingeniorum apud Italos peruerſitas et malitia, praeſertim in iuuentute; *demum* illecebrae et lenocinia Romae praeſertim, in illa omnis generis uoluptatum ſentina. Verum conſultores legum contra expendere ſecum debuiſſent, quod ſera nimis Latii maiorennitas; quod minores ita extra commercia cuiusuis generis negotio- C rum cum aliis, ſuo certe incommodo ac damno; quod tutorum et curatorum inania ſic nomina; ſi autem neglexerint hi officia ſua, quod culpa in illos redundet, quorum iudicio illi ſunt electi uocatique ad ſpartam tutelarem; quod iura diſponant de illis, quae fiant plerumque, non, quae ſemel aut iterum; quod alia lege concuſſionibus itum ſit obuiam quaeraturque, quid iuris ſit, ubi omnia facta contractaque ſunt D bona fide.

Mutuum in Germania poſt annum XIIX. recte contrahitur exemplis tutorum

(dd) Alibi in *differentiis tutelaribus* oſtendit *dn. praeſ.* inſtitutis Germanorum et plerarumque, imo omnium Europae gentium, iuuenes poſt XVIII. aetatis annum factos fuiſſe maiorennes ſuique iuris, intuitu etiam bonorum atque aeris ſigillatim, ut libere negotiarentur mutuique contractu et ſe obligarent et alios.

Noribergenſium.

Recitabimus uerba ſtatutorum in celeberrimis Ger- E maniae emporiis, ubi uerſurae rerum ac aeris praeſertim frequentiſſimae. In quibus adoleſcens, decem octo annos natus, poteſt mutuo dare et accipere. "Reformation der Stadt Nürnberg tit. 39. lege 11. "biſs die Pfleeg-kinder XVIII. iahre ihres "alters erfüllet haben, ſollen ſelbige cura- "tores haben, nach ſolcher Zeit aber die "curation aufhœren. Addit commentator ad ius Noribengenſe, quem cuſto- F diunt muſae *dn. praeſid.* quae ſequuntur: *Etiam OCTO ac DECEM ANNIS maiorennes fiunt adoleſcentes* per conſtitut. Neapol. tit. 42. *ubi audiendi ſunt de* Iſernia *et de* Afflictis. *Imo etiam gloſſa dicit, maiorennitatem Latii anteuertit ſeptem annis lex Lombarda,* quibus addi poteſt MEVIVS *ad ius Lub. lib. 1. tit. 7. art. 6. n. 4. 5.* et *Iacob.* SAVARV *le perfait negotiant lib. 1. cap. 31.*

Hamburgenſium.

Eundem minorenitatis terminum probant G ſtatuta HAMBVRGENSIA *part. 1. tit. 9.* "Knaben unter achzehen Jahren werden "nach unſerm Stadt-Recht unmündig ge- "halten et part. 3. tit. 6. §. 21. die curation A wird erlediget, wenn die Knaben das 18." Jahr erfüllet haben. Alsdann ſie ihre" Perſon und Güter in und auſſerhalb Ge-" richtes frey und ſelbſt regieren und ver-" treten mœgen. Et codex eiusdem ciuitatis MSCTVS in uernacula idiomatis uetuſtioris *tit. 43.* ita loquitur: "Tho 18. Jahren ſind de Kinder mundiſch ehr Gut" tho verwahren. Et alius itidem MSCTVS: "Frouwen odder Manns benedden XVIII." B Jahren mogen neur ſacke vorderen ſun-" der Vormund.

Bremenſium.

Neque alium curationis" finem habet ſtatutum BREMENSE, cuius uerba *tit. 3. art. 77.* dabimus ex uetuſto codice MSCTO *dni praeſidis*: "deſe Vormunde (Curatores) ſchœllen Vormunde bliuen," den Jungfrowen wente ſe tho Vœffteim" iahren kahmen und den Knechten tho" Achtein iahren. Addit interpres iuris" Bremenſis anonymus, quem etiam MSCT. C poſſidet *dn. praeſes*: "Warum aber ſollen die Jungfrauen ehender, als die Knechte" zu mündigen Jahren kommen, da doch" die Manns-perſonen ehe ein geſetzteres" Gemüth, als die Weibs-perſonen zu haben pflegen. Antwort: eine Weibs-" perſon gebrauchet zu demienigen, was" ihres Thuns und Gewerbes iſt, ſo viel" Verſtand nicht, als eine Manns-perſon" zu mænnlichen Verrichtungen, die weit" D wichtiger, als der weiblichen ſind, cetera." Sed de his ex inſtituto *dn praeſ.* in *differentiis utriusque iuris tutelaribus.* Ceterum exin facile eſt ad intelligendum, cum in celeberrimis emporiis ſufficiat decimus octauus aetatis annus ad contrahendum et mutuandum; quod Germani ceteri, quorum tantae opes non ſunt, cauſas uix habuerint, proferendi limites maiorennitatis ad terminum iuris Romani.

Mutuum contrahitur recte cum licentiato aut doctore minorenni?

E (ee) Illius ſententiae et rationes habemus et auctores, patrii iuris teſtes. Scilicet fieri poſſet, ut maturitate ingenii adoleſcenti, nondum XXV. annos nato, *doctoris* priuilegia digne conferrentur, quod in dubium fruſtra uocauit WALTHER. *de priuileg. doctor. c. 23.* cum illud ex innumeris praeſtantiſſimorum uirorum exemplis conſtet, quae congeſſit *b. m.* ITTERVS *cap. 7. de gradib. academ. §. 42. 43. 44.* Quod F ubi ſit, illud in foro quaeritur, utrum eius aetatis *doctori, magiſtro, licentiato, notario,* tribui porro priuilegia queant pupillaria aut minorennium: an uero dicendum ſit, eos contrahere ſine uitio et periculo poſſe, inſtar maiorennium? Sunt qui ultimum adfirmant: ſunt autem, qui negant: ſunt demum, qui reſpondent cum diſcrimine rerum et argumentorum. Scilicet, ut priuilegia minorennium aut pupillorum illis G danda ſint tantum in his, quae *facta* et *negotia*, non quae *iura* tangant: alii tamen etiam in ultimis indulgent illa eisdem, ſi forte doctores praxeos ſint ignari. Quorſum conferri poſſunt SARMIENTA *ſelect. interpre-*

Digitized by Google

terpretat. lib. 3. c. 22. n. 5. ODDO *de reſtitut. in integr. part. 1. quaeſt. 23. art. 7.* GALESIVS *de reſt. in integr. deciſ. XI. p. 263. 264.* FELTMANNVS *ad L. 2. §. 43. ff. de O. Iur. n. 4.* Ego crediderim, adoleſcentem ptiuilegiis magiſtri, doctoris, licentiati munitum conqueri non poſſe, ſi haec aetatis beneficia illi, praeſertim in mutuo, negentur. Nam primo ſibi tribuant, quod honores illos iuſto citius rogauerint idque conſenſu ſuperiorum; deinde ſi quid ignorauerint, illud tamen ignorare non potuerunt, quod tum conſuli debeant prudentiores; poſt doctor erudire alios poteſt, iura reſpondendo, dando, decidendoque, aqua igitur ei haerere non debet, ſi cauſa ipſius ſit propria; tum in mutuo praeſertim ſimplicem fidem ſequimur, ut adeo tanta hic arte non ſit opus, quae doctoris ſuperet excellentiam. Idem dicerem in mutui contractu adoleſcentis ſtudioſi, ſi quidem ipſe fuerit inſtructus rectore morum uitaeque (*der auf Vniuerſitæten einen Hofmeiſter bey ſich hat*), cuius acceſſit in negotio conſenſus. Sed de hoc infra *differentia 8.*

Studioſo, ſi rectore ſit inſtructus, wenn der Hoffmeiſter mit unterſchrieben.

Mutuo qui recte contrahat mercator minorennis?

(ff) Sententiam forenſem eſſe, quod *mercator minorennis mutuo* dare et accipete poſſit, ſine periculo metuque in integrum reſtitutionis, teſtantur STRACHA *de mercatura part. 3. n. 26. Fr.* ODDVS *de reſtit. in integrum part. 1. quaeſt. 23. artic. 6.* MARQVARDVS *de mercatura lib. 1. cap. 9. n. 15.* quamuis hic titubet uacilletque. Quo fidentior eſt *Anſaldus* de ANSALDIS *diſc. ult. general. de mercatura n. 88. 89. p. 427.* Verum in celeberrimis Germaniae emporiis idem etiam aperte dicunt leges. Statutum NORIBERGENSE *tit. 13. lege 4. die Kinder mægen hinter den Vormunden kein Geld aufnehmen. Wo aber die Kinder Kauffmans-weiſe handeln, davon ſolle dieſer Geſetz nicht verſtanden werden.* Taceo alia, quorum mentio facta eſt ſuperius. Cauſae non difficiles ad intelligendum. Nam anima mercatutae crediti ac debiti fides. Liberam ergo hanc mercator habeat oportet minorennis, uinculis iutis Romani omnino remotis. Quid de opifice minorenni? ſi quidem ille adſcriptus eſt ſellulatiae artis collegio ceu magiſter, *wenn er in einer ordentlichen Zunfft Meiſter worden.* Certo ne hunc quidem priuilegio minorennium uti poſſe exiſtimo, praeſertim in mutuo rerum ſuae artis contracto, quarum magiſter argui nequit alicuius ignorantiae et iudicii praecipitis. Quae cauſae priuilegiorum apud minorennes. Quorſum et SAVARY reſpicit *en perfait Nogociant cap. 31. p. 457.*

DIFFERENTIA VII.

Num mutuo accipere queat filiusfamilias?

Senatuſconſulti MACEDONIANI apud Romanos cauſae graues ac momentoſae, ob quas ad reddendam pecuniam, filiofamilias creditam, neque ipſe eiusque heres obligatus fuerat neque pater illius, quod liberis olim PECVLIA nulla, patria POTESTAS aeterna, VSVRIS nullus modus, uitae et NECIS iura in creditores, Itali praecipites ad PARRICIDIA, cetera (gg): expers fere earundem cauſarum ſenatuſconſulti Germania noſtra, ubi EMANCIPATIONES fere in uoluntatibus liberorum, tot illis uiae ad PECVLIA, modus VSVRIS datus et SAEVITIAE creditorum, ANIMI porro ciuium noſtrorum longiſſime abſunt a truculentia et parricidiis, cetera, quae explicatius damus in margine (hh). Vt mirum non ſit, quod iureconſulti ſenatuſconſulto in patria noſtra negent uſum ac utilitatem (ii): fruſtra ex aduerſo contendentibus aliis (kk). Qui tamen ipſi in eo ſentiunt nobiſcum, quod uacet ſenatuſconſulti Macedoniani auctoritas in filiofamilias, qui OFFICIALIS (ll); DOCTOR; SACERDOS (mm); MERCATOR (nn) ſellulariae artis magiſter (oo) et, quem principio nominare debuiſſem, MILES (pp) ac in alio quocunque, qui deuinctus ſit IVREIVRANDO [qq], quique filius exceptioni huic miſerit NVNTIVM [rr], aut creditor, patre durioris ceruicis, uſus ſit iudicis auctoritate [ss].

SCti MACEDONIANI cauſae

abſunt in GERMANIA

a) uniuerſim, b) praeſertim in 1) official. 2) doctore, 3) mercatore, 4) magiſtro, 5) milite, 6) iureiur. 7) renunciatione.

SCti Macedoniani apud Romanos cauſae

(gg) Cauſae, quare Romani Scto Macedoniano prohibuerunt, filiofamilias pecuniam mutuo dare, ſunt, quae ſequuntur. *Principio* quoniam liberi olim nulla habuerant peculia, unde ſibi in rerum egeſtate potuerunt conſulere; ſed patet adeundus erat in omni genere nominis ac aeris. Hic ſaepe auarus, ſui tenax, ſordidus, inhumanus, imo aſper ac ſaeuus: ut libeti facere ac polliceri quaecunque mallent, quam aliquid numotum a patre rogate. Ideo, peculiis poſt liberorum dominio adſignatis, filiusfamilias utique obligari poterat peculiotenus, quod dicit VLPIANVS in *l. 1. §. ult. ff. Scti Macedon. niſi forte caſtrenſe* peculium habeat, tunc enim Sctum ceſſabit.* Eadem ratio peculii aduentitii irregularis *nouell. 117. c. 1.* CARPZOVI-

1) defectus peculiorum.

DIFF. VII.

2) patriae poteſtatis perennitates.

ZOVIVS *lib. 2. reſp. 105. n. 17.* *Deinde* patria apud Romanos poteſtas fuit olim perpetua, ut liberi praeſertim filiifamilias in operis patri praeſtandis atque eidem acquirendis opibus ſeneſcerent, quod explicatius habet *dn. praeſ.* in Trebellianica exule *cap. 4. §. 3.* Quapropter non ſatis ſuerant *minorennium* aduerſus mutui contractum priuilegia, de quibus dictum ſupra *different. VI.* Quoniam non tantum adoleſcentum et iuuenum, uerum etiam uirorum, quandoque et ſenum uoluntates, nomina, opes pependere a patris arbitratu ac poteſtate. Hi igitur ſi mutuo ſe obligauerant, nexu hoc non poterant liberari alio, quam patris largitione: ut huic omnino eſſet conſulendum.

3) animi Italorum truces in parricidiis.

Praeterea, ſi pater durus ac tenax, id egerant creditores, ut debita filiiſamilias exigerent poſt mortem patris. Quod ubi factum eſt, intererat cum liberorum, tum creditorum hanc muturari, ante, quam conderet teſtamentum, inquiri in patrios annos ante diem, imo, quae Italicorum ingeniorum eſſe ſolet truculentia, perire patrem manu ſicarii, uenefici, inſidiatoris. *Quae* (de SCto Macedoniano ſermo eſt) *ideo ſenatus proſpexit, quia ſaepe onerati aere alieno creditarum pecuniarum, VITAE PARENTVM inſidiabantur* arguit etiam imperator *§. 7. Inſt. quod cum eo, qui in aliena poteſt.* Addi poteſt IVVENALIS *in ſat. 3.*

> - *Funus promittere patris,*
> *Nec uolo nec poſſum.*

4) exules Romae LL. uſurariae.

Porro eum Martianus nos doceat, hoc genus Sc̄ti in odium praecipue latum eſſe foeneratorum et Macedonis improbi ſoeneratnris in *l. 40. qui exceptionem ff. de condict. indeb.* inde etiam arguo, Romae olim uſurarum modos uel nullos ſuiſſe, uel peſſime obſeruatos eſſe. Vt adeo filium ſamilias tantas praeſtare ac ſoluere oportuerit, quantas ipſe in neceſſitate ac rerum anguſtiis fuerat pollicitus ſtipulando. Exemplo eiſe poteſt ſoenerator Fufidius. qui *filiis ſub patribus duris* quinas mercedes, *fünffſache Zinſen*, et nihil non extorſit uſurarum, de quo HORATII querela habetur *lib. 2. ſat. 2.* ſere in principio. Inde noua cauſa Sc̄ti Macedoniani ad obicem ponendum improbis ſoeneratoribus ex mutui contractu cum filiisfamilias.

5) creditorum ſaeuitia in uitam et necem debitorum.

Tandem etiam creditorum ſaeuitia in debitores filios tanta eſſe per leges poterat, quae permoueret parentes ad nomina eorundem liberanda. Nam olim ſoluere tenebatur pater, aut filium noxae dare *§. ult. Inſt. de noxal. act.* iuncta *l. 57. tam ex ff. de iudiciis* et *l. 39. filiusf. C. de O. et A.* Quod, ne porro fieri atque parentibus inſligi poſſet damnum ex aere liberorum, merito per Sc̄tum obligatio eorundem eſt ſublata.

6) aetatis priuilegia non eſſent ſatis filiofamilias.

Ceterum ne quis cum iuuene, nondum *uiginti quinque annos* nato (abſtrahendo, utrum ſub patris poteſtate eſſet, an uero ſui iuris, aut ſub cura) contraheret, uel mutuaret, prohibitum quidem fuerat lege *Laetoria*, quod ex Tullio, Suetonio et Spartiano probat *Barn.* BRISSONIVS *lib. 3. antiquit. c. 2.* Inde etiam lex eadem ab annorum ſpatiis dicta eſt *quinauicennaria*, uti PLAVTVS *in Pſeudolo uerſ. 37. Petrii.* *An tum LEX me perdit QVINAVICENNARIA; metuunt * credere omnes.* Sed cum crederent forte aliqui priuilegiis minorennium gaudere tantum orphanos, inſtar REFORM. FRANCOFVRTANAE (*), non autem filiosſamilias: inde omnino cauſae iterum fuerunt ſenatuſconſulti Macedoniani. Adeo, ut TACITVS *lib. XI. annal. c. 13.* de CLAVDIO imperatore adfirmet: *et, lege lata, * SALVITIAM creditorum coercuit, ne in mortem parentum pecuniam foenori darent.* Quo intuitu melius forte CLAVDIANVM SENATVSCONSVLTVM audiret, quam MACEDONIANVM, notante *Petro* FABRO *lib. 1. ſemeſtr. cap. 25. p. 142.* Quod ipſum uel inſtaurauit T. Flau. Veſpaſianus, uel confudit utriusque imperatoris hic inſtituta SVETONIVS *in uita Veſp. cap. 11.* ubi inquit: *auctor ſenatui fuit, ne filiorum familias foeneratoribus exigendi crediti ius unquam eſſet, hoc eſt, ne poſt patrum quidem mortem.* Ex qua ſenatusconſulti hiſtoria non ſolum ultima cauſa patet: ſed etiam lumen inde accipiunt fere aliae omnes, a nobis adhuc commemoratae.

Cauſae SCti Macedoniani ceſſant in Germania.

Quoniam 1) poteſtas patria modica et breuis.

(hh) Omnino in alia hic eunt patriae inſtituta. *Principio* enim uix habebis exemplum, ut liberi ultra XXV. aetatis annum in patria perſiſtant poteſtate, cum et nuptiae illos emancipent et peculiaris, quam dicunt, oeconomia. Et ſi hoc factum fuerit aliquando, tum filii mercatores ſunt negotianturque nomine patris, quo caſu ſenatusconſultum rurſus non habet locum. De quo plenius *dn. praeſes in differentiis iuris utriusque IN PATRIA*

(*) *Part. 2. tit. 1. §. 4.* uerba ſunt haec: *Mit denen Minderjæhrigen aber die nicht in Befelch der Pfleg befohlenen* (cum his contrahere demum licet poſt XXV. annum aetatis, quod ſimiliter patrium dicit ſtatutum) *ſondern ihrer Eltern Gewalt ſeyn, obwohlen dieſelbe Hauß-Sæhne ihr vollkommentlich Alter der 25. Jahre noch nicht, jedoch ſonſten ein ziemlich verſtændig Alter von achtzehen* (is terminus eſt maiorennitatis apud Germanos, de quo ſupra) *oder 20. Jahren erreicht haben, mit denſelben mag man wohl* contrahiren *und werden dieſelbe Hauß-Sæhne nicht weniger, als wenn ſie vollkommlichen Alters von XXV. verbunden. Auſſer wenn ſie Geld aufborgen.* Id ſcilicet uelle uidetur patrium ſtatutum: minorennium priuilegia apud orphanos ſolos durare ad uigeſimum quintum uſq; aetatis annum: in illis autem, quorum ſuperſtites ſunt parentes, contrahendos annorum numeros ad annum aetatis decimum octauum. Viceſimus forte fruſtra additus eſt, partim quod Germaniae ueteris inſtituta hic probent annum XIIX. partim, quod dubium non ſit, illum uicennarium per aetatis rationem in contractu ſe obligare poſſe, ſi quidem haec libertas iam datur octodecim annos nato.

DIFF. VII.

2) peculia liberorum non patris.

TRIA POTESTATE. *Deinde* tot noſtris liberis uiae patent ad adquirendum peculia, adeo, ut tantum non pudeat apud nos patrem, ex operis liberorum uel unum obulum lucrari.

3) uſuris datus eſt modus.

Poſt, cum ultra ordinarias uſuras neſas ſit, accipere uel a debitore filioſamilias, quis quaeſo creditor adeo ſtultus et abſonus fuerit, pecuniam credere ſpei, ſi pater inteſtato fuerit mortuus. Praeſertim cum hodie occaſiones non deſint, pro legitimis uſuris pecuniam mutuare creditoribus atque nominibus bonis et certis.

4) minorennitatis priuilegia etiam filiifamilias.

Porro iuuenis *uiginti quinque* annos natus apud nos uenia non eſt dignus, ſi urgeatur, aut cuſtodiae detur a creditoribus, neque enim priuari apud nos poteſt debitor uita libertateque.

5) ſaeuitia nulla indulgetur creditoribus.

Quo caſu prudens pater relinquet filium, in tanta aetate conſtitutum, ne peccet porro ſapiatque deinceps. *Taceo* nihil inſidiarum metui apud nos poſſe patresſamilias.

6) animus Germanorum raro inſidiator.

Quoniam Germanorum ingenia ab homicidiis abhorrent, ut nequeat ſtomachus et conſcientia eorundem, more in Italia recepto, concoquere parricidia.

Abſente anima legis ceſſat ipſa lex.

Quae cum ita ſint, abſunt haud dubie cauſae ſenatusconſulti Macedoniani apud Germanos lexque illis aut inconcinna eſt, aut ſuperflua: utrumque deuitandum legislatori.

Teſtes, SCto Macedoniano nullum hodie uſum forenſem.

(ii) Querelas mouent CARPZOV. *reſp.* 105. et *b. m.* STRYKIVS *in V. M. lib. 14. tit. 6.* §. 1. quod doctores de praxi dubitent SCti Macedoniani in foris iudiciisque Germaniae, quos ideo inſtituunt ibi conuellere. Noſtrum non eſſet, conquirere hic, quid ſenſerint ſcripſerintque alii, cum in notula praecedenti oſtenſum ſit, cauſas SCti in patria noſtra uix ac ne uix quidem reperiri. Videbimus tamen ſententias aliquorum, ut conſtet, quam dubitent, haereant titubentque.

EGVINARIVS B.

EGVINARIVS Baro ad §. 7. *inſtit. quod cum eo, qui in aliena poteſtate* fere ſentit nobiſcum, quando ſcribit: *Filiosfamilias, commentitiis quibusdam modis* (quos recitat ad *tit. 12. inſtit. quibus modis patr. p.* 37. ſcilicet, ſi filius 1) peruenerit ad dignitatem, 2) negotietur, 3) ducat uxorem, 4) natus ſit XXV. annos, quod habent ſtatuta Burdigalenſia, Engoliſmenſia, Bituticenſia, Britannica) *apud nos liberari poteſtate patria, alibi dixi. Ideo pro patribus familias eius generis filii habentur* etiam in mutuo. Vt SCto locus uix eſſe queat.

GROENEWEGEN.

Concinit fere GROENEWEGEN ad *lib. 4. C. tit. 28. p. 514.* his uerbis: *Cum moribus noſtris XXV. annos nati, id eſt, maiorennes pro emancipatis habeantur* Chriſtin. uol. 4. deciſ. 186. n. 9. Boerius ad conſuetud. Bitur. tit. 1. §. 2. *conſtat ceſſare SCtum Macedonianum in filiofamilias maiori uiginti quinque annis. Sed uidetur etiam in* minori *ceſſare. Quoniam huic eſt in integrum reſtitutio ob aetatis lubricae priuilegia. Sed cum hic opus ſit cauſae cognitione circumuentionis: melius eſt, minorum iura ſeruari SCto Macedoniano.* Verum enim uero neque tum opus erit SCto. Quod ſi enim *minori*, curatorem habenti, mutuo dederis, prorſus non obligabitur ille, niſi uerſio probetur in rem. Quoniam iura *minorennium*, curatore inſtructorum, *non* autem *adhibito illo* in contractu, eadem ſunt cum pupillaribus *b. m.* STRYKIVS *V. M. lib. 12. tit. 1. §. 19.* Neque opus eſt, ut probet tum minor laeſionem aut circumuentionem *l. 1. 2. C. ſi aduerſus creditorem.* Aſt uero patrem, quis dubitauerit, filio eſſe inſtar curatoris naturalis. Imo moribus noſtris, non licet minori orphano eſſe ſine curatore. Accedit, quod Germaniae inſtituta ignara fere ſint diſcriminis inter *non obligari* et *in integrum reſtitui.*

ZASIVS.

Quod cum uiderit *Vld.* ZASIVS *tom. 5. opp. lib. 2. reſponſor. ſingular. c. 28. p. 42.* forte eo facilior fuit in reſpondendo, filiumfamilias huic SCto poſſe renunciare, eo quidem effectu, ut teneatur mortuo patre ad ſatisſaciendum contractui, licet uniuerſus orbis dixerit docueritque, quae eius uerba ſunt, contrarium.

Reſpondetur ICtis SCti Macedoniani PATRONIS

(kk) Ne quid diſſimulare aut metuere aliquod iureconſulti nomen uideamur, ex aduerſo contendentis: eorundem rationes expendemus ac reſpondebimus.

1) MORNACIO.

Princeps in hac arena ſit humaniſſimus *Anton.* MORNACIVS ad *lib. XIV. tit. 6. digeſtorum p. 586.* qui ingenti adparatu SCti Macedoniani agit patronum. Verba eius ſummatim haec ſunt: *Variis in* Gallia *curiae placitis confirmatae ſunt conſtitutiones de* SCto Macedoniano. *Quae poena tedae ardentis, exilii, aliisque grauioribus uetant, ne illi obuiam eatur fraude alicuius improbi Macedonis.* IVVENILIS enim aetas in ſuis paſcitur campis, non cura eam tenens, niſi in uoluptatibus perdere numos, qui gentis ſeruire deberent ſplendori.* Haec autem iuuentutis uitia ſunt, non filiorumfamilias in aetate maiori. Inde minorennium iura ſufficient ad laſciuiam reprimendam: neque opus fuerit SCto. *Olim iani*, pergit ille, *diffidentia creditorum in filiosfamilias. Vnde loca* TERENTII *in Phormione:* PLAVTI *in Pſeudolo:* TACITI *in Claudio:* SVETONII *in Veſpaſiano:* SENECAE *lib. 2. de benef. c. 14. 15.* PLATONIS *de republ. lib. 8.* AVGVSTINI *de ciuit. Dei lib. 21. cap. 16.* ARISTOTELIS *lib. 6. ethic. c. 8. Concilii* TOLETANI *4. can. 25.* PLVTARCHI *in Pericle:* CAROLI M. *in capitular. lib. 7. c. 225.* Addit ex Galliae conſuetudinibus exemplum Macedonis Galli, uerbis, quae ſequuntur: *De* GALLIAE *moribus tacendum non eſt, anno 1614. die 17. Martii dicta a Petro* MANGVINIO *cauſa acta eſt in alterum illius ſeculi inſaniem* Macedonem, *nomine Santolium. Qui in arcanis aleatorum conuentibus numerabat pecunias horribili uſura aureos 17. in dies ſingulos pro bis mille aureis, uſura tam ueloci et ſpeciali nomine,* intereſt a poſte, *dicta* (aſt hae ſolae ſuffici-

DIFF. VII.

unt ad infamiam) *filiisfamilias et quibusue iuuenibus. Imo gemmas, uniones, lapilloſue pretioſos longe ſupra uerum pretium eis uendebat, uſuris pariter adiectis. Schedis uariis conuictus damnatus eſt poena honorariu flexis genibus nudoque capite multatusque 25. libris erga principem et quingentis erga incluſos pauperes, praeterea triennali exilio. Sciſſae tabulae, poenaque laquei adiecta, ſi unquam recideret.* Verum enimuero Mornacius inuitus forte et inſcius uera ſcribit: ſcilicet flagitium improbi foeneratoris Santolii quaerendum eſſe cum in nimietate uſurarum; tum in corruptis adoleſcentibus. *Primum* autem cauetur *poena uſurariae* prauitati ſtatuta: *alterum* uindicari poteſt uel *aetatum* priuilegiis, uel *filii corrupti* actione. Vt adeo Macedoniano Scto non ſit opus, praeſertim quoniam illud poenam aliam non ſancit aduerſus transgreſſorem, quam debiti amiſſionem (*). Eadem cum Mornacio fere ſunt, quae habet noſter SCHILTER *exercit.* 27. §. 61. 62. 63. in commendatione Scti Macedoniani: cum et ipſe dicam ſcribat luxuriae atque illecebris adoleſcentiae et iuuentutis. Quapropter etiam huic ſatisfieri poſſe credo ex illis, quae modo repoſuimus magni Mornacii argumentis. Inſtructior eſt *b. m.* STRVKIVS *lib.* 14. *tit.* 6. qui Scti Macedoniani auctoritatem quoque tuetur in foris Germaniae principalibus reſcriptis. Sed cum etiam haec non inſidias allegent parentibus ſtructas; non ſaeuitiam creditorum in filiosfamilias; non uſurarum nimietatem aliasque Scto huic proprias cauſas: uerum iuuentutis corruptos mores aliaque, quibus in iure Romano alibi eſt proſpectum; ſatis etiam hic erit, ea repetiiſſe, quae reſpondimus ad Mornaciana. Aperta magis et integra iurisprudentia THOMASIANA, quae in *notis ad pandectas lib.* 14. *tit.* 6. Scto Macedoniano locum merito negat in curiis, patriae inſtitutorum non ignaris.

2) *SCHILTERO.*

3) *b. m. STRYKIO.*

DIGNITAS Romano iure non obſuit Scto Macedoniano.

(ll) Romano iure DIGNITAS etiam *conſularis* a patria poteſtate non liberauit: neque dignitatis cauſa ideo aliquis excidit Scto Macedoniano. Clara eſt *l. 1. §. 3. ff. de Scto Maced.* his uerbis concepta: *In filiofamilias nihil DIGNITAS facit, quo minus Sctum Macedonianum locum habeat. Nam etiamſi CONSVL ſit uel cuiusuis dignitatis Scto locus eſt.* Addunt interpretes rationes legis huius: ne ſcilicet dignitatis cauſa aliquis fieret conditionis deterioris priuareturque beneficio Scti Macedoniani; aut, ſi dignitas emanciparet, deſtitueret aliquem ſimul paterna hereditate.

DIFF. VII. *Quae tamen obeſt iure Germanico.*

Quapropter ſunt, qui adfirmant, ne hodie quidem patriae moribus aliquid immutatum fuiſſe. Verum enimuero rectius ſentiunt ex aduerſo alii, Germaniae inſtituta, dignitatis ac publici muneris cauſa aliquem a patria poteſtate liberare ideoque ceſſare deinceps exceptionem Scti Macedoniani. *Paulus* BVSIVS ad *l. 1. ff. de Scto Maced. p.* 526. *n.* 2. 3. ſcribit: *GLOSSA dicit non conuenire Sctum Macedonianum publici MVNERIS dignitati. Hanc moribus ſequimur. Abſurdum enim foret ei priuato nomine cum periculo credi, qui reipublicae aut * eccleſiae negotia grauisſima liber gerit.* Franc. ZYPAEVS *lib. 4. in notit. iuris Belgici cap.* 4. eadem fere dicit: *Qui ad dignitates perueniunt, patria poteſtate ſoluuntur, etſi olim res habuit ſecus. In hoc genere dignitatis etiam ſacerdotium. Vtrinque moribus ceſſat Sctum.* Idem MORNACIVS ad *L. 1. ff. de minorib.* qui ita ſaepius dicit fuiſſe iudicatum. Neque mirum exploditum Scti auctoritatem. Quoniam ipſe imperator in *nouell. 81. c. 1. 2. officiales* et ſacros *antiſtites* patriae ſubtraxit poteſtati idque aduerſus uetera Romanorum inſtituta, quorum ſpecimina habes apud AERODIVM *de patria poteſt. c.* 7. Vt adeo uinculum conſecutionis eſſet firmiſſimum a fine patriae poteſtatis ad negandam Scto Macedoniano auctoritatem. Quod cum iure etiam Latii factum ſit: iniquisſimi aeſtimatores ſunt, qui patriae officialibus hoc Scti pallium concedere ſolent nihilominus. Cum tamen patrum in Germania poteſtas cum inſtituris Romanorum nequeat conferri. Siue quis ad *tempus* ac diuturnitatem reſpexerit, ſiue ad *auctoritatem*, ſiue etiam ad *iuris effectus* alios, qui omnes Latinis apud nos longe ſunt infirmiores. Quapropter miſſos facimus patriae iureconſultos, qui Romani iuris, neſcio qua ſuperſtitione, officiales noſtros etiamnunc alligare uolunt uinculo Scti Macedoniani.

Num DOCTOR aut SACERDOS uti queunt Scto Macedoniano? Affirmatur iure Romano.

(mm) Rigidus hic eſt CARPZOVIVS *part. 2. conſt. 10. defin.* 4. qui neque *ſacerdotem*, neque *doctorem* iureconſultum, neque *maritum* eximit patria poteſtate priuatque ideo Scti Macedoniani exceptione. Indulgentiores alii AVTVMNVS in *cenſura Gallica* ad *h. t.* et ZYPAEVS *lib. 4. notit. iuris Belg. cap.* 4. SANDE *lib. 4. tit. 2. definit. 2. p.* 72. DONELLVS *lib. 12. comment. c.* 24. quorum primus utrumque adfirmat de homine cuiuscunque dignitatis, alter praeſertim de ſacerdote. Noſtro iudicio Carpzouius in Latio uerus eſt, quoniam *nouell. 81. c. 1. 2.* atque *l. fin. C. de decurionib.*

(*) Quapropter ſunt, qui mirantur Romanos poenam aliam corporis adflictiuam non adieciſſe ſenatusconſulto Macedoniano. Quibus reſpondet *Dionyſ.* GOTHOFREDVS *in praxi ciuili lib. 1. tit. 3. p.* 45. his uerbis: *Poena ulia ſenatusconſulto Macedoniano propterea non potuit adiici. Quonium contractus mere ciuilis fuerus neque in ſe ipſo aliquid habuit turpitudinis.* Qui ergo legislatores in Gallia et alibi poenas adiecerunt, illi confuderunt contractum cum filiofamilias et interuenientem creditoris dolum et aetatis lubricae decipulam.

DIFFER. VII.

nib. nonniſi maioris ordinis dignitates, ut *conſularem* et *epiſcopalem* numerant, ob quas filiifamilias eximi debeant patria poteſtate hocque ideo Sc͞to Macedoniano.

Negatur iure Germanico.

Verum ultimi rectiores ſunt in aeſtimandis iuribus patriae. Quoniam *doctores* raro fiunt, niſi uel cauſas agere uelint, uel docere iura, uel uxorem hiſce inſulis recreare: utrobique patria poteſtas, moribus patriae minimum, ceſſabit et ratio omnis ſenatusconſulti. Facilius hoc eſt ad idem probandum in presbytero ac ſacerdote.

Num Sc͞to Maced. uti poſſit MERCATOR?

(nn) Equidem iure Romano clare hoc definitum non eſt. Laudant quidem *l. 3. ſi quis §. 1. ff. de Sct. Mac.* quae eſt haec: *In eo, qui VECTIGALIA conducta habebat, ſaepe conſtitutum ſenatusconſultum* Macedonianum *ceſſare.* Sed *Ioh.* VOETIVS aliique hoc intelligunt de ſolo *publicano*, ob rationes huic generi negotiorum plane ſingulares. Fidentiores autem ſunt patrii iuris interpretes, quorum dabimus uerba *Paul.* BVSIVS *lib. 14. tit. 6. lege 3. num. 4.* ſcribit: *Recte dicit Baldus filium negotiatorem ſenatusconſulto Macedoniano non iuuari. Idque etiam uerum eſt ex conſuetudine harum regionum Belgii.* Idem Regner. ab OOSTERGA ad *tit. ff. de ſenatuſconſulto Maced. l. 3. p. 383.* Idem BITVRIGENSES *tit. 8. conſuetud.* ibique BOERIVS, idem CHOPPINVS *de morib. Pariſ. lib. 2. tit. 1. n. 9. p. 177.* Quorſum egomet patriae meae quoque ſtatutum puto accipiendum eſſe. Licet enim illud *coniunctiue* intelligi poſſit: malim tamen ſenſum *disiunctiuum*, quoniam ille cum moribus aliorum regnorum, tum Germaniae noſtrae magis eſt concinnus.

Reformatio FRANCOFVRT.

Franckfurt. Reformat. part. 2. tit. XI. §. 13. "doch da die Kinder "mit Wiſſen und Zulaſſen ihrer Eltern "Kaufmanns-weiſe handelten und (mallem "oder) dieſelbe ſolch aufborgen hernach "genehm halten, ſo ſoll das ſenatusconſul"tum Maced. nicht ſtatt haben. Idem "Nürnberg. Reform. *tit. 13. lege 3.* Woa"ber die Kinder mit Wiſſen und Gedult "ihrer Eltern oder Vormund Kaufmans"weiſe handelten, davon ſolle dieſes ſe"natusconſultum Maced. nicht verſtan"den werden. Idem teſtatur MARQVARDVS *de mercatura lib. 3. c. 8. n. 60. p. 436.*

Num Sc͞to Maced. uti poſſit artis tribunitiae MAGISTER?

(oo) Teſtatur *Iacobus* SAVARY *en perfait negotiant cap. 31.* de moribus Galliae ſuae inprimis, quod magiſtri tribunitiae artis, *der in einer Handwercks-Zunfft Meiſter worden*, minimum in rebus artis, quam profitetur, porro non gaudeat iure minorennium. Idem uerum eſſe putauerim etiam de magiſtro eius artis intuitu ſenatusconſulti Macedoniani. Praeſertim cum Sauary *articulum 236.* Galliae ſtatutorum adleget, "nach welchem auch die Wei"ber, welche nur œffentlich mit Obſt, o"der Fiſchen, oder Leinwand oder andern "Kleinigkeiten handeln, quoiqu'en puiſſance de mari ſe peuuent obliger ſans" leur conſentement. Touchant le ſait et" dependance de la marchandiſe ſeule-" ment, dont elles ſe meslent." Maiori itaque iure non iuuabit porro *ſenatuſconſultum* hominem, qui magiſtri iura conſecutus eſt, *der in einer Zunfft Meiſter worden iſt.*

DIFF. VII.

Num Sc͞to Maced. uti poſſit MILES?

(pp) Manifeſta eſt *l. ult. C. ad Sct. Mac.* his uerbis §. 1. concepta: *Sin autem MILES* filiusſamilias, nulla *differentia cur credita pecunia aut ubi conſumta ſit, ſtare oportet contractum* neque locus Maced. Sc͞to. *In pluribus enim filiiſamilias milites habentur ſui iuris et miles praeſumitur* (iuris et de iure praeſumtione) *pecuniam expendere in cauſas CASTRENSES.* Quidni doctor, magiſter, licentiatus, uerbis utor in ſchola natis, in quaſi caſtrenſes, litterariam ſupellectilem. Quamuis uero eodem iure uti Germaniae fora, teſtentur plures RICHTER *cent. reg. 1. n. 18.* PHILIPPI *in uſu pract. inſtitut. ad §. 7. tit. quod cum eo, qui etc. eclog. 61. n. 12.* FRANZKIVS *in comment. ff. h. t.* tamen *b. m.* STRYKIVM *in V. M. lib. 14. tit. 6. §. 8. p. 111.* aegre id habet, partim, quod milites comeſſationibus, luxuriaeque indulgeant hodie, partim, quod ſeuera militiae diſciplina exoleuerit. Addi poſſet, quod nemo forte maiora inſidiarum pericula adſerre queat patri, quam filiusfamilias miles. WESENBECIVS *ad ff. de probat. n. 14. et collegium* ARGENTORAT. *de probat. th. 15.* cum iisque BRVNNEMANNVS *ad lib. 4. cod. tit. 28. ſub finem* exiſtimant, admitti tamen probationem in contrarium a debitore aut patre. Sed nos exiſtimamus, ita uim fieri *l. ult. C. ad Sct. Maced.* quae uult, ut ne quidem ubi et cur pecunia credita ſit militi, inquiratur attendaturque. Ceterum memini legis militaris: ne quis mutuo det credatque militi ſine conſenſu ſuperioris *K. Pr. Kriegs-Art.* 28. Contra ſi factum ſit, nullum aduerſus militem creditori ſupereſſe alibi actionem.

Num Sc͞to Maced. obſit promiſſio IVRATA?

(qq) Magna inter doctores lis eſt, *utrum Sc͞to Mac. locus, ſi pacta iurata ſint, aut ſi nominatim Sc͞ti Macedoniani exceptio a filio ſit eierata?* Sunt in illis, qui hoc *adfirmant*, ſunt qui *negant.* In primo genere eſt inprimis CARPZOVIVS, qui *part. 3. deciſ. 256.* hanc cauſam ex inſtituto reſpondit defenditque, quod, licet ſimplex et nuda renunciatio Sc͞ti Macedoniani nihil poſſit: iurata tamen illud omnino tollat. Contra b. m. SCHILTERVS *exercit. 27. §. 66. 67. 68.* plene et explicate docere uoluit, ne quidem iuratam filiifamilias attendendam hic eſſe renunciationem uel in foro, uel in conſcientia. *b. m* STRYKIVS *V. M. lib. 14. tit. 6.* §. 13 inter nimium et parum errare non uult uiaque ideo utitur intermedia. Scilicet ualere iuramentum putat, niſi creditor ſit in dolo filioque familias numos crediderit

DIFFER. VII.

diderit ſciens ad luxuriam. Egomet hic ſententiam ſequor Carpzouianam, alienus cetera ab argumentis, quibus ipſe utitur. Scilicet, cum leges nullibi prohibeant filiumfamilias, mutuum acceptum reddere; ſed tantum, ſi reddere nolit, eidem indulgeant Sᶜti beneficium: inde in arbitratu illius eſſe exiſtimo, uti hoc Sᶜto aut eidem mittere nuncium? Sed dicis, eadem igitur facilitate nuncium mittent filiifamilias et quidem iurato. Repono, hoc ne fiat, legislatorem prohibere poſſe *noua* lege. Quae antequam lata ſit, obſtare non poteſt bona fide factae renunciationi.

Num Sᶜto Maced. obſit RENVNCIATIO?

(rr) Audacter fidenterque ZASIVS *tom. 5. opp. lib. 2. ſingular. reſponſor. c. 8.* Probabiliter *teneo, quod filiusfamilias* * *poſſit renunciare ſenatuconſulto Macedoniano, licet totus orbis dicat contrarium.* Ita ſcilicet temperat tum obligationem, ut filius teneatur uiuo patre peculiotenus, patre autem demortuo nude et abſolute. Licet uero omnes rideant explodantque Zaſium praeter CHRISTIN. *uol. 3. deciſ. 35. n. 10.* qui Zaſiana firmat ſententia curiali Belgica: ego tamen ei, praeſertim in Germaniae foris adplaudo, ob cauſas allegatas in notula praecedente. Vsque dum lex prohibitiua condatur: ne filiusfamilias ſuo unquam ſoluat illegitimo creditori.

DIFFER. VIII.

Eaque IVDICIALIS?

(ss) Eſt haec cautela, quam ſuggerit SCHILTERVS *exercit. 27. §. 71.* ubi ait: *conſulerem creditori, ſi uiderit et filiifamilias mores integros et cauſam credendi mutuum honeſtam eſſe, contra patrem durum et ſordidum, ut renunciatione ſenatusconſulti adliget filiumfamilias coram iudice idque fide iurata.* Firmat conſilium praeiudiciis apud CARPZOVIVM *part. 3. deciſ. 256. num. 26.* Sed cum ratione puto, ſuperius prodita, his ambagibus praeſertim in Germania opus eſſe necquicquam. Neque uideo, cur nequeat fieri ſimplici bonaque fide, quod, ut fiat, datur in ambitu et circulo.

DIFFERENTIA VIII.

Num dari mutuo queat ciui academico?

Aduerſus contractus STVDIOSORVM

GErmanico iure nequeunt MVTVO obligari cultores artium in ACADEMIIS (tt), imo etiam CONTRAHI cum illis non poteſt in aliis rebus, quae aeſtus fouent iuueniles, inde MACEDONIANI quoque ſenatusconſulti limites eo proferunt uſque (uu). Vtrumque ignorat LATIVM, quod neque litterarum ſtudioſis CONTRACTVS negat, imo potius ſtudiorum cauſa filiisfamilias mutuum indulget (xx), neque ſenatusconſulti MACEDONIANI rationes in MERCIBVS atque rebus uenalibus quaerit, ſed in ſola PECVNIA (yy).

Sᶜti Maced. AMPLIFICATIO forenſis.

Qui mutuum contrahere nequeant STVDIOSI?

(tt) Doctrinarum in academiis ſtudioſos, licet ſui iuris, emancipati et maiorennes ſint, ad debita tamen non obligari ex rebus contracta, quae prodeſſe poſſint ad corrumpendae iuuentutis uoluptatum illecebras, nominatim docuit exemplisque academiarum *Lipſienſis*, *Wittebergenſis*, *Ienenſis*, *Gieſſenſis*, *Marpurgenſis*, *Franckeranae* comprobauit HOPPIVS ad *§. 7. Inſtit. quod cum eo, qui in aliena poteſt. p. 1086.* unde exſcripſit eadem b. m. STRYKIVS *V. M. lib. 14. tit. 6. §. 2. p. 103.* Vbi etiam *Halenſe* ſtatutum laudatur, quo nefas eſt, doctrinarum ſtudioſo *mutuo* dare aut uendendo merces credere ultra XXIV. et in eſculentis et potulentis ultra V. thaleros imperiales. Contra alii non putant opus eſſe hac patriae nouella. Nam *minorennes* aetatis iam priuilegio aduerſus fraudulentos creditores ſecuri ſunt: *maiorennes* autem pudeat corruptelarum, quae legi dederunt cauſam. Scilicet impune poſt hanc aetatem non peccat homo ſtupidus et ex infima plebe: taedeat itaque patrocinii dementiae ac ſtultitiae alumnos bonarum mentium et doctrinarum. Quid uero ſi in debito huius generis ſtudioſi acceſſerit auctoritas ſui praefecti et cenſoris, *wenn der Hof-Meiſter die Schuld-Poſt mit unterſchreibet?* Obligabitur forte tunc ſtudioſus neque adiuuabitur *ſenatusconſulto academico.* Quoniam praefectus illius inſtar eſt *curatoris in itinere*, *Reiſe-Vormund.* Tribuat etiam ſibi pater (idem de *tutore* et *curatore* iudicium) quod non dederit filio comitem meliorem. Hoc tamen magis uerum eſſe putauerim, ſi eius generis *praefectus* formulam habeat ſui muneris ampliorem neque illud tantum in morum cenſura aut litterarum inſtitutione uerſetur; ſed etiam ſit aeris ſuſceptor, cuſtos et largitor.

Quid ſi creditio ſubſcribat der Hofmeiſter.

Sᶜto Macedoniano num locus extra numos in mercibus, eſculentis ac potulentis?

(uu) Scilicet iureconſulti noſtrates dicam ſcribunt Romanis, quod *filiosfamilias* tantum adiuuarint Macedoniano ſenatusconſulto in credito pecuniae et *numorum?* Quoniam in ornamentis, ueſtitu, cultu, eſculentis ac potulentis non minus ad illecebras uoluptatum ſeduci atque laedi et parentibus ideo uitae inſidiae ſtrui ac metui poſſent. Quapropter limites ſenatusconſulti Macedoniani proferunt ultra terminos, illi datos in iure Latii. Prouide iuriſprudentia patriae meae *Francof. Refor. part.*

DIFF. VIII. DIFFER. IX.

Statutum Francofurtanum.

part. 2. tit. XI. §. 14. "Und obwohl das "ſenatusconſultum Macedonianum für- "nemlich auf geliehen Geld und nicht an- "dere Contract, als Verkauff, Tauſch und "dergleichen gericht iſt: jedoch, ſo ſol- "chen obgemeldeten Hauſs-Sœhnen oder "Kindern beydes Geſchlechts Tuch, Sey- "dengewand, Silbergeſchirr und ande- "rer dergleichen (quidni etiam illa uolu- ptatum altrix, eſculenta et potulenta) "aufgehenckt würde: ſoll bey unſern "Stadt Gerichten ſtehen, ob ſolch Gut "dem Verkæuffer bezahlt oder nicht be- "zahlt werden ſolle. Explicatior codex

LL. Poruſſicae.

LL. PORVSSIC. lib. 1. tit. 25. art. 14. §. 1. qui "ita loquitur: Leihet jemand einen Hauſs- "Sohn Geld oder etwas anderes, das man "zehlen, wegen oder genieſſen kan, oh- "ne des Vaters Verwilligung, der mag mit "dem ſenatusconſulto Maceduniano ab-

Doctores ICti.

gewieſen werden." Similiter *Ioan.* VOETIVS *lib. 14. comment. ad ff. tit. 6. n. 2. p. 606. nec dubitandum uidetur, quin et ad oenopolas, cereuiſiarios, coquos, cupedinarios, ſartores, ornamentorum uenditores ſimilesque ſenatusconſultum Macedonianum ſit extendendum, quoties illi credunt ad luxum filiofamilias.* Pariter EGVINARIVS ad *§. 7. inſtit. quod quis cum eo, p. 406.* ait: *moribus Galliae filiusfamilias absque patris conſenſu uniuerſim contrahens* (quocunque contractus genere) *non obligatur.* Idem Roferedus, Carocius alii apud *Petr.* MVLLERVM ad *Struu. exercit. 20. §. 52.* Idem GRIVELLIVS *deciſ. Dolan. 14.* Idem DESSELIVS *in comment. ad Zoeſium §. 7. Inſt. quod cum eo, qui.* Idem *Paul.* VOETIVS qui Belgii ordinum laudat edictum ad §. 7. *Inſt. quod cum eo n. 4.* hoc fine conceptum.

Romano iure ceſſat SCtum Macedonianum in STVDIOSIS.

(xx) Clara eſt *l. 7. item §. 13. ff. ad SCt. Maced.* ubi Vlpianus: *Quod dicitur in eo, qui, STVDIORVM cauſa, abſens mutuum acceperat, ceſſare ſenatusconſultum, ita locum habet, ſi probabilem modum in mutuo non exceſſit, eam ſcilicet quantitatem, quam pater ſolebat ſubminiſtrare.* Idem in *l. 5. C. ad SCt. Maced.* ubi modus his uerbis explicatur: *ſi pecunia STVDIORVM cauſa alibi degenti ad neceſſarios ſumtus, quos patris pietas non recuſaret, credita eſt.* Qui igitur factum hodie fuiſſe, dices, quare legislatores in academiis, non ſolum ſenatuscunſulto Macedoniano in ſcholis rurſus fecerint locum, unde illud in Latio olim exulabat; ſed etiam protulerint limites ad merces, eſculenta, potulenta, imo ad homines ſui iuris ac maiorennes, quod dictum ſuperius *litt. tt.* Incuſant hic aliqui morbos academiarum et uitam ciuium licentioſam. Cum Latii ſcholae contra fuerint uirtutis ac litterarum officinae ibique rigida magis aduerſus improbos iuuenes remedia exiliaque.

Ceſſat extra PECVNIAM numeratam.

(yy) Dicitur hoc in locis quam plurimis, quorum aliqua dabimus. Clara eſt prae aliis *l. 3. §. 3. ff. ad SCt. Maced.* his uerbis concepta: *Is ſolus ſenatusconſultum offendit, qui mutuam* pecuniam *filiofamilias dedit: non, qui alias contraxit. Puta uendidit, locauit, uel alio modo contraxit. Niſi fraus adſit, ut, qui credere non potuit, magis ei uenderet, ut ille rei pretium haberet in mutui uicem.* De cauſa, quare ſenatusconſultum adligatum ſit ad pecuniam tantum numeratam, ſolicitus eſt MORNACIVS ad *l. 5. ff. ad SCt. Maced.* explicatque eam ex HORATIO, de filio luxurioſo et ſtatim meretrici daturo, dicente: *decies centena dediſſes, quinque diebus nil erat in loculis.* Vulgi ſermone dicitur: *junge Leute kœnnen kein Geld halten.* Sed alia mihi cauſa uidetur meo iudicio probabilior. Quoniam in contractibus aliarum mercium rerumque intelligi facilius poterat improbus creditorum finis ex eoque haberi fundamentum agendi *de filio corrupto.* Quod in numario contractu non adeo fieri puterat, cum huius eſſe poſſent fines multiplices et improbum celari foenus.

DIFFERENTIA IX.

Num MACEDONIANO *ſenatuſconſulto adiuuentur* S.R.I. PRINCIPES?

SCti Mac. amplificatio ad principes.

ROmano iure haud dubie ſenatuſconſulto Macedoniano adiuti ſunt SVPREMI etiam ordinis ciues (aa): de Germaniae noſtrae PRINCIPIBVS idem affirmare non ſinit uerecundia, rubor, religio (bb).

Filius PRINCEPS num adiuuetur SCto Macedoniano? I] ROMAE?

(aa) Illud uerum eſt, Romanas leges in *ſenatusconſulto Macedoniano* uniuerſim loqui, excipere neminem, ob cauſam dignitatis et principatus. Quod uero nos turbare non debet, quoniam Latio unus tantum princeps fuit, Caeſaris nomine inſignis. Familiae uero ac domus Auguſtalis liberos huius ſenatusconſulti Maceduniani emplaſtro uſos eſſe ad fallendos creditores, illud quidem eſt, quod non credo. Quod ſi enim bona fide et in aetate iuſta filiofamilias principi mutuo datum; ſordida omnino uidebitur noſtri ſenatusconſulti exceptio: ſi autem dolus, fraus, machinae, fallaciaeque acceſſerint, tum aperte factum ſcelus ulciſci poterit princeps, ut uulgari ſenatusconſulti Macedoniani aſylo necquicquam ſit opus.

Digitized by Google

DIFF. IX.

2] *in GERMANIA? Affirmatur.*

(bb) Eſt in eo admodum liberalis b. m. SCHILTERVS *exercit. 27. § 77. p. 333.* ubi inquit: *De PRINCIPVM S. R. I. filiis ſunt, qui dubitant, an in iis mutuo accipientibus ſenatusconſultum Macedonianum locum habeat. Verum quum patria poteſtas inter principes non minus urgeat et foeneratores principum maiora adferant pericula: omnes Macedones eorum repellentur hoc ſenatusconſulto.* Idem dicit tueturque b. m. STRYKIVS *lib. 14. Vſ. M. tit. 6. §. 5.* quoniam *principes imperii in contractibus utantur iure priuatorum.*

Negatur.

Egomet cum hic, tum alibi principum cauſas aeſtimo legibus publicis, naturalibus et diuinis: non autem ciuilibus priuatis. Quapropter regulae hic repetendae ſunt, quas commemorauimus in notula praecedenti *litt. aa.* Ad argumenta diuumuiris hiſce repono. *Primo* ſi per aetatem aut fraudes decepti ſint filii principum, habere illos, quo ex principiis iuris naturalis et gentium ſibi queant conſulere. *Deinde* aliud eſt iure priuatorum uti: aliud iure priuato. Primum ſtare poteſt cum iure naturali, quia princeps

DIFF. X.

A contrahens non utitur ſuo imperio: non uero alterum. *Tandem* quis non aegre ferret et principe filio habuerit indignum, ſi princeps tricennario forte maior, aere alieno, quod filiusfamilias contraxit, decipere uellet creditorem et nomen ſuum, quod ei dedit, expungere ſtylo ſenatusconſulti Macedoniani. Sentire nobiſcum *Connanum* et *Barboſam* ſcribit LAVTERBACHIVS h. t. ſed in primo nil reperi *lib. 7. c. 2.* B alter autem non eſt ad manus. Neque eſt, quod urgeat quis in *lib. 7. capitulare 304. p. 1092.* ubi idem repetitum ſit in legibus Carolingicis; *Qui filiofamilias, contra interdicta legum* (haud dubie Romanarum) *inſcio patre pecuniam commodauit, eam nec uiuente nec mortuo patre ab eodem poterit poſtulare.* Nam repono: etiam hae leges ſunt priuatorum: deinde eo tempore Germania neſciuit principes, quibus originem debemus poſt Carolidas; C tandem Carolinae leges ſepultae ſunt cum ſtirpe Carolina et quae exceptiones ſunt generis eiusdem.

DIFFERENTIA X.

Num Macedoniano ſenatuſconſulto locus ſit in peculiis?

SCtum non adiuuat peculia 1] CASTERNSE,

2] QVASI CASTRENSE, 3] ADVENTITIVM.

ROmano iure illud tantum expeditum, quod filiusfamilias mutui contractu teneatur obligeturque quoad peculium CASTRENSE (cc): moribus inſtitutisque patriae addere ſolent, poſt QVASI CASTRENSE (dd), etiam ADVENTITIVM, quod uocant irregulare (ee).

Quare SCtum Macedonianum EXVLET in peculio CASTRENSI?

(cc) Apertus eſt Vlpianus *l. 1. §. 3. ff. de SCto Mac. in filiofamilias nihil dignitas facit aduerſus* ſenatusconſultum. *Niſi forte* caſtrenſe *peculium habeat, ubi SCtum Maced. ceſſabit.* Idem repetit *l. 2. ff. ibid. Vsque ad quantitatem caſtrenſis peculii* ceſſat ſenatusconſultum Macedonianum. *Cum filiifamilias in* caſtrenſi *peculio uice* patrum familias *fungantur.* Hodieque igitur idem inſtitutum ſequuntur fora noſtrae Germaniae. Vti auctores laudati ſunt *differ. 7. litt. pp.* Qui locus huic eſt coniungendus. Quamuis etiam miles, qui fecit miſſionem, intuitu bonorum per militiam acquiſitorum, ſenatusconſulto non adiuuetur: neque, ſi miles ſit debitor, creditor habeat, quod ex ſenatusconſulto metuat. Quoniam leges militem filiumfamilias ex quocunque mutui et bonorum genere uolunt deuinctum, quod dictum ſupra.

Quare SCtum Mac. exulet in 1] quaſi CASTRENSI?

(dd) Moribus utique tribuo, quod *SCtum* ceſſet in peculio *quaſi caſtrenſi.* Nam Romano iure hoc eſſet ualde dubium. *Primo*, quoniam deeſt lex: *deinde* a *caſtrenſi* peculio ad *quaſi caſtrenſe* propterea nullum uinculum conſecutionis, quoniam uita militaris *impenſas* exigit facien-D das in res dubiae *aleae* ſpeique incertae, propterea que creditores militis meruerunt fauorem. Vtrumque autem ex aduerſo ſe habet in tranquillis, frugalibus, paruoque contentis muſis. Quicquid ſit, non tamen dare ſolent in *quaſi caſtrenſi* peculio exceptionem SCti Macedoniani *aduocato, doctori, magiſtro, licentiato, notario, actuario* et ſi qui alii ſunt, qui doctrinarum ſtudio aliquid poſſunt acquirere. E Fidenter SICHARDVS ad *LL. C. de SCt. Mac. n. 16.* ubi ita arguit: *Quae dicimus de milite, eadem locum habent in* aduocatis, *uel* doctoribus, *uel etiam aliis, qui habent ſtipendium ex publico, alle Ciuil Bedienten. Sic etiam* notarius. *Qui omnes ſi accipiunt mutuum, SCto Mac. non adiuuantur.* Idem fere habent HVNNIVS *in encyclop. iuris part. 3. tit. 8. c. 2. n. 11.* uir quondam illuſtris de IENA *de SCto Mac. ſect. 5. aphor. 5. n. 4.* F Imo, quod magis eſt, ſententias quoque forenſes laudant hic PHILIPPI in uſu pract. *ad §. 7. Inſt. quod cum* b. m. STRYKIVS *lib. 14. V. M. tit. 6. §. 8.* Addunt praeſumtiones, quas in milite leges habent, quod eius generis uir pariter credendus ſit mutuum uertiſſe in litteras, litterariam ſupellectilem, togati muneris inſtrumenta alia, quod

habet

DIFFER. X.

habet CHRISTINAEVS *uol. 3. Belgic. deciſ. 35. n. 15.* Qua in re nos eo ſumus largiores, quoniam *different. 7. litt. bb.* cauſas dedimus, quare exulare debeat ex patria *SCtum Macedonianum.*

Num Sct. Maced. exulet 2) in peculio ADVENTITIO, irregulari? Rationes NEGANTIVM.

(ee) Digladiantur hic inter ſe doctores. Alii filiumfamilias obligant in *mutui* contractu peculii intuitu *aduentitii irregularis*: alii abſoluunt eum adiuuantque Macedoniano. *Primi* rationibus utuntur his fere: quod agatur hic de fauore ipſorum liberorum, ne pecunia mutuo accepta eis uiam paret ad illecebras uoluptatum; quod de huius peculii mutuo nihil diſponant leges ſingulare, adeoque ſtandum ſit regula Scti; quod *nou. 117.* in peculio aduentitio irregulari filium non habeat pro homine ſui iuris; quod pater, ſi in hoc peculio damnum accipiat filius, indirecte non minus ſentiat illud, ſi forte filii ſit factus heres et quae generis ſunt eiusdem apud LAVTERBACHIVM *de pecul. aduent. irreg. §. 16.* et in *compend. ad ff. lib. 14. tit. 6. n. 2.* Verum enim uero alii filiumfamilias necquicquam adiuuandum putant in mutuo, ſi peculium ei aduentitium ſit irregulare.

DIFFER. XI. *Ratione ADFIRMANTIVM.*

Ratio eorundem princeps eſt, quoniam in *nou. 117. cap. 1. §. 1.* clare dicatur: *Res ita relictas aut donatas poſitis ſub poteſtate* (patria) *perſonis* (id eſt filiisfamilias). *Siquidem perfectae ſint aetatis* (alias enim filiifamilias etiam utuntur iuribus minorennium et pupillorum) *licet ſub poteſtate* (patris) *ſint, licentiam habeant, quo* uolunt modo* (ergo etiam mutui contractu) *diſponere.* Quapropter hoc caſu negant Macedoniani auxilium filiofamilias CONNANVS *lib. 7. c. 2.* MOLINA *de iuſt. et iure diſput. 301. n. 2.* TRENTACINQVIVS *lib. 52. reſ. 19. n. 5.* BRVNNEMANN. *ad lib. 14. ff. tit. 6. Weſenb. qu. 6.* CARPZOV. *lib. 2. reſp. 105. n. 17.* b. m. STRYKIVS *in V. M. lib. 14. tit. 6. §. 7.* Meo certe iudicio nolim abſoluere hic filiumfamilias a uinculo Scti in foro *Latino*, quoniam contrariis argumentis non ſit ſatis: ſed *Germani* ſimus hic laxiores, ob cauſas, ſupra *differ. 7. litt. bb.* et ſigillatim *litt. gg.* allegatas.

DIFFERENTIA XI.

Num Macedoniano locus ſit poſt iudicatum?

Romae Scto locus poſt iudicatum, non in Germania.

ROmano iure EXCEPTIONI ſenatusconſulti Macedoniani locus etiam eſt poſt ſententiam et IVDICATVM in limine executionis (ff): negatur hoc in curiis Germaniae, ubi tum remittitur illa ad proceſſum RECONVENTIONIS (gg).

Qui poſt ſententiam et IVDICATVM uti liceat Scti Maced. exceptione?

(ff) Deciſio Vlpiani in *l. 11. tamen ff. ad Sct. Mac.* eſt haec: *Tamen ſi non oppoſita exceptione CONDEMNATI ſunt* filiiſfamilias ex mutuo: *utentur Scti Macedoniani exceptione.* Dicit MORNACIVS ad *h. l.* inſtitutum hoc eſſe in odium foeneratorum, ne uel ſententiis aut iudicatis praecipitent fallantque iuris incautos filiosfamilias. Inde *Regnerus ab* OOSTERGA *in cenſura Belgica lib. 14. tit. 6. l. 11. p. 384.* ita ſcribit decernitque: *Sed cenſet Groenewegen exceptionem Scti Macedoniani perpetuam non poſſe opponi. Niſi in cauſa adpellationis, quod non probo. Ponamus namque filium nolle adpellare, quidni in ipſa executione talem exceptionem, quam per probabilem ignorantiam opponere neglexit, agenti obiicere poſſet.* Sed Groenewegii mentem hic non adſequi Ooſtergam, dicam infra. *Scab. Lipſ.* 1625. praeiudicium, quod *exceptio Scti Maced.* opponi poſſit in proceſſu *executiuo* habet BERLICHIVS *part. 1. concl. 84. n. 40.* Imo in ipſa executione, quod tuentur COLERVS *proc. execut. part. 4. c. 1. n. 163.* ZANGER *part. 3. c. 26. n. 93.* MARTINI *in proceſſ. tit. 39. §. 1. n. 291. 292.*

Num Germanico iure Sct. Mac. attendatur poſt rem IVDICATAM et in EXECVTIONIS limine?

Notatur SCHILTERVS.

(gg) Fidenter SCHILTERVS *exercit. 27. §. 78.* inquit: *Plures* doctores *putant, eodem iure nos hodieque uti*, ſcilicet locum faciendo exceptioni Macedoniani ſenatusconſulti etiam poſt rem iudicatam et in executionis termino. "Verum proceſſui iuris Romani numquam locum fecimus Germani. Eſt autem in plerisque tribunalibus PRAECLVSIVVS terminus exceptionibus praefixus, praeſertim in proceſſu EXECVTIVO. In illis ultra exceptiones * ſolutionis et compenſationis aliae NVLLAE admittuntur: ſed potius ad proceſſum reconuentionis remittuntur, FINCKELTHAVS *obſeru. 119. deciſ. 2.* Idem faciendum in Macedoniano. Primo, quoniam craſſa ignorantia eſt, neſcire ſe filiumfamilias: deinde creditur renunciaſſe illum ſenatusconſulto TACITE, qui principio progreſſuque proceſſus id non adlegauit." Verum hic uix ſibi conſtat Schilterus. *Principio* ipſe calculum illis dedit, qui negant filiumfamilias Scto Mac. poſſe renunciare. Fruſtra igitur *tacitam* renunciationem nunc fingit, qui iuris effectum denegauit *expreſſae.* Deinde quod de craſſa ignorantia dicit, illud pertinet ad leges corrigendas, quod eſt ſolis legislatoris. Quod uero ad Groenewegium, illius mens non fuit, quam ipſi tribuunt cum Ooſterga tum Schilter. tum etiam b. m. STRYKIVS *V. M. lib. 14. tit. 6. §. 9.* Ipſe enim hoc dicit tantum: *in Belgio non reſtitui minores aduer-*

ſus

ſus rem in iudiciis ſubalternis IVDICATAM. Sed ſi ſententia *diſpliceat, reſtitui ſolummodo minori ius ADPELLANDI. Quod ſi autem ſententia ſupremae curiae diſpliceat, tum concedi in eodem iudicio reſtitutionem.* Haec narrat *lib. 2. C. tit.* 27. Idem ergo *lib. 14. ff. tit. 6. l.* 11. fieri hodie in Belgio ait cum exceptione *Mac. Sc̃ti.* In quo teſtem etiam habet *Fr.* ZYPAEVM *lib. 4. iuris Belg. c. 4. n. 3.* Aliae igitur cauſae quaerendae, quapropter Sc̃to Mac. locus porro eſſe non poſſit poſt rem *iudicatam* atque in ipſo limine *executionis.* Quae meo iudicio ſunt hae. Quoniam ſenatuſcon- A ſulti Macedoniani in Germania aut nulla aut exigua utilitas, quod probat *different. 7. litt. bb.* quoniam noſtris moribus filiusfamilias renunciare poteſt huic ſenatusconſulto, quod docet *different. 7. litt. rr.* ergo idem fieri ſilentio illius, tacita uoluntate; quoniam patri exinde damnum nullum, partim quod filiusfamilias tenetur obligaturque tantum, eo demortuo, aut ſi peculio inſtructus ſit, in quod patri nulla B iura; partim, quod, filio tantum accuſato et exceptionem ſenatuſconſulti negligente, patrifamilias liberum ſit, interueniendo eodem ſemper uti.

DIFFERENTIA XII.

Num filiusfamilias PARTEM *ſoluendo obligetur ad* TOTVM?

Romano iure ſi mutui PARTEM ſoluit filiusfamilias, ſui iuris factus, non ideo fuit obligatus ad TOTVM, ſed potuit in reſiduo uti ſenatuſconſulto Macedoniano (hh): aliter in Germania, ubi partem agnoſcens, agnouiſſe creditur totum exulatque tum M. ſenatuſconſulti auctoritas (ii).

Non Romae: ſed in Germania a parte ad totum argutiae.

Num PARTE mutui ſoluta obligetur ad totum Romae?

(hh) Nota eſt *l. 7. §. 16. ff. ad Sc̃t. Mac.* ubi ita Vlpianus: *Si paterfamilias factus* (qui olim filiusfamilias mutuo accepit) *ſoluerit PARTEM debiti, ceſſabit Sc̃tum nec ſolutum repetere poteſt.* Tantae inter doctores de ſenſu huius legis altercationes ſunt, ut principis deciſionem hic multi requirant. Sunt enim, inprimis illi, qui Romae decreta colunt, in ſententia hac: Vlpianum id uoluiſſe, qui partem debiti ſoluerit, illum in tantum, quantum ſoluerit, porro non adiuuari Maced. Sc̃to, quo tamen non excidat ille in debito reſiduo, ſi quando urſerit illud creditor. Ita enim idem Vlpianus in *l. 9. pr. ff. de Sc̃t. Maced.* cauſam hanc decidit reſpondetque in pignore: *Sed, ſi paterfamilias factus* (qui filiusfamilias mutuo acceperat) *rem pignori dedit* (in ſecuritatem crediti, a filioſamilias facti contra leges), *dicendum erit, Sc̃ti Maced. exceptionem ei denegandam VSQVE ad pignoris QVANTITATEM.* Inde enim non ſequi, patremfamilias totum creditum ratihabuiſſe aut nouatione quadam ſe ad id, quod reſtat, obligaſſe. Ita putant Vlpianum explicari ex Vlpiano CONNANVS *lib. 7. c. 2. n. 2.* BACHOVIVS *ad Treutler. uol. 1. diſp. 10. th. 8. litt. A. B.* STRVVIVS *exercit. 20. §. 57.* taceo alios. Neque facio litem meam. Opponerem enim ita ſentientibus *l. 7. §. 15. ff. ad Sc̃t. Maced.* ubi idem iterum Vlpianus idque in loco, qui litigioſae C legi proxime praecedit: *Ceſſabit Sc̃tum, ſi pater ſoluere coepit* (ſoluendo nempe partem praeſumitur totum agnouiſſe) *quaſi ratum habuerit.* Aſt hic maior fauor pro patre, quam filioſamilias liberando: cum ultimus uerus debitor ſit, primus autem ſoluat nomen alienum.

Germanico iure pars agnita qui obliget ad totum?

(ii) Scilicet, licet ſenſum *l. 7. §. 16. ff. ad SCt. Mac.* iure Romano uel ambiguum eſſe D credant uel euntem in caſtra aduerſa: tamen Germaniae inſtitutorum rationes uelle dicunt, ut, parte agnita, obligemus debitores filiosfamilias ad ſolutionem debiti totius. Non enim cauſae nobis ſunt, quae Romanis ſuere, ad rigorem et religionem Macedoniani, quod dictum eſt in *different. 7. litt. bb.* Quapropter filiusfamilias, ſi, factus ſui iuris, obolum ſoluerit creditori Macedoni, merito condemnabi- E tur ad ſolutionem totius. Idque ob fidem et coniecturas debiti rati habiti, ob renunciationem Sc̃ti tacite factam, ob fauorem obligationis naturalis in mutuo filiifamilias. Subſcribunt noſtrae ſententiae MANTICA *de tac. et amb. conu. lib. 8. tit. 2. n. 25.* TRENTACINQVIVS *tit. 3. reſol. 20. n. 22.* CHRISTINAEVS *uol. 3. deciſ. 33. n. 11.* SCHILTERVS *exercit. 27. §. 73.* qui hic plenior eſt in regulis hermeneuticis, *b. m.* STRYKIVS *V. M. lib. 14. tit. 6. §. 12.* qui merito addit: haec ſententia utique in foro retinenda.

DIFFERENTIA XIII.

Num mutuo accipere poſſit FOEMINA?

Romano iure FOEMINAE nomen in mutuo et uerum et bonum eſt (kk): in Germaniae prouinciis pluribus FOEMINAE MVTVI contractu non obli-

FOEMINA obligatur mutuo in LL. RR.

DIFFER. XIII.

obligantur, niſi CVRATORIS aut boni uiri acceſſerit auctoritas (ll). Ab ultimo tamen iuris uinculo abſunt foeminae ILLVSTRES (mm) atque illae, quae faciunt MERCATVRAM (nn) et quae fidem dederunt IVRATAM (oo).

DIFF. XIII. non uero in LL. GG. niſi alicubi.

RR.LL. FOEMINA recte contrahit etiam mutuum;

(kk) Foeminam MAIORENNEM *mutui* contractu ſe obligare poſſe, inſtar maſculi, in legibus quidem Iuſtinianeis nemo unquam dubitauit. Imo exprobrat foeminae Herenniae imperator, quod fidem datam, uano hoc praetextu, uoluerit fallere in *l. 6. C. de reuoc. donat.* quae eſt haec: *Velis nec ne donare praedia mancipiaque, fuit initio tibi liberum. Deſine itaque poſtulare, ut quod perfeceras, reuocetur praetextu mariti abſentiae. Cum huius firmitas ipſius praeſentia non indigeat.* Nam MVLIER SVVM NEGOTIVM VALIDE GERIT, quod dicit Papinianus in *l. bona fide* 27. §. 3. *ff. ad Sct. Velleian.* Idem habent *l. 4. ſed ſi §. fin. ff. eod.* atque *l. 21. 22. ff. eod.* De mutui autem contractu, quod mulier ſe obligare poſſit, quamuis intercedere aut fideiubere nequeat pro alio, clare dicitur in *l. fruſtra 2.* atque *in l. 13. ſi foenebris C. ad Sct. Vell.* Loca alia plura congeſſerunt *Mod.* PISTORIS *conſ. 3. n. 2.* BERLICHIVS *part. 2. concluſ.* 17. CARPZOVIVS *lib. 3. reſp* 12. *n.* 5. GAILIVS *part. 2. obſeru. 90. n. 6. Ioan. Frid* POLMANN. *in racemat. ad inſtit. adpend. ad l. 2. ff. de R. I. n. 4. p. 486.* aliique.

Iure tamen ANTIQVO foeminae contrahenti ac mutuanti opus fuit CVRATORE.

Verum enim uero licet media iurisprudentia *foeminis maiorennibus* iisque uel nuptis uel innuptis, modo in patria non ſint poteſtate, cum Scti Macedoniani auctoritas adiunet quoque filiasfamilias *l. 9. §. 2. ff. ad Sct. Maced.* dederit hoc, ut libere contraherent contractuque ſe obligarent etiam in mutuo, curatore, quem illae non habent, deſtitutae: ex aduerſo tamen ſe res habuit in Latii iurisprudentia VETVSTIORI. Nam olim Roma uoluit, ut foeminae eſſent ſub aeterna curatela; ut iure uterentur perpetuo minorennium; ut nullo tempore ob ſexus infirmitatem haberentur maiorennes, cetera. Id quod ex LL. XII. TABVLARVM, ex hiſtoricis Romanis, ex humanioribus iureconſultis atque ſigillatim ex Tullianis locis CONTIVS *lib. 2. c. 13.* RITTERSHVSIVS *in comment. ad XII. tab. part. 1. c. 13.* ex iisque WIBELIVS *de contract. mulier. cap. 1. n. 31. 32. 33.* plene planeque docuerunt, quibus ſigillatim addi poteſt *Theod.* MARCILIVS *de perpetua mulierum tutela* ſcriptor ex inſtituto.

LL. GG. qui FOEMINAM contrahere nequeat et MVTVARE ſine CVRATORIS auctoritate.

(ll) In contraria hic eunt iudices et doctores. Sunt enim, qui *foeminam* quoque Germanicam obligari *poſſe contractibus*, ſcribunt; ſunt, qui *negant*, niſi auctoritas acceſſerit curatoris: ſunt, qui, ceteris ei contractibus negatis, indulgent tamen illi *mutuum*, quod in hoc non eaedem, quae in ceteris ambages, cautelae, pericula, difficultates: ſunt demum, qui idem largiuntur, dummodo *ſumma* non adeo ſit magna et, quando laeſa ſit foemina, in *integrum* illa reſtituatur. In tantis itaque iureconſultorum diuortiis eſt res aleae, mutuum contrahere uelle cum muliere. Vt ſibi melius conſulat, qui mulieri ne quidem *numos* crediderit, niſi auctoritate ſui curatoris inſtructae. Quoniam WIBELIVS praeſertim, in libro *de contract. mulier. c. 1. n. 36. 37. ſeqq.* ex inſtituto id egit, ut conſtaret, foeminas Germanorum priſtinis *Francorum* legibus et plerarumque Europae gentium conſuetudinibus hodiernis in perpetua agere curatela adeoque ne *mutui* quidem contractu ſe obligare poſſe. Vnde ſua etiam repetiit SCHILTER. *exercit. 37. §. 241.* Sigillatim enim in *mutui contractu* ita arguunt iureconſulti: *quoniam MVLIERES ſint in perpetua curatela inſtar minorennium; quoniam, ſi uninerſim contrahere nequeant, idem quoque in* mutuo *ſit prohibitum; quoniam etiam mutui contractu poſſint foeminae laedi ac circumueniri, numos enim fomenta eſſe uoluptatum,* in quas ruere ſoleant foeminae. Ita b. m. STRYKIVS *lib. 12. V. M. tit. 1. §. 24.* hoc iuris utitur axiomate: *ubi foeminae in perpetua curatela ſunt, ibi mutui contractu non obligantur, niſi conſtet de uerſione in rem.* Imo, quod magis eſt, in illis locis, ubi foeminae perpetuarios curatores habent, illae ne quidem ex *cambio*, multo minus ex ſimplici *mutuo* obligari poſſunt, niſi acceſſerit curatoris auctoritas. Licet enim in Saxonia olim ea de re fuerit diſputatum, imo an. 1674. clare ſtatutum, quod foeminae omnes obligari poſſint mutuo cambiali: tamen breui poſt id mutatum rurſus atque in LL. CAMBIAL. LIPS. an. 1682. §. 2. nominatim conſtitutum eſt, *es ſollten nur dieienige Weibes-Perſonen, welche Kauffmannſchafft treiben, durch Wechſel ſchulden ohne* curatorn *verbunden werden* ZIEPFEL *von Wechſel Pr. ſect. 1. p. 33.* Eadem mutationis hiſtoria habetur in *Marchia:* eadem in hoc *Magdeburgico* ducatu. De quarum prouinciarum inſtitutis agit *uir excellent. dn.* LVDOVICVS *im Wechſel-Proceſſ. cap. 1. §. 7.* Fundamentum, quare foeminarum olim obligationes legitimae fuerint etiam absque curatore, hoc adlegarunt; quoniam foemina *cambiando* exerceat genus mercaturae, *mercatrici* autem opus non eſſe auctoritate curatoris MARQVARDVS *lib. 1. c. 12. n. 7. 8.* MEVIVS *ad ius Lubec. lib. 1. tit. 10. art. 1. n.* 18. At unus fere CARPZOVIVS iuſto hic eſſe uidetur indulgentior. Ipſe enim *part. 2. conſt. 15. def.* 14. et in ſingulati opuſculo de *iuribus foeminarum poſit. 6. n. 6. 13. et part. 2. deciſ.* 19. omnino exiſtimat; *foeminam* mutuo obligari, quod is contractus *facilis* ſit neque ultra foemi-

Ne quidem in cambio.

Alii tamen obligant foeminam etiam in mutuo.

Digitized by Google

nae alicuius captum; quod non iactare ſuum foeminae ſoleant, plerumque ad auaritiam pronae; quod alias mulieri curator, qui ei inſtar beneficii, damno foret ac oneri, ſi illa in quocunque credito penderet a fide aliena et quae ſunt eiusmodi. Licet CARPZOVIVS ipſe agnoſcat, uſum forenſem in Saxonia ius feciſſe, ut foeminae ſolo mutui contractu obligentur, in ceteris autem non niſi adhibita curatoris ſui auctoritate. Idem uir illuſtris BERGER *in oeconom. lib.1. tit.4. n. 4.* Memorabile eſt commentum, quod POLMANNVS habet in *racemationib. ad l. 2. de R. I. p. 487.* his fere uerbis: *Curia noſtra olim foeminam non obligauit contrahentem, niſi cum auctoritate contraxerit ſui curatoris. Hos mores poſtea migrauimus. Quod frequentia in his regionibus commercia.* In *Brunſuicenſi* ducatu idem obtinet, ubi foeminae mutui contractu obſtringuntur inſtar Latii, etiam in cambio.

Num foeminae ILLVSTRES mutui contractu obligentur?

(mm) Eſt haec concors omnium opinio, quod foeminae *illuſtrium natalium* contrahere queant cum alibi, tum in MVTVO. Rationes ludant, quae ſequuntur.

Rationes fictitiae.

Scilicet quoniam illuſtribus foeminis ſemper a latere ſint *conſiliarii*, quibus uti queant in contractibus, ut adeo *curatore* non ſit opus; quoniam illuſtres foeminae ſuſtinere queant munera uirilia, inde nomina *Erb-Frau, Gerichts-Frau*; quoniam gentilitiae dignitati ruborem excutiat, fidem illius in dubium uocare et quae alia ſunt apud CARPZOVIVM *part. 2. conſt. 15. def. 9.* atque *part. 2. deciſ. 142. n. 4. 5. 6.* Verum enim uero cum ILLVSTRIVM nomine non intelligantur *foeminae nobiles*, ſed illae tantum, quae territoria habent cum *ſuperioritate* et *regalibus*, ut BERLICHIVS *part. 2. concl. 17. n. 80.* et ipſe Carpzouius definiunt: fruſtra fere ſunt argutiarum cauſae, quae etiam in foemina reperiuntur nobilis ac prouincialis praedii domina, *die ein Gut mit den Gerichten hat.*

Rationes GENVINAE.

Ego itaque iudicio hic utor *dn. praeſ.* qui ſaepius adfirmauit, ſe in *diplomatibus* medii aeui, in quibus foeminae principes ac nobiles contraxerunt, ne quidem unius meminiſſe, ubi foemina maiorennis, innupta, uidua conſenſus ſui curatoris uel ſemel fecerit mentionem. Vnde filum conſecutionis eſt hoc: *Germaniae inſtituta foeminam omnino obligare, contrahentem ſine ulla curatoris auctoritate.* Vt adeo foeminarum curatores iuri debeamus peregrino et forte anteiuſtinianeo, quod dictum *litt. kk.* Illud uero cum non obligauerit foeminas et perſonas illuſtres: in his remanſiſſe uidentur priſtini in patria iuris reliquias. Facile eſſet ad oſtendendum, quam peſſime cohaereant aeternae foeminarum curatelae cum patriae noſtrae inſtitutis in tutela et *curatela* materna; in *materna* in liberos poteſtate; in *communione* bonorum inter *coniuges*; in promotione foeminarum ad *dignitates*; in foeminae delata *iurisdictione*; in *mulierum* Germanicarum negotiatione et quaeſtu familiari. Sed de his *dn. praeſ.* ex inſtituto in *differentiis iurium mulieris apud Germanos.*

Num foemina mercatrix obligetur MVTVI contractu?

(nn) Etiam hic nullus iureconſultorum diſſenſus. Nam mercatura facit, ne quem adiuuent priuilegia *aetatis*, *filiationis*, *ſexus*, quod dictum ſuperius *diff. 7. litt. nn. oo.* Quod autem foemina mercatrix obligetur ex quouis et *mutui* haud dubie contractu, rationes reddunt, quas enumeramus. Scilicet quia foemina mercando *uiri* induat perſonam; quia damnum *ſua culpa* nemo uideatur ſentire; quia foeminae queant ſuo *beneficio renunciare* expreſſe, quidni et tacite exercendo mercaturam; quia mercatrici foeminae *onerosum* ualde, adligari ſemper in contrahendo ad nutum fidemque curatoris, cetera. Ita BERLICHIVS *part. 2. concl. 17. n. 92.* atque CARPZOVIVS *part. 2. conſt. 15. def. 16.* qui in eo etiam a MOLLERO *ad p. 1. conſt. 15. n. 79 80.* atque PISTORIBVS, Modeſtino *part. 1. q. 24. n. 23.* et Hartmanno *lib. 1. quaeſt. 4. n. 16.* differunt, quod etiam foeminae mercatrici conſtitutionem hypothecae in immobilibus largiuntur: in quo negotio ultimi curatoris deſiderant auctoritatem.

Quid in Cambio?

Ceterum foeminae mercatricis obligatio adeo certa fuit etiam in Saxonico iure, ut ipſe legislator ob eandem cauſam obligatam uoluerit *mulierem cambiantem*, quoniam illa, *cambiales litteras ſcribendo*, re ipſa faciat mercaturam. Quod conſecutionis uinculum poſtea tamen mutatum fuit conſtitutione nouiſſima. De qua ZIEPFEL *von Wechſel-Pr. ſect. 1. p. 33.* Illud etiam addunt Saxones, quod, cum ſaepe dubium ſit, quodnam negotium foeminam reddat mercatricem: penes iudicem eſſe debeat de eo decernere. Quicquid tamen de nomine litigari poſſit, ſatis eſt illud, quod in negotio, tituli licet et nominis nullius, in quo foemina uerſuram facere ſolet, *in Dingen, womit eine Hauß-Frau ihre Verkehrung zu haben pfleget*, necquicquam opus ſit auxilio alicuius curatoris. Vidimus Gallorum legem ſupra *litt. oo* Quam omnino in Germaniae quoque foris ob cauſas easdem adprobamus. Niſi forte in gratiam mulieris cambii rigorem formides, executionem paratam, carcerem, uincula debitoris cambialis.

Quid ſi mutui contractus ſit IVRATVS a foemina?

(oo) Ea de re acriter inter ſe digladiantur iureconſulti, praeſertim Saxonici. Alii foeminam, ſine curatore contrahentem, ne tum quidem obligari putant, quando contractum iurauerit. Addita cauſa, quod negotium ipſo iure nullum a iurisiurandi religione non accipiat firmamentum BERLICHIVS *concluſ. 17. n. 105.* ZANGER *de except. p. 3. cap. 11. n. 201.* Contra uero

CARPZO-

DIFF. XIII. CARPZOVIVS *de iure foemin. poſit. 3. n. 27. 28.* exiſtimat, foeminam tum non ex contractu obligari, ſed ex iureiurando, quod cum *perſonaliſſimum ſit*, heredem tamen illius non ita deuinciri. Ego putauerim, quamdiu lex non adſit, ne foemina huic beneficio nuncium mittat, conualeſcere A contractum. Partim, quod foeminarum obligatio alias iuri naturali et Romano ſit conformis, adeoque curatores foeminarum ad leges pertineant derogatorias: deinde ſaepius etiam intereſſe foeminarum, ne a ſuo curatore in mutui contractu interpellentur. DIFF. XIV.

DIFFERENTIA XIV.

Num mutui contractu obligetur CIVITAS?

MVTVVM ciuitatis in LL. RR. In LL. GG. ciuitatum a) imperialium, b) municipalium, c) ſingulorum ciuium.

ROmana iura CIVITATEM MVTVI contractu non obligant, niſi uerſio probetur in rempublicam a creditore (pp): aliter paulo inſtituta Germanorum. Nam IMPERIALES CIVITATES ſunt formulae uel ARISTOCRATICAE, quam mutui contractu obligare poſſunt proceres aut ſenatus (qq), uel DEMOCRATICAE, quam ita ſolet deuincire populus tantum per tribunos, ſyndicum, magiſtratum (rr). In MVNICIPALIBVS autem neque ita creditor erit ſecurus, niſi conſenſerit contractui dominus aut princeps (ss). Quid uero ſinguli forte ciues, ſi non ciuitatis, ſed ſua obligent bona? Haud dubie haec erunt in eorundem arbitratu (tt).

Qui LL. RR. MVTVI contractu obligari nequiuerit CIVITAS?

(pp) Clare rem definit Vlpianus in *l. 27. ff. de reb. cred.* Cuius uerba ſunt haec: *CIVITAS * mutui datione obligari poteſt, ſi ad * utilitatem eius pecuniae uerſae ſunt. Alioquin ipſi SOLI, qui contraxerunt, non ciuitas tenebuntur.* De limitibus huius legis admodum diſputant controuertuntque interpretes. Putant enim, ſi POPVLVS *ciuitatis* contrahendi mutui formula ac mandato inſtruxerit *conſules, ſenatores, ſyndicum, tribunum, procuratorem* alium, uel ſi debitum contractum in facie et *conſpectu publico* ciuium neque ullus negotio contradixerit, uel etiam, ſi poſt agnouerit uniuerſus populus debitum, ſoluendo uſuras; tum omnino obligari ciuitatem, necquicquam uero adminiſtratores, uel illos, qui praeſentes contraxerint. Ita non ſolum ueterani doctores *Bartolus, Baldus, Salicetus, Iaſon* alii; ſed etiam *Zaſius, Brunnemannus*, b. m. *Strykius*. Quid? quod etiam idem doceant BERLICHIVS *part. 3. deciſ. 302.* *Hartm.* PISTORIS *qu. 37. n. 51.* KLOCKIVS *uol. 2. conſ. 54.* MENOCHIVS *conſ. 432.* MEVIVS *part. 3. dec. 229.* CARPZOVIVS *part. 2. conſt. 6. def. 21.* et quaeſo! qui non? Verum enim uero cum mutui contractus, nomine *ciuitatis* factus, penes illum ſit, qui ius habet imponendi ciuibus tributa et indicendi collectas; hoc uero inter ſacra tum fuerit principis tantum Romani: non putauerim, legem hanc alio inſtituto euitari potuiſſe a ciuitate, mutuum contrahente, quam ſi imperator credito conſenſit habuitque illud ratum. Addo, quod lex de mutuo loquatur uniuerſim, fruſtra etiam eſſe illos, qui definiunt eam ſola pecunia. Cum haud dubie obligatio ciuitatis hic reſpiciatur in omni genere rerum *fungibilium*, unde paria ciuitati damna adferri poſſunt, ſi in illis mutuum temere cotrahatur.

Qui imperiales CIVITATES mutui contractu obligentur? a) ARISTOCRATICAE.

B (qq) Eos in Germanico imperio auctus ſumpſerunt *imperiales ciuitates*, ut maieſtatis analoga iura habeant, id eſt, uocabulo in patria nato, *ſuperioritatem territorialem*, Latii urbibus omnino ignoratam. Quemadmodum uero ius *collectandi* imperialibus ciuitatibus nemo in dubium uocat: ita clarum eſt, dandum quoque iisdem eſſe hoc, ut *mutuo* accipiant C obligenturque. Illud autem eſt, quod propoſitam quaeſtionem nihilominus facit ambiguam, quoniam aliae atque aliae ciuitates alias etiam atque alias formas habent: ut adeo ſcire oporteat, penes quem ſumma rerum ſit, ſiquidem in hoc uel illo loco, quis *mutuo* obligare queat ciuitatem, debeat definiri. Principio de claſſe earum dicemus, quae formae ſunt *ariſtocraticae*: poſt ad *democraticas* quoque deuenturi. Vbi autem forma eſt *incerta,* D *irregularis, obſcura, litigioſa*: ibi etiam ſententiae de obligatione ex mutuo non poſſunt eſſe mineruae felicioris. Scilicet, ubi ſumma rerum in ciuitate penes proceres et *ſenatum*: ibi huius etiam eſt, mutui *contractu* uniuerſam deuincire ciuitatem. Neque tum ſine quodam ſtatus aut ſacrilegii crimine creditor a *populo* urgeri poteſt, ut probet crediti *uerſionem*. Licet enim pecunia, mutuo data, in alios uſus, quam reipublicae conducit, a pro- E ceribus ſit effuſa: hoc tamen liberare nequit ciuitatem ab obligatione. Si quid enim damni patitur ciuitas, formam reipublicae ſuae accuſet, aut, ſi fas eſt, urgeat proceres de rationibus, uel ipſa uel mandato iuſſuque utatur imperatoris. Firmat, quae dixi, uſus Germaniae publicus ac forenſis. Nam teſtantur medii aeui chirographa, quae in ariſtocraticis ciuitatibus, crediti cauſa, nomine facta ſunt CONSVLVM et SENATORVM, nulla mentione facta *populi*

DIFF. XIV.

puli aut *ciuium* reliquorum, quoniam ultimis in hoc etiam genere negotii relicta eſt obſcquii gloria neque illi in aliqua imperii ſocietate. Hac uirgula aeſtimarem meo iudicio, ex lumine medii acui formato, aliqus ciuitates nominatim, niſi res eſſet plena periculi et liuoris.

***b) DEMOCRATICAE** ciuitates imperiales, qui ex mutuo obligentur?*

(rr) Succedunt ciuitates imperii formulae DEMOCRATICAE. In his certe ſumma rerum eſt penes populum, rerum ſola adminiſtratione relicta ſenatui. Quae a rerum dominio prorſus differt. Cum itaque populus inſtituerit aerarium eique adſignauerit reditus ad ferendos publicos ſumtus: inde filum conſecutionis ſatis eſt firmum ad iuris municipalis axiomata. Quod ſenatus et quaeſtores publici aerarii *adminiſtratores* ſint, non *domini*: quod *populus*, ſi quidem cauſae ac ſuſpiciones ſint, obligare illos iure poſſit ad *reddendum rationes*: quod factum et *nomina adminiſtratorum* non ſint factum *populi*, quem illi neque in mutui contractu poſſunt obligare, cetera. Si itaque eius generis ciuitas imperialis praeſertim in mutui contractu obligari debet, non conſulum aut ſenatorum calculi ſufficiunt: ſed populi ſuffragia requiruntur, quae ille aperire poteſt uel per tribunos, *die Altmænner, Zunfftmeiſter, Viertelsmeiſter, Oberalten, Gilden, Gildmeiſter, Sechszehener Achtziger*, uel per ſyndicum, uel etiam alium mandatarium, imo ipſum etiam ſenatum, ſi quidem huic dederit ad contrahendum mutuum ſingulare mandatum. Qui igitur iureconſulti, in ciuitatibus aliarum formularum, meo iudicio falſi ſunt, illi tamen in noſtri generis ciuitatibus recte ſe habent, quando ſcribunt: obligari poſſe ex mutuo ciuitatem I. ſi *omnes* conuocati ciues (*): II. ſi ciues conſtituant *actorem* isque contractui det nomen (**): III. ſi ciuitatem in tali negotio repraeſentent *tribuni* (***): IV. ſi ciues hoc in mandatis dent ſenatui, *quaeſtoribus, ſyndico*, alii forte ex *officialibus* (†): V. ſi cauſa mutui talis ſit, quae uerſetur intra limites poteſtatis factae ſenatui uel adminiſtratoribus aerarii (††): quod tum uero ceſſat in negotio aduerſus mentem, finem, ſalutem populi ſuſcepto (†*): VI. accedit, ſi ciues, quod ab initio nullum fuerat, poſt habeant ratum (*†): VII. ſi ſciuerit contractum ciuitas neque tamen ei contradixerit (†*†) et quae alia eiusmodi. In qua doctrina ſunt BRVNNEMANNVS *ad l. ciuitas 27. ff. de reb. credit.* Paul BVSIVS *ad l. 27 ff. eod.* b. m. STRYKIVS *lib. 12 V. M. tit. 1. §. 27. 28. 29.* Caue itaque, ſubſcribas his iureconſultorum reſponſis, in *mutuo* aliarum ciuitatum praeter *democraticas* easque *imperiales*. Nam de prouincialibus erit mox dicendi locus ſingularis. Teſtantur hoc formulae in mutui contractu *democraticarum ciuitatum*, ubi nomina reperiuntur: *ſenatus et populi, des Raths, Zunfftmeiſter, wie auch der Gemeinheit oder Gemeinde, Gemeinds Meiſter, Ausſchuß, Viertels-Meiſter, deß æuſſeren Raths, deß groſſen Raths, der Gilde.* Imo ne *conſules* repraeſentare uiderentur populum et ciues uniuerſos, caute

(*) Conſilio COLERI *in proceſſ. executiu part.* 2 *c. 3. n.* 336. qoi hunc ſibi proponit finem, ut tum ex eius generis chirographo urbano agi poſſit executiue.

(**) Suaſore MANTICA *lib. 8. de tacit conu. tit.* 13 *n.* 1. STRVVIO *exercit* 16. *th.* 18. ut tamen actorium eius generis mandatarius habeat, ciuium eorumque antiſtitum nominibus ac ſigillis inſigoe.

(***) Rectum iudicium eſt eorum, qui in pleriſque Germaniae ciuitatibus non conſules et ſenatus, ſed his demum iunctos tribunos, aiunt, repraeſentare ciuitatem *die Gemeinds-Meiſter, die entweder noch denen Handwercks-Innungen oder Kirchſpielen oder andern Abtheilungen, Gilden und Vierteln der Stads erwehlet werden.* In quo numero Harm. PISTORIS *lib. 1. quaeſt. 37. n. 5.* RICHTER *deciſ.* 71. CARPZOVIUS *part. 2. c. 6. def.* 13. 18. Caue tamen, uel hiſce fidem habeas, niſi et ipſi rurſus conſuluerint populum eiusque prae ſe ferant ſuffragia. Iode enim alicubi tribuni dicuntur: *Sprecher oder Worthalter*, ut *os populi*, noo *mens et animus* eſſe uideantur.

(†) Ita intelligendus eſt GAILIVS *de arreſt. c.* 9. *n.* 6. PINELLVS *ad l. 2. C. de reſc. uend. part. 2. c. 4. n* 69. Necquicqoam uero, ut alii haec accipiunt, quaſi horum munerum et ſyndici inprioiis ratio ſit inſtar mandati ſingularis ad motuum contrahendum. Quid enim rei iudiciariae com contractu ciuitatis?

(††) Hic iuſto largior mihi uidetur ZASIVS *ad l 27. ff ſi certum pet. n. 7. p* 338. euius uerba ſunt: *intelligas hoc de illis, qui moderantur* LOCVLOS *publicos ciuitatis, ut ſunt* theſaurarii, ſyndici, quaeſtores *et ſimiles: non autem de illis qui, adminiſtrant mores et iudicia, uti* praeſides, praetores, *ſenatus.* Verum addit tamen: *Lubricum propterea eſt contrahere in huiusmodi caſibus cum officiariis ciuitatis. Pergit nihilominus: Verſio probabitur, ſicut mos eſt in noſtra* Germania, *quod* Burgimagiſter *et conſiliarii et ipſi contrahunt et inſcribunt in cautiones uerſam eſſe pecuniam in rem et utilitatem ciuitatis.* Quorſum etiam inclinare uidetur MEICHSNER. *tom. 4. can. deciſ. 22. n. 116.*

(†*) Recte ac prouide agunt, qoi ita reſtringunt etiam facultatem officialium ciuitatis, prolatam licet ad contractus ineundum CARPZOVIVS *part. 2. conſt. 6. def.* 18. *n* 6. MEVIVS *part. 1. deciſ.* 202 *part. 3. dec.* 229 RAVCHBAR. *part. 2. quaeſt.* 1. *n.* 9.

(*†) Baldi auctoritate hic utitur STRVVIVS *exercit.* 16. §. 18. idem CAVALCANVS *part. 1. deciſ. 46. n* 88. Credendum autem populum ratum habuiſſe mutuum, ſi conſenſerit ſolutioni annuarum uſurarum, MEVIVS ſentit ad ius Lub *lib. 1. tit. 1. in addit.*

(†*†) Tacito ſcilicet conſenſui hoc tribuunt, ſed fruſtra. Non ſolum quoniam in iuribus oneroſis roquiritur conſenſos expreſſus, quod b. m. STRYKIVS habet *lib. 12. V. M. tit.* 1. §. 28. ſed etiam ex pluribus cauſis aliis, utpote, quoniam plurimum ſit, quod uulgi ſermone dicitur, res omnis, res nullius; quoniam unius ciuis non eſt, ſine periculo famae ac uitae reliquos coouocare aut conuocatis iisdem, facta ſenatus libere notare ſua cenſura. Non igitur conſenſus ergo tacet, cui os obdurant pericula, inſidiae, liuor, cetera a potentibus metuenda.

Digitized by Google

DIFF. XIV.

caute alicubi etiam *adpellatio* conſulis in uernacula ſingularis ac inſolens fuit electa, ne ille audiret *Bürge-meiſter*, *Stætte meiſter*, quaſi ciuium antiſtes uniuerſorum; ſed tantum *Raths-meſter*, ſiue antiſtes ſolius ſenatus: cui nempe opponi queant ciuium antiſtites *die Gemeinds-meiſter:* neque ſenatores a rerum urbanarum dominiis nominarentur *Raths-Herrn*, ſed leniori uerbo *Raths-Verwandte*, *Raths-Mænner*, *Raths-Glieder*, cetera (*). In quo ultimo exemplum inſigne eſſe poteſt *formula curialis* in urbe, in qua haec ſcribimus.

Improba notatur doctrina Lehmanni.

Haec cum uerisſima ſint exemplisque doceri posſint, praeſertim fide documentorum reipublicae olim Hamburgenſis, de qua *Trazigeriana* plura *mſcta* uidi in ſupellectili *dn. praeſ.* non posſum non notare commentum LEHMANNI *lib. 4. chron. Spir. c. 13.* qui in ciuitatibus imperialibus *conſulum* et *ſenatorum* auctoritatem eandem eſſe dicit in ciues, quae maieſtas *principis* ſit in ſubditos. Quod mihi uidetur alienisſimum a ueritate in urbibus *imperialibus democraticis*. Quarum plures ſunt in Germanico imperio. Nam in municipalibus ſenatus ordinarie ne quidem iurisdictionem, multo minus alia regalia habet. Quod etiam uerum fuit in multis ciuitatibus imperialibus, quarum praetor fuit imperialis, *der Reichs Schultz*, *Reichs-Burggrav*, *Reichs-Vogt*. Haec et alia ſuperioritatis iura largitorem habent imperatorem, a quo ciuitates regalia acceperunt, plurimum pro pecunia numerata. Hanc autem uti contribuerunt ciues: ita aequum eſt, ut commoda etiam redundent in *omnes*, penes quos fuerunt onera. Quapropter tum *ſenatores* non *domini* reipublicae ſunt, inſtar *principum Statt-Fürſten*, calamo Lehmanni, uerum *adminiſtri* et officiales. Atque haec de *urbibus* imperii *democraticis:* quo cum nihil commune habent *ariſtocraticae* in notula proxima deſcriptae, quae aliud omnino iudicium merentur.

Ciuitates prouinciales qui ex mutuo obligentur?

(ss) Aliam certe ſententiam non ferunt municipalium ciuitatum apud nos rationes. Quamuis enim *ſuperiori* inprimis ſeculo id ſibi ſumpſerint *plures ciuitates* municipales, ut acciperent ab aliis etiam extraneis mercatoribus aliisque hominibus pecunioſis *mutuum* idque uel publicae calamitatis ergo, uel propter ingentis lucri ex commerciis incertam ſpem, uel etiam cupiditate adminiſtratorum publici aerarii, ut illud eo audacius posſent ſpoliare ac diteſcere ex alieno: pleraeque tamen ſefellerunt poſtea ſuam fidem, ad quam ſoluendam ne quidem ciuium bona priuata omnia ſatis fuerunt, cum reſpondere necquicquam posſent aeris alieni ſummae ac moli. Facto itaque tot creditorum concurſu, ciues nominum, reipublicae cauſa datorum, noluerunt eſſe participes. Alii enim a creditoribus probationem *uerſionis* in rem urſerunt: alii negarunt, factum et *obligationem magiſtratu* tangere ciuitatem, quae illi nunquam ſubſcripſiſſet, aut habuiſſet illud poſtea ratum. In tantis litigiis acceſſit demum interuentor *princeps*. Protulit enim aduocatus fiſci: ciuitatem neque *ſenatus* neque *ciuium* facultate conſenſuque obaerari potuiſſe creditoribus, cum utrique *ſubditi* ſint ſub dominioque principis. Nodum itaque gordium uno principis uerbo et ictu diſſolui: *rempublicam obligari non poſſe, niſi cum* principis *conſenſu.* Ex ſingulari tamen principis gratia fieri, ut credita, praeſertim illa, quae uerſa ſint in utilitatem reipublicae ex reditibus ciuitatis, quantum fieri posſit, non quantum debetur, ſingulis annis, debitori cuilibet, quem princeps nominauerit, ſoluantur. Ne tamen porro ita delinqui poſſet a ciuitate: lex lata de *mutuo ciuitatis* ſigillatim (**). Cuius ſumma eſt: *ne mutuum a ciuitate contractum obliget eam, niſi princeps illud habuerit ratum.* Neque haec deciſio aliquid habet duritiae et acerbitatis, cum alias non ſolum reſpublica patiatur, ſed etiam princeps ipſe, cui ita obaerata ciuitas nequit, uti debet, prodeſſe deinceps. Recte itaque in *municipalis ciuitatis mutuo* requirit *permiſſum principalem* Renat. CHOPPINVS (†), cui etiam ſuum addit

(*) Pertinet huc inſignis hiſtoria apud KOENIGSHOFFIVM *cap. 11. chron. Alſ. p. 224.* Scilicet legatus Argentoratenſis uenit ad imperatorem Henricum VII. atque in oratione, quam habuit, ſemel ac iterum mentionem *Seiner Herrn* fecit, hoc nomine adpellando conſulem et ſenatum. Offendit *domini* uerbum Caeſarem. Oratorem his igitur uerbis interpellauit: *tu uero quid* DOMINOS *crepas Argentoratenſes*, CIVES *et tribunos noui. Os ergo cohibe et abſtine a uerbo Argentoratenſium* DOMINORVM.

(**) Exſcribo legem noſtro inſtituto omnino congruam. Eſt autem *in der Magdeburg Policey-Ordnung cap. 49. §. 22.* quae ſequitur: *Es ſollen weder pia loca noch Stætte ohne unſere ausdrückliche Bewilligung Geld auf Zinſe zu entlehnen befugt ſeyn. Da aber ſolches vor* publicirung *dieſer Ordnung geſchehen, ſoll beyden Læcinitas ff. d. R. C. zu ſtatten kommen. Daß die Zahlung wider ſie nicht ehender erkannt, biß die Glæubiger beygebracht, daß das Anlehen zu deren Nutzen verwendet worden. Ob gleich bey denen Stifftern das Capitel oder Conuentualen und bey Stætten die Gemeinheits-Meiſter ihr Vollwort zum Anlehen gegeben. Es wære denn, daß der meiſte Theil der Burgerſchafft das Anlehen zu gemeiner Stadt Nutzen gewilliget hætte.* Ita ann. 1688. prouide eſt conſtitutum: quid in mutuo ciuitatis cum olim contracto, tum poſt contrahendo opus eſſe uideatur. In primo certe etiam illud uelle uidetur conſtitutio, ut ciuitas ultra reditus tamen ordinarios urgeri nequeat, *auſſer gemeinen Statt-Gütern und Einkünfften*, adeoque nouae indici non posſint collectae. Partim quoniam ciues credendi ſunt, non ultra ſe obligare uoluisſe, partim quoniam collectas cogere, ſolius eſt in ciuitate principis ac domini territorialis.

(†) *In lib. 3. de mor. Pariſ. tit. 2. n. 16. p. 466. 467.* Merentur eius uerba legi, quae ſummatim haec ſunt:

DIFFER. XV.

calculum MORNACIVS *in comment. ad l. 27. ff. de R. C.* Hoc lumen affundi debet ipſi etiam SCHILTERO, qui in *exerc. 22. §. 53.* largitur quidem, non dediſſe id Romanos municipiis, ut rempublicam aere onerarent: ſed tamen aliud iudicium habet de ciuitatibus Germanicis. Verus eſt, ſi imperiales intelligit, alienus autem a nobis, ſi idem iuris dat prouincialibus. Id tamen negamus haudquaquam fieri poſſe, ut princeps etiam priuilegio hoc tribuat ciuitati (††) prouinciali, ut uel *ſenatus*, uel *populus* recte contrahat mutuum ciuitatis, quod BRYNNEMANNVS *in conſilio 90.* ualde memorabili habet de *Treptouia* Pomeranorum. Sed tamen temere hoc credi non debet. Addo, ſi ciuitas iam porro a principe protegi non poteſt, ut adeo opus ei ſit, mutui contractu ruinam auertere ciuitatis, quam cauſam reſpondit LYNCKER *reſp. 1.* quod prouidum ac doctum eſt. Tum enim populus utitur *uoluntate praeſumta*, quod ille malit obaeratam, quam nullam habere ciuitatem. In aliis autem euentis, ubi principis copiam habere poſſunt ciues: ibi illos non puto obligare poſſe ciuitatem mutui contractu.

Inter mutuum CIVITATIS atque CIVIVM differentiae.

(††) Duo haec ſaepius confunduntur, quae ſunt admodum diuerſa. Scilicet ſi MVTVO recte contraxit ciuitas, tum haud dubie illa tenetur creditoribus ſoluere *principio* EX REDITIBVS ordinariis: *deinde*, his credito non reſpondentibus, COLLECTA poteſt indici extra ordinem tanta quidem, quae datis nominibus ſufficit: *tum* alienari ciuitatis PATRIMONIVM. Atque hic demum eſt ſubſiſtendum. Cum enim eius generis creditor obligatam habeat tantum ciuitatem, non ciuium bona priuata: inde ad haec deuenire non licet, ſed ſufficit, quantum poteſt, facere ciuitatem. Inde

A nullum in BONA ciuium priuata ius eſt creditori: locus nullus REPRESSALIIS: ciui necquicquam opus miſerabilium debitorum ASYLIS: neque ſinguli prohiberi poſſunt iure EMIGRANDI, ſi onera ſoluerint *detractus* ordinaria *der nachſteuer*, cetera, ut bene docuit *Henning.* GODEN *in conſ. 34.* uniuerſo. Verum enimuero rationes ex aduerſo ſunt (*), ſi *ciues ſe ſtaque* obſtrinxerint, uel praeter ciuitatem uel
B poſt illam formula forte hac: *Es ſollen nicht nur die Einkünfften der Stadt, ſamt deroſelben Hab und Güter für das vorgeſetzte Anleben hafften: ſondern es verbindet ſich auch die Bürgerſchafft ſamt und ſonders mit dem Ihrigen für ſothane Schuld iederzeit zu ſtehen.* Quamuis igitur nefas ſit, ſine principis conſenſu, in primo genere obligare ciuitatem, quoniam *reditus* urbani, deſtinati ad uſus et commoda illius, quibus illi de-
C trahi in aliumque ſtatum uerti non poſſunt: deinde *patrimonium* ciuitatis plerumque parem cum principis domanio habet indolem, ut nequeat alienari: poſt *collectandi* iura ſolius ſunt principis: tamen in *altero genere* contractus mutui, ſi ciues creditoribus ſua obligent bona, quorum arbitri ſunt, non facile habebit, quod princeps deſideret urgeatque ſuum conſenſum. Neque inſolentiae quid habet, *daß ſich eine*
D *Landſchaft, Ritterſchaft, Gewerckſchaft, Kaufmanſchaft oder andere Innung für eine Poſt insgemein nach dem einkommen der Zunffi oder auch eines iedweden beſonderem Vermægen verſchreibe.* In quo etiam genere ratio fuerat foederis Hanſeatici, initi a prouincialibus non minus ciuitatibus, nullo requiſito principis conſenſu. Illud uero quando fit, heredes ciuium obligatorum obſtricti manent: non aduenae, aut illi, qui ius ciuitatis poſtea conſequuntur.

DIFF. XV.

DIFFERENTIA XV.

Qui mutui contractu obligentur ſacra collegia?

De mutuo principum epiſcoporum et praelatorum.

IVre communi mutui contractu ECCLESIAM obligant ex facto epiſcopi, uel antiſtitis, ſi huic acceſſerit ſacri collegii ſiue CAPITVLI auctoritas et conſenſus (uu): in Germania noſtra EPISCOPATVVM collegiorumque ſacrorum generis alius rationes ab aliis regnis multum ſunt diuerſae (xx). Vt mirum non ſit, urgeri hic praeterea ab aliis conſenſum IMPERATORIS (yy); PONTIFICIS maximi (zz); PATRONORVM (aa); ordinum praecipue PROVINCIALIVM (bb).

Praeſertim in Germania.

(uu) Ita

ſunt: *Reſpublica annui reditus conſtitutione non obligatur niſi principalis permiſſa. Decretum tale Pariſiis factum 1416. Idem decretum dedit Hiſpaniae rex quibusdam ciuitatibus Belgii*, Nic. Euerhardo *reſp. 150. Abſoluit in mutuo Pariſienſem ciuitatem Carolus nonus* 1569. cetera. Licet Choppinus potiſſimum reſpiciat ad *annuos reditus* eosque *redimibiles* necquicquam contrahendos a ciuitate ſine principis conſenſu.

(††) Aut ciuitatem ſibi hoc reſeruare. Exemplo eſſe poteſt *Vltraiectum.* Mutui enim contra-E ctu illa ciuitas ſe obligauit auctoritate ciuium non epiſcopi. Formulam recitat *Ant.* MATTHAEI *lib. 2. de nobilit. c. 12. p. 265.*

(*) Atque de hoc genere obligationis intelligendus eſt *Paul.* BVSIVS ad *l. 27. ff. de reb. cred.* ubi ait: *Moribus obtinet in Germaniae liberis ciuitatibus. Cuiusmodi plura inſtrumenta uidimus reipublicae* Groeninganae et Campenſis. *Quae ius arreſtorum contra ſingulos ciues admittebant et arreſta etiam uidimus decerni.*

DIFF. XV.

Mutuo num contrahat eccleſia facto epiſcopi et capituli?

(uu) Ita edicitur in NOVELLA *120. cap.* A *6. §. 3. Si uero quis aut* EPISCOPO, *aut* OECONOMO (eadem enim ſacrorum collegiorum ſummi, medii, infimi generis ratio) *aut* ORDINATORI *pecunias credidit, iubemus, neque eis hoc reputari pro uenerabili domo. Niſi oſtenderint, quod uerſae in utilitatem domus. Alias habebunt tantum actiones aduerſus mutuum accipientem.* Idem reperitur in *authent. hoc ius porrectum C. de SS. eccleſ.* Verum contra ſe res habet, B *ſi maior pars capituli et abbatis licentia acceſſerit; tenetur enim ipſe* tum *conuentus pro his reſpondere*, uti habetur in *cap. pen. X. de fideiuſſion.* Imo etiam ita obligatur *ſucceſſor praelatus, inſtar filii ac heredis paterni*, quod dicitur in *cap. 1. X. de ſolution.* Et, quod magis eſt, ſi eccleſiae reditus non ſuffecerint, poteſt ideo illa cogi ad uendendum *bona*, etiam immobilia, quod auctoritate *Bartoli*, *Decii*, de *Butrio*, *So-* C *cini*, *Imolae*, *a Caſtro* ſtatuunt tuenturque *Rol. a* VALLE *lib. 1. conſ. 41. n. 36.* PINELLVS *ad l. 2. C. de reſcind. n. 69. Iac.* MENOCHIVS *de arbitrar. iudic. quaeſt. caſu 432. n. 13. Andr.* FACHINAEVS *lib. 2. cap. 77.* Quorum ſententiis calculum noſtrum damus quamuis alii contendant ex aduerſo: quia bona eccleſiae *immobilia* non poſſent ideo alienari et quae alia ſunt apud BARBOSAM *ad cap. 4. X. de fideiuſſior.* MO- D LIN. *tom. 2. de iuſtit. diſp. 300.* GIBALLINVM *lib. 1. de uſur. c. 3. art. 2. n. 5.*

Diſcrimina epiſcoporum Germaniae et aliorum regnorum.

(xx) Loquor de plerisque et praecipue maioris ordinis *principatibus ſacris*, ſiue *archiepiſcopis* pareant, ſiue *epiſcopis*, ſiue *abbatibus*, ſiue etiam *praepoſitis*. Principio enim in aliis regnis illi tantummodo agunt rerum ſacrarum *antiſtites*: in Germania autem noſtra *dominos* ac *principes* inſignium territoriorum. *Illis* regalia iura nulla E ſunt: quae tamen ipſo uſu habent exercentque *noſtrates*. *Illorum* tractus ex laciniis paruis concreuerunt eleemoſynarum, quas dederunt homines priuati: *ſacri* autem in Germania *principatus* largitores habent Caeſares ultra modum profuſos. *Illi* finem habent ſacri muneris: *noſtris* autem ineſſe debet potentia ac robur pace belloque. *Illis* uiuere ſufficit: noſtrae autem reipublicae intereſt, ut *no-* F *ſtrates* uiuant cum elegantia et adparatu. *Illis* igitur forte improbum: adfectare pompam et magnificentiam: quae utraque *noſtrates* decet, inſtar Auguſti, qui idem et Caeſaris perſonam egit et pontificis et quae utriusque diſcrimina ſunt generis eiusdem.

Pro CAESARIS conſenſu in mutuo ſacri principatus.

(yy) Caeſarum hic plurima ſunt iura. *Principio* illi ſunt conditores, effectores et patroni epiſcopatuum. Nefas igitur G eſſe uidetur, bona diuinis et principalibus uſibus conſecrata, ſine conſenſu Caeſareo, aere alieno adficere et onerare. *Deinde* principes ſacri Caeſaribus addicti ſunt nexu clientelari. Qui pariter uult, ut debitum nullum ſit feudale, niſi conſenſu accepto domini directi. *Porro* neque illa Caeſaris in eccleſias Germaniae noſtrae uogteia ſiue aduocatia patitur, ut illarum patrimonia, ſine illius conſenſu, obaerentur. *Accedit*, quod ideo plurima medii aeui ſuperſint diplomata Caeſaris, quibus ipſe aeris alieni obligationes eccleſiarumque chirographa confirmauit, uel etiam deleuit illa ſuſtulitque: quoniam a ſola *praelatorum* et *capituli* auctoritate prouenerant, nullo Caeſaris requiſito conſenſu. His illuſtrari et adaugeri poſſunt, quae habent pro Caeſare in hac cauſa doctores ZASIVS *part. 5. feud. n. 49.* SCHRADERVS *part. 4. c. 2. n. 24.* GYLMANNVS *lib. 4. ſymphorem. part. 1. n. 90.* ROSENTHAL. *cap. 4. concluſ. 19.* L. B. *de* LYNCKER *reſponſ. 2. n. 77. ſqq.*

DIFFER. XV.

De conſenſu PAPAE in mutuo Germaniae epiſcoporum.

(zz) Non neſcio, ita *uniuerſim* doceri, quod eccleſiae *aere alieno* nequeant adfici, eo quidem modo, ut opus ſit ad eius ſolutionem, rei alicuius alienatione, niſi in mutui contractu acceſſerit auctoritas *pontificis Romani*. Quoniam ipſe dominus ſit et arbiter omnium Chriſtiani orbis ſacrorum patrimoniorum, quae ceteri praelati Chriſti et pontificis nomine tantum adminiſtrent. In quo dogmate ita ſunt licentioſi, ut, qui hoc neget, illum matriculae inſcribant illorum, qui ſuſpecti ſunt de haereſi. *Deinde* in principum Germaniae tabulariis omni fere aeuo exempla reperi illorum, qui in rebus eccleſiae alienandis, oppignorandis, aere onerandis alieno *pontificiales bullas* requiſiuerunt et conſecuti ſunt. *Praeterea* ipſe *L. B. de* LYNKER *in reſponſo 3. n. 84.* Germaniae epiſcopos eodem uinculo conſtringit erga *pontificem Romanum*. Verum enimuero abſit, ut Germani idem illi largiamur. Nam *principio* Germaniae epiſcopi papam uenerantur in *dogmatibus*, necquicquam uero in *bonis* et territoriis eorumque dominio ac uſu. Vbi illis res eſt cum Caeſare, imperio, ordinibus ſuae prouinciae. *Deinde*, niſi hoc daremus eccleſiarum Germanicarum libertati, pacificationes irritae eſſent, initae de reſecrationibus bonorum eccleſiaſticorum, papa contradicente ac reclamante. *Porro* dogmata paraſitorum curiae Romanae etiam improbare ac refellere ſolent theologi et iureconſulti pontificiales. *Praeterea*, quae alii ſuperſtitione et quadam religionis nimietate fecerunt, illa rectius ſentientibus nullum adferunt praeiudicium. Aliud forte dicendum, ſi alicubi hoc papae datum ſit pacto ſingulari eoque legitimo. Id enim uerum eſt alias, quod Germaniae imperator ac ordines proſcripſerint illos publica lege, qui in rebus territorii prouocare auſi fuerint ad curiam Romanam.

De conſenſu PATRONORVM in mutuo eccleſiae.

(aa) Cum enim PATRONVS non ſolum effecerit, condiderit, dotaueritque eccleſiam;

Digitized by Google

am; ſed etiam hunc ſibi tum propoſuerit finem, ut illa, quae ſemel piis uſibus deſtinata ſunt, etiam illis remanerent: inde facile eſt ad intelligendum, quod patronis inuitis, mutuum adficere nequeat bona eccleſiae. Praeſertim, quoniam praeterea etiam obligatur patronus, eccleſiae paupertatem cauere ac ſubleuare. Vbi igitur *epiſcopatus* ſunt prouinciales, *landſæſſige Stifter*, ibi *principis* conſenſu opus eſt territorialis. Exempla habes in epiſcopatibus prouincialibus, *den Landſaſſigen Biſchthumen* VIENNENSI, LAVANTINO, GVKCENSI, qui Auſtriae archiducem in aliisque, qui regem Bohemiae dominum habent in Sileſia, Morauia, Bohemiaque. Et, quod magis eſt, ipſis etiam *landſasſiis patronis* ex prouinciali nobilitate hoc datur, ne ſine eorundem conſenſu, eccleſiae contrahant debita idque curatoribus parochialibus relinquatur. Conſiſtorii autem conſenſus tum demum eſſe uidetur neceſſarius, ſi princeps in patrocinii eccleſiaſtici ſit ſocietate, aut in *debito* ſuſpectum ſit patroni iudicium. Ad quam regulam exigo illa, quae habet *b.m.* STRYKIVS *in cautel.contr. ſect. 2, c. 1. §. 13. p. 128.*

Qui in mutuo ſacrorum

(bb) Diplomata inſignia admodum exhibet in hoc argumento *Ant.* MATTHAEI *de nobilit. lib. 1. c. 12. p. 260. 261. 262.* Vbi exemplum epiſcopi Vltraiectini occurrit, qui mutuo obligare non potuit ſacrum principatum, niſi cum ordinum prouincialium conſenſu. Nam ordinum prouincialium hic auctoritas cauſas habere poteſt multiplices. *Principio* ſi praeſulatus eorundem largitionibus eſt conſtitutus, ubi inſtar ſunt patronorum habendi, ſine quorum conſenſu mutuo ille nequit deuinciri: *deinde* quando archipraeſules comitatus aut principatus uniuerſos acquiſiuerunt, tum quidem in loca iuraque ſucceſſere principum et comitum anteceſſorum, quorum formula regnandi in Germanico imperio id plerumq; uult, ut in obligando territorio ſimul ordinum prouincialium requiratur conſenſus; *poſt* etiam plures imperiales uaſalli ea ſe lege ſubmiſerunt ſacris antiſtitibus, ne in rebus maioris momenti, qualis haud dubie eſt mutuum reipublicae, aliquid agerent, niſi ordinum adhibita auctoritate: *taceo*, iuris axioma eſſe certiſſimum, quod mutuo obligare nequeat rempublicam, qui iure deſtituitur, ſuo arbitratu imperandi tributa et collectas. Sed uero ultimum qui poſſit, uix inter ſacros imperii noſtri antiſtites unus uel alter ſolet reperiri.

PROOEM. principatuum conſenſu opus ſit ordinum prouincialium?

OPVSCVLVM V.

DIFFERENTIAE IVRIS ROMANI ET GERMANICI IN DIGNITATE VXORIS,

Vom Kunckel-Adel,

Die IX. Iulii CIↃ IↃCC XVIII.

PROOEMIVM.

SI iurium *Romani et Germanici* confuſio ac perturbatio circulos, decreta, dogmata, ſententias patriae iureconſultorum ulla in re turbauit: illud omnino factum eſſe putamus in hoc, quod inſcripſimus, argumento. Suprema etiam imperii tribunalia hic titubarunt iureque uſi ſunt adhuc fere incerto. Quod centum, in gratiam *uxoris et liberorum* imparis connubii, adfirmant ſtatuuntque; *radiis iurium et dignitatum mariti* utrumque et *uentrem* et *partum* gaudere

DIFFER. I. gaudere: illud totidem non minori conatu inficiantur ſentiuntque; *uxorem ex plebe* mariti, licet principis, et permanere *plebeiam* et liberos parere *infimae ſortis*. Conabimur nos momentoſae litis plus quam cimmeriis tenebris lumen adferre ex differentiarum utriusque iuris, Germaniae et Latii, adparatu. DIFFER. I.

DIFFERENTIA I.

Num foeminis dignitatum codicilli imperiales, Adel-Brieffe, Graffen-und Fürſten-Brieffe?

De NOBILITATE CODICILLARI foeminarum dem Kunckel-Adel.

R*Omano iure* omnino incertum, utrum foemina PLEBEIA conſequi potuerit DIGNITATIS gentilitiae imperiales CODICILLOS (a); quoniam ſequiori ſexui uix merita eſſe poterant in rempublicam, quae cauſa eius generis corollae (b): contra in mores iuit *Germanici imperii*, ut imperator foeminis, bene merentibus, maioris dignitatis adſignet gradus ac plebeiam adpellet NOBILEM, hanc COMITEM, imo PRINCIPEM (c), idque ratione patrii moris conſultiſſima (d).

Rationes apud Romanos negantium. 1) a iure aureorum annulorum dato foeminis. 2) abſterſione maculae ex arte ſcenica.

(a) Ex aduerſo hic ſtare uidetur VLPIANVS, quoniam, eius iudicio, foeminae quoque iura impetrare poſſunt 1) annulorum 2) ingenuitatis 3) natalium. Manifeſta eſt *L. etiam 4. ff. de iure aureor. annulor.* quam deſcribimus uerbatim: *Etiam* FOEMINAE *ius annulorum aureorum impetrare poſſunt* (a principe,) *et iura* INGENVITATIS *impetrare et* NATALIBVS *reſtitui poterunt.* Deinde ipſe imperator foeminis ſe exhibet indulgentiſſimum. Nam illis, quae per *ſcenicas* et *ludicras* artes uitamque *turpem* amiſerant dignitatem, ex eo ueniam pollicetur impertitque, ex quo ad frugem redierint. Ita enim IVSTINIANVS, dubium, an ex ſuggeſtione Theodorae, praecipit inſtituitque *L. 23. imperialis C. de nuptiis* cuius hic uerba contrahemus: *Imperialis beneuolentiae proprium*, lapſus *quoque* mulierum *ſubleuare. Itaque quemadmodum ſerui, libertate donati, per* diuinam indulgentiam *poſſunt fieri* ingenui: *ita* MVLIERES *ſcenicas, ſi hanc uitam reliquerint, priſtino reſtituimus* honori, *permittentes, ad* matrimonium *eos uenire cum* ſenatoribus *et uiris aliis* primariae *dignitatis. Etiam* liberos *ab hac macula abſoluimus, ſi illi abhorruerint ab eius generis damnato genere uitae.* Hoc igitur filum eſſe uidetur conſecutionis: *ſi imperator* FOEMINIS PLEBEIIS *ius annulorum aureorum dat*, neceſſarium eſt, illis eum *dignitatis* iura conferre, quia annuli aurei indicium ſunt non niſi ampliſſimae, *ſenatoriae*, *equeſtris*, *tribunitiae* ſimiliumque. Alterius legis argumentum eſt hoc: *ſi imperator* ſcenicis *mulieribus* maculam *abſtergit codicillo imperiali* dignitatique illas reſtituit: etiam mulieres *honoribus* augentur *gentilitiis*. Sed primum fieri, dicit Iuſtinianus. Non igitur dubitandum de *ultimo*. *Praeterea* quemadmodum tandem eo dilapſus eſt imperator indulgentia hac ſua in ſexum muliebrem,

3) conceſſione aureorum annulorum ancillae manumiſſae facta.

A ut omne *libertorum* et *ingenuorum* tolleret diſcrimen eoque ipſo quo ſeruus manumiſſus fuerat, etiam haberi debuerat non ſolum pro *ingenuo*, ſed etiam pro *ciue* Romano et, quod magis, pro eo, qui ſchemata haberet *nobilitatis*, id eſt, aureorum annulorum: ita omnes quoque hos iurium et dignitatum gradus conſequuta erat foemina, *ancilla* ex lege manumiſſionis, Caeſarea indulgentia cohoneB ſtatae. Ita enim in NOVELLA 78. cap. 1. *Sancimus, ſi quis manumitteus* ANCILLAM *ſuam* CIVES *denunciauerit Romanas, neque enim aliter* LICET, *ſciat ex hac* lege *eam habere ius* aureorum *annulorum et* regenerationis, *neque porro hoc ius a* principe *poſtulabit. Sed conſequetur ſolius* libertatis *uirtute, idque ex* praeſenti *die inchoante. Non enim aliqua horum, quae* prius *facta, perſcrutamur.* Quod repetunt C BASILICA Fabrotti *lib. 48. tit. 26. cap. 1.*

4) ab ancillae ob concubinatum ingenuitate.

Ad extremum etiam *ancilla* in concubinatu habita a domino, ad dies uitae, illo demortuo, iura nanciſcebatur *ingenuitatis*, quod dicit deciditque *L. 4. §. 7. C. de bon. libert.* Neque uel hoc ipſum alia ratione factum, quam ex Caeſaris indulgentia, qua illi quoque inſignia aureorum annulorum data, communia ingenuitati. Sed haec omnia talia non ſunt, unde clare inD telligi poſſit, Caeſares ex *muliere plebeia nobilem* adpellauiſſe. Nam, quod *primum* attinet, ius quidem annulorum ex *auro* ornamentum fuerat *nobilibus* perſonis proprium, quoniam *plebeiis* ſufficere debuerat *argentum*, *ſeruis ferrum*: ſed tamen potuit lex *foeminas nobiles* intelligere, quae nobilitatem per uitae ſorditiem amiſerant ac Caeſaris indulgentia reſtituebantur, quod hic non diſputatur. Accedit, fieri etE iam potuiſſe, ut plebeiae inter muliebrem munditiē annuli etiam aurei uſus indulgeretur, ſine mutatione ſtatus et iure nobilitatis. Quod etiam poſtea in mores iuerat

REPOSITIO ad obiectionem 1) ex l. 4. ff. de iur. aur. annul.

DIFFER. I.

rat, docente hoc *l. un. C. nulli licere margaritas aptare* atque *nouella Leonis* 81. ubi ornamenta *matrimonialia* ab lege ueſtiaria excipiuntur.

ad 2) ex l. 23. C. de nupt.

Ad *alterum* dicimus, quod aliud ſit, ex plebeia facere nobilem: aliud, nobili foeminae reſtituere amiſſa iura nobilitatis. Vltimum hic loci non requiritur.

ad 3) ex Nou. 78.

Neque in tertio aliquid roboris, quoniam illud docet nobilium ſchematum abuſus, etiam plebeiis indultos, non uero *foeminae plebeiae* collationem *nobilitatis*.

ad 4) ex l. 4. § 7. C. de bon. libert.

Quod idem repeti debet in oppoſitione *quarta*, quae eiusdem cum tertia argumenti. Sed quid de exemplis ſentiendum eorum imperatorum, qui *foeminas nobiles adpellarunt?*

5) exempla foeminarum nobilium ex plebe.

ſcilicet in mores iuerat apud Romanos, ut in *augusti* eſſet arbitratu, uxorem, imparis licet ſortis, dicere *auguſtam*. Quo nomine quidam Caeſares adpellarunt ſalutaruntque *concubinas* quoque ſuas idemque *auguſti* uerbum dederunt fratribus, parentibus, auis, cetera, quod docet SELDENVS *in tit. honor. part. 1. cap. 6. p. 107. 108. ſeqq.* Verum id factum erat non foeminarum cauſa, ſed intuitu eorum Caeſarum, in quorum familia et amore uerſatae foeminae, de quo poſtea.

6) foeminae ſalutatae nobiles.

Tandem neque hoc ſatis eſt, foeminas etiam dictas fuiſſe *nobiles* atque oppoſitas *plebeiis*, quod fruſtra, meo quidem iudicio, probat TIRAQVELLVS *de nobil. cap. 18. n. 44. p. 67.* quia hoc nemo uocauit in dubium, quod mulieres nobilitatis *auitae* et *coniugalis* capaces ſint nomenque hoc ideo ſuſtineant. Verum de eo diſquiritur, utrum *plebeia*, *ſui* cauſa, non aliorum, *patris*, *agnati*, *mariti*, codicillos promereatur nobilitatis. Qua in re animi pendemus.

Rationes negandi, nobilitatis codicillos conceſſos eſſe mulieribus?

(b) Cauſae ad dubitandum, quod mores Latii tulerint: *mulierem* plebeiam, *ſui ipſius ergo*, *conſecutam fuiſſe codicillos dignitatis*, hae quidem ſunt, quae ſubſequuntur.

a) quia LL. eis negant officia, imo gentium inſtituta.

Principio dignitatis largitio fieri debet ob *meritum* aut munus in *rempublicam*: ſed mulieres ab utroque legibus Latii excluduntur *L. 2. foeminae ff. de R. I.* cumque *gentium concentus* inſtar ſit uocis *naturae* neque ulla fere in orbe ſuperſit uniuerſo, quae foeminae indulgeat publica munera: ideo gentium quodammodo iure idem poteſt adfirmari. Praeſertim quod ratio idonea accedit, ne foemina *naturae* munera, ad quae eſt uocata, partum et liberos negligat, obeundo *officium ciuile*.

DIFFER. I.

b) exempla Romae deſunt.

Deinde, licet omnium, quae Romae ſunt facta et litteris adnotata, non meminerim, non tamen mihi exemplum occurrit, ullum, unde diſcere potuerim, principes Romanos, foeminae ſui meritorumque ſuorum cauſa, ſcripſiſſe *nobilitatis* codicillos. Neque etiam Ioannes BOCCACIVS, *illuſtrium heroinarum biographus*, eius exempli aliquid producit, niſi quod *cap. 96. de Fauſtina* habet, eam *conſultu ſenatus* AVGVSTAM adpellatam, cum uiro imperauiſſe, quod ante illam contigerit nulli. Sed haec non ſunt noſtri argumenti.

c) πρέπον mulierum latere.

Tandem cum decorum muliebre Romanis potiſſimum moribus eſſet in eo ſitum, ut foeminae agerent in occulto: fieri non potuit, quin illae, quae ad heroicas uirtutes uel gratiam et amicitiam principis, omnis dignitatis fontem, anhelabant, ſimul incurrerent in ſuſpicionem, infamiam, dedecus omne, unde re ipſa honor nullus poterat reportari.

Qui Germania nobilitet foeminas plebeias?

(c) De *Angliae* regno agit SELDENVS *de tit. honor. part. II. cap. 9.* probatque, in mores iuiſſe; quod rex *foeminis* etiam maioris dignitatis ſcribat codicillos, *plebeiam* creet *nobilem*, nobilem adpellet *comitem*, hancque faciat *ducem*, cetera. Sed hoc inſtitutum credit ſoli Angliae proprium, neque ulli regno ſolenne alias. Cauſam eius, niſi fallor, in fauore quaeſiueris, quo Angli feruntur, prae aliis populis, in ſexum ſequiorem, uel etiam in liberiori uiuendi genere, quod foeminis in Anglia ſolet indulgeri. Vt adeo muliebres illis uirtutes et in pretio ſingulari et in publico obuerſari queant conſpectu (†). In eo tamen fallitur Seldenus, quod in ſola Anglia foeminis ex plebe ſcribantur nobilitatis codicilli.

Exempla foeminarum, quae ex plebe dictae nobiles ann. 1273.

Nam idem quoque in Germania omni tempore eſſe factum, illud quidem eſt, quod dabimus commonſtratum. Principio occurrit in hiſtoria medii aeui exemplum *Adelheidis*, quae cum nupſiſſet Reinhardo C. de *Hagenoue*, quidam eius gentilitiam dignitatem uocarunt in dubium. Ne igitur iſte rumor uel marito uel liberis, ex illo matrimonio pronatis, ulla ratione obeſſet: Rudolfus imperator, non ſuo tantum, ſed imperii, quod notabile, conſenſu *abſterſit maculam* dixitque Adelheiden, ſi quidem *plebeia* eſſet, *nobilem* per *imperiales codicillos* (*).

Cum conſenſu archiprincipum.

Etiam archiprincipes electores non ſolum in conſilium adhibiti huius

(†) Ita enim ſe uerba habent regalis codicilli: *quod regium ſolium firmet* effluens praemiatio meritorum. *Haec ſaane in regiae celſitudinis aerario reuoluentes attendentes in natam* Margarethae nobilitatis *adfluentiam*, *quae auo noſtro et nobis ſe ſemper* OBSEQVIOSAM *exhibuit et deuotam* et quae reliqua *de adſenſu parlamenti ipſam in* duciſſam *eum titulo*, *ſtilo*, *nomine ac honore in praemium uirtutis extulimus.* Si quid adſequor in moribus Romanis, non putauerim, foeminae pudorem ac uerecundiam eius generis elogia ſuſtinuiſſe, quibus principi obſequioſa audiit et *bene* de illo *merita*.

(*) Laudauit codicillos imperiales Romani ac patrii iuris uir conſultiſſimus, *Ioan. Carol.* CRANZIVS *in diſſertat. de S. R. I. comitum auſtregis 56.* Quos dabimus in epitome. RVDOLFVS *D. G. rex Romanorum etc. nobili mulieri* Adelheidae *ſalutem. Cum oblata nobis mariti tui C. de* Hagenowe *petitio contineбat*, *quod ipſe te olim ea intentione duxit in uxorem*, *quia te* NOBILEM *fore credebat*

DIFFER. I.

ius adpellationis, ſed etiam libelli hodieque ſuperſunt in hoc argumento, unde conſtat, non ſuomet id feciſſe imperatorem arbitratu, licet *plenitudinis poteſtatis* faciat mentionem; ſed ante conſenſum impetrauiſſe archiprincipum electorum (**). Dubium certe, utrum ex ſuperfluo, an uero ex publici iuris neceſſitate. Si quidem haec *nobilitatis adpellatio* prodeſſe debuit liberis in territoriis imperialium ordinum, qui moribus excludere ſolent principum filios, natos ex matre plebeia. Neque liberorum intuitu, imperiales hos codicillos ad nobilitatis iura ſufficere credidit idem imperator, quin etiam eosdem poſtea ſigillatim ſcriberet filiis, quam *formulam* pariter dabimus in margine (***).

An. 1287.

Succedat exemplum aliud eiusdem imperatoris. Nam duxerat HENRICVS, *Miſniae marchio* anno 1277. *Eliſabetham Maltiziam*, inaequali forte natam, quicquid ſcribant Saxonici hiſtorici (a). Iure igitur metuerat ſibi ſuisque princeps maritus, triſtes ſequuturos *imparis connubii* effectus, id eſt, negatum iri filiis ideo ſuis ſucceſſionem in principatu. Propterea eodem, quo Hanauienſis, uſus eſt conſilio petiitque ab imperatore *Rudolfo I.* ut cum *matrem*, tum *natos* ad *dignitatem* eueheret *principalem*. Annuit uoto Caeſar ſcripſitque ideo *codicillum principalem einen Fürſten-Brieff*, anno 1278. cuius ſummam dabimus in margine (b), cum inde certiſſimum argumentum, Saxonicum principatum

Anno 1278. *codicillus foeminae nobilitatis in Miſnenſi principatu.*

DIFFER. I.

debut et quidam poſtea adſeruerunt, te NOBILEM *non eſſe. Supplicauit idea, ut ſuper hac* prouideremus. *Hinc* perſonam tuam, *ob grata obſequia, quae maritus tuus nobis exhibuit, ad tollendum eiusmodi dubium, eo, quod a patre* miniſteriali *genita eſſe diceburis, a te* notam originis, *ſi qua extitit*, adimimus et de conſenſu principum noſtrorum, qui coronationi noſtrae intereſſe poterant et debebant, TE PVEROSQVE tuos, ſi quos babes reddimus et donamus NOBILES et ingenuos *de* utroque parente *ac ab omni ſeruitute miniſterialium liberamus praeſentium teſtimonio* litterarum. *Supplentes de plenitudine poteſtatis* (et tamen cum conſenſu principum electorum) *ſi quis defectus extitit in pramiſſis.* Datum *Aquisgrani* VII. Kal. Nou. *regni noſtri anno* 1. Chriſti. *an.* 1273.

(**) Ne dubitari poſſet de electorum archiprincipum uero eoque neceſſario conſenſu, ideo ſinguli eorum ſcripſerunt ſingulares libellos, qui hodieque ſuperſunt. Scilicet 1) WERNERVS archiepiſcopus MOGVNTINVS, 2) ENGELBERTVS COLONIENSIS, 3) HENRICVS TREVIRENSIS, 4) IOANNES dux SAXONIAE, 5) IOANNES marchio BRANDENBVRGICVS, deſunt uero diplomata 6) PALATINI, 7) BAVARIAE ducis ob lites tum agitatas, penes quem dignitas eſſet electoralis ideoque etiam 8) BOHEMIAE rex omiſſus ob ferram contentionis eandem. Placet formulam omnibus communam hic inſerere ſummatim. N N N N N. *nobili mulieri* ADELHEIDAE *ſalutem. Cum du. de* HAGENOWE *maritus tuus ea intentione te duxerit in uxorem, quia te* nobilem *fore credebat et Rudolfus imperator te et pueros tuos* nobiles reddidit. *Quod huiusmodi* gratia *de pleno noſtra* conſenſu et certa ſcientia *fuerit tibi facta, hoc publice proteſtamur praeſentium teſtimonio litterarum* Aquisgrani ann. 1273. *Kal. Nou.*

(***) Imperatoris libellus eſt hic: RVDOLFVS *D. G. Rom. rex uniuerſis Rom. imperii fidelibus gratiam et omne bonum.* Nouerint uniuerſi, *quod nos, deuotionis puritatem intuentes* REINHARDI *de Hagenowe et filii ſui* VLRICI *de Hagenowe deſideriis eius annuimus, honeſtam matronam* Adelheidam uxorem et filium *Vlricum ab omni* ſeruilis et miniſterialis *conditionis reſpecta* eximimus *ac ipſos* ingenuitatis et *liberi partus honore et titulo perpetuo inſignimus. Volentes, eos ſic in ingenuorum et* nobilium ſorte *ac numero recenſeri, ac ſi de uentre libero nati eſſent. Ita quod ad ſucceſſionem bonorum* feudalium *et quorumlibet pari forma, ſicut* nobiles et *ingenui admittuntur et uniuerſaliter omnibus iuribus, libertatibus, dignitatibus, honoribus, conditionibus, quibus ingenui a ſacris ſunt* legibus et *conſuetudinibus adprobatis inſigniti, in perpetuum ex* donatione et indulgentia regia *gaudeant et donentur.* Datum in concilio *Herbipolitano* VII. Kal. *April. indict. 15. an. dni.* 1287. *regni noſtri* 14 Eundem codicillum imperatoris omnes iterum electores conſenſu ſuo adprobarunt ſcripſeruntque hoc fine et foeminae et filiae comitibus litteras teſtatrices. Quas nolo exſcribere, cum facile ex ſuperioribus exemplis formulae earundem poſſint colligi et iudicari.

(a) Nam alii gentem *Eliſabethae* huius dicunt *Miltiziam*, hodieque illuſtrem: alii *Maltitiam*. Traduntque patrem eius dominum fuiſſe *Lichtenſtenii*, quod etiam habet FABRICIVS *lib. 6. orig. Sax. p.* 577. WECKIVS in *chron. Dresd p.* 105 adpellat eum *einen Land-Herrn zum Lichtenſtein*, prouocatque ea in re ad *codicem Mſctum*. Quod utrumque eſt falſum. Nam in diplomate, mox recitando, huius mulieris conditio dicitur *ſeruilis ſeu miniſterialis*. Sed hoc nomen iſto aeuo eum denotauit, qui ſe *operasque* ſuas *addixerat* alteri pro mercede fueratque ideo in numero *adſcriptitiorum* glebae. Propterea que uel nunquam habuerat *nobilitatem* uel eandem hoc uitae genere amiſerat. Ita etiam RVDOLFINVM diploma ſuperius *ait.* (*) *quae a patre* miniſteriali *genita eſſe diceburis, a te* notam originis *ſuper ea adimimus et ab omni* ſeruitute miniſterialium *liberamus*. Hoc lumen addi debet illis, quae habent de *miniſterialibus* HVNDIVS *im Beyerl. Stammb. p.* 404. atque HERTIVS *de ſubiect. territor.* 25.

(b) WECKIVS *in chron. Dresdenſi p.* 159. illud exhibet cum Caeſareo ſigillo, quod nos contrahemus. RVDOLFVS *D. G. Roman. rex. Nouerint uniuerſi, quod nos deuotionis inſignia, quibus illuſtris* Henricus marchio *Miſnenſis* princeps *noſter dilectus nos ueneratur, intuentes deuotis ſuis ſupplicationibus inclinati*, Elizabeth, legitimam *thori ſui conſortem*, Fridericum *natum* legitimum et alios liberos *futuros ab omni* ſeruilis ſeu miniſterialis *conditionis reſpecta de plenitudine poteſtatis eximimus et ipſos* ingenuitatis *et liberi partus honore et titulo perpetuo inſignimus. Volentes eos ſic ſemper in ingenuorum* et nobilium *ſorte et numero recenſeri, ac ſi de uentre* libero *nati eſſent. Ita quod ad* ſucceſſionem *bonorum* feudalium *pari forma ſicut ingenui* et nobiles *admittantur. Et uniuerſaliter omnibus* iuribus, *libertatibus*, dignitatibus, honoribus, *conditionibus, quibus ingenui a ſacris ſunt* legibus *et approbatis* conſuetudinibus *inſigniti, in perpetuum ex* donatione regia *gaudeant plena iure. Ex praemiſſis itaque praefato* Friderico, *ac ceteris* liberis *Marchionis praedicti, ſi quos ipſum in antea ex praedicta Eliſabeth procreare contigerit*, fauorabiliter indulgemus, *concedimus et* donamus, ut bonis *Marchionis ipſius, poſſeſſionibus, terris*, dignita-

tum inaequalia matrimonia non ferre ideoque opus eſſe, ut Caeſaris beneficio inferioris ſortis foeminae ad *principalem* dignitatem euehantur. Neque recentiori aeuo ignoti eiusdem generis *imperiales codicilli*, in quibus imperator uel *plebeias* creat *nobiles*, uel *inferiorem* nobilitatem ad *maiores* gradus *baronum*, *comitum*, *ducum* extollere ſolet atque efferre. In quibus praecipue eminet ille, quem dedit LEOPOLDVS an. 1666. Benthemenſi. Scilicet duxerat *Erneſtus Wilhelmus*, comes Benthemenſis anno 1661. uirginem uilioris ſortis *Gertrudam van Zelſt* in uxorem, ringentibus aduerſus hanc matrimonii imparitatem fratribus et agnatis. Quod pater eius praetor fuiſſet Vrbanus *Zellemi*. Quapropter cum litteris ſupplicibus inſtruxit comes ſuum ablegatum ad Caeſarem, ut *plebeiam* uxorem adpellaret *comitiſſam*. Adſurrexit imperator petitioni ſcripſitque ideo *comitiſſae codicillos* an. 1666. quos recitabimus per epitomen (c). Plures eius generis codicillos et *adpellationes*, *principales* foeminis a Caeſare factas dare poſſemus, ſi quidem ulla ſupereſſet Caeſarei iuris et inſtituti dubitatio. De *Anhaldina* principe *Coethenſi*, GISELA AGNETA a RATH, quam Caeſar Leopoldus an. 1694. die 23. menſis Iulii comitiſſam de Nienburg creauit, legi poteſt BECMANNVS *part. V. hiſtoriae Anhald. lib. 3. c. 3. §. 5. p. 464. 465. eiusd. partis et libri c. 9. §. 14. anno 1698. p. 291.* Alia plura ſciens omitto. Neque dixeris, foemineas eius generis ad dignitates promotiones in gratiam tantummodo factas eſſe maritorum. Nam dare etiam hoc ſolet uirginum uirtuti imperator, ut laurum conferat maioris dignitatis. Quorſum non minus exempla pertinent *doctarum mulierum*, quibus in academiis cum docendi munera *profeſſoriſſarum*, tum *inſulam magiſtralem et doctoratem*, liceat in rebus aeui barbari barbare loqui, collatam eſſe, oſtendit ITTERVS *in honoribus academ. cap. 7. §. 6. p. 217.* Quod certe non maritorum cauſa factum eſſe, ſed ipſarum foeminarum ergo, nemo inficiabitur.

Codicillus foemineae nobilitatis an. 1666. in Benthemenſi.

In Anhaldina anno 1694.

An. 1698.

Foeminarum dignitates litterariae.

Cauſae diſcriminis Latii et Germaniae in promotione foeminarum ad dignitates. Vt 1) uirtutes ſequantur praemia;

(d) Ne praeter rem et rationem fieri quis exiſtimet, quare Germanorum inſtituta a iure Latii abeant in promotione foeminarum ad publicas dignitates; cauſas utriusque diſcriminis aperiemus. Iure *Latii* foeminis parum uerecundum, prodire in publicum et uirtutum edere ſpecimina(*). Sed mulieres *Germanicae* in templis ſpectaculis, conuenticulis, conuiuiis, tabernis, foris, comitiis, agere ſolent cum maſculis, ut adeo earundem illis uirtutes et uitia, ſaluo pudore, queant innoteſcere. Deinde *Latii* moribus foemina nobilitari potuit per maritum, ut Caeſareis codicillis non eſſet opus: ſed gentilitiam mariti nobilitatem inſtitutis *Germanorum* non conſequi uxores, inſequenti differentia dabo commonſtratum, quare requiri omnino coepit *nobilitas codicillaris*. Porro *Latii* iure *muneris publici* ratio attulit gentilitiam dignitatem, ſi pater fuerat conſul, ſenator, praetor, praeſes cetera, quod argumentum exhauſit declarauitque Tiraquellus: uerum contra in mores, corrupti licet iudicii, iuit apud GERMANOS, ut filii filiaeque ducis belli, adminiſtri ſtatus, conſiliarii principis numero habeantur perſonarum plebeiarum, quae macula aliter tolli non poteſt, quam per imperiales aut regales codicillos. Vnde ueriſſimum eſt, neque tamen ab honeſtate alienum, quod uno anno in Caeſaris ac regum curiis plures ſcribantur diſtribuanturque *nobilitatis codicilli*, quam forte omni aeuo dati ab imperatoribus Romanis. Accedit, quod *Latii* unus aut duo gradus nobilitatis, equeſtris forte et patritiae: contra aliquot abhinc ſeculis Germani effinxere innumeros. Nam alia nobilitas ducum, alia principum, iterum alia comitum, baronum, dominorum, equitum, nobilium infimi gradus. Fit ergo ideo, quod hodie largior ad codicillares dignitates meſſis, quam olim in curia imperiali. Taceo, per *Latii* iura etiam *nobilitatem* conferri potuiſſe, *adoptando*: quod fieri nequit iure publico Germaniae, niſi acceſſerint imperiales nobilitatis codicilli. Et quae differentiarum utriusque iuris cauſae ſunt generis eiusdem,

2) tolleretur imparitas matrimonii;

3) primariorum officialium poſteritas porro non eſſet plebeia;

4) nobilitatis codicillaris plures gradus.

DIFFE-

gnitatibus, *et ceteris iuribus quibuscunque equo poſſint et debeant iure* ſuccedere *ac ſi de partu et uentre* libero *nati eſſent. Et ut hec gratie noſtre permiſſio ſingularis, quam ex certa* ſcientia *fecimus, perpetuo robur obtineat firmitatis, preſens ſcriptum exinde* conſcribi et maieſtatis *noſtre* ſigillo *iuſſimus communiri.* Datum *apud* Znoymam *2do nonas* Ianuarii. *Indict. VII.* anno *dni.* MCCLXXIIX. *Regni* uero noſtri anno *ſexto*. Eſt hic codicillus ualde momentoſus cum ad contundendos illos, qui inaequalia matrimonia etiam in Saxoniae principibus adprobant, tum ad tuendum Caeſaris iura: *nobilem adpellandi mulierem ex plebe.*

(c) LEOPOLDVS *D. G. Rom. imperator etc. Cum Erneſtus Wilhelmus comes de* Benthem *duxerit in uxorem* Gertrudam Zelſtiam *honeſta gente ex ordine ciuium oriundam: petiit ut eam in dignitatem eueheremus* comitialem (*in den Grafenſtand*). *Et ſingulari gratia id facimus uxoremque comitis creamus imperialem comitiſſam. Conferimus eidem honorem, dignitatem, nomina, titulos, inſignia, arma, iura omniaque alia, quae habere ſolent* imperiales comitiſſae. *Mandamus, ut omnes illam pro comitiſſa habeant, ſalutent et ſcribant comitiſſam, eiusque* liberos *aeſtiment iure illorum, qui editi ſunt matre comitiſſa.* Datum *Viennae* die XXIII. Ian. *anno* 1666. Ex hiſtoria ſuperioris aeui notum, quantae ea de re lites domeſticae ſubortae et agitatae ſint in gente Benthemenſi praecipue cum Stenfurtiis. Quod comes maritus uouiſſet coelibatum; fratribus feciſſet ſuccedendi ſpem; ſubreptitie obtinuiſſet codicillos; mores familiae hoc non ferrent; ipſe pater demum reuocaſſet haec omnia in odium filiorum ex Zelſtia. Verum bona tandem cauſa uicit neque porro Benthemenſibus ex Zelſtia comitibus ſtatus aliqua controuerſia.

(*) Poſt alios plures lege FABRVM *in ſemeſtrium libr. III. c. 14.* et in *commentario ad l. 2. ff. de R. I.*

DIFFERENTIA II.

Num uxorem plebeiam nobilitet nobilis maritus?

De NOBILITATE VXORIS ex dignitate mariti.

ROmano iure *maritus nobilitare* poterat *uxorem* (e), imo *plebeia* ipſo iure facta ideo nobilis iueratque in eandem cum marito honoris ſocietatem (f): contra Germani neque id marito dant neque eum honorem indulgent matrimonio, ut adeo etiam principis uxor plebeia audiat, ſi uilioris fuerit ſortis, usque dum ab Auguſto conſequatur *nabilitatem codicillarem.* Quos mores patriae adprobant leges, exempla, ratio, conſuetudo (g), quicquid alii ſentiant ac diſputent ex aduerſo (h).

LL. Latii uxor radiis coruſcat nobilitatis mariti.

(c) Leue hic brachium ſatis eſt, cum res ſit manifeſtisſima, Latii iure *uxorem nobilem* fieri per nuptias initas cum nobili marito. Dicit hoc *l. 13. mulieres C. de dignitat.* his quidem uerbis: *mulieres bonore maritorum erigimus,* GENERE NOBILITAMVS. Quae eadem uerba repetit *l. 9. mulieres C. de incolis.* Neque tantum adipiſcitur nobilitatem per maritum, ſed etiam ob ignobilem maritum eandem rurſus amittit. Ita enim *nouella 22. cap. 36. Non tamen permittimus mulieribus ad ſecundas nuptias uenientibus adhuc uelle* priorum maritorum dignitatibus *ac priuilegiis uti. Sed quale poſt priorem uenerint matrimonium, iſtius amplectantur fortunam. Quae enim priorum oblita eſt, non rurſus ex prioribus adiuuabitur.* Idem dicit *nou. 105. cap. 2.* Vxorem *decet frui mariti claritate et coruſcare radiis mariti.* Et *claritas beneficio mariti parata eſt uxori,* quod habetur *l. 10. cum te C. de nupt.* Etiam Vlpiani iudicio foeminis dignitas tribuitur mariti *l. 8. foeminae nuptae ff. de ſenatore.*

Hiſtoria iuris de dignitate uxoris. Quae olim in poteſtate mariti.

Atque ita ius quidem nouiſſimum *Iuſtiniani:* quod ipſum cum diſcrepet a legibus Latii antiquis, placet hiſtoriam huius iuris hic contrahere in epitomen. Scilicet principio legum Romanarum nuptiae fuerunt *triplicis* generis 1) per *uſum* 2) *emtionem* 3) *confarreationem.* Erat igitur in arbitratu poſitum mariti, utrum mallet *uxorem* in *primo* genere, an in *altero,* uel *tertio.* Si *ultimum* placuit, tum uxor conſorsfuit mariti ſacrorum, bonorum, nominis, *dignitatis:* non uero ſi alterutrum ex primis. Quorum generum uxor dici potuit noſtri aeui uerbo *ad morganaticam.* Verum enimuero ab hac matrimonii libertate mox eſt disceſſum et leges connubiales hoc fine ſcriptae, ne *plebeia* nuberet uiro *nobili* et patritius ſanguis cum plebeio confunderetur inficereturque.

LL. XII. tab. matrimonii imparitas improbata.

Inde *LL. XII. tabular.* ne *patribus connubium eſſet cum plebeis,* quod docent Romani hiſtorici HALIGARNASSEVS lib. X. p. 357. XI. p. 370. atque LIVIVS *lib. 4. cap. 6.* Verum anno V. C. 304. ideo plebs mouit in patritios arma ſtudiaque, calamo deſcripta Liuiano: *an eſſe ulla maior* contumelia *poteſt, quam* partem *ciuitatis, uelut* contaminatam, *indignam connubio*

A *haberi? Quid eſt aliud, quam exilium intra eadem moenia? Sane* lege *id prohiberi et* connubium *tolli* patrum *et* plebis *id demum contumelioſum eſt plebi. Cur non ſancitis, ne uicinus ſit patritio plebeius, ne eodem* itinere *eat: ne idem* conuiuium *ineat?* Inter haec igitur ſtudia *patritiorum* et *plebis* credibile eſt connubiales leges iterum fuiſſe ſublatas.

Iterumque in gratiam plebis indulta.

Iterum abrogata cum temperamento uno, niſi imparitati accederet principis indulgentia.

Verum reduxit eas quodammodo Octauius Auguſtus conſule utroque
B *Papio* et *Popeo* edixitque: *ne ſenatoris filius uel libertam duceret, uel aliam foeminam uilioris ſortis macula notatam.* Ita enim Paulus in *l. 44. lege Iulia ff. de ritu nupt.* Niſi quidem id fieret ex PRINCIPIS ſingulari INDVLGENTIA, quod habet VLPIANVS in *l. 31. de ritu nupt.* uerba ſunt haec: *ſi ſenatori ex* indulgentia *principis, fuerat permiſſum, libertinam* iuſtam *uxorem habere: poſſe*
C iuſtam *eſſe.* Igitur ad principis hic indulgentiam adligatum: quod olim in arbitratu et beneuolentia ſolius mariti, utrum hanc IVSTAM eſſe uellet uxorem, id eſt, ſuae dignitatis participem, an uero tantummodo contubernalem ac conthoralem.

alterone

Valentinianus et Martianus hoc inſtitutum plenius declararunt in *l. 7. humilem C. de inceſtis.* Cuius uerba ſunt haec: *Humilem uel abiectam foeminam* (talem enim duci a uiro nobili fuerat nefas) *minime eam iudi-*
D *camus, quae pauper. Hanc igitur ducat ſenator. Non uero ancillam,* ſcenicam, *ſcenicae* filiam, tabernariam, *tabernarii et arenarii* filiam, *aut quae* mercimoniis *publice praefuit. Quae nuptiae nobilibus inhibitae.* Sed *Iuſtinianus,* in mulieres indulgentior, permittit nuptias nobiles *cum muliere ſcenica,* eiusque *filia* cum *alius maculae foeminis,* quam in honorem matrimonii ipſo abſterſit iure.

iterum indulta a Iuſtiniano.

Summatim *l. 23. imperialis beneuolentiae §. 7. C. de nupt.* his uerbis clauſit:
E *imo etiam illud remouendum eſſe cenſemus, quod in priſcis legibus conſtitutum, ut matrimonium inter* IMPARES HONESTATE *perſonas ualeat tantum, ſi dotalia inſtrumenta confecta.* His uero etiam NON *intercedentibus omnimodo* FIRMA *ſint* SINE ALIQVA DISTRICTIONE PERSONARVM. Imo nequidem his opus eſſe, ſi quidem maritus, qui duxerit uxorem ad marganaticam, ob ſortis inaequalitatem,

DIFFER. II

poſtea pleni iuris declarauerit matrimonium, colligi poſſe adfirmant ex NOVELL. *118. cap. 11.* Neque hic dubitandum, cum NOVELL. 78. *cap. 3.* claris uerbis dicatur: *Si quis* (ergo et ſenator) *libertam legitimam facere uoluerit uxorem, cuiuslibet dignitatis exiſtat: nuptialia conficiat inſtrumenta* (ſuam declaret uoluntatem). *Hanc enim* SOLAM *poſt manumisſionem* OBSERVATIONEM ADIICIMVS. *Et ſint liberi et antecedentes et ſequentes patris ſucceſſores. Nam documentum nuptiale ſobolem patri ſuccedentem demonſtrabit.* Inde filum conſecutionis apud iureconſultos: *ingenui domini uxor, ſi ancilla, ſit liberta, ergo et ingenua, non nobilis, id eſt, iuris capax annulorum aureorum.* Si quidem ita uoluerit maritus. Iuſtinianus ſumma imis hic miſcuit ideo; ut nobilium ciuium ſpiritus retunderet facilibus ad nobilitatem uiis, quos eousque acuerant aduerſus principum potentatum. Atque hoc iure uſi ſunt Romani deinceps. Chriſtianis praeſertim ſacris inſtituto fauentibus, quae inter ciues eiusdem regni coeleſtis et filios filiasque Dei et Chriſti aequalitatem pluris facit, quam impares gradus et fortunas. Ideo eadem hic ſummis et imis templa aperiuntur, iidem ſoci et arae, formula credendi eadem, iidem lares et penates, contra apud Romanos, qui diuerſa diuerſis adſignarunt. Vt adeo, plebis et nobilitatis diſcriminibus ſublatis, diuerſa ſacra confundi ac pollui crederentur. Quod ultimum cum fieri non potuerit per formulam noui foederis: iam cauſa non ſupereſſe uidebatur, quare uxor cohibenda a dignitate, honore nobilitateque mariti. Vna igitur *nox* purgauit ſanguinem a fece plebis, *thori* eadem iura, quae *throni*, per cuius indulgentiam ordo plebeius uerti poterat in nobilem.

Praeſumtio iuris qui ſit, uxorem conſequi nobilitatem mariti?

(f) Sequimur hanc iuris coniecturam. *Nam*, iuris praeſertim eccleſiaſtici auctoritate, *connubii nexus adeo ſanctus, perfectus ac intemeratus habetur, ut nemo credatur, coniugem ſuam participem facere nolle ſui honoris et dignitatis.* Imo tabulis Chriſtianae oeconomiae uerba inſcripta: *ut maritus uxorem amet et honoret.* Et uix ultimo ſatisfacit officio ille, qui illi pactis ſubtrahit, quod lege ei debetur. Imo quo uilior et turpior perſona, eo maior uirtus mariti illius, qui inde eam liberat et eximit nuptiis etiam ex lupanari. Plura habent COVARVVIAS *part. 2. de ſponſal. cap. 8. §. 2. n. 9.* FACHINAEVS *lib. 3. controu. cap. 53.*

Quod in Germania maritus haudquaquam NOBILITET VXOREM.

(g) Id ergo nunc dicendum et commonſtrandum: *mores Germanorum non ferre, ut maritus per connubium nobilitet uxorem.* Principio arduae huius et momentoſae controuerſiae loquantur LEGES. In his clara ſunt iuris feudalis ALEMANNICI

DIFFER. II

A uerba: *partus deteriorem conditionem ſequitur*, quod in uernacula eſt ſignificantius, *das Kind gebæret zu der ærgern Hand* (a), id eſt, partus ſequitur conditionem parentis uilioris. Quod fieri non poſſet, ſi uxor dignitatem mariti ab eoque conſequeretur iura foemineae nobilitatis. Et alibi *cap. 47. iur.* ALEMANNICI: *triplicis generis poſtquam deſcripta* nobilitas 1) *principalis* 2) *dominica* 3) *landſasſica*; demum ita praecipitur: *nemo nobilis naſcitur, niſi a patre nobili et* MATRE NOBILI. Vnde filum conſecutionis firmisſimum, contra ignobilem credi eum, cuius *mater ſit ignobilis*, uel *plebeia*. Et porro *cap. 49. Ille* demum *nobilium natalium*, qui *patrem et matrem habet nobilem, auos auiasque nobiles ex utroque latere cum patris cum matris.* Praeterea *cap. 51.* nemo *tenetur nobilis comparere ac deſcendere cum alio in certamen duelli, niſi prouocatus ſit ab homine auitae nobilitatis*, id eſt, cuius pater et mater, auus et auia idque ex utroque latere ingenuam habeant nobilitatem. In uernacula: *Welch Semperfreymann ein ſeiner Genoß anſpricht zu kampff der bedarff zuwiſſen ſeine vier Anchen.* Quorſum etiam trahunt illud, quod in iure SAXONICO *prouinciali lib. 3. art. 72.* inuenitur. Cuius ibi uerba ſunt haec: *Ingenua proles clypeum patris ſui obtinet, ſi aequalis generationis uel melioris*, maioris. *Das freygebohren Kind behælt ſeines Vaters Heerſchild ob* (wann) *es ebenbürtig iſt oder bas geboren.* Id nempe uelle hic iureconſultum uolunt: *filium non haberi nobilem natiuitate neque participem fieri paternae nobilitatis, niſi et mater ſit aeque nobilis uel nobilitatis maioris.* Vnde SCHILTER *ad cap. 40. iur. Aleman. p. 226.* Sunt uero *ebenbürtig* aequales natiua dignitate. Non igitur in hoc numero *naturales*, baſtardi: non procreati ex *morganatico.* Neque in iure clientelari alia inſtituta. Nam licet *cap. 2.* dicatur uniuerſim. *Alle die nit ſin von Rittersart von Vater und elder Vater*, cum tamen ſupra iam oſtenſum ſit, *auiarum* etiam requiri nobilitatem, ad ſuſtentacula gentilitiae nobilitatis: fieri aliter non poteſt, quam eadem accipi de matre et auia. Quod non aliter intelligitur a SCABINIS MAGDEBVRGICIS *part. I. cap. 14. diſt. 4.* Vbi omnino deciditur: *quod filius patri nobili in feudo non ſuccedat, ſi matri deſint natales.* Quod enim ſupra habuimus in iure Sueuico de *auia* nobili et nobili *matre*, quae requiruntur ab eo, qui iuribus gaudere uult uerae et genuinae nobilitatis: id pariter habetur in SAXONICIS inſtitutis. Et quidem in iure *prouinciali* lib. I. artic. 51. in medio: *Welch Mann von ſeinen vier Ahnen, das iſt, von zweyen Altvætern und von zweyen Altmüttern und von Vater und Mutter, die unbeſcholden ſeyn,* den

Probatur 1) ex LEGIBVS Alemannicis cap. 102. §. 2.

Cap 47. et 49.

Saxonicis Landr. lib. 3. cap. 72.

Saxon. Lehnr. c. 2.

Sæchſ Landr. lib. 1. art. 51.

(a) Cap. *102.* §. 5. Quam legem etiam laudat HERTIVS in *paroemiis iuris cap. 6. §. 2. p. 604.* licet ipſe poſtea militet in caſtris partis aduerſae. Sed locum oſtendant illi, qui ea unice nituntur.

DIFFER. II.

den mag niemand beſchelden in ſeiner Geburth. Er habe dann ſein Recht verloren und verwircket: Und welcher Schoppenbar, Freymann (Edelmann) einen ſeiner Genoſſen zu kampf anſpricht: der muſs beweiſen, wer ſeine vier Ahnen ſeyn. Idem repetitur lib. 3. art. 29. *Kein Schoppenbar Mann darf ſeine vier Ahnen benennen, er ſpreche dann einen ſeiner Genoſſen kæmpflich an.* Imo eo etiam dilabitur ibi interpres, gloſſator, ut exiſtimet, Germanos uocem *Ahnen* ideo ab *anu* deſumpſiſſe, id eſt, *uetula*, quoniam, ex quo utero aliquis ſit editus, nobili uel ignobili, id inprimis ſoleat in natalium probatione requiri. Quae fides ſit penes auctorem. Cum hactenus laudatae leges non opus habeant lumine eius generis. Satis enim eſt: *matrem ex connubio cum nobili uiro necquicquam nobilitari* neque coruſcare radiis et gentilitia dignitate mariti.

Lib. 3. art. 29.

2) ex Caeſarum PRIVILEGIIS.

Neque hoc tantum ex LEGIBVS conſtat, ſed etiam ex PRIVILEGIIS. Supra enim in *differentia I. litt. c.* diplomata Caeſaris in medium ſunt prolata, per quae *foeminae plebeiae* in gratiam cum maritorum, tum liberorum ſuorum elatae ſunt ad *nobilitatem*: quo certe opus non fuiſſet, ſi in Germanico imperio leges Latii regnarent connubiales, per quas ſola mariti uoluntas et thorus foeminam nobilitat *plebeiamque* uertit in *nobilem*. Firmant igitur priuilegia eius generis Germanica iura: *per quae uxor mariti nobilis ideo ſtatum non amittit, ſed manet plebeia coniugiumque dicitur ſortis inaequalis, imo liberi, inde pronati, iuribus excidunt plenae nobilitatis.* Id quod etiam *formulae* oſtendunt in eius generis nobilitate codicillari: "machen ihn "zu einem Schild- und Wappen-Genoſſen, "Rittermæſſig, Lehenbar, Stifft- und Thur- "nier-mæſsig, denen gleich, welche von "Vater und Mutter adelich gebohren (†).

3) *LL. TORNEAMENTARIIS.*

Quamuis enim LEGES TORNEAMENTARIAE adeo genuinae non ſint, ut iura inde queant reſponderi: in eo tamen, quod his ludorum generibus nulli *equiti* intereſſe liceat, niſi et *matrem* et *auiam* habeat *nobiles*, omnino fidem merentur, quod abunde conſtet alias moribus hiſce omni aeuo uſos eſſe Germanos ac uiuere illis hodieque. Eſt enim articulus XII. his uerbis conceptus (*): *nemo prodire audeat in aream torneamentariam, niſi auitae ex utroque parente nobilitatis* (**). Quod certe mirum non eſt.

4) LL. DVELLICIS.

Nam haec quoque fuere Germanorum inſtituta: *ne in monomachiam ire teneretur, ab homine ignobili aut imparis ſortis et natalium prouocatus* (***). Verba legis ſunt (†): *Qui duellum indicere uoluerit, indicat ſibi in generatione coaequali. Quilibet homo poteſt* duellum *ſibi in generatione deteriori, ſed non deterior meliori negare.* Siue hoc fecerint Germani, quod nobilem ſanguinem maioris haberent, quam plebeium, ſiue ne ultimus primum pollueret, ſiue quod negarent plebeiis iura duelli, ſiue quod ita retunderent uilioris hominis protcruiam, mihi quidem perinde eſt, cum ſatis ſit, cauſam hic indicaſſe. quare a matre ignobili editus ludis et certaminibus torneamentariis non potuerit intereſſe. Quod in duellis fruſtra in dubium uocare audet *Franciſcus* MODIVS (††), qui ueniam mereatur, cum fuerit ſcriptor peregrinus.

5) LL. MILITARIBVS.

Nam et leges MILITARES apud Germanos alligatae olim ad utriusque parentis nobilitatem. Neſas enim fuerat, offendi *militem*, parente *ignobili* procreatum. Docet hoc diploma Friderici II. Caeſaris (*), qui uiro cuidam, *militiae* cauſa, ſcripſit deditque nobilitatis codicillos. Quo in argumento eo ſum fidentior, quo hodieque certius eſt, SACRAE MILITIAE EQVESTRES ORDINES ſibi religioni ducere, uirum nobilem, ſed *matre* editum *plebeia*, ſuo collegio adſcribi. Ne ſcilicet aliquid conce-

6) LL. SACRAE MILITIAE equeſtribus.

(†) Eius formulae codicillum habes etiam apud SCHILTERVM *ad ius Alemann. cap.* 40. *pag.* 229. 230. Qui iungi debet illis, quos nos dedimus ſuperius.

(*) In *Georgii* RVXNERI *codice ceremoniarum rei torneamentariae p.* 15. *Welcher wolt von Adel einreiten und thurniern, der nicht von ſeinen Eltern* (patre et matre) *edel gebohren und herkommen wære, und das mit ſeinen vier Ahnichen nicht erweiſen konnte, der mag mit Recht dieſer Thurnier keinen beſuchen.* Et clarius p. 22. titulo *Verkundigung aller Thurniers-Freyheit.* Vbi in medio articuli uerba: *und ob ein Thurniers-Genoſs eines Bürgers-Tochter oder eine Bæurin zu einer ehelichen Bettgenoſſen nehme: der mag mit Recht, dieweil er lebt, den Thurnier nicht gebrauchen. Auch derſelben Kinder* NB. *von der wieder einer gebohren und ihre Kinder-Kinder biſs ins dritte Geſchlecht.* Quod ſi ergo marito nobili ob uxorem plebeiam mores Germaniae notam inurunt: multo minus plebeia, mariti cauſa, adpellabitur habebiturque nobilis. Idem repetunt innumeri alii in iisque CRVSIVS *annal. Suev. part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1.

(**) Idem repetitur apud *Franciſc.* MODIVM *in pandect. triumphal. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 12. his uerbis: *Quisquis recentioris eſt notae nobilis et non talis, ut a ſtirpe nobilitatem ſuam et primis* quatuor *ſaltem* generis *auctorum proximorum gentilitiis inſignibus probare poſſit: is ludis hiſce exeſto.*

(***) *Sæchſ. Landr.* lib. 3. art 29. *Kein Schoppenbar man bedarf ſeine vier Ahnen (von Vater und Mutter) benennen, er ſpreche dann einen ſeiner Genoſſen kempflichen an.*

(†) *Sæchſ. Landr. lib.* 1. *cap.* 63. *Ein ieglich Mann mag Kampfes wegern dem, der nicht, als wohlgebohren iſt, als er.*

(††) In *pandect. triumphal. tom.* 2. *lib.* 3. *num.* 7. 8. *p.* 236. ubi rem torquet, retorquetque, in rationes, quam mores patrios indulgentior.

(*) Superſunt codicilli apud *Petr. de* VINEIS *lib. VI. epiſtolar. cap.* 17. Notum *facimus, quod A. de N. maieſtati noſtrae ſupplicauerit. Vt, cum uellit fieri miles et parens miles non eſſet, ſibi exinde largiri licentiam dignaremur. Quod quanquam noſtris conſtitutionibus caueatur:* QVOD MILITES FIERI NEQVEANT, QVI DE GENERE MILITVM NON NASCVNTVR: *ipſe tamen uolunt miles decorari neque de cetero debet moleſtari.*

(a) Bulla

DIFFER. II.

concedere ea in re uiderentur militiae ciuili, unde exulare ſolenr illi, qui *materna nobilitate* deſtiruuntur. Neque impedit hanc doctrinam arroganriae crimen, a quo ſacri milires abhorrere debent, pauperratis et humiliratis ſtudioſi. Nam mores hic ius faciunr: *quibus negatur plena nobilitas illis, qui* matrem *habent* plebeiam *neque uero aliis fas eſt, cingulum militare ſumere, quam hominibus utroque nobilibus parente.* Ad honeſtatem igirur ſacrae militiae conſeruandam, SIXTVS IV. papa excommunicationis fulmen in cum fibrar emittirque. qui ordini ſacrorum equirum aliquem adſcribar, niſi VTROQVE PARENTE (patre ac matre) de nobili genere ſit procreatus(a). Er ſtatuta ordinis IOANNITICI, in eius candidaro id principio requirunr: *qui in fratrem militem recipi, optabit, neceſſe eſt, ut authentica per documenta aut teſtes iuratos probet, ſe ex iis* parenribus parre *ac* marre *eſſe procreatum, qui nomine et* gentiliriis *inſignibus ſint nobiles* (b), imo, niſi coniectura fallor, putauerim, exemplo Germanorum reliquos etiam ordines equeſtres, a ſociis *inaequalis nobilitatis* abhorruiſſe(c). Nam iſte rigor animos milirum ordinis praeſertim Teuronici ranropere occupauir: ur etiam regum erGermaniae principum filios legirimos ideo admirtere recuſent in conſortium candidarorum ordinis, ſi marer aur ipſa ignobilis aut deſtitura tanrum auita nobilitate. Si forte *proauia* e numero olim plebeiarum (d). Sed paulo indulgentiores ultimo hoc caſu eſſe ſolenr milites IOHANNITICI. Hi enim, licer pariter exiganr ex quatuor lareribus ſanguine nobiles: *excipiunt tamen filios principum, comitum, dominorum maioris gradus, dummodo ſint ex ingenua matre* (e). Cauſa facilis eſt ad intelligendum. Nam lucri ſpes hic regnat, quam habere licet ex imparis coniugii liberis purpurarorum. A ſacra militia recto irinere deferimur ad Germaniae EPISCUPATVS eorumque primi ordinis ſacra collegia. Nam obſtupeſcunr ipſe pontifex Romanus er extraneorum regnorum anriſtires: quod Germaniae epiſcoparus ſacrum collegam, *canonicum* non ferant, qui *matre* procreatus eſt *ignobili.* Efferueſcir ad hanc conſuerudinem Gregorius IX. exprobratque *Argentoratenſi* epiſcopo et *canonicis:* quod recuſenr, ſacro collegio adſcribi uirum, a legato apoſtolico illis commendatum, hoc inani, ut perhiber, praetexru: *non alios fieri poſſe canonicos, quam* nobiles *ab* urroque *parente* (f). *Commendatum uero hoc genere natalium deſtitui. Obiurgat igitur eos papa habetque hanc conſuetudinem pro irrationabili. Quoniam uirtus non* ſanguis *nobilitet neque ad regimen coeleſte multos electos eſſe ſecundum carnem* nobiles *et potentes*(g). *Iubet igitur in poſterum etiam ignobiles natiuitate non excludendos eſſe.* Verum enim uero tanrum abeſt, ea in re Argentoratenſes morem geſſiſſe ponrifici: ur potius certiſſimum ſit illos hodieque priſtini iuris eſſe tenaciſſimos, imo uniuerſam Germaniam hoc iuris canonici capirulum pridem eierauiſſe ab eoque abhorrere adhuc (h). Exulant enim in *cathedralibus capitulis*, id eſt, ſupremis

DIFFER. II.

7) LL. EPISCOPALIBVS in Germania cap. 37. X. de praebend.

(a) Bulla Sixti IV. papae ann. 1483. his uerbis concepta: *Ordinamus, quod deinceps in fratrem ſacrae militiae nemo adſumatur, niſi de* antiquo *genere ex* utroque *parente fuerit procreatus. Inhibentes hoc magiſtro ſub poena excommunicationis. Ac decernentes receptionem* irritam, *inanem, nulliusque roboris et momenti.* Hanc igitur legem cum ipſe imperator confirmet ſacris ordinibus: id etiam addunt, quod ne quidem locus aduerſus eam ſit priuilegio et diſpenſationi ſiue imperiali, ſiue pontificiali, ſiue utrique: niſi ſacri ordinis ſocii et ipſimet conſentiant.

(b) *Tit. 17 de receptione fratrum* in STATVTIS ORDINIS *S. IOANNIS*, quae in maiori forma edita ſunt *Romae* ann. 1586. a Sixto V. papa, cum imaginibus et figuris.

(c) Nam hanc fere legem communem eſſe, ut nobilis, cui mater *plebeia*, ab hac ſocietate ſacrae militiae arceatur cohibeaturque, Andreas MENDO *diſquiſitione equeſtr. III. quaeſt.* 1.

(d) Parco nomini familiae *ſereniſſimae* in Germania, cui anno cIↄ Iↄcc 11. memini factam eſſe ideo litem. Quamuis enim de archiprincipe patte nulla dubitatio; quod tamen mater, filia licet regis, pro auia orta eſſe diceretur plebeia: ideo principibus filiis quaeſtio ſtatus facta. cum ſacri ordinis non ſit: "leges migrare, de aliis non admittendis, quam illis, qui numerare et docere poſſent nobilem ſanguinem omnium maiorum ad "quartum usque gradum in utroque ſexu.

(e) Verba ſunt STATVTORVM ORDINIS IOANNITICI *tit. 8. num.* 5. 6. Alios plurimos auctores eam in rem citat HOEPING *de inſignib.* cap. XI. n. 97.

(f) Meminit huius controuerſiae inter papam et ſacrum collegium Argentoratenſis epiſcopatus *Franc.* GVILLIMANNVS *in hiſt. epiſcop. Argent. cap. 62. ad ann.* 1350. *p.* 378. 379. Et operae pretium fuerat omnino, non ita abrumpere filum, ſed in cauſas huius inſtituti ampliori adparatu ſolicitius indagare. Conferri autem hic poſſunt *Ioann.* GOEDDAEVS *uol. 1. Marp. conſ.* 28. *n.* 195. FRIZIVS *de nobil. concl.* 17. 20 BESOLDVS *in theſaur. u. Ahnen* eiusque ſupplementa, SPRINGSFELD *de apan. c. 4. n* 33. Inprimis uero *Lud.* THOMASSINVS *de eccleſ. diſcipl. part. 2. lib. 1. cap.* 104. *n.* 9. 10. ubi de obſeruantia huius bullae diſſerit eiusque neglectu.

(g) Conſeruauit hanc bullam codex decretalium in *cap. 37. X. de praebend.* De qua etiam ſigillatim HOEPING *de inſign. cap. XI. num.* 107. 108. *p.* 740.

(h) Licet enim in aliis etiam regnis quidam praeſulatus id habeant, ut non niſi *nobiles* ferant collegas ex utroque parente et maioribus utriusque ſexus, exemplo *Belgii*, de quo CHRISTINAEVS *in iurisprud. heroica tom. I. p.* 157. §. 10. *p.* 184. §. 10. atque *Galliae*, de quo ALTESERRA *lib. 2. de ducib. prouinc. cap. 8. pag.* 164. 165. CHOPPINVS *de ſacra polit. c. 9 p.* 64. THOMASSINVS *de diſcipl. eccleſ. part. 2. lib. 1. c.* 104. *p.* 310. 311. *ſq.* imo etiam *Poloniae*, de quo *Nic.* ZALASZOVSKY lib. 1. iur. Pol. tit. 43. in Germania tamen iuris eſt ordinarii, quod alibi habetur inter priuilegia. Neque enim memini ullius maioris praeſulatus, cui praeeſſe poſſit ille, cui uel mater uel auia uel proauia ignobilis. Potius omnes, maculati ſanguinis tegumento, non tam in gratiam *eccleſiarum*, quam regen-

DIFFER. II.

ſupremis collegiis ſacris uiri nobiles illi, qui *matrem* habent *plebeiam*. Imo *proauiam atauiamque* ignobiles impedimento eſſe candidatis, quo minus inter collegii ſacri *adſcriptitios* eſſe poſſint, notum eſt ex numero auitarum imaginum, quem ante in tabula exhibere, delineare et per idoneos teſtes aut documenta hodieque probare tenentur (i). Cuius inſtituti alia non eſt ratio, quam haec, quod Germanorum *uxores* per *maritos* nobiles necquicquam *nobilitentur*, ut adeo liberis, inde procreatis, *minus* tantum *plena* dari ſoleat nobilitas, parum ſufficiens ad ſupremi collegii canonicatum. Quod cum ita ſit, fruſtra ſunt, qui aduerſus haec inſtituta euomere ſolent uirus et gerras pueriles (k). Potuit enim hoc dare uetuſtas ſacrorum antiſtitum *ſuperioritati* in Germania, ne ſcilicet principes aliunde ſumerentur, quam ex *nobilitate*, quae, cenſu Germanorum, ſine *maternae proſapiae parili* dignitate eſt manca, mutila, hiulca (l). Imo etiam cauſam ſuggerit *Lud.* THOMASSINVS (m), quam meis illuſtro commentis. Scilicet olim ad epiſcopos, ſacros collegas, antiſtites plerumque adlecti ſunt *ſerui*. Vnde plurima eccleſiae mala. Sordes, auaritia, inſolentia, ſupercilium, deſpectus, fidiſſimi comites hominum ex plebe et fece. Imo ideo in mores iuit, ut munus epiſcopi indignum haberetur homine nobili et ingenuo. Hanc igitur labem felicius abſtergere non potuerunt eccleſiarum patroni, quam non ſolum uiam ad illas claudendo plebeiis, ſed ne quidem admittendo alios, quam ex plena, id eſt, per quatuor ſtemmata probata nobilitate. Cuius inſtituti retinentiores fuere Germani, quorum iure *maritus* neque *nobilitat uxorem* neque inaequalis connubii liberi habere creduntur plenam ac genuinam nobilitatem. Quae nouitas inſtituti ne quem offendere poſſet, ad conciliandam *canonicorum* collegiis honeſtatem delendamque memoriam ſeruilem, ipſe imperator ſuum dare nomen uoluit quibusdam Germaniae capitulis. Qui hodieque poſt inaugurationem imperialem creari ſolet CANONICVS Aquisgranenſis, Argentoratenſis et alibi (*). Adeo uero in mores iuerat; ex *inaequali* matrimonio plenam liberis non eſſe nobilitatem, ut uulgi ſermone iudicioque dictum: *partus ſequitur deteriorem conditionem, das Kind gehœret zur ærgern Hand* (n). Id eſt, nobilem uirum cum uxore *plebeia* non procreare *nobilem* filium, ſed *ignobilem* et ſortis *plebeiae*. Et baronem tali connubio liberos DEBARONISSARE (o). Ille enim tantum *illuſtris*, qui *aequam* habet *proſapiam*, id eſt, *utriusque* parentis nobilitatem, non tantum alterutrius (p). Neque alia cauſa eius generis connubia uerbo inferioris aeui adpella-

8) *GERMANICI iuris axiomatibus et PROVERBIIS.*

regendae *prouinciae* et ſuſcipiendae ſuperioritatis territorialis, qua inſtructi eſſe ſolent Germaniae epiſcopi, generalis inſtituti rigore arceantur et auerruncantur.

(i) Non enim nobilitas ſufficit generationis unius: uerum in pleriſque epiſcopatibus deſiderantur *utriusque ſexus* maiores nobiles omnes, *ſerie* non interrupta nunc *octo*, nunc *ſedecim*, quandoque *triginta duo*. Schemata oculis intuentium ſiſtunt *Pont.* HEVTERVS *lib. VI. rer. Burg.* principio, CHRISTINAEVS *in iurispr. heroica tom. I. p. 160. ſq.* HOEPING *cap. XI. de inſignib. n. 92. 93. ſq. p. 737.* Licet autem non ſolum numeri, ſed etiam computandi ratio uariet: eſt tamen in Germaniae oris ſolenniſſimum, ut *quarta* ſufficiat *generatio* eaque *paterna maternaque* in ſerie *continua* neque ullius *aliqua* labe contaminata idque ordine in tabulis conſpicuo.

(k) Huius furfuris ſunt illa paradoxa: *annulum piſcatoris apoſtoli non fuiſſe aureum; dico itaque Petro uiam non patere ad canonicatum.* Porro olim nobiles *animos* requiſitos eſſe ad ſacra collegia, nunc ſanguinem requiri nobilem, licet uecordem et inſipidum. Imo poſtquam etiam *matris urgeatur nobilitas*, annum, poſterioribus uicinum nobilem facere et quae ſcurrilium uerborum ſunt generis eiusdem. De quibus *Alber.* GENTILIS *de nupt. lib. 4. c. 13.*

(l) Adde, ſi lubet, DRACONEM *lib. 3. de orig. patrit. cap. 7.* GRYPHIANDRVM *de Weichbild. cap. 46.* BECHTIVM *de ſecurit. conclus. 225.* STEPHAN. *de nobil. lib. 1. cap. 3.* NOLDEN *de nobil. c. 6.*

(m) Locus admodum eſt illuſtris et prorſus ſingularis *de diſciplina eccleſ. part. 2. lib. 1. c. 74. §. 4.* et *cap. 104.* uniuerſo. Conferri ergo hic poſſunt ſacra collegia cum tribonitia ſocietate artium ſellulariorum. Nam uti omnes manuariae artes olim fuerant penes ſeruos idque tam apud Germanos, quam Romanos: ſic illae fieri aliter non potuerunt honeſtae et macula liberatae, quam imperiali interdicto: *ne in poſterum alii fas eſſet, artem profiteri et exercere manuariam, quam homini ingenuo, excluſis ab horum artificum conſortio ſeruis aut aliqua macula genere alio notatis hominibus.* Imo quod magis eſt, ingenuitatem ab utroque parente requirunt. Arcent enim ab artificum horum conſortio illum, qui *matre* editus eſt *liberta*, *meretricia*, *ſordidae* originis, edita *tonſore*, *carnifice*, *balneatore*, hominibusque aliis ſortis eiusdem.

(*) Liceat ſenſu meo hic abundare, ut plures cauſae ſint, quare cuique *canonico* opus ſit plena utriusque parentis nobilitate. De *canonicatu* Caeſaris legi poſſunt Schilter et alii iuris publici conſulti.

(n) Quod laudatum eſt ſuperius explicaturque ab HERTIO *in paroemia iuris VI. §. 0.* quamuis brachio leuiori. Quia militat in caſtris aduerſis.

(o) Locus ualde momentoſus, quem diu habueram in miſcellaneis. Ita enim *Petr. de* ANDLO *lib. 2. cap. 12. p. 91.* *Eſt Alamannis inueteratus* (unde patet huius iuris patrii uetuſtas, declarata adhuc) *et longe retro obſeruata conſuetudo, non magna, quantum coniicere poſſum, ratione* (glaucomate oculis obducto iuris Romani) *ſuffulta, ut* BARO *copulando ſibi militaris et* INFERIORIS GENERIS *coniugem, prolem ſuam, inde creatam, degeneret atque* DEBARONIZET (multo igitur magis hoc de principe uerum) marito plebeiae: *filiique de cetero barones minime nocitentur.* COMITES *uero per connubium cum ſimplicis militaris generis foeminis* (puta uirgine nobili) *natos non* DECOMITANT. *Sed, ſi eorum filii iterum in militarium genus nubant, extunc illorum demum proles* DECOMITATVR *militariumque generis ordini deinceps connumerentur. Quae profecto obſeruantia haud ſatis honeſta* (iudicio iureconſulti in patrio peregrini) *eſſe uidetur.* Miror, FREHERVM hic titubare et in meridie quaerere lucem.

(p) Ita IVO *Carnotenſis epiſt. 5.* Quem hac ratione illuſtrauit doctiſſimus illius interpres, IVRETVS.

DIFFER. II.

pellata ſunt DISPARAGIA aut *disparagata* (q), in uernacula *Mißbeurathen* (r): quam hac, quod maritus uxorem nobilitare nequiuit adeoque plurimis matrimonialis iuris effectibus huius ſortis nuptiae deſtituerentur. Neque enim *connubium impar* dici potuiſſet *diſparagatum*, *illegitimum*, *improbum*, *malum*, ſi uxor plebeia gauiſa fuiſſet *nobilis* mariti dignitate. Progredior ad INSTITVTA FEVDORVM. Haec cum auctores habeant Longobardos, populum Germanum, fieri aliter non potuit, quam ut pariter improbarent connubium *inaequale* liberisque mouerent quaeſtionem ſtatus, quod illis macula adhaereret *plebeii* ſanguinis, necquicquam ſolius patris dignitate expurgati. Licet enim decreti Longobardici uerba nihil habere uideantur, quam hoc; *quod nobilis uaſallus ducat ignobilem foeminam ea lege, ut nec ipſa nec filii eius patris heredes neque ſucceſſores in feudo* adeoque haec deſtitutio non *iuri* debeatur; ſed *pacto* ad MORGANATICAM: ſunt tamen meo iudicio certiſſima argumenta, quod mores clientelares nobilis uaſalli liberos excluſos uelint, ſi quidem progeniti eſſent ex matre ignobili (a). *Principio* enim uaſalli milites ſunt nobiles, aſt prohibent leges ex impari connubio genitos, ne interſint militiae equeſtri, ergo multo minus clientelari: *deinde* dicuntur ideo uaſalli *pares*, ut excludantur dignitate impares: *poſt* nobilis iure duellum negat ei, qui ex ignobilitantum editus matre, quod nefas factu, ſi conuaſallus, ſi commilito: *tum*, quod fere idem, negatur ei quoque conſortium in ludis torneamentariis. Id quod omne dictum eſt probatumque ſuperius (*). Suadent igitur rationes et iura, ut decretum 2.F.29. ita accipiamus: *ex ignobili ma-*

9) Inſtitutis FEVDALIBVS 2. F. 26. atque 29.

A *tre editos liberos a feudi ſucceſſione ipſo iure excludi.* Licet pacta uel aliter, uel plane nulla ſint concepta. Praeterea hoc ipſius decreti uult contextus. Principio enim dicitur *lege* ignobilis matris excludi liberos: deinde ſigillatim id fieri *lege ſalica*, id eſt, Germanica, Francica *lex* uero *pactis* opponitur. Poſt licet, legitimis liberis non extantibus, in allodio ſuccedat matris ignobilis progenies, id tamen fieri non
B poſſe in *feudu*, uult decretum, certo iudicio, licet ſubſidiariam non denegent ſucceſſionem pacta, negare tamen eandem *leges*. Et qui uerum ſit eius generis liberos ſuccedere nihilominus uſu *Mediolanenſi*, quam ideo, quod ſeuda non ſunt *nobilia*, ſed uulgaria *ciuici* ſortis. Quod cum ita ſit: illud egomet fidenter adfirmo: *matrimonia ad morganaticam* LEGIS *eſſe*, *ſi uxor* ignobilis, *non autem* PACTI, quod
C adhuc dictum creditumque a Germaniae iureconſultis. Apud quos etiam illud falſum eſt, quod decretum 2.F.26.§ *filii*, concipiendum ſit negatiue propterea que corrigendum (†). Me enim iudice id uult: *Filii per pacta excluſi a ſucceſſione ab inteſtato, nihilominus ſuccedunt in feudo*, niſi matrimonium ſit *diſparagatũ*, ubi *iure* ipſi excluduntur. Nam per ueterum inſtituta clientelaria tantopere cautum fuerat, ne uaſallorum matrimo-
D nia *libera* eſſent: ut potius opus *domini directi* conſenſu, niſi uellet ſeudi poſſeſſione cliens et ſucceſſione filii illius deſtitui. Cuius iuris ea praecipue cauſa, ne uaſallus duceret *ignobilem*, *plebeiam*, *ſordidam*, *inaequalem*, *extra ordinem*, quae matrimonia uerbo ſignarunt peculiari FORISMARITAGIVM (a). Neque ultimum fieri poterat in *feudis regalibus*, Germaniae praeſertim, ubi ordinum etiam prouincialium intererat, ne *dominus prouinciae* ſami-

Noua 2. F. 26. et 29. explicatio.

DIFFER. II.

TVS. CVIVS loci me admonuit GONZALEZ ad *cap. 37. X. de praebend. n. 3.* Vnde colligo mecum: *proſapiam aequalem* liberos fuiſſe plenae nobilitatis ex utroque parente nobili pronatos. Alios uero ex matrimonio impari babuiſſe *proſapiam inaequalem*, rancidam, mancam, laborantem defectu et morbo, cui uerbo uox *inaequalitas* reſpondet ſenſu quidem aeui inferioris. Vnde requiritur a uidua, ut nubat *coaequali*, quod habetur in ALEMANN. *lege LV. §. 1.* Quod magis eſt, uſu patrii iuris nota quoque SEMIPLENA NOBILITAS, *die Halbedel oder halfedel ſeyn.* Quorum mentio facta ab Anton. MATTHAEI *de nobilitate lib. I. c. 3.*

(q) *Paragare* uſu medii aeui eſt, cum perſona *aequalis ſortis* matrimonium inire: contra *diſparagare* idem, quam *inaequali* coniungi. Vltimum ne fieret, omnimodo ac lege cautum. Neque in *Germania* et *Francia* ſolum: uerum etiam *Anglia* et *Scotia*. Vnde uerba *paragare* atque *diſparagare* explicant *Edw.* COKVS ad *Littleton. LL. Bris. ſect.* 107. BRACTONVS lib. 2. c. 38. et inſigni adparatu du FRESNE *ad Ioinuillam diſſert.* 10. deinde in *gloſſario* hh. uu.

(r) *Miß* in uernacula idem, quam *degener*, uti *Mißgeburth*, *Mißwachs*, imo factum *illicitum* et legibus prohibitum *Miſſethat*, *Mißhandlung.* Vnde Gallorum *meſalliance* nuptiae *iniuſtae*, more aut lege *prohibitae*.

(a) Noua forte 2. F. cap. 29. explicatio. Sed nouitas non obeſt ueritati tot rationum ac legum mo-

E mentis inſtructae ac circumſeptae, ut ei omnino, aduerſus decreta ueterum, locus ſit faciendus.

(*) Differentia II. lit. p. ſupra et quae ſequuntur.

(†) Quam haereat aqua omnibus in hoc decreto, illud docere poteſt commentarius BITSCHII ad 2. F. 26. §. *filii nati* p. 454. Vitio enim ſcribarum putant omiſſam particulam *nec*, quae uerbis, in *feuda* non ſuccedunt, ſit *inſerenda*. Ita GLOSSAE auctor et ſuppares *Iſernia*, *Aluarottus* ac princeps iſte iureconſultorum *Cuiacius* ROSENTHAL *cap. 7. concl. 16. litt. K.* poſſe ſe tueri priſtinam lectionem, perhibet: ſed non niſi timide ac diffidenter. Ve-
F rum noſtra ratio tollere uidetur omnem ambiguitatem. Cum nihil habeat decretum, quod certum non ſit per rationes, leges ac mores alios iuris clientelaris.

(a) Plenius cum de neceſſario *domini conſenſu* in nuptiis uaſallorum, tum de *foriſmaritagio* egerunt ALTESERRA *de ducibus* lib. 3. cap. 1. quod eſt de iure *in connubia* et maiori adparatu du FRESNE in uocabulo *foriſmaritagium*. Quamuis enim ultimus praecipue de *ſeruis* agat, ne illi ducerent *ancillas* domini alius, ſed manerent inter foeminas contu-
G bernales: idem tamen de *ſeruis clientelaribus*, id eſt, militibus uaſallis iuris fuiſſe, ne et illi uxores quaererent extra prouinciam, ſed matrimonia eorundem ſubſiſterent inter filias commilitonum, illud quidem tam certum eſt, quam certiſſimum.

(b)

DIFFER. II.

familiam pollueret ſanguinis inaequalitate(b). Taceo *morgenatica* uaſallorum connubia pactis opus habuiſſe intuitu tantum *allodii*, quoniam iure ordinario bonorum inter coniuges communio (c). Non autem *feudorum* ergo. Vbi et *domini* et ſubditorum interfuit, ut mariti uaſalli ex plebeia procreati liberi a feudi ſucceſſione excluderentur.

10) *PRAEIUDICIIS S.R.I. tribunalium.*

Neque aliter VSVS imperii FORENSIS. Licet enim ea de re propterea rarius fuerit litigatum, partim, quod hoc caſu maritus cum uxore plebeia uel ad morgenaticam contraxit, uel obtinuit ab imperatore nobilitatem codicillarem: teſtantur tamen loca cum apud Franc. Frid. de ANDLER (d), tum apud VFFENBACHIVM (e) atque illuſtrem LVDOLPHVM (**), unde intelligitur, quod ſupremum TRIBVNAL ſententias tulerit, noſtris adſertis concinnas ad cohibendas nuptias inaequales. Nam in eius generis lite, num CAMERA IMPERIALIS fundatam habeat iuriſdictionem, ego quidem dubito (f).

11) *EXEMPLIS illarum familiarum, quae negarunt uxori dignitatem mariti.*

Deuenimus nunc ad *exempla* illarum FAMILIARVM, quae uxores imparis ſortis a dignitate mariti uoluerunt excluſas. Licet enim exempla in ſe ius non faciant atque multa eorundem magis ad ius *pactitium*, quam leges pertinere uideantur: placet tamen illis hic locum facere ideo: partim, quod eſſe poſſint inſtar interpretationis *uſualis*; partim, quod inde filum conſecutionis ad docendam *conſuetudinem*; partim, quod difficile ſit ad credendum, principes maritos deſtitutam uoluiſſe uxorem plebeiam eiusque liberos dignitate et iure principali, niſi intellexiſſent patriae legis rigorem. Quam obſeruare firmareque pactis maluerunt, quam rem aleae et ambiguitati committere. Eamus per familias potiſſimas, eo ordine, qui nobis naſcitur in manibus.

In principibus BOIOARIAE.

In BOIOARIAE ducibus caſus triſtis et momentoſus. Nam pater Erneſtus filii ſui *Alberti ſponſam Agnetam*, quod *plebeia* eſſet, chirurgi filia, ultimo capitis ſupplicio ſuffocauit, ne ſanguis familiae Boicae contaminaretur (g). Quam hiſtoriam ideo ex-

(b) Neque ſine cauſa. Quam enim foret indignum prouincia et eius ordinibus: *principem*, ex matre *plebeia procreatam* excludi a conſortio uirorum plenae nobilitatis in *comitiis*; in *curiis*; in equeſtribus *ludis*; in præſulatibus et ſacris *collegiis* ſeu canonicatibus; in equeſtribus *ordinibus* ſacris Mariae et Ioannis; inter militares et nobiles cohortes: ſed hos omnes euentus, quam triſtes etiam, turpes et indigni, ex connubio inaequali proſequi et inſtar corruptae et infectae radicis, repullulare, hoc quidem eſt, quod dictum probatumque ſuperius. Acta huc faciunt Ferdinandi Auſtriaci cum Velſera patritia, cui impari connubio ſe oppoſuere ordines prouinciales, quod docet PICCARTVS *dec. 9. obſ. 1.*

(e) Scilicet Germanico iure ordinario nullum matrimonium niſi uerum et quod Romani dixerunt *conſarreatum*, ubi bonorum omnium inter coniuges communio. Sed excipienda inaequalia. Tum enim uxor *plebeia* cum liberis excluditur a ſucceſſione per *leges* in *feudis*: in *allodiis* per pacta. Aut, ſi mauis etiam in his, per leges, ſi bona ſint auita. Vt adeo *imparem uxorem* acquieſcere oporteat donatione aut *gaba* mariti, id eſt, adſignatione certae portionis ſibi facta. Cum uero *dona mariti*, moribus Germanorum, *mane* plerumque fierent ſiue quod darent poſt concubitum compenſationem perditae uirginitatis, ſiue quod iudicia, pacta et leges apud Germanos ab horis *matutinis* adpellarentur, unde uox *Morgenſprache* ſtatuta audiunt Colonienſia, Hamburgenſia, Bremenſia, ciuitatum aliarum. Proptereaque etiam huic forte matrimonio nomen manſit *morganatici*, id eſt, *einer Heuraths-Gab*, quod non deberetur, niſi ex mariti ſolius beneuolentia, dono, munere. Vt adeo nomen mereretur non *legitimum*, ſed *pactitium* et *donatarium* i. e. *eine Gabs-Heurath*. MORGENGABICVM et morganaticum enim non ſpeciatim denotat matrimonium inaequale: *ſed uniuerſim donationem mariti etiam uxori factam aequali*. Ita in pactis dotalibus AVSTRIAE ducis et foeminae principis Sabaudiae an. 1310. uerbum hoc adhibetur: *Praeterea ſaepe dictae Catharinae* morganaticum *adſignare debemus* (*als Handgelder, Spillgelder*) *de quo morganatico diſponere poterit et ordinare*. Chartam habet GVICHENON *en preuues de l' hiſtoire de Sauoye p.* 158. 159. Hoc lumine illuſtrandi ſunt BESOLDVS uerbo *Morgengab*, SALMVTH p. 163. MYLER in *gamologia cap. VI. de matr. ad morganaticum* ex inſtituto.

(d) *Lib. 2. iurisprud. cap. 26. n. 119. 120.* Vbi praeterea leges forte ex ingenio finxit aut exſcripſit temere ab aliis efſictas, dum ait: *Pharamundi lex ann. 422. fuit haec.* "Ein Franckiſcher Edelmann, ſo eine Unedle freyet, wird auch vor unedel gehalten, Wird er aber eine Dienſtmagd zur Ehe nehmen, ſolle er aller adelichen Freyheit entſetzet ſeyn." *Quam legem Carolus M. an. 802. ſtabiliuit* et quae ſequuntur.

(c) In libro de *conſilio aulico cap. 10. ſect. 1. p.* 84. 85. ubi anno 1609. RVDOLFVS II. imperator comitem de ISENBVRG, quod matre ruſtica fuerit oriundus, prohibuit, ne *comitis* uerbo tituloque porro uteretur. Reſcripti ſumma eſt haec; *Rudolph etc.* "Aus dem Beyſchluſs haſt du zu erſehen, was bey uns die Wetterauiſche correſpondenz-Graven (ergo bis quoque ut paribus et ſociis eiusdem curiae indulſit imperator ius agendi, ne collegam acciperent matre plebeia procreatum) wider dich des angemaſſten Graventitels in Unterthænigkeit geklagt und gebeten. Wenn dann dergleichen dich zu unterfangen keines weges gebühret: ſo befehlen wir dir hiermit ernſtlich, bey Vermeidung unſerer Ungnad und Straffe, daſs du dich hinführo des Graventitels enthalteſt. Geben zu Prag den 9. Nou. 1609." Verum quin lis hic fuerit plene deciſa, in cauſa fuit cum bellum Bohemicum, tum mors incuſati praematura.

(**) In libro doctiſſimo plenaeque frugis *de iure foeminar. ſect. 1. §. 10. p.* 25. 26.

(f) Cauſae ad dubitandum plures, quarum tamen aliquae ſpecie magis inanium, quam de re ipſa ualidae habentur. Nam licet res *matrimoniales* a camerali iuriſdictione uulgo eximantur, ſit tamen hoc iuris diuini ergo, cuius tractatio eſt penes ſacros antiſtites. Verum in matrimonio *dignitatem* uxoris et liberorum aeſtimare, illud quidem *ciuile* eſt adeoque iuriſdictionis camerae obiectum. Obſtat tamen *camerae* aliud, quo minus de imparitate connubii poſſit ſententiam ferre. Quoniam agitur hic de iuribus *Caeſaris*, domini directi; *ſubditorum*, qui filios inaequales imperio habent indignos; *agnatorum*, qui litem mouent ſucceſſionis; imo conſortio quodam curiali in principatu: quae omnia potius in curia Caeſaris tractanda, quam in ciuili tribunali.

(g) Improbat quidem factum TRITHEMIVS in *chron. ad h. a.* quod multi nobiliſſimi reges ex humiliori

DIFFER. II.

Anno 1436. *Bernauerin.*

extollere ſolent ſcriptores Boici, quoniam hac poena cum principes ſint deterriti, ne imparem aut *plebeiam* ducerent, tum inſipidae mulierculae, ne nubere cogitarent principibus Boiis. Inde forſitan FRIDERICVS *uictorioſus*, princeps elector PALATINVS, cum imparis ſortis uxorem, nobilem uirginem Claram a TETTINGEN, ducere uellet: facile deſperauit de filiorum ſucceſſione in principatum. Contraxit ergo ad *morganaticam* liberisq; quasdam tantum adſignauit praefecturas, deinceps ab electore palatino commutatas cum arce *Loewenſtein* (h). Vnde noua familia *C. de* LOEWENSTEIN originem et natales ſumpſit ac retinet hodicque nec cum Palatini ſanguinis iure aliquid habet commune. Neque altiores ſpiritus concepit ex BOICA familia *Ferdinandus* filius ducis Boioariae Wilhelmi. Cum enim an. 1588. *Mariam*, Georgi PETTENBECK, quaeſtoris ſui filiam ducere uellet, patrii iuris memor, uoluit, ut uxor plebeia non ſolum abſtineret a ſchemate ac nomine principali: ſed etiam liberi inde procreati conditionem ſequerentur infimae tantum nobilitatis. Quibus ad uictum et cultum adſignauit *Wartenberg* (i) arcem, a quo poſteri quoque ſunt denominati domini de *Wartenberg*, quibus demum *comitum* dedit codicillos imperator. Pergo ad gentem SAXONICAM. Supra (k) illius iam exemplum habuimus: quod an. 1277. *Henricus*, Miſniae marchio, ſibi iunxerit foeminam inaequalem, cuius ideo maculam codicillis abſterſit repurgauitque imperator *Rudolfus* an. 1278. Quod hic omnino repetendum. Patris exemplum ſequitur filius *Albertus degener*, qui prima uxore depulſa mortuaque, alteram duxit infimae ſortis foeminam *Cunigundam Eiſenberg* circa annum 1270. olim pellicem. Cuius etiam filium *Apitium*, inſecuto matrimonio legitimatum, uoluit et principem et

PALATINIS an. 1462. *Tettingen Lowenſtein.*

BOICIS an. 1588. *Pettenbeck.*

DIFFER. II.

SAXONICIS ann. 1278. *von Maltiz.*

---

liori ciuium genere uxores ſibi delegiſſent ſine ſanguinis, quod patrem ſequeretur in dignitate, macula et infectione. Sed ADELZREITERI iureconſulti et adminiſtri ſtatus iudicium iuris publici prodentiae ſtudio eſt ſubactum. Quod prodit *annal. Boioar. part.* 2. *lib.* 7. §. 80. ad an. 1436. p. 164. his quidem uerbis, quae cum noſtrum argumentum propius tangant, hic placet exſcribere: ERNESTVS Boioariae dux *exemplum edidit, poſteritati memorandum.* Albertus *eius filius mulierculam.* Agnetem Bernauerin *nomine deperibat, patre chirurgo Auguſtano ſolu formu commendabilem.* Paſſim iactabatur ignobili mulieri conſueſcere et eam ad thorum deſtinare. Reipſa iam illi arcem donauerat. Non diſſimulauerat pater iras, ne tam foedo ignobilique conſortio animum genusqoe ſuum inquinaret. Anno 1434. Ratisponae *cum ludi* equeſtres *haberentur* (qui principem admonere poterant poenae in connubii imparitatem ſtatutae) "uerbis "caſtigauit et uerberibus. Fruſtra. Eo proceſſerat "muliercula, ut ſe ducis coniugem profiteretur. "Pater iubet Straubingae coniici in uincula. Illa "proteruius auſa reſpondere, aquis addicitur et de "ponte praecipitatur in Danubium. Id, ubi reſciuit Albertus uerſus in furorem. Poſt ad mentem "reuerſus iurauit, ſe necem Agnetis uindicaturum. "Tandem impetrauit, ut expiandis amaſiae mani"bos ſacellum, in quo ipſa ſepulta eſt Straubingae, "extrueretur, addito perpetuo ſacerdotio. Viſa "Erneſti patris animaduerſio durior. Sed quidni "ſuae familiae cauſam uindicaret. Si omnes id "principes feciſſent, non irrepſiſſent in optimas fa"milias tot labes et ſpuria uitulamina. Nuptiae cum "iniuria familiae contractae cum toto coelo impa"ri. Haec in gratiam Trithemii. Graue eſt exem"plum Clotharii apud Aemilium et Guagninum, "qui filii contumaciam igne eſt ultus. Et ſeueritas "laudanda Hermanni Ciliae in Carinthia comitis, "qui teſte Sylnio Veronicam filii pellicem in pro"fluentem abiecit. Erneſto hanc debet gratiam do"mus Boica, quod nobiliſſimum genus, nullo con"taminatum ſequioris AFFINITATIS alioue na"talium naeuo, ducat ſerie non uetuſta magis, quam incorrupta „ Vtinam medium tenuiſſet ſcriptor inter nimium et parum.

(h) Licet enim plerique hiſtorici rem ita narrent, quaſi *Fridrici I. electoris* palatini, an. 1476. demortui ex *Tettinga* inaequali procreatus filius *Ludouicus*, ſe aliter non adpellauerit, quam dominum de *Loewenſtein*: rei tamen ueritatem mihi aperit *chronicon manuſcriptum* palatinum. Quod eam hiſtoriam ita narrat. Scilicet adfectauiſſe hunc principem filium nomen paternom *comitis palatini*; ſed contradixiſſe agnatos omnes et praecipue ſucceſſorem in electoratu *Ludouicum placidum*, propterea, quoniam in mores iuerit domus praeſertim Palatinae: *ne liberi ex impuri matrimonio procreati uerbo adpellarentur* PALATINI. Igitur aliqoam in ſucceſſione ſpem eidem reliquam molto minus fore, quamuis PRINCEPS ELECTORALIS (*der Churprintz*) a Friderico barbato, tutore ſno non fuiſſet *adoptatus*. Cum certi iuris ſit, per adoptinos non excludi filios naturales. *Der aus ungleicher Ehe gezeugte Sohn Churfürſt Fridrichs ſollte ſich nicht Pfaltzgrav nennen. Dann er ungleicher Geburth* et quae ſequuntur deinceps. Hoc lumen adfundi debet ſcriptoribus illis, qui hoc exemplo in noſtri iuris argumento utuntur, BESOLDO *de ſucceſſ. reg. differt.* 9. *cap.* 1 *n* 11. SALMVTH *de matrimonio principis cum nobili p.* 80. KNIPSCHILD *de fidei com. cap.* 8 §. 7. *p.* 403. MYLERO *in Gamolog. c.* 6. §. 12. *p.* 167.

(i) Domeſtici Boioariae hiſtorici hic fere muti ſunt, ut inaequalis proſapia ducis Ferdinandi Wartenbergica obliteretur. Quod ideo mirum, quoniam liberi ex PETTENBECKIA poſt uirtute meruerant, nt ab imperatore ad comitum de *Wartenberg* dignitatem eueherentur. Licet uero id pluri mis teſtatum ſit in iisque MYLERO *Gamol. cap.* 6. §. 13. quod *Pettenbeckianae* poſteritati ſubſidiaria ſucceſſio conſeruata in Boioariae ducatum, familia ducali extincta: caſu tamen ſic ferente, res fuiſſet ualde ambigua cum *domini* directi imperatoris, tum *agnatorum* ergo in domo Palatina. Tacen *ordines* Boioariae eorumqne dignitatem, hic omnino conticendam. Ceterum ita loquitur CODEX meus MSCTVS: Eerdinand "iſt gebohren zu Landshut 1550. den 29. Febr. um 6. Uhr nachmittage. Iſt ge-" taufft vom Biſchoff von Paſſau, einem Gr. von" Solms. Hat ſeines Rentſchreibers Görg Peterbe-" cken Tochter Maria zur Ehe genommen. Hat Kin-" der bey ihr, die aber ohne Land und Leut. „

(k) In *Differentia I. lit. e.* Quod exemplum quoniam ſubſequenti eſt coaeuum tangantque utraque eum domum eandem, patrem et filium, tum eundem imperatorem, eo maioris fieri nobis debet in hoc argumento: *quod muritus neque uxorem nobilitet neque liberos, ſed utrique ſit opus nobilitate codicilluri.*

*(l) Siue

DIFFER. II. *Von Eiſenberg anno 1270.*

et principatus ſucceſſorem. Verum enimuero contradixerunt conſilio *ordines prouinciae*, indignum rati, illius imperio ſubeſſe, quem *mater* edidiſſet ſortis inferioris. Ipſe intellexit hoc pater, qui petiit a Rudolfo Caeſare obtinuitque nouae dignitatis codicillos, ſchemata inſigniaque (l). Licet uero *Apitius* mortuus fuerit an. 1300. caelebs: ſatisfacit tamen exemplum noſtro argumento, quod moribus etiam Saxoniae principum maritus neque uxorem nobilitet neque liberis paret iura ſuccedendi. Etiam *Wilhelmi* SAXONIAE duc. uxor *Catharina* de BRANDSTEIN conſecuta eſt *principalis codicillos* ab imperatore circa an. 1436. (**). Ceterum quid eius rei noſtro ac ſuperiori aeuo multoties factum aut peccatum ſit in Saxonica domo (m): illud ſcribere omitto. Sunt profecto in hoc culpae genere quidam Saxonici iureconſulti et theologi, qui conſilia, ad ſenſus et auram principum ſuorum ſcripta, his Romani iuris glaucomatibus inuoluunt, quod matrimonia libera eſſe debeant ſitque in principis mariti ſolius arbitratu, ſi genio ſuo indulgere uelit, ducendo foeminam *plebeiam*, quae per nuptias principis nanciſcatur dignitatem. Parco nominibus eorum, qui in nuperrimis actis in hac cauſa mihi innotuerunt. Pudeat eos uel ſordium uel patrii iuris ignorantiae. In BRVNSVICENSI domo pariter quaeſtio haec: *de ſucceſſione principum ex matre inaequali*, fuit agitata. Nam an. 1528. OTTO dux lineae *Harburgenſis* fidem dedit connubialem *Mechtildi de Campen*: cuius filio Ottoni iuniori ideo ſtatus controuerſia eſt mota ſucceſſioque negata matris cauſa, quae infimae nobilitatis (n). Sed in huius tamen fauorem cameram imperii decidiſſe filiisque in principatu locum factum, id quidem habent annales (o). Praeterea cum *Wilhelmi* ducis ſeptem filii circa an. 1600. ita conueniſſent, ut *unus* tantum modo matrimonium iniret, ceteri uiuerent in *caelibatu* (p). *Fridericus* quidem, aduerſus hoc pactum, *ſilentiarii* ſui filiam uxorem duxit: cuius tamen liberi etiam ob matrimonii imparitatem excluſi ſunt ab honoribus et ſucceſſione in principatum, acquieuerunt que titulo nobilium DE LVNENBVRG (q). Quamuis etiam RVDOLFVS AVGVSTVS dexteram dediſſet *Roſinae Eliſabethae MENTIN*, chirurgi filiae (r): retinuit nihilominus doctiſſimum principem LEX SALICA, ne tenerrimum amorem eo proferret usque, ut uxor radiis coruſcaret principis mariti, ſed ſubſiſteret in infimi gradus nobilitate. Promouemus iter ad gentem AVSTRIACAM, fere uniuerſi orbis principem.

Von Brandſtein an. 1436.

DIFFER. II. *BRVNSVICENSIBVS anno 1528.*

Von Campen

cc. ann. 1600. von Luneburg.

anno 1681. Mentbin.

(l) Siue *Katharina*, ut alii habent, ſiue KVNIGVNDA nomen huic uxori *Alberti* degeneris, noſtra parum intereſt. Cognomentum illi dant *Iſenberg*. Caue illud cum illuſtri familia commiſceas atque erres in homonymia. Nam *Ioan.* GARZON *lib. 1. rer. Sax. p.* 26. adpellat *uiliſſimum ſcortum*. Vix igitur auſus fuero, eam ſalutare ſenſu iuris *nobile ſcortum* cum Saxonicis ſcriptoribus aliis. Quicquid ſit: *ab imperatore Albertum codicillos nobilitatis conſecutum eſſe pro* LVDOVICO APITIO *filio ex foemina plebeia aut ſortis ulterioris, imo addita a Caeſare inſignia* LEONIS *uarii geſtantis capite galeam*, narrat FABRICIVS *in orig Saxon. lib. 6. p.* 594. Quare autem nihilominus ab *Apitio* abhorruerint Thuringiae ordines fruſtra cauſam requiſiueris. Cum omnia facta ſint in turbis. Neque enim ſcelere uacant filii Alberti. Qui in patrem iniurii fuerunt multifariam. Sed fortuna, quam filii amicam habuere, glaucoma facere ſolet ſcriptoribus, ut adeo lateant huius certe diſſidii arcana.

(**) Licet *Brandſteiniis* uetuſtisſima nobilitas, de qua *Mich.* PHARETRATVS de *Brandſteiniis* ex inſtituto *edit.* 1622. 4t. Codicillorum meminere MVLLERVS *in annalib. Sax. ad an.* 1436. atque LVDOLPHVS *de iure foem. ſect.* 1. §. 10.

(m) Euoluat eo fine, cuius intereſt, Saxonicae domus genealogias in iisque *ramos* numeret *Weiſſenfels, Coburg, Meinungen*, cetera.

(n) MEIBOMIVS *part. 2. chron. Brunſuic p.* 443. "Weil Herzog Otto Luſt zur Ruhe hatte, trat er "vom Regimen rab, und verlieſs ſie freywillig ſeinem Bruder H. Ernſten. Zog auf das Schloſs "Harburg und hielte daſelbſt Hof. Sein ehelich "Gemahlin war Mechtild von Campen, alten ade"lichen Geſchlechts Lünenburg. De familia de *Campen* conſule *annales Corbeienſes* p. 306. 314.

(o) Ita WINCKELMANN in hiſt. Brunſuic. p. 538. "Otto der jüngere gebohren 1528. Die andere "Hertzoge machten ihme ſeinen Antheil Landes "ſtreitig. Weil er von keiner Fürſtin gebohren. Allein die Kæyſerl. Cammer hat ihn, als einen" "rechtmæſſigen Fürſten erklæret.,,

(p) Quod narrat WINCKELMANN *in hiſt. Brunſuic. p.* 166. "Die Herrn Brüder Hertzogs" Wilhelms Söhne haben ſich durchs Loos mit ein-" ander verglichen: daſs nur einer unter ihnen" heurathen, die andern ledig bleiben ſollten. Wel-" ches Glück dann den jüngſten ohne einen H. Ge-" orgen getroffen. Der unter ſiben Brüdern ſich" auch an. 1617. vermæhlet, und der Zelliſchen Li-" nie Stamm-Vatter worden.,,

(q) De *Auguſto* fratre Wilhelmi hoc narrat SALMVTH *p.* 80. 81. Sed hunc promiſſi caelibatus memorem in eodem obiiſſe, ſcribunt. Ad quam uiam reducendi quoque MYLER *cap 6. gamalog.* §. 12. *p.* 167. et, qui hunc exſcripſit, FELTMANNVS *de impar. matrimon. cap.* 1. qui pariter a primo ſunt decepti. Verba illius ſunt: "Hatte Hertzog Auguſtus zur Ehe eines Secretarii Tochter mit deren er" Kinder gezeuget. Darunter ein Sohn Iuncker" Ernſt von Lünenburg noch im Leben und adeli-" chen Stand führet. Und werden dieſe Kinder von" den Ratzeburgiſchen Stiffts-Geſellen verſehen." Dabey des Landes Regierung ſich nicht unterfan-" gen dürffen.,, Ceterum emortuae familiae de *Lunenburg* familiam deſcripſit BVTTNER *in Luneburg. Geſchlechtern* tab. XX.

(r) Sermone habeo aliorum, quod rerum adminiſtri principi ſponſo auctores fuerint, ut imparis ſortis ſponſae daret nonniſi *ſiniſtram* in conſecratione ſacerdotis. Verum regeſſiſſe principem. Abſit, ut fides haec mea ſit *ſiniſtra*. Vera et dexterae fidei coniunx eſſe debet, non ſiniſtrae. Porrexit igitur *dexteram ſponſae* ſaluo iure *legis morganaticae*. Cognomine ſuomet honorauit ſponſam adpellauitque RVDOLFINAM. Sed iuris publici de *impari matrimonio* nunquam eſt oblitus. *Matronam*, (Madame) non uero *principem* ſalutare iuſſit, remotis *principalis ſerenitatis* ſchematibus.

DIFFER. II. *AVSTRIACIS an. 1550. von Welſer.*

Cuius uirtus cum alias, tum etiam in hac lege SALICA aliis rerum dominis in exemplum poteſt proponi, quod imitentur. Duxerat *Ferdinandi I.* Caeſaris filius *Ferdinandus*, an. 1550. uirginem nobilitate, forma, uirtute praeſtantiſſimam, PHILIPPINAM, nobilis et patritii Auguſtani *Franciſci WELSERI*, baronis a *Zinnenberg* filiam (s). Ex quo matrimonio principes duum uiri procreati *Andreas de Auſtria* (n. 1558. m. 1600.) cardinalis et Belgii rex uicarius atque B *Carolus de Auſtria* (n. 1560. m. 1618.) Hiſpanici belli dux fortiſſimus. Vterque Auſtriacae familiae ſi non ob ſanguinem, tamen ob uirtutum ſpecimina commendatiſſimus. Tantum uero abeſt, *Welſeram* adpellari potuiſſe, mariti principis cauſa, *principem* uel *archiducissam*, ut potius conſtet, ante matrimonium habitum non fuiſſe legitimum, quam ad *legem* adligaretur *ſalicam* fidemque daret coniux, nolle ſe C ſuosque dignitate uti mariti et patris ſui archiducis Ferdinandi. Quod ut fieret, cum princeps *familia Auſtriaca* urſit, tum *ordines* Auſtriae *prouinciales*, quorum uidebatur omnino intereſſe, ne imparis dignitatis mater ſanguinem familiamque turbaret principalem (t). Succedant marchiones

BADENSIBVS an. 1621. Strozzin.

BADENSES. In his circa annum 1621. *Georgius Fridericus* ſibi uxorem iunxit ſui praefecti filiam plebeiam *Eliſabetham STROZZIN* A lege autem *ſalica*, ne uel illa princeps eſſet, uel inde ſuſcepti liberi ſuccederent in principatu (u). Quid? quod etiam eiusdem gentis marchioni *Wilhelmo* ſucceſſio in principatum diſputata, quoniam matre editus eſſet nobilitate libera, quam adpellamus baroniſſam, non tamen auitae nobilitatis, quam exigere ſoleamus Germani (x).

DIFFER. II. *an. 1590. von Riniere.*

ANHALDINIS an. 1637. von Kroſigk.

De gente ANHALDINA dictum eſt ſuperius (y): quod factum ſit pluries, ut impares B uxores pares fierent iure Caeſareo *codicillari*. Vbi uero defuerunt codicilli: ibi pariter iudicatum eſt *lege ſalica*. Imo, quod magis eſt, *Georgius Aribertus* princeps *Anhaldinus* uxorem ſibi adiunxit *Ioannam Eliſabetham*, Chriſtophori de CROSECK, Anhaldini Mareſchalli filiam anno 1637. Quamuis autem animus eſſet principis mariti, ut eam redderet principalis dignitatis participem ſiue per nuptias et dotalia pacta, ſiue per Caeſaris libellum: cum C tamen principes agnati ſtudia ſua huic inſtituto obiicerent, imo ipſi etiam ORDINES prouinciales contradicerent acerrime, indignum rati, foeminam nobilem uenerari matrem patriae: non ſolum conſilium mutauit princeps maritus, ſed etiam cum uxore *Croſeckia* iurisiurandi formulae fidem ſuam addixit, cuius argumenta fuerant haec. *Primo* nolle ſe uxorem haberi *principem*, ſed matronam nobilem: *deinde*

(s) *Comes de* BRANDIS „ im Tiroliſchen Ehren-Krantz p. 209. Erz-Herzog Ferdinand begab ſich anno 1548. aof den Reichs-Tag nach Augsburg, daſelbſten er Philippinam, Franzen (*Antonium* dicit MYLER cap. 6. gamolog. §. 13. haud dubie falſe) Welſers eines vornehmen adelichen Geſchlechtes Freyherrn von Zinnenberg Tochter, ſo damahls in der Schœnheit den Ruhm des Vorzugs hatte, und ſelbige mit nicht wenigen lœblichen Tugenden beſchmückte in das Geſicht bracht und alſo verliebt,, daſs er Sie durch ordentlich geziemenden Vorzug zu ſeiner Gemahlin auserkieſet. Anno 1580. ſtarb die E liebſte Gemahlin Philippina, nachdem Sie ihren Beicht-Vater bekennet, Sie ſehe den Himmel offen ſtehen, und ihr die heiligen Engel entgegen kommen, gantz chriſtſelig et reliqua. Addatur GANS im Oeſterreichiſchen Fraoenzimmer lib. 13. c. 5.

(t) Planus et plenus in hac hiſtoria *Mich.* PICCARTVS (cuius deſcriptionem *patritiarum familiarum Noribergae* poſſident muſae meae in *mſcto* eoque authentico cum ſchematibus heraldicis) *decade X. cap. 1. obſeruat. p.* 137. 138. Cuius uerba hic noſtra faciemus: „ſic ORDINES prouinciarum F Ferdinandi archiducis Auſtriae NOLVERE liberos ex Philippina VVELSERA, eleganti ingenio et forma, uirgine patritia Auguſtae Vindelicorum familia nata patri ſuccedere. Non, ut opinatur Thuanus, quod clam patre Ferdinandus illam ſibi ſociaſſet, quam quod IMPAR eſſet MATRIMONIVM et liberi ex eo ſuſcepti tantae ſucceſſionis CAPACES non uiderentur. Itaque mox multis precibus ab ORDINIBVS impetrare potuit, ut exiguum caſtellum (Burgau et Nelleoburg) ex tam opulento patrimonio de- G traheretur. Quo Carolum grandiorem natu cum marchionis titulo donauit. Andreas alter, ut in collegium cardinalium cooptaretur a Gregorio XIII. facile obtinuit. Quod ſi pro coniugio legitimo pontifex non habuiſſet, factum id ſane non fuiſſet. Cum cardinalitius honor non niſi ex legitimo matrimonio procreatur attribui ſolebat.„ In quo ultimo tamen pontifex facilis eſſe ſolet ad diſpenſandum, ut locus ad CARDINALITIAM dignitatem ſit etiam illegitimo, quod habent PALAEOTTVS *de nothis cap.* 57. *n.* 7. atque *Iacobus* COHELLIVS *in notitia cardinalat. c.* 9. *p.* 22. Etiam id habet *Theod.* PIESPORDIVS *tab.* 3. Ferdinandi filii ex *Philippina Welſera, aliis contenti, a titulo archiducali abſtinuerunt.*

(u) Notarunt hoc exemplum etiam alii MYLERVS *gam. cap.* 6. §. 13. Georgius Fridericus, „marchio in Baden et Durlach, iam ſenio conſtitutus, cum uirgine ELISABETHA STROZZIN, praefecti ſui Stauffenbergenſis filia matrimonium contraxit ad donationem morganaticam. Vt oxor et liberi, quales quidem non ſuſcepti, a ſucceſſione ac ſchematibus familiae abſtinerent, annuis reditibus contenti. Idem fere habet SALMVTH de impari matrim. p. 81.„

(x) Pater illius *Eduardus Fortunatus* marchio *Badenſis* (m. 1600.) *duxerat Mariam Baroniſſam de* Riuiere, *Iodoci ab Eick, qui principis Auriaci mareſchalcus, filiam.* Adeoque imparem tantummodo, non plebeiam. Nihiluminus ob *imparitatem* dignitatis *maternae*, ſtatus ei quaeſtionem faciunt agnati negantque illi iura ſucceſſionis. Clare BESOLDVS *lib. 1. nomicopolitica diſſ. 9. n. 11. p.* 121. *Eo nomine ſtatus quoque controuerſia mouetur poſteris* Fortunati Eduardi *marchionis Badenſis.* Verum ſuſtulit *inaequalitatis* litem *reſcriptum imperiale* an. 1622. quo eorundem ſucceſſio in feudum principale eſt adprobata. Repetit hoc exemplum KNIPSCHID *de fidei commiſſ. cap.* 8. *n.* 440. ITTER *de feud. imp. cap.* 14. §. 9.

(y) In differentia I. litt c. in ao. 1694 atque 1698.

(z) Pro-

DIFFER. II.

deinde ne liberos quidem ſuſcipiendos plus habituros iuris et dignitatis: *poſt* utrumque coniugem eierare preces, Caeſari forte porrigendas, ad obtinendam dignitatem principalem per codicillos: *praeterea* abſoluere ſe principes agnatos ab omni hoc in genere obligatione: Imo ipſe imperator *tandem* pacta habuit rata *an.* 1637. (z) Sed mortuo hoc principe an. 1643. filius ex impari hoc connubio ſuſceptus CHRISTIANVS ARIBERTVS litem inſtaurauit iuitque B ideo Viennam, unde ab anno 1660. id egit ſerio, ut haberetur *princeps Anhaldinus.* Idque ideo, quoniam factum patris filium non obligaret in iuribus, quae ei deberentur ex prouidentia maiorum. Accedere, quod ipſum patrem, melius informatum, factae transactionis poenituerit. Idque iure: quoniam, quadam naturae lege, filius ſequatur dignitatem patris. Duxerunt igitur per decennium hanc ſerram con- C tentionis. Vsque dum *Erneſto* Saxoniae duce interceſſore ſuperiori formulae accederet aliquod temperamentum. Scili-

A cet, ut filio inaequali ſcribere liceret: *natus princeps Anhaldinus* et *comes a Baehringen: particula uti Anhaldinorum inſignium; rogare a Caeſare, ſtirpe Anhaldina aequali extincta, ſuccedendi ſpem* et quae reliqua fuerant generis eiusdem. Interim adſignatas ei praefecturas *Radegaſt* et *Creuzengut* accepit poſſeditque non ultra ſexennium. Nam anno 1677. Confluentiae mortuus eſt improlis ibidemque ſepultus (*). Atque in hoc exemplo, cum ceteris longe ſit illuſtrius magisque teſtatum, calculum abſoluimus, et tantum de exemplis praeiudiciisque LEGIS SALICAE, inter Germaniae principes obſeruatae. Quibus plura addere poſſemus, ſi quidem hoc ratio ferret inſtituti. Satis argumentorum eſt, Germaniae iura non ferre: *ut maritus uxorem queat nobilitare.* Reſtant POENAE illorum apud Germanos, qui adpetant coniugem inaequalis ſortis et contra. Teſtimonium eſt fere tremendum, quod habet ADAMVS Bremenſis (a): *Id legibus firmatum* (Germanicis et Saxonicis), *ut nulla pars in copu-*

DIFFER. II.

12) *POENIS ſtatutis matrimonio inaequali.*

(z) Prouocans ad hoc exemplum MYLERVS D *gamol. cap.* 6. §. 13. ex eoque FELTMANN *de impar. matr. c.* 1. *n.* 53. Sed nonniſi uerbis paucisſimis.

(*) Vtinam de hac controuerſia extarent acta plena uentilata per decennium in curia imperiali. Sed quam parum ſolidi in medium protulerint huius patroni cauſae, cum in tenebris uerſati ſunt iuris Romani, patet quidem ex illis, quae ſuae hiſtoriae Anhaltinae inſeruit BECKMANNVS *part. V. lib.* 3. *cap.* 6. *uniuerſo pag.* 241. 242. *ſeqq.* Quae dabimus in ſomma. "Georg Aribert geb. E "1606. dem Radegaſt, Klerſch, Wœrlitz zu theil "worden. Nahm 1635. Chriſtoph von Korſegks "Fürſtl. Cammerraths, Marſchals und Hauptmanns "Tochter Iohannem Eliſabetham zur Ehe. Darauf zwiſchen ihme, den Vettern und den Land-"Stænden viele beſchwehrliche Handlungen vor-"gegangen. Endlich het man ſich beyderſeits 1637. "alſo verglichen. I. Sollte die von Korſegk ſei-"ne rechte Gemahlin bleiben, aber ſich des Fürſt-"lichen Nahmens, Titels und Würde enthalten, "II. mit ihrer adelichen Würde ſich vergnügen, "III. ſich vom Kæyſer nicht in Fürſten-oder Gra- F "ven-oder Freyenſtand erheben laſſen, IV. nichts "anders, als den Adel-Stand auch die Kinder "verlangen, V. die Fürſten von Anhald vor ihre Le-"hens- und Landes-Herren erkennen, VI. aller "Landes-Folge ſich enthalten, VII. an dem Kreu-"ziſchen Gut zu Wœrlitz, ſamt Radegaſt und "Rieſich, ſich vergnügen, VIII. jedoch das erſte "gegen Geld abtreten, IX. alles nur auf die mænn-"liche Erben gehen, X. die weibliche mit Geld "abgefunden werden und bedingten Ruckfalle. "Auch haben die Land-Stænde ſich erklæret, kei-"nen aus ſolcher Ehe in der Landes-Folge zu er- G "kennen. Wie aber 1643. Georg Aribert verſtor-"ben und deſſen Sohn Chriſtian Aribert erwachſen, "hat er ſich wider den væterlichen Vergleich ge-"leget, und ſich des Fürſtlichen Nahmens, Titels "und Wapens von Anhalt gebraucht. Auch vor-"gegeben, daſs ſein Vater ſeine Rechte nicht ver-"ſtanden, und berenet. Kæyſerliche Majeſtæt "ſolten dieſes wieder aufheben, u. ſ. w. Und "ohngeachtet ihme deshalben von dem Haus An-D hald, ſich eines beſſern zu beſinnen, ſcharff" zugeſetzet worden, man denſelben von Wien" in die Anhaldiſche Lehens-Cammer, als einen" Vaſallen citiret, auch bey Verluſt des Lebens" ihme in allem dem Verboth gethan: iſt derſel-" be doch von ſeinem Anſpruch und Proceſs am" Kæyſerlichen Hof nicht abzubringen geweſen." Endlich hat die Sache Hertzog Ernſt zu Gothen" anno 1671. verglichen. Daſs I. es bey dem væ-" terlichen Vergleich verbleiben, er doch II. ſich" die mænnliche und weibliche deſcendenten, Gre-" ven zu Bæhringen, Herrn zu Waldeſee und Ra-" E degaſt ſchreiben mœchte, III. Chriſtian Aribert" auch vor ſeine Perſon, Fürſtens zu Anhald ehe-" licher und einiger Sohn, IV. den gebranten" Bæren auf den Weppen zu gebrauchen, V. ge-" be ihm und ſeinen Nachkommen frey die expe-" ctans und Anwartung auf das Fürſtenthum An-" hald zu ſuchen, VI. ſolle der Proceſs gehoben" und getilget ſeyn. Geſchehen 1671. Allein an." 1677. den 14. Iulii iſt Chriſtian Aribert zu Cob-" lentz unverehlichet geſtorben, und mithin alle" weitere Fragen ein Ende genommen.

F (a) Locus habetur *lib.* 1. *cap.* 5. *hiſtoriae eccleſ.* his uerbis conceptus: GENERIS *quoque ac* NOBILITATIS *ſuae, prouidiſſimam* CVRAM *habentes* NEC FACILE *ullis aliarum gentium uel ſibi* INFERIORVM CONNVBIIS INFECTI *propriam et ſinceram tantumque* SIBI SIMILEM GENTEM FACERE *conati ſunt. Vnde habitus quoque et magnitudo corporum comarumque color, ſicut in tanto numero hominum, idem eſt pene omnibus. Quatuor igitur differentiis gens illa conſiſtit* NOBILIVM et LIBERORVM, LIBERTORVM *atque* SERVORVM. Et id LEGIBVS *formatum,* G *ne ulla pars in copulandis coniugiis, propriae ſortis terminos transferat* (tranſeat) et quae ſequuntur. Tanti facit haec CLVVERVS *ut lib.* 1. *Germ. antiq. cap.* 15. ſcribat: *Rigida lex: ſed utiliſſima.* Hodie *etiam in Germania idem mos quam religioſiſſime obſeruatur. Non equidem poenae alicuius metu, ſed antiquiſſima perſuaſione. Quum omnino ſe ſuumque ordinem pollui credant* NOBILES *homines, ſi quis uel tenuiſſima ſorte nobilis uir ducat* OPIDANAM, *licet ditiſſimam. Quin et ipſi opidani duobus*

DIFFER. II.

copulandis coniugiis PROPRIAE SORTIS TERMINOS TRANSEAT. *Sed nobilis nobilem* (non plebeiam) *ducat uxorem. Et liber liberam. Libertus coniungatur libertae et ſeruus ancillae. Si uero quiſpiam horum ſibi non congruentem et genere* PRAESTANTIOREM *duxerit uxorem, cum* VITAE *ſuae damno componat.* Quod ualde mirum in tanta praeſertim lenitate, qua alias Germani temperare ſolent delicta immaniſſima (b). Vnde facile ad intelligendum, quam res fuerit odio et indignationis pleniſſima: VXOREM DVCERE AVT NVBERE EXTRA ORDINEM (c). Imo tantum abeſt, uxori plebeiae a nobili marito conferri potuiſſe dignitatem: ut potius ipſe *maritus ob plebeiam uxorem fuerit nobilitate aliquando orbatus et deſtitutus* (d). Finimus penſum hoc in ſanctione Poruſſica: qua nobilium clientum repreſſit ac refrenauit conatum in connubio inaequali. Negatur enim filiis eorundem ſucceſſio in clientelas, ſi quidem illi matre oriundi *infimae* plebis (e). Quae lex ideo hic extolli debet, quoniam connubia ad priſtinam patriae inſtitutorum reuocat innocentiam, dignitatem, paritatemque.

Lege PORVSSICA.

(h) Fateor, numeros eorum iureconſultorum longiores eſſe, qui *inaequalia matrimonia* habent pro *legitimis*, id eſt, tales, unde eadem *uxori et liberis* iura et dignitas, quam ex aequali: quam quidem illorum, qui ſtatuunt contendunque ex aduerſo. Vnde *principia* noſtra forte impeti poſſunt ab opinionis aliqua inſolentia et nouitate. Verum quod uſu tot ſeculorum patet, illud fruſtra adducitur ad ſuſpicionem alicuius rei et iuris inſueti

DIFFER. II.

CONFVTATIO eorum, qui imparia connubia habent pro legitimis.

---

bus inter ſe diſtinguuntur ordinibus. Quorum alter PLEBEIORVM, *alter* PATRITIORVM. *Legibusque apud eos cautum eſt:* NE QVIS EXTRA ORDINEM SVVM VXOREM DVCAT. *Iuſtitutum, quod poſt terrarum iuundationem coepit, quodqi coluut hodieque* IAPONII. Neſcio, unde Cluuero tanta aduerſus inaequalia connubia indignatio. Vt nobis perſuadere uelit, principio rerum hanc legem coaeuam. Quod ſi eſt, quid obſtat, quo minus deliriis ſubſcribamus quorundam Iudaeorum, qui cauſam diluuii ponere ſolent in matrimonii imparitate. Eſſe boc illud ſacri codicis: *quod filii* DEI, id eſt, magnates, *cum filiabus bominum*, id eſt, *plebeu nuptias contraxeriat?* Quam fabulam notat *Alber.* GENTILIS *de nupt. lib.* 1. *c.* 3. Egomet memor ſum illius Tulliani edicti: *ne quid sater nimium et purum.*

(b) Nam ipſa homicidia non ſanguine uindicarunt. ſed mulcta. Verum aget ex inſtituto de his *du. praeſes* in opuſculo de IMMANITATE HODIERNAE IVRISPRVDENTIAE CRIMINALIS.

(c) CAVSA potiſſima quaerenda ſorte in pluribus. *Primo* moribus Germanorum plebs in deſpicatu extremo. Vnde CAESAR *lib.* 6. *comment.* ait: *plebs peue ſeruorum babetur loco.* Quod hodieque fieri ſolet in uicina Polonia. Neque aliter quondam Romae. Donec ſeditio ac ſeceſſio plebis omnes fere ciues cogeret in iurium et ſacrorum arqualitatem. *Deinde* apud Germanos *plebi* non eadem ad emergendum et bene merendum de patria occaſio. Nam plebeius excluſus fuerat ab ordinibus militaribus et ciuilibus. Quoniam utraque munera occupauerunt homines ex nobilitate. *Praeterea* nulla nobilitas codicillaris penes ueteres Germanos. Vnde *plebeium* quemuis oportuit intermori inter ſui generis ſortem. *Neque* etiam nobilitas uel nuptiis procurata, uel adoptionibus.

(d) Diſcimus hoc ex LL. TORNEAMENTARIA, quam dedimus different. 2. ſigno (*) "Und "ob ein Thurniergenoſs eines Bürgers Tochter "heurathet, der mag ungeſchlagen und ungeſtraffe "den Thurnier nicht gebrauchen. Auch derſelben Kinder und Weiber ſo einem gebohren, und "ihre Kindrs Kinder bis in das dritt Geſchlecht. "Et in ARTIC. XII. Ob aber einer oder mehr "ſeyn würden, die ſolch Freyheit (der adelichen "Thurnier) verachten und nicht davon halten "wolten; Sondern gewaltig einbrechen, und den alten Geſchlechten gleich reiten: der oder dieſelben ſollen, nach Erkænntnüſs Turniers-Freyheit, in offenen Turnier von mæniglichen geſtraff und mit ihnen um das Pferd geturniret. Er ſelbſt aber auf die Schrancken (oder den Zaun um den Turnirer) geſetzet werden. " Quod his uerbis reddit *Franc.* MODIVS *pandectar. triumphal. part.* 2. *p.* 9. *Si unus pluresue emendicatae nobilitatis, cum iis, quibus ius eſt decurrendi, ſeſe permiſcuerint: hi tales uerberibus mulctentur, ex baſtiludiorum conſuetudine et ubi de equo concurrerint ſeptis, notae cauſa,* INEQVITARE *adigantur.* Vnde uulgi ſarmo: *ein Zaunritter.*

(e) CONSTITVTIO FRIDERICIANA concepta an. 1697. uerbis, quae in epitome ſequuntur: Wir Friederich etc. etc. Nachdem Uns die ſæmtliche Ritterſchafft zu vernehmen gegeben, was geſtalten ſich einige von Adel zu Schmæhlerung des Adelſtandes und zu nicht geringer Beſchimpffung mit Bauren und andern gemeinen Tœchtern verebliget, mit Bitte, daſs Wir ſolche matrimonia pro morganaticis erklæhren vvollten. Setzen demnach, daſs, wann künfftig ſich von Adel iemand gelöſten laſſen ſolte, mit Bauern und anderer Leute, ſo gar geringen herkommens, Tœchtern ſich zuverehligen, derſelbe zvvar, Zeit ſeines Lebens die Lehen-Güter beſitzen, auch Helm und Schild behalten (quod olim non fiebar, ut ſcriptum eſt litt. x.) die Sœhne aber die in ſolchen Ehen erzielet, ſich deſſen nicht anmaſſen noch zur ſucceſſion im Lehen verſtattet, ſondern bey des Sœhne und Tœchter ſich an dem Erbe, ſo ihr Vater verlæſſet, begnügen laſſen, die Lehen aber an die Agnaten und Mitbelebnten verfallen. Es ſoll aber dieſes ad caſus praeteritos nicht gezogen worden. Gegeben Cœln den 30. Nou. 1697. " Vnde ſatis clarum, Poruſſico iure 1) maritum nobilem per nuptias *uxorem non nobilitare*, 2) ipſum maritum nobilem ex coniuge plebeia *deminuere* nobilitatem, (3) *conſeruationem* iurium nobilitatis illam eſſe ex principis *indulgentia*, 4) liberos non haberi cenſu nobilium, ſed plebeiorum, 5) *puniri* imparia connubia feudi *priuatione*. Neque dubito, olim quoque in *prouinciali nobilitate* haec fuiſſe inſtituta. Cum certum ſit, *bona equeſtria* neque poſſideri neque acquiri potuiſſe, niſi ab homine plenae nobilitatis. Quod oſtendit *du. praeſes* in iuris *Laſatici et communis differentia VII. litt. pp.* Qui locus omnino huc eſt referendus.

(f) In

DIFFER. II.

Quod noſtra ſententia 1) nouitatis arguenda. 2) Communibus aduerſa.

intueti. Sed primum puto hactenus clare A euictum et commonſtratum. *Deinde* licet plurimi doctores ſtent hic ex aduerſo: non tamen ea in re numeri attendendi, ſed lex, ratio, uſus. Praeſertim cum clariſſimum ſit, aduerſae partis doctoribus glaucoma impoſuiſſe ius Romanum, ut nequiuerint de oculis abſtergere et intueri utriusque

3) Confuſa conſilia cum iure.

longiſſimas differentias. *Praeterea* oggerent alii, *aequalia* quidem *matrimonia* optanda eſſe, ob cauſas plures politicas et B morales: uerum non ideo, quod nos fecerimus, inaequalia proſcribenda atque habenda pro illegitimis. Verum nos ideo in ſuperiori commento nullis argumentis uſi ſumus uel moralibus, uel politicis, uel oratoriis, ubi campus patet ampliſſimus ad philoſophandum et declamandum, utrum praeſtet, inaequalia matrimonia tolerare, an proſcribere de republica. Sunt tamen omnia haec a iurisprudentiae arena alieniſ- C ſima, cum religioni ducere ſibi debeat iureconſultus de legibus diſputare, aut, quod in illis deciſum eſt, habere inſtar problematis. Erubuit igitur ea in re calamus noſter, ſcribere ſine *legibus*, moribus, inſtitutis. *Por-*

4) Diuina LL. bella radici maxime N. T.

ro, diuinas leges, praeſertim ex lumine illuſtratas noui foederis, paritatem magis uelle animorum, quam ſanguinis atque ultimum in genere eorum regnare, qui ſint, ſermone ſacri codicis, ſecundum carnem. D Verum nihil hic, quod diuinum eſt, adimitur connubio inaequali, ſed tantum id, quod ciuile quodque debetur largitrici reipublicae, hoc eſt, tituli, inſignia, ſchemata, imperia, cingulum militare, quas umbras ſpernere didicit, quotusquisque animum

5) Principum Germaniae dignitatem maioris credi, quam regum,

habet, ſacro flamine ſubactum. *Poſt* exempla proponuntur Caeſarum et regum orbis maximorum, qui omni aeuo ad contrahendas nuptias quandoque foeminas E uocauerint ex infima plebe, quibus feliciſſimus reſponderit euentus. Verum illis lex nulla fuit connubialis, quae poſita eſt Germaniae principibus. Igitur ſtatus *naturae* cum *ciuili* non debet commiſceri. Imo etiam LL. patriae id exigere uidentur in imperatore, ne editus ſit matre *igno-*

6) intereſſe reipublicae, ut matrimonia libera.

bili et plebeia (f). *Tum* ipſius etiam reipublicae intereſſe, ut matrimonia ſint libera. Verum fruſtra hic quaeritur, quid expe-

diat, cum id requiratur, quid ſit iuſtum. Imo non tolli inaequalia matrimonia, ſed eis ſubtrahi beneficia, ſtatuta aequalibus.

7) Obſtrepi ipſi NATVRAE.

Quid? quod magis ſit, naturae ordinem uelle, ut fructus adpelletur ex ſemine, non ex terrae genere, cui inſeratur. Vltimae conferri uxorem, primo maritum. Sed alia eſt Germanorum philoſophia. Qui et ſeminis materni participem fieri, credunt ſobolem. Neque entia naturalia cum moralibus miſcenda, de quibus ultimis hic diſ-

8) LL. ROMANIS.

putatio. *Tandem* iuris Romani in Germanico regnare auctoritatem. Sed hoc indulgere uxori nobilitatem mariti. Verum principio aliter *Romae*, ubi nuptiae cum plebeia ipſo iure nullae. Poſtea uero promiſcui generis connubia nobilitati Romanae extorſiſſe plebem impetuoſam et perduellem. Vltimum igitur foetum excluſiſſe turbas: primum rationem et ordinem.

9) LL. GERMANICIS.

Demum ipſas Germaniae leges uelle, ut habeatur eques, cui pater eques, *ein ehelich Kind behælt ſeines Vaters Heerſchild*, et porro *ein Ritters Weib hat Ritters Recht* (g). Verum iura Germanica his prouerbiis alios ſenſus tribuunt, quam Romana. Scilicet in primo dicitur, quod *dignitas* ſit *gentilitia* transeatque ad poſteros, quod neque nos inficiamur. *Alterum* uxori, ſiquidem ſit nobilis et dignitate aequalis, tribuit iura mariti. Sed in neutro fit aliqua mentio caſus, quem nos reſpondimus, quid tum ſentiendum, ſi uxor mariti nobilis ſit *originis plebeiae*.

10) Iuri CANONICO.

Ad extremum confugere ſolent ad decreta iuris canonici, quod non tam adprobet inaequalia connubia, quam commendet (h). In cauſis autem matrimonialibus maiorem haberi illius rationem, quam iuris ciuilis. Verum canones quoque iuribus et moribus cedunt patriis. Vltimos autem matrimonia inaequalia proſcribere, aut atro notare calculo, id quidem eſt, quod ſuperiori nota dedimus probatum.

11) LL. CIVILIBVS.

Quapropter etiam nulla hic auctoritas *iuris ciuilis* Romani, quod pariter ſubſidiarium, ut adeo fruſtra ſint, qui hic fingunt utriusque iuris harmonias, cum ſtatui contra debeant immanes differentiae.

12) Numero PRVDENTVM.

Ad extremum confugere ſolent ad numeros et multitudinem iureconſultorum Germaniae et alibi,

qui

(f) In MEICHSNERI *ſpeculo iuris Sueuici c.* 22. F "Die Fürſten ſollen kieſen einen Kœnig, der ein "Freyherr ſey. Und alſo frey, daſs ſein Vater "und ſeine Mutter frey ſeyn geweſen und nicht "ſollen mittelfrey ſeyn. Et porro de uxore Au"guſta; und haben Sie Eheweib zu der Ehe genom"men, und iſt die Frau nicht als frey, ſo ſolle "man ſie nicht kieſen zu Königin. Dann das wære wider recht.„ Vnde facile ad intelligendum. *Primo* inter candidatos imperii non fuiſſe ex *inaequali* ſuſceptum matrimonio: *deinde* neque Auguſti uxorem, ſi originis plebeiae, factam eſſe *Auguſtam* per connubium. Id eſt, uxorem neque hic coruſcare meriti dignitate.

(g) Ex inſtituto de utraque iuris paroemia HERTIVS *paroem. VI. et VII.* Qui ideo Germanica iura confert cum Romanis, per quae foemina *plebeia* nanciſcatur ſui mariti nobilitatem. Quod nos expoſuimus differentia II. litt. e.

(h) Quod in hoc genere arguit ita: *ubi maior inaequalitas fortis* et fortunae; ibi magis *intentus amor et commiſeratio*. Adduntur nuptiae Iacobi cum ancilla, de quo plenius interpretes ad *cap.* 2. et *ult.*. *X. de coniug. ſeruor.*

(i) *Con-*

DIFFER. II. qui hanc cauſam reſpondeant ex legibus A Romanis putentque, omnino etiam in Germania uerum eſſe, *quod uxor plebeia nobilis audiat ob nobilitatem mariti.* E quibus praecipuos nominabimus. Sunt uero in illis PFEIL (i); VVLTEIVS (k); SIXTINVS (l); BOCERVS (m); TVBINGENSES (n); TREVTLERVS et BACHOVIVS (o); MYLERVS (p); SALMVTHVS (q); FELTMANNVS (r); ITTERVS (s); HERTIVS (t) aliique. Verum enimuero in grauiſſimo hoc argumento non quis ſtatuat, ſed quo iure? eſt conſiderandum. Nam omnes coeco quodam ſolennique impetu iuris Romani et canonici decreta ſequuntur cum iisque delirare et ineptire malunt, quam ſapere ex patriae inſtitutis et rationibus conſultiſſimis. DIFFER. III.

DIFFERENTIA III.

Num foeminam nobilem denobilitet maritus plebeius?

Romano iure *foemina*, nobili ſtirpe oriunda eo ipſo *amiſit* nobilitatem, dum uiro *nupſit plebeio* (a): contra moribus inſtitutisque Germaniae non ſolum mulieres gentilitiam nobilitatem ſiue primi ſiue medii ſiue ultimi gradus retinent, etiam plebeiorum uxores, audiunt nihilominus *principes*, *comitiſſae*, *baroniſſae*, *nobiles* gaudentque adpellationibus *durchlauchtig*, *hochgebohren*, *wohlgebohren*, *gnædig* (b); imo, quod magis eſt atque legibus Romanis pariter aduerſum (c), femina *nobilitatis maternae* in ipſis liberis ſolent propagare in eosque diffundere. Vt uulgi ſermone dicatur *uentre annobliſt* (d).

Vxor I. R. ſequitur nobilitatem mariti.

Non Germanico.

Vbi uenter etiam liberos nobilitat.

I. R. qui maritus denobilitet uxorem? (a) Clarus eſt ea in re VLPIANVS *l. 8. foeminae ff. de ſenator.* ubi inquit: *foeminae* clariſſimae *dicuntur ſenatorum filiae, donec* plebeii *nuptiis fuerint copulatae.* Vbi dignitatem amittunt. Idem habetur in *l. 3. ingenuae C. de murilegulis*, quod ſi *mulier generis ſplendorem utilitati ex nuptiis cum plebeio praeferre noluerit, ſui mariti conditione teneatur.* Idem fit, ſi uidua, per B nuptias nobilitata, nupſerit deinde plebeio, ubi pariter extinguitur eius nobilitas, quod *l. 13. mulieres dicitur C. de dignitat.* plura habet congeſſitque TIRAQVELLVS *in leg. connubial. l. 1. n. 18.* atque in libro de *nobilitate cap. 18. n. 16. 17.* Cauſa forte in eo quaerenda: quod illa, quae particeps fit mariti dignitatis, eius etiam conſors reddatur in uilitate et deſpectu. Accedit,

l. 3. C. de murileg.

l. 13. C. de dignit.

(i) *Conſilio* 18. ubi quaeſtio: *an illuſtris perſona, quando ducit nobilem, ſibi praeiudicet in feudis et dignitate.*

(k) MARPVRGENSIVM conſiliorum *uol. 3. conſ.* 17. ubi non ſine cura defenditur: *nobiles naſci ex matre etiam ignobili et foeminam reddi nobilem per maritum.*

(l) MARPVRGENSIVM conſiliorum *uol. 2. conſ. 9. quaeſt. I.* ubi caſus reſpondetur: *quod foemina ignobilis, illegitimae filia nihilominus et ipſa per nobilem maritum nobilitetur et iura liberi conſequantur nobilitatis cum intuitu feudi, tum allodii* D *neque ex aduerſo latae leges et conſuetudines habendae pro rationabilibus.*

(m) De *regulib. cap.* 2. *num,* 14.

(n) Conſilior. Tubingenſium part. 2. conſ. 88. in quo tres caſus reſpondentur adfirmando 1) *comes ducens uxorem nobilem (wenn ein Grav eine gemeine von Adel heurathet) an audire debeat comitiſſa?* 2) *an eius liberi ſint comites?* 3) an codicillus *imperialis* obſit impari matrimonio. In quo E fiat mentio, *daß ein Baron in den Graven-Stand erhoben, weil er von einer Gravin gebohren.*

(o) *Diſput.* 2. *§.* 10. *ult. A. p.* 29. ubi dicit: *or-* C *dinario iure ſufficere nobilitatem patris*, excipi tamen caſus, ubi etiam matris nobilitas requiratur. *Nehmlich die volle Geburt, ein vollbarthiger Adel.*

(p) Qui in *gamologiae* cap. 5. uniuerſo agit: *de matrimonio principum et comitum Germaniae inaequali.* Putat quidem talia non optanda eſſe, licet, ut addit, leges ea ferant neque inde liberis recte negentur patris iura et ſucceſſio.

(q) Extat *Henrici* SALMVTHI Icti reſponſum pro *matrimonio principis cum uirgine nobili.* Vbi et plebeiae nobilitatem et nobili dignitatem principalem adrogat ob iura ſuorum maritorum.

(r) In libro peculiari de *impari matrimonio*, ubi cauſam tuetur *Benthemenſem* ſtatque pro liberis ex impari thoro natis magno rerum numerorumque adparatu.

(s) De *feudis imperii* cap. 14. §. 9. p. 714. 715. ubi prorſus eſt Romanus laudatque ſuae ſententiae patronos REINKINGIVM, *Matth.* STEPHANI, KNICHENVM, alios.

(t) In *paroemiis* iuris: *ein ehlich Kind behält ſeines Vaters Heerſchild* §. 1. atque de *ſpecialibus Germ. rebuspubl. ſect.* 2. §. 5. Quod ualde miror.

(a)

DIFFER. III.

cedit, quod apud Romanos nulla dignitas uere gentilitia: imo mulier ſui cauſa non habuerit dignitatem, quae omnia apud Germanos ſe habent ex aduerſo.

Quare Germanis uxor non denobilitetur per maritum?

(b) Neque hoc apud Germanos fit ſine ratione. *Primo* enim uxor apud illos non fulget ſplendore dignitatis mariti, igitur neque pareſt, ut dignitatem, quam ipſa habet, per maritum amittat. *Deinde* nobilitas Romanorum pependit ab umbris auitarum imaginum, non ſanguine innexa, quod fit apud Germanos. Vnde facile eſt ad intelligendum, quare difficilius apud nos illa amittatur. *Tum* ipſae mulieres nanciſci potuere, ſui etiam cauſa nobilitatem, igitur umbris alienis illa non potuit extingui. Iure certe meritoque in mores patriae iuit: ut plebeii uxor, ortu ſuomet nobilis adpelletur *gnædige Frau* fiatque idem hoc, ſi comes ducat foeminam principem, cui nihilominus ſchemata manent, *Durchlauchtig*, *Hochgebohren*, etiam uſu imperii curiali. Qua de re plenius egerunt HOEPING *de iure inſignium cap. 7. num. 56. 57.* SPRINGSFELD *de apanagio cap. 3. n. 13.* MYLER *in gamologia cap. 5. n. 24. 25. de* LVDOLPHIS *de iure foeminar. ſect. 1. §. 12. p. 28. 29.* Vbi tamen puto illud quoque addendum, quod neque eius generis uxori nobili negari poſſit effectus nobilitatis praecedentia.

R. I quae foeminae dignitatem transtulerint in liberos?

(c) Solis enim foeminis *Ilienſibus*, *Delphis*, *Ponticis*, id iure praecipui indultum, ut liberos ſuos poſſent *nobilitare*. Dicit hoc *l. 1. municipem ff. ad municipalem et de incolis.* Ibi VLPIANI uerba ſunt fere haec: *Municipem facit* pater, *non* mater. *Niſi materna origo munita* priuilegio. *Vt puta* ILIENSIBVS eſt conceſſum, ut, qui matre Ilienſi eſt, ſit eorum municeps. Etiam DELPHIS *hoc idem tributum. Etiam* PONTICIS *hoc ex beneficio datum. Id quod ad uulgo quaeſitos quidam, ſed falſo reſtringunt.* Conferunt cum his priuilegiis mores illorum, penes quos hoc quidem iuris fuit: ut filii filiaeque a *matribus* denominarentur; *matrum* ſequerentur *dignitatem*; ſub *matris* etiam agerent *poteſtate* cetera, de quibus ex HERODOTO, PLVTARCHO, POLYBIO loca congeſſerunt TIRAQVELLVS *de nobilit. cap. 19. n. 25.* HOEPING *de iure inſign. cap. 7. §. 2. n. 87. et iureconſulti ad l. 1. ff. ad municipalem* humaniores alii.

DIFFER. III.

Quare liberi apud Germanos participent de nobilitate materna?

(d) Multis teſtatum eſt, quod moribus Germanorum etiam *nobilitet* uenter: ſed plerique huius conſuetudinis nullas eſſe putant rationes. Imo tantum non eam habent pro irrationabili et iuris recti que normae inconcinna. *Petrus* RAT, conſuetudinum Pictauienſium luculentus interpres (a) agnoſcit quidem, uelle illas: *ut uenter nobilitet, ut liberi matre nobili oriundi habeantur pro nobilibus, licet patre editi ſint plebeio.* Sed pergit: *Hac in parte non poteſt adferri idonea ratio. Satis ergo pro ratione uoluntas legislatoris.* Neque ea in re felicior CHOPPINVS (b), qui acquieſcendum eſſe putat conſuetudine, quae inſtar ſit legis etiam apud *Andios.* Addit illis GOTHOFREDVS (c) *Campanos*, *Trecenſes*, *Senonenſes*, *Caluimontanos*, aliosque, alii in iisque PITHOEVS (d) et *Charles* LOVSEAV (e), CONNANVS (f), CHRISTINAEVS (g), P. GREGORIVS (gg): ut inde argui poſſit, uniuerſam fere Franciam his quidem uixiſſe inſtitutis. Atque hoc etiam iure uſos fuiſſe Germanos, mihi admodum eſt opinabile. Neque ſine ratione. Nam

Cauſa prima,

principio *Germanicis* foeminis uera nobilitas in ſanguine; non tantum *adſcititia* ex nomine patris aut mariti, ut Romae.

Quod

(a) Verba LL. PICTAVIENSIVM *art.* 286. ſunt haec: *Si aucun roturier pread femme noble, les eafans ſuccederent a celuy, qui ſera noble.* Quod tantum non explodit ſuo iudicio RATVS *in comment ad conſuet. Pictau. p. 421. 422.*

(b) *In LL. Andium lib. 2 cap. 3. a. 14. 15.* Vbi curiae Pariſinae praeiudicium laodat, quo generoſae foeminae heredes nobilium iuri eeſtimati, licet marito fuiſſent editi plebeio.

(c) In notis ed *l. 1. ff. ad manicipalem.*

(d) In commentario ed conſuetud. *Trecenſes art. 1.*

(e) In *libro des ordres des ſimples Gentils hommes chap. 5. p. 55. 56. Vray eſt, que les couſtumes de la prince de Champagne; a ſçauoir Troyes, Sens, Meaux, Chaamoat, Vitry porteut expreſſemeat: qae pour estre noble il ſuffiſt d' eſtre deſcendu de mere noble.* Tribuit quidem hoc prioilegio euctor Caroli Calui, ob ſexus ſequioris in praelio Fontanedano fortitudinem et uirsutem.

(f) *Lib. 2. comment. iur. ciuil. cap. XI. p. 127. 128.* qui aliam adfert cauſam. *Male Campani, uicini noſtri, qui nobilitatem etiam a matre ſibi ſumunt, patre licet ignobili. Sed ſic eſt uſus. Eam illi cauſam adferunt, quod attrita quondam bellis multis et pene exhauſta eorum nobilitate conuentum fuiſſet:* VT MATRE NOBILI NATVS, QVANQVAM PATRE PLEBEIO, SPLENDOREM GENERIS CONSEQVERETVR. *Quod ipſis nobilibus in bonum conuertit. Paran enim dote poſſant filias ditiſſimis ex plebe hominibus collocare, nobilitatis cupidiſſimis. Ego autem exiſtimo, nobiles eorum eſſe, qui olim erunt liberi.*

(g) In iorisprudentia heroica *part. 1. ad art. 2. §. 33. 38. 39. p. 133. 134.* Vbi illod VIRGILII *lib. 2. Aeneid. u. 36. huc refert:*

Genus huic MATERNA ſuperbum
NOBILITAS dabat, incertum de patre ferebat.

(gg) *lib. 7. de republ. cap. 11. n. 90.*

(h) Com-

DIFFER. III. Quod ſi autem *nobilitas* uera, quis quaeſo dubitet illam in liberos propagari. *secunda,* *Deinde* cum Germani ne quidem illum agnoſcant plene nobilem, niſi *matre* quoque nobili ſit ſuſceptus: eo certe ipſo id matribus et liberis dant, ut transferant participentque maternam nobilitatem. *tertia,* *Praeterea* Germanico iure ipſi etiam liberi ſub poteſtate agunt materna, adeoque eo quidem eſt magis conſultum, illis communicari ab eadem maternam nobilitatem. *quarta,* *Porro* imperiales codicilli ſaepius hoc etiam argumento utuntur, quod candidatus mereatur nobilitatem, quoniam editus ſit matre nobili. *quinta.* *Poſt* ipſe uſus docet, quod liberi matre nobili editi haberi uelint pro hominibus *ſemiplenae nobilitatis*, de qua ſuperius *litt. p.* Imo firmare hanc ſententiam ipſius exemplum *ſeruatoris* noſtri, ſunt, qui adfirmant. Idque ideo, quoniam ipſe habuerit numeraueritque regalem a Dauid oriundam nobilitatem ſuam ex diuae uirginis ſanguine materno (h). Quod ſi igitur *comitiſſa* extra matrimonium cum plebeio ederet liberos ſuſciperetque: illos omnino haberem *comites*, idem de dignitatibus aliis, eo quidem usque oſtenderetur aduerſa uel lex, uel conſuetudo. *L. Menſia.* Quo iure eo ſum fidentior. Quoniam ipſius etiam VLPIANI (i) haec philoſophia, quando ait: *connubio interue-*

A *niente liberi patrem ſequuntur: non interueniente connubio* MATRIS CONDITIONI ACCEDVNT. *Excepto eo, qui ex peregrino et ciue Romana peregrinus naſcitur. Quoniam lex* MENSIA *ex alterutro peregrino natum* DETERIORIS *parentis conditionem ſequi iubet* (k). Licet igitur magno doctorum adparatu HOEPINGIVS (l) neget, nobilium foeminarum liberos iura habere nobilitatis et inſignium, ſi ſuſcepti ſint extra B connubium: cum tamen dubitantium rationes ex iure requiſitae ſint *Romano*, quo res illuſtrium Germaniae familiarum non regantur ſintque plures rationes ex aduerſo, quod mulieribus Germanicis uera ſit nobilitas; eaque gentilitia; per ſanguinem propaganda; quae non amittitur ipſo iure, ſed praeuia degradatione; uerba etiam uulgi dicatur: *keine Mutter trægt einen Baſtard*; imo plurium C foeminarum ſuperſint exempla, ubi matrum liberi inſignia materna occuparunt transtuleruntque in poſteros, eo tantum diſcrimine, ut inſignia eius generis notam acciperent ac *intermediam uirgulam* non infamiae, quae conſiſtere neſcit cum nobilitate; ſed materni ornamenti. Atque haec ſufficiant ſintque legitima aliarum in hoc genere differentiarum elementa, facile quoque exponenda (m), niſi temporis ratio iuberet uela contrahere. DIFFER. III.

(h) Commonuit nos huius exempli HOEPING *de iure inſign. cap. 7. n. 87. p. 469.*

(i) *In fragmentis tit. 5. §. 8.*

(k) Atque hoc forte eſt, unde iuris Germanici compilator ſupra *litt. g.* dixit: *das Kind gebæret zur ærgern Hand.* Quae uox peregrina in Latioque nata, non in Germania.

(l) De iure inſignium *cap. 7. §. 3. n. 30.* ubi ſigillatim reſpondet quaeſtionem: *an illegitimi liberi maternae familiae inſignia iure deferre queant?* Quam poſt rationes dubitandi tandem negat.

(m) Exempli gratia I. Romano iure nobilitas conſerri potuit *adoptando:* quod fieri nequit Ger- D manico, II. uerae *gentilitiae* nobilitatis Romani quondam expertes, III. Nobilitatis Romae duo tantum gradus, patritia et equeſtris: ſed multiplices apud Germanos. IV. Nobilitatem ipſo iure extinctam apud Romanos per delicta; contra apud Germanos degradatione. V. Romae paria iura antiquae nobilitati et nouae; ſed Germani primae multa deferunt iure praecipui. VI. Romae iure diſpenſauerat imperator in matrimonii imparitate, ſed Germanico imperiales nouae nobilitatis ſcribuntur codicilli. VII. Romanis legibus impares nuptiae olim ipſo iure nullae, ſed Germani tolerant illas, negatis tantum ſchematibus nobilitatis. VIII. Rom. iure uxor umbra mariti; Germanico ſocia ac conſors et quae ſunt generis eiusdem.

FINIS TOMI I.



Digitized by Google


IOANNES PETRVS LVDEWIG I.Crus.
SERENISS. ATQVE POTENTISS. REGIS PORVSSIÆ
CONSILIARIVS INTIMVS ET IN REGIMINE DVCALI, IVRIS ATQVE HISTORIARVM PROFESSOR AC PRINCIPALIS TABVLARII ARCHIVARIVS.
Pro meritis grata ter venerare manu
Ingenii penitus ſi quæris noſcere dotes,
Quas nemo æquarit perlege ſcripta Viri.